SACRÆ ROTÆ

ROMANÆ DECISIONUM RECENTIORUM

A JOANNE BAPTISTA COMPAGNO

J. C. Romano ſelectarum,

PARS DECIMAQUINTA

Complectens Annos M.DC.LXVII. & M.DC.LXVIII.

CUM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS Neceſsariis.



VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hac Decimaquinta Parte Recentiorum continentur, Alphabetica ſerie per Diœceſes diſpoſitus.

A

B

Bono-

C

E

F

G

H

I

L

R

S

T

Tuder-

V

IN-

INDEX DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hac Decimaquinta Parte Recentiorum continentur, Alphabetico ordine per Materias digeſtus.

A

B

Anco-

Partis XV. Recentiorum.

C

Roma-

D

Foro-

E

F

Bono-

H

I

L

M

N

O

P

Beui-

Q

R

S

T

Roma-

V

SA-

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONVM RECENTIORVM A IOANNE BAPTISTA COMPAGNO I. C. ROMANO SELECTARVM,

Pars Decimaquinta.

R. P. D. OTTALORA.

Poſteà Præſide Granaten.

Romana Fideicommiſſi de Ferratinis.

Veneris 24. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum à Teſtatore ordinatum eo in caſu, quo duo primi hæredes ſine filiis defecerint, altero ſine filiis defuncto, in illius portione dicitur purificatum ad fauorem ſubſtituti, ea ratione, quia pluralitas in ſingularitates reſoluitur ad intellectum famigerati reſponſi Papiniani *in l. hæredes mei, §. cum ità ff. ad Trebellianum*, cuius diſpoſitio in hac deciſione pleniſſimè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus in caſum obitus duorum inſtitutorum, admittitur ad portionem vnius decedentis.*

2 *Subſtitutio facta duobus decedentibus ſine filiis, vno ſine liberis defuncto, reſoluitur in illius ſingularitatem quare.*

3 *Teſtator ſi duobus hæredibus defunctis totam voluit hæreditatem ad ſubſtitutum deuenire, multo magis vnius partem eumdem conſequi voluiſſe dicendum eſt.*

4 *Perſona prædilecta ſubſtitutum excludit, & quando, vide nu. ſeq.*

5 *Filii poſiti in conditione vigore Statuti Vrbis, dicuntur vocati ſolùm ad portionem Patris, non Patrui.*

6 Text. in l. hæredes mei, §. cum ità, ff. ad Trebell. *procedat nè vbi verba ſunt tantummodò diſtributiua, vel ſimplicia.*

Vel etiam ſi ſint collectiua plurium perſonarum, & nu. ſeq. ac per tot.

7 *Verbum*, vterque, *dicitur collectiuum plurium perſonarum.*

8 *Verbum*, vterque, *& verbum*, ambo, *paria ſunt, nec differunt inter ſe.*

9 *Subſtitutio reciproca facta inter primo vocatos, an exigatur etiam reſpectu purificatæ conditionis, vt poſſit*

ſubſtitutus admitti, & nu ſeqq.

12 *Doctores plures, ac etiam Rota ad intellectum*, §. cum ità ad Trebell. *declarantur, & nu. ſeqq.*

13 *Subſtitutus duabus perſonis ſine filiis decedentibus, admittitur ad portionem ſecundi, quamuis primus cum filiis deceſſerit, etiam ſtante reciproca inter eoſdem vocatos.*

14 *Subſtitutus non excluditur à portione vltimi defuncti etiam ſtante reciproca inter primo inſtitutos in caſu*, §. cum ità ad Trebell.

15 *Subſtitutus in tota hæreditate, eo magis poteſt habere partem ex voluntate Teſtatoris.*

16 *Subſtitutio collectiua non reſoluitur in ſingularitatem, quando minus dilectus excluderet magis dilectum, & nu. ſeq vbi vide.*

Teſtator non præſumitur voluiſſe præferre extraneum ſuis coniunctis, & quando hoc procedat, nu. 16. & ſeq. vbi vide.

17 *Subſtitutus, vel inſtitutus, quando à Teſtatore magis dilecti dicantur.*

18 *Subſtitutio facta de perſona patris, & filii ſub ſola mentione mortis non expirat per mortem patris ante inſtitutum, & nu. ſeqq.*

19 *Subſtitutio facta ſub mentione mortis dicitur compendioſa.*

20 *Subſtitutio compendioſa compræhendit etiam vulgarem anomalam.*

21 *Subſtitutio compendioſa ex vi ſubſtitutionis vulgaris anomalæ in ea contentæ, intelligitur facta ſiuè adita ſiuè non adita hæreditate, & ſup. nu. 19. cum ſeq. vbi de ratione.*

22 *Subſtitutio concepta ſub expreſſa conditione ſuperuiuentiæ primi inſtituti, differt à ſubſtitutione indefinitè ordinata.*

Verba, doppo la morte, *non faciunt conditionem, num. 22.*

DECISIO I.

RESOLVTIONEM captam coram me ſub die * 14. Maii 1666. ſuper exiſtentia fideicommiſſi bo: me: Cardinalis Ferratini, illiuſque purificatione in perſona Angeli Auueduti, eiuſque filiorum hodie DD. confirmarunt; & quoad immiſſionem reſponderunt, vt coadiuuarentur probationes.

Exiſtentia enim fideicommiſſi reſultat ex claris verbis teſtamenti, ibi: *heredi miei vniuerſali inſtituiſco Fabritio, e*

 Fuluio

Fuluio nepoti miei di fratello patruele, in modo che vno succeda all'altro in euento che non habbia figliuoli, e dopo la morte d'ambedue senza figli, sustituisco mio herede il Sig. Angelo Auueduti, e dopo la merte sua li suoi figli in infinito, cum autem decesserit primò Fabritius cum filiis, & posteà Ful-
1 uius nulla relicta prole, † portio eiusdem proculdubio deuoluitur ad Angelum substitutum in casu obitus institutorum sine filiis, vt in puncto respondit Papinian. *in l. hæredes mei, §. eum ità, ff. ad Trebell. quem tex. sequuntur quamplures Doctores relati in Decisione*, quæ reuidetur §. *quod enim*, & aliàs amplexa fuit Rota, vt in *dec.* 408 *par.* 1. *diuers. dec.* 145. *n.* 2. *par.* 1. *rec. & dec.* 296. *nu.* 5. coram Greg. XV nec refert, quod substitutio sit facta decedentibus
2 ambobus sine filijs, † quia resoluitur in suas singularitates, & vno sine filiis defuncto, substitutus ad eius portionem admittitur, Rot. *dec.* 437. *n.* 7. *& seq. par.* 9. *rec.* idque prouenit ex præsumpta mente Testatoris, qui si morientibus ambobus primò institutis sine filiis, voluit substitu-
3 tum habere integram hæreditatem, eò magis † voluit habere partem vnius sine filiis decedentis, vt latè explicat Peregr. *de fideicomm. art.* 13. *num.* 35. *cum aliis in mea decisione allegatis*. Et quamuis prædicta non habeant locum,
4 quando concurrit persona aliqua substituto prædilecta, † quo casu substitutum excludi voluit, idem Peregr. *vbi supra d. n.* 35. & in præsenti adsint filij Fabritij, illi tamen
5 vti positi in conditione † censentur vigore Statuti Vrbis solùm vocati ad portionem patris, non autem Patrui, vt plenè firmant *decisiones editæ in hac causa* 19. *Nouemb.* 1646. *&* 29. *Martii* 1647. *coram bo. me. Peuting. &* 15. *Iunii* 1648 *coram Illustriss. Papien.*

Angelo autem defuncto veniunt vtique admittendi eius filij, qui post eumdem sunt expresse vocati, ibi: *sostituisco mio herede il sopradetto Sig. Angelo, e dopò la sua morte li suoi figli in infinito*, nulla facta distinctione, an Angelus prædecesserit Fuluio, an eidem superuixerit, ex rationibus firmatis in d. decisione, quæ reuidetur §. *finali*.

Quibus fundamentis nullatenùs resistunt, ea quæ in contrarium adducuntur, quod enim dispositio *tex. in d.*
6 *l. hæredes mei*, † solùm procedat, vel quando verba sunt distributiua, vel saltem simplicia, secus verò si sint collectiua plurium, vt in casu nostro, quo substitutio fuit facta *dopò la morte di ambedue senza figlioli*, nullo modo subsistit, quia etiam verba textus sunt collectiua, vt patet
7 ibi, † *quod si vterque sine liberis*, verbum autem, *si vter-*
8 *que*, idem importat, ac verbum, *si ambo*, † nec differunt inter se, vt probant Bart. *in d. §. cum ità num.* 5. *vers. si verò substitutio*, Peregr. *de fideicommissis d. art.* 13. *num.* 35. & indiuidualiter respondendo contrarijs tenuit Rota coram Greg. *d. dec.* 296. *num.* 2.

Minus subsistens est aliud obiectum, quod stante reciproca substitutione inter primo vocatos in casu mortis si-
9 ne filijs † exigatur copulatiuè purificatio conditionis tàm respectu Fabritij, quàm Fuluij, qui casus non euenit, ex quo Fabritius filios reliquit, & sic non intrat dispositio *tex. in d. l. hæredes mei*, vt respodnit Rip. *in d. §. cum ita num.* 136. quem refert, & sequitur Rota *in Senen fideicommissi* 5. *Aprilis* 1660. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & coram Seraph. *dec.* 1190. *n.* 6. *& dec.* 429. *nu.* 10. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Etenim prædictus intellectus expresse repugnat dispositioni prædicti textus, in quo litteraliter adest facta reci-
20 proca inter primo institutos, † ibi: *Si quis eorum sine liberis prior diem obierit partem suam fratri superstiti restituat, quod si vterque sine liberis diem suum obierit omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam peruenire volo*, & nihilo-
11 minùs † pro Claudiæ substitutæ successione ad portionem vltimi defuncti sine liberis, *Papinianus* respondit, & reddit rationem, *absurdum esse cessante prima substitutione partis nepti petitionem denegari, quam totam habere voluit Auus, si nouissimus fratris quoque portionem suscepisset*. Neque applicatur doctrina Ripæ *in d. §. cum ita n.* 136. quia
12 † loquitur in diuerso casu, nempè quando conditio obitus sine filijs purificatur in primo decedente, & euanescit in secundo vti decedente cum filijs, puta si Fabritius primo defunctus decessisset sine filijs, & posteà Fuluius cum filijs, vt declarando eumdem Ripam respondit Rota coram Gregor. *dicta decis.* 296. *num.* 6. secus verò
13 est, quando (vt hic) † primus obijt cum filijs, secundus autem sine filijs, tunc enim non obstante reciproca substitutus admittitur ad portionem vltimo defuncti, & in hoc præciso casu locum habet dispositio *text. in d. §. cum ità*, vt magistraliter distinxit Rota *decis.* 804. *a num.* 6. *cum seqq. par.* 1. *diuer.* & secundum hanc distinctionem esse intelligendum *d. text.* Corn. *cons.* 283. *num.* 3. *vers. si verò euenit conditio lib.* 1. Fusar. *de substitut. qu.* 473. *num.* 118. Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 29. & cum hac præcisione declaranda venit *decis.* 429. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* dum ibi non constat quisnam primus obiisset, *& decisio in Senen. fideicommissi coram Reuerendissimo D. meo Decano*, † vltrà quod ponit persunctoriè, & per modum 14
obiecti conclusionem, de qua agitur, nec firmat, quod stante reciproca excludatur substitutus à portione vltimo defuncti *decisio verò* 1190. *cor. Seraph.* non firmat assumptum imò Dominorum resolutioni expresse famulatur, vt patet ex eius lectura.

Quod autem substitutus admitti non possit ad portionem vltimi, eo quia fuit substitutus in tota hæreditate, † & sicut totum consequi non potest, ità etiam nec partem 15
est pariter directo contra litteralem sensum *d. §. cum ita*, per rationem ibidem adductam, Claudia enim erat substituta in tota, & fuit admissa ad portionem vltimi, imò præcipuum voluntatis testatoris est, vt substitutus habeat partem dum voluit habere totum, vt notant Corn. *d. cons.* 293. *nu.* 3. Pereg. *de fideic. art.* 13. *nu.* 35. Rot. *d. dec.* 296. *nu.* 6. *cor. Greg.*

Ad alterum obiectum, quod existentibus filiis Fabritii testatoris ab nepotibus, & per consequens magis dilectus excludendus sit Angelus substitutus vti remotior, & de diuersa familia, quodque tali casu † collectiua substitutio 16
non resoluatur in singularitatem, nec videatur testatorem voluisse extraneum substitutum suis coniunctis præferri, ex Fusar. *de substit. qu.* 473. *num.* 30. *cum aliis ibidem adductis*. Vltrà responsionem datam in decisione, quæ reuidetur §. *fideicommissum*, aliam DD. æquè congruam tradiderunt; † nempè quod tunc dicitur super esse perso- 17
na, quæ ex præsumpta mente testatoris excludit substitutum, quando instituti sunt liberi, & descendentes quales non sunt filii Fabritii, qui sunt testatori transuersales, vt declarat Fusar. *vbi supra num.* 33. *cum aliis plurimis ab eodem congestis de communi testantibus*, & tenuit Rot. cor. Seraph. *d. dec.* 1190. *nu.* 4

Denique non vrget, quod Angelus prædecesserit Fuluio, & sic expirauerit substitutio fauore eius filiorum, † 18
quia vt obseruat eadem decisio, quæ reuidetur in §. *finali* eorum substitutio fuit facta sub sola mentione mortis Angeli, ibi: *E dopò la morte sua li suoi figlioli in infinitum*, † 19
& sic versamur in substitutione compendiosa, vt præter adductos firmat Fusar. *de subst. qu.* 223. *num.* 7. vnde ex vi anomalæ vulgaris † in compendiosa contentæ, substitu- 20
tio filiorum intelligitur facta siue Angelus obierit adita, † 21
siue non adita hæreditate, Bart. *in l. quamdiù nu.* 10. *ff. de acq. hæred.* Rot. *dec.* 201. *nu.* 6. *cum seqq par.* 8. *rec.*

Neque applicantur *decisiones in Bonon. fideicommissi de Pinchiariis* 28. *Martii* 1660. *& in Romana fideicommissi de Alberinis* 7. *Febr.* 1661. *&* 8. *Martii* 1662. *coram R. P. D. meo Priolo*, quia substitutio erat ibidem concepta sub expressa conditione superuiuentiæ primi instituti † hic autem 22
indefinitè post mortem Angeli, ibi: *E dopò la morte sua*, quæ verba non faciunt conditionem, vt dixit Rota *in Bononien. legati vsusfructus* 5. *Decembris* 1650. *coram bon. me. Bichio.*

Et ità vtraque, &c.

Quæ supra in hac causa emanauit Decisio, in appendice decisionum prætermissarum apponetur.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granaten.

Prænestina Simulationis Contractus.

Mercurii 19. *Ianuarii* 1667.

ARGVMENTVM.

Certi contrahendi modus in Diœcesi Prænestina fieri consueti, qui nihil aliud sunt, quàm emptio, & venditio facta cum pacto redimendi, & subsecuta locatione pro certa annua pensione in præsenti Decisione

ne declarantur, iidemque tamquam de iure liciti approbantur; modò tamen congrua, & legitima pensio in eis assignetur; Hinc plures conditiones, & qualitates in huiusmodi contractibus requisitas ex eadem Decisione videbis.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio facta cum pacto redimendi, & subsequenti locatione pro certa annua responsione sustinetur, & quomodo vide per totam Decisionem.*

Pactum redimendi in emptione, & venditione à iure permittitur, & approbatur, nu.1.

2 *Emptio, & venditio, in qua emptor etiam non dum accepta possessione rem venditori locat, de iure valet, nec improbatur.*

3 *Pactum redimendi, si continet pretii modicitatem, contractus præsumitur fœneratitius, & num.seqq. vbi vide.*

4 *Pretii modicitas in pacto redimendi, si est vltrà dimidiam continet vsuram.*

5 *Emptio, & venditio præsumuntur facta iusto pretio.*

6 *Testes formitèr examinati præferuntur testibus ad perpetuam rei memoriam, & nu.seq. vbi amplia.*

7 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, quamuis repetiti, non ideò probant, si eorum primam depositionem non confirmauerint.*

8 *Valor ex fructibus non probatur ex testibus nescientibus valorem stabilium, quantitatem eorundem fructuum, & quanti illi vendantur.*

9 *in Emptione, & venditione considerari debent etiam onera bonorum.*

Onera bonorum iustum valorem diminuunt, eaque in contractibus perpendenda sunt, nu.9.

10 *Pactum redimendi ad tempus quartam partem valoris diminuit, perpetuum verò tertiam.*

11 *Venditionis valor diminuitur, si nulla fuerit præstita fideiussio euictionis.*

12 *Valorem extenuat periculum deteriorationis rei, loco pretii receptæ.*

13 *Coniecturæ adductæ aduersus contractum fœneratitium cessant, non probata modicitate pretii, & quando.*

14 *Vsura non resultat propter excessiuitatem pensionis.*

Pensionis excessus patitur reductionem ad terminos leg. Curabit, *nu.14.*

Locatio etiam ipsa subiacet dispositioni textus in l. curabit, C. de actionibus empti, *nu.14.*

15 *Fructus ad rationem iuliorum sex pro singulis scutis octo quando dicantur de iure liciti.*

16 *Fructus bonorum stabilium calculantur ad rationem quinque pro centenario, & nu.seq. vbi vide.*

17 *Taxæ legalis præsumptio ad rationem scutorum quinque pro centenario in stabilibus cessat ex probatione maioris quantitatis fructuum, & nu.seq.*

Textus in auth. perpetua, C. de sacros. Eccles. *in materia fructuum bonorum stabilium perpenditur, & declaratur nu.16. & seqq.*

18 *Valor regulatur, & percipitur ex communi æstimatione loci bonorum, non autem ex iuris præsumptione.*

D E C I S I O II.

RECEDENDO à decisis coram bo: me: Verospio, die 16. Aprilis 1660. Rota per duas decisiones æditas coram eodem, nempè 10. Februarii 1664. * & 29. Maii 1665 * declarauit contractum nuncupatum *di Stagli* ab immemorabili ferè tempore visitatos in terra S. Viti, & aliis locis Prænestinæ Diœcesis non esse vsurarios; Illos tamen vti excessiuos ad certam quantitatem reduxit ex optimis fundamentis in dictis decisionibus relatis, quæ cum denuò subsistere visa sint, proindè coram me in causa suffecto resolutum fuit standum esse in secundo loco decisis.

Etenim prædicti contractus nihil aliud sunt in substantia, quam venditio bonorum stabilium cum pacto redimendi, & subsequenti locatione pro annua responsione cadorum quatuor musti, vbi bona empta, & respèctiuè locata sint valoris scutorum sexdecim, & cadorum duorum, si bona valeant scuta octo, vt patet ex instrumentis datis in prædictis positionibus, qui contractus sunt à iure permissi, vt de † venditione facta cum pacto redimendi 1
disponit *text.in l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem in cap ad nostram 5 de empt. & vendit. vbi glos. & DD in cap. conquestus de vsuris*, & de subsequenti locatione facta venditori, † etiam nondum appræhensa possessione em- 2
ptorem expressè habetur in *l. si sterilis, §. si fund. ff. de act. empt. & in leg. quædam mulier 76. in princ. ff. de rei vindicat.* & in puncto firmant Honded. *cons. 33. num. 64. vol. 2.* Ciriac. *contr. 255. num. 28. & seqq.* Rota coram Martino Andrea *dec. 109. num. 10.* cum pluribus aliis in principio vtriusque decisionis relatis.

Neque afficere visum fuit obiectum, quod quando cum pacto redimendi concurrit modicitas † pretii, contractus 3
censeantur fœneratitii, vt aduertunt Cagnol. *in d. l. 2. numer. 59. in final. C. de pact. inter emptorem, & venditorem*, Honded. *d. cons. 33. num. 65. lib. 2.* quia non probatur d. modicitas † pretii, quæ ad hunc effectum debet esse vltrà di- 4
midiam iusti pretii, vt præter Cagn. vbi supra, tenet Honded. *d. cons. 35. num. 62.* vbi de communi testatur Gratian. *discept. 600. num. 2.* Martin. Andr. *d. decis. 109. num. 7. cum aliis congestis in dictis decisionibus coram bo. mem. Verospio*; Imò excluditur nedum ex præsumptione † iuris, secun- 5
dum quam venditio semper censetur facta iusto pretio, Ciriacus *contr. 255. nu. 4.* Maxime cum fiat præuia peritorum æstimatione, vt legitur ferè in omnibus instrumentis, verùm etiam ex testibus formitèr examinatis, deponentibus pretium ab emptoribus persolutum, quasi iustum pretium æquare, quorum dicta præferri debent † 6
aliis testibus ad perpetuam rei memoriam deponentibus, Gregor. *decis. 230. num. 6. cum seqq.* qui licèt posteà fuerint iudicialitèr repetiti, † non tamen depositionem priùs ex- 7
traiudicialitèr factam confirmarunt, sed interrogati dixerunt ignorare valorem bonorum stabilium, quantitatem fructuum solitam ex illis percipi; & quanti fructus vendi consueuerunt, vt in Summ. D. Marchionis numer. 3. sine quibus † redditur omninò improbabilis valor ex fructibus, 8
iuxtà *pract.* Bart. *in l. 2. C. de rescind. vend.* quam secuta fuit Rota cor. Buratto *dec. 538. nu. 8.*

Præterea quamplura onera in contractu apposita verum valorem diminuentia † debent quoque ponderari, Ciriac. 9
contr. 255. nu. 14. Caren *resol. 14. n. 5. in fine.* Et primò pactum redimendi, quod si est ad tempus, quartam partem, † si verò 10
est perpetuum, prout in maiori parte dictorum contractuum reperitur, tertiam partem iusti valoris diminuit, vt vltra adductos in vltima decisione §. *ad excessiuitatem firmat* Ciriac. *d. contr. 255. nu. 44.* Secundò quod in venditione † nulla 11
fuit præstita fideiussio de euictione, vt perpendit Rota *dec. 278. nu. 3. par. 4. tom. 2. rec.* Tertiò quod pensio destinata erat in musto, in quo vltrà impensam pro asportatione in propriam domum locatoris adest periculum deteriorationis, & corruptionis, quæ † paritèr valorem extenuant, Ciriac. 12
contr. 669. num. 22. & 23. Less. *de iust. & iure lib. 2. cap. 21. nu. 35.* Rota *in Romana locationis 2. Febr. 1660. § diminutio cor. bo. me. Verospio.*

Minùs vrgere possunt nonnullæ coniecturæ ad probandam vsuram adductæ, quia non probata modicitate pretii vltra dimidiam † sunt inefficaces, & omnes tolluntur con- 13
gruis responsionibus datis in vltima *decisione d. § & licèt vsque ad finem*; Quinimò singularitèr perpensæ respiciunt potiùs excessiuitatem pensionis, † quæ vsuram non arguit, 14
sed tantùm læsionem reductioni subiectam ad terminos *l. 2. C. de rescind. vendit.* vt pluribus probat vtraque decisio, & in puncto respondet Rota coram Martin. Andrea *d. dec. 109. nu. 16.*

Qua excessiuitate attenta DD. reductionem factam in dd. præcedentibus decisionibus iterum approbarunt, vt scilicèt pro singulis scutis octo † in pretium prædii, 15
sex iulii dumtaxat venditori persoluantur, cui resolutioni Domino Marchio ampliùs non contradicit, imò illam libentèr amplectitur, & quatenùs conductores non acquiescant eo sub prætextu, quod adhuc pensio sit excessiua habito respectu ad taxam legalem, † secundum 16
quàm fructus bonorum stabilium, calculantur ad rationem quinque pro centenario, iuxtà *gloss. in auth. perpetua, C. de sacr. Eccl.* subsistere visa fuit responsio data in vtraque decisione, quod huiusmodi legalis præsumptio cessat † vbi probatur maiores fructus ex bonis percipi, Soc- 17
cin. *in l. de diuisione num. 13 ff. solut. matrim.* Natt. *cons. 494. num. 3. & 4.* Alexan. *cons. 69. num 4. lib. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 4.*

lib.4.tit.24. num.14. Rota *in Romana pecuniaria 25. Iunii 1660. §. licet, & in Baren Census 27. Februarii 1662. & 2. Iunii 1663. §. siquidem coram bo. me. Verospio;* In præsenti autem dantur duos testes deponentes rubrum vnum terreni vineati in terra S. Viti esse valoris scutorum centum circitèr, & reddere quolibet anno computato fertili cum sterili caballos octo musti constituentes cados 32. *d. Summ. nu.2.* Vnde patet fructus dictorum bonorum longè excedere taxam legalem, & per consequens cessat præ-
18 sumptio illius, quia non ex ea, † sed ex communi æstimatione loci bonorum verus valor regulatur, ad text. *in l. fin. C. de administr. tutelæ*, Ciriac. *contr.471. nu. 10.*

Ex quibus, & aliis fundamentis Decisionum DD. steterunt in decisis D. Marchione tantùm informante.

Quæ duæ superiùs in hac eadem causa emanarunt Decisiones coram bo. me. Verospio, apponentur in appendice Decisionum prætermissarum.

R. P. D. TAIA.

Romana, seù Ianuesi Dotis.

Mercurii 19. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Quoniam ad differentiam pignoris, etiam res aliena potest in contractum emptionis, & venditionis deduci; sic etiam erit permissum in datione insolutum, quæ vices venditionis obtinet; Quomodo autem maritus rem in dotem acceptam restituere possit ipsique mulieri, cui ex constitutione suæ dotis remansit ius quæsitum præiudicare minimè possit, ex decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Dari insolutum, sicut etiam recipi non minus potest res aliena, sicut emptione, & venditione.*

2 *Emptio, & venditio rei alienæ valet, licèt res possit emptori auferri.*

3 *Venditor non tenetur nisi quamdam asininam possessionem tradere, & se pro euictione obligare.*

in Emptione, & venditione dicitur esse ius in persona, quod exerceri potest etiam in re aliena, num.3.

4 *Emptor, non autem venditor cogitur facere rem accipientis.*

5 *Datio in solutum vices venditionis obtinet.*

Actio vtilis ex empto pro euictione competit in datione in solutum, num.5.

6 *Maritus rei in dotem acceptæ non extantis æstimationem omninò præstare tenetur.*

Dotalem rem extantem, licèt deteriorem factam maritus reddere potest, num. 6.

7 *Scriptura priuata ex voluntate contrahentium, potest eamdem vim habere, ac si esset publicum instrumentum.*

8 *Mulieri etiam absenti, ac etiam ex tacita stipulatione contenta in capitulis matrimonialibus, remanet ius quæsitum.*

9 *Mulieri absenti in dote noceri nullo modo potest.*

10 *Mulier contra suam dotem, nec ipsa proprio pacto sibi præiudicare valet.*

11 *Scire sine legibus se plures confidunt, cum tamen nesciant quid dicant.*

12 *Dotis conditio per pactum posterius meliorari quidem potest, deteriorari autem non.*

DECISIO III.

MANDATVM Rotale exequendum Domini responderunt, quod est librar. 60. mil. dotalium pro Comitissa Maria contra bona hæreditaria Co: Octauii, & si Co: Octauius Iun. obtinuisset committi causam appellationis sine præiudicio quoad libras 18650. & in reliquis si quid exequendum.

Etenim præter alia magis, ac meliùs coram R. P. D. meo Ottalora 2. Decemb. 1665. & 18. Iunii 1666. citrà controuersiam 18650. solutarum in pecunia numerata, reliquum visum est solutum 25100. in iure Hispano, & 16250. in redditu Mediolanesi, cum obligatione cuiusque insolidum Octauii Soceri, & Benedicti viri, iuxta capitula matrimonialia 4. Iulii 1631.

Non obstitit, quod scripto quodam Chirographo matrimoniali, & ibidem conuenta dote librarum 60. mil. solueñ 25100. in iure Hispano, & 16250. in redditu Mediolanense, & 18650. in pecunia numerata 21. Martii 1631. & ab Octauio constituto Procuratore ad contrahenda capitula matrimonialia iis modis, & formis 5. Aprilis seq. Procurator videatur excessisse mandatum contrahendo cum Octauio vti fideicommissario Procuratori, & administratori hæreditatis, & hæredum Cleriæ declarando ius Hispanum, & redditum Mediolanensem esse de hæreditate Cleriæ ex testamento ipsius, & recipiendo bona, vel aliena, vel obligata d. die 4. Iulii 1631.

Quia mandatum si opus sit visum est amplissimum, *dando denique, & concedendo dicto Procuratori plenum, amplum, liberum, speciale, & generale mandatum cum plena, ampla, libera, particulari, & generali administratione in prædictis omnibus, & singulis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, &c* immò Procurator ea recipit, quæ erant recipienda recepta obligatione de euictione, atque vt non minus res aliena, quam propria dari, † ac recipi potest in 1
solutum sicut emptione, & venditione, vt infrà, ita etiam cum cautione contractum videretur si oporteret.

Nec visa est relatio ad testamentum Cleriæ probat rebus alienis, sed enunciatio ipsius testamenti pro testamentariis, & vndè processerint.

Atque ità ex re ipsa non obstitit illa declaratio, & proinde dictum ius, & dictum redditum fuisse quoque aliorum filiorum Io: Iacobi, Io: Baptistæ, Lucretiæ, & Iuliæ, qui nec assenserunt, nec accesserunt.

Quia ex facto Io: Iacobus assenserat, & se obligauerat antea 6. Iunii 1631 Io: Baptista ingressurus Religionem renunciauit 11. Februarii 1633. & Iulia, & Lucretia ingressuræ Religionem renunciauerant pridem illa 4. Febr. 1623. hæc 9. Apr. seq & Comitissa Maria consensit, & adhuc consentit, & omnia confirmata sunt inter dictos filios Cleriæ instrumento diuisionis expressa dicta dote librarum 60. mil & reliquis d uisis etiam maternis, & con stat assen sus, & petitio Co: Octauij, & sententia A C. assumendo ius Hispanum 25100. aliàs in solutum datum ex ipsa sententia contra petentem cogi Promissores ad redimendum quinquennio longè lapso 30. annis sicut, & constat translatio redditus Mediolaneñ in caput Benedicti.

Et ex iure rem alienam distrahere, quem posse nulla dubitatio est. † Nam emptio est, & venditio, sed res em- 2
ptori auferri potest, *l. rem alienam 28. ff. de contrahen. empt.* quia ad differentiam pignoris in venditione † non teneor, 3
nisi quamdam asininam possessionem tradere, & me pro euictione obligare, & ita est ius in persona, quod possum etiam in re aliena *§. & in primis, l. ex empto 11. ff. de act. empt. glos. 1. vers. sed cum teneat, d. l. rem alienam,* atque adeò Emptor cogitur, † non autem Venditor facere rem Acci- 4
pientis, *d. §. & in primis, & ibi glos. facere cogitur,* & planè quod pro soluto datum est † huiusmodi contractus vicem 5
venditionis obtinet, & vtilis actio ex empto pro euictione competit, *l. 4. C. de euict. & ibi glos. vlt. l. 5. C. de iur. dot.* cum aliis apud Dec. *cons. 307. nu. 6. à vers. sed hoc non obstante*, abundè cum alluuiæ decisionum Merl. *de pign. q. 19. à n. 2. lib. 2.* & euictionem nominatim partes cauerunt, & dotantes promiserunt defendere omni tempore dictum ius, & dictum redditum, & iura vtriusque cessa, & omnem litē suscipere de qualibet euictione, &c. cōtractu necessaria, sed euētu superflua, cùm Promissarij acceperint vti dimiserint promittētes, & nemo cōtenderit supra triginta annos.

Itèm nec obstitit, quod posteriori instrumento dotali Comes Octauius etiam, vti Procurator filii dotes, & respectiuè dicta iura, & redditus postquam in caput, & creditum Benedicti ad dispositionem suam translata fuerint reddere promiserit, &c. & clariùs cauerint, vt restitutio fieri possit eisdem modo, & forma, cum dictis iuribus, & effectibus, quemadmodum dicta dos assignata, & respectiuè soluta fuit, &c. in dicto Instrumento 30. Septembris 1631. ratificato ab ipsis promissoribus dotis 7. Nouembris seq. vndè si res non extarent æstimationem omninò maritus præstaret † extantes autem sanè deteriores 6
factas reddere possit notabili, *l. 10. in fine, cum l. seq. ff. de iur. dot.* Mantic. *de tacit. et ambig. conu. tit. 28. nu. 32. à vers. secundus casus lib. 12.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 13. à n. 64. et repetit.* Marin. *resolut. 91. n. 7. lib. 1.*

Quia

Quia cautum erat iam in ipsis capitulis matrimonialibus faciendum instrumentum per publicum Notarium, iuxtà contenta in illis, eaque scriptura, quam omnimo-
7 dò voluerunt Contrahentes habere eamdem vim, † ac si esset publicum Instrumentum, iuxtà huiusmodi clausulam conuentionalem, apud Cost. *de conuent. clauf. vltim.* Mart. *clauf.* 213. *par.* 1. ex quibus ius quæsitum erat iam
8 mulieri etiam absenti † etiam tacita stipulatione, *l. vnic. in princip. Cod. de vxor. act. & ibi glos. exigi cum seqq.* Bald. Noueli. *de dot. priuil* 2. *ab init. par.* 6. Mantic. *de tacit. tit.* 28 *nu.* 24. *maximè verf. Ex hoc autem lib.* 14. nec absenti eidem
9 mulieri † nocere potuit, *l.* 1. *ff. de pact. dotal.* Immò nec
10 præsens ipsa sibi nocere potuisset † vtpotè pacto contra dotem, *l.* 2. *& l. Attilicinus* 18. *ff. eod. notabili textu*, adeò vt protestatus sit ibid. Bart. si non esset illa lex, nescire quid diceret aduersus quosdam, qui in se confidunt credentes
11 sine legibus se scire † quid dicant, & hoc magis nescientes notabili inquam textu, vbi nec valet posteriùs pactum ambigui euentus ad commodum, & incommodum, † atque adeò reddendæ omninò dotis in datis in solutum quatenùs euenisset incommodum, *d. l. Attilicinus cum pluribus apud* Mantic. *de tacit. tit.* 32. *nu.* 18. *à verf. sed diuerf. sententia lib.* 12.

Et ità vtraque &c.

Aliæ duæ decisiones habentur in hac causa, altera 14. Martii 1667. alia verò 25. Iunii 1668. quæ omnes adsunt quoque in hoc præsenti volumine suo loco, & tempore adnotandæ.

R. P. D. CARPINEO.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Recanaten. Census.

Lunæ 24. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Non prohemium obligationis, sed potiùs illius causam motiuam attendendam esse in hac decisione deducitur; maximè quando proùt hic ex subsequentibus verbis ipsum prohemium satis remanet declaratum; Itemque firmatur quando fideiussor ratione mutui periculi, vel non contemplatione alterius interessisse dicatur, ad hoc vt summam ab eo solutam possit ab aliis repetere.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes sunt stricti iuris, ne quis teneatur in plus quam temeri voluit.*
2 *Verba pro ratione motiua obligationis prolata attendi potiùs debent, quam eiusdem obligationis prohemium.*
3 *Verba antecedentia, licèt generalia, declarationem recipiunt à subsequentibus verbis ratione adiecti.*
4 *Verba præcedentia etiamsi solam partem importarent declarantur à subsequentibus comprehendentibus totum.*
5 *Obligatio limitata limites suæ obligationis excedere non potest.*
6 *Cessio ex interuallo à fideiussore reportata post secutam satisfactionem, an suffragetur aduersus alium confideiussorem, & nu. seqq*
8 *Fideiussores quando ratione mutui periculi, vel non intuitu alterius accessisse dicantur.*
9 *Fideiussor soluens totum debitum possit, nè ab aliis fideiussoribus solutionem repetere, & quando, & sup. nu. 6. cum seqq.*

DECISIO IV.

CÆSAR Massuccius, & Marcus Antonius Leprettus diuersis instrumentis constituerunt Procuratores Franciscum, & Fabritium eorum respectiuè filios ad ipsos constituentes obligan. & acceden. Instrumento impositionis annui census scut. 130. vendendi pretio scut. 2000. Vincentio Berardo; cum verò huius census medietas deseruire debuisset Equiti M. Antonio Lepretto, & altera Francisco Massuccio; pro hac rata hinc ille eadem die impositionis agnoscendo bonam fidem erga Cæsarem illum promisit indemnem releuare, ac se obligauit de proprio fructus soluere, ac debitis temporibus sortem extinguere, aliàs voluit dictam summam scut. 1000. imputari in suam legitimam.

Adimpleuit Franciscus promissa, & quia fructus huius ratæ soluit, & sortem etiam extinxit, sed pro alia simili rata in vtroque defecerunt Eques M. Antonius Leprettus, ac Fabritius filius, quam ob rem hæredes Vincentii Creditoris contra Marium hæredem Cæsaris in solidum obligati, se vertentes illum cogerunt pluribus vicibus soluere scut. 773. b. 90. pro quibus repetendis reportata iurium cessione egit executiuè contra Franciscum iuniorem mediatum hæredem Francisci Sen. sed contraria sententia succubuit in Tribunali A. C. qui declarauit viam executiuam non competere, igitur dato dubio in gradu appellationis, an, & quomodo teneatur hæres Francisci ad solutionem fructus, fuit in obiectis negatiuè resolutum.

Ratio fuit, quod siue Marius agens vti hæres Cæsaris innitatur instrumento releuationis, siuè vti Cessionarius Verardi Creditoris hæredum se fundet in instrumento impositionis census nullam prorsus habeat actionem efficacem, ad obtinendum contra hæredes Francisci.

Siquidem ille in instrumento releuationis agnouit quidem erga Cæsarem Patrem bonam fidem, sed limitatè pro rata scut. 1000. iam extincta, dum alia similis rata spectabat ad M. Antonium Leprettum, qui eam receperat. Quapropter huius instrumenti vigore vltrà hanc ratam adstringi non poterat, † obligationes namque sunt stricti iuris, nec 1
quis tenetur in plus quam teneri voluerit, vulgata lege quidquid adstringendæ, luncta *l. si ita stipulatur, §. Crisogonus, ff. de verb. oblig.*

Parum obstante, quod in Proemio dicti instrumenti asseratur Cæsarem Patrem intuitu ipsius Francisci dedisse mandatum ad imponendum censum scut. 2000.

Præterquam enim talis assertio statim erronea conuincitur, dum ipsius instrumenti lectura demonstrat Cæsarem contemplatum non fuisse Franciscum filium, sed vlteriùs obiectum ponderando, quod in eodem Instrumento, post hanc assertionem positam ad maiorem explicationem facti immediatè subiungitur, *e douendo la metà di detta somma cioè scudi 1000. seruire à detto S. M. Antonio, & li altri scudi 1000. al detto Francesco*, quæ verba, pro ratione motiua obligationis Francisci prolata, attendi potiùs debent, † quam ipsum proemium, vt ex *text. in l. Emptor, §.* 2
Ancillam, ff. de rei vindic. prob. Bald. *conf.* 449. *nu.* 4. Regulare namque est, quod præcedentia verba licèt generalia † de- 3
clarationem recipiant ex sequentibus ratione adiecti, *l. sed si addiciat.* 13. *ff. pro soc. in l. bis verbis* 100. *ff. de leg.* 3. *l.* 1. *§. si quis simpliciter verf. cum adiicit, & ibi gloss. ff. de verb. oblig.* & in proximis terminis de verbis importantibus partem, † 4
post alia, quæ totum comprehenderant, Abb *conf.* 75. *num.* 5. *verf. ad primum namque respondeo libr.* 2. cum aliis congestis in *dec.* 114. *nu.* 5. *cor. Greg. XV.*

Et talem fuisse intentionem contrahendi ad euidentiam probant alia verba adiecta in dispositiuа d. instrumenti recognitionis bonæ fidei.

Promette, e si obliga à detto Sig. Caualier Cesare presente, & accettante, che mai per alcun tempo per tal impositione del sopradetto censo di scudi 1000. detti di sopra sarà per patirne danno alcuno, & rursus contentandosi esso S. Francesco in caso, che detto S. Caualiere suoi heredi, e successori patissero danno alcuno, che tal somma di scudi 1000. li sia imputata nella sua legitima. Quæ cum obligationem Francisci limitatam ad scuta 1000. dumtaxat præseferant, † vt recognitio bonæ fidei, 5
ac promissio indemnitatis, nullo modo potest illam excedere, vt decisum fuit in *dec. Caual.* 99. *ante nu.* 1. *& dec.* 363. *nu.* 6. *par.* 3. *dec.* 224. *nu.* 11. *par.* 5. *rec.*

Nec aliquid contra hæredem Francisci prætendere potest Marius in vim cessionis reportatæ à Patribus S. Pauli hæredibus Vincentii creditoris, quidquid enim sit, an talis cessio ex interuallo reportata, post secutam satisfactionem suffragetur, † aduersus alium confideiussorem, in quo articulo 6
negatiuam scientiam defendit Surd. *dec.* 308. *nu.* 15. vbi respondendo Gabr. *in conf.* 63. *n.* 10. dixit ad hunc effectum sufficere, quod soluens tamquam insolidum obligatus habeatur pro principali respectu creditoris, cuius persona dum quæritur, an actio competens pro solutis eradicetur, attendenda est non autem confideiussorum, † contrarium verò 7
ex text. *in l. cum bis* 36. *ff. de fideiuss.* amplexa fuit Rota *in dec.* 512. *bo. me.* Merl. *à principio vsque ad nu.* 13. cessare visa fuit, in proposito, quælibet difficultas, quia respectu hu-

ius summæ non versamur inter confideiussores mutui pe-
8 riculi contemplatione obligatos, sed in † casu contrario quando scilicet non intuitu alterius alter accessit, iuxtà distinctionem Bart. *in l. si stipulatus esses 16. §. si ex duobus*, *vers. quandoque fideiubet*, *ff. de fideiussor.* secundum quam
9 Rota resoluit, quod cessante ratione mutui periculi, si † alter ex fideiuss. soluit dicitur hoc facere in extinctione proprii debiti, nec potest ex pluribus cessis ab alio repetere in *Romana fideiussionis* 1. *Iulii* 1598 *coram Litta*, *rel. post* Pacif. de Salu. *decis.* 163. *nu.* 1. *&* 2. quæ resolutio fuit approbata in *Romana Census* 27. *Nouembr.* 1637. *cor. Reuerendiss. Imolen.* quæ est *dec.* 617. *nu.* 10. *&* 23. *par.* 5. *rec.*

Idque optimè agnouit ipsemmet Marius, qui in instrumento cessionis reportatæ à Patribus S. Pauli solùm expressit Cæsarem auctorem suum accessisse instrumento impositionis contemporaneè, & intuitu similis obligationis factæ per Equitem Marcum Antonium Lepretum, nunquam autem dixit id egisse contemplatione Francisci filii. Quinimmò cessionem iurium nominatim reportauit contra bona hæreditaria dicti Marci Antonii, & Fabritii, quod apertè d. monstrat in primordio obligationis illorum tantùm personas fuisse contemplatas.

Ex quibus succedit resolutio alterius partis dubii: quoniam inutiliter quæritur, quomodo teneatur hæres Francisci, an via executiua, vel ordinaria, dum, vel ex superiùs dictis ad aliquod non teneri fuit resolutum in vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Pampilonen. Beneficii de Nardues.

Veneris 24. *Ianuarii* 1667.

ARGVMENTVM.

Beneficium vacatum in mense Pontifici reseruatum adiudicari debet Prouiso Apostolico non obstante prætensa alternatiua Episcopi, quæ nec probatur acceptata, nec per Datariam admissa; eo magis si tale Beneficium non erat liberæ collationis ipsius Episcopi super quo tantummodò eadem alternatiua procedit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacatum in mense Pontifici reseruato spectat ad Papam, & conferri minimè potest ab Ordinario.*
2 *Alternatiua vt suffragetur Episcopo equè constare debet de illius acceptatione, ac subsecuta admissione in Dataria.*
3 *Alternatiua cessat, quoties Beneficia non sunt liberæ collationis Episcopi, in quibus tantummodo illa procedit.*
4 *Clericatus remanet concludenter probatus ex testibus de eo deponentibus, atque etiam ex concessione Aduersarii.*
5 *Valorem Beneficii plenè probant testes, qui super illo deponunt, ac etiam confessio partis nu.* 7.
6 *Clericus quod aliquis sit probatur ex confessione ipsius Aduersarii.*
7 *Confessio partis probat valorem Beneficii.*
8 *Originarium non ex aliqua Ciuitate vel Diœcesi probant testes de tali origine deponentes.*
9 *Idoneitas probatur ex testibus ac etiam ex sententia Vicarii.*
10 *Beneficium adiudicari debet prouiso Apostolico data iustificatione narratorum.*

DECISIO V.

APPOSITO sequestro super fructibus simplicis Beneficii in Ecclesia Parochiali loci de Nardues Pampilonen. Diœcesis ad instantiam Michaelis Martinez prouisi Apostolici contra Iosephum de Vergara prouisum ab Ordinario Pampilonen. iuxta *decis. coram me* editam per contradictas die 5. Iulii proximi preteriti prosequendo negotium principale proposui dubium pariter per contradictas, cui sit ad iudicandum d. Beneficium, & Domini d. Michaeli prouisio Apostolico informanti ad iudicandum esse responderunt.

Constat enim ex depositionibus Testium, & ex sententia pro exequutione Litterarum Apostolicarum à Vicario Pampilonen. lata illud vacasse per obitum q. Petri Ximenes in mense Aprilis anni 1661. qui est vnus ex octo mensibus Sedi Apostolicæ reseruatis, per Regulam 8. Cancellariæ, hodie 9. † ideo conferri non potuit ab Ordinario, 1
sed collatio spectabat ad Papam, vt in proposito adiudicationis Beneficii prouiso Apostolico contra prouisum ab Ordinario dixit Rota cor. Caual. *dec.* 363. *in princ.*

Neque prouisio Iosephi sustineri potest vigore alternatiuè, per quam mensis Aprilis spectabat ad Ordinarium: quia non constat de acceptatione d. alternatiuæ per Episcopum Pampilonen. † vna cum subsecuta recognitione, & 2
admissione eiusdem acceptationis in Dataria, prout ex verbis d. Regulæ necessarium est, vt explicat Gonzal. *super ea Glos.* 63. 64. *&* 65. Rota cor Buratt. *dec.* 888. *num.* 6. *&* 7. *&* *cor. Caual. d. dec.* 363. *nu.* 1. *vers. nec visa*.

Et quatenus constaret, tamen non releuaret; quia cum Testes deponant reliquos quatuor menses non reseruatos in d. regula pertinere ad Abbatem d. loci de Nardues, *vt in Summ. numer.* 5. & Michael hinc prætendat Episcopum Pampilonen. non habere in huiusmodi Beneficio liberam collationem, sed conferre ad præsentationem d. Abbatis,
† ex hoc cessare dicebatur alternatiua, quatenus etiam 3
Episcopus ea frueretur, cum illa locum habeat, & intret dumtaxat in Beneficiis, quæ sunt de libera collatione Episcopi, vt clarè disponit eadem regula sub *vers. insuper Sanctitas Sua*, & tradit ibi Gonz. *glos.* 45. *nu.* 1. 10. *& seqq.* Rota *dec.* 247. *nu.* 3. *&* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 31. *nu.* 7. *par.* 13 *rec.* *& in Meleuitana Canonicatus* 1. *Decembris* 1662. *§. non obstat cum §. seqq. cor. Reu. D. meo Cerro Decano*.

Cætera contenta seu narrata in Litteris Apostolicis pro parte Domini Michaelis iustificari videbantur, nam eius Clericatus, & Beneficii valor per non excessum in ducatis 24. auri de Camera probantur, tam ex Testibus, † 4
vt de Clericatu dixit Rota cor. S. m. Greg. *dec.* 103. *num.* 7. *& dec.* 394. *nu.* 2. *in* *rec. dec.* 233. *nu.* 1. *dec.* 371. *nu.* 8. *pa.* 9 *&* *dec.* 274. *n.* 8. *p.* 10. *rec.* † & de valore Beneficii Caual. *d. dec.* 5
363. *nu.* 2. *vers. valor* Duran. *dec.* 263. *nu.* 18. Rota *dec.* 371. *nu.* 4. *in fine*, *&* 5. *pa.* 9. Quam etiam ex confessione Aduersarii *in processu cor. d. Vicario Pampilonen.* † vt de confes- 6
sione Clericatus Buratt. *dec.* 300. *nu.* 4. Duran. *dec.* 406. *nu.* 3. Rota *dec.* 162. *nu* 1. *p.* 7. *rec.* & in proposito valoris, † Ro- 7
ta *dec.* 595. *nu.* 2. *p.* 3. *dec.* 162. *nu.* 5. *vers. necnon ex confessione p.* 9. *dec.* 357. *nu.* 10. *par.* 13. *rec.* *& cor. Eminentiss. Ottbob. decis.* 135. *nu.* 2.

Quod ipse sit oriundus ex Diœcesi Pampilonen. † pro- 8
batur ex depositionibus eorumdem Testium Rot. *dec.* 544. *nu.* 1. *par.* 4. *rec* *cor. Duran. dec.* 163 *nu.* 18. *& cor. Reu. Roias dec.* 100. *num.* 6.

Habilitas vel idoneitas eiusdem Michaelis † resultat 9
pariter ex eisdem Testibus Rot. *dec.* 257. *nu.* 7. *pa.* 9. *rec.* ac comprobatur ex approbatione facta in sua sententia à Vicario Pampilonen. Executore cuius conscientia in hoc onerata fuit Rota *dec.* 187. *nu.* 10. *par.* 6. *rec.*

Demum iustificatio narratiuæ circa pertinentiam collationis seù præsentationis ad Abbatem d. Loci de Nardues cessantibus reseruationibus, & affectionibus Apostolicis deducitur ex supradictis Testibus datis *in Sum. nu.* 5.
Stante autem iustificatione narratorum † locus est adiudi- 10
cationi Beneficii *c. cum Bertoldus in fine de senten. & re iud.* Rota cor. Caual. *d. dec.* 363. *nu.* 4. *cor. Reu. Roias dec.* 100. *nu.* 9. *in Gerunden. Beneficii* 11. *Martii* 1648. *§. vnde cum ex prædictis coram Eminentissimo Card. Celso*, *& in Aquilana Beneficii* 17. *Maii* 1662. *§.* 1. *cor. Reuerendissimo Domino meo Cerro Decano*.

Et ita per contradictas resolutum fuit.

R.P.D.

R. P. D. EMERIX.

Bononien Domus de Maluasia.

Lunæ 24. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Testator si duo fecerat fideicommissa, alterum restitutorium, alterum vero conseruatorium, & deinde facultatem alienandi concesserit inter ipsos vocatos; Non indè sequitur præcedenti fideicommisso restitutorio aliqualiter præiudicare voluisse; eo itaut purificato non possit vocatus huiusmodi alienationem infringere.

SVMMARIVM.

1 *Licentia alienandi per testatorem concessa post constitutum fideicommissum operetur ne facultatem bona transferendi in remotiorem.*
2 *Duæ negatiuæ videntur expresse concedere quod prius fuerat negatum.*
3 *Dictio nisi adiecta præcedenti orationi negatiuæ affirmat.*
4 *Prohibitio alienationis resultans ex fideicommisso restitutorio, non censetur relaxata per simplicem permissionem alienationis, inter vocatos concessæ.*
Fideicommissum restitutorium per solam permissionem alienationis inter vocatos concesse, non præsumitur à testatore fuisse subuersum n. 4.
5 *Clausula* saluo però d. fideicommisso, *est præseruatiua præcedentium substitutionum.*
6 *Licentia alienandi concessa sine præiudicio fideicommissi, intelligitur quatenus illa fiat non præiudicando substitutis.*
7 *Licentia alienandi sufficit, quod verificari possit, vel inter vocatos, vel durante vita grauati.*
8 *Fideicommissi subuersio in vno eodemque testamento nunquam præsumitur.*
9 *Facultas alienandi limitatè concessa, operatur alienationes vltra eam factas non sustineri.*
10 *Facultas alienandi à testatore post fideicommissum concessa, quomodo intelligenda veniat, declaratur per totam Decisionem.*

DECISIO VI.

IN Decisione edita coram me, die 22. Februarij proximi præteriti reuocatoria alterius emanatæ coram bon. me. Card. Verospio sub die 25. Iunii 1632. decreta fuit immissio in domo de qua agitur Comiti Francisco Mariæ vti descendenti ex prima, & prædilecta linea à Constantio Maluasia in suo testamento vocata non obstante, quod Comes Antonius Galeattius descendens ex secunda linea in defectum primæ substituta eamdem domum possideret virtute dispositionis ad sui fauorem factæ per Sigismundum alterum ex quatuor filiorum Constantij hæredibus institutis; Cumque hodie fuerint ad trutinam reuocata vtriusque decisionis fundamenta DD. censuerunt standum esse in secundo loco decisis.

Tota vis enim scribentium pro Comite Antonio Galeattio restricta fuit ad eam partem testamenti, in qua Constantius post constituta duo strictissima fideicommissa. Primum nempè restitutorium mediante expresso grauamine restituendi de vno in alium, modo præscripto, & ordine succedendi de gradu in gradum, & alterum sequens conseruatorium inductum ex literali prohibitione alienationis sub explicita pœna caducitatis in casum contrauentionis subdidit hæc verba *Non intendendo però esso Signor Testatore per la prohibitione dell' alienare detta di sopra, che si prohibisca l'alienare frà di loro*
1 *chiamati, saluo però il fideicommisso come sopra;* † Ex quibus conabantur deducere expressam licentiam alienandi inter vocatos, & per consequens inferre, quod Sigismundus hæres grauatus potuerit de præfata domo in remotiorem disponere, quasi, quod prædicta verba posita post præcedentem prohibitionem alienationis præseferrent duas negatiuas; † Ideoque expresse concederent, 2
quod prius negatum fuerat in terminis dictionis *nisi* † 3
adiectæ post præcedentem orationem negatiuam consuluerunt Ruin. *cons.* 132. *nu.* 1. *&* 3. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 356. *num.* 9. Soccin. Iun. *cons.* 163. *num.* 36. *& seq. lib.* 2. Peregr. *cons.* 40. *sub nu.* 6. *lib.* 2. Surd. *cons.* 71. *num.* 6. Berous *cons.* 84. *num.* 17. *lib.* 2 Andreol. *contr.* 278. *num.* 3. *&* 15. Grat. *discept.* 416. *num.* 4. *& alias respondit* Rota coram Coccin. *dec* 244. coram Buratto *dec.* 84. *num.* 3. & coram Card. Ottobono *dec.* 265 *num.* 51. *& seqq.*

Verùm difficultas cessat ex facto, tum quia ex præinsertis verbis iterum per DD. accuratè perpensis visum fuit non posse aliud elici, præter quamdam relaxationem, seù modificationem prohibitionis priùs iniunctæ ad maiorem restitutionem fideicommissi, ex qua non sequitur, quod testator, si non prohibuit alienationem inter vocatos, illam, subuertendo ordinem fideicommissi restitutorij permiserit; † Cum tali casu remaneat in 4
suo robore implicita prohibitio legis resultans ex eodem fideicommisso restitutorio, quod per d. tacitam relaxationem seù modificationem prohibitionis subuersum non fuit, vt benè referendo Ruin. tradit Gabriel. *cons.* 123. *numer.* 41. *vers. tamen tacita lib.* 1. Bellon. Iun. *consil.* 1. *num.* 93. *&* 95. Cirocc. *discept.* 24. *num.* 16. Rota coram Coccin. *dec.* 495. *numer.* 2. *&* 3. *& in Sancti Seuerini Fideicommissi* 25. *Iunii* 1646. §. *quia procedit coram bon. mem. Verospio, & in Romana Fideicommissi de Boncompagnis* 22. *Martii* 1662 §. *& fuit versic. & ratione coram R. P. D. meo Beuilacqua confirmat coram eodem die* 18. *Iunii* 1663. §. *non obstat.*

Tum etiam quia cumin fine eorumdem verborum adsit clausula præseruatiua fideicommissi † ibi, *Saluo però* 5
d. fidecommisso come sopra, cuius virtus est præseruare præcedentes substitutiones, nec alteri permittere alienationem inter vocatos, † *nisi* in quantum illa fiat sine præ- 6
iudicio fideicommissi, vt præter adductos in præcedenti decisione huius causæ tenuit in terminis Cephal. *consil.* 96. *nu.* 19. *&* 20. Vtique ex ea satis apertè colligitur, quod testator noluit tollere, neque legalem, neque propriam prohibitionem modo quo illam superius præscripserat, ex latè congestis in præcedenti decisione, edita coram me §. *remouetur cum duobus seqq.*

Neque in facto verum est quod admisso tali intellectu præinserta verba remaneant superflua & sine effectu operandi, quia vt etiam responsum fuit, satis est, illa verba posse operari ad sustinendas alienationes factas inter existentes in pari gradu, † vel etiam in remotiores du- 7
rante vita grauati ne dicantur superflua Pereg. *cons.* 38. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 3. Cum alias retento contrario themate statim sequeretur subuersio totius fideicommissi, tàm enixè, & elaboratè ferè in toto testamenti contextu † repeti- 8
ti, quod nunquam præsumi debet Alexand. *consil.* 59. *nu.* 21. *versic. non obstat lib.* 3. Peregr. *d. consil.* 38. *nu* 4. *& seqq. & consil.* 113. *num.* 9 *& vers. & apud viros lib.* 3. *&* Bellon. *d. consil.* 1. *sub n.* 113. *vers. verum solummodo.*

Et hinc patet non applicari decisionem in *Mediolanen. Fideicommissi* 2. *Aprilis* 1666. *coram R. P. D. meo Bourlemont*, aliasque auctoritates in contrarium adductas; Quia d. Mediolanen. admittit sententiam illorum DD. † qui ex limitata alienandi facultate à testatore conces- 9
sa, probant alienationes vltrò factas non sustineri; Aliæ verò auctoritates omnes procedunt, vel quando licentia alienandi est expressè, seù, quod in idem incidit, resultat ex duabus negatiuis, vel quod nulla adest clausula præseruatiua fideicommissi, vel demum quod fideicommissum ex ipsa tantummodò prohibitione inducitu; † in 10
præsenti autem licentia alienandi, neque est expræssa, neque subsistebat ex duabus negatiuis, sed solum elicitur ex prædicta modificatione prohibitionis, cui immediatè inhæret clausula *præseruatiua fideicommissi;* Ac demum non vnicum tantum, sed duplex fideicommissum constitutum fuit; Ideoque esto quod supradicta modificatio valeret destruere fideicommissum conseruatorium, non potest tamen tollere restitutorium, cuius vigore concessa fuit immissio

R. P. D. BOVRLEMONT.

Sulmonesi Archidiaconatus.

Lunæ 24. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Magistralis est Decisio ad declarationem illius adeo inter DD. disceptatæ controuersæ, quandò scilicèt consensus in aliquo actu requisitus interuenire debeat confestim cum eodem actu, vel etiam postea subsecutus sufficiat, & an requiratur expressus vel quoque tacitus permittatur; Et hoc ad materiam vnionis beneficii factæ ab Episcopo, quæ consensum etiam Capituli continere debet.

SVMMARIVM.

1 *Erectio Beneficii probatur ex instrumento publico erectionis illius.*
2 *Dignitas Archidiaconatus possit ne erigi ab Episcopo vel requiratur auctoritas Summi Pontifici, & num. seqq.*
3 *Consensus Capituli requiritur in erectione Beneficii facienda per Episcopum, & nu. seqq. vbi vide.*
4 *Capituli consensus requisitus in erectione Beneficiorum an debeat esse expræssus, vel adhuc sufficiat tacitus & an interuenire debeat in ipso actu, vel postea, & vide nu. seqq. & fere per totam.*
5 *Erectio Beneficii sine congrua dote est ipso iure nulla.*
6 *Archidiaconatus dignitas est vna ex dignitatibus, quæ pro vniuersali Ecclesia sunt communiter institutæ.*
Dignitates quæ pro Ecclesia vniuersali communiter sunt institutæ possunt erigi ab Episcopo cum consensu Capituli nu. 6.
7 *Consensus vbi importat mandatum, siuè licentiam tunc semper præcedere debet ipsum actum.*
8 *Consensus, si intelligitur pro auctoritate à qua dependet forma substantialis, & primordialis ipsius actus, cum ipso quoque actu interuenire debet.*
9 *Auctoritas debet formaliter sub modo auctoritatis præstari, & sup. nu. 8.*
10 *Consensus præstandus per modum informationis sufficit, quod accedat ex interuallo.*
Consensus præstandus per modum informationis respicit executionem actus, non autem illius substantiam num. 10.
11 *Consensus quando requiritur per modum solemnitatis & formæ ex interuallo interuenire non potest, sed debet confestim adhiberi, & nu. 13.*
12 *Consensus qui requiritur ratione præiudicii, seu interesse, suppleri potest ex postea, & ex interuallo, & nu. 14.*
13 *Consensus Episcopi vbi concurrere debet vti causa formalis actus debet concurrere, & interuenire in eodem actu, & nu. 11.*
Erectio, & fundatio Beneficii spectant ad iurisdictionem ordinariam, & ministerium Episcopi nu. 13.
Consensus quoties requiritur pro complemento actus alias substantialiter in esse producti, vel ratione præiudicii seu interesse.
Et tunc non solum potest ex facto suppleri, sed sufficit etiam tacitus, & nu 15.
16 Decis. 114. coram Mantica, *declaratur, & supra nu. 4. cum seqq.*
17 *Consensus præsumitur ex diuturnitate temporis antiquissimi vltrà centum annos.*
Obseruantia subsecuta facit præsumere consensum, & quando nu. 17.
18 *Beneficium dicitur erectum cum sua congrua dote, si ei aliud Beneficium cum sua præbenda fuerit vnitum.*
19 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in vnione, quæ secum affert vtilitatem, & commodum Capituli, & vid. nu. seq.*
20 *Vnio executioni demandata post lapsam 30. annorum præsumitur à Pontifice confirmata.*
21 *Constitutio S. mem. Vrbani VIII. tollit præsumptionem Beneplaciti Apostolici ex lapsu temporis, & n. 23. vbi vide.*
22 *Regula 13. Cancellariæ reuocat vniones effectum non sortitas.*
23 *Beneplacitum Apostol. cum præsumitur ex cursu triginta annorum cum obseruantia etiam post Constitutionem Vrbani VIII.*
24 *Vnio substinetur in ea parte, qua probatur effectum sortita, quamuis in aliis partibus ineffectuata remanserit.*
25 *Obseruantia remanet plenè firmata ex lapsu annorum triginta.*
26 *In vnione facta æquè principaliter de Archidiaconatu & Canonicatu cum præbenda, non requiritur, quod Archidiaconus idem semper Canonicatum, & præbendam obtineat.*
27 *In narratiua gratiæ iustificanda sufficit tempus 40. annorum.*
28 *Narratiua gratiæ iustificatur ex duobus actibus.*
29 *Beneficium adiudicari debet prouiso Apostolico, quoties eius narrata sunt vndequaque iustificata.*

DECISIO VII.

IVLIO Mezzara Archidiacono Sulmonesi defuncto anno 1665. de Mense Maii in quo cadit reseruatio Apostolica Thomas de Lecto de d. Archidiaconatu ita vacante, vna cum Canonicatu, & præbenda ipsi vnitis, & consuetis obtineri, absque dispensatione Apostolica à Summo Pontifice prouisus est, & deindè ab Ordinario Sulmonesi in possessionem immissus; Cum autem exinde Canonici, & Capitulum sub prætextu plurium nullitatum, erectionem d. Archidiaconatus impugnando, executioni Litterarum Apostolicarum reclamauerint, causa post appellationem à sententia Vicarii Sulmonesi mihi commissa est cum clausula *parito Litteris &c.* & super ea proposui dubium an constet de valida erectione Archidiaconatus itaut Thomæ sit adiudicandus, cui DD affirmatiuè responderunt quo ad vtramque partem.

Nam respectu primæ datur instrumentum erectionis factæ ab Episcopo Sulmonesi de anno 1564. Summ. Archi- 1
diaconi *nu. 1.* propter quod de ea dicitur euidenter apparere ex notatis *ad text. in cap. cum accessissent de constitutionibus per* Tiraquell. *de retract. lignag. §. §. 2. glos. 1. num. 20. cum seqq.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. glos. 64. nu. 4. & 5.* Paris *de resignat. lib. 11. qu. 14. nu. 42.* cum pluribus collectis à Barbos. *sup. d. cap. cum accessissent nu. 3.*

Cuius erectionis validitas infringi nequit ab appositis exceptionibus, quod nempe illa dignitas Archidiaconatus subsistere non valeat auctoritate Episcopi erecta † sed re- 2
quirat Pontificiam, per *text. in c 2. ibique glos. in verbo omnes 22. distinct. glos. in cap. cum olim verb. concessionis ibique* Imol. *nu. 1. de consuetud.* cum aliis congestis apud Lotherium *de re benef. lib. 1. qu. 5. nu. 15.* Corrad. *in praxi benef. lib. 2. cap. 15. nu. 2.* deficientibus insuper consensu Capituli in simili functione adhibendo,† vt tradit Fæl. Dec. Imol. & alii *in d. ca.* 3
cum accessissent de constit. qui pariter consensus interuenire debet expressè in ipso actu, tacito non sufficiente *arg. ducto* 4
ex l. obligari §. tutor ff. de auct. tutor. vt perpenditur ad similem effectum in *dec. 114. nu. fin. coram Mantica* atque etiam congrua dote, qua non constituta † quæuis erectio inficitur, Felin. *in dict. ca. cum accessissent nu. 22. vers. 2.* declarat 5
ibique Dec. *nu. 9. de constit.* Rota *dec. 1. de Ecclesiis ædif. in antiq. relat. in d. dec. 114. nu. 1. cor. Mantica.*

Quoniam hæc obiecta concurrere visa sunt DD. ex eo quod dignitates quæ pro vniuersali Ecclesia communiter reperiuntur institutæ, inter quas † comprehenditur Archi- 6
diaconatus, benè possunt erigi, ac fundari ab Episcopali Auctoritate cum consensu Capituli absque licentia Summi Pontificis (non item omninò nouæ) iuxta distinctionem quam in hoc casu pro interpretatione iurium supra deductorum commendant Felin. *in d. ca. cum accessissent nu. 14.* eoque loci Imol. *sub nu. 4.* Gamb. *de offic & potest. legat. lib. 5. tit. de potest. legat. in erigen. nou. benef. nu. 12.* Massobr. *in prax. habend. concursum 21. dub. vnic. nu. 14. &* Barbos. *de Canon. et dignit. cap. 4. nu. 4.*

Nec aduersari *d. dec. 114. cor. Mantic.* existimarunt DD. vt pateb t ex quatuor legg. Conclusionibus quas selegerunt ad componendum controuersiam inter Doctores frequenter moueri solitam super dubia, ac implicata quæstione an consensus interuenire debeat in ipso actu, & an sufficiat ante, vel ex interuallo adhibitus.

Prima est quod si per consensum intelligitur illius man-

7 mandatum siue licentia † hæc omnia præcedere debent
actum, & ita sentit Bart. *in l. si autem plures ff. de aqua
pluu. arcen. per textum in cap. licet de regular. & in l. 1. C.
de Sacros. Eccles. & in authent. licentiam de Episcop. &
Cleric.* idemque firmat *in l. si quis mihi bonam §. iussum nu.
4. vers. & sic aduerte*, vbi in proposito *allegat. l. si vero non
remunerantur §. si post creditum ff. mandat.*

Secunda, quod si appellatione consensus sub audia-
8 tur † auctoritas à qua forma substantialis actus, ema-
nat itaut ab ea dependeat primordialis illius essentia, &
eo casu consensus interuenire debeat in ipso actu secun-
dum Theoric. Bald. *in l. 2. num. 1.* ibi *dic. quod aut auto-
ritas requiritur ad esse rei, & debet interuenire confestim
C. de seruis Reipub. manumitt.* cui conformis est intellectus
Imol *in d. l. si quis mihi bona §. iussum sub num. 12. vers. in-
tellige*, saltem propter defectum substantialium requisi-
torum, & Alex. *ibid. num. 12. vers ad istam quæstionem*
ad quæ conferunt, quæ *not. glos. l. 2. C. de iur. fisc. lib. 10.*
Innoc. *in cap. prudentiam in princ. de offic. deleg. & in cap.
cum consuetudinis de Consuet.* & optimè Angel. *in d. §.*
9 *iussum*, vbi dicit quod auctoritas † debet formaliter sub
modo auctoritatis præstari.

Tertia, quod si consensus venit præstandus per
10 modum informationis † sufficit, quod accedat ex in-
teruallo, quia solum respicit executionem actus, non
illius substantiam, prout tenent Bald. *in d. l. 2. C. de
seru. Reip. man.* Imol. *in d. §. iussum num. 12. vers. sed
Dyn. & Cyn. per l. 1. C. de iur. fisc. per quod habetur in
cap. cura de iurepatr. & in l. omnium C. de Test. & in cap. si
quis C. de decu. lib. 10.*

Quarta denique, quod vel talis consensus requiritur
11 per modum solemnitatis, & formæ & tunc ex inter-
uallo interuenire non potest pro validando actu, quod
probari ex *cap. auditis de electione* dixit Alex. *in d. §.
iussum num. 9. in fine vers. 2. dic. illud*. Vel requiritur pro
12 complemento actus ratione præiudicij seu interesse †
cuiusdam, & benè suppletur ille defectus consensus ex
interuallo per *text. in cap. Cum nos de his*, quæ fiunt à
Prælato sine consensu Capituli, & ibi notat Anton.
de Butr. & Imol. prout etiam *in cap. cum consuetudinis
de consuetud.* quos refert cum concordantibus Alex. *in d.
§. iussum num. 9. vers.* sed Imol. dicit.

Ex quibus DD. inferebant, quod vbi consensus
13 Episcopi concurrere debet vti causa formalis actus †
sicut in erectione, fundatione, & alijs similibus, quæ
spectant ad iurisdictionem ordinariam, & ad ministe-
rium Episcopale nisi accedat in actu, & contempora-
neæ suffragijs Capituli procedit *text. in l. obligari §.
Tut. ff. de auctoritate Tut.* atque opinio Decij *in d. cap.
cum accessissent num. 41. de constit.* quam Rota secuta est
coram Mantic. *decis. 114. num. fin.* & locum habent iu-
ra in secunda conclusione allegat.

At vbi actus essentialis substantia vestitus est prout
in erectione facta ab Episcopo, & consequenter re-
peritur solummodo consensus Capituli vti comple-
mentum accessorium ab extrinseco ratione præiudicij
14 seu interesse, non solum † expræssus consensus super-
uenire potest, ex post facto iuribus deductis in se-
cundo membro quartæ conclusionis supra firmatæ, &
in præclara *decisione* quæ est 318. *per tot. part. 5. recent.*
15 vbi hæc materia amplissimè explicatur, † sed & ta-
citus, vti in casibus ponderatis apud Calderin. *cons. 2.
num. 2. de constit.* ibi in quibus consensus Episcopi non
est necessarius, vt formalis causa, sed de honestate,
& apud Adden. ad Buratt. *decis. 1. num. 25. & ad decis.
46. num. 67. part. 9. recent.*

Hin eliduntur, vel conciliantur iura exaduerso
collecta, nam fundamentum substantiale seu forma-
16 lis causa erectionis de qua agebatur † in *decis.* 114.
coram Mantica inherebat auctoritati Episcopi quæ
cum non interuenerit in ipso actu gesto à Capitulo,
merito dictum est non sufficere consensum Episcopi ex
interuallo, sed requiri expressum in ipso actu quod è
conuerso paritatem rationis non obtinet, quia aucto-
ritas Episcopi influit in substantiam erectionis cui po-
stea superadditur consensus Capituli ratione præiudi-
cij seu interesse ita in hoc accessorium sequitur princi-
pale. At in illo destrueretur hæc regula. Si consensus
tamen accessorius subsisteret ante quam principalis in
rerum natura poneretur.

Præterea animaduertebant, etiam DD. ob longis-
simam obseruantiam, & diuturnitatem temporis vltra
centum annorum † dictum consensum esse præsumen- 17
dum, vt tradit Aym. *de Antiq. temp. part. 2. num. 62.
& part. 3. cap. 1. & 3.* Rocc. *de iur. patr. in vers. pro eo
quod de Diocœsani consensu quæst. 7. num.* 19. quos ad-
ducit Spada *cons. 5. num. 4. & cons. seqq. num. 3. lib. 1.*

Neque etiam dubitauerunt DD. de congrua dote
cum in creatione dict. Archidiaconatus ipsi vnitus est
ab Episcopo Canonicatus cum præbenda *Summ.* Archi-
diaconi *num. 1.* † quod sufficere pro totali Dote tenuit 18
Felin. *cap. cum accessissent sub num. 16. vers. si tamen
vnio de constit.* Gambar. *de offic. & potestat. leg. in erig.
prædict. benef. num. 11. & 15.* Rota *decis. 1 sub num. 2.
de Eccles. ædific. in antiquis.*

Minus adhuc obstat, quod præfata vnio vti secum
habens vtilitatem, & commodum Capituli † requi- 19
rebat beneplacitum Apostolicum Rota *decis. 1369. nu.*
6. coram Pœnia quia non solum post 90. & plures an-
nos à quibus dicta vnio facta est, & effectui deman-
data talis exceptio est inefficax atque in expetibilis † 20
ex eo quod post 30. annos iuncta obseruantia præsu-
mitur ab Auctoritate Apostolica confirmata Rebuff.
in prax. in tit. de vnion. num. 35. Vital. *in Clem. 1. num.
98. de excess. Prælat.* Gonzal. super regula *de trienn.
quæst. 10. col. 6. sub num. 17. vers. præfati* Acchilles *de-
cis. 1. de præbend.* Rota *decis. 335. num. 2. & decis.
301. num. 3.* coram Coccin. & iunctis alijs *in decis. 433.
num..... & num. 36. part. 9. recent. & decis. 240. numer. 12.
coram Eminentiss. Card. Ottbob.*

Quibus nullum obiectum afferre valet *constit. S. M.
Vrbani VIII. ædita de anno 1641. sub die 5. Iunij* † quæ 21
præsumptionem Beneplaciti Apostolici ex lapsu tem-
poris aboleuit Rota *decis. 319. num. 38. & decis. 340.
num. 27. part. 1. recent. minusq. regula 13. Cancellariæ*
† quæ reuocat vniones quæ effectum non sortitæ fue- 22
runt Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 281.* Rota
decis. 281. num. 16. part. 9. recent.

Nam vtrobique abundanter satisfieri dixerunt DD.
in eo quod data, & probata longissima obseruantia
cum cursu temporis saltem 30. annorum † locum es- 23
se præsumptioni beneplaciti Apostolici etiam post di-
ctam constitutionem Vrbanam firmauit Rota *in de-
cis. 6. num. 5. decis. 26. num. 29. decis. 44. num. 6. part. 8.
decis. 15. num. 23. decis. 83. num. 12. & in Romana præ-
tensæ deuolutionis Palatij 7. Iunij 1658. §. defectus bene-
placiti coram R. P. D. meo Albergato.*

Quodque non subsistat in facto dictam vnionem ef-
fectu remansisse destitutam, contrario omnino resul-
tante ex collationibus factis de dicto Archidiaconatu,
vt in Summario Archidiaconi *num. 2. 3. & 4.* cum
possessione subsequta, qun circa etiamsi vnio, quoad
alia beneficia designata, vt seruitoria in dicta erectio-
ne non probaretur effectuata ex datis *in Summ. cap.
numer. 3. & 8.* † illa tamen absque dubio substine- 24
retur quoad Archidiaconatum tam notabili obseruan-
tia, & effectuatione munitum per ea quæ tradit Garz.
de benefic. part. 12. cap. 2 num. 281. & seqq. Rota *decis.
109. num. 1. part. 6. & decis. 196. num. 9. part. 7. recent.*

Alia obiecta nullatenus lædunt dictam obseruan-
tiam; collatio enim Marini Campanæ primi Archi-
diaconi in vltimo loco Canonicorum nihil operari po-
test aduersus validitatem erectionis; quia illud acci-
dit ratione Canonicatus, & cum repetitis protestatio-
nibus non præiudicandi gradui, & prærogatiuis Ar-
chidiaconatui debitis *d. Summ.* Archidiaconi *num. 2.*
Allata pariter concordia inter Capitulum Valuen. &
Sulmonen. super maioritate, & præcedentia, vt ha-
betur *in Summ.* Capituli *num. 7.* in qua nulla fit men-
tio dicti Archidiaconatus quem cum postea Iulius Mez-
zara obtinuisset ipse admissus est habito consensu Ca-
pituli cum omnibus præeminentijs, & priuilegijs Ar-
chidiaconatum comittantibus *d. Summ.* Archidiaconi
num. 4. post quod tempus dum effluxerunt plusquam
30. anni † abunde firmatur præfata obseruantia ex 25
ponderatis in casu simili coram Eminentiss. Cardin. Ot-
thobon. *d. decis. 240. num. 13.*

Sicuti etiam nil implicat quod hodie non sit idem
Canonicatus vnitus Archidiaconatui qui erat à prin-
cipio; Cum enim ista vnio non fuisset facta accesso-
riè, & vt loquuntur DD. per viam incorporationis
aut supressionis, sed æque principaliter † sufficit quod 26
qui

qui Archidiaconatum obtinet Canonicatum cum præbenda habeat pro dote inseruientem iuxta firmata in §. *neque etiam dubitauerunt*, & dicta dignitas sit inter dignitates, & Canonicatus inter Canonicatus, prout aduertit Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 57. & Masobr. in prax. habend. concur. præl. 21. dub.*

Quod tamdem dicta dignitas Archidiaconatus cum Canonicatu, & præbenda absque dispensatione Apostolica obtineri consueuerit constat inter alia, ex prouisionibus sequutis ac erectione quæ excedunt 90. an-
27 nos cum tamen pro iustificanda dicta naratiua † sufficeret tempus 40. annorum iuxtà Not. *in cap. fin. de consuetud.* Bart. *in l. de quibus num. 14. ff. de legib.* Rom.
28 *consil. 378. num. 5.* † & duo actus vt tradunt Doctores *in l. 3.* & præ alijs Bald. *num. 5. Cod. de Episcopat.* Gonzal. *super Regul. 8. Cancell. glos. 36. num. 85.* Rota coram Seraph. *decis. 361. num. 2. cum plurib. in decis. 550. num. 4. & 5. coram Buratt.*

Vnde cum omnia narrata pro parte Thomæ sint vn-
29 dequaque iustificata † iure merito DD. quoad secundam dubij partem censuerunt ei adiudicandum esse Archidiaconatum *cap. cum* Bertold. *de re iudic.* Caual. *decis. 363. num. 4. in recent. decis. 337. in 1. part. 2. & decis. 159. num. 11. part. 10. recent.*

Et ita resolutum est constare de valida erectione, & Archidiaconatum esse adiudicandum Thomæ vtraque parte &c.

R. P. D. PRIOLO.

Albanen. Pensionis.

Veneris 26. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM

Commoditatem Pensionis cesserat quidam in fauorem alterius cum amplissimis clausulis etiam consentiendi extinctioni, & cassationi illius, deinde vigore induiti Conclauistarum posteà superuenti eamdem pensionem transtulit; Quæritur hic de validitate translationis, & negatiuè concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Pensio etiam super sola commoditate alteri renunciata, vigore indulti posteà superuenti transferri non potest.*
Conclauistarum priuilegium non comprahendit pensionem per antea alteri renunciatam num. 1.
2 *Pensionis commoditas dicitur, ius causale, & differt à titulo, & iure formali eiusdem pensionis.*
3 *Titulus nudus pensionis alicui cessæ penes cedentem remanet nudus, & inefficax.*
4 Decisio 129. par. 1. recent. *declaratur, & num. 5. ac sup. num. 2. & seq.*
5 *Pensionis translatio regulariter est odiosa.*
6 *Pensionis etiam solius commoditatis cessio facta cum amplissimis facultatibus, impedit translationem vigore indulti competentem & num. seq.*
7 *Pactum de non trasferendo appositum in reseruatione pensionis operatur, quod facultas transferendi non suffragetur.*
8 *Facultatem habens extinguendi pensionem, quando ea vsus fuisse dicatur, & num. seq.*
9 *Beneplacitum Apostolicum requisitum in extinctione Pensionis facta mediante pecunia suffragatur etiam si postea interueniat.*
10 *Cedens commoditatem pensionis, si haberet facultatem illam trasferendi, priuaret cessionarium commoditate prædicta, & num. seq.*
11 *Pensionis commoditatem acquirens titulo oneroso permitti non debet, quod mediante translatione à cedente sua commoditate priuetur.*
12 *Vsusfructus cedi nequit in præiudicium interesse habentis.*
13 *De vsufructu ad pensionem bonum resultat argumentum.*
Pensio, & vsusfructus inter se æquiparantur numero 13.
14 *Actio damnorum, & interesse non facit conualidare, seu conualescere actum alias insubsistentem.*
15 *Arbitrium pro retardatione pensionis intrat attenta nullitate illius.*
Arbitrium regulatur à iure, & tribuit facultatem examinandi validitatem articuli num. 15.

DECISIO VIII.

INhærentes DD. fundamentis decisionis coram me in causa editæ sub die 4. Decembris 1658. iterum hodie censuerunt intrare arbitrium pro retardatione attenta nullitate, qua laborat translatio pensionis facta per Comitem Vbaldinum fauore Abbatis Tamantini. Dum enim Vbaldinus anno 1651. commoditatem d. pensionis reseruatæ super Canonicatu Albanen. per Pelagalium possesso renunciauerat, & irreuocabiliter cesserat Gaspari Morello ipsum constituendo Procuratorem in rem propriam non potuit deinde vigore indulti superuenientis anno 1655. ob seruitium præstitum in Conclaui S. m. Innocentij X. pensionem iam irreuocabiliter † dimissam transferre in alterius præiu- 1
dicium Gig. *de pens. qu. 88. num. 3. vers. pro contraria* Lotther. *de re benef. lib. 1. quæst. 42. num. 14. & seqq. & num. 29. & seqq.* ac firmat d. decisio huius causæ §. *fumus autem & §. fin. hodie impressa part. 12. recent. decis. 397.*

Secundo nec resistit repetitum obiectum, quod cessio comprehendat solummodo commoditatem, & ius causale pensiones, † non autem titulum, & ius for- 2
male ab ipsa commoditate contradistinctum, & penes cedentem semper remanens iuxta *decis. 129. part. 1. recent.* Quia ex inde non infertur, quod cedens possit ad translationem validè deuenire; nudus enim titulus nil aliud cedenti præseruat nisi actiones directas, quæ ipsius commoditatis fomento destitutæ † re- 3
manent prorsus inefficaces, & inutiles, vt benè notant Lotther. *de re benef. d. qu. 42. num. 16. & seqq. lib. 1.* Salgad. *in labyrint. creditor. cap. 43. num. 50. part. 1.* Rota coram Cardin. Millin. *decis. 56. num. 3. & 4.*

Tertio, nulla habita ratione *d. decis. 129. part. 1. recent.* † quia vltra responsiones datas in alia resolutio- 4
ne animaduersa fuit inter vtrumque casum notabilis discrepantia, dum in prædicta *decisione 129.* agebatur de fauore Ecclesiæ nempè de tollendo seruitutem pensionis per extinctionem, in casu autem nostro de illa proroganda per translationem, † quæ regularitèr est 5
odiosa, & debet strictè interpræetari Gratian. *discept. 551. num. 34.* Rota coram Caputaq. *decis. 305. num. 9. & seqq. part. 2. & decis. 100. per totam part. 3.* cum alijs cumulatis *in Romana Pensionis 23. Martij 1664. §. quia quoad coram Reuerendiss. Meltio Episcopo Papien.*

Quarto, cumque vlterius Vbaldinus impartitus fuerit Gaspari Morello amplissimas facultates, † & si- 6
gnanter consentiendi cassationi, & extinctioni pensionis, & præstandi quemcumque alium consensum desuper necessarium, & opportunum ipsi Gaspari placitum, & benè visum videtur voluisse à se abdicare omne ius tam commoditatis, quàm tituli, & sic virtualiter, & implicitè sibi ipsi abstulisse facultatem transferendi, eodem modo, quo pactum expræssè in reseruatione † appositum de non transferendo opera- 7
tur, quod facultas, seu indultum transferendi non suffragetur Eminentiss. Otthobon. *decis. 239. num. 9.* & fuit ponderatum in decisione quæ reuidetur sub §. *decisio autem.*

Quinto non obstat, quod Morellus dicta facultate extinguendi vsus non fuerit: tum quia vis non consistit in vsu, & consumptione facultatis sed in substantia amplissimæ cessionis iuxtà superius adducta; tum quia eo ipso, quod Morellus deindè anno 1653. pensionem cessit, & dimisit Pelagallo titulari, *hodierno Summario Tamantini num. 3.* † censetur vsum fuisse fa- 8
cultate extinguendi consolidata pensione in ipsomet titulari, & debitore, vel saltem rem non esse integram de tempore superuenientis indulti, & translationis successiuè factæ. Et quamuis concurrente pecunia fieri nequeat huiusmodi extinctio seu dimissio absque bene-

nepla-

neplacito Apostolico. Inde tamen non excluditur quin Morellus tacitè vsus non fuerit facultate præcipuè dum
9 huiusmudi beneplacitum legitur reseruatum; † Ideoque benè potest ex post facto superuenire *cap. 2. de pactis cum* ibi *not. per* DD. Rota coram Duran. *decis.* 397. *num.* 9. *cum duobus seq. & in Romana locationis 5. Iulii* 1665. §. *Neque obstare vers. neque est necesse coram R. P. D. meo Ottalora.*

Sexto, euidenti ratione comprobatur resolutio: quoniam si admitteretur, quod cedens post irreuocabilem commoditatis cessionem possit de pensione totaliter dimissa disponere, & in alium transferre; pensiones decurrendæ in vita transferenti deberentur translatario
10 excluso Cessionario, † & sic esset in potestate cedentis Cessionarium excludere eumque priuare commoditate, quam prius ex titulo oneroso irreuocabiliter ac-
11 quisiuerat, † quod non est permittendum Lotther. *in præallegata quæstione* 42. *num.* 29. *cum duobus seq. lib.* 1. *&* Salgad. *d. cap.* 43. *num.* 48. *&* 49. *part.* 1. & in ter-
12 minis quod vsusfructus † cedi nequeat in præiudicium interesse habentis est *text. in l.* 3. *ff. quæ in fraudem Cred.* Benè autem arguitur de vsufructu ad pensionem cum
13 † inter se æquiparentur, vt præter adductos *in decisione* quæ reuidetur tradunt Cardin. Zabarell. *in Clement. vnica §. eumdem vers.* 4. *quæro de supplen. neglig. Prælat.* Salgad. *d. cap.* 43. *num.* 4. *& sub num.* 46. Mohedan. *decis.* 4. *num.* 7. *de locat. & conduct. decis.* 401. *num.* 4. *part.* 1. *diuers. & decis.* 530. *num.* 2 *part.* 4. *recent.*

Septimo, hinc non releuat, quod Cessionarius conseruetur indemnis agendo contra cedentem pro consecutione damnorum, & interesse. Nam posita ex prædi-
14 ctis insubsistentia translationis; † actus non validatur seù conualescit mediante actione pro damnis, & interesse. Cæteris obiectis satisfacit præcedens decisio in qua, & in præsenti cùm fuerit admissa nullitas translationis merito conclusum fuit pro retardatione intrare
15 arbitrium † cum reguletur à iure, & tribuat facultatem examinandi validitatem translationis Rota *in decis.* 567. *num.* 1. *part.* 4. *recent.*

Et ità in decisis vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Asculana Aquarum.

Veneris 28. *Ianuarij* 1667.

ARGVMENTVM.

De iure deducendi aquam à Domino prædij superioris, in quo illa nascitur, in præiudicium Domini prædij inferioris plenè in hac decisione tractatur, simulque magistraliter declaratur, quando illa iure seruitutis, vel solius simplicis facultatis diuertit intelligatur, & possit.

SVMMARIVM.

1 *Aqua decurrens in fundum, vbi semel est ingressa efficitur illius Domini, cuius est fundus.*

Dominus fundi per quem aqua defluit potest de illa ad sui libitum disponere eamque quò placuerit diuertere num. 1.

2 *Aquæ commoditas stante seruitute, aut antiqua consuetudine diuerti non potest à Domino superioris agri in præiudicium inferioris.*

3 *Seruitus ducendi aquam, eiusque consuetudo quæ requirat, vt eædem dicantur inductæ.*

4 *Aqua, vt iure seruitutis, vel consuetudinis alicui spectare dicatur, requiritur, quod transeat per foueas, vel alia opera manufacta.*

5 *Aqua si per modum facultatis, non autem seruitutis etiam per mille annos in fundum inferiorem descenderit.*

Potest tamen à Domino fundi superioris ad sui libitum diuerti ibid.

6 *Seruitutem ducendi aquam non inducunt opera manufacta in proprio fundo.*

7 *Seruitus aquæ ducendæ, vt per opera manufacta inducatur, requiritur, quod illa neque vi, neque clam, neque precario fuerint facta.*

8 *Opera manufacta ad aquam ducendam si fieri potuerunt ex permissione, & indulgentia Domini agri, nulla consideratur præscriptio.*

Seruitus ducendi aquam ità fieri debet in alieno fundo, vt illa sciente, patiente, & non requisito Domino fiat num. 8.

9 *Aquæductus publici amoueri non possunt.*

10 *Dominus fundi aquæ siuè illa in eo nascatur siuè ex flumine procedat, potest de ea ad libitum disponere, & num. seq. ac per tot.*

11 Berous cons. 144. lib. 3. *declaratur, & supr. numero* 10.

12 *Aqua siuè procedat ex flumine publico, siuè in fundo priuato nascatur semper, & indistinctè fit Domini fundi.*

13 *Aquæ seruitus, vbi est legitimè constituta, illa diuerti non potest à loco solito, & consueto.*

14 *Consuetudo obseruari solita in distributione aquæ pro certis diebus ad effectum irrigandi prædia obseruari debet.*

Testes contrà inducentem fortius probant num. 14.

15 *Manutentio in iure deducendi aquam elusoria reddi non debet.*

DECISIO IX.

Ex eo quod quædam possessiones quarum ratione hæc causa discutitur æstiuo præcipuè tempore aquarum penuria summè elaborare consueuerunt Felix de Lentis alijque litis consortes ipsarum Domini aquam per fundos superiores defluentem iure seruitutis legitimè præscriptæ pro illis irrigandis sibi licere inuitis etiam DD. traducere prætendebant Ambrosij verò ad quos spectant superiora prædia in ea re absolutè discordes prætensam seruitutem acriter impugnauere, vnde causa ad Rotam deuoluta, & à me proposita, sub dubio an & de cuius bono iure constet etiam ad effectum manutentionis responderunt DD. constare de bono iure etiam ad effectum manutentionis eo modo infra expresso.

Quo nimirum cursus aquarum de quibus agitur, vel consideratur in foueis superiora prædia intersecantibus, & antequam ad saxum vbi est incile pro irrigandis decliuioribus terris defluxerit hocque casu dixerunt DD. bonum ius assistere etiam ad effectum manutentionis illis de Ambrosijs prædia superiora possidentibus, quia vbi aqua decurrit in fundum alicuius, † cum semel 1
eum est ingressa Dominus fundi ad sui libitum de ea disponere potest, illamque quoquo placuerit diuertere in præiudicium fundi inferioris *l.* 2. §. *item labeo ait si vicinus ff. de aq. pluu. arc. l. si quis diuturno ff. si ser. vend. l. vnum C. de Aquæd. lib.* 11. Bald. *in l. aquam in princip. C. de seruit. & aqua* Bart. *in l. quominus quæst.* 12. *ibique* Ias. *num.* 88. *ff. de flumine*, cum alijs concordantibus cumulatis *in decis.* 425. *num.* 9. *part.* 4. *recent. tom.* 2. *& in decis.* 241. *num.* 7. *coram Merlin.*

Nec obstat, quod hæc regula generalis exceptionem patiatur, quoties est imposita seruitus, aut viget antiqua consuetudo aquam ducendi ad certum vsum, quæ valet impedire, † quominùs aquæ commoditas vete- 2
re more, ac diuturna obseruatione suffulta à D. fundi superioris immutetur iuxta *text. in l.* 1. §. *fin. & l. fin.* §. *fin. ff. de aq. pluu. arcend. l. si manifestè C. de seruit. & l. vsum Aquæ C. de Aquæduct. lib.* 11. & per relat. à Surd. *cons.* 447. *num.* 11. Bertrand. *cons.* 377. *per totum vol.* 6. Ruin. *cons.* 191. *num.* 4. *& seqq. vol.* 1. Thesaur. *decis.* 245. *num.* 3.

Nulla enim pro parte illorum de Lentis sufficiens affertur probatio, quæ seruitutis præscriptionem, aut veterem vtendi aqua commoditatem ostendat, & comprobet in prædijs supra saxum (nisi eo modo de quo infra dicetur) † iuxta requisita de quibus tradunt Bursatt. 3
cons. 87. *num.* 1. *& seq. & con.* 156. *num.* 49. Iacob. Riminald. *in cons.* 623. *num.* 6. *inter cons.* Io: Mar. Rimin *in* 4. *vol.* Alex. *cons.* 108. *num.* 5. *vol.* 2. Menoch. *cons.* 447. *num.* 19. *& plurib sequentib.* † & præcipuè, quod mea- 4
tus foueæ aut alia opera manufacta in illis fundis supra saxum, seruitutis sciente, & patiente Domino constitutæ præstent argumentum secundum Gloss. *in l.* seiui-

feruitus 14.*ff. de feruitut. in Gloff. magna circa finem* Cepoli. *de feruitut. præd. ruftic. cap.* 4. *num.* 56. 58. *&* 60. Crauett. *in tract. de antiquit. tempor. in* 5. *particula quartæ partis principalis incipit circa præmiffa num.* 40. *idemque declarant* Caftrens *in conf.* 243. *in fin. lib.* 2. Caican. *conf.* 56. *col. penult.* Bellamer. *conf.* 7. *volum.* 2. & in fimili articulo tenuit Rota *decif.* 425. *num.* 15. *tom.* 2. *part.* 4. *recent. vbi allegat. decif.* 164. *num.* 2. *part.* 2. *diuerf.*

Deficientibus igitur pofitiuis actibus in dictis fundis fuperioribus, vt effe poffent meatus excauati pro ducenda aqua eorum purgatione, & fimilia fequitur vfum aquæ ab illis de Lentis allegatum iure facultatis
5 non autem feruitutis fuiffe impertitum. † Vnde quamuis aquarum decurfus per mille annos verfus prædia inferiora, & ad eorum beneficium, & vtilitatem continuauerit non minus D. fundi fuperioris poteft ad fui arbitrium illum diuertere in damnum inferiorum *ex claro textu in l. Proculus ff. de damn. infect. l. fi in meo fundo ff. de acq. pluu. arc. & fufe* Cepoll. *in tract. de feruitut. ruftit. præd. cap.* 4. *de Aquæduct. num.* 51. *&* Rota *in præcifis terminis in dict. decif.* 425. *num.* 9. & auctoritates in contrarium allegatæ non diffentiunt ab ea conclufione.

Actus vero pofitiui excauationis, & expurgationis fouearum adducti pro fuftinenda prætentione feruitutis prodeffe nequeunt illis de Lentis contra Ambrofios dum ea opera manufacta non verificantur in bonis fuperiori-
6 bus fupra faxum † prout effet neceffarium ad hoc vt ad feruitutem inducendam inferuire poffent Cepoll *d. cap.* 4. *num.* 56. Rota *d. decif.* 164 *num.* 2. *part.* 2. *diuerf. & decif.* 425. *num.* 15. *cum pluribus* ibi recenfitis, & licet teftes loquerentur de actibus geftis in dd. prædijs fuperioribus; veritatem adhuc magis coarctare deberent nempè, quod
7 illi actus facti fuerint † in dd prædijs fuperioribus, neque vi, neque clam, neque præcario, vt eft *text. expreffus in l.* 1. *§. fin. verf. fanè enim ff. de aq. pluu. arcen.*

Sed titulo, & iure feruitutis cum alioquin emanare potuerint ab vrbana, & officiofa poffidentis indulgen-
8 tia, quo cafu nulla datur præfcriptio feruitutis, cuius actus debent effe tales, vt fiant, in fundo alieno fciente, & patiente, & non requifito Domino, vt communiter tenent DD relati per Parif. *conf.* 112. *num.* 39. *&* 41. *& conf.* 113. *num.* 2. *lib.* 1. Alex. *conf.* 108. *num.* 9. *in fin. vol.* 2. Burfatt. *conf.* 156. *num.* 35. *& feqq.* Afflict. *decif.* 388. *&* Franc. Marc. *decif.* 591. *&* 592. 1. *part.*

Minufque obftare vifa funt obiecta ex Statuto Ciuitatis Afculi Rubrica 16. de non amouendis curfibus aquarum, & ex *decif.* 213. *num.* 5. 6. *&* 7. *penes* Pofth. *de*
9 *manut.* quia in diuerfo cafu loquuntur, † videlicet quando aqua decurrit ex publico Aquæducto; Sed in præfenti aqua oritur in fundis priuatis, & propterea prædicta conclufio in fuo robore perfiftit.

Prout, & minus iuuat intentum illorum de Lentis
10 afferta diftinctio oppofita, ex Beroo *confil.* 144. *vol.* 3. † nempe quod quando aqua de flumine publico labitur in fundum priuati, procedit opinio Bart. *in l. quominus qu.* 14. *in fin ff. de flumin.* quod Dominus fundi poteft eam pro libito fuæ voluntatis diuertere, fecus autem quando aqua oritur in prædijs priuatorum, vt habetur fub *numero* 72.

Quoniam Domini dixerunt fenfum illius diftinctionis trahi non poffe ad cafum, de quo agitur, & iuxtà facti fpeciem Beroi nullatenùs aduerfari fupra firmatæ con-
11 clufioni, fiquidem ille † auctor loquitur in terminis aquæ fcaturientis in fundo priuato, quæ iure feruitutis acquifitæ decurrebat transfundum intermedium ad alia prædia inferiora; vnde iure merito contendit, quod Dominus fundi intermedij prohibetur iure feruitutis curfum aquæ tranfeuntis per illius prædia diuertere, vt in fpecie probat *in d conf. num.* 30. 31. *&* 32. & quatenùs aliud ex eius dicto poffet inferri, Domini cenfuerunt illius auctoritati non effe deferendum in concurfu tot DD. primæ Claffis, nullum difcrimen facientium inter aquam, fi-
12 uè emanet à loco publico, fiuè à priuato, † cum indiftinctè ponant aquam exeuntem ex flumine in fundum priuatum fieri illius priuati, & conclufionem ampliant in cafu aquæ furgentis in fundo priuato, & deinde in alienum tranfeuntis, quo cafu declarant illam æquè pertinere ad Dominum fundi fimul atque in eum eft ingreffa, vt in terminis aquæ fcaturientis in fundo priuato, tradit Bald. *in l aquam, C. de feruit. & aqu. ibique* Paul. de Caftr. idem Bart. *in cap. cum Ioannes verf. pone ex publico de Conftit* Bart. *in §. illud labeo, l.* 1. *ff. de aqua pluu. arc.* & alij, quos allegant Parif. *conf.* 112. *num.* 2. *&* Honded. *conf.* 79. *num.* 19 *lib.* 1.

Minimè quoque fuffragari poteft illis de Lentis, quod Monachi Ecclefiæ S. Angeli Ciuitatis Afculi conceffserint de anno 1546. Ius deducendi aquas per fuos inferiores agros Com: Alphunfo, quia dicta conceffio nullatenùs afficit terras, de quibus agitur, vti à dicta Ecclefia non depens, & nunquam habuit effectum, & prætereà adhuc inefficax redditur, ex quamplurimis refponfionibus, quas Domini admifere vti optimè fubfiftentibus.

Cæterùm redeundo ad difiunctiuam confiderationem ftatus aquarum DD. exiftimarunt, quod vbi eædem defluxerunt ad faxum, vbi eft incile illarum curfum diuerti non poffit per alia Ambrofiorum prædia infrà faxum curfum habentia, quia in facto euidenter apparet in his prædijs Ambrofiorum infrà faxum exiftentibus, & facto hominis, fcilicèt effudiendo fulcos, eofque expurgando, ad hoc vt aqua faciliùs à prædicto faxo in agros inferiores deriuaret, ex datis in *Summ.* Illuftriffimorum de Lentis *num.* 4. † feruitutem fuiffe legitimè conftitutam cum 13
omnibus requifitis, *in l. fi aquam de feruitut. & in glof. in l. feruit.* 14. *ff. de feruitut. in glof. magna circa finem*, optimè explicat apud Cepoli. *de feruitut. præd. ruftic. cap.* 4. *num.* 56. *& pluribus feq.* Cancer. *variar. refolut. part* 3. *cap.* 5. *de feruit. num.* 245. Cyriac. *contr.* 310. *num.* 160. Burfatt. *conf.* 87. *per tot.* Rota *decif* 32. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & apud Pofth. *de manut. decif.* 213. *num.* 5. qua de caufa Domini iudicarunt etiam conftare de bono iure illorum de Lentis, etiam ad effectum manutentionis à d. faxo infrà iure feruitutis impofitæ, iuxtà confuetudinem † in di- 14
ftributione dierum obferuari folitum, de qua deponunt teftes pro Ambrofijs examinati, qui contra inducentem fortiùs probant, *l. fi quis teftibus, Cod. de teftibus*, Surd. *conf.* 290. *num.* 15. Mant. *decif.* 244. *num.* 4. Buratt. *decif.* 555. *num.* 6. *cum adductis in decif.* 102. *num.* 28. *part.* 9. *recent.* itaut manutentio, quæ conceditur illis de Lentis in faxo, & infrà † cluforia non reddatur ab Ambrofijs, ad tradita per 15
Crauett. *conf.* 470. *num.* 7. *verf. fecundo refpondeo, & num.* 8. Rimin. *conf.* 395. *num.* 1. *lib.* 4. & ex firmatis *in decifione* 213. apud Pofth. *de manut.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO.

Poftea S.R.E. Cardinali.

Romana Prætenfi Fideicommiffi.

Veneris 28. *Ianuarij* 1667.

ARGVMENTVM.

Magiftralis eft Decifio, quæ duas famigeratas controuerfias decidit; Alteram quando legatum à Patre filiæ relictum in caufam dotis, & pro legitima cenfeatur relictum; Aliam verò ad declarationem noftri Statuti *lib.* 1. *cap.* 141. quod dos filiæ ab eodem Statuto exclufæ, referuata, fuccedat loco legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Legatum quando fortitur naturam legitimæ reijcit à fe quodcumque onus, & fideicommiffum.*

2 *Legatum cenfetur filiabus in caufam dotis relictum, etiamfi abfque vlla mentione dotis, vel matrimonij relinquatur.*

3 *Pater ex obligatione, quam habet dotandi filias, fi eis legatum relinquat, in caufam dotis legaffe cenfetur.*

4 *Legatum relictum filiæ cùm nupferit intelligitur pro dote.*

5 *Legatum filiabus relictum eo magis pro dote cenfetur relictum, fi quantitas legata effet pro dote proportionata.*

6 *Le-*

6 *Legatum filiæ relictum tantò magis censetur pro dote relictum, si alteri filiæ nuptæ fuerit similiter legatum, sed longè minor quantitas.*

7 *Testatoris dubia voluntas ex facto illius hæredis remanet declarata.*

8 *Legatum simplicitèr filiæ relictum, nec sub conditione nuptiarum, nec sub nomine alimentorum, factum censetur in causam legitimæ.*

9 *Legitima reiicit à se omne, & quodcumque onus, seù fideicommissum.*

10 *Dos quando succedit loco legitimæ reiicit omne onus, & fideicommissum.*

11 *Dos quæ succedit loco legitimæ in ea parte, quæ non excedit legitimam eo magis respuit onera, & fideicommissa.*

12 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 141. *mandans filias, vel neptes dotatas, dotibus esse contentas censetur subrogasse dotem loco legitimæ.*

13 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 141. *eo magis censetur subrogasse dotem loco legitimæ, quia mandat filias nihil vltrà dotem petere posse.*

Legitimam statuentes filiæ à Statuto exclusæ reliquisse dicuntur, si nihil amplius vltrà dotem habere voluerunt, num. 13.

14 *Statutum exclusiuum fœminarum potest quidem minuere legitimam filiæ, non autem in totum tollere.*

15 *Filia à Statuto exclusa, quod non possit impugnare testamentum patris, quomodo intelligatur.*

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 141. *in ea parte, quæ mandat filias dotatas impugnare non posse testamentum paternum, declaratur num. 15.*

16 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 145. *excludens filias dotatas, vel quas fratres parati sunt dotare, procedit ab intestato, non autem ex testamento.*

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. *incipit ab exclusione, & ideò secundùm illud dos non sortiretur naturam legitimæ.*

Vbi in præcedenti cap. 141. *idem Statutum, cùm ab eadem exclusione non incipiat, dos sortitur naturam legitimæ, num. 12. & num 16.*

17 *Pater legans filiæ iure institutionis iure legitimæ reliquisse dicitur.*

18 *ad Iuris communis terminos redire voluisse dicitur, qui à Statuti dispositione recessit.*

19 *Pater vt legitimam filiæ reliquisse dicatur, non est necessarium quod in specie legitimam nominet, sed sufficit quod titulo institutionis reliquat, & num. seq.*

20 *Pater censetur magis agnouisse filias in suas eis relinquendo titulo institutionis, quam si expresso titulo legitimæ reliquisset, & sup. num. 17.*

21 *Pater eo magis filiæ pro legitima legasse dicitur, si statim secuta eius morte legatum præstari iussit.*

22 *Legatum vltrà legitimam filiæ relictum potest in excessu grauari.*

23 *Testes pro liquidanda legitima coarctare debent negatiuam, quod Pater alia non reliquerit bona.*

Legitima commensurari debet secundùm statum hæreditatis, ac numerum filiorum, num. 23.

24 *Approbationem fideicommissi excludit traditio facta vti de re libera.*

25 *Fideicommissi approbatio in legitima non sufficit tacita, cùm requiratur expressa.*

26 *Emptio facta cum expressione fideicommissi ad temporaneam tantùm emptionem, non autem ad perpetuam refertur, & num. seq. vbi vide.*

27 *Reseruatio nihil operatur, vbi aliquid reseruabile non reperitur.*

Dictio, præterquam, *non simplicitèr affirmat, sed potiùs preseruat.*

28 *Suppositio fideicommissi, cùm pendeat à iure, partibus supponentibus præiudicare non valet.*

29 *Hæres sua confessione non potest inducere fideicommissum, quod non adest.*

30 *Pactum de redimendo quandocumque, tamquam indeterminatum, diminuit quartam partem veri valoris.*

DECISIO X.

PLACVIT decisio huius causæ, in qua die 5. Aprilis
superioris anni resolutum fuit constare de re iudicata
vltimæ sententiæ denegantis immissionem à Magdalena
Crucia petitam vigore fideicommissi à Nicolao Crucio
adiecti legato domus, & locorum montium relictorum
Franciscæ, & Artemitiæ filiabus; quoniam subsistere visum
fuit fundamentum resolutionis, quod legatum huiusmodi
naturam legitimæ sortiatur, † itaut ab illo onus 1
quodcumque, & fideicommissi grauamen ipso iuris ministerio
subducendum sit, ad notissimam *l. quoniam in prioribus, ff. de inoffic. testam.*

Nec obstiterunt multa, quæ in euersionem huius solidissimi
fundamenti repetebantur. Et primò non obstitit
legatum prædictum nulla commemoratione nuptiarum,
vel matrimonij relictum non censeri pro dote, † quia 2
contrarium veriùs esse, quando relinquitur filiabus innuptis,
probat tex. *in l. quia autem 13. ff. de iur. dot.* & notat in
terminis huius quæstionis Bart. *ibi in fine*, quem sequuntur
Castr. *in l. Titio centum, §. Titio Genero n. 9. ff. de condit. & demonstr.*
dicens hoc esse perpetuo, menti tenen. Ias. *in l filia
legatorum num. 12. in fine, C. de legat.* Riminald. qui testatur
de comm. cons. 224. num. 10. lib. 1. Nec contradicit Alex. *in
addit. ad eundem Bart.* † quin potiùs illius doctrinam ap- 3
probando ex legali obligatione dotandi illam confirmat,
ex text. *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & in l. fin. C. de dot.
promiss.* & quatetus in *versic. & si testator*, subdit quod legatum
factum cum nupserit intelligitur pro dote, hoc
firmat, tamquam de casu minus dubitabili, † vnde in- 4
ferri non potest quin contrarium senserit, quando de nuptijs
non est facta mentio, & nihil amplius dicit Mantic.
in contrarium adductus lib. 11. tit. 21. num. 1.

Et sanè talem fuisse testatoris voluntatem conuin-
cit non solùm qualitas legati proportionata † ad do- 5
tem vtriusque filiæ, vt ex sententia Bart. *in d. §. Ti-
tio genero numer.* 7. declarat ibidem Castrens. *numer.*
8. *vers. maximè si quantitas*, quod repetit *cons. 214. nu.*
2. *lib. 1.* & ipso adducto Mantic. *de coniect. vlt. volunt.
tit. 21. num. 7. & seq.*

Verùm etiam probat euidentiùs differentia alterius
legati relicti Ioannæ filiæ iàm nuptæ, quæ cum † do- 6
te non egeret ex eodem testamento, scuta dumtaxat
quinque honorabili titulo institutionis consequuta fuit,
argumento tex. *in l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de
legatis 3.*

Comprobauitque subsequutus effectus, dum Gabriel,
& Dominicus filij, & hæredes Nicolai testatoris nubendo
Artimitiam sororem illi pro dote assignarunt medietatem
domus legatæ, facto enim hæredum † in aperto poni 7
dubias testantium voluntates, clarè habetur in tex. *in l.
si quis à filio, §. 1. ff. de legat. 1.*

Cùm verò huiusmodi legatum pro dote, neque sub
conditione nuptiarum, neque sub præcedenti alimentorum
reseruatione donec legatariæ nuberent, sed simpli-
citèr relictum appareat, † sequitur quod illud loco legi- 8
timæ succedat, siuè Statuta Vrb. siuè ipsum paternum
testamentum considerentur, ac proindè omne onus ex il-
lo, omnisque conditio reijciatur. Nam † sicut hæc de 9
legitima reijciuntur, *d. l. quoniam in prioribus, ac l. scimus,
§. cum autem, C. de inoffic. testam.* ita reiicienda sunt
de dote, † quæ loco illius succedit Cagn. *in l. vnica, §.* 10
*videamus in fine, vers. secundo quæritur, C. de rei vxor.
act.* Bart. & Bald. *in l. fin. §. filiæ, ff. de leg. 2.* Salicet.
in l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam. Vasq. *de success.
creat. lib. 1. §. 11. num. 259.* † saltèm in ea parte, quæ legi- 11
timam non excedit, ex congestis per Gabr. *consil. 116. n.
8. & seq.*

Ex statutaria enim Vrbis dispositione, dotem sortiri
locum legitimæ non fuit amplius dubitatum, quia
cap. 141. † mandans filias, vel neptes à Patre, vel Auo 12
dotatas contentas esse dotibus non incipit ab exclusione,
ideò applicatur illi secunda pars distinctionis
Paul. de Castr. *in d. §. Titio genero numer. 9. vers. si
autem loquatur*, quod tale relictum sit purum aliàs
filia dotata non diceretur, & ante illum priùs dixerat
Iacob. de Arena *in l. vxorem, §. pater naturalis,
ff. de leg. 3. &* Castr. *dictum fuit commun. recept.* & signantèr
ab Alex. *cons. 23 numer. 12. lib. 3. & cons. 179. num.
10. lib. 5.* Soccin. Sen. *cons. 75. numer. 8. lib. 3.* & ab
aliis plena manu relatis per Morot. *cons. 23. num. 2.*

vers.

vers. sed licet, & per Gabr. cons. 140. num. 16. lib. 2. &
latiùs per Peregr. de fideicomm. artic. 38. num. 23. & paf-
fim etiam à Rota in decis. Seraph. 959. num. 5. alijque
relatis per Add. ad Greg. decis. 565. & in decis. 74. num. 2.
& 106. num. 7. post Merlin. de legit.

Quod clariùs indicat prohibitio ibidem adiecta nè fœ-
minæ sic dotatæ ratione falcidiæ, vel supplementi de
13 iure naturæ debitæ aliquid petant, † frustranea enim
esset talis prohibitio, nisi statuentes legitimam debe-
ri proposuissent, Rimin. Sen. cons. 257. num. 13. & seq.
lib. 2. Bened. Capr. cons. 72. num. 3. & 8. Paris. cons. 36.
num. 8. lib. 3. & in terminis nostri Statuti Rota decis.
266. num. 3. & 4. part. 1. diuers. & coram Buratt. decis. 215.
num. 11.

Hinc cum similibus Statutis possit legitima minui,
14 † non autem tolli, iuxtà dictum Cyn. in l. sancimus,
C. de nuptijs, cuius opinio placuit Bart. in d. §. Titio
genero num. 6. inualuit sententia Butrig. in l. quoniam in
prioribus, Cod. de inoffic. testam. quod Statuta prædicta
derogent tantùm dispositioni, d. l. quoniam in prioribus
reijcienti omne onus, & conditionem, & opinionem
Butrig. vti communem sequuti sunt quotquot recenset
Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 259. & Rota
decis. 215. Buratt. num. 1. 208. num. 23 part. 8. recent. & in
Romana transactionis 2. Maij 1659. §. imò idem statutum, co-
ram Eminentiss. Celso.

Non obstantibus verbis sequentibus, sed semper
testamentum, & vltima voluntas patris, & aui ro-
bur habeat, nec possit per ipsas filias, vel neptes, seù
illarum hæredes, per quascumque vias, & modum
impugnari, quia licet sint magis generalia, & præ-
gnantia tamen ex vi illius aduersatiuæ, sed, à qua re-
gulantur, ac ratione etiam continuati sermonis intelli-
15 genda sunt, iuxtà terminos superiùs expressos, † vi-
delicèt quando fœminis minus legitima relinqueretur,
non verò quando eisdem relinquitur sub conditione,
vel cum onere, vt non attentis rationibus adductis per
Gabr. qui scripsit in illa causa cons. 140. num. 21. vsque
ad finem, benè ratiocinatur Rota in d. decis. Buratt. 215.
per totam, in qua receditur à prima decis. Robnsterij im-
pressa post tract. Merlin. de legitim. in ordine 116. & in
hac opinione vti æquiori etiam firmitèr permansit Rota
in Romana Domus 24. Maij 1646. & 27. eiusdem sequentis
anni coram Reuerendiss. Meltio Episcopo Papiensi, in
Rom. fideicommissi de Candidis 26. Iunij 1659. coram
bon. mem. Verospio, & in præcitata Romana Transa-
ctionis 2. Maij 1659. coram Eminentiss. Domin. Cardin.
Celso.

Neque pro substinendo onere fideicommissi recurri
16 potest ad aliud cap. 145. † excludens fœminas marita-
tas, vel dotatas, seù illas, quas fratres, vel patrui
parati sint cum effectu dotare, nàm quamuis incipiat
ab exclusione, & consequentèr iuxtà prædictam distin-
ctionem Casta. dos illius vigore debita non sortiretur
naturam legitimæ, nihilominus vt obseruat decis. in
§. si verò, atque indicat d. Capituli Rubrica, illud
tantùm procedit, quando pater, vel auus intestatus
decedit, non autem quando decederent ipsi cum testa-
mento, vt fuit dictum in decisione Gregorij 358. num.
4. vbi Adden. refert concordantes, & probatur alijs
adductis in Romana legitimæ 5. Decembr. 1659. §. bis ta-
men coram R. P. D. meo Triolo.

Prætereà cæteris omissis visum fuit DD. etiam ex
dispositione Testatoris dotes prædictas locum legitimæ
assumpsisse, nam ille dotes relinquendo iure institutio-
17 nis, & aliàs omni &c. proculdubio † filias agnouit in
suas, Alexand. cons. 131. lib. 1. Gabr. cons. 11. sub nu.
7. lib. 1. Honded. cons. 53. num. 12. lib. 2. & fuit di-
ctum in decis. 60. num. 33. & 66. num. 3. part. 1. di-
uers. ac latiùs in Romana de Lante coram Coccin. apud
Fenzon. decis. 100. voluitque à statutaria exclusione
18 recedere, † itaut res dicatur redacta ad terminos iuris
communis, Brun: in tractat. de Statut. exclusiuo fœmin.
3. art. 122. membr. princip. num. 39. Becc. qui alios con-
gerit cons. 107. num. 30. & filia à patre agnita reassum-
psit iura, & effectus suitatis, Alexand. d. consil. 131.
num. 2. in fine, cum alijs relatis à Gabr. d. cons. 140.
num. 8.

Necessarium verò Domini non putarunt, quod te-
stator expressè legasset pro legitima, vt opinatus fuit
19 Gabr. d. cons. 140. num. 9. lib. 2. dicens † non sufficere
titulum institutionis, iuxtà resolut. Senat. Pedemont.
apud Thesaur. dicta decis. 159. num. 18. quia ad eruen-
dam voluntatem patris, an verè filiam agnouerit in
suam, vel nè fortiùs † stringit honorabilis titulus in- 20
stitutionis, quam ipsa mentio legitimæ, vt non obscu-
rè deducitur ex decis. 60. num. 3. vers à fortiori igitur
part. 1. diuers. & admittitur in decis. 296. num. 3. eadem
part. 1. vndè meritò reprobatur Gabr. in decis. 215. Bu-
ratt. num. 12. & Thesaur. in Romana legitimæ coram
R. P. D. meo Triolo, apud Michalor. de fratribus decis.
60. num. 19.

Indubitantèr in hoc casu, quo vltrà titulum institu-
tionis concurrit aliud non leue argumentum, quod
Testator legasset pro legitima, quamuis id non ex-
presserit, dum legatum prædictum non ad tempus
nuptiarum, sed statim sequuto obitu præstari iussit,
† quo tempore legitima debetur ad Rotam in decis. 21
405. num. 26. part. 5. recent. & in Eugubina Diuisionis
13. Maij 1658. §. 2. aduertebant, coram R. P. D. meo
Beuilaqua.

Firmato ex prædictis legatum censeri pro dote, ac
sortiri naturam legitimæ facili negotio visa sunt corruere
alia obiecta, quod scilicèt computato numero filio-
rum, & valore patrimonij Nicolai testatoris legatum
prædictum longè excedebat portionem legitimæ, † & 22
potuisse saltem in excessu grauari, iuxtà trad. in de-
cis. 113. post Fenzon. in §. & ita, quodque iniunctum
fideicommissi grauamen Artemitia approbasset acce-
ptando paternam dispositionem, ac onus ab illa nun-
quam reijciendo donec vixerit.

Vtrumque enim deficit in facto: nam testes relati
in Summ. Magdalenæ num. 10. & 11. non probant quid
repertum fuisset in hæreditate Nicolai tempore obitus,
quinimò deponentes de aliquibus tantùm bonis per ip-
sum possessis in vita non coarctant negatiuam, quod
aliàs non possedisset, vt requireretur pro dijudicanda
quantitate legitimæ, † quæ secundùm Statum, ac 23
numerum filiorum commensurari debet, iuxtà text.
in auth. nouissima, Cod. de inoffic testam. sumpta ex cap. 1.
de trien. & semiss.

Et tantùm abest, quod constet de asserta approba-
tione fideicommissi, quin contrarium apertissimè euin-
cit † traditio medietatis domus legatæ facta Artemi- 24
tiæ à Gabriele, & Dominico fratre vti de libera cum
promissione euictionis ex instrumento dotali extract.
A. C. fol. 259. & successiua eiusdem Artemitiæ dispo-
sitio fauore Dominici fratris, qui paritèr tamquam
liberam vendidit Pantaleoni Iordano, ex instrumen-
to venditionis, Summ. Ioannæ num. 4. & nihilominùs
cum grauamen à legitima ipso iuris ministerio reijcia-
tur simplex testamenti approbatio non sufficeret, † 25
sed illa deberet esse clara, & pernecessè concludens
Rota decis. 200. num 5. part. 1. recent. coram Mellino,
decis. 217. num. 6. & seq. cum alijs per Rotam in Romana
Transactionis 2. Maij 1659. §. approbat verò, coram d.
Eminentiss. D. Card. Celso.

Denique omnium debiliùs visum fuit vltimum obie-
ctum, quod Syluester auctor mulierum hodie possi-
dentium controuersæ domus medietatem emisset Ga-
briele cum expressione fideicommissi, † itaut videre- 26
tur ius venditoris tantùm acquisiuisse, ad text. in l.
qui tabernas 42. cum sua materia, ff. de contrahen. empt.
ponderata maximà modicitate pretij temporaneæ po-
tiùs acquisitioni, quam perpetuæ correspondente.

Quia verba illa Instrumenti venditionis, præter-
quam à fideicommisso facto per q. Nicolaum Crucium,
non firmant potiùs fideicommissum adesse, † sed il- 27
lud præseruant quatenùs adesset, ideò secundum na-
turam reseruationis nihil operantur, nisi aliquid re-
perient reseruabile, Ang. in l. si quis legauerit, ff. de
leg. 1. Bald. cons. 100. lib. 1. cumque pendeat à iure,
an grauamen fideicommissi subsistat, vel ne † illius 28
suppositio non præiudicat, ex traditis in decisione 358.
num. 2. part. 1. recent. non enim potest hæres sua
confessione fideicommissum, † quod non adest indu- 29
cere, Rota decis. 200. in fine eadem part. 1. & in Flo-
rentina, seù Bononien de Barbadoris 25. Iunij 1640. §.
nec aduersatur circa med. coram bon. mem. Coccino, con-
firmata per Carill. decis. 190. num. 12. nec aliqua mo-
dicitas pretij considerari potest, quia dicta medietas
domus pro solis scut. 400. in dotem assignata, ideò

empta

empta fuit pretio scutor. 320. quia aderat pactum in-
30 determinatum de redimendo quandocumque, † quod veri valoris quartam partem solet diminuere, ex notatis *in decis. 344. num. 10. & 11. part. 4. tom. 2. recent.* vnde potiùs apparet soluta fuisse scuta viginti supra iustum pretium.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISSIMO P.D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Vineæ.

Veneris 28. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM.

Quoniam constante matrimonio dos vxori restitui non potest; Ideò quæcumque assignatio eidem facta nullam solutionem, aut satisfactionem inducit; quæ eo magis excluditur per consecutionem aliorum bonorum viri ab eadem vxore obtentam.

SVMMARIVM.

1 *Bona viri consignata vxori constante matrimonio non inducunt veram restitutionem dotis; Cum assignatio huiusmodi resoluatur in simplicem detentationem.*

2 *Instrumentum impugnari non potest ab eo, qui illud stipulauit, aut etiam produxit.*

3 *Plus Iuris in alium, nemo transferre potest, quam ipse habeat.*

4 *Ius pignoris vxoris in bonis viri concessum remanet resolutum, stante satisfactione vxoris in alijs bonis.*

Satisfactio vxoris in alijs bonis excludunt cœtera bona eidem paritèr assignata fuisse in solutum tradita, num. 4.

5 *Mulier post electionem factam de vno fundo ad alium variare non potest, & quando.*

Assecuratio concessa vxori in bonis sui viri nullum transfert dominium, num. 5.

6 *Facultas restricta ad certas personas, alijs suffragari non potest.*

DECISIO XI.

ITERVM responderunt Domini contra Felicem Mariam, * quia vinea; de qua agitur numquam fuit effecta propria Claræ, sed solùm fuit ei consignata pro assecuratione suæ dotis, vt expressè legitur in sententia *Summ. additionale num. 1.* huiusmodi autem consignatio tamquam facta constante matrimonio, non
1 habet vim solutionis, † sed resoluitur in simplicem detentationem, vt est textus in *l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot.* Merlin. *de pignor. lib. 3. qu. 73. num. 5. & 6.* & firmauit Rota coram Caual. *decis. 446. num. 9. coram* Buratt. *decis. 3. num. 10. apud* Fenzon. *decis. 38. §. circa secunda*, cum alijs adductis in antecedenti decisione sub die 26. Februarij præteriti in principio.

Non obstat, quod post mortem viri illam concesserit Defendino, & Bonifatio creditoribus, ad effectum se satisfaciendi de fructibus censuum cum expressione, quod dicta vinea ad se spectaret, & quod oblato emptore eis liceret illam vendere, & alienare, vt in instrumento *Summ.* Felicis Mariæ *num. 1.* quod instrumentum tamquam ab ipsis creditoribus stipulatum, &
2 productum, † ab ijs nequeat impugnari, ad text. *in l. cum precum, C. de liber. caus.* Rot *decis. 555. num. 9. & decis. 524. num. 6. part. 1. recent.*

Quia dixerunt DD. totum id referri ad ius pignoris,
3 quod ipsa habebat non autem ad dominium, † ne alias plus iuris in alios transferret, quam ipsa haberet, vt inquit text. *in l. nemo 5. ff. de regul. iuris*, & in simili arguit Rota eadem *decis. 555. num. 9.*

Visaque est tolli omnis difficultas, dum constitit Claram aliunde fuisse consecutam totum suum creditum dotale, videlicèt, ex alijs bonis viri in statu Veneto existentibus. Vnde enim non solùm colligitur dictam vineam non fuisse ei effectam propriam, † sed insuper 4
omne ius pignoris fuisse resolutum stante dicta satisfactione, in alijs bonis, vt probat text. *in l. item liberatur 6. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* cum alijs in antecedenti *decis.* §. 1.

Et inde etiam non applicatur obiectum, quod mulieri non sit licitum variare post electionem vnius fundi ad alium, quia cum hæc sit tantum simplex assecuratio, quæ nullum transfert dominium, vt supra, † ideò 5
ea non obstante, mulierem variare potuisse, respondit Rota *d. decis. 3. in fine apud* Fenzon. *vers. ideò dixerunt.*

Allegatæ verò molestiæ super dictis bonis in statu Veneto visæ fuerunt sublatæ ex sententijs ab eademmet Clara reportatis, quæ propterea legauit postmodum filiabus eadem bona liberè, *d. Summ. additionali num. 3.* cùm tamen in antecedenti Codicillo legaret, quatenùs lis fuisset terminata, vt in *Summ.* Felicis *num. 5.*

Et tandem non releuat depositum scut. 593. factum per eamdem Felicem, ex quo census saltem pro ea rata remanserit extinctus stante præsertim facultate conuenta in Instrumento illum extinguendi pro rata.

Quia vltra quod dictum depositum reperitur factum vltra bimestre à die disdictæ; aduerterunt Domini prædictam facultatem restrictam esse ad personas Octauiani, & Claræ, cum † quibus dictum Instru- 6
mentum stipulatum fuit, ideòque suffragari non posse Felici Mariæ, Rota penes Cenc. de censib. *decis. 228. num. 5.*

Deducta verò per Sabbathinum prædictorum Creditorem anteriorem non visa fuerunt attendenda; cum de eius credito in actis non constet; nec minus de eius admissione ad causam hodie solùm cum Felice Maria verten.

Et ità vtraque, &c.

* Præsens decisio, de qua supra fit mentio est impressa in præcedenti part. 14. decis. 29.

R. P. D. OTTALORA.

Bononien. Fideicommissi de Nascentorijs.

Veneris 28. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM

Æs alienum fideicommissi, quod primo loco ex pecunia, deinde ex mobilibus solui debet, maximè ex præcepto testatoris, non potest mediante distractione stabilium satisfieri, eo sub prætextu, quod creditor habeat electionem, & hypothecam in bonis, quando prout hic agitur de dote vxoris ipsius fideicommittentis in solo testamento confessata.

SVMMARIVM.

1 *Bona distracta à fideicommisso pro soluendo debito hæreditario fideicommittentis remanent libera, & exempta ab onere fideicommissi.*

2 *Hæres grauatus stante præcepto testatoris de soluendo illius debita ex fructibus, non potest alienare proprietatem.*

3 *Debita fideicommittentis solui debent de pecunijs, & mobilibus hæreditarijs antequam distrahantur stabilia.*

4 *Testator non creditur incontinenti se ipsum corrigere voluisse.*

5 *Vsufructuarius tenetur ad debita testatoris, quoties de illius voluntate constat, amplia, vt numero seq.*

7 *Vsusfructus non redditur inutilis propter debita testatoris, si*

ris, si illis solutis, quid etiam minimum remanet pro vsufructuario.

8 *Vsusfructus intelligitur solùm in eo, quod remanet detractis debitis, & supr. num. 7.*

9 *Præceptum testatoris, quod eius debita soluantur ex fructibus, non ex proprietate, non afficit creditores.*

10 *Confessio dotis receptæ facta in testamento non probat debitum, sed resoluitur in legatum.*

11 *Legatarius tenetur capere legatum eo modo, quo testator ordinauit, & illud acceptans, acceptare dicitur conditiones ab eo ordinatas.*

12 *Bona à fideicommisso distracta pro debito testatoris, si mediante pacto redimendi fuerunt recuperata, reincidunt in fideicommissum.*

13 *Confessio auctoris præiudicat successori.*

DECISIO XII.

RESPONSVM fuit die 28. Martij 1662. non esse procedendum ad vlteriora in executione mandati de immittendo, reportati ab Angelo Mario hærede fideicommissario Rainerij super prædio nuncupato, la Montanara, quia illud fuit datum in solutum Andromachæ vxori fideicommittentis in satisfactionem suæ
1 dotis, † & sic tamquam distractum pro soluendo debito necessario fideicommittentis remansit exemptum ab omni onere fideicommissi, ad text. *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* Verùm causa hodie reproposita Domini recesserunt à decisis ex insubsistentia d. dationis in solutum.

Quia Rainerius Testator expressè grauauit hæredes, vt omnia debita, & legata soluerent ex fructibus, & redditibus hæreditarijs intacta manente proprietate, quam voluit integram deuolui ad institutos, & substi-
2 tutos, † vnde Alexander hæres grauatus non valuit pro restitutione dotis Andromachæ dare prædium in solutum, & proprietatem alienare contra præceptum Testatoris, Bellon. Iun. *cons. 31. num. 49. & seq.* Rota *in terminis huius fideicommissi decis. 287. num. 9. & decis. 312. num. 11. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, eòque fortiùs dum in hæreditate aderant pecuniæ mobilia, &
3 numismata aurea, & argentea valoris librar. 184 39. † quæ erant distrahenda antequam deueniretur ad alienationem stabilium, Rota *in Romana fideicommissi de Zuccaris 4 Februarij 1650. coram Dunozetto impress. post Censal. ad* Peregr. *decis. 19. sub num. 9. cum alijs relatis in decis. huius causæ 15. Iunij 1663. §. & regulare est, coram Eminentiss. Celso.*

Non obstat, quod sub præcepto soluendi debita ex redditibus bonorum non comprehendatur dos, cuius restitutionis onus iniunctum fuit hæredi discretiuè, & particulariter quia cum Testator non dixerit eamdem restitui de proprietate non censetur recessisse à dispositione tàm enixè concepta, quod ex fructibus debita soluantur, sed debet intelligi, quod hæres solueret dotem, iuxtà modum soluendi per ipsum ordinatum, nempè ex fructibus hæreditatis intacta remanente pro-
4 prietate † ne videat se incontinenti correxisse, *l. non adesse, vbi gloss. & DD. ff. de cond. & demonstr.* Rota *decis. 9. num. 21. part. 6. recent.*

Prout non vrget, quod Testator reliquerit Andromachæ vltra dotem vsumfructum moderatum omnium suorum bonorum, ideoque legatum fuisset inutile, si dos ex ipso vsufructu detrahi debuisset; quapropter
5 quod etiam vsufructuarius teneatur ad debita, † quando constat ex voluntate Testatoris, Franch. *decis. 483.*
6 *num. 8.* maximè quando vsusfructus relictus est † alicuius quotæ considerabilis, puta medietatis, vt pluribus probat Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 143. num. 2. & 3.* obiectum inutilitatis intraret, si constaret debita, & legata esse in tanta quantitate, quæ caperent totum vsumfructum durante vita Androma-
7 chæ, † secus verò si quid minimum pro ea remaneat, vt benè explicat Castill. *de vsufr. cap. 56. num. 89. & seq.* Gratian. *disc. 294. sub num. 27.*

Præterea dum alia medietas vsusfructus spectabat ad hæredem dos ex illa erat soluenda, vsusfructus
8 enim intelligitur solùm in eo, quod † superest solutis debitis, *lib. 3. ff. de vsufruct.* Roland. *consil. 5. numero 24. & seqq. lib. 2.* Menoch. *præsumpt. 143. numero 9. libr. 4.* Hodiern. ad Surd. *dict. decision. 193. num. 11.*

Neque subsistit responsio data in vltima decisione, quod præceptum soluendi debita ex fructibus afficit quidem hæredes, sed non Creditores, † quibus Testator 9
præiudicare non potuit in iure, & electione quam habebant se satisfaciendi vniuersaliter in omnibus bonis, & tàm in fructibus, quàm in proprietate; Quia Andromaca non erat vera Creditrix Testatoris, sed tantùm legataria eius namque creditum dotale non probatur, nisi ex confessione viri facta in testamento, † quæ 10
debitum non probat, sed resoluitur in legatum, *l. si Creditor, ff. de legat. 2.* Bald. *cons. 14. num 2.* Alexand. *cons. 122. num. 3. lib. 7.* Surd. *decis. 285. num. 1.* Fontanell. *de pact. dotal. claus. 14. glos. vnica part. 1. num. 23. & seq.* Gratian. *discept. 116. num. 24. & seq.* Rota coram Seraph. *decis. 487. num. 3. & seq. & post* Merlin. *de pignor. decis. 53. num. 3. & in Bononien. residui Dotis 18. Maij 1663. §. cæterum coram me*, legatarius verò tenetur capere legatum eo modo, quo Testator ordinauit, † & illud acceptando dicitur acceptare omnes con- 11
ditiones ab eo præscriptas, Crauett. *cons. 174. num. 5.* Natt. *cons. 186. num. 1.* Surd. *cons. 7. sub num. 5.* Rota *decis. 41. num. 34. part. 9. recent.*

Denique dicta datio in solutum non probatur effectuata, nam Andromaca post assignationem sibi factam ab Alexandro locauit prædium controuersum non vti Domina; sed vti vsufructuaria Rainerij, cum expressa relatione ad eius testamentum, nec fuit in eius hæreditate repertum, sed in hæreditare ipsius Alexandri post cuius obitum peruenit ad Æmilium eius filium, & hæredem, & ab Æmilio ad Pirrum, cuius hæredes illud vti eius hæreditarium in Inuentario descripserunt, vt in *Summ.* Ioannis Baptistæ *num. 6. & 8.* Signum euidens, vel quod assignatio facta Andromachæ non habuit effectum, vel quod prædium fuit recuperatum mediante pacto redimendi apposito in Instrumento dationis in solutum, quo casu † iterùm 12
reincidit in fideicommissum, Peregr. *de fideicomm. art. 10 num. 2.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 25. cum alijs adductis in decisione huius causæ 15. Iunij 1663. §. sed coram Eminentiss. Celso.*

Responsio autem data in vltima decisione, quod Inuentarium non præiudicet tertijs Possessoribus tollitur ex facto, quia Alexandro primo hæredi grauato successit Æmilius Æmilio, successit Pirrus, & Pirro Hospitale S. Mariæ de vita penès quod reperitur prædium, de quo agitur, ideòque fideicommissarius agit contra successorem mediatum hæredis, qui fecit Inuentarium, non autem contra tertium, & per consequens confessio Auctoris † præiudicat successori, Rota co- 13
ram Coccin. *decis. 120. num. 2.* Seraph. *decis. 553. num. 3. & in recent. decis. 84. num. 9. part. 5. & 269. num. 16. part. 8.*

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio confirmata 25. Iunij 1668. coram eodem.

R. P. D. TAIA.

Romana Pecuniaria.

Veneris 28. Ianuarij 1667.

ARGVMENTVM.

Magistralis est Decisio ad conciliandas tùm Rotæ, tùm Doctorum opiniones quando, & in quibus donationibus factis à muliere etiam contemplatione certi matrimonij, vel generaliter ob causam, sint necessariæ solemnitates vel ne maximè ad intellectum plurium capitulorum *Statuti Vrb. libr. 1. capit.* 149. 150. & 151.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à muliere sine solemnitatibus* Statuti Vrbis cap.151. lib.1. *nullius est roboris, vel momenti.*

2 Statutum Vrbis lib.1. cap.151. *extenditur ad omnes contractus, in quibus mulier lædi potest.*

3 *Donatio facta a muliere etiam contemplatione matrimonij sine solemnitatibus non sustinetur, & quando, vide per totam decisionem.*

4 *Donatio facta mulieri, vt decentius nubat, quia succedit loco dotis, & augumenti, non requirit solemnitates.*

5 *Donatio facta à muliere Viro vxorem ducturo etiam contemplatione illius matrimonii requirit solemnitates Statuti.*

6 *Donatio facta à muliere patri alicuius puellæ, vt illam facilius nubere possit dicitur simplex donatio, non autem priuilegiata, & ideo requirit solemnitates Statuti.*

7 *Mulier maior dotare potest etiam si non seruauerit solemnitates.*

8 *Minores masculi, & mulieres æquiparantur.*

9 *Mulier minor non potest se obligare pro dote sine solemnitatibus Statuti.*

10 Statutum Vrbis libr.1. cap.149. de donationibus, & cap. 150. de donationibus insinuandis, *non habet locum in donationibus ob causam matrimonij.*

11 Statutum Vrbis cap.151. lib.1. *copulatiuè requirit solemnitates, & causam.*

12 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. *in specie procedit etiam in donatione ob causam matrimonij.*

13 *Donatio siue ob causam matrimonij, siue etiam reciproca semper requirit solemnitates* Statuti Vrbis lib. 1. cap.151. *& sup. num.12.*

14 *Nullitas ex defectu solemnitatum allegari potest etiam ab hærede.*

15 *Nullitas per viam exceptionis semper opponi potest etiam quod illa per viam actionis allegari non potuisset.*

DECISIO XIII.

STETERVNT DD. in decisis 7. Iunij præteriti confirmantes non constare de credito prætenso à D. Cæsare scut.25. in singulis mensibus sua vita durante ex Chirografo manu Excellentissimæ D. Annæ Colunnæ Barberinæ bon: mem: quia in eo non fuerint ser-
1 uata solemnia *Statuti Vrbis 151.* † *de contractibus sine certa solemnitate lib.1.* quod declarat etiam donationem nullius esse roboris, vel momenti nisi solemnibus seruatis, vt in *d. Statuto* iuxtà quod respondit Rot. coram Buratt. *dec.924. sub num.2.* & coram Caual. *dec.252. à nu. 2.*
2 & Statutum extendi † ad omnes alios contractus, in quibus Mulier lædi potest Pic. *Gloss.7. n.6.* Fenson. *ibidem nu.48.* Grat. *disc.961. n.1.* Rota coram Ludouis. *dec.333. nu. 1. cum annot. n.9. & dec.385. num.2. vers. quod Statutum par. 1. recent.*

Non obstitit DD. promissio seu donatio facta con-
3 templatione certi, & determinati matrimonij. † Quia ista donatio non potest dici ob causam cum nullam habeat in se necessitatem, ex quo donatrix donare non tenebatur, nec contineat aliquod commodum donantis, quod liberalitatem excludat inquit Rota post Pic. *dec.22. n.9. &* 10.

Deinde duplici distinctione visum est DD. tali replicatione, etiam conciliari decisiones hinc inde allegatas.

Prima distinctio fuit inter donationem factam mulieri nupturæ, vt facilius, & decentius nubat, & do-
4 nationem factam homini vxorem ducturo †. In prima enim donatione visum est procedere d. replicationem, quia illa donatio succedit loco dotis, seu augumenti dotis in iure specialiter priuilegiatæ, & in his terminis visæ sunt oppositæ decisiones *Fulginaten. Dotis 23. Ianuarii 1659. coram R. P. D. meo Albergato, & Romana Associationis 8. Iunii 1665. 28. Februarii, & 21. Iunij 1666. coram R. P. D. meo Emerix.*

In secunda verò donatione qualis fuit hæc controuersa, quia donatio fuit directa in hominem eius vita durante d. replicationem nullatenus procedere visum est; sed omnino † requiri solemnia statuti 5
quamuis promissio seu donatio facta sit contemplatione certi, & determinati matrimonij, quia cum in homine non possit considerari titulus dotis neque aliquod priuilegium iura adeoque requirant solemnia Statuti, vt in terminis visa est tota dicta *decisio 9214. & signanter numer. 6. vers. vel ex causa matrimoni, & Romana seu Reatina donationis 28. Nouembris 1664. & 23. Iunii 1666. coram R. P. D. meo Emerix* eademque dixtinctio visa est in terminis etiam strictioribus confirmata in *Tiburtina donationis 4. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Bourlemont* de donatione facta † à muliere 6
non puellæ, sed Patri ad effectum, vt filiam posset dotare tunc enim licet facta in causam, vt nempè faciliùs dotet dicta fuit simplex, & non priuilegiata, *vt. in d. dec.*

Non satisfaciente DD. ætate maiori mulieris, quia ætas operaretur si mulier maior † dotaret de qua sunt 7
decisiones 177. num.11. par.1. rec. & dec.241. a numer.8. part.7. & coram Royas *dec.450. num.3. & 4. allegat. in d. Romana associationis 8. Iunii 1665. §. nec applicantur*, secus si mulier aliter contraheret, cum minores mascu-
lii, † & mulieres exequantur inquit, Balthas. Torinus Author Apologetic. post Fenson. *annot ad dict. Statut. 151. sub decis. 25. numer. 9. part. 2. inspett. 1.* 8
Et quando mulier est minor, † nec pro dote potest se obligare sine solemnitatibus Statuti Pic. *d. Gloss. 7. numer. 259.* Rot. *dec. 177. num.11. vers. fuit dictum part. 1. rec.* & coram Royas *dicta dec.450. num.4. vers. Auctoritates vero.* 9

Secunda dixtinctio fuit inter ipsa Statuta Vrbis in quibus si agatur de statuto 149. *de don. lib. 1.* † & ibi 10
de requisita subcriptione donationis, & *Testium & de seq. Statut. 150. de donat. insinuan. d. lib.1.* visum est DD. illa requisita non esse necessaria in donatione ob causam, in specie, ob causam matrimonij, & de his donationibus agere, & recipi allegata pro D. Cæsare, & signanter Grat. *discept.984. nu.25. annot. ad* Buratt. *d. dec.924. nu.17.* Rot. *post Fens. dec.133. & dec. 292. num.31. & 33. part.6. & dec. 241. num.26. part.7. recent.*

Sin autem agatur de *d. Statuto 151.* † visum est co- 11
pulatiuè requiri solemnitates, & iustam causam, ita vt vno deficiente corruat penitùs tota machina contractus, vt adnotauit *D. Rubeus ad dec.81. nu.18. par. 8. & tot. dec. 924.* & punctualiter dixerunt † in vtraque illa *Romana seu* 12
Reatina donationis coram R. P. D. meo Albergato pro Excellentiss. D. Anna.

Ideo visum est DD. nullius momenti esse assumptum suppositum, quod donatio fuerint facta correspectiuè ad dotem, & intuitu donationis factæ à matre filiæ sponsæ, tum quia in facto negabatur. Dum de illa neque in Capitulis matrimonialibus, neque in instrumento dotali minusue in alia dicta donatione mentio aliqua constat, tum etiam quia non solum in donatione ob causam etiam matrimonij † receptum 13
est hoc Statutum *vt supra*, & nominatim ampliauit Pic. *d. Gloss. 7. num.35.* Sed etiam in donatione reciproca diuersa, & distincta ampliauit idem Pic. *d. Gloss. 7. nu.37.*

Demum visum est DD. non iuuare alteram replicationem de incompetentia huius exceptionis Excell. D. Principi quasi tertio nam cum habeat † iura hereditaria 14
matris etiam ab heredibus minorum vel mulierum talis nullitas allegari potest *ad l. hæredes 20. C. ad Senatus Consul. Vell.* Fenzon. *ad d. stat. in fin.* † & quod per viam ex- 15
ceptionis semper licitum sit opponere nullitatem quamuis illa agendo non possit allegari Grat. *discept. 691. n. 18. maximè in* Rota *dec.176. n.11. p.1. diu.*

Et ita adamussim vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram R. P. D. Ottalora 16. Ianuarij 1668. quæ suo loco, & tempore inferius ponetur, alia vero 7. Iunij præteriti est supra in præcedenti parte 14. dec.475.

R. P. D. TAIA.

Auenionen. Fideicommissi.

Veneris 28. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Quoniam probato fideicommisso, eiusque identitate bonorum, si eadem bona obligata prætenduntur pro restitutione dotis vigore *auth. res quæ C. com. de legat.* non sufficit probare requisita eiusdem authenticæ, sed requiritur creditum ità clarum, & liquidum, vt nullo velamine offuscari possit; ideo pro illius illiquiditate in præsenti decisione concluditur ex fundamentis in eadem decisione deductis.

SVMMARIVM.

1 *Bona fuisse in bonis fideicommittentis probatur ex inuentario hæredis grauati.*
2 *Approbatio scripturæ per illius productionem resultat.*
3 *Bona fideicommissi in subsidium dicuntur obligata pro restitutione dotis descendentium à fideicommittente, & n. seq. vbi vide.*
4 *Dotis constitutio, seu restitutio an habeat locum in bonis fideicommissi materni, alteriusque ascendentis ab illa, & sup. num. 3.*
5 *Retentio pro dote in bonis fideicommissi non datur si creditum est illiquidum.*
Liquidum non dicitur creditum si contrarium probari potest in petitorio cum ad hunc effectum vel res iudicata vel partis confessio sit necessaria n. 5.
6 *Maritus non tenetur restituere dotem quam non exegit, nec exigere potuit. Ampl. vt n. seq.*
7 *Pater si dotem promisit, non autem persoluit, maritus illius restitutionem facere non tenetur.*
8 *Beneficium* auth. res quæ C. com. de legat. *est subsidiarium si grauatus alia bona non habeat.*
Dotem habere prætendens ex bonis fideicommissi vigore auth. *res quæ quid probare teneatur n. 8.*
9 *Vsusfructus separationem recipit à proprietate.*
10 *Proprietas etiam nuda æstimari potest ac etiam pro certo pretio vendi, vel solui.*
11 *Legitimæ, & trebellianicæ detractio non competit, sine probatione qualitatis hæreditariæ detrahere debentium.*
12 *Tribellianica videtur probibita ex substitutione facta in omnibus bonis atque in tota, & integra hæreditate.*
Probibitio trebellianicæ resultet ne ex institutione facta in omnibus bonis, ac si in illis substitutio, & fideicommissum dicantur fuisse repetita n. 12.
13 *Tribellianicæ detractio grauatis allegantur, vbi apparet illam ex verbis testamenti remanere probibitam.*
14 *Legitima, eiusque supplementum quanto tempore præscribantur, & quid in filio eiusque hærede.*
15 *Legitimæ eiusque supplementi præscriptio subducere debet tempus possessionis ipsius filij.*
16 *Supplementum legitimæ non potest esse liquidum antequam liquidetur status ipsius hæreditatis.*

DECISIO XIV.

CVM redderetur incudi 19. Februarij præteriti decisio, qua constare de attentatis Marchionissæ Mariæ, vt esset dandum mandatum de manutenendo Marchionissæ Franciscæ fuerat decisum * 2. Decembris 1665. placuit DD. videre de bono iure etiam ad effectum manutentionis. Et hodie constare de bono iure Marchionissæ Franciscæ in fideicommisso Petri de Gerardis responderunt DD.

Etenim Petrus instituit hæredem Henricum filium, & casu quo filij tam masculi, quàm fœminæ, & descendentes illorum deficerent, & nullus superesset in hoc casu substituit d. Henrico, & eius filijs, & descenden. filiam Dianam, & mortua Diana aut in defectum illius substituit in prædictis suis bonis, & hæreditate pro medietate alium Henricum de Castellana, ex anteriore matrimonio Dianæ, & eius filios, & filios filiorum, quotquot fuerint, & pro alia medietate filium Masculum nasciturum ex posteriore matrimonio cum D. Doize, & eius filios, & descendentes, cum reciproca substitutione inter ipsos substitutos

Et incontrouersus sicut incontrouertibilis est euentus fideicommissi, cum defuncto Henrico hærede, sine filijs Diana successerit, & postea Henricus filius eius in toto fideicommisso, quia Diana ex secundo matrimonio filios non procreauit, & Henrico successerit Dominicus vnicus filius, quo nouissimè defuncto nullo quidem filio genito succedit Soror Marchionissa Francisca.

Bona in bonis fideicommittentis fuisse satis probatum est, † quod Henricus hæres grauatus inuentarium bo- 1
norum fecit Pereg. *de fideic. art.* 44. *sub numer.* 2. 3. & 41. Rota *dec.* 89 *sub num.* 6. & 7. & *dec.* 134. *nu.* 2. *p.* 8. cum approbatione, & productione Dominici succedentis Henrico, † & simili approbatione, & productione ipsius Fran- 2
ciscæ, & alijs actis in Summario Marchionissæ Franciscæ *num* 3. & 4. Rota coram Coccin. *dec.* 120. *num.* 2. *vers.* & *facit*, quod voluit Castr. & coram Merl. *dec.* 294. *n.* 12. & *d. dec.* 89. *à num.* 9.

Non obstitit, quod etiam bona Testatoris ascendentis ex linea Matris essent in subsidium obnoxia restitutioni † Dotis, & augumenti Marchionissæ Mariæ iuxta *autb.* 3
res quæ C. communia de legat. in puncto huius fideicommissi Grat. *disc.* 331. *nu.* 4. Rota coram Eminentiss. D. Cardin. Otthob. *dec.* 43. *n.* 3. & *dec.* 64. *n* 12. *p.* 10. *rec.*

Quia DD. illibato iure disputato † apud Fus *de substit.* 4
q. 532. *à num* 38. Odd. *de fideicomm. ex probib. alien. q.* 39. *a num* 15. & alijs, & magis in restitutione quam in constitutione, dotis responderunt non habere locum quando creditum non est omnino liquidum, & adeo certum vt nullo modo controuerti possit, & esse debet etiam liquidum in quantitate, † & liquidatio talis esse debet, vt 5
contrarium non possit probari in petitorio, & requiritur partis confessio, vel res iudicata Merlin. *de pignor. qu.* 188. *num.* 18. *lib.* 4. Rot. *dec.* 65. *n.* 16. & 17. & *dec.* 86. *n.* 5. *par.* 10. *rec.*

Tale autem dici non potuit creditum Marchionissæ Mariæ dum patuit ipsam exegisse ingentes pecuniarum summas relatas in calculo Marchionissæ Franciscæ quin imò creditum est insubsistens signanter librarum 12. mill. ab ipso exactum in causam propriæ dotis, & librar. 60. mil. à D. Doize promissarum in Instrumento dotali quas Henricus maritus non exegit † quia nec potuit 6
l. meuia 49. *sub init. ff. sol. matrim. et ibi Gloss.* nec potuit, & ibi notat Bart. & alij Ias. *ad leg. quæ dotis ff. eodem n.* 3 *vers. tertio* nota diligenter ex isto textu maximè quod Pater Marchionissæ Mariæ † promiserat dotem *l. si extraneus* 7
33. *vers. sed si vel Pater ff. de iur. dot. cum ibi not.* eo magis quod beneficium *d. auth. res quæ* est subsidiarium † si gra- 8
uatus alia bona non habebat, quod proinde probandum est à Marchionissa Maria Paul. Castr. *cons.* 356. *nu.* 4 *lib.* 1. Rota coram Coccin. *dec.* 143. *à num.* 5. & coram Eminentiss. D. Card. Otthob. *dec.* 83. *n.* 21. & cum alijs nouissimè *cor. R. P. D. meo Bourlemont in Bonon. prædii* 1. *Iunii* 1665. §. *secundo* respondetur quod tamen reprobatum fuit à Marchionissa Francisca indicante adhuc terras D. Ampus, & Lagneroux adeo vt præcedere debeat illarum excussio ex *sup. alleg.*

Non releuante Marchionissam Mariam, quod prætendat super dd. terris specialem hypothecam, & assecurationem pro annna præstatione librarum 6. mil. sibi constituta à marito pro viduili vita durante nam, & si referatur ad vsumfructum † qui à proprietate separatio- 9
nem recipit §. *vsusfructus instit. de vsufruct.* etiam nudæ proprietatis † æstimatio fieri potuit, & tanti vendi, vel 10
solui eidem Marchionissæ Mariæ *ad* §. *vxor viro l. cum in funde* 78. *ff. de Iur. dot.* Rota *dec.* 240. *nu.* 13. *p.* 6. & amplius *ad l* 2. *C. de vsufruct.* & ibi *glos. obligare* Gratian. *discept.* 136. *nu.* 9.

De legitima, & trebellianica vti quotis certis per se, & claris, & ad vtramque in primis in persona Henrici filij testatoris, & hæredis grauati responderunt DD. non pro-

probari successionem hæreditariam Marchionissæ Mariæ vti hæredis hæredum Henrici, & illo sine filijs defuncto Dianam sororem fideicommissariam Patris fuisse fratris hæredem. Imò alium institutum hæredem ab Henrico
11 fuisse, & cum alio fideicommisso probari † atque adeò nec probari transmissionem legitimæ, & ita transmissariam Marchionissam Mariam, siue cessionem, & cessionariam illius Henrici ad tradita à Peregr. *de fideicomm. art.* 8. *num.* 23. Noal. *de transmiss. cas.* 10. *ab Init. & in fin.* Merl. *de legitim. q.* 9. *num.* 18. *&* 19. *tit.* 3. *lib.* 5. Magon. *flor. dec.* 10. *n.* 15. *&* ad trebellianicam, specialiter videri prohibitam ex substitutione in omnibus bonis, & tota atque
12 integra hæreditate † *ibi in prædictis suis bonis, & hæreditate &c.* ad institutionem *in omnibus, & singulis,* & denique ex vltima substitutione *ad omnia sua bona, & totam & integram hæreditatem &c.* Mantic. *de Coniect. vlt. vol. tit.* 12. *n.* 6. *& n.* 7. *vers. sed tamen* Ripa *lib.* 7. *Crass. §. Trebell. q.* 8. *n.* 3. & opinionem *Ripæ* secuta est *Rota* ita vt iam gratis al-
13 legari † detractionem dicat *dec.* 84. *nu.* 25. *p.* 10. & hæc *ad gloss. societate Can. illa autem iis distinct.* 12.

Ad legitimam Dianæ si deberetur filiæ dotatæ, vel dotandæ filio masculo stante visum est adhuc satis superque, quod testator iure institutionis particularis illi reliquerit scut. 500. vltra dotem constitutam in contractu matrimonij, & persolutam pro omni ipsius parte, & portione super suis bonis, & hæreditate pro legitima, & supplemento legitimæ quomodolibet ita vt non habeat aliud quod prætendat quolibet iure &c. Quæ insuper valent, pro cautela requisita; aut certe supra 30. annos præscriptum est legitimæ, & eius supplemento
14 † cui & ipsi legitimæ in hærede filij secus d. filio putarunt multi breuius, & quinquennio præscriptum apud Merl *de legit. d. tit.* 3. *qu.* 10. *maximè numer.* 9. *vers. verum in supplem. & numer* 16. & si deducto tem-
15 pore † quo filius possidebat Merl *d. qu.* 10. *in fine cum alleg.* & Mart. Medic. ad suam *dec.* 6 *numer.* 20. sed substituta ipsa Diana, & postea succedente cum agamus propterea non de legitima sed de supplemento legitimæ
16 vltra legatum, & dotem si quid superest; † illud petere non posse cum liquidum non sit antequam liquidetur status hæreditatis Rota *dict. decis.* 88. *num.* 27. *vers. tum etiam par.* 10.

Et ità vtraque, &c.

Decisio supradicta in hac eadem causa emanata habetur impressa in præcedenti parte 14. dec. 375. & infra sub die 27. Aprilis istius præsentis anni adest alia quoque resolutio confirmatoria quam suo pariter ordine adinuenies.

R. P. D. TAIA.

Spoletana Pecuniaria.

Lunæ 31. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Cum ideo inuentarium fuerit inuentum nè committantur fraudes, & occultatio fieri possit in bonis hæreditariis; Quoties igitur hæc ipsa cessant, vel quia mobilia sub claue posita sint; stabilia verò non sic de facili occultari possint, non attenduntur nullitates illius, maximè quia olim non tantæ solemnitates requirebantur, cæque etiam hodie possint per consuetudinem minorari.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarii nullitas sine dolo non attenditur.*
2 *Inuentarium fuit à lege inuentum ne res hæreditariæ occultari valeant.*
Inuentarium non est necessarium quoties cessat præsumptio fraudis, & occultationis bonorum n. 2.
3 *Inuentarii tot requisita, quæ antiquitus seruabantur hodie non sunt in vsu.*
4 *In inuentario, quod aliquæ omittantur solemnitates potest per consuetudinem introduci.*
5 *Inuentarium factum in præsentia mariti perindè est ac si vxore præsente fuisset confectum, & sup. in princ. dec.*
Mariti præsentia sufficit vbi illa vxoris fuisset necessaria num. 5.
Matrimonium est vnius, eiusdemque vitæ consortium num. 5.
6 *Scientia præsumitur inter coniuges.*
7 *Vxor tenetur recognoscere chirographum sui mariti, etiam si esset litterarum ignara.*
8 *Mariti plerumque non solum consulunt vxoribus, sed ipsas etiam vxores consulunt, & ad consilium vocant.*
Iustinianos consiliorum suorum participem faciebat suam propriam coniugem nu. 8.
9 *Consilium etiam à propria coniuge sumendum est, ampl. vt n. seq.*
10 *Vxores apud plurimos non solum habentur vti Dominæ, sed quidam etiam suam propriam coniugem sanctissimam vocauit.*
11 *Furtum non committitur in rebus immobilibus.*
Fraus in rebus mobilibus excluditur, si illa sub claue posita sunt, quæ postea fuerit consignata Notario num. 11. *& sup. in princ. dec.*
12 *Fraus in rebus immobilibus non sic faciliter committi potest.*
Mobilia nec possunt de facili latere n. 12.
13 *Testes examinati vigore monitorialium sine partis citatione non probant.*

DECISIO XV.

IN decisis 11. Martij 1665. adeoque Paulum non teneri de proprio creditoribus Aliprandi hodie DD. steterunt satisfactum inuentario dicentes præsentia præcipuè creditoris mariti alteriùs creditricis inscripta cum approbatione iudiciaria eiusdem creditoris, qui vltra biennium postea comparuit in iudicio nominatim contra Paulum vti hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, & dicto factoque comprobauit accipiendo à Notario, & Cancellario Vicarij Claues Domus defuncti alias apud illum depositatas à Paulo, & Loreto hæredibus beneficiatis eiusdem Aliprandi in præsentia, & cum consensu Francisci Actoris maximè, quod Paulus non esset domesticus Aliprandi, & nihil contractauit, vt omnibus simul iunctis non existente aliquo dolo † non attendatur nullitas in- 1
uentarij.

Etenim certum est inuentarium fuisse inuentum ad hoc ne res hæreditariæ occultari valeant, adeoque † vbi il- 2
la præsumptio occultandi aut fraudandi cessat non est necessarium fieri inuentarium Cancer. *var. resol de inuent. n.* 109. *par* 3. Antonell. *de tempor. leg. cap.* 30. *nu.* 12. *lib* 4. Ridolph *prax. iudic. cap.* 9. *annot.* 59 *par.* 1. maximè ex Rot. coram Duran. *dec.* 387. *n.* 17. iamque pridem tot ac tanta requisita, & recensita *vsque ad* 22. *à Thesaur. for. q.* 10. *à n.* 4. *lib.* 1. desueuerint tempore Baldi, † & anteriùs summæ Ro- 3
landine iam tum omissæ tot solemnitates siue subtilitates inquit, Bald. *ad l. vlt. in princ. C. de iur. deliber. n.* 13. cum alijs ibi adnotatis, & ab etiam consuetudine introduci posse, † 4
vt aliquæ solemnitates omittantur ex *Honded. & Ruin.* cum pluribus allegatis ab ijs monuit ipse Tesaur. *d q.* 10. *n.* 3. *vers. & ab ipsa etiam consuetudine,* & cum alijs Ridolph. *d. cap.* 9. *n.* 124 & maximè Rot. cor. Caual *dec.* 508. *n* 7. *confirmata in dec.* 184. *n.* 5. *vers. sicut neque omnes solemnitates.*

Nec valuit replicatio ex defectu præsentiæ diuersæ creditricis in præsentia diuersi creditoris licet coniugum quo præsentia vnius, neque inferat, neque suppleat præsentiam, & approbationem alterius.

Quia præsentia citra consensum considerata est solum ad fraudem excludendam, † & vxor pro marito non obli- 5
gatur, neque per maritum, tamen matrimonium est consortium omnis vitæ *l.* 1. *ff. de rit. nupt.* & inter coniuges
† præsumitur scientia vsque ad solemne dictum Barb. *conf.* 6
35. *n* 23 *&* 24. vbi vxor chirographum mariti † scriptum, 7
vel subscriptum cogitur recognoscere etiam si sit ignara litterarum apud Cost. *de facti scien. inspect.* 73. *maximè numer.* 5. & plerique mariti vxorij non solum consulunt vxoribus, sed consulunt vxores † cum Iustiniano parti- 8
cipem consilij sumente Reuerendissimam coniugem *§. hæc autem nomina Authent. & Iudic. sine quoque suffrag.*

9 vbi *Glof. Reuerendiſſima* notat † conſilium ab vxore ſumendum cum pluribus apud *Tiraq. Connub. leg. 11. ab initio , & 115.* maximè qui non vxores. Sed
10 Dominas habent, † vt Bardus *ille in l. vxorem 41. in princ. ff. de leg. 3.* cum alijs ex Bardioſo illo qui etiam ſanctiſſimam Dominam vocauit *§. qui Marco l. Titia 19. ff. de ann. legat. apud Tiraquell. Connub. l. 5. n. 11.* præcipuè, quod noſtrorum coniugum ſi minus communiter ſaltem æqualiter intereſſet.

Et aliundè fraus excludebatur videlicet depoſitis clauibus pro mobilibus, & pro immobilibus abolita iam
11 ſententia exiſtimantium fundi locius† furtum fieri *§. quod autem inſtit. de vſucapion.* & ad ipſum inuentarium
12 *l. 2. ibi immobiles quidem res*, quæ nec laterè† facilè poſſunt *C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.* Bald. *conſ. 383. verſ. ſed ſi non potuit committi fraus lib. 1.*

Ad fraudem itaque ac dolum, quod deſcripta eſſet ſola domus habitationis Aliprandi, & nihilominus probetur ex teſtibus prædictis ipſum Paulum poſt mortem Aliprandi adiunxiſſe domui ſuæ aliam domum in villa ab eodem Aliprando moriente poſſeſſam, & occupatum hortum in eadem villa, & ſiluam, & creditum ſcut. 3000. debitorum à Ioſepho Patre Laureti hæredis, & ſchedulas rerum ab Aliprando in Monte oppignoratarum, & fructus ab obitu Aliprandi 29 Martij 1659. ad 14. Maij 1660.

Reſponſum eſt omnia benè ac verè fuiſſe deſcripta præter ædificiolum dirutum, & penè maceriam, & Agellum in ea villa quæ Aliprandus ipſe donauerat Paulo iam accepta Auctore Prætore in vim mandati executiui pro ſcutis 22. ſortis, & fructuum cenſualium iuxta inſtrumentum iam productum in prima poſitione, & *Summario num. 7.* vbi, & aliud inſtrumentum poſterius venditi Agelli donati, ab Aliprando eidem Paulo *n. 8.* quin etiam ante mortem Donatoris Donatarius ipſe vendiderat, & præter hæc omnia poſita fuiſſe ſub haſta ab ipſo Authore, nec teſtibus contrarium probari vti examina-
13 tis vigore † monitorialium abſque citatione partis Rot. *dec. 103. n. 14. p. 10.*

De credito ſcut. 3000 ſatis viſa eſt bona fides vel non mala probata ſcientia Pauli, & conſtante adhuc integritate crediti intacti etiam qualiſcumque, & incerti ex ipſis codicillis Aliprandi in ipſo *Summ. Actor. nu. 13.*

De fructibus reſponſum eſt breuiſſimo tempore neque perceptos fuiſſe à Paulo neque percipi potuiſſe à Paulo ſub ſequeſtro pro collectis Communitatis, & vix quatuor coros tritici reſtitutos fuiſſe Monti Pietatis prius mutuatos Aliprando *in d. Summ.* Pauli *n. vlt.*

Denique de pignoribus ſatisfecit DD. eadem ignorantia Pauli ex exiſtentia pignorum teſtificantibus Officialibus Montis.

Ex quibus non ſolum inuentario ſed etiam rationi hæreditariæ ſcrupuloſè quoque ſatisfactum viſum eſt.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

REVERENDISS. P. D. CERRO DECANO.

Poſteà S. R. E. Cardinali.

Fulginaten. Affictus.

Lunæ 31. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

Solutionem Affictus denegare non poteſt conductor ſub prætextu exceptionis non adimplementi, ſibi à locatore expræſſis verbis nequaquam promiſſi, ea ratione tùm quia locator in inſtrumento locationis habet intentionem fundatam, tum etiam quia huiuſmodi exceptio in hoc iudicio executiua non admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor habet intentionem fundatam in Inſtrumento locationis.*
2 *Promiſſio iuramento, & obligatione Camerali vallata habet executionem paratam.*
3 *Conductor non poteſt agere pro affictu ſi ei obſtat exceptio non adimplementi, quod quando procedas vide n. ſeq. & per tot. dec.*
4 *Adimplementi exceptio ceſſat ceſſante promiſſione.*
5 *Conductor primus ſicuti rem conductam relaxare tenetur, ità & ſecundus eandem rem recipere debet.*
6 *Obligatio fauore vnius introducta, in eius odium retorqueri non debet.*
7 *Dictio* Prout *ſimilitudinem, & conformitatem præſefert.*
8 *Dictio*, Prout, *vbi eſt relatiua ad aliquid de præterito limitatiue, & reſtrictiuè recipitur.*
9 *Non adimplementi exceptio non admittitur in capitulis ſeparatis, etiam in eodem contractu.*
10 *Non adimplementum opponere non valet qui ex parte ſui non adimpleuit.*
11 *Damnum cum damno compenſatur.*
12 *Conductor ſecundus vigore clauſulæ*, quorum intereſt *in obligatione primi conductoris contenta, contra illum agere non prohibetur.*
13 *Affictus ſolutio retardari non debet per exceptionem non adimplementi à locatore nullatenus expræſſe promiſſa.*
14 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones turbidas, & requirentes altiorem indaginem.*
15 *Confeſſio procuratoris voluntaria, & extraiudicialis non præiudicat principali.*
Auditor Cardinalis per ſuam confeſſionem eidem Cardinali præiudicare non poteſt n. 15.
16 *Confeſſio erronea non attenditur.*

DECISIO XVI.

ORTA controuerſia inter Eminen. D. Cardinalem Antonium Barberinum locatorem bonorum Abbatiæ S. Crucis de Saxouino & conductores ſuper reſponſione affictus primi anni in ſumma ſcut. 3000. ac pendente iudicio *coram R. P. D. Areoſto*, ſpeciali commiſſione Sanctiſſimi, fuit eidem demandatum, vt procederet de voto *Rotæ* appellatione remota; Ideò dubitaui an ſit relaxandum mandatum pro reſponſione affictus d. primi anni, & fuit affirmatiuè reſolutum; Quia d. Locator habet intentionem fundatam in capitulis inſertis in pu- 1
blico inſtrumento, † vbi conductores promiſerunt ſolue
re pro affictu ſcuta 3000. quolibet anno, quæ promiſſio † 2
cum ſit iuramento, & obligatione Camerali munita paratam de iure habet executionem Angel. *in l. 4. §. condemnati nu. 4. ff. de re iudic.*

Non obſtat prætentio quod dictus locator non tradiderit conductoribus in primo anno terras benè cultas, &
ſatas, vt tenebatur in 12. *Capitulo*, † ideoque ex capi- 3
te huius non implementi ceſſare videatur actio pro affictu.

Etenim *in dicto Capitulo* 12. promiſerunt, quidem conductores relinquere in vltimo anno terras benè cultas, & ſatas eo modo, quo tenebantur Orſini priores conductores, vt ſunt verba clara, *che dd. condottori nell' vltimo anno dell' affitto non poſſino reſtouigliare li terreni di d. Abbatia, anzi ſiano tenuti reſtituirli ben'arati, & coltiuati, & ſeminati nel meſe che ſono obligati rilaſciarli li dd. Signori Orſini*; nulla tamen legitur obligatio, ſeù promiſſio D. locatoris tradendi terras cultas, & ſatas in primo anno,
& per conſequens ceſſante promiſſione, † ceſſat quo- 4
que exceptio implementi Rota *dec. 359. num. 2. par. 5. recent.*

Nec vrget illatio, quæ fit ex dd. verbis, *nel modo che ſono obligati laſciarli li Sig. Orſini*; quod ſcilicet dùm præcedens conductor tenebatur relaxare in vltimo anno terras
cultas, † & ſatas, ità etiam ſucceſſor dd. terras eodem- 5
modo debeat recipere in primo anno.

Quia non ex hoc, quod Orſini præcedentes conductores fuerint ad id obligati fauore D. Cardinalis, ipſe
quoque tenetur erga ſequentes conductores; † ſic enim 6
obligatio Illius fauore inducta in eius odium retorqueretur: & propterea in dd. verbis, *nel modo &c.*

non

non benè infertur ad aliquam promissionem eiusdem D. Cardinalis, cum solum videantur apposita ad magis declarandum obligationem conductorum restrictam nempè, & limitatam ad modum, quo tenebantur Orsini;
7 † nam dictio *prout* similitudinem, & conformitatem præsefert ex allegatis per Surd. *cons.335. num.19.* & vbi est
8 relatio ad aliquid de præterito † limitatiuè, & restrictiuè recipitur Alex. *cons.46.n.9. vers. fortificantur hæc verba lib.1.* Decius *cons.63.n.6. vers.1.* Curt. Iun. *cons.42. nu. 10.* Rot. *dec.27.n.1. & 2.p.2.diu.*

Cæterum pro remotione obiecti animaduerterunt Domini, quod allegata exceptio non implementi, tunc solum esset releuans, quando D. Cardinalis vellet cogere conductores ad obseruantiam 12. *capituli* quo casu forsan obstaret inobseruantia priorum conductorum iuxtà quorum obligationem voluerint tunc in fine affictus tradere terras benè cultas, & satas, at secus in proposito vbi iudicium fuit intentatum exequutiuè super solutione affictuum vigore alterius capituli omnino diuersi, & separati, in quo conductores se obligarunt ad annuam solutionem scut. 3000. nulla facta mentione de d. pacto contento in 12. *capitulo*; hoc enim casu veniunt omnimo cogendi ad solutionem nulla habita ra-
9 tione ad exceptionem non adimplementi, † quæ non admittitur in capitulis separatis etiam si agatur de eodem contractu, vt probat Alexander *in l. cum proponas la 2. nu.2. ff. de pactis* Natta *cons.133. num.5. vers. sed in proposito* Mantica *de tacit. lib.3. tit.16. num.22. versic. non in separatis* Rota coram eodem *dec.238. nu.2. vers. imo*, nec si agatur ex eodem contractu, & plures alios cumulant Addentes ad Gregor. *dec.141. lit. A.* & Adden. ad Buratt. *dec.54.n.17. et dec.571. litt. A.*

Absurdum verò ab altera parte ponderatum, quod conductores perciperent fructus dumtaxat pro octo annis, & pensiones soluerent pro nouem cessare videtur ex facto; dum affictus licet fuerit stipulatus de mense Augusti 1647. non tamen cœpit currere pentio nisi de mense Aprilis 1648. *Summ. D. Cardinalis num.1. in princ.* & in omnem casum si aliquod damnum adesset, non ideo competeret exceptio allegata; Tum quia conductores nec ipsi fecerunt promissam restitutionem terrarum cultarum in vltimo anno ad formam eorum obli-
10 gationis, † & proindè excipere non valent de non adimplemento Surd. *cons.331. num.24.* Cardin. Caual. *dec. 217.*
11 *numer.4.* & saltem damnum cum damno † deberet compensari Bald. *in d. l cum proponas numer 1. versic. quia satisfactio C. de pactis*; Tum etiam quia pro huiusmodi damno possent forsan agere contra Orsinos priores condu-
12 ctores † vigore clausulæ, *quorum interest* in obligatione Camerali adiecta; non autem effugere valent solutionem sub prætextu dictæ exceptionis; Quia cum ex prædictis saltem appareat turbida, & pendeat à promissione
13 D. Locatoris quæ nullatenus legitur expressa, † interim non debet retardari exactio iuramento, & obligatione
14 Camerali vallata, † contra quam non admittuntur exceptione turbidæ ac requirentes altiorem indaginem Cardinal Seraph *dec.1455. num.2.*

Denique non obstat epistola Auditoris D. Cardinalis data in *Summ. conductorum numer. 5.* vbi promittit eumdem D. Cardinalem bonificaturum damnum, quod conductores paterentur ex eo quod Orsini reliquerunt incultas terras, siuè quia tamquam extraiudicialis, & volun-
15 taria † non præiudicat principali iuxta *dec. Greg. 460. nu. 5. et in Bonon. Dotis seu Pecun. 27. Aprilis 1646. coram Bichio §. confessio enim*; Siue etiam quia cum ex superius fir-
16 matis detegatur erronea † non debet haberi in consideratione per textum *in l. si per errorem ff. de iurisdict. omnium iudicum.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Hispalen. Decimarum.

Lunæ 31. Ianuarii 1667.

ARGVMENTVM.

De communicatione priuilegijs in materia decimaria plurima in præsenti decisione discutiuntur, ad differentiam priuilegij exemptiui, ab altero decimarum translatiuo, quorum vtrumque diuersimodè practicatum super derogatione *cap. vlt. de decimis*, in eadem decisione traditur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ, & res iudicatæ obstant etiam aliis æquale ius habentibus.*
2 *Obseruantia in materia decimarum plurimum attendenda est.*
3 *Priuilegium in materia decimandi, si loquitur de aliquibus bonis non extenditur ad bona posteà quæsita.*
4 *in Priuilegiis, seu facultatibus, quæ competunt speciali ratione non procedit adæquatio.*
5 *Priuilegia, seu facultates pro certis bonis concessa non procedunt in ijs, quæ non habent qualitates consimiles cum exequatis.*
6 *Priuilegium licèt speciali occasione concessum, si tamen in generali supplicatione amplissimum est, res, & casus consimiles non excludit.*
7 *Priuilegium in materia decimaria communicabile, non tamen intelligitur communicatum sine expressa mentione decimarum, & derogatione Concilij Lateranen.*
8 *Communicationes, & executiones priuilegiorum decimarum non extenduntur ad ea, quæ, vel non solent concedi, aut saltèm difficiliter.*
9 *Decimarum in materia, an scilicèt earum priuilegia communicabilia sint, vel nè plures decisiones S. Rotæ declarantur, & num.10.*
11 *Priuilegia antiqua non indigent verificatione.*
Narratiua gratiæ vltrà centum annos sine alia verificatione probat num.11.
12 *Priuilegii exemptiui decimarum, & priuilegij translatiui maxima differentia est.*
13 *Decimarum diuisio inter Ecclesias Parrochiales facta est ex constitutione humana.*
Decimæ de iure diuino simpliciter debentur Clericis, & Ecclesijs, num.13.
Decimas, quæ Ecclesia possideat non multùm refert, dummodò illæ non exeant de dominio vniuersali Ecclesiæ, num.13.
14 *Ecclesia, vniuersaliter sumpta vna est, atque vnica.*
15 *Decimæ vniuersaliter sumptæ debentur simpliciter Ecclesiæ, non autem Parrochiali Ecclesiæ.*
16 *Derogatio generalis Summi Pontificis sufficit in materia* cap. penult. de decimis, *& quando vide etiam num. seq.*
17 *Decimarum translatio, & exemptio diuersimodè practicantur quoad derogationem* cap. penult. de decimis, *& sup à num.12. cum seq. & num.16.*
18 *Priuilegium Ioannis XXII. concessum Priori, & domui boni passus Cauallicen. percipiendi decimas, qualiter fuit concessum, atque de eo vide in princ. decisionis, & num.3.*
19 *Redditum tenuitatem probare tenetur, qui sub hac qualitate priuilegium obtinuit.*
Paupertas ab actore probanda est vti fundamentum suæ intentionis, num.19.
20 *Paupertas ad effectum acquirendi priuilegium paupertatis, à priuilegiato probanda venit.*
21 *Paupertatis priuilegium propter diuitias fuisse amissum probare debet, qui diuitias præsupponit, n.20*
22 *Mutatio status vt plurimum facta non creditur, nisi probetur.*

DECISIO XVII.

IN decisis 30. *Ianuarij 1665. DD. steterunt nihilo retractato, & additis infrascriptis, & videlicèt, declaratione S mem. Greg. XIII. iam indicata in decisione *15. Ianuarii 1663. §. *ex ijsdem quoque rationibus*, & nunc explicata quatenùs ibi narratur à Priore, & domo Vallis Benedictionis Auenionen. Sa. me. Ioannem XXII. Indulsisse Priori, & Domui Bonipassus Cauallicen. de terris, & possessionibus alijs colendis traditis decimam perci-

pere posse, & per alia indulta Sa. me. Pij II. & Greg. XI. ipsum Gregorium XIII. vti extendibilia ad omnes domos Ordinis extendisse, & huius extensionis, & ampliationis vigore ipsam domum Vallis Benedictionis fuisse, & esse in possessione, seu quasi Decimas supradictas, etiam ex parte fructuum Colonis eiusdem Domus obuenientium percipiendi, &c. ab ipso Gregorio XIII. confirmata non obstantibus Lateranensi, & Generalium Conciliorum, & alijs quibusuis etiam Apostolicis Constitutionibus &c.

Item addiderunt Rotalem sententiam anni 1579. bo: me: Bubali, & inde rem iudicatam declarantem ad Conuentum Carthusiæ Granatensi vigore dicti priuilegij Ioannis XXII. ad totum ordinem extensi, per Pium II. legitimè spectare decimas pro portione fructuum eius Colonorum, & laboratorum priuatiuè, necnon alias sententias coram RR. PP. DD. Bubalo, Ghislerio, & Royas etiamsi pro alijs domibus, tamen pro eadem Religione super eisdem priuilegijs, sed de hac domo, & Carthusia Oppidi de Xerez loquuntur decisiones prædictæ, & sententiæ Rotales contra Capitulum Granatensi contra
1 Capitulum Gadicense, † atque adeò contra hoc Hispalense, & obstant æquale ius habentibus, Rota *dec.* 217. *ab initio*, *& n.*4. *par.*7. & generaliùs de alijs domibus, apud Giouagn. *resp.*28. *n.*3. *lib.*2. Satis examinatis fundamentis toties, ac tandiù satisque subsistentibus etiam contra alios non citatos ratione non consortij litis, sed æqualis iuris, vt supra, & conuincit, quia hæc eadem domus soluit proinde annuum excusatum pro eisdem decimis, & pro dicta domo relaxata fuerunt mandata executiua à DD. Archidiacono, & Decano Reuerendiss. Capituli Hispalen. contra Colonos, & Arrendatores eiusdem domus
2 debitores decimarum annis 1544. & 1548. † & sic resultat obseruantia, ad tradita à *Canc. var. resol.* 23. *de decimis n.*24. *vers. verùm quidquid par.*1. Tria obijciebantur ab informantibus pro Capitulo.

Et primò priuilegium Ioannis XXII. non fuisse communicatum, quia communicabile non erat repugnantibus verbis, ibi, *Pro eo, quod terras, & possessiones, quas vobis, & domui vestræ pro sustentatione concessimus, & deinde supplicationibus vestris inclinati de prædictis ter-*
3 *ris &c.* hoc est iisdem supra enunciatis in specie, † ita vt priuilegium nec ad bona postea quæsita debeat extendi, vt in hoc ipso priuilegio scripsit Socc. Sen. *cons.*268. *n.*4. *lib.*2. repetito in *cons.*93. *lib.*3. præsertim quod adæquatio non
4 procedit in his priuilegijs, † & facultatibus, quæ competunt speciali ratione cuiusdam qualitatis, Socc. Iun. *ad l.* 1. *ff. leg.* 1. *n* 101. neque in ijs quæ non habent easdem qua-
5 litates † consimiles, cum exequatis *l Princeps* 31. *ff. de legibus*, *cum glos. vers. sed quod dicit* Socc. Iun. *d. loco n.* 100. Rip. *nu.*10. cuiusmodi proponebantur donata à Summo Pontifice ipso Ioane XXII.

Sed communiter aliud visum est ex facto, quo priuilegium licèt speciali occasione concessum tamen in generali supplicatione amplissimum constat, ibi, *Vt terras, & possessiones huiusmodi &c.* non solas, quas Ioannes con-
6 cesserat, † sed huiusmodi videlicèt omnes similes *l* 8. *ff. de pignor.* Alberic. Spiegez, & Barbos. *dict.* 138. *in fine*, quas proprijs sumptibus Monachi excolerent, & propter occupationes diuersas Officijs diuinis vacare commodè nequirent, & constat ampliùs abundè priuilegium in concessione, ibi, *De prædictis terris, & possessionibus, &c.* maximè ad qualitatem domus vestræ, &c. & conditionem, quas tradetis aliis excolendas, &c. quibus adiiciebatur dictum Indultum Gregor. XIII. Quatenùs narratur in illo Indultum Ioannis XXII. generale fuisse extensum à Pio II. & Gregorio XI. & pro extensibili, & communicabili declaratur etiam generali inter cætera Indulta, prout etiam adijciebantur tot sententiæ Rotales, hoc idem decernentes cum obseruantia subsecuta.

Secundò obijciebatur, quod si communicabile quidem
7 esset priuilegium in materia decimaria, † non tamen intelligi communicatum sine expressa mentione decimarum, & derogatione Concilij Lateranensi *cap. penult. de decim.* ad celebrem Valentinam Decimarum *dec.* 40. *par.* 4. *rec.* quia huiusmodi communicationes, & executiones
8 † non extenduntur ad ea, quæ non solent concedi, vel saltem cum magna difficultate &c. vt in his, aut huiusmodi priuilegijs Ordinis Sancti Hieronymi *d. dec.*40. *ab initio*, vndè Rota coram Pæn. in iisdem priuilegijs à præcedente *dec.*764. recessit subsecuta *dec.*1090. vt declarat *n.* 16. *Lugd. edit.*

Sed Dominis visa est noua sententia Rotæ ab anno
1603. † *d. dec.*40. Itaut ipsa Rota constanter insisteret ante contrariæ sententiæ in *d. dec.*764. *num.*7. *&* 8. rationibus ibi allegatis, & posteà consideratione illius *decisionis* 764. vt in *d. dec.*1090. *num.*9. & constat antiqua sententia Rotæ, *ex dec. coram Verall.* 378. *par.*2. *in Hispalen. Decimarum coram Guidobono* 19. *Iunii* 1551. & hanc decisionem loqui de decimis spiritualibus, clarum visum est ex ipso initio, vbi priuilegium concesserat Sa. me. Martinus V. & Innocentius VIII. exemptionis à decimis Monasterio de Guadalupa communicatum Monasterio della Lux, dum in Ciuitate Hispalense non erant eximenda Monasteria à decimis temporalibus, per priuilegia specialia vti exempta tàm iure communis, & Ecclesiasticæ Immunitatis, † & plura in *dec.* 26. *Martii* 10
1662. §. *Testium de his decimis*, *& in dec.*15. *Ianuarii* 1663. §. *Itaque in priuilegio*, & rursùs de hoc Monasterio de Guadalupa, & decimis spiritualibus meminit Rota coram Coccin. *dec.*279. *num.*3. satis congruente, & facili concessione priuilegio non vnius Monasterij alteri Monasterio, vel vnius, aut alterius Monasterij omnibus eiusdem Ordinis.

Quæ confirmantur ex dicto Indulto Gregorij XIII in quo probatur, & approbatur extensio priuilegij Ioannis XXII in prima extensione Pij II. & Gregorij XI.

Nec obstitit, quod dicebatur Monasterium de Xerez teneri ad verificationem narratiuæ priuilegiorum extensorum, & priuilegij extensionis, quia priuilegia antiqua non indigent aliqua verificatione, † & in excedentibus 11
centum annos verba narratiua probant, Rota coram Verall. *d. dec.*378. *nu.*2. *&* 3. vt præcipuè circa centum quinquaginta annos à Pio II. ad Greg. XIII.

Et ex deductis *d. dec.*15. *Ianuarii* 1663 ferè tota insistente in hac difficultate confirmata est differentia † priuile- 12
gij exemptiui, de quo agit Lateranen. Concilium *d. cap. penult.* & priuilegij translatiui *in decis.* 30. *Ianuarii* 1665. *sub* §. *& secundum propositionem*, maximè quia ex constitutione humana facta est diuisio decimarum inter Ecclesias Parochiales, † cum de iure diuino sim- 13
pliciter debeantur Clericis, & Ecclesijs, vnde non multum referr, quæ Ecclesia habeat, dum non exeat de vniuersali dominio Ecclesiæ; Nam vna est Ecclesia † vniuersalis Abb. *ad cap. Tua vobis de decimis numer.* 14
10. *cum aliis in d. decis. d. loco*, quæ visa non sunt destrui, ex ratione *dicti cap. penult.* *Ne occasione priuilegiorum Monachorum Ecclesiæ vlterius pergrauentur &c.* quia intelligitur indefinita oratio pro vniuersali, & omnes species pro suo genere ex supra allegat. maximè quia Textus dixit simpliciter Ecclesiæ † non autem 15
Parochiales Ecclesiæ, vt cautiùs dicitur in *cap. quid per nouale* 21. *de verborum significatione*, & super addi posset ea verba non fuisse Pontificis, & Capitis Catholicæ Ecclesiæ, sed Abbatum Cisterciensi Congregatorum in Generali Capitulo pro suis Monasterijs suas Ecclesias, etiam parochiales respicientium, quæ verba non repetit Pontifex à suis verbis, *Decernimus &c.* Aut secundum aliam lectionem, *Nos igitur, &c.* Vnde parum obstat, quod idem damnum sit Parochorum in translatione, quod in exemptione cum ex vtroque perinde decimis priuentur, quia damnum est priuatum, & Iure priuato huius, & illius Parochi, non autem publicum Catholicæ Ecclesiæ. Immò nec omnium Parochorum, qui participant in his translationibus, & demùm inuenimus sæpè decisum in priuilegio exemptiuo à decimis per derogationem generalem Summorum † Pontificum sufficienter derogatum fuisse *d. cap. pe-* 16
nult. vt in decisionibus ante illam Valentinam Decimarum, à quibus Rota recens recessit, sed nunquam inuenimus decisum in translatione decimarum non fuisse † *d. cap. penult.* Satis derogatum per generalem 17
derogationem, quo loco cauetur quantùm decisum fuerit pro d. priuilegio translatiuo, vt supra, & in præcedentibus decisionibus, attamen nihil fuisse decisum super priuilegio exemptiuo, an, & quatenùs per se requirat specialem derogationem siuè pro qualitate materiæ, siuè ratione differentiæ opinionum, & temporum, &c.

Tertiò obijciebatur, si communicatum quidem sit priuilegium concessum ob duplicem causam † tùm 18
propter

propter præmissam Officijs diuinis commodè vacandi, tùm propter tenuitatem redditum, iuxtà Indultum relatum à Socc. Sen. *d. conf.268. nu.3. verf. Prætereà dicitur in Indulto repetito d. conf.93.* quod attinet ad secundum caput de tenuitate redditum probandum esse à Mona-
19 sterio, † sicuti paupertatem vti fundamentum intentionis suæ, Rota *dec.24. n.2. verf. in contrarium par.4. diuerf.* coram Seraph. *dec 951. ab initio*, & coram Buratt. *decif. 704. nu.2. verf. etiam secundum*. Sed DD. contrarium visum est, quia vt ad acquirendum priuilegium paupertatis
20 † probanda est paupertas à priuilegiato, ita ex opposito ad amittendum priuilegium, & probandas diuitias
21 contra priuilegiatum † onus est illius, qui præsupponit diuitias, maximè quia asserens illas inesse videtur firma-
22 re mutationem, † quæ vt plurimum facta non creditur, nisi probetur, Mascard. *de probat. conclus. 526. num.4. & 5.* & sentit *Iustin. §. vltimo*, ibi, *si postea aliquid acquisierunt, quod idoneum emolumentum habeat, instit. de act. & cum aliis Tiraquell. Ceff. cauf. à num. 199. & num.210.* & benè Paulus Castr. *conf. 179. num.2. à verf. quid statutum lib.2. &c.*

Et ità vtraque, &c.

☞ Decisiones in hac præsenti causa emanatæ, & supra in principio præsentis decisionis enunciatæ, habentur in præcedenti parte 14. suntque in ordine decis. 5. & decis. 27. in quibus aliàs etiam habes concordantes.

R. P. D. E M E R I X.

Romana Saluiani.

Lunæ 31. Ianuarii 1667.

A R G V M E N T V M.

Quoniam Saluianum non conceditur in bonis expressè alienari prohibitis, quæ & qualis prohibitio ad hunc effectum requiratur, ad hoc vt nec minus etiam sola commoditas hypothecabilis esse dicatur in præsenti decisione declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Bona expressè obligari prohibita non veniunt sub generali obligatione, etiam vniuersalitèr concepta, num. seq. & per totam.*
2 *Obligatio generalis concepta etiam cum verbis vniuersalibus, non comprehendit bona expressè obligari prohibita, & sup. num.1.*
3 *Commoditas percipiendi fructus ex bonis fideicommissi durante vita grauati, quando hypothecabilis sit, & veniat sub generali obligatione bonorum, & num. seq.*
4 *Bona expressè obligari prohibita, etiam cum pœna priuationis, nec minus quoad ipsam commoditatem fructuum cadunt sub generali obligatione bonorum.*
Pœna priuationis adiecta prohibitioni de non alienando impedit alienationem etiam solius commoditatis fructuum, num.4.
5 *Prohibitio Testatoris de non alienando sub pœna priuationis, & cum ratione conseruandæ agnationis, efficit nè bona transeant in extraneum, nec etiam durante vita grauati.*

D E C I S I O XVIII.

RVRSVS, ob defectum hypothecæ, deuegata fuit Archangelo cessionario procuratorum de Grillis, immissio petita, in domo, de qua agitur, ex vtili remedio Saluiani interdicti; Quia, cum non dubitetur, quin illa sit supposita fideicommisso, à q. Bernardino de Dominicis patre, & auo respectiuè Stephani debitoris, & Philippi rei conuenti, iniuncto, sub literali prohibitione cuiusuis alienationis, obligationis, & permutationis, & sub pœna explicita priuationis, ipso iure, incurrendæ in casum contrauentionis, cum vocatione aliorum substitutorum, ad hoc, vt bona conseruentur, in eius familia, & agnatione, prout latiùs continetur in Summario, † non vtique, sub generali obligatione facta per Ste- 1
phanum, in fideiussione Census, de quo agitur, non venit prædicta domus expressè prohibitioni obligationis obnoxia, iuxtà receptam doctrinam Bart. *in l. codicillis, §. instituto num.5. ff. de leg.2.* quam sequitur *Imol. ibidem in fine*, Alex. *in l. si constante n. 26. ff. solut. matrim. & conf. 42. nu.1. & 6.* Pacif. de Salui *inspect.3. cap.2. nu. 8. Cyriac. controu.222. n.56. & seq.* Merlin. *de pignor. lib.2. tit.1. quæst.1. & seq.* Rot. *dec.426. Cap. par.1 diuerf. vbi nu. 3.* inquit doctrinam Bartol. esse communiter receptam, † & procede- 2
re, etiam in obligatione concepta, verbis vniuersalibus, cum alijs relatis *in dec.* huius causæ edita, coram Me, *sub die 28. Iunii præteriti, §. deficientis.*

Neque in proposito casu, † hypotheca substinetur su- 3
per commoditate percipiendi fructus, durante vita Stephani debitoris, & hæredis grauati, quam hypothecabilem esse, quantumuis prohibita fuerit omnis hypotheca, ac venire sub generali obligatione bonorum, firmauit Rota post Merlin. *de pignor. cap.5. num.4. & seq. & in Romana Fideicommissi 21. Iunii 1654. §. sed & respectu, coram Reuerendiss. Xarate.*

Tùm quia dictæ decisiones loquuntur, in casu simplicis prohibitionis alienationis, non, verò, quando, prout hic, vltrà prohibitionem, fuit, in testamento, adiecta pœna priuationis, ipso iure incurrendæ in casu contrauentionis, ac data facultas vocatis accipiendi possessione bonorum propria auctoritate † in quibus terminis, sub ge- 4
nerali obligatione bonorum, nulla facta distinctione rei, vel commoditatis, numquam censeri comprehensa dicta bona, propter pœnam adiectam à Testatore, Pacif. de Salu. *d. inspect.3. cap.2. num.45.* Merlin. *de pignor. lib.2. tit. 1. qu.7. nu.14.* & Rota *in Romana Domorum 23. Maii 1658. §. si quidem coram Verospio*, & latè *in Romana fideicommissi de Steccatis 15. Iunii 1665. §. 2. inferebatur, verf. verum, coram R. P. D. Bourlemont.*

Tùm, quia hæc domus, nec quoad commoditatem percipiendi fructus, durante vita grauati, transire potest 5
in extraneum, resistente enixa voluntate testatoris, & expressa prohibitione alienationis, & obligationis perpetuò duratura vt bona conseruentur in eius familia, & agnatione, Altogr. *conf.96. n.15. & seq. lib.2.* Rot. *rec. dec. 135. num.6. & 7. par.7. & in Romana fideicommissi de Cupis 18. Iunii 1657. §. certior, coram Reuerendiss. Meltio*, cum alijs pluribus ibi congestis.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. B O V R L E M O N T.

Rauennaten. Pecuniaria.

Veneris 4. Februarii 1667.

A R G V M E N T V M.

De exclusione solutionis indebiti plura in hac decisione referuntur, quæ tamen ex pluribus facti circumstantiis in eadem decisione reiiciuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio propria præualet cuicumque probationi.*
2 *Solutio censetur facta ex antecedenti, & præambula promissione, quoties de alia non apparet.*
3 *Solutionis causam non tantùm indicat illius descriptio, quam ratio propter quam illa facta sit.*
4 *Soluisse nemo præsumitur id, quod non debebatur.*
5 *Filius naturalis licèt sit incapax successionis paternæ, potest tamen à patre restitui, & num.6.*
6 *Filius præsumitur hæres, si agitur de eius commodo, secus autem si de illius incommodo, & damno.*
7 *Simulationis præsumptio resultat ex longeua taciturnitate creditoris viuente debitore.*
8 *Obligatio minoris sine debitis solemnitatibus, dicitur nulla.*
9 *Repetitio indebiti competit quoties agitur de solutione minoris facta vigore obligationis ab eo sine solemnitatibus contractæ.*
10 *Repetitio indebiti competit quoties certum est solutiones factas fuisse nomine non debitoris, & quando.*

DECISIO XIX.

DIE septima Iunij anni præteriti coram me decisum est locum esse restitutioni pecuniarum indebitè ab hæredibus Iulij senioris de Fusconis solutarum Canonicis Regularibus S. Mariæ in Portu Rauennæ, in qua resolutione hodie DD. permanserunt.

Non obstante principali obiecto diuersas facti circumstantias præseferente, quod scilicèt nouitèr sit compertum Hieronymum de Fusconis Caroli, & Iulij Iunioris, qui fructus soluerunt, Patrem, & respectiuè Auum confitendo recepisse scut. 330. auri in auro erga Canonicos sese Debitorem Census constituisse *Summ. Canonicorum num.* 1. vnde cum ipse arguatur debitor d. census ex pro-
1 pria † confessione cuicumque probationi præualente, iuxta Tex. *in l. generalitèr*, *C. de non numer. pecun.* Aym. *cons.* 175. *num.* 1. Rota coram Greg. *dec.* 434. *num.* 14. solutiones fructuum census absque specificatione causæ factæ à dd. Carolo, & Iulio Iuniore præsumuntur ex antece-
2 denti, & præambula illa promissione, † cum de alia non appareat, per theoric. Bart. *in l. Tutricem*, *ff. de verb. oblig.* Corn. *cons.* 22. *num.* 5. *lib.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 505. *num.* 33. Rota *decis.* 314. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* & quamuis Canonici bona fide crediderint dictos fructus debitos, & solutos fuisse pro portione spectante ad Albam, non ideò illorum Iura recentèr detecta circumduci debeant, cum non tam sit inspicienda descri-
3 ptio, † quam ratio, & causa, propter quam solutio facta est, vt ex *l. priuilegia*, *ff. de priuil.* dixit Rota *dec.* 592. *num.* 21. *par.* 5. *rec.* nec præsumatur Carolum, & Iulium
4 Iuniorem soluisse solùm † id, quod non debebatur per Albam, iuxtà text. *in cap.* 8. qui conquæritur, ibique tradita per Abb. *nu.* 1. & 2. *de solut.* cum adductis ab Add. *ad d. dec.* 592. *nu.* 28. *par.* 5. *recent*

Quoniam Domini existimarunt obligationem Hieronymi nihil operari posse ad impediendam repetitionem indebiti, quoniam ex partitis extractis ex libris Canonicorum datis in *Summ. responsionis Fusconi num.* 1. manifestè apparet solutionem fuisse factam per Carolum, & Iulium Iuniorem Hieronymo nomine Iulij Senioris, non autem ex causa debiti Hieronymi, quod Carolus, ac si filius illegitimus, & naturalis d. Hieronymi, pro
5 eo minimè tenebatur soluere, † dum erat incapax successionis, *l. hac parte*, *ff. vnde cognat.*

Et licèt ab Hieronymo restitui potuisset, iuxtà modum sancitum *in Auth. licet*, *C. de natural. liber.* attamen Canonici huiusmodi possibilitate nequeunt iuuari nisi docto, & probato, quod Carolus fuerit hæres Hie-
6 ronymi, solummodò enim filij præsumuntur hæredes † quoties agitur de communi commodo, secus autem, quando de incommodo, & damno, vt aduertit Salust. Tiber. *in prax. A. C. lib.* 1. *cap.* 45. *numer.* 4. cum pluribus, quos recenset Posth. *de manut. obseru.* 87. *nu.* 6. & 7. Gratian. *dec. Marcb.* 132 *num.* 6. Rota apud Cenc. de Cens. *dec.* 211. *num.* 5.

Quæ eo fortiùs procedere visa fuerunt tàm ex eo quod obligatio Hieronymi non videtur prorsus immunis à suspicione simulationis, vt benè colligi potest ex vehementi coniectura desumpta ex lupina taciturnitate Canonicorum, qui nullibi probant aliquid; exegisse, aut petijs-
7 se à dicto Hieronymo, † licet illius obligatio vsque de anno 1585 intercesserit, Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 3. *nu.* 105. *lib.* 1. Afflict. *dec.* 13. *n.* 2. *cum aliis in dec.* 121. *num.* 8. *par.* 5. *rec.*

Tùm etiam quia prædicta obligatio legitur facta de tempore, quo Hieronymus minor erat mediante simplici confessione de recepto, & non apparet de solemnitati-
8 bus requisitis in similibus contractibus à minoribus † gestis, & consequentèr est nulla, ex allegatis *in decis.* 262. *num.* 2. & 3. & 20. *par.* 9. *recent.* & propterea etiamsi Carolus, & Iulius Iunior soluissent fructus census in consequentiam promissionis interpositæ ab Hieronymo detecta illius nullitate, & insubsistentia competeret ad-
9 huc indebiti repetitio, † vt in terminis minoris, qui sine solemnitatibus contraxerat, firmauit Rota *in Bononien. Census* 20. *Februarii* 1609. *num.* 31. *coram Marquemontio*, *quæ est* 6. *in ord. impress. post Pic. ad Stat. Vrb.*

Prædicto igitur obiecto inefficace remanente non amplius dubitandum est, quod fructus census à Carolo, & Iulio Iuniore soluti, siuè ad id teneri proprio nomine, siuè vti hæredes Iulij senioris falso existimauerint, posse per illorum hæredes repeti in vtroque casu † sit certum 10
eos soluisse nomine non debentis, iuxtà insignem distinctionem *gloss. in l. repetitio nulla* 44 *ff. de condit. indebit. in verbo solutum est*, *cum concordantibus*, quam sequuta est Rota *in Firmana Pecuniaria* 3. *Iunii* 1650 *coram bo. me. Bichio*, *§. tandem non obstat*, quæ est *dec.* 92. *post Modern. Ferrarien discept. for.* vbi quod magis communiter est recepta pro conciliandà Antinomia legum casus conditionis indebiti non satis apertè declarantium.

Alia obiecta denuò exposita satis superque sublata sunt in dec. quæ reuidetur.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Fructuum Dotis.

Veneris 4. *Februarii* 1667.

ARGVMENTVM

Ea admodum in foro disceptari solita disputatio, an dos potiùs in pecunia, vel in dotali fundo consistat in hac decisione plenè, & satis luculènter declaratur ad declarationem plurium conuentionum in instrumentis matrimonialibus apponi consuetarum, quod nempè dos fauore vxoris inuestiri debeat, exprimendo etiam in fundum dotalem, qui qualis proprius, qualis autem improprius sit similitèr declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Dos in fundo dotali consistens, potest constante matrimonio mutuo partium consensu in pecunia numerata conuerti.*
2 *Hæredes mariti dotem in pecunia recipientis, non allegant fundum dotalem, à quo ille recipiendo recessit.*
3 *Verba*, pro fundo dotali, *quando propriè pro vero fundo, quando autem impropriè pro sola hypotheca dotis intelligantur*, & *num. seq.*
4 *Dotis dominium naturale semper residet penès vxorem.*
5 *Obligatio non cadit in re propria.*
6 *Inuestimentum dotis, super quo cadere debet obligatio fauore vxoris intelligitur esse proprium viri.*
7 *Clausula*, per fondo dotale, *excludit verum fundum dotalem, quia idem importat, ac pro vice, seu loco fundi dotalis.*
Dictio, per, *idem importat, ac* pro vice, seu loco, *num.* 7.
8 *Dos pro potiori cauthela mulieri melior est, quod in pecunia consistat.*
Dotis inuestimentum, si ea in pecunia consistit, spectat ad virum, num. 8.
Dote in pecunia consistente mulier habet hypothecata non solùm inuestimenta dotalia, sed omnia bona viri, num. 8.
9 *Fundo dotali repugnat obligatio, & assecuratio viri facta de dote super omnibus suis bonis.*
Fundus dotalis in casu restitutionis dotis à muliere recipiendus est, num. 9.
10 *Mulier in casu restitutionis dotis in fundo dotali consistentis non habet actionem aduersus bona mariti, sed solùm in suum fundum dotalem, & sup. num.* 9.
11 *Fundus dotalis non dicitur inter partes conuentus ex obligatione omnium bonorum viri, eorumque possessionis acceptatione in casum restitutionis.*
12 *Instrumenti conuentio, si contrarium non adsit in capitulis, censetur facta iuxtà mentem, & intentionem contrahentium.*
13 *Fundus dotalis verus exigit inuestimentum in faciem vxoris.*

14 *Fun-*

14 *Fundus dotalis improprius dicitur cauthelatio mulieris, eiusque prælatio super eodem fundo aduersus creditores mariti.*

Fundus dotalis verus non cadit sub hypothecis à marito contractis fauore suorum creditorum, nu.14.

15 *Hypotheca specialis prælationem concedit.*

16 *Dos in pecunia consistere dicitur, si vxor soluto matrimonio, dotem in pecunia sibi restituere institit, & hæredes mariti inuestimenta dotalia receperunt.*

Obseruantia declarat dotem in pecunia consistere, & num. 16.

17 *Dos in pecunia soluta, si in eadem specie fuit restitutio conuenta, de eadem pecunia intelligitur.*

18 *Dos in pecunia soluta, & successiuè inuestienda, quando in pecunia, quando verò in inuestimento dicatur restituenda.*

19 Decisio Merlini 592. *declaratur.*

20 *Statutum Vrbis libr. 1. cap. 137. de fructibus dotalibus declaratur, & nu.22.*

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. taxans fructus dotales ad rationem septem cum dimidio de dote in pecunia consistente, multo magis procedit quando dos fuit in aliqua specie inuestita, nu.20. & seq.

21 *Fructus dotis ad rationem septem cum dimidio debiti ex statuto, an debeantur vbi dos fuit in aliqua specie inuestita, & nu.seqq.*

22 *Fructus dotales debentur ad rationem statuti in dote, quæ non in vero fundo dotali consistit, sed in solis inuestimentis pro cautione dotis.*

23 *Fructus dotales, si pro vna portione debentur ad rationem statuti, ita etiam pro alia portione debiti dicuntur.*

Dos eadem diuerso iure censeri non debet, nu. 23.

DECISIO XX.

DICTVM fuit coram me 1. Decembris 1664. fructus dotales deberi D. Olimpiæ ad rationem inuestimenti, sed hodie facto meliùs dilucidato Domini recesserunt à decisis.

Quamuis enim in capitulis matrimonialibus constituta dote in quantitate scutorum 18. mil. incontanti, fuerit initum pactum, quod 10. mil soluerentur Marco Antonio viro, ad effectum inuestiendi in Censibus, aut locis montium, vel bonis stabilibus, mille pro parafreno, & reliqua 7000. pro cauthela dotis, & pro fundo dotali, itaut semper debeant remanere, & conseruari pro fundo dotali.

Nihilominùs ex Instrumento cum solemnitatibus statutariis celebrato die 9. Iunii 1629. & nouitèr in Rota deducto iustificatum fuit, partes communi consensu pro rata scut. 2500. recessisse à dicto pacto, & conuentione inuestiendi, illaque M. Antonio marito liberè persoluisse, hodierno *Summ D.Olimpiæ nu.* 1. & sic in hac parte dos alio iure considerari nequit, quam vti verè consistens in quanti-
1 tate, & pecunia numerata, † Idque fieri potuisse constante matrimonio probatur, ex *l. ita constante, cum seq. ff. de iur. dot. & l. si mulier dotis, vers. nam constat, ff de pact dotal.* & sanè ab altera parte in dubium reuocari non
2 potest, dum habet causam à M. Antonio, † qui dictam quantitatem vti liberam recepit, & fuit responsum in *Romana residui dotis 11. Decembris 1658. & 7. Iunii 1660. cor. me.*

Respectu verò residui dotis scutor. 7500. Domini ponderarunt, quod verba *pro fundo dotali*, tunc tantummodò intelliguntur strictè de proprio, & verò fundo dotali, quando nulla prorsus contrarietas, vel repugnantia concurrit, in quibus terminis loquuntur, & intelligi debent
3 Domini, & decisiones allegatæ in præcedenti decisione, † aliàs autem concurrente contrarietate, & repugnantia, prout hic prædicta verba capiuntur pro fundo dotali largè, & impropriè, non vt inuestimenta efficiantur dotalia; sed stent specialitèr obligata, & hypothecata pro dote, quæ verè, & propriè dicitur consistere in pecunia, in qua fuit ab initio constituta, Honded. *cons. 41. nu. 18. cum seq. lib. 1.* Fachin. *contr. iur. lib. 12. cap. 74. vers. ad euitandas igitur has contrarietates.*

Plures, & quidem vrgentes contrarietates, & repugnantiæ visæ fuerunt in casu nostro concurrere, & primò ex primordialibus verbis eorumdem Capitulorum, ibi, *da obligarsi, e conseruarsi sempre con li scudi mille di parafreno, per cautela di dote, e fondo dotale*, verò verba *da obligarsi* repugnant proprio fundo dotali, † quia cùm eius dominium naturale semper resideat apud vxorem, *l. in rebus, C. de iure dot. glos. in §. accedit, verbo quod dicitur instit. quibus alien licet, vel non* Seraph. *dec. 201. nu. 28.* in re propria † non 5
cadit obligatio, *l. si rem alienam 29. ff. de pignor. act. l. neque pignus, ff. de reg. iur.* & sic pernecessè partes intellexerunt, quod inuestimenta essent propria mariti, † vt super eis caderet obligatio fauore vxoris, ex alleg. per Honded. *d. cons. 41. nu. 21. libr. 1.* Rota *in Romana Dotis 10. Iulii 1661. coram Reuerendiss. Ephesino, §. non fuit.* 4 6

Dictio enim, *per*, † excludit verum fundum dotalem, quia id importat, ac pro vice, seù loco, & sic solùm impropriè, & per fictionem, vt in terminis tradit Andreol. *contr. 313. nu. 16.* 7

Idemque importat cauthela dotis, cum melior non detur pro muliere, quam consistens in pecunia, † quo casu periculum inuestimentorum transfertur in maritum, & ipsa habet hypothecata pro restitutione, nedum inuestimenta, sed etiam omnia, & quæcumque eiusdem mariti bona, vt ratiocinatur Cephal. *cons. 351. nu. 34. vers. sed fauor mulieris, & dotis est*, Honded. *d. cons. 54. numer. 18. & 19. & d. cons. 41. nu. 30 vers. magis enim illi expediebat. & nu. 41. lib. 1.* Grat. *disc. 435. nu. 3.* Andreol. *d. contr. 313. n. 13.* Rota *in rec. dec. 23. nu. 13. par. 9.* 8

Quia ex instrumento dotali in executione eorumdem Capitulorum confecto, in quo Marcus Antonius maritus non assecurauit super suis bonis solam ratam scutor. 3000. liberè solutorum, vt ex supposito alterius partis dictum fuit in altera *decis. §. quod euidentis*; sed totam, & integram dotem scutorum 18. mill. assicurauit, & hypothecauit super omnibus eius bonis, & quo magis est in quocumque casu restitutionis prædictæ dotis expressam concessit vxori facultatem capiendi propria auctoritate possessionem eius bonorum, semper loquendo de tota, & integra dote, vt in dicto hodierno *Summ. nu. 2.*

Huiusmodi autem obligatio, & concessio repugnat naturæ proprii fundi dotalis, † quia eueniente casu restitutionis, fundus dotalis retrò accipiendus est, Gab. *cons. 60 nu. 5. lib. 4.* nec vxor † aliquam habet actionem aduersus bona mariti, *l. fin. ff. de pact. dotal.* Ruin. *cons. 134. sub nu. 5. lib. 4.* Roland. *cons. 91. nu. 6. lib. 2.* Grat. *disc. 489. nu. 1. & 7.* Vndè dum fuit conuentum, quod haberet omnia bona mariti obligata, & quod in casu restitutionis pro integra dote caperet possessionem bonorum † viri, euidens signum est quod per inuestimenta non intellexerunt constituere verum, & proprium fundum dotalem; sicut ponderat Cephal. *d. cons. 351. nu. 28. vers. & cum maritus*, Rota *in Maceraten. Dotis 11. Martii 1647. §. quia cum præcesserit cor. bo. me. Card. Corrado, in dicta Romana dotis cor. Reuerendiss. Ephesino, §. tantùm etiam*, ex licentia in Instrumento quia cum in capitulis non adsit contraria conuentio, † partes potuerunt instrumento adiicere, & explicare, cum censentur fuisse de mente, & intentione contrahentium tempore capitulorum, vt dictum fuit in *Romana quarti dotalis 27. Apr. 1646. cor. me in rec. 397. nu. 17. par. 9.* 9 10 11 12

Et tertiò ex ipsis inuestimentis pretii, quæ etiam facta fuerunt in faciem mariti, † cùm tamen verus fundus dotalis exigat inuestimentum in faciem vxoris, ad tradita per Giurba *ad consuetud. Messan. cap. 14. glos. 1. nu. 10. vers. eiusque nomine permutetur*, in eis expressa lex addita fuit, quod starent pro cauthela dotis, quodque mulier super eis haberet prælationem aduersus cæteros mariti creditores, *d. Summ. nu. 3.* improprietatem enim fundi dotalis † ista cauthela demonstrat, quia de iure proprius, & verus fundus dotalis non cadit sub hypothecis à marito contractis fauore eius creditorum, *l. ex iulia, ff. de iur. dotium* Bald. *in l. si constante, §. si maritus, ff solut. matr.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 4. nu. 18. & 19.* Rota apud Pacif. de Salu. *dec. 30. nu. 2.* nec propriè super eo intrat quæstio prælationis, & per consequens eius conuentio indicat improprium fundum dotalem, solamque specialem hypothecam importat, † quæ dat prælationem, ex *l. assiduis, C. qui potior. in pign. habeantur.* 13 14 15

His etiam accedit subsecuta obseruantia, nam non solùm Marcus Antonius dum vixit inuestimenta fecit, & habuit tamquam propria. Sed etiam post eius mortem hæredes ipsius illa tamquam hæreditaria assecuti fuerunt, & vxor † institit pro restitutione integræ suæ dotis in pecunia, vt ad propositum ponderauit Rota *in rec. dec. 436. nu. 4 vers. quod, & docuit obseruantia par. 4. to. 3.* 16

Non

Non obstat, quod in capitulis promissa fuerit restitutio dotis in eadem specie, quia ibi non dicitur in eadem specie inuestita, sed *nell'istessa specie, che li sarà stata pagata*; Vnde obiectum retorquetur, quia cum solutio totius do-
17 tis fuerit facta in pecunia numerata, in eadem † propria numerata pecunia dicitur conuenta integra restitutio, vt benè arguit Rub. Alex. *cons. 5. nu. 5. vers. & si dicatur & n. 6.* & prius Corn. *cons. 15. nu. 5. vers. ex quo infertur & nu. 6. lib. 2. cum aliis per* Fachin. *contr. 74. vers. 1. quia libr. 12.* & præter *ibi alleg.* Thob. *cons. 52. nu. 12.*

Non attento, quod pecunia inuestienda consideretur tanquam species, quia hoc in his terminis admittitur quando inuestimentum fieri debet à constituente, & soluente
18 dotem, † non autem quando, prout hic debet fieri à marito illam recipiente tunc etiam causa restitutionis tanquã relata ad actum solutionis, non potest intelligi nisi de pecunia tunc à soluente persoluta, vt benè per eumdem Rub. Alex. *d. cons. 5. nu. 19. vers & si dicatur.*

19 Indeque visa fuit inapplicabilis *dec. Merl. 592.* † quia in eius casu non fuerat conuentum, quod inuestimenta obiigarentur pro cauthela dotis imò quod essent fundus dotalis, & quod in casu restitutionis ipsamet inuestimenta restituerentur non aderat assecuratio neque hipothecatio omnium bonorum mariti pro restitutione totius dotis minusque data fuerit facultas mulieris capiendi propria auctoritate possessionem omnium bonorum. Viri in casu restitutionis, nec inuestimenta continebant pactum prælationis fauore vxoris aduersus creditores mariti, quæ concurrunt in casu nostro, quæ omninò aduersantur, & repugnant vero fundo dotali.

Denique non obstat, quod ad effectum, vt fructus debeantur ad solam rationem inuestimenti sufficiat, quod ex pacto maritus fuerit obligatus inuestire, & retinere dotem inuestitam, ex qua minores fructus percepit quam taxentur à Statuto.

Quia præter quod dum Statutum taxat fructus dotales ad rationem scut. septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, quando dos consistit in pecunia quæ nul-
20 los fructus reddit, † multo magis videtur illos concedere quando dos consistit in aliqua specie fructifera ex qua mariti hæredes aliquos fructus percipere possunt ex trad. per Ioannem Baptistam Spadam *cons. 319. nu. 14. & 15. lib. 2.*

Decisiones, quæ pro obiecta conclusione fuerunt allegatæ exceptis *dec. 112. Buratt.* quæ agit de fructibus recompensatiuis *ex l. curabit, & dec. 275. nu. 31. & seq. apud* Zacch. *de oblig. Cam.* loquente de damnis, & interesse ob non fa-
21 ctum inuestimentum † loquuntur, & intelligendæ sunt de dote consistente in vero, & proprio fundo dotali acceptato per vxorem ita enim loquitur *dec. 292. p. 1. rec. & in vers. præterea ipsemet*, & ita eam intelligit Spada *d. cons. 219 nu. 12. p. 2.* ibi *in quibus consensu nempè mulieris fuerat constitutus fundus dotalis dec. vero 226. nu. 9. apud Zacch.* loquitur de marito agente ad fructus dotis sibi promissæ in certis bonis, nempè locis montium, censibus, vel stabilibus, & in his speciebus ab eo acceptatæ, ita vt ne dum in solutionè, sed principalitèr in obligatione essent pecuniæ.

Secus autem est vbi, prout hic dos non consistit in verò fundo dotali, sed in quantitate quæ fuit in obligatione, &
22 solutione † in his etiam terminis fructus debentur, ad rationem septem cum dimidio pro centenario, quamuis pro cauthela dotis pecunia dotalis fuerit inuestita, & mulier habeat pignus dotale, vt loquitur *Statut. Vrbis libr. 1. cap. 137. & seq.* Rota cor. Buratt. *dec. 287. nu. 1. 8. & 13. in rec. dec. 423. nu. 1. & 2. p. 3 & cor.* Merl. *dec. 455. nu 8. & 17.*

Præsertim in casu nostro in quo integra dos non debuit inuestiri nec inuestita fuit sed pro rata scut. 10500. soluta liberè cum enim pro hac rata fructus debeantur ad ratio-
23 nem Statutariam septem cum dimidio, † idcirco ad eamdem rationem debentur pro residuo cum eadem dos non debeat diuerso iure, & consensu iudicari Socc. Sen. *cons. 57 nu. 8. vers. non ergo Arbitr. lib. 1.* Rub. Alex. *d. cons. 5. num. 3. circa finem vers. ergo ne ipsa dos* Thob. *cons. 52. nu. 7.* Honded. *d. cons. 45. nu. 12. lib. 1.* Facch *contr. iur. lib. 12. d. ca. 74. vers. 6.* quia dos constituta.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Meleuitana Pensionis.

Veneris 24. Februarii 1667.

ARGVMENTVM.

Quia pensionario existente in quasi possessione exigendi pensiones, iudicio super illius nullitate pendente, retardari non debet solutio; ideo dubitatur an commissa causa cum clausula *arbitrio Rotæ*, huiusmodi arbitrium deseruire possit prò retardatione eiusdem pensionis, & secundum propositam facti speciem negatiuè resoluitur, & declarantur decisiones, quæ decidere videbantur contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius pendente lite super nullitate pensionis, existens in quasi possessione exigendi, commodo suæ possessionis priuari non debet, & num. 7. Sed contra num. 8.*

Clausula non retardata pensione arbitrio Rotæ *non tollit quasi possessionem exigendi pendente iudicio nullitatis pensionis nu. 1.*

2 *Pensio reseruata per inferiorem à Papa regulatur eisdem regulis quibus subiacent pensiones, quæ à Pontifice conceduntur.*

3 *Arbitrium aliquando Rota non declarat nisi examinata validitate pensionis etiam ad effectum manutentionis, & vide nu. 6. cum seq.*

4 *Arbitrium quandoque suspenditur in solutione pensionis quousque de illius validitate cognoscitur, & num. 6. cum seq. vbi vide.*

5 *Arbitrium pro retardatione pensionis intrat quoties fuit cognitum de illius nullitate.*

6 *Executio litterarum Apostolicarum an, & quando retardetur ob exceptionem nullitatis pensionis, & vid. sup. nu. 3. cum seq.*

8 *Pensionarius etiam si esset in quasi possessione exigendi, si tamen nullitas aut extinctio pensionis prouenit ex ventre litterarum, non est in sua possessione manutenendus, & vid. sup. nu. 1. & nu. 7.*

9 *Reseruatio pensionis etiam motu proprio super beneficio alia pensione grauato, non facta illius mentione dicitur subreptitia.*

Beneficium duplici onere grauari non dicitur, nisi id fuerit expressum nu 9.

10 *Pensionis primæ mentio facienda est in reseruatione secundæ, quando illa est valida, secùs verò si nulla.*

11 *Pensionem antiquam esse validam, & ob id annullandam esse secundam, probare debet qui dat de nullitate.*

12 *Pensio antiqua si non probatur acceptata, & quod habuerit effectum, non ob id remanet nulla secunda, etiam si de prima in illius reseruatione mentio facta non sit.*

13 *Pensio antiqua per longum tempus non exacta vsque ad reseruationem secundæ pensionis præsumitur extincta.*

14 *Pensionis primæ mentio facienda non est in reseruatione secundæ quoties adest taxatio in qua quantitate pensiones reseruari debeant.*

Statutum Religionis Hierosolymitanæ super reseruatione pensionis declaratur nu. 14.

15 *Pensio excessiua non est nulla in totum, sed tantum in excessu, & ideo venit reducenda tam de iure, quam ex Statutis Religionis Hierosolymitanæ.*

Vtile per inutile non vitiatur in materia pensionis numer. 15.

Pensio reseruata cum clausula, dummodo dimidiam, vel tertiam partem, *non excedat si in aliquo excedit non est nulla in totum, sed solum in excessu nu. 15.*

16 Pen-

16 *Pensio reseruata vltrà potestatem, & iurisdictionem imponentis est nulla in totum, & quando vide num. seq.*
17 *Legatus Pontificis habens facultatem reseruandi pensiones in certa summa, si vltrà illam reseruat, pensio dicitur nulla in totum, declara vt numero 19. & 20.*
Pensiones in beneficiis constituere est officium iurisdictionis nu. 17.
18 *Iurisdictio dicitur indiuidua, & ideo si exceditur actus iurisdictionis vitiatur in totum.*
21 *Solutio pensionis retardari non debet propter exceptiones requirentes altiorem indaginem ad petitorium reiciendas.*

DECISIO XXI.

IN vim facultatis Commendatariis Religionis Hierosolymitanæ confirmatæ ac denuò concessæ in ordinationibus Capitularibus anni 1631. *sub tit. de commendis ordinatione* 13. constituendi super eorum Commendis pensiones fauore aliorum Fratrum eiusdem Religionis dummodo in totum quintam partem annui valoris Commendæ non excedant Octauius Solarius Commendatarius Commendæ Sanctæ Mariæ de Murello quam pro suo melioramento obtinebat sub die 30. Martii 1654. constituit, & assignauit super illius fructibus taxatis in scutis 1000. auri annuam pensionem scutorum 200. auri fauore Fratris Roberti Solarii eius Nepotis, & sub eadem die bullæ desuper à Magno Magistro, & conuentu expeditæ fuerunt quæ quidem pensio fuit postmodum pro medietate translata per dictum Fratrem Robertum in Fratrem Vincentium Amadeum eius germanum contra quos introducta lite per Commendatarium Raphaelem Spinulam successorem dicti Octauii, Modernum præfatæ Commendæ possessorem super validitate dictæ pensionis duæ in Insula Melitæ emanarunt sententiæ vna à Consilio Ordinario, & altera à completo declarantes pensionem validam vsque ad summam intra quintum Commendæ compræhensam, & condemnantes dictos Fratres de Solariis ad restituendam quantitatem vltra dictum quintum excessiuè exactam cum deputatione Commissariorum super huiusmodi excessus liquidatione à quibus sententiis ad instantiam dicti Spinulæ commissa mihi causa appellationis per Signaturam Sanctissimi cum clausula *non retardata solutione pensionis arbitrio Rotæ* dedi dubium an intret arbitrium pro retardatione, & Domini negatiuè responderunt.

Quamuis enim clausula *arbitrio remittat aliquid de rigore iuris;* debet tamen arbitrium secundum iuris dispositionem regulari ex mox allegandis, de iure autem pendente lite super prætensa nullitate, vel reductione pen-
1 sionis. Pensionarius † existens in quasi possessione illam exigendi commodo dictæ suæ quasi possessionis priuari, & spoliari non debet nec interim eius solutio ei retardanda venit, vt in proposito d. Clausulæ respondit Rota coram Seraphin. *decision.* 1429. *in princ. num.* 1. & 2. *coram* Caual. *decision.* 249. *numer.* 1. 2. & 3. *in recent. decision.* 342. *numer.* 1. & 2. & *numer.* 22. 23. & 24. *tom.* 1. & apud Posthium *de manuten. decision.* 142. *numer. primo* & 2. & tradunt Add. ad Buratt. *decis.* 591. *numer.* 10. ac dictum fuit *in Romana Pensionis* 3. *Iulii* 1645 §. 1. & *seq. coram bon. memor. Bichio*,
2 quod etiam procedit in pensione † reseruata per inferiorem à Papa, vt per Vestrium *in praxi libr.* 3. *capit. vltim. numer.* 1 *vers. quamobrem* Garz. *de Beneficiis part.* 1. *cap.* 5. *nu.* 28. *in fine* Marescot. *var. resol. libr.* 1. *cap.* 21. *nu.* 11. & 14. Tond. *de pens. ca.* 85. *nu.* 31.

Quasi possessio in hoc casu quamuis forsan non satis sufficienter iustificata ex attestatione extraiudiciali affituarii commendæ, & enunciatiuis emissis in dictis sententiis tamen pro parte Spinulæ non controuertebatur.

3 Et licet aliquando Rota noluerit declarare arbitrium nisi prius gustata, & examinata validitate pensionis de qua mandauerit priùs particulariter videri ad dictum effectum, vt coram Seraphin *decis.* 674. vel dixerit illud in-
4 trare ad effectum † supersedendi in solutione vsque quo de dicta validitate cognosceretur, vt in *Tirasonen. Pensionis* 20. *Iunii* 1614. *coram Coccin.* quæ est *decision.* 567. *parte* 2. *recent.* vel alias examinata, & cognita extinctione pensionis † resoluerit intrare arbitrium pro retardatione solu- 5
tionis vt in *Conimbrigen. Pens. coram Manzanedo in recent. decision.* 617. *in princip.* & *in fin. part.* 1. *recent.* in præsenti autem reseruatio pensionis prætendatur nulla tum ex capite subreptionis ob non factam mentionem alterius pensionis scutorum 18. de anno 1643. super eadem commenda reseruata per magnum Magistrum fauore Fratris Ioannis Baptistæ Mochii tum etiam propter excessum quintæ partis fructuum commendæ in scutis 18. attenta dicta præcedenti pensione contra dispositionem supradictæ ordinationis 13. attamen attendendum est quod in casu *dd. decis.* † 6
vel agebatur de executione litterarum Apostolicarum, & in his terminis procedit *d. decis. Seraphin.* 674. & *d. Tirasonen. pens. in recent. decis.* 567. *part.* 2. & aliæ similes; secùs est autem, vbi pensionarius reperitur etiam in quasi possessione exigendi, † quia tunc ea non est priuandus pen- 7
dente iudicio super nullitate vel reductione pensionis iuxtà præallegata, & ità in specie declarauit Rota *in d. dec.* 352. *numer.* 2. *ad* 25. *part.* 4 *tom.* 2. *recent.* & *in d. Romana Pensionis* § *non obstat*, & §. *nam* Rota coram bon. memor. Bichio & adden. ad Buratt. *d. decision.* 591. *d. numer.* 10. vel licet pensionarius esset in quasi possessione † tamen nulli- 8
tas aut extinctio pensionis constabat ex ventre ipsarum Litterarum, vt in *d. Conimbricen. Pensionis in recent. d. decis.* 617. *part.* 1 ob decretum in supplicatione appositum quod quandocumque Pensionarius quamdam Ecclesiam assequi contingeret prout postea assequutus fuit, pensio eo ipso cessaret, vt ibi declaratur sub *numer.* 3. & ita pariter eamdem *decis.* declarauit Rota *in d. decis.* 352. *numer.* 19. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *in d. Romana Pensionis d.* §. *nam Rota in fine*.

Exceptiones autem propositæ ex ventre litterarum non oriuntur, & vlterius turbidæ visæ fuerunt DD. ex responsionibus quæ contra eas dabantur nam quoad primam licèt vera sit conclusio, quod reseruatio secundæ pensionis † etiam motu proprio super beneficio alia pensione 9
grauato non facta illius mentione sit subreptitia, & ipso iure nulla ob præsumptum intentionis defectum non grauandi beneficium duplici onere nisi exprimatur iuxtà *decis. Cassad.* 3. & 4. *de pens.* Verall. *decis.* 303 *num.* 1. & *dec.* 314. *numer.* 1. & *seq. part.* 2. & latè prosequitur Tond. *de pens. cap.* 44. *numer.* 1. 2. 9. & 10. Rota *in recent. decis.* 666. *num.* 2. *part.* 2. & *decis.* 169. & *numer.* 1. & *seq. par.* 7. *quæ est coram* Merlino *decision.* 727. & *in d. Romana pensionis* 3. *Iulii* 1645. §. *non obstat cor. bo. me. Bichio*.

Ea tamen limitatur procedere, quando antiqua pensio est valida † secus si esset nulla quia tunc de ea non est fa- 10
cienda mentio in reseruatione secundæ Paris. *de resignat. lib.* 6. *tit.* 2. *nu.* 10. Tond. *d. cap.* 44. *nu.* 4. Verall. *d. dec.* 303. *num.* 2. *par.* 2. Rota *decis.* 773. *num* 3. *par.* 4. *diuers.* & *d. dec.* 666. *nu.* 3. *par.* 2. adeo vt onus probandi validitatem primæ
† incumbat illi qui dat de nullitate secundæ ob non factam 11
de prima mensionem Rota *d. decis.* 666. *sub num.* 3. *vers.* & *propterea*, secundo conclusio non procedit, quando primam pensionem non probatur fuisse acceptatam ac habuisse effectum, † vt dixit Paris. *d. lib.* 6 *tit.* 2. *nu.* 52 Tond. 12
d. cap. 44 *nu.* 4 *in fine;* Tertio non habet locum si de tempore reseruationis secundæ, prima fuisset extincta, & sic beneficium ab ea liberatum remansisset Paris. *vbi supra numer.* 60.

Prætenditur autem in presenti tum nullitas primæ pensionis, ex quo Mochius de tempore illius reseruationis esset debitor communis Ærarii in scutis 100. auri ex causa traiectus non soluti, & proinde incapax pensionum iuxtà Statuta Religionis non obstante dilatione ad soluendum ei concessa à Magno Magistro donec pensionem vel Commendam aliquam obtineret de quarum redditibus dicto ærario satisfacere teneretur, quia cum ea fuerit sub hac lege data vt Mochius etiam licentia obtenta à conuentu discedere non posset nisi priùs dicto traiectu soluto, & subsequuto eius discessu, prætenditur effectum dictæ dilationis euanuisse, tum etiam, quod non probetur dictam pensionem fuisse à Mochio acceptatam ac habuisse effectum; tum demum quod non constet ab eo vnquam fuisse exactam ex quo dicebatur ne dum inferri ad exclusionem dictæ acceptationis verum etiam in omnem casum ob non exactionem per tantum tempus vsque ad reseruationem secundæ † præsumi illam de tempore illius 13
reseruationis iam fuisse extinctam, vt per Caualerium *d. dec.* 249. *num.* 5. Buratt. *d. decis.* 591. *numer.* 1. & facit Gigas de pens. *quæst.* 85. *num.* 3. Marta *de clausulis, clausul.* 165. *num.*

num. 25. *par.* 1. Marescot. *variar. resolut. d. cap.* 21. *num.* 15. *lib.* 1.

Ex alio etiam capite cessare videbatur in præsenti difficultas attenta dicta ordinatione 13. dum enim in ea Commendatariis tribuitur facultas constituendi pensiones super eorum commendis dummodo in totum quintam par-
14 tem fructuum non excedant † non videtur curandum de aliis pensionibus neque necessarium esse vllam de iis mensionem facere sed id solum attendendum an ille vna cum noua dictam quintam partem fructuum, insimul excedant ex traditis in huiusmodi proposito per Paris. *de resignatione d. lib.* 6. *qu.* 2. *nu.* 52. *vers. limita* 3. *& num.* 53. *& seq.* Tond. *d. c.* 44. *nu.* 12. Verall. *dec.* 298. *in principio, & nu.* 1. *& seq. par.* 2.

Quo verò ad dictum excessum in scutis 18. attenta præcedenti pensione fauore Mochii respondebatur, quod aut illa fuit nulla vel extincta iuxtà superius dicta, & tunc nullus considerari potest excessus circa pensionem de qua agitur, vtpote per se solam non excedentem quintam partem fructuum taxatorum in scutis 1000. auri vt in *Summario Spinulæ num.* 30. quatenus vero illa fuisset valida, & subsistens tunc ob dictum excessum non annullari pensionem in totum sed reduci ad ratam debitam vitiato solo excessu, vt in prædictis sententiis vtriusque concilii pronunciatum fuit, idque tam ex alia ordinatione 31. de commendis *tit.* 13. data *in Summ.* Fratrum de Solariis *numer.* 7. disponente circa pensiones excedentes quintam partem fructuum commendæ, quod Commendatarii retineant
15 ratam excedentem quam etiam de iure seclusa quoque † ordinatione. Cum in hac materia tamquam diuidua vtile per inutile vitiari non debeat, vt de pensione reseruata cum clausula *dummodo dimidiam, vel tertiam partem non excedat*, dixit, Rota coram Mantica *decis.* 153. *numer.* 1. *&* 2. *& in Monopolitana pensionis* 17. *Maii* 1596. *in principio & in vers. quo ad primum coram Orano* apud Garz. *de beneficiis par.* 1. *cap.* 5. *sub num.* 24. & probat ibidem Garz. *num.* 418. *& seqq.* & præcipuè *num.* 424. Loth. *de re benef. libr.* 1. *quæst.* 41. *n.* 28. *& seq.* Grat. *discept.* 995. *nu.* 11. 15. *&* 16. *per totam*, & faciunt tradita per Rotam *dicta dec.* 169. *nu.* 5. *& seq. par.* 7. *rec.*

Neque in hoc obstare videtur id quod dicitur nos versari in pensione imposita vltra potestatem, & iurisdictionem
16 imponentis, † quæ de iure censeri debeat nulla in totum ex Gambar. *de offic. & potest. leg. lib.* 6. *numer.* 709. *& seq.* loquente de legato habente auctoritatem reseruandi pen-
17 sionem vsque ad tertiam partem † fructuum quam si reseruat pro dimidia pensio in totum nulla videatur quia constituere pensiones in beneficiis sit officium iurisdictionis, &
18 iurisdictio autem veluti indiuidua † si excedatur actus vitietur in totum, & refert Garz. *de benefic. d. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 430. *&* 432.

Quia idem Gambar sub *num.* 719. *&* 720 potiùs in contrariam sententiam inclinare videtur dum post adductas
19 hinc inde rationes † dicit benegnius esse tenere, quod pensio substineatur intra ratam permissam ac postea distinguit quod aut constat Legatum voluisse concedere pensionem vltra tertiam, & sic excedere suam iurisdictionem; & tunc dici possit quod in nullo valeat per regulam quod potui nolui &c. aut de hoc non constat sed re ipsa pensio excedebat, & tunc fit reductio ad ratam permissam vitiato solum excessu.
20 Quam distinctionem sequitur † Garz. *vbi supra num.* 423 in casu autem nostro quid quid sit de hac materia satis est dicere, quod de hac voluntate non constat ita vt potius intrare videatur secundum caput distinctionis.

Cum itaque ex prædictis visum fuerit relatas exceptiones satis turbidas reddi merito censuerunt Domini reiiciendas esse ad petitorium ibi suis loco, & tempore discutien-
21 das † nec interim retardandam esse solutionem pensionis, vt in *d. Romana Pensionis* 3. *Iulii* 1635. §. *at in præsenti, &* §. *finali cor. bo. me. Bichio.*

Et ita v traque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Salamantina Præstimonii, seù Beneficii.

Veneris 4. *Februarii* 1667.

ARGVMENTVM

Resignatio facta in manibus Papæ operatur, vt resignatario concedenda, sit immissio quoties, vt hic de reseruatione constat, de possessione resignantis, & de clericatu resignatarii, quæ omnia qualiter probentur ex ipsa decisione videas.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ conceditur, quoties de reseruatione constat, de possessione resignantis, & de Clericatu resignatarii.*
2 *Reseruatio resultat ex resignatione beneficii facta in manibus Pontificis.*
3 *Possessio rebgnantis beneficium ex quibus dicatur probata, & nu. seq.*
4 *Possessio resignatis probatur ex prouisione collitigantis secuta ex causa vacationis per obitum.*
5 *Clericatus probatur ex litteris resignationis in forma gratiosa expeditis.*
Resignatio gratiosa non conceditur nisi docto de clericatu nu. 5.
6 *Prouisio Nuncii Apostolici stante resignatione facta in manibus Papæ non attenditur.*
Prouisus à Nuncio Apostolico non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem prouisi à Pontifice nu. 6.

DECISIO XXII.

ROTA censuit Francisco Antonio dandam esse immissionem vigore litterarum subrogationis gratiosæ in iure, & possessione Ioannis de Ouiedo Resignantis, quia concurrunt omnia ad hoc requisita, † nempè reserua- 1
tio controuersi Beneficii Præstimonii possessio Resignantis, & Clericatus Francisci Antonii, quibus probatis de plano venit concedenda immissio, vt in his terminis dixit Rota coram Cardinali Seraphino *decision.* 1426. *& coram Eminentissimo* Otthobono *decision.* 15. *vtrobique num. primo & in Augustana Prioratus* 24. *Nouembris* 1653. *coram Reuerendo Patre Domino meo Albergato*, in quibus aliæ referuntur.

Reseruatio resultat ex resignatione † facta in manibus 2
Papæ per Ioannem de Ouiedo iuxtà *text in cap.* 2. *de præben. in* 6. & notata per Paris. *de Resignat. lib.* 2. *qu.* 20. *num.* 5. Caualer. *dec.* 450. *num.* 2. *&* Rota *in præallegata Augustana Prioratus* §. *Reseruatio.*

Possessio autem Resignantis remanet sufficienter probata. Tum ex mandato Executoris deputati in litteris prouisionis Ioannis Dezayquiroga collitigantis, & ex instrumento possessionis eiusdem *Summ. num.* 3. † iunctis te- 3
stibus in curia formiter examinatis deponentibus de publica voce, & fama. Eminentissimus Cardinalis Otthobon. *dec.* 140. *nu.* 14. *cum seq. & d. dec.* 154. *nu.* 4. *&* 5. *cum aliis ibi allegatis*, dico, *congestis*.

Tum etiam ex subsecuta prouisione collitigantis † ex 4
causa vacationis per obitum d. Resignantis Cardin. Seraph. *dec.* 1296. *num.* 6 Coccin. *decis.* 145. *numer.* 1. *&* Rota coram bo. me. Leone Verospio *in Imolen. Decanatus* 27. *Maii* 1652. *in princ.*

Clericatu s verò Francisci Antonii iustificatur ex litteris Resignationis in forma gratiosa expeditis, quæ non solent concedi, † nisi docto de Clericatu, vt in similibus 5
terminis respondit Rota coram Penia *decis.* 1144. *nu.* 5. *& in d. Augustana Prioratus cor. R. P. D. meo Albergato* §. *Clericatus verò.*

Neque immissio impediri potest à Ioanne Collitigante prætextu prouisionis obtentæ à Nuncio Apostolico, † 6
quia stante reseruatione resultan. ex resignatione facta in manibus Pontificis prouisus à Nuncio, non est legitimus con-

contradictor ad impedien. immissionem prouiso Apostolico Rota coram Eminentissimo Otthobono *d. decision. 154. num. 32. cum seq. & decis. 172. num. 9.* cum aliis ibidem cumulatis.

Et ità per contradictas conclusum fuit &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana fideicommissi de Steccatis.

Veneris 4. Februarii 1667.

ARGVMENTVM.

Celebris illa quæstio de renunciationibus, quæ plerumque fiunt à Monialibus Monasterium ingressuris, an eæ scilicèt reputentur reales, vel potiùs personales dici debeant in præsenti decisione tractatur. Itidemque discutitur an eædem renunciationes bona etiam fideicommissaria compræhendant, in quibus potiùs hæres extraneus, vel Monasterium durante vita grauati successurus sit.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio si est realis, renuncians censetur de medio sublatus, ac si numquam in rerum natura fuisset.*

Monasterium in renunciatione reali nullum ius habet ex persona renunciantis, nec vnquam aspirare potest ad bona renunciata, nu.1.

2 *Bona renunciata etiam per viam donationis spectant ad hæredes Donatarii, si non iure compræhensionis, saltem iure transmissionis, & vide nu. 17.*

3 *Renunciatio personalis facta per viam donationis, numquam reuertitur ad renunciantem, & supra num. 2.*

4 *Monasterium ex persona renunciantis succedere potest deficientibus personis, quorum fauore, renunciatio stipulata fuit.*

Renunciationis realitas expirat per deficientiam personarum in renunciatione contemplatarum, & remanet sola qualitas personalitatis, nu 4.

5 *Pater recipiendo renunciationem à filia, illam fauore descendentium, & agnationis recepisse censetur.*

Pater numquam præsumitur extraneam posteritatem propriæ soboli anteponere voluisse, nu.5.

6 *Renunciatio filiæ existimatur facta fauore familiæ, & agnationis, quibus deficientibus sic renuncians potest ad bona renunciata redire, & supra num. 5. & nu.8.*

7 *Renunciatio facta etiam sub generalioribus clausulis, semper tamen regulatur, secundùm causam superiùs expressam.*

8 *Renunciatio resoluitur, & renuncianti non nocet cessante ratione, & deficientibus personis, quarum fauore successit, & supra num. 6. & infrà num. 16.*

9 Decisiones Merlini 869. & 894. *declarantur, & sup. num. 8.*

Decisiones quamuis posteà ex sola facti qualitate reuocatæ remanent in suo robore quoad conclusiones iuris in illis firmatas, nu 9.

10 Decisio 641. Dunozzetti iunioris, *quare fuerit reuocata.*

11 *Monasterium excluditur quoties extat persona, cuius fauore fuit facta renunciatio.*

12 *Renunciatio tantùm durat, quantùm remanet existentia personarum in eadem renunciatione nominatarum.*

13 *Renunciatio ad hoc, vt regulari debeat, etiam secundùm naturam donationis, donatio in ea æquè principalitèr debet esse expressa, & nu.14.*

14 *Donatio in renunciatione solùm accessoriè, & incidentèr expressa non immutat naturam renunciationis, & sup. nu. 13.*

15 *Renunciatione facta per viam donationis, donatio in dubio intelligenda est, secùs verò stante contraria voluntate renunciantis, & nu. seq.*

16 *Donatio in renunciatione contenta, cessare debet cessante causa, & personis contemplatis, sicuti eo casu cessat ipsa renunciatio, & sup. nu. 15.*

17 *Causa finalis donationis cessante sicuti cessat ipsa donatio, ità e essare debet transmissio personæ in donatione contemplatæ.*

Transmissio cessat, quoties cessat causa, ob quam eadem transmissio prætenditur, nu.17.

18 *Renunciatio nunquam assumit qualitates donationis, sed restringitur ad meram, & puram renunciationem, si de eo tempore nullum ius renuncianti competebat.*

19 *Donatio cum renunciatione confunditur, quoties de tempore renunciationis, seu donationis erat ius quæsitum renuncianti.*

Ius quæsitum propriè contineri potest in donatione, vbi ius de futuro in renunciatione compræhenditur, nu. 18. & 19.

20 *Stipulatio facta* pro hæredibus, & successoribus *de re non transitoria ad extraneos, intelligitur de hæredibus sanguinis, & nu.21.*

Hæredes extranei non compræhenduntur in renunciatione facta etiam ad fauorem hæredum, & successorum, si agitur de re non transitoria ad extraneos; nu.20. & 21.

21 *Renunciatio cum donatione complicata nunquam compræhendit extraneos in iis rebus, quæ ad illos transire non possunt, & sup. nu. 20.*

22 *Renunciatio strictam recipit interpretationem.*

Extentio numquam fit ad bona, & personas nullatenùs in renunciatione compræhensas, numero 22. & 23.

23 *Personæ in renunciatione non dicuntur compræhensæ, nisi ocularitèr in illis legantur.*

24 *Renunciatio non extenditur ex clausulis generalibus.*

Clausulæ generales dicuntur stare accessoriè, & consecutiuè, ac proinde ad specificata referuntur, nec vltrà valent extendi, nu.24.

25 *Clausulæ generales conceptæ per verba relatiua restringunt dispositionem ad personas nominatas.*

Dispositio quamuis generalis, si vltrò continet etiam verba relatiua, semper restringitur ad illa, numer. 25.

26 *Bona alienari prohibita sub generali renunciatione non compræhenduntur, & nu. seqq.*

27 *Renunciatio etiam generalis patitur restrictionem secundùm subiectam materiam.*

28 *Renunciatio restringitur ad bona nominata, quotiès cætera bona secundùm eorum naturam sub ea venire non possunt.*

29 *Monasterium in iis bonis, quæ sunt affecta probibitioni alienationis, vt illa conseruentur in familia est incapax etiam solius commoditatis fructuum, & vide num. 31.*

30 *Argumentum deductum à bonis fœudalibus, & emphyteuticis ad bona fideicommissi valet.*

Renunciatio facta de bonis, quæ in extraneos transire non possunt, an transeat ad hæredes renunciatarii, vel spectent ad Monasterium ipsius renunciantis, nu. 29. & 30.

31 *Monasterium capax successionis succedit ex persona Monialis grauatæ donec vixerit non obstante probibitione alienationis, & sup. nu. 29.*

Monialis donec viuit retinet iura sanguinis, & dicitur de agnatione, & familia, nu.31.

32 *Renunciatio facta pleno iure non potest restringi ad solam commoditatem fructuum.*

33 *Manutentio illi concedenda est, qui eam appræhendidit de mandato iudicis.*

Manutentionem impedire non potest, qui accepit possessionem non citato possessore, nu.33.

DECISIO XXIII.

IN prima discussione facta super Instrumento renunciationis Sor. Mariæ Virginiæ ante emissam professionem in Monasterio SS. Dominici, & Sixti, decisum est die 10. Febr. 1662. Constare de bono iure Zambotti, attento quod dicta

dicta Renunciatio existimata fuit realis, & abdicatiua bonorum, & consequentèr illorum, de quibus agitur, à qua resolutione Domini recesserunt sub die 15. Iuni 1665. Iudicantes ex tunc deductis præfatam renunciationem fuisse restrictam ad fauorem certarum personarum, atque personalem esse, & non comprehendere bona controuersa, vt firmatur in secunda decisione, cuius fundamenta Domini in hodierna disputatione, omninò approbauerunt.

Reiecto duplici dilemmate, studiosa quidem Iurium disquisitione, contra fundamenta secundæ decisionis adstricto, sed inefficaci remanente, ob defectum in vtroque applicabilis consequentiæ. Primùm enim ita positum est. Aut renunciatio, de qua agitur est realis, & abdicatiua quorumcumque Iurium, & consequentèr renuncians
1 censetur de medio sublata, quasi in rerum natura non † existeret. Vnde Monasterium ex eius persona nullatenùs venire potest, nec vnquam ad bona renunciata aspirare, Menoch. *cons.* 335. *n.* 26. *& cons.* 401. *nu.* 102 *cum seq* Franch. *dec.* 375. *nu.* 2. Mastrill. *dec.* 65. *num.* 12. *&* Rota cor. Merlin. *dec.* 62. *nu.* 11.

Aut renunciatio est personalis, seù translatiua, & cum facta fuerit per viam donationis irreuocabilis inter viuos M. Antonio Patri stipulanti pro se, & hæredibus &c.
2 † bona renunciata ad hæredes Donatarii, si non iure comprehensionis, saltèm iure transmissionis spectare debent, Mantic. *de tacit. tit.* 13. *num.* 2. Gratian. *disc. forens. capit.* 286. *num.* 14. *& cap.* 566. *num.* 1. Acchill. *dec. vnic. num.* 6. *de*
3 *donat.* & in terminis Renunciationis † titulum donationis inter viuos præseferentis contra renunciantem, Rota *resoluit in Romana Fideicommissi* 3. *Decemb.* 1655. §. *Non etiam & 9. Maii* 1659 §. *nec obstare, & seq. coram bon. me. Verospio, confirmata coram R. P. D. meo Beuilaqua* 21. *Iunii* 1660. *quæ est penultima decisio inter impress. apud* Cutell. *de donat.* cuius argumenti primum membrum nihil vrgere censuerunt DD. quia ex oculari inspectione Instrumenti, clarè constat renunciationem, siuè realem, siuè personalem, siuè vtraque qualitate commixtam, restrictam esse ad existentiam personarum, quarum fauore celebrata fuit.
4 Quapropter † illis deficientibus, expirat realitas, & remanet sola qualitas personalitatis, itaut eo casu Monasterium ex persona renunciantis benè succedere possit, ex notatis communitèr à *DD. in Capit. quamuis pactum de pactis in* 6. & inter alios Natt. *in repetit. d. capit. col.* 11. *& sic vlt. limit.* Marcian. *disp.* 8. *nu.* 11. Duard. *de renunc. capit.* 7. *num.* 30. Molphes. *ad consuet. Neapol. tit. de renunc. quæst.* 3. *nu.* 20. *&* 21. Scip. Theodor. *alleg.* 36. *nu* 31. Franc. Rocc. *respons.* 48. *nu.* 6. *& seq. lib.* 2. Merlin. Pignatel. *Contr. Forens. cap.* 32. *nu.* 25. Hond. *cons.* 29. *nu* 79. *&* 80. *lib.* 1. Rol. *cons.* 26. *nu.* 34. *lib.* 3. Lanar. *cons.* 49. *per tot.* Altograd. *cons.* 43. *nu.* 54. *lib.* 2. *cum aliis vbi viden. Donat.* Anton. de Marin. *var. resol. cap.* 190 *per tot. lib.* 2. Rota *in Romana Successionis de Comitibus* 14. *Ianuarii* 1642. §. *vltim. coram bo. me. Dunoz. impressa apud d. Donat.* Anton. de Marin. *d. cap.* 190. *& Recentiùs in Marsicana Successionis* 4. *Februarii* 1665. *coram R. P. D. meo Emerix*, §. *Nec denique, vers. quoniam placuit.*

Pro qua personalitate sustinenda efficacitèr operatur, non solùm præsumptio Iuris, quod Pater censetur huiuscemodi renunciationem recipere à filia fauore descenden-
5 tium, & agnationis conseruandæ, † adeò vt Pater numquam præsumatur extraneam posteritatem propriæ anteponere voluisse, *l. scripto* 6. *ff. vndè liberi l. Nam & si parentibus* 15. *ff. de inoffic. testam. cum aliis, quos refert* Corn. *cons.* 291. *num.* 4 *vers. & votum Patris lib* 4. *&* Alex. *cons.* 29. *num* 4. *libr.* 3. Quodque vice versa renunciatio filiæ existi-
6 metur facta fauore familiæ, aut agnationis, itaut † ea deficiente, dicatur euanescere, & non impedire quominùs renuncians ad bona renunciata redire possit, Bald *cons.* 437. *n.* 2. *vers. in contrarium videtur veritas vol.* 1. Paris. *cons.* 26. *numer.* 19. *libr.* 3. Menoch. *consil.* 335. *numer.* 14. Ioan. Franc. de Pont. *cons.* 39. *numer.* 1. & optimè Altogr. *d. cons.* 43. *nu.* 50. *lib.* 2.

Verùm etiam nominatio personarum in præsenti renunciatione expressim facta, sub illis verbis, ibi, *Animo reuoluens ad D. Marcum Antonium eius Patrem duobus filiis grauatum vno Curtio, altera Constantia, infrascriptam refutationem, & donationem erga illum, vt commod ùs gradum suæ nobilitatis, & familiam honorificentiùs substinere valeat facere censuit*, & alibi. *Renunciat, & refutat ad fauorem*
7 *D. Marci Antonii*, Quæ efficit, vt Renunciatio, † non obstantibus generalioribus clausulis personalis reputetur, cum qua distinctione Domini in contrarium tenentes intelligendos esse tradit, Gabr. *cons.* 89. *num.* 13. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 166. *numer.* 11. *libr.* 1. *cum Concordan. apud* Gratian. *discept. forens. cap.* 557. *numer.* 52. Quod ita verum est, vt cessante ratione conseruationis, & decoris familiæ, & deficientibus personis, ad quarum commodum facta fuit renunciatio, † illa resoluatur, ac renuncianti non noceat, 8
Bald. *in l. pactum sub numer.* 9. *vers.* 4. *quæro*, *C. de Collat.* Alex. *cons.* 29. *numer.* 3. *vers. & quod dictum pactum libr.* 3. Menoch. *cons.* 6. *numer.* 2. Olasc. *decision.* 98. *cum adductis in decision.* 869. *numer.* 6. *vers. vndè cum prædecesserit, & dec.* 894 *nu.* 1. 4. *&* 5. *cor. Merlin. & in dicta Romana Successionis de Comitibus* 25. *Ian.* 1642. §. *respectu verò, cor. bo. me. Dunozetto.*

Non obstat, quod † *dictæ decis.* 869 *&* 894. *coram Merlin. & illa Romana Successionis de Comitibus fuerint reuocatæ* 9
quia in simili reuocatione iuxtà varias, & mutabiles facti circumstantias, & figuras contingentes, remansit illæsa Iuris conclusio supra firmata, & Rota solùm fundauit recessum à decisis coram Merlino in eo, quod Pater decesserat testatus, qua de Causa renunciatio non expirauerat, stante dispositione testamentaria, & aliæ aderant circumstantiæ, quæ plures causas finales indicabant, vltra contemplationem personarum, vt in *dec.* 10. *num* 5. *&* 45. *& per tot. coram Eminentissimo Cardin. Ottbobono.* Quæ quidem paritèr dederat causam reuocationis † *d. decisionis* 10
editæ in Romana Successionis de Comitibus 15. *Ianuarii* 1642. *coram bon. mem. Dunozetto.* At in præsenti casu Pater decessit ab intestato, & nullæ adsunt causæ finales, quæ contemplationem personarum obscurent, aut diminuant, proindèque nulla vis fieri potest in reuocatione dictarum decisionum, dum casuum diuersitas est manifesta, & adaptatio conclusionis iuris supra expositæ, nulla facti exceptione laborare dignoscitur.

Minusqu. obest, quod vigore dictæ renunciationis, de qua agitur iam exclusum fuerit Monasterium in decisione ædita 31. *Maii* 1649. *coram Reuerendissimo Papien.* † Quia 11
solummodò resolutio capta est contra Monasterium, ex eò quod adhuc extaret Constantia vna ex personis, quarum contemplatione facta fuerat renunciatio, quod innuit vsque de illo tempore sensum Rotæ fuisse, quod illa renunciatio tantùm duraret, † quantùm existentia personarum 12
in ea nominatarum, ex recensitis in dicta decisione §. *Quia contrarium*, cum quibus benè conueniunt allegati in *d. decis.* 24. *num.* 9 *coram Eminentissimo Ottbobono.* Ideòque cum post casum *d. decisionis coram Reuerendissimo Papien.* d. Constantia in donatione contemplata decesserit, benè Monasterium aspirat ad bona renunciata, & donata iuxtà sensum Rotæ in prædicta decisione.

Quo verò ad secundum membrum præfati dilemmatis, vim æquiuocam sub eo latere dixerunt DD. quod in renunciatione controuersa non emicat æquè principale contractus donationis irreuocabilis, † vt in casibus dictarum 13
decisionum, quæ emanarunt coram *bon. mem. Verospio*, *confirmatarum coram Reuerendo Patre Domino meo Beuilaqua, vt ex penultima decisione impressa apud* Cutell. *de donat.* vbi passim renunciatio comitem habet qualitatem donationis irreuocabilis, non solùm in proemio, sed etiam in contextu, absque vlla subscriptione quod longè excedit terminos renunciationis Sor. Mariæ Virginiæ, in qua verbum donationis aliquando legitur irrepsisse accessoriè, & dependentèr à principali actu renunciationis, † & propterea illius naturam immutare non valuit, vt præter allegatos in secunda decisione §. *Et tandem*, Bero *consil.* 179. *numer.* 51. *lib.* 4. *&* Rota *in Romana Rescissionis transactionis* 16. *Iunii* 1651. §. *Nam, verba illa coram bon. mem. Card. Corrado* 14

Quinimò conclusio firmata per Scribentes pro hærede mediato M. Antonii; & Zambotto circa renunciationem conceptam etiam per viam donationis, semper intelligendam esse dixerunt DD. in dubio, † & quando non constat de voluntate Donantis restringendi suam dispositionem ad certas personas, vel ex certa causa. sed quando (vt in proposito casu) concurrit non solùm contemplatio certarum personarum indiuidualitèr nominatarum, sed etiam deficientia causæ finalis, decoris scilicet, & sustentationis illarum, vt fuit ponderatum in præcedenti decisione 15. *Iunii* 1665. §. *Quia ex renunciationis, cor. me.* 15
† Tunc enim incongruum esset dicere quod cessantibus causa, & personis contemplatis, non debeat cessare etiam donatio, vt per Dec. *in cons.* 86. *post nu.* 5. *ad med. sub vers.* 16
&

& ista donatio, Menoch. *conf.* 188. *sub numer.* 55. *post med.* Altograd. *conf.* 43. *num.* 51. *&* 52. Cutell. *de donat. discurs.* 1. *special.* 40. *num.* 14. & dixit Rota cor. bo. me. Merlin. *in dec.* 126. *nu.* 70. *cum quatuor seqq. & in dec.* 294. *num.* 102. *&* 103. *par.* 5. *recent.* Et huiusmodi titulo donationis cessante ex cessatione causæ finalis, & resolutione conditionis vo-
17 luntariæ, † cessat etiam transmissio bonorum, in hæredem Constantiæ in donatione contemplatæ, Menoch. *conf.* 388. *num.* 55. Cancer. *var. resol. cap.* 21. *num.* 116. *lib.* 3. & dixit Rota *in dec* 782. *nu.* 25. *par.* 1. *diuers. & dec.* 125 *sub nu.* 1. *&* 2. *cor. Card. Mantic.*

Prætereà Domini reflectebant prædictam renunciationem, qualicumque donationis nomine vestitam, nusquam assumere posse qualitates, & caracterem veræ, & propriæ donationis respectu bonorum fideicommissario-
18 rum, de quibus agitur, † sed restringitur ad terminos simplicis renunciationis Iuris de futuro, dum de tempore dictæ renunciationis nullum Ius quæsitum erat super illis à dicta Sorore Maria Virginia, ad *Text. in l. sponsus §. Concessa, & in l. Quod autem §.* 1. *ff. de donat. inter Vir. & Vxor.* Bald. *in l. illud nu.* 11. *C. de Sacros. Eccles.* Tiraquell. *in l. si vnquam verb. donatione nu.* 18. Rota *decis.* 12. *num.* 16. *&* 18. *dec.* 320. *num.* 16. *& dec.* 323. *nu.* 26. *par.* 6. *rec.* quidquid di-
19 cendum esset, si renunciatio fuisset de Iure quæsito, † quo casu benè commisceri potest donationis contractus, Castren. *in l. actione num.* 20. *Cod. de pact.* Dec. *conf.* 86. *num.* 5. *vers. quantum verò*, Aym. *conf.* 142. *num.* 7. Rota *in d. decis.* 323. *num.* 53.

Ideoque potentiùs quilibet scrupulus remouebatur ex eo, quod etiam si dicta renunciatio naturam veræ donationis esset adepta, vt prætenditur, nihilominus cum respectu bonorum fideicommissariorum facta fuerit de re non transitoria ad extraneos; Certò certiùs est, stipula-
20 tionem † *pro Hæredibus, & Successoribus*, intelligendam esse de Hæredibus Sanguinis, & non extraneis, iuxtà Theoricam Bartoli *in l. Gallus, §. Quidam rectè num.* 8. *ff. de liber. & posthum. & cum pluribus alleg. probant* Bald. *consil.* 337. *num.* 16. *lib.* 1. Castren. *conf.* 343. *nu.* 2. *libr.* 1. Menoch. *conf.* 286. *nu.* 17. *&* 18. *& in tract. de præsumpt. libr.* 3. *præs.* 48. *num.* 10. Mantic. *de Tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 22. Rota *in Romana Fideicommissi* 22. *Iunii* 1663. *§. Altera verò, coram*
21 *bon. mem. Verospio*, & meliùs in casu renunciationis † cum donatione implicitæ, & confusæ *d. decis.* 10. *num.* 20. *coram Eminentissimo Otthobono*. Vndè cum iura in contrarium allegata percutiant bona ad quoscumque hæredes transitoria, prædictis obstare nequaquam possunt.

Atque omnis vmbra difficultatis dissipari visa est ab exceptione data, quod bona fideicommissaria Proaui, de quibus est quæstio, non compræhenduntur in dicta renunciatione, dum in ea, non leguntur specificata. Regula enim est inconcussa in materia renunciationis, quæ stri-
22 ctam interpretationem recipit, nullam † fieri extensionem ad bona, & personas, quæ non expressè compræhenduntur, Bald. *in conf.* 437. *num.* 2. *vers. item ipsa*, Honded. *conf.* 29. *num.* 93. 94. *&* 107. *libr.* 1. Peregrin. *de fideic. art.* 52. *num.* 25. *cum aliis adductis in decis.* 22. *numer.* 7. *coram*
23 *Merlin.* quæ pari passu procedit respectu personarum, † quæ similiter in renunciationibus non intelliguntur compræhensæ, nisi oculariter in eis legantur, Gabr. *conf.* 90. *nu.* 39. *lib.* 1. Becc. *conf.* 111. *nu.* 13. Surd. *conf.* 431. *num.* 20. *&* 32. Grat. *discept. forens. cap.* 659. *num.* 30. *cum pluribus; qui referuntur in dec.* 564. *nu.* 20. *cor.* Merl. *& in dec.* 543. *nu.* 10. 11. *&* 12. *par.* 5. *rec.*

Clausulæ verò generales non sunt aptæ in hac materia ad supplendum intellectum non expressorum, sed cum
24 stent accessoriè, & consecutiuè ad specificata, † ad ea solummodò referuntur, nec vltrà extendi valent, iuxtà *gl. in leg. si Patronus, verb. Fauiana in fin. ff. si quid in fraudem Patronorum*, Gabr. *de clauf. concl.* 10 *nu.* 1. Surd. *conf.* 453. *num.* 38. Petr. Barbos. *in l.* 1. *num.* 129. *ff. de vulg. & pupill.* vltra quod sunt concepta per verba relatiua, *quorum om-*
25 *nium prædictorum &c.* Quæ restringunt † dispositionem ad personas, & res expressè nominatas, & ad oculum demonstrabiles, vt benè aduertit Adden. ad Buratt. *decis.* 742. *num.* 12. *ex* Rip. *in l. fil. famil. §. Diui num.* 111. *ff. de legat.* 1. Aymon. *conf.* 98. *num.* 8. Dec. *conf.* 495. *nu.* 8. *&* 9. *& ex aliis ibi congestis*.

Firmiùs etiam prædicta subsistere debent, quia versa-
26 mur in casu fideicommissi, † in quo est expressè prohibita alienatio, vndè sub generali renunciatione compræhendi non potest Dec. *conf.* 56. *numer.* 6. *lib.* 2. Rimin. Iun. *conf.* 276. *num.* 25. *conf.* 223. *num.* 6. & fusè Galeratus *de renunciatione lib.* 4 *cap.* 2. *num.* 53. *versus med. vers. neque potest.* † Sic- 27
que ex natura verborum patiuntur restrictionem secundum subiectam materiam, Rota *decis.* 630. *num.* 87. *tom.* 3 *par.* 4. *rec.* & passim, ex iis, † quæ expressa fuerunt, hæc 28
renunciatio restringenda est ad nominata, Bart. *in l. Qui habebat, ff. de leg.* 3. *l. cum lege, vbi* Aretin. *ff. de testib. l. in General. §. Vxori, ff. de legat.* 3. Ruin. *conf.* 25. *num.* 19. *lib.* 1. *Collect. apud* Galerat. *de renunciat, d. c.* 2. *lib.* 4. *nu.* 41. quæ omnia vnita cum deductis in secunda decisione §. 2. Inferebant &c. pro exclusione compræhensionis, sufficere dicta sunt.

Multoque minoris ponderis existimatum est aliud dilemma, quod ab informantibus pro Zambotto hoc modo deducebatur, vel bona renunciata ex dispositione fideicommissaria sunt affecta, vt ad extraneos etiam quò ad solam commoditatem transire nequeant, † & Monasterium 29
est incapax illius commoditatis attenta prohibitione alienationis iniuncta à Testatore, vt bona conseruentur in familia, vt Altogr. *conf.* 96. *nu.* 18. *& per tot. lib.* 1. *&* Rot. *in Romana Fideic. de Cuppis* 18. *Iunii* 1657. *§. certior redditur cor Reuerendiss. Papien.*

Vel dicta bona transire possunt in extraneum quo ad solam commoditatem, & illud Ius spectare debet ad hæredem mediatum M. Antonii Donatarii, † durante vita Mo- 30
nialis, argumento ducto à bonis fæudalibus, & emphyteuticis, Dec. *respons.* 39. *nu.* 65. *lib.* 2. Rota *in Romana Saluiani* 17. *Aprilis* 1643. *cor. Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est dec.* 167. *par.* 9. *rec. confirmata* 9. *Decembris* 1644.

Quoniam neutra ex dictis illationibus placuit DD. Non quidem prima, quia quoties non constat de contraria voluntate Testatoris, Monasterium, alioquin capax, succedere potest ex persona Monialis grauatæ, dum in humanis existit, non obstante prohibitione alienationis ei iniuncta, & conseruatione bonorum in familia, † cum Mo- 31
nialis, donec viuit, retinere dicatur Iura sanguinis, & dicatur de agnatione, & familia Patris, Rota *dec.* 118. *nu* 1. *dec.* 151. *nu.* 1. *par.* 3. *rec. & in Mediolanen. Bonorum* 18. *Martii* 1648. *§.* 1. *coram bon. me. Bichio, &* 31. *Maii* 1649. *coram bo. me. Card. Corrado, in Romana Fideicommissi de Carpinis* 10. *Iunii* 1652. *coram R.P.D. meo Albergato, §.* 1. & respondendo contrariis in specie in *Bononien. Fideicommissis de Sauiis* 27. *Ianuarii* 1666. *§. Ea potissimum ratione, ac per tot. cor. me.*

Minusque secunda, quia constitit DD. renunciationem non posse substineri quoad commoditatem, & perceptionem fructuum, nam vltra superiùs firmata, † considera- 32
batur renunciationem, vti factam pleno iure, non posse restringi ad solam commoditatem, Mant. *de Tacit. lib.* 21. *tit.* 25. *num.* 16. Rota *dec.* 135. *nu.* 4. *par.* 7. *rec. & in Romana Saluiani* 4. *Februarii* 1661. *§. Nec renunc coram Reuerendiss. D. meo Decano*; vbi in simili dicitur responsum in *Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum* 26. *Iulii* 1647. *§. Obiectum, cor. eodem Met. &* 5. *Maii* 1648. *§. Neque obstat, cor. Reuerendiss. Papien. &* 19. *Ianuarii* 1650 *cor. bo me Verospio*. Ex quibus optimè colligebatur Zambottum, licet de Familia, non debere prætendere dicta bona fideicommissaria, nisi suo loco, gradu, & tempore purificationis, neque hæredem mediatum M. Antonii Renunciatarii aliquid petere posse vigore d. renunciationis.

Itaque detecto bono Iure Monasterii, super quo DD. in principio huius Causæ super controuersia Manutentionis inter partes videri mandarunt, Manutentionem illi concedendam esse decreuerunt, attenta illius possessione adepta de mandato Iudicis, † antequam illam, Monaste- 33
rio non citato, appræhenderit Zambottus, qui propterea illam eidem Monasterio non potest impedire, vt in his terminis dixit, Rota *in Romana hæreditatis* 14. *Iulii* 1663. *§. Nec visum &c. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & passim in aliis &c.*

Et ità resolutum vtraque parte accerrimè Informante, &c.

REVE-

REVERENDISS. P. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Rauennaten Fideicommissi.

Lunæ 7. Februarii 1667.

ARGVMENTVM.

Sicuti in successione fideicommissi regularitèr attenditur proximitas grauati, non grauantis; ità hoc multo magis procedit attenta declaratione ipsius Testatoris; Qui paritèr efficere potest nè filius subintret in locum Patris, illumque repræsentet, & ex quibus Testator hoc fecisse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile semper attenditur in materia legitimæ successionis.*

2 *Fratres tamquam hæredi grauato proximiores semper præferuntur aliis in successione fideicommissaria.*

Proximior grauato semper præfertur in successione fideicommissi nu. 2. & 6.

3 *Linea quando censeatur perpetuo ad fideicommissum vocata.*

4 *Successio quod fieri debeat in stirpes, & non in capita, arguit omnes de linea fuisse vocatos, & quando sup. nu. 3. & 7. vbi vide.*

5 *Lineæ plures quandoque à Testatore pro vnica tantum linea consideratæ dicuntur, & nu. 6.*

6 *Proximior vltimo defuncto est potior in illius successione fideicommissaria, & sup. nu 2.*

7 *Vocatio in stirpes, & non in capita operatur dumtaxat in paritate gradus, secùs in casu disparitatis, & num. seq.*

8 *Successio quod fiat salua gradus prærogatiua, importat vocationem in stirpes, & non in capita intelligi secundùm paritatem gradus, & sup. nu. 7.*

9 *Filius non subintrat in locum patris, nec illum repræsentat in transuersalibus, & quando.*

10 *Filius si ex voluntate Testatoris in certo casu subintrat in locum patris, in ceteris casibus ab hoc videtur exclusus.*

Repræsentatio in certo casu permissa in reliquis dicitur denegata, nu. 10.

11 *Successio ordinata per Testatorem salua gradus prærogatiua repugnat repræsentationi, & subingressui filii in locum patris.*

Repræsentationem excludunt verba salua gradus prærogatiua, nu. 11.

DECISIO XXIV.

CÆSAR Rasponus institutis sibi hæredibus vniuersalibus Iulio, & Raspono filiis plures ordinauit substitutiones: In prima substituit in portione cuiuslibet ex dictis suis hæredibus eius filios, Nepotes, Pronepotes, & descendentes masculos legitimos, & naturales de vno in alterum vsque in infinitum, & vnum alteri reciprocè actiuè, & passiuè ordine successiuo vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommissum.

In secunda, si alter ex dictis eius filiis institutis, seù filii, Nepotes, Pronepotes, & descendentes masculi legitimi, & naturales vsque in infinitum vnius ipsorum morerentur sine descendentibus masculis legitimis, & naturalibus substituit alium, & alios dictorum suorum filiorum, & filios, Nepotes, Pronepotes, & descendentes masculos legitimos, & naturales illius, seù illorum de vno in alterum vsque in infinitum, & vnum alteri reciprocè actiuè, & passiuè, vt in prima substitutione.

In tertia, si nullus ex prædictis eius filiis hæredibus institutis quandocumque esset in esse, nec reperiretur in rerum natura, seù non reperirentur ipsorum filii, & descendentes masculi legitimi, & naturales, tunc, & eo casu vltimo illorum in omnibus suis bonis, & in tota hæreditate substituit ipsius Testatoris Fratres, eorumque descendentes masculos de vno in alterum in infinitum, & vnum alteri reciprocè, vt supra.

Denique deficientibus eius Fratribus; ipsorumque descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, in omnibus suis bonis, & hæreditate vltimo morienti substituit masculos legitimos, & naturales suæ familiæ de vno in alium vsque in infinitum cum reciproca substitutione repetita iisdem verbis descriptis in prima substitutione; Addita declaratione, quod eius intentio firma, & clara fuit, & est, quod omnia, & singula sua bona, semper, & in perpetuum subiaceant, & sint supposita arctissimo fideicommisso inter omnes dictos eius filios, & eorum, & cuiuslibet ipsorum filios, Nepotes, Pronepotes, & descendentes masculos legitimos, & naturales vsque in infinitum, & inter alios transuersales eius familiæ; Atque insuper pro remouenda occasione litium super intelligentia sensu, & intellectu supradictarum substitutionum cautus, & prouidus Testator quatuor paritèr declarauit.

Primò, quod appellatione masculorum legitimorum, & naturalium intelligantur nati, & procreati ex legitimo matrimonio exclusis legitimatis per priuilegium etiam Summorum Principum, ac etiam per subsequens matrimonium, exclusisque Ecclesiis, & Monasteriis loco filiorum cum solita declaratione.

Secundò, quod semper seruetur prærogatiua graduum filius tamen subintret in locum Patris respectu descendentis, & Patrui, ac data paritate graduum, succedatur in stirpes, & non in capita.

Tertiò, quod proximitas intelligatur respectu grauati, non autem ipsius Testatoris.

Quartò demùm, quod in restitutione fideicommissi veniant, & compræhendantur etiam portiones indistinctè ab aliis obuentæ ante, seù post grauamen. Post mortem Testatoris defecit descendentia masculina Iulii; Ideoque omnia bona integrè deuenerunt in descendentiam Rasponi, qui vt in Arbore superiùs designata, tres suscepit filios nempè Franciscum, Ludouicum, & Cæsarem. Ex Ludouico autem nuper decessit Carolus Nepos sine descendentia masculina, superstitibus ex Francisco filiis Eminentissimo Cæsare Maria Cardinali, ac eius fratre, ac ex Cæsare, & Raspono illius filio Cæsare Antonio Nepote, qui cum prætenderet pro æquali succedere in portione dicti Caroli, orta inter has partes controuersia, tandem vti sanguine inter se coniuncti, cupientes iure medio litem hanc terminare, conuenerunt subire iudicium Rotæ, & vnicæ sententiæ acquiescere, ac impetrata Commissione communi consensu signata manu Sanctissimi mihi directa, dubitaui cui competat successio, & illam competere Eminentissimo Domino Cardinali, eiusque fratri resolutum fuit.

Cùm enim iuxtà secundam declarationem semper seruanda sit prærogatiua graduum, & iuxtà tertiam attendenda sit proximitas grauati, nec dubitari possit Dominum Cardinalem, eiusque fratrem esse proximiores vti coniunctos in quinto gradu Carolo vltimo defuncto, & Cæsarem Antonium in sexto secundùm computationem Iuris ciuilis, † quæ semper in legitimis successoribus attenditur, Bald. *in l. fin. num.* 8. *C. de success. edict.* Surd. *cons.* 5. *num.* 20. *&* 21. Bellon. Iun. *cons.* 38. *numer.* 1. Rota *decis.* 436. *num.* 14. *par.* 5. *recent.* Hinc sequitur, quod ipsi fratres tamquam grauato proximiores in hac successione veniant præferendi, † sicut præcepit Testator, & disponi tur à Iure *in l. cum ita legatur* 33. *§. in fideicommisso, & in l. peto* 71. *§. Fratre, ff. de leg.* 2. Bursatt. *cons.* 170. *num.* 16. *lib.* 2. *cum aliis alleg.* à Peregr. *de fideicomm. art.* 21. *num.* 2. *vers. atque cum, & in his terminis in Reatina Fideicommissi* 12. *Iunii* 1656. *cor. bo. me. Leone Verospio*, *§.* 1. 29. *Maii* 1665. *co. R. P. D. meo Emerix*, *§. censuerunt*, *&* 23. *Iunii* 1666. *§* 1. *co. R. P. D. meo Albergato.* 1 2

Non obstat, quod extincta descendentia vnius ex filiis hæredibus institutis testator substituerit alium, & alios, ac filios Nepotes, Pronepotes, & descendentes masculos illius, aut illorum de vno in alium vsque in infinitum, quo stante vocatæ dicantur omnes vocatorum lineæ admittendæ, † seruata prærogatiua graduum solummodò in qualibet linea, ex adductis à Peregrin. *art.* 20. *nu.* 7. Præsentim attenta ordinatione apposita in secunda declaratione. 3

4 ne, quod successio fieri debeat in stirpes, † & non in capita, vt firmat idem Peregr *num.8.*

Quia præterquod verba ad hunc effectum pro Cæsare Antonio ponderata, ibi, *Sostituisco l'altro, e gli altri di detti figliuoli, & i figliuoli, nepoti, e pronepoti, e descendenti &c. di quello, ò quelli &c.* non fuerunt per Testatorem adiecta ad inducendam vocationem plurium linearum cùm ex toto Testamenti contextu apertè videatur duas tantùm lineas propriorum filiorum considerasse, vnam Iulij, & alteram Rasponi, sed apposita fuerunt ad designandum, quod deficiente descendentia ex dictis suis filijs succederet alter, si tunc superesset in humanis, sin minùs eius filij, nepotes, pronepotes, seù viteriores
5 descendentes, qui tunc reperirentur in rerum natura, † considerando hos omnes tamquam de vnica linea originem trahentes ab altero ex eius filijs hæredibus institutis, ad tradita per Doct. *in cap.1. de eo, qui sibi, vel hæred. masc.* Card. Caual. *decis.* 623. *num.*3.

Obiectum videtur cessare, ex quo dicta verba apposita fuerunt in secunda substitutione, de qua modo non agitur, ex quo iam habuerit suum effectum, ex deficientia descendentiæ masculinæ Iulij, & deuenerint integrè bona in descendentiam Rasponi, & sic hodie non agitur, nisi de substitutione facta in descendentia cuiuslibet ex primis filijs institutis, quæ tamen iuxtà quartam declarationem, nedùm refertur ad propriam portionem à principio illi obuentam, sed etiam ad alia bona Testatoris ab eodem, seù ab alijs filijs acquisita ex reciproca ob deficientiam descendentiæ alterius præmortui. Respectu autem huius substitutionis, de qua est quæstio, clarè colligitur non fuisse consideratam nisi vnicam lineam alterius ex filijs institutis, itaut inter omnes eius Descendentes omninò attendenda sit prærogatiua gradus, & qui
6 proximior est vltimo defuncto, † potior sit in eius successione, iuxtà declaratam Testatoris voluntatem, & Iuris dispositionem quam vltra alios supra allegatos, benè probat Peregr. *cons.* 51. *num.*15. *lib.*3.

Vocatio autem in stirpes, & non in capita operatur,
7 dumtaxat in paritate gradus, † non autem in casu disparitatis, vt hic, ita tradunt Paris. *cons.*40. *num.*32. *lib.*2. Decian. *cons.*1. *num.* 344. *lib.*1. quos refert, & sequitur Peregr. *d. consil.* 51. *sub d. num.*15. & licèt hæc conclusio suos possit habere contradictores, in casu tamen nostro videtur recipienda, quia Testator hac explicita declaratione dictam vocationem fecit, ibi, *cioè data la parità de gradi douersi intendere in stirpes, & non in capita*, & vlteriùs, quod successio fiat, salua gradus prærogatiua operatur, vt vocatio in stirpes, & non in capita alio modo non sit
8 intelligenda, quam in paritate gradus, *vt optimè in dicta Reatina*, §. *vlt. coram D. meo Emerix, & D. meo Albergato in fine.*

Minusque potest Cæsar Antonius subintrare in locum
9 eius Patris, nec illum repræsentare; Tum † quia id non admittitur in successione Transuersalium excepto Patruo, etiamsi agatur de fideicommisso Ascendentis, Crass. *de success.* §. *fideicommiss. quæst.*11. *nu.*5. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*8. *tit.*9. *num.*3. *in fin & num.*4. Peregr. *d. art.* 21. *num.*8. Fachin *contr. iur. lib.*4. *cap.*84 §. *fin. vers. sequitur vt si*, Fusar. *de substit. quæst.*485. *num.*106. *cum seqq.*

Tùm quia Testator in secunda declaratione mandauit filium subintrare in locum Patris respectu descendentis,
10 & Patrui, † ideò quoad omnes alias personas subingressum, & Patris repræsentationem denegasse videtur, vt huic obiecto responsum fuit *in dicta Reatina coram bo. mem. Leone Verospio*, §. *omni enim, D. meo Emerix* §. *verùm etiam, & D. meo Albergato*, §. *secundo quia.*

Et demùm quia explicitè, vt dictum est, declarauit in suo fideicommisso succedendum esse salua gradus prærogatiua: † Id enim contrarium est, & repugnat repræsentationi, & subingressui filij in locum Patris, vt docet
11 Bart. *in Auth. Defuncto, C. ad Tertull.* Dec. *cons.*408. *num.* 12. *vers. ista conclusio, & sub num.*13. *vers. & maximè quia*, Surd. *cons.*403. *num.*56. Mantic. *vbi supra d. tit.*9. *nu.*9.

Et ità vtraque parte informante, &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram eodem Eminentissimo Cerro sub die 26. Nouembris eiusdem anni 1667. quæ erit infrà suo loco, & tempore.

R. P. D. TAIA.

Firmana Successionis.

Lunæ 7. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Quamuis difficillimum sit practicare restitutionem bonorum Fisco incorporatorum, eoquè magis si illa aduersus tertium possessorem petatur; Attamen quoties restitutio, & gratia Principis amplissima sit, eamdem quoque restitutionem importat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio difficilis esse videtur aduersus Principis Ærarium.*

2 *Restitutio bonorum confiscatorum difficiliùs practicatur aduersus tertium possessorem, & num.5.*

3 *Reintegratio dicitur amplissima, vbi quis plenariè fuit reintegratus, sententiaque condemnationis in omnibus cassata.*

4 *Restitutio ad gradus, & honores dicitur relatiua, & restricta ad narrata, & expressa in supplicatione.*

5 *Restitutio ad bona alienata, quamuis fuisset particularitèr petita, non tamen intelligitur concessa, nisi id fuerit expressum in rescripto.*

6 *Bona delinquentium, ex quibus dicantur fuisse cum effectu Fisco incorporata, vel tantùm simpliciter adnotata, & suprà à §. hodie libratis.*

7 *Exclusio, & extramissio facta de persona fisci à certis bonis illius præcedentem possessionem probat, & vide num. seq.*

Priuatio præsupponit habitum siuè phisicè, siuè moralitèr, num.7.

8 *Fiscus dimittendo bona delinquentis quando ius suum transtulisse dicatur.*

Transigens cum fisco non acquirit ab illo bonorum dominium, sed solam suam vexationem redimit, simul atque sibi quietem comparat, num.8.

DECISIO XXV.

CVM peterent hæredes Petri ex gratiosa illius restitutione immitti in bona immobilia confiscata Petro, & per compositionem cum Fisco redempta à Francisca vxore solutis bis centum scutis, & compensatis tribus millibus scutis dotalibus, alijsque debitis susceptis, disceptata restitutione Petri Rota negauit immissionem * 11. Martij 1665. Reuisione concessa, & proposita causa à decisis recessit * 19. Febr. 1666. & cum difficilis restitutio videretur † aduersus Sacratissimum 1 Ærarium, dicebat *Inst.* §. *vlt. instit. de vsucap.* & eo difficiliùs aduersus tertium Possessorem, † nec nomina- 2 tum loco Fisci, Authoris maximè ad Felin. *ad cap.*8. *de Maior. & obed. num.*6. *vers. licet malè*, Odd. *de restit. in integr. qu.*99. *sub num.* 109. responsum tamen fuit imò Fiscum lucratum esse scuta 200. & retinuisse pretium mobilium, & mouentium distractorum, & sine damno mulieris, cui debent bis centum restitui vna cum Dote &c. vt in decisione, quam vti mihi difficilem volui describi ad sensa, & verba aliena.

Hodie libratis de more contrarijs decisionibus visa est communiùs ponderosior secunda ex serie facti. Nam sententiam capitalem passo Petro cum omnium bonorum confiscatione, quin etiam cum destructione domus, alijsque pœnis. Procurator fiscalis 2. Nouemb. 1648. per mandatum immissionis possessionem accepit, & immobilia vti incorporata die 23. & 24. Nouembris eiusdem æstimata fuerunt, & mobilia sicuti mouentia subhastata, & distracta pro Fisco. Institerat iam Francisca pro suis creditis, & pro sua prælatione, & à Fisco ipsa citata fuit anno 1648. vt ei restituerentur certa bona pro eodem pretio, sed ipso postmodum proponente, Fiscum assumpsisse possessionem omnium, & singulorum bonorum, in quibus habebat suas dotes, & bona esse grauata tot, tantisque debitis, eademque supplicante ad

te ad aliquam gratiosam compositionem admitti, Commissarius attentis narratis, solutis per Oratricem scutis 200. nec non per eamdẽ factam promissione solemnitèr de indemnem Fiscum conseruando semper, & quandocumque in pecunijs incameratis, ad compositionem prædictam cum Fisco admisit absque præiudicio Iurium quorumcumque Creditorum, & gratiam fecit, & fiscum à possessione, bonorum exclusit, & extramitti mandauit, & factum est solutis soluendis 4. Decembris 1648.

Posteà supplicatum est Sanctissimo Domino pro remissione pœnæ capitalis, & Sanctissimus Dominus mandauit, *Che sij ammesso alla Compositione de scudi 1500 &c.* vt in literis 20. Aprilis 1660. Eminentissimi D. Cardinalis Chisij. At cum videri non posset ipsi Petro sibi satisfactum resupplicauit: *Perche non fù spiegato nella lettera, che fusse ribabilitato all' honori, al poter' esser testimonio, à poter testare, e riceuer per vigore d' vltima volontà, e riceuer beneficii, e dignità Ecclesiastiche, delle quali cose nella sentenza era priuato, per tanto supplica à reintegrarlo in pristinum con la cassatione della sentenza*, & Sanctissimus mandauit reintegrari ad omnia excepto Magistratu 1. Septembris 1660. Vnde Eminentiss. Dominus scripsit Commissario. *Si è degnato anco N. Sig. di far gratia anco dell' reintegratione al godimento di tutti gl' honori, e cariche publiche, che goleua, eccettuatone però il Magistrato, del quale deue tutta vie testare esc luso. Vuole in oltre sua Beatitudine, che resti ribabilitato al conseguimento de beneficii, e dignità Ecclesiastiche, poter' esser Testimonio, testare, e riceuere ciò, che à suo fauore venga disposto per vltima volontà. Però &c.* 7. Septemb. 1660. quam Commissarius executus est, ipsumque Petrum ad statum, honores, beneficia, & alia omnia, in quibus vt supra idem Petrus condemnatus, & priuatus existebat, præterquam ad Magistratum restituit, resposuit, & plenariè reintegrauit, sententiamque prædictam cum omnibus inde secutis cassari, & aboleri &c. 11. Februarij 1660. Cum autem Petrus restitutus posteà vendidisset Prædium, Francisca accessit vti Principalis, & ipse Petrus post suam restitutionem exercuit liberam administrationem mutato nomine Franciscæ inserendo in publicis libris.

Ex hoc facto historico Dominis vt supra communiùs visum est, rescriptum reintegratorium esse amplissimum, quin etiam restitutorium ad omnia, quæ nihil excludunt, maximè cum exceptione præter Magistratum, quæ confirmat in alijs restitutionem, & iuxtà Petri supplicationem. *Restituirlo in integrum con la cassatione della sentenza*, & Commissarij executionem, qui plenariè reinte-
3 grauit, † sententiamque prædictam cum omnibus inde secutis cassari, & aboleri mandauit, Rota coram Merl. *decis.125. & decis.168 & decis.714. à num.15. tom.2. part. 4. recent.*

Non obstat, quod vni ex Dominis placebat restitutionem esse relatiuam, & restrictam non solùm in rescripto
4 Sanctissimi, † sed etiam in supplicatione Petri ad narrata, & expressa, Paul Castr. *cons. 253. num.3. vers. verba autem illa supplicationis lib 1.* Maximè ne restitutio intelligeretur tàm ampla, vt Fiscus ipse restituere deberet soluta à Francisca pro compositione, & mobilia, & mouentia incamerata, & in præiudicium iuris quæsiti, &
5 bonorum in tertium translatorum, † quæ multò difficiliùs recuperantur, quamuis restitutus supplicasset restitui aduersus etiam bona alienata, nam si rescripto id expressum non fuerit, supplicatio id non operabitur, Peregrin. *de iur. fisc. tit.2. num.43. lib.5.* Baiard. *ad Clar. §. fin. qu. 59. num 65. vers. Vnde etiam* Farinacc. *qu.6. num.33. vers. ratio autem* Guaz *de confisc. conclus.28. num. 23.* Mangil. *de euict. qu.167. & recent.* Marc. Medic *exa.25. & in addit. nu. 2.* itaut nec damnosa Fisco postulari opporteat, *l.3. C. de præc. Imper. offer.*

Nam communiùs Domini dixerunt, neque sequutam fuisse incorporationem, & verba proposita supra non
6 habere vim incorporationis, sed † annotationis tantùm bonorum condemnati, ad Rotam coram Seraph. *decis. 998. num.4. & 14. & post* Fenzon. *ad Statut. Vrb. decis.91. ad fin. repetita decis.627. num.9. tom.3. part.4.* Non obstantibus
7 verbis Decreti, *Fiscum à possessione bonorum excludimus*, † *& extramitti mandamus*, quasi priuatio habitum supponat siuè phisicè, siuè moralitèr, quia Fiscus non transtulit aliquod Ius, quo Francisca se tueri posset, sed substulit se de medio ex suprascriptis, † itaut illa mediante transa- 8
ctione, pecuniaque soluta nihil aliud egerit, nisi vexationem suam redimere simul ac quietem, Gratian. *discept.476. num.14.*

Et addiderunt accedere obseruantiam ex confessione Procuratoris Franciscæ ex dicto Instrumento venditionis Petri, & accessionis Franciscæ, & ex descriptione in libris publicis, vt supra.

Et ità vtraque parte &c.

Prima Decisio præsentis causæ habetur impressa supra in præcedenti parte XIV. & est decisio 271. Altera verò 19. Februarij 1666. quia numquam fuit Typis tradita, ideò Deo dante erit in appendice decisionum prætermissarum.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO Decano.

Auenionen. Pecuniaria.

Lunæ 7. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Transactio inita inter creditorem, & debitorem, etiam vigore mandati nullitèr relaxati, reuocari non potest, nisi insimul de illius iniustitia doceatur mediante solutione à debitore probanda, ac proinde super illius rescissione iudicio pendente eadem executioni demandari debet.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis executio retardari non potest, nisi ea priùs per tres conformes rescissa, & de erroneitate conuicta.*

2 *Transactionem esse dubiam sufficit ad hoc vt illa substineatur.*

Transactio pendente iudicio rescissorio remanet in statu validitatis, & venit exequenda, num.2.

3 *Transactio fieri potest etiam pro credito, cuius vigore fuerat nulliter relaxatum mandatum.*

4 *Mandatum non potest dici iniustum, si debitor solutionem non probat.*

Solutionem debitor probare tenetur, num.4.

5 *Datio in solutum non dicitur assignatio indefinitè facta de redditibus, & prouentibus alicuius hæreditatis.*

6 *Transactio substinetur, si fuerit facta super re, & facto dubio, etiam quod illa deinde alitèr detegantur.*

7 *Metus considerari non potest vigore mandati, & executionis, quibus debitor non soluendo causam dedit.*

8 *Metum allegare non potest debitor, qui ad indebitum non fuit obligatus.*

9 *Filius obligans se pro patre proximè carcerando dicitur exercuisse debitum pietatis, ad quod de iure cogi poterat.*

Filius etiam sub pœna exheredationis cogitur obligari pro patre breuitèr carcerando, num.9.

10 *Filius obligatus pro patre proximè carcerando allegare non potest metum, aut vim ad talem obligationem infringendam.*

11 *Metus, seù vis in filio pro patre obligato excluditur ex distantia loci habitationis patris, & filij.*

Metus quando à superiore vindicari potest, allegari non debet, num.11.

DECISIO XXVI.

FACTO meliùs dilucidato recesserunt Domini à decisis sub die 16. Iunij 1664.

Siquidem Petrus de Alfonsis cum esset debitor Oliuerij Bianchi in vim diuersarum apocarum, literarum Cambij, aliarumque promissionum, de anno 1636. vltima Iulij deuenit cum eo ad generalem solidationem computorum, & compensatis compensandis fuit repertus debitor in summa scut. 9000. monetæ Romanæ, pro quibus, cum non haberet pecuniam in promptu, cessit, dimisit, & relaxauit consimilem summam scut. 9000. exigen. intrà

intrà spatium annorum quindecim ex redditibus, & pensionibus bonorum in Vrbe existentium, & videlicet scuta 600. quolibet anno pacto adiecto, quod Alfonsus teneretur facere ratificare contractum ab eius filijs, & quod prædicta omnia fiebant sine præiudicio primæuarum obligationum, & hypothecarum ipsimet Blanco competentium, quæ remanere deberent in suo statu, & robore vsque ad realem solutionem dd. scut. 9000. Summ. impress. *num.* 1. *lit.* C.

Postmodum etiam idem Alfonsus dictas apocas, & promissiones publicè recognouit constituendam summam scut. 10680. monetæ Auenionen. promittendo omnia in eis contenta habere grata, eisque non contrauenire sub strictissima obligatione etiam in forma R. C. A. & prout in alio Instrumento sub die 6. Augusti, eodem Summ. *num.* 2

Non secuta satisfactione, egit Alexander filius, & hæres Oliuerij contra dictum Petrum in vim dicti vltimi Instrumenti, obtinuitque ab Eminentissimo Legato Auenionen. mandatum pro dictis scutis 10680. quod fuit executum tantummodò pro scutis 5000. super quibusdam bonis in eodem statu existentibus, saluo iure residui.

Cui executioni se opponentibus tàm dicto Petro, quàm Aloysio, & Francisco eius filijs; Petro quidem allegante excessiuitatem mandati, ex quo de redditibus, & pensionibus supra assignatis variæ summæ per Blancum fuerant exactæ; filijs verò excipientibus de eorum iure super dictis bonis executatis tàm ratione Primogenituræ, & donationis, quàm ex causa crediti anterioris ratione dotium; fuit de anno 1659. deuentum ad concordiam, in qua habita ratione omnium prædictorum, d. Alexander contentus fuit summa scut. 3000. soluenda per dictum Petrum intra terminum annorum decem, ex redditibus dictorum bonorum in Vrbe existentium, cum obligatione etiam dicti Aloysij eius filij Primogeniti eodem Summ. *num.* 7.

Sed adhuc deficientibus dictis de Alfonsis in solutione, egit Blancus pro terminis decursis, & non solutis, ad formam istius Instrumenti transactionis, mandatum que super inde obtinuit à Domino Cardinali Raspono tunc temporis Auditore dicti Eminentiss. Legati, quod etiam R. P. D. Rauizza Iudex deputatus exequi mandauit; Vnde causa per eumdem Eminentissimum mihi commissa, cum sub dicta die 16. Iunij pro mandati infirmatione fuisset resolutum, dubio inde pluries proposito etiam super bono iure, tandem Domini recesserunt à decisis.

Fundamentum potissimum fuit, quia agitur de exe-
1 cutione transactionis, † quæ retardari non potest, nisi ea prius per tres conformes rescissa, & de erroneitate conuicta, Rota coram Caual. *decis.* 550. *num.* 2. *&* 4. *in recent. decis.* 86. *num.* 9. *part.* 6. *& decis.* 312. *num.* 10 *part.* 10. *Romana Successionis de Comitibus* 26. *Iunij* 1647. §. *ratio quæ mouit coram Reuerendiss. Imolen. Bononien. Domus* 27. *Nouembris* 1658. §. 1. *vers. quam præfata transactio coram Reuerendiss. D. meo Decano, & alibi sæpè*, adeout sufficiat
2 rem esse dubiam † ad hoc, vt transactio sustineatur, & ad hoc vt pendente rescissorio iudicio, tamquam in statu validitatis, veniat exequenda, Rota *d. decis.* 312. *num.* 10. *&* 11. *part.* 10. *penes* Censal. *decis.* 47. *num.* 2. *&* 5. *in Ferrarien. prætensi fideicommissi* 22. *Iunij* 1661. §. *iustior coram R. P. D. meo Bourlemont, & in alia Auenionen. Transactionis* 5. *Iunij* 1602. *coram R. P. D. meo Taia*, §. *finali.*

Igitur pro prætensa erroneitate huius transactionis non obstat, quod emanauerit in vim mandati nulli, & iniusti; nulli quia fuit relaxatum vigore partitarum, quæ fuerant nouatæ in antecedenti Instrumento; iniusti verò, quia stante cessione dicti annui redditus scut. 600. per annos quindecim, Blancus iam remanserat satisfactus.

Quia nullitatem dixerunt Domini non obstare, quo-
3 minus superindè transigi † posset; Iniustitia verò satis visa fuit remoueri ex eo quod siue dicta cessio redditum importauerit dationem in solutum, siuè potiùs simplicem commoditatem dicti redditus percipiendi, dum non probatur per Alfonsios eam summam fuisse exa-
4 ctam, † mandatum dici non potest iniustum, cum onus sit debitoris, qui solutionem allegat, eam concludentèr probare, *l. quinquaginta, ff. de probat.* Rota *decis.* 516. *num.* 2 *part.* 2. *recent.*

Tantùm verò abest, quod Alphonsij d. integram exactionem probauerint, vt imò contrarium constet ex eorum protestationibus, vbi excessiuitatem mandati, & quod plus debito petitum fuerat, non autem satisfactionem allegarunt, vt in eodem Summ. impresso *num.* 3. & ampliùs ex eo quod apparet dictos annuos redditus in parte fuisse assignatos per ipsum Alfonsum alteri Creditori, & quidem intra d. spatium quindecim annorum, vt in Summ. responsionis Blanchi.

Et fuit in facto consideratum, quod non potest firmari redditus exigendos fuisse datos in solutum, quia dum non fuerunt per Petrum assignati aliqui fundi particulares, nec minus redditus ex certo, & determinato corpore, sed solùm indefinitè annua quantitas in Vrbe super redditibus, & pensionibus hæreditatis q. Alfonsi eius Patrui; † Vnde non fuit in Blancum translatum 5
aliquod ius ad certam rem, itaut potuerit iure proprio dictam summam exigere, ad tradita per Surd. *cons.* 264. *num.* 1. *ad* 5. Posth. *de manut. obser.* 49. *num.* 3. Caualer. *decis.* 391. *num.* 2. & in terminis dationis in solutum Monac. *decis. Bononien.* 40. *punct.* 4. *num.* 3. *& seq.* Buratt. *decis.* 374. *num.* 2. *&* 3. quod etiam desumitur ex pluribus partitis, quas Blancus non iure proprio, sed è manibus Procuratoris ipsius Petri exegit, vt in eodem Summ. *num.* 4.

Ponderarunt insuper DD. euictionem promissam in dicto primo Instrumento, necnon præseruatiuam iurium Blanco competentium vigore dictarum partitarum, quæ tantùm abest quod fuerint nouatæ, & extinctæ, vt imò expressè fuerint in posteriori Instrumento recognitæ, & confirmatæ; Vndè tantò minus redargui potest dictum mandatum vigore earumdem partitarum relaxatum, & multò etiam minus subsecuta transactio, † quæ re, & facto dubio contenta est, licet etiam postea 6
aliter detegeretur, vt est textus *in l. Lucius titius* 78. §. *vlt. ff. ad trebell. & in l. sub prætextu, C. de transact.* Peregrin. *de fideic. art.* 25. *num.* 99. & respondit Rota *in Bononien. fideicomm. de Bonfilijs* 14. *Ianuarij* 1663. §. *nec detractiones coram bon. mem. Verospio.*

Prætensio verò annullandi dictam transactionem tanquam factam per vim, & metum visa fuit irreleuans, siquidem respectu Petri debitoris nullus iustus timor considerari potest vigore mandati, & executionis, † cui 7
ipse non soluendo causam dedit, *l. si mater* 21. *ff. quod metus causa*, Rota coram Merlin. *decis.* 506. *num.* 2. *& seq. cum aliis adductis in Sabinen. nullitatis obligationis* 6. *Februarii* 1661. §. *hinc resultat coram me*, & dum Blancus in transactione remisit notabilem partem sui primeui crediti, non adest aliqua læsio Alfonsi, qui non fuit obligatus ad indebitum, & proinde † non valet alle- 8
gare nullitatem aliquam contractus meticulosi, *l. sed & partus, § fin. ff. quod metus causa cum vulgatis.*

Respectu verò filij fideiussoris, cum ipse se obligauerit pro Patre de proximè † carcerando, exercuisse dici- 9
tur actum, ad quem de iure cogi poterat etiam sub pœna exhæredationis, §. *aliud quoque auth. vt cum de appell. cogn.* Afflict. *decis* 308. *nu.* 25. Rota coram Sa. me. Greg. *decis.* 120. *n.* 6. *& seq.* Ideòque filium allegare non posse metum, † nec vim ad talem obligationem rescinden- 10
dam, rectè probat Merl. Pignatell. *cap.* 39. *num.* 18. *in prima centur.*

Et omnis dubietas visa fuit cessare ex facto, quia de tempore transactionis Pater, qui assertum metum prætenditur intulisse, tunc degebat in Oppido Castri noui, & filius se contulit ad Ciuitatem Auenionensem, vbi tamquam Patris procurator transactionem conclusit obligandò etiam se, & bona propria; † vnde omnis 11
metus ex hac distantia dicitur euanuisse, præsertim quia adiuit Ciuitatem, vbi residet Vicelegatus, à quo poterat vim omnem, & metum vindicare, vt in specie respondit Vulpian. *in l. fin. ff. quod metus causa*, Merlin. *d. cap.* 39. *num.* 31. Rota penes Censal. *de subhast. decis.* 195. *num.* 14.

Et ità vtraque, &c.

Hæc decisio fuit confirmata 29. Aprilis istius præsentis anni, quæ infrà suo apposita tempore reperitur.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Lauretana Pensionis.

Veneris 11. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

In iudicio ordinario validitatis, vel inualiditatis pensionis, valor beneficij narratus debet plenè, & concludentèr probari etiam in eo casu, quo possessor reseruationi consenserit, & onus probationis assumpserit, quoties vt hic agitur contra successorem, qui à solo Summo Pontifice causam habet.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij in iudicio ordinario validitatis pensionis per ascensum narratus debet plenè, & concludenter probari.*

Clausula, vt asseris, *facti dubietatem demonstrat, & conditionem*, si ità est, *præsefert, num. 1.*

Pensionarius in iudicio ordinario validitatis pensionis debet valorem beneficij plenè, & concludenter probare, num. 1. vbi amplia, & num. seq.

2 *Consensus possessoris beneficij non præiudicat successori, qui non à consentiente, sed à Summo Pontifice causam habet.*

3 *Excessus ad effectum annullandi pensionem sufficit etiam in obulo.*

Subreptionis vitium etiam in obulo ratione indiuiduitatis gratiam reddit nullam, num 3.

4 *Indultum Conclauistarum super translatione pensionis non compræhendit distributiones.*

Conclauistarum indultum super translatione pensionum restringitur ad fructus, & prouentus beneficij, num 4.

5 *Pensio vigore indulti conclauistarum quando compræhendat distributiones, vel ad solos fructus beneficij restringatur, & supra num. 4.*

DECISIO XXVII.

PENSIO ducatorum 34. auri de Camera anno 1633. auctoritate Apostolica reseruata ad fauorem q. Iacobi Pucci super Archipresbyteratu Ecclesiæ Lauretanæ tunc per Thomassinum possesso fuit de anno 1658. vigore Indulti Conclauistarum translata ad fauorem Antonij Gregorij Pucci. Cum autem R.P.D. A. C. Areostus ad instantiam Crucij in dicto Archipresbyteratu successoris dictam reseruationem pensionis vna cum illius translatione nullam, & inualidam declarauerit; commissa mihi causa appellationis dubitaui, An pensio debeatur, & negatiuè fuit per Dominos resolutum.

Cùm enim versemur in Iudicio ordinario super nullitate pensionis, & valor Archipresbyteratus fuerit à Pensionario per ascensum narratus in ducatis 176. auri de
1 Camera *Summ. Crucij num. 1.* † vtique debet plenè, & concludentèr iustificari, attenta clausula, *vt asseris*, quæ facti dubietatem demonstrat, ac conditionem, *si ità est*, præsefert, & operatur, vt eo magis pensionarius graueтur onere iustificationis Rota *decis. 306. num. 2. & seq. part. 10. recent. cum alijs in Romana pensionum 9. Decembris 1666. coram me §. præsertim.*

Nec Pensionarius ab huiusmodi onere releuatur, ex quo Titularis Antecessor consensit reseruationi pensionis cum obligatione iustificandi etiam per suos successores
2 valorem narratum; † Quia cum Crucius in Archipresbyteratu successor non habeat causam à Titulari, qui consensit, sed à Summo Pontifice, à quo fuit prouisus d. consensus, non potest eidem præiudicare, vt in *d. decis. 306. num. 6. & in dicta Romana Pensionum §. nec ab hoc onere.*

Quinimò ponderabant Domini, quod valor narratus in ducatis 176. auri de Camera non potest à pensionario iustificari, cum Sa. me. Clemens Octauus ex bonis Ecclesiæ Lauretanæ dismembratis, ac Almæ domui eiusque mensæ applicatis, assignauerit Archipresbytero, Primicerio, & Tesaurario annua scut. 220. monetæ pro quolibet. Vndècum valor in ducatis 176. auri de Camera constituat summam scut. 181. & b. 60. monetæ excessus conuincitur in scut. 61. † & tamen ad effe- 3
ctum annullandi pensionem in totum sufficit etiam in obulo propter vitium subreptionis ac ratione indiuiduitatis gratiæ Add. ad Buratt. *decis. 369. num. 8. circa med. vers. vel sumus in casu vacationis per obitum* Rota apud Posth. *de manut. decis. 278. num. 2. & in Lucana pensionis 9. Iunij 1655. coram R. P. D. meo Albergato §. nulla si quidem in fine.*

Ex alio etiam capite visum est Dominis translationem pensionis non substineri, nam licet reseruata legatur etiam super distributionibus, † cum tamen in indul- 4
to trasferendi nulla de distributionibus fiat mentio, sed tantum de fructibus redditibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum; vtique sub d. indulto pensio non videtur compræhensa, vt resolutum fuit *in Romana pensionis 23. Maij 1644. & 24. Martij 1645. coram Reuerendiss. Tapien.*

Nec contrarium firmant decisiones in alia *Romana pensionis 15. Febr. 1664. & 20. Martii 1665. coram Reuerendiss. Gerunden. 1. Iulij 1665. coram R. P. D. meo Ottalora, & 29. Martij 1668. coram R. P. D. meo Taia*, † quia in casu 5
dd. decisionum beneficium super quo pensio fuit imposita nullos habebat fructus, sed tantum distributiones quotidianas & propterea non applicantur in casu proposito, vbi fructus Archipresbyteratus non consistunt in solis distributionibus, sed etiam in præbenda assignata in quarta parte scut. 220. vt *in Summ. num. 3.*

Et ità Crucio tantum informante resolutum fuit &c.

R. P. D. EMERIX.

Pampilonen. Beneficij.

Veneris 11. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Fundator Beneficij si in limine fundationis voluit illud tantum oriundis conferri; si indè erectio sequatur, cum huiusmodi conditione illa facta dicitur; & ità beneficium nec etiam à Summo Pontifice nisi de hoc facta speciali mentione potest validè exteris conferri.

SVMMARIVM.

1 *Testes iurati, & examinati post terminum in remissoria præfixum non probant.*

Testes nulliter examinati nullum faciunt probationis gradum num. 1.

2 *Beneficium si ex limine fundationis tantummodo oriundis conferri debet nec etiam à Pontifice benè confertur alienigenæ si id expressè dictum non sit.*

3 *Pontifex non censetur derogasse qualitatibus fundationis beneficij, nisi hoc ei expressè fuerit narratum.*

4 *Beneficia patrimonialia non nisi expressè à Pontifice conferuntur extraneis.*

5 *Beneficij erectio censetur facta iuxtà qualitates à fundatore petitas.*

6 *Sententia debet esse conformis libello, ab eoque declaratur.*

7 *Beneficia de iure conferri debent oriundis.*

8 *Beneficia quod conferri debeant oriundis tantummodo probatur ex antiqua obseruantia.*

9 *Sententia quod beneficia non conferantur alienigenis dicitur lata super statu.*

10 *Sententia lata super statu beneficij facit ius quoad omnes.*

DE-

DECISIO XXVIII.

DELATIS ad vrbem probationibus factis per Michaelem de Vroz vigore Literarum Remissorialium expeditarum ad formam decisionis editæ coram me sub die 4. Iulij 1664. prosequendo disputationem negotij principalis dedi dubium. An eidem sit adiudicandum beneficium quod hodie per Dominos fuit negatiuè resolutum, tàm ob defectum concludentis probationis, quod Ferdinandus illud obtinens non incederet in habitu, & tonsura, quæ non resultat ex testibus in vim prædictarum remissorialium examinatis, quia iurarunt, & examinati fuerunt post lapsum termini in eisdem præfixi, sicut ingenue fatetur procurator Michaelis in
1 suo memoriali responsionis, † & sic tanquam nulliter, & sine iurisdictione examinati non probant, vt per text. *in cap. de causis de offic. deleg. vbi* Abbas *in principio & num.* 9. Butr. *num.* 4. *&* 34. *vers. quandoque tempus, & aduertit* Rota *decis.* 3. *de testibus in nouis, & coram* Buratt. *decis.* 324. *num.* 1.

Quam etiam ob non factam per eumdem Michaelem alienigenam in literis expressionem, quod hoc beneficium iuxtà qualitatem, & conditionem fundationis est debitum oriundis seu filijs patrimonialibus loci de Ol-
2 letat, cui Pontifex, † nisi id expressè dictum sit, num-
3 quam censetur derogasse per ea, † quæ tradit Rota *decis.* 97. *num.* 4. *part.* 3. *decis.* 363. *num.* 2. *part.* 9. *& decis.* 159. *num.*
4 12. *part.* 10 *recent.* † & in terminis beneficiorum patrimonialium notat Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 9. §. 1. *num.* 26. Alph. Hoieda *de incompatibilitate benefic. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 90. *& seq.*

Nec refert, quod dicta qualitas, seu conditio non fuerit expressè apposita per Ordinarium in erectione huius beneficij, quia dum erectio legitur facta ad supplicationem Populi fundatoris, in qua ista qualitas seu conditio nominatim exprimitur *Summario* Martini *num.*
5 7. vtique † censetur facta cum eadem qualitate, quia
6 intelligitur iuxtà petita † ex regula quod sententia debet esse conformis libello, & ab illo declaretur, vt responsum fuit in *Cæsaraugustana Cathedralitatis* 7. *Maij* 1658. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quæ eo fortius vrgent in hoc casu tum quia huiusmo-
7 di qualitas est pariter conformis dispositioni iuris † *can. nullus distinct.* 61. *& cap.* 60. *de postulat. Prælatorum* Rocc. *de iurepatr. verbo honorificum num.* 45. *& seq.* Tum etiam quia sic fuisse concessum optimè probat vniformis ob-
8 seruantia † centum annorum, & vltra iuncta sententia
9 anni 1601. annullante collationem factam Clerico † alie-
10 nigenæ, quæ vti lata super statu beneficij, † facit ius quoad omnes Gonz. *d. Gloss.* 9. §. 1. *num.* 84. *& seq.* Achill. de Graff. *decis.* 5. *de sententia, & re iudicata, &* Rota *decis.* 1010. *lib.* 3. *par.* 3. *diu.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Asculana Seruitutis.

Veneris 11. *Februarij* 1667.

ARGVMENTVM.

Aperitio fenestrarum, quæ vnicuique licet in propria domo etiam cum damno, & præiudicio vicini, ea tamen denegatur, quoties vt hic quis vel seruitute prohibetur, vel ad æmulationem ædificat; Quando autem hæc omnia, vel eorum alterum concurrant ex ipsa Decisione resultat.

SVMMARIVM.

1 *Ædificare in suo vnicuique licet etiam cum damno, & præiudicio vicini.*
Vicinus potest ædificare in suo etiamsi vicino præiudicet num. 1.

2 *Ædificare non licèt etiam in suo quando est inducta seruitus, vel ad æmulationem ædificatur.*

Ad æmulationem ædificari prohibetur etiam in proprio solo num. 2.

3 *Æmulatio ædificandi de iure non præsumitur, & ex quibus illa desumatur.*

4 *Ædificium dicitur fieri ad emulationem, quando ædificans parum, vel nihil vtilitatis habere potest.*
Æmulatio ædificandi dicitur quoties ædificium vicino nocet, & quis aliundè eamdem habere potest vtilitatem num. 4.

5 *Fenestras antiquas vbi quis obturare permisit, quando nouas deinde aperire possit, & de materia aperitionis fenestrarum, vide per totam decis.*
Ædificium nouum ad æmulationem præsumitur, vbi quis in eodem loco antiquum deuastari permisit num. 5.

6 *Seruitus desumitur ex laudo vtrinque emologato, & executioni demandato, & num.* 7.
Laudum vtrinque emologatum, & executioni demandatum vim transactionis obtinet num. 6.

7 *Seruitus inducitur per pactum, ac etiam per sententiam.*

8 *Laudum est stricti iuris.*
Laudum loquens de opere iam facto, non trahitur ad opus in futurum faciendum num. 8. *& seq. vbi declara.*

9 *Laudum interpretatur secundum intentionem partium, ac etiam Arbitri.*
Intentio partium, & Arbitri optimè inseruit pro interpretatione laudi num. 9.
Laudum reddi non debet elusorium, & inutile num. 9.

10 *Seruitus eo facilius inducta dicitur, quando quis aliquid in recompensationem accepit.*

11 *Luminis seruitutem si quis imponere voluit, an etiam futurum prospectum impediuisse dicatur.*
Seruitutem prospectus non solum antiquam, sed etiam futuram quando quis acquisiuisse intelligatur num. 11.

DECISIO XXIX.

POSTQVAM fratres de Malaspinis obturarunt fenestras eorum domus habentes prospectum in atrio, viridario, & domo illorum de Cappellis in executionem Laudi vtrinque emologati, in quo vulgari sermone partibus iniunctum legitur, *e così fatto non si possa innouare cosa alcuna in tutti i Capitoli, benche minima che fosse*, cæperunt aperire fenestras in alia parte eiusdem muri, seù parietis, & protendere quoddam mœnianum cum aperitione alterius fenestræ per quas patet idem prospectus in atrio, viridario, & domo illorum de Cappellis, quem habebant fenestræ in executionem laudi obturatæ, quapropter habito pro horum parte recursu ad Ordinarium Asculanum prodijt sententia mandans omnia post laudum innouata in pristinum reduci, quæ cum fuerit, in gradu appellationis ab A. C. Bulgarino reuocata dubitaui in tertia instantia an noua opera de quibus agitur sint in pristinum restituenda, & affirmatiuè resolutum fuit quamuis enim fratribus de Malaspinis † assistat regula desum- 1
pta ex *l. cum eo ff. de ser. vrban. prædior. & l. altius, & l. in ædibus C. de seruit. & aqua.* Secundum quam vnicuique licitum est in suo ædificare, & fenestras aperire etiam cum damno, & præiudicio vicini, vt post alios firmauit, Rota *in Bononien. Fenestrarum* 13. *Aprilis* 1663. *coram me.*

Ista tamen regula duas patitur limitationes, vt scilicet non procedat, quando contra ædificare volentes inducta fuit seruitus, † vel quando hoc agitur ad emulatio- 2
nem, vt de prima est *text. in l. si quis C. de seruit. & aqua, & d. l. cum eo ff. de seruit. vrbanor. præd. & de* 2. *est text. in l. opus nouum ff. de oper. pub.*

Vtramque autem limitationem in presenti concurrere DD existimabant; emulatio enim licet regulariter non præsumatur; † tamen quia perpensis benè facti 3
circumstantijs, & considerata attentius planta iudiciali dignoscitur nihil, vel parum vtilitatis fratres de Malaspinis percipere ex aperitione nouarum fenestrarum † 4
dum ipsi æquè commodè aliundè lumen habere possunt, & amicabiliter passi sunt fenestras antiquas obturari, ac in illa quæ per directum non aspiciebat atrium DD. de Cappellis murum eleuari fere vsque ad illius summitatem; † vtique sequitur, quod opera noua fa- 5
cta censeantur in damnum, & præiudicium vicini, &

consequenter ad emulationem, vt pluribus probat Cephal. *cons.* 130. *num.* 11. *vers. quando enim lib.* 1. Berous *cons.* 135. *num.* 4 *lib.* 3. Gaill. *obser.* 69. *num.* 17. *lib.* 2. cum alijs adductis per Sperell. *decis.* 55. *num.* 31. *& seqq.*

Seruitus autem negatiua prospectus rectè desumitur ex laudo vtrinque emologato, & executioni demandato, † quod vim transactionis obtinet, vt firmat Rota *decis.* 350. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* † & ad instar pacti, seù sententiæ seruitutem inducit §. *vlt. instit. de seruit.* Eugen. *cons.* 32 *num.* 20. *cum sequenti lib.* 1. Gratian. *discept.* 755. *num.* 29. *& seq.*

6

7

Non obstat, quod laudum præcisè loquatur de fenestris tunc assistentibus, † & ideò vti strictè intelligendum trahi non debeat ad alias præsertim in eodem loco non factas ex allegatis per Franc. Seuerin. *allegat.* 2. *nu.* 36. *&* 37. *post* Nouar. *de grauaminibus vassallorum* quia dum ex toto laudi tenore constat non alias inter partes extitisse differentias nisi ratione prospectus, & non aliam arbitri, ac partium emologantium fuisse intentionem, quam liberare domum illorum de Cappellis à prospectu siue directo siue obliquo, vtique non est strictè insistendum cortici verborum; sed potius sequenda venit intentio partium, & Arbitri; ne alioquin per aperitionem nouarum fenestrarum laudum reddatur inutile, & elusorium, vt considerat Corn. *cons.* 90. *num.* 32. *vers. & hanc interpretationem lib.* 2 Gratian. *d. discept. num.* 29. Eugen. *cons.* 32. *num.* 30. *vers.* 2. *prædicta seruitus, &* Rota *decis.* 350 *num.* 6. *& seq. part.* 9. *recent.*

8

9

Idque tanto faciliùs in hoc casu videtur admittendum, quia fratres de Malaspinis in recompensationem ablati prospectus receperunt partem atrij, & ambulacri illorum de Cappellis, † & Arbiter mandauit nihil innouari, quoad omnia contenta in capitulis, quod sanè ad aliud referri non potest nisi ad futurum prospectum, † quem mediante laudo, & ipse, & partes voluerunt impedire, sicut, ex *text. in l. qui ædificium, & in l. si seruitus ff. de seruit. vrb. præd. arguit* Eugien *dicto cons.* 32. *num.* 45. *lib.* 1.

10

11

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granaten.

Meleuitana Beneficij.

Veneris 11. *Februarij* 1667.

ARGVMENTVM.

Protonotariorum beneficia cum Sedi Apostolicæ sint reseruata, quoties illorum vacatio succedit, & à Pontifice conferantur, ad ipsum prouisum Apostolicum spectare dicuntur, cui prò inde competit immissio vigore literarum Apostolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Protonotariatus remanet iustificatus ex breui Summi Pontificis.*
2 *Mors probatur ex testibus de alicuius obitu deponentibus.*
3 *Beneficia Protonotariorum omnia reseruantur Sedi Apostolicæ.*
4 *Beneficia de iure patronatus compræbenduntur sub regula* 9. *Cancellariæ reseruatoria mensium.*
5 *Immissio vigore literarum Apostolicarum conceditur data verificatione narratorum.*
Literæ Apostolicæ quoties sunt iustificatæ habent executionem paratam ad instar testamenti num. 5.
6 *Vacationem beneficij successisse in mense reseruato probare non sufficit, quando Episcopus gaudet alternatiua, & num. seq.*
7 *Episcopus Meleuitanus gaudet alternatiua.*
8 *Mensis Octobris non dicitur Apostolicus nec reseruatus, vbi Episcopus gaudet alternatiua.*
9 *Reseruatio ratione mensium dicitur subsidiaria, & locum non habet nisi in defectum alterius reseruationis.*
10 *Reseruationem vnam sufficit verificari de duabus reseruationibus narratis.*
11 *Beneficij collatio ad eum spectat, qui attento illius vltimo statu, est in quasi possessione præsentandi.*
12 *Alternatiua Episcopi non compræbenduit nisi, ea beneficia, quæ sunt liberæ collationis.*
13 *Alternatiuæ ad exclusionem sufficit, quod Episcopus non sit in quasi possessione liberè conferendi.*
14 *Alternatiua, quæ antiquitus competebat Episcopis erat magis ampla, & minus restricta, quam est hodiè alternatiua moderna.*

DECISIO XXX.

CVM fundamento, quod breue de capienda possessione nomine Cameræ esset plenariè iustificatum Rota *sub die* 19. *Nouembris* 1666. censuit dandam esse immissionem Ioanni Montemagno prouiso Apostolico in qua resolutione hodiè DD. præstiterunt non obstan. in contrarium deductis.

Duo enim in *Clausula constito* contenta ad inferendam reseruationem erant per Ioannem verificanda, alterum quod Tolosentius per cuius obitum vacauit beneficium esset Protonotarius Apostolicus, alterum, quod obierit in mense Octobris, & vtrumque fuit concludenter iustificatum, † nam Protonotariatus satis remanet comprobatus 1
ex Breui Pontificio à dicto Tolosentio impetrato, vt dixit Rota *decis* 248. *num.* 4 *part.* 1. *tom.* 1. *recent. & in addit. ad* Buratt. *decis.* 706. *num.* 10. obitus † verò in dicto mense ex 2
quatuor testibus de illo deponen. vt obseruat *decis. quæ reuidetur in §. iustificatio*, ex quibus duplex oritur reseruatio, altera fundata in *reg.* 1. *Cancellariæ* inouatæ *Extrauag. ad regim. de præbend.* † per quam Sedi Apostolicæ reseruan- 3
tur omnia beneficia Protonotariorum, vt firmauit Rota coram Seraph. *decis.* 1231. *num.* 18. *& in Meleuitana beneficij* 31. *Ianuarij* 1653. §. *reseruatio coram R. P. D meo Albergato*, altera resultans ex *reg.* 9. reseruante omnia beneficia vacantia in mense Octobris, † in qua compræhenduntur 4
etiam beneficia de iurepatronatus Ecclesiastico Gonz. *ad reg* 8. *glos.* 8. *num.* 5 Garz. *de benef. part.* 5 *cap* 5. *num.* 2. Seraph *decis.* 1420. *num.* 2. Greg *decis.* 48. *nu* 4. Buratt. *decis.* 103. *num.* 4. Data autem narratorum iustificatione non poterat denegari immissio petita vigore literarum Apostolicarum † cum illa habeant executionem ad instar testamenti ex 5
remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll Gig. *de Pension. qu.* 81. *num.* 2. Mohed. *decis.* 13 *vt lit. pend.* & pluribus alijs firmat decisio quæ reuidetur §. *Literæ.*

Non obstat, quod non sufficiat iustificatio obitus in mense Octobris, nisi etiam probetur quod talis mensis sit Sedi Apostolicæ reseruatus, † eo quia ponitur in conditione 6
non propter ipsum mensem, sed propter solam reseruationem ex eo resultantem, vt firmant Gonz. *ad reg.* 3. *post Glos.* 8. *in annot. contr. nullit. & attent. num.* 263. Merchef. *de comm. appell. ab exequut. breu. c.* 1. *n.* 22. *&* 23. *p.* 1 *fol.* 318. Rota cor. Millin. *dec.* 377. *n.* 1. *& in Salamantina Canonicatus relata per* Garz *de benef. p.* 5. *c.* 1 *num.* 461. *& in Pampilonen. Parochialis de Azagra impressa apud eumdem p.* 6. *c.* 5. *nu.* 11. Cumque Episcopus Meleuitan. gaudeat alternatiua, † vt 7
admisit Rota *in Meleuitana Canonicatus* 5 *Decembr.* 1659. *cor. R. D. meo Decano*, dictus mensis Octobris nullo modo dici poterat Apostolicus, nec reseruatus, † sed erat ipsius 8
Episcopi, vt expressè legitur in regula octaua hodiè nona Cancellariæ, & tradit Gonz. *ad d. reg* 8. *glos.* 9 *n.* 263.

Quia præter quod Pontifex primariò motus non fuit ad concessionem breuis ex sola reseruatione ratione mensis, in quibus terminis loquuntur Gonz *& alij supracitati*, sed solùm quatenùs non intraret sola reseruatio expressa ratione Protonotariatus, quia illa ratione mensis dicitur subsidiaria, † & locum non habet, nisi in defectum alte- 9
rius reseruationis, vt dixit Rota coram Penia *decis.* 1321. *n.* 9 *& seqq & cor.* Greg. *decis.* 240. *n.* 6. Adhuc totaliter ruit obiectum, ne dum quia ex duplici reseruatione narrata † 10
sufficit vnam verificari Buratt. *dec.* 11. *n.* 3. *& in Tarraconen. Præcentoriæ* 13 *Iunij* 1657. §. *non subsistit cor. R. P. D. meo Beuilaqua*, sed etiam, quia satis constat in hoc casu de reseruatione mensis huiusmodi enim beneficium; † attento vl- 11
timo statu pertinet ad Moniales S. Scolasticæ quæ sunt in quasi possessione præsentandi, vt plenè firmant binæ decisiones coram me emanatæ 19. *Februarij &* 23. *Iunij* 1666.

Ideo-

Ideoque nullo modo compræhenditur sub alternatiua
12 Episcopi † quæ non capit nisi beneficia , quæ sunt liberæ collationis , vt clarè disponitur in dicta regula octaua hodiè nona Cancellariæ , ibique latè explicat Gonz. *glos.* 45. *num.* 1. *&* *glos.* 48. *num.* 3. & tenuit . Rota *decis.* 247. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* *&* *in Meleuitana Canonicatus* 1. *Decembr.* 1662. §. *non obstat coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & ad effectum exclusionis al-
13 ternatiuæ † sufficit, quod Episcopus non sit in quasi possessione liberè conferendi, licèt bonum ius foueat super proprietate, vt pluribus probat Gonz. vbi supra *d. glos.* 45. §. 2. *num.* 1. *&* *seqq.*

Neque vim facit *decis.* 462. *lib.* 2. *coram Puteo*, quia illa loquitur de alternatiua antiqua quæ erat magis am-
14 pla , † & compræhendebat etiam beneficia ad præsentationem alterius, nec erat restricta prout est moderna ad beneficia dumtaxat liberè collationis, vt respondendo *dictæ decisioni Putei* in specie obseruat Gonz. *in glos.* 42. *num.* 5.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Cracouien. Præposituræ.

Veneris 11. *Februarij* 1667.

A R G V M E N T V M.

Priuatio beneficij facta propter delictum dilapidationis bonorum Ecclesiæ , quæ non fuit concludenter probata , ac propter defectum ebrietatis , & crapulæ , pro qua illa non substinetur , non aufert ab eodem beneficiato possessionem illius, qui proindè in ea manuteneri debet , maximè stante nullitate sententiæ d. priuationis.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex delegatus post sui allegationem suspecti nulliter procedit.*
2 *Iudex delegatus suspectus allegatus alium subdelegare non potest.*
3 *Subdelegatio facta à iudice delegato postea quam ab ipso fuerat sententiatum remanet nulla.*
Iurisdictio iudicis delegati expirat post sententiam num. 3.
4 *Delictum quoties agitur ad priuationem beneficij etiam ciuiliter plene, & concludenter probari debet.*
5 *Dilapidatio bonorum Ecclesiæ probari debet concludenter vbi ex illa beneficiatus suo beneficio priuari prætenditur, & supr. num.* 4.
6 *Sententia in iudicatum transacta pro veritate habetur.*
7 *Priuatio beneficij non incurritur propter defectus ebrietatis , & crapulæ , sed tantum illius suspensio.*
8 *Idoneitas respectu vnius beneficij suffragatur etiam quoad aliud.*
9 *Priuatio beneficij requirit legitimam causam.*
10 *Priuatio beneficij non habet locum nisi in casibus, & delictis in iure expressis.*
11 *Beneficiatus in sua possessione beneficij manuteneri debet non obstante sententia priuationis nulla, & iniusta, & supr. num.* 1. *& per totam.*
Possessio beneficij probatur ex sententia priuationis, in qua illa enunciatur num. 11.
12 *Priuatio præsupponit habitum.*

D E C I S I O XXXI.

DE varijs rebus inculpatus, & inquisitus fuit in Curia Episcopali Cracouien. ad instantiam illius instigatoris fiscalis Casymirus Belza Præpositus Ecclesiæ Parochialis Oppidi Mislericen. potissimum autem de duobus nempè de scandalis occasione ebrietatis, & de alienatione, & dilapidatione auri, & argenti, ac supellectilis Ecclesiæ, vnde per sententiam Commissariorum ab Episcopo Cracouien. deputatorum ob dd. scandala , & alios excessus condemnatus fuit ad viuendum per duos menses in claustro Fratrum S. Francisci, & ad solutionem certæ summæ pro fabrica adiecta monitione abstinendi in posterum à crapula, & ebrietate alijsque actibus scandalosis sub priuatione beneficiorum, quò verò ad d. alienationem, & dilapidationem, quia ex inuentarij verificatione nihil deficere adinuentum fuit excepta vna framea deperdita in fuga ab hostilitate Suecorum ab impetitis absolutus fuit remissis per dd. Commissarios quibusdam alijs punctis eorumque decisione ad D. Episcopum A. qua sententia Belza ob partes sibi præiudiciales ad quos de iure appellauit.

At quia postmodum citatus in d. Curia Episcopali ad personaliter comparendum non obstante appellatione ob comminationem carcerum ab eo interposita ad Archiepiscopum Gnesnen. ac inhibitione illius vigore emanata carceratus fuit in d. Curia, & deinde etiam coactus appellationi eiusque prosequutioni renunciare. Ideò d. Archiepiscopus in secunda instantia omnia attentata declarauit per suam sententiam quæ in tertia ab Auditore Nuncij Apostolici confirmata fuit.

In quarta verò Henricus Heiman per Breue Apostolicum delegatus omnia præcedenter gesta in secunda , & tertia instantia coram præfatis Archiepiscopo , & Auditore eorumque sententias reuocauit , & annullauit, & subinde eodem contextu ob suum futurum discessum tribus viris in degnitate Ecclesiastica constitutis à dicto instigatore de eius mandato nominatis causam subdelegauit in illis punctis , & clausulis in quibus stetit , & pendet indecisa coram iudice Ordinario Cracouien. quorum alter nempè Marchieulez procedens vigore d. subdelegationis contra d. Balzam in negotio principali super eius vita , & moribus prætensisque scandalis , & excessibus , ac præfata alienatione , & dilapidatione bonorum sententiam desuper tulit contra eum tanquam culpabilem, in qua insuper declarauit , quod licèt exigentibus causæ meritis , ac ipsius Belzæ publicis scandalis , & excessibus procedendum esset ad priuationem omnium trium beneficiorum , quæ ipse possidebat , tamen ex certis causis animum suum mouentibus eumdem conseruandum esse in possessione duorum ex illis , nempè Ecclesiæ Parochialis Viszanen. & cuiusdam simplicis, præposituræ verò Ecclesiæ Mislericen. priuandum , quia nulla spes adesset quod durante sua possessione redire posset ad pristinum statum Ecclesiæ, tam celebris, vt erat antequam à Suecis de anno 1655. combusta, & ruinata fuisset d. proinde præposituram vacare decernens ac patronis facultatem concedens aliam personam habilem, & idoneam ad eam præsentandi.

Ab hac priuationis sententia commissa causa appellationis in Rota ad instantiam Belzæ dedi dubium. An constet de eius bono iure etiam ad effectum manutentionis , & Domini per contradictas affirmatiuè responderunt quia nulla, & iniusta visa fuit d. priuationis sententia contra eum lata.

Nulla primo ob allegationem, & recusationem suspecti ab ipso facta d. Henrici Delegati Apostolici † cum 1
appellatione etiam ab vlteriori processu , post quam recusationem non potuit dictus Delegatus ad vlteriora in causa procedere absque vitio nullitatis iuxta doctrinam Bart. *in l. quia poterat* 4. *num.* 3. *ff. ad Trebell.* Lancell. *de attent. cap.* 6. *num.* 4. Rota coram Eminentiss. Otthobon. *decis.* 52. *num.* 1. minusque aliam subdelegare, † 2
vt in terminis iudicis delegati suspecti allegati est *text. in cap. Iudex* 5. *de offic. deleg. in* 6. & tradit Marant. *in sua praxi de ordin. iudicior. part* 4. *dist.* 5. *num.* 43.

Secundo, quia dicta subdelegatio facta fuit post latam, vt supra à dicto delegato sententiam per † quam 3
eius iurisdictio expirasse videtur *iuxt. text. in l. Iudex posteaquam* 55. *ff. de re iudic.* *&* *in cap. in literis* 9. *de offic. deleg.* Rota coram Caual. *decis.* 347. *num.* 2.

Iniusta quia de prætensa liquidatione , & distractione bonorum non constat, & tamen plene, & concludenter probanda fuisset, † vt in proposito delicti vbicumque agi- 4
tur de priuatione Beneficij, etiamsi ciuiliter agatur pluries dixit Rota vt coram Seraphin. *decis.* 1029. *num.* 1. *coram* Pen. *decis.* 581. *n.* 2. *&* *decis.* 658 *nu.* 5. *secundùm impressionem Lugdunen.* *&* *dec.* 216. *n.* 1. *post* 2. *vol. cons.* Farinac. † & 5
in puncto dilapidationis Rot. cor. eod. Pen. *dec.* 600. *n.* 5. *&* 6. *vers.*

6. *vers. & præsertim*. Quin potius contrarium desumitur ex sententia absolutoria Commissariorum primæ instantiæ fauore Belzæ desuper lata quæ cum in hac
6 parte prætendatur in iudicatum transacta † ex quo non appareat ab ea instigatorem appellasse pro veritate est habenda iuxta regulam traditam *in l. ingenuum 25. ff. de stat. homin. & in l. res iudicata 208. ff. de reg. iur.*

Quo verò ad obiectam ebrietatem, & scandala illius ratione neque ex hoc capite fuit priuatus in dicta prima sententia Commissariorum sed iniuncta sibi pœnitentia viuendi per duos menses in Claustro S. Francisci, quæ in vltima sententia de qua agitur fuit pariter repetita. Neque ex causa ebrietatis, & crapulæ
7 locus est priuationi, sed solum suspensioni ab officio, vel beneficio, vbi quis præcedente prius monitione à crapula, & vino postea non desistat, vt est *text in cap. à crapula 14.* & ibi Abb. *num. 1. & 3. de vit. & honest. Cleric.*

Ponderando etiam, quod eadem sententia concedit Belzæ retentionem Parochialis Viszanen. proinde sicut habilis, & idoneus vita, & moribus quoad il-
8 lam reputatus fuit, † ita censeri debebat, quoad præposituram Parochialis Mislericen. de qua agitur.
9 Vnde cum in priuatione Beneficij † legitima causa requiratur ad *text. in cap. 1. de iudic.* nec locum ha-
10 beat nisi † in casibus aut ex delictis à iure expressis, vt ex *gloss. communiter approbata in cap. fin. in verb. ex vi iurispatronatus circa fin. de iure patr. tradunt* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 15. num. 136. & seq.* Garz. *de benef. part. 11. cap. 10. num. 2.* Rota *decis. 313. num. 12. in fin. post 2. vol. cons.* Farin. & *decis. 717. numero 11. part. 4. tom. 3. recent.* Censuerunt Domini constare de bono iu-
11 re Belzæ etiam ad effectum manutentionis. † Nam eius possessio satis resultat, ex ipsamet sententia priuationis, tum quia pluries dicta possessio ibi enunciatur Posth. *de manut. obseruat. 29. numero 1.* Tum quia ea-
12 dem priuatio præsupponit † præcedentem habitum *l. decem. 116. ff. de verb. oblig.* & in hoc proposito manutentionis Rota apud eumdem Posth. *decis. 115. num. 5. decis. 467. num. 3. & decis. 468. num. 1. coram* Buratt. *decis. 491. num. 2.* & ibi Adden. *litera B. & coram* Merlin. *decis. 755. num. 1.*

Et ità per contradictas resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 11. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Notabilia plura præsens comprehendit decisio in ea materia quando alienationes ab hærede grauato factæ imputentur in suas detractiones, vel ne; ac etiam, quod facta venditione cum conditione æstimationis, si tamen deuentum sit ad traditionem, ac etiam persolutum pretium, quia debita venditoris accollata fuerunt eaque deinde satisfacta, eadem venditio remanserit perfecta, etiam non secuta æstimatione, cuius defectus alioquin venditionis complementum impediret, & alia etiam quæ ex sequenti Summario videri poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Error etiam non expressus in sententia, sed apparens in actis, si sententia sit per relationem ad acta, dicitur inesse eidem sententiæ, & num. sequent. vbi amplia.*

2 *Sententia etiam simpliciter lata sine relatione ad acta continet eumdem errorem, quem continent acta.*

Sententia de necessitate refertur ad acta num. 2.

3 *Decretum in parte iniustum reuocatur in totum.*

4 *Executio facta super re aliena, vel ab alio possessa est nulla & excessiua.*

5 *De facto, vbi fuit processum, de facto etiam, & contrario imperio reuocari debet.*

6 *Alienatio ab hærede grauato facta imputatur in suas detractiones, & quando vide num. seqq.*

7 *Alienatio facta ab hærede grauato pendente conditione fideicommissi, si ea purificata licita non fuisset non sustinetur, nec minus imputari potest in detractiones.*

8 Rota decis. 49. post Cinc. de censib. repetita post Merlin. *declaratur, & supr. numer. 6. ac num. 12.*

Alienationes primo loco ab hærede grauato factæ imputantur in detractiones, posteriores verò reuocantur num. 8.

9 *Possessio ac etiam dominium per traditionem in venditorem transfertur etiam pendente conditione æstimationis, & num. 22.*

10 *Conditio nulla impedit principium essentiæ contractus si ad traditionem deuentum sit.*

11 *Alienatio subsequens semper refertur ad titulum præcedentem siue validus ille sit siue etiam inualidus.*

12 *Alienatio rei communis semper præseruat incolumem actionem socij.*

13 *Alienatio bonorum fideicommissi sicuti facta ab hærede ignorante sustinetur, ita etiam alienatio facta per condominum.*

14 *Venditoris hæres si velit contractum tamquam nullum rescindere, tenetur restituere quidquid ab eius auctore consecutum est amplia, vt ibidem.*

Pecunia erogata in æstinctionem debitorum venditoris restituenda est, si petitur rescissio contractus num. 14.

15 *Ecclesia contractum impugnans, illumque rescindere procurans, pretium ex eodem contractu receptum restituere tenetur.*

16 *Compensatio fit ipso iure, & absque partium declaratione, maximè ad euitandum cursum vsurarum.*

17 *Compensatio nisi ex ministerio legis sequeretur maximum damnum partibus resultaret.*

18 *Venditor si pecuniam recepit, & illam inuestiuit cum cautione restituendi &c. non dicitur promisisse restituere inuestimentum, sed pecuniam infructiferam.*

19 *Inuestimentum factum de pecunia à venditore recepta habetur loco pignoris.*

Pignus, & fideiussor æquiparantur in iure numero 19.

Actio quæ competit pro credito, eadem datur contra fideiussorem, ac etiam aduersus pignus numero 19.

20 *Venditio resoluitur si periti electi ad æstimandum, vel noluerunt definire pretium, vel non potuerunt.*

Pretium de substantia venditionis est, itaut sinè illo venditio subsistere non possit num. 20.

21 *Venditio sustineatur vel ne si assignatis loco pretij debitis venditoris, bona quanti pluris, vel minoris æstimarentur.*

22 *Venditio facta sub conditione æstimationis adhuc sustinetur, si fuit deuentum ad traditionem, & solutionem debitorum venditoris, & supr. numero 9.*

23 *Locupletari nemo debet cum iactura aliena.*

24 *Emptor an venditione pendente faciat fructus suos, si res fuit tradita, & pretium solutum.*

25 *Procurator emens nomine alieno, si pretium persoluit de proprio, an faciat fructus suos.*

26 *Manutentio datur etiam aduersus factum iudicis nulliter, & iniustè procedentis & num. seqq.*

27 *Nulliter dicitur processum executiuè, si erat procedendum ordinariè.*

28 *Via executiua ex lapsu temporis præscribitur, & ordinariè procedendum est.*

Via executiua nulliter intentatur, si processus ordinarius agitari debuisset num. 27. & 28.

29 *Attentata non considerantur in causa diuersa.*

30 *Iu-*

30 *Iudex quando possit suam reuocare, vel reformare sententiam.*

31 *Commissio antè citationem non efficitur communis. Commissioni sicuti ante citationem renunciari potest ab impetrante, ità nec altera pars eo inuito vti valet num. 31.*

DECISIO XXXII.

DIE 11. Nouembris 1583. Ioannes Cæsar de Comitibus Dominus, nonæ partis indiuisæ certorum Castrorum; quam possidebat ex transactione, & concordia celebrata 23. Aprilis 1532. illam vendidit Fæderico de Comitibus pretio æstimando, ac declarando à Peritis reseruatis tamen fructibus vsque ad diem contractus, & non vltra, & in partem pretij Fædericus suscepit obligationem soluendi, & extinguendi debita descripta venditoris habita à creditoribus iurium cessione. Et conuenerunt venditionem etiam si fieret per æstimationem non ideò esse conditionalem. Sed puram adeoque. Emptorem posse abindè accipere possessionem eamque continuare vsque ad æstimationem, & declarationem prout lex vult in tali casu, & sequuta æstimatione si pretium foret vltra debita Emptor teneretur reliquum supplere si citra venditor refundere deberet in pecunia vel in immobilibus arbitrio Emptoris.

Comes Marcus Antonius hæres hæredum Ioannis Cæsaris nouissimè prætendens venditionem non subsistentem, ex eo quòd nominati æstimatores, vel noluerint, vel non potuerint pretium definire quasi nullum esset pretium stabilitum instituit iudicium executiuum *coram A.C.* contra hæredes hæredum Fæderici, & petijt nonam partem, & loco ipsius ratam pretij redactam ex venditione bonorum, & obtinuit mandatum executiuum pro valore octauæ partis scutorum 29921. 85. deinde adijt Thesaurarium iudicem deputatum à Congregatione Baronum nec vltra citatis hæredibus Fæderici. Sed sola D. Principissa Olimpia Aldobrandina statim obtinuit executionem mandati A. C. super 262. locis montium prouenien. ex parte pretij aliquorum ex Castris supradictis cum obligatione restituendi prioribus, & potioribus. Sed cum Comes Marcus Antonius iam obtinuisset translationem dd. locorum Thesaurarius inhibuit exactionem fructuum vsque ad diem proximæ Congregationis, qua fuit deputatus alius Iudex; stante inhibitione prætendit Comes Marcus Antonius attentatam inhibitionem, & adita Signatura Gratiæ fuit *Rotæ* commissa appellatio cum facultate reuocandi attentata, & manutenendi quem de iure, vndè proposita causa 9. Aprilis anni præteriti placuit DD. statuere dubium de cuius bono iure constet etiam ad effectum attentatorum, & manutentionis eoque hodie proposito responderunt constare de bono iure D. Principissæ etiam ad effectum manutentionis, tum ex nullitate, tum ex in iustitia actorum *coram A.C.* Thesaurario.

Patuit nullitas Dominis, quia Marcus Antonius egit pro nona parte, vt in petitione 22. Octobr. 1664. & *A.C.* iterum decreuit prò tunc vt daretur valor octauæ partis atque ita plus habuit, quam petijt quantum est à nona parte minore ad octauam maiorem, itaut decretum nullitate laboret non solum, quoad petitionem. Sed etiam, quoad prætentionem, & error etiamsi non sit expressus in sententia, sed appareat in
1 actis, † si sententia lata sit per relationem ad illa acta, error videtur esse in sententia ex *l. 3. C. de sent. quæ sine certa quantitate*, cum ibi notat Bart. *ad l. 1. C. de error.* Calcul. *num. 2. vers. quandoque non est expressus* Alexander. *cons. 123. num. 7. à vers. tamen quoad propositum lib. 1.* Vant. *de nullit. ex defect. process. à nu. 129.* & insuper quando est lata sententia simpliciter, &
2 sunt acta, † ad quæ sententia de necessitate refertur si in ijs est error expressus, sententia simpliciter lata videtur eumdem errorem continere &c. apud Bart.

Quibus hæret alia nullitas ratione ipsius excessus à nona parte ad octauam, qui putatus est recessus seù diminutio, & minor summa loco maioris dum *A.C.* petenti nonam partem pro tunc decreuit octauam, & consequenter etiam quod pro parte tantum fuisset, † iniustum decretum in totum debet reuocari secundum 3
eam opinionem, quam passim Rota sequitur inquit *decis. 315. num. 15. part. 2. diuers.*

Item accedit alia ratione excessus in executione; executio enim facta fuit pro tota summa super solo pretio imo locis montium emptis ex pretio Castri diruti Turriculæ, quin etiam super eius exigua portione possessa à D. Principissa, cuius nonæ partis tantum Dominus erat Auctor Comitis Marci Antonij, & consequenter, quoad alias octo partes fuit realis excessus, & nullus, vt potè super re non solùm ab alio possessa.
† Sed etiam aliena *§. si rerum, seu §. si super rebus l. à diuo Pio 15. ff. de re iudic. & ibi Gloss. fiat, & ibi præcipuè* 4
Angelus *num. 1.* vbi, quod sicut de facto fuit processum,
† ita de facto etiam contrario imperio reuocari debet 5
&c. apud Rota coram Buratt. *decis. 731. à num. 1. & decis. 96. num. 1. part. 10. cum pluribus apud* Posth. *de subhast. inspet. 18. à num. 89.* vbi idem dicendum respectu, & ratæ, & partis, seù iuris alterius *numero 93.*

Nec fuit admissa replicatio, quod Auctores D. Principissæ cum vendiderint alia Castra in quibus proponenebant informantes pro Comite illos elegisse suas partes, † quemadmodum alienatio ab hærede grauato facta semper imputatur, vt dicebat Rota post Cinc. de Cens. *decis. 49. repet. post* Merlin. *de legitima decis. 14. ab initio.* 6

Nam præter responsiones datas ab informantibus pro D. Principissa; quod Rota ibi loquitur ad effectum euitandi caducitatem, & in terminis alienationis factæ ab hærede grauato adhuc conditione pendente, & sic de tempore quo non habebat consortem in dominio, & quod purificata conditione fideicommissi licita non fuisset alienatio in præiudicium, fideicommissarij nec
† ad effectum computandi alienata in detractionibus, 7
vt declarat Bald. *in l. filium, quem 24. num. 28. post princip. vers. non licet & num. 29. C. famil. hercisc.* Ripa *in l. in quartam num. 97. ff. ad l. falcid.* & de habente consortem in Dominio *l. vnica C. si res communis pignori data sit.*

Adhuc ex dicta *decis. 49.* solum infertur, quod primæ alienationes ab hærede grauato factæ valent, &
imputantur in detractiones, † reuocantur verò posteriores ex cap. Rainald. apud Peregr. *de fideicommissis art. 39. num. 4.* Mangil. *de imput. quæst. 136. numer. 50.* Fusar. *de subst. quæst. 543. num. 22. & 23. cum alijs ad §. res quæ l. 3. ff. ad Senatus Consul. Trebell.* Et nihilominus secundum hæc si prima alienatio Castrorum pro scutis 100. mill imputanda esset ad sensum Comitis in octo partes proprias alienantium (qui tamen longè excedunt d. summam) secunda verò alienatio pro scut. 144. mill. pro non facta haberi debet ad detrahendam nonam partem Ioannis Cæsaris vtique calculanda est intra quantitatem scut. 144. mill. quæ aut diuidantur in nouem partes aut D. Principissa pro sua rata proportionali idest pro nona parte scut. 26 mill. receptorum concurrat ad restitutionem d. nonæ partis semper mandatum est excessiuum in ingenti summa. 8

Sed obseruatum est etiam Ioannem Cæsarem alienasse totam suam nonam partem talem, qualem cum alijs pro indiuiso possessam, & quidquid acciderit non secuta æstimatione ai tamen ex traditione simpliciter facta pendente conditione æstimationis † transisse possessionem, & Dominium Ruin. *cons. 136. num. 2. lib. 1.* 9
cum nulla conditio impediat principium essentiæ contractus, † si ventum est ad traditionem, Bald. *cons.* 10
478. num. 2. vers. & insuper lib. 1. Tiraquell. *retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 30. vers. ex quo dicit* Mantic. *de tacit. & ambig. tit. 26. num. 22. & 23. lib. 4.* Atque ità perindè videatur alienata hæc nona pars sicut aliæ octo, dum enim præcedit titulus habilis ad transferendum dominium † subsequens alienatio ad eumdem titulum 11
siuè validum, siuè nullum, est referenda, Cephal. *cons. 4. num. 39. in fin.* Soccin. Sen. *cons. 13. num. 16. lib. 4.* Curt. Iun. *cons. 168. num. 34.* Ruin. *cons. 139. num. 11. lib. 1.* Rota coram Puteo *decis. 75. lib. 3. & part. 2. diuers. decis. 204. num. 1. & coram* Ludouis. *decis. 92. num. 4.*

Denique cum alienatio facta fuerit à Congregatione Baronum, ex persona Ducis Camilli debitoris possidentis, vt Domini, aut certè pro Domino hanc nonam

partem

partem ſine aliqua ratione , aut cognitione rei alienæ ,
vel alieni iuris ex tali defectu ſcientiæ rei communis, imò
ex communi opinione , quod alienatio fieret rei pro-
priæ Ducis Camilli non applicatur allegata *deciſio* 49.
de imputanda re alienata in parte Domini pro indiuiſo
12 alienantis ; † ſed de communium rerum alienatione
ſua in re actio incolumis perſeuerat , *l. 1. C. de commun.*
rer. alien. cum ibi not. Portol. *de conſort. com. rei cap. 9. num.*
12. & 13. cum aliis allegat.

Niſi proſequendo ſimilitudinem fideicommiſſarij ad
hæredem alienantem , vt Condomini ad Condomi-
num ſicut iuſta ignorantia hæredis alienationem confir-
13 mat † ita & Condomini, §. *vlt. l. vlt. ff. de legat 2. &*
ibi notat. Bart. Portol. *cap. 44. ab initio* Fuſar. *de ſubſtitut.*
quæſt. 556. ab init.

Iniuſtitia etiam mandati *A. C.* manifeſta viſa eſt
Dominis , quia poſita reſolutione , ſeù imperfectione,
aut nullitate emptionis , & venditionis non poterat il-
lud relaxare pro Comite Marco Antonio, niſi reſtituto,
eo toto , quod eius Auctores , ex eodem contractu fue-
14 runt aſſecuti , † & hic pecunia erogata ab Emptore in
extinctionem debitorum , *l. 3. C. de patt. inter Empt. &*
vendit. cum ibi notat. & cum aliis . Rota coram Merlin.
deciſ. 219. ab initio , vbi etiam de Eccleſia , nec refert
15 ad effectum vt Eccleſia cogatur reſtituere acceptum , an
contractus fuerit quidem validus . Sed reſcindendus ,
vel ſit nullus , *dicta deciſ. 219. num. 2. à verſ. nec re-*
fert.

Eoque magis, quia debita erant ſub grauibus vſuris,
& cum fuerint ſoluta ab emptore cum ceſſione transla-
tiua , vtrumque creditum ſortis , & vſurarum com-
16 penſatum viſum eſt abſque † vlla partium declaratione,
ſecundùm veriorem opinionem à Rota receptam , iuxtà
deciſ. 409. præſertim à num. 20. part. 9. confirmata deciſ. 79.
part. 10. vbi opinio contraria non recipitur quando agi-
tur de inhibendo curſum vſurarum , nec multum eſt
curandum de diſtinctione , & doctrina Surd. *deciſ.* 117.
communiter reprobata, vt aduertit Hodier. *d. deciſ.* 409.
17 *num. 21.* & generaliùs propter detrimentum , † quod
emptori contingeret , ſi ex iuris miniſterio ſecuta non
fuiſſet compenſatio , Rota *deciſ. 183. à num. 8. part. 9.*
recent.

Non ſubſiſtente replicatione , quod compenſatio non
intret , niſi vbi agitur de debito , & credito pecuniario,
quia quodcumque creditum Comitis pecuniarum viſum
eſt Dominis poſt venditionem Caſtrorum auctoritate
Congregationis Baronum , etiamſi pretium fuerit con-
uerſum in loca Montium , cum vinculo , & pro cau-
tione reſtituendi prioribus , & potioribus creditoribus ,
quia Venditores non receperunt loca Montium , de
18 quibus agitur , ſed pecuniam numeratam , † nec pro-
miſerunt illa , & ſic ſpeciem fructiferam reſtituere prio-
ribus , & potioribus ; Sed iſta etiamſi loco cautionis de
reſtituendo eamdem pecuniam cum huiuſmodi vinculo
in dictis locis Montium inueſtiuerint , inquit Rota
deciſ. 232. ſub init. à verſ. ratio reſolutionis part. 8. & ratio
19 breuis , ac grauis eſt , quod loca ſunt pignora, † & pi-
gnora pro fideiuſſoribus , aut paria reputentur, §. *ven-*
diti, ibi, *aut ex promiſſione* , *aut pignore dato* , *inſtit. de*
rer. diuiſ. & vti nemo dixerit Creditori aliam compete-
re actionem in fideiuſſores, quam pro pecunia, ità nec in
pignora , ac loca Montium.

Grauior , & plenè grauiſſima diſceptata fuit , etiam
iuſtitia , & iniuſtitia ex contractu ſupradicto , an eſſet
perfectus , ità pro debitis ſolutis emptor fecerit fructus
ſuos , aut imperfectus non fecerit ſuos , ex eo quod no-
minati æſtimatores , vel noluerint , vel non potuerint
20 pretium definire , † quaſi nullo pretio ſtatuto , vt ſu-
pra *ad §. ſed & certum inſt. de empt. & vendit. & l. vlt. C.*
de contrahend. empt. & plura coram Merlin. *deciſ. 567. &*
deciſ. 605. aut bona fuerint empta debitis Emptori aſſi-
21 gnatis , † & quanto pluris , vel minoris æſtimarentur,
ad §. vlt. l. 7. ff. de contrahen. empt Rota coram Seraph. *de-*
ciſ. 264. maximè à num. 2. & coram Eminentiſſ. D. meo Card.
Ottbob. deciſ. 121. num. 14.

Et vbi eſſet vera venditio ſub conditione æſtimationis
22 multa adhùc adducebantur de re non integra † per tra-
ditionem bonorum , & ſolutionem debitorum , quaſi
pretij vltra dimidiam , Bald. *ad l. vlt. num. 12. verſ. vel*
dic , & plura etiam ex ea ratione , ne altera partium
23 cum alterius iactura † locupletetur ad Iaſ. & alios indi-
catos à Menoch. *conſ. 92. & 923. & allegat. de arbitr. Iu-*
diciis quæſt. 68. num. 47. & 48. Rota *dicta deciſ. 567. nu-*
mero 37.

Alia etiam quæſtio incidiſſet , an etiam contractu im-
perfecto , & emptione , ac venditione pendente vti per
promiſſionem emendi , & vendendi re tamen tradita ,
& pretio in agnitis debitis perſoluto † Emptor faceret 24
fructus ſuos ad ea , quæ contrarii inuicem diſputarunt ,
interpretando *l. 6. ff. ſol. matrim.* Soccin. Sen *num. 2. verſ.*
& ex iſta Gloſſ. & concludendo *conſ. 170. lib. 2. &* Iaſon.
ad d. l. 6. & cum aliis apud Lup *de vſur. conſ. 1. ad l. curabit,*
C. de act. empti num. 157. Mantic. *de tacit. tit. 3. num. 12.*
lib. 4. & de Procuratore , qui alieno nomine emerit fun-
dum , & de ſuo ſoluerit pretium , † & interim faciat 25
fructus ſuos , Lup. *d. conſ. 1. num. 151. cum ſimilibus* .

Ex quibus DD. diſceptando , & ſuffragando inclina-
bant ad perfectionem , & validitatem contractus , vt
in caſum imperfectionis , aut reſolutionis, aut nullita-
tis ad fructus quæſitos Emptori pro rata ſummæ ſolutæ,
& cum ex ſupraſcriptis ſatis conſtare viſa ſit nullitas , &
iniuſtitia mandati , & executionis , hinc cenſuerunt
conſtare bonum ius D. Principiſſæ etiam ad effectum
manutentionis , quod cum non habuerit ſe pro ſpolia-
ta eidem grauatæ manutentio debeatur , † & paſſim 26
Rota aduerſus huiuſmodi factum Iudicis nulliter , &
iniuſtè procedentis dat manutentionem , abundè Poſth.
de manut. obſeru. 12. à num. 37. & ſpecialitèr vbi fuit pro-
ceſſum executiuè , & † eſſet procedendum ordinariè , *d.* 27
obſeru. 12. num. 77. prout in præſenti caſu , quia licèt
competijſſet à principio via executiua , quod denega-
bant informantes pro Domina Principiſſa † illa ex lapſu 28
longiſſimi temporis præſcripta remanſiſſet , & ex alio ex-
ceſſu in ſumma *d. obſeru. 12. num. 93.*

Attentata verò repetita à Comite reſponderunt Do-
mini etiam per ſe non ſubſiſtere , ſiuè deducuntur à cita-
tione coram Domino Auditore Sanctiſſimi , qui decre-
uit remiſſionem cauſæ ad Iudicem appellationis , hoc
enim cum ex verbis ipſis appareat in cauſa diuerſa , vi-
delicèt pro auocatione cauſæ pendentis coram A. C. non
† poteſt eſſe , vel facere attentata , Lancellott. *de atten.* 29
cap. 12. limit. 2. ab init. part. 2.

Si verò deducuntur ex eo quod Theſaurarius , & Con-
gregatio Baronum, non poſſent ſe ingerere poſtquam fun-
cti eſſent officio ſuo , quia poſita nullitate mandati ,
& executionis potuerunt † nedum ſuſpendere ; ſed 30
etiam reuocare executionem inſtante Domina Princi-
piſſa grauata . Poteſt namque Iudex ſiuè ordinarius ,
ſiuè ſimilis delegatus ad vniuerſitatem cauſarum , vel
Iudex appellationis , vel ſuperior & ille quidem reuoca-
re , & reformare quoquomodo ſuam ſententiam , ad
trad. à Vant. *de nullit. tit. coram quo nullit. num. 9. & 17.*
Menoch. *de Arbitr. Iud. quæſt. 67 à num. 12. num. 54. à*
verſ. huic etiam pertinet lib. 1. Boher. *deciſ. 65. num. 3.*
non obſtante appellatione D. Principiſſæ , quia neque
Commiſſio poſt appellationem ante citationem efficitur
communis , adeo quod non ſolùm pars aduerſa vti non
poteſt inuito impetrante , ſed etiam † ipſe impetrans 31
poteſt pœnitere , & illi renunciare , ex Innoc. & alijs in-
quit Rota coram Buratt. *deciſ. 137. num. 4. cum pluribus*
annot. & allegat. & inſuper Comes conſenſit comparen-
do ſubinde coram eodem , & proſequendo , & paucis be-
nè concludebant Informantes pro Domina Principiſſa ,
vel cum iuriſdictione omnia valuiſſe nihilo attentato ,
vel ſine iuriſdictione nihil valuiſſe omnibus nullis.

Et ità vtraque , &c.

Præſens Deciſio fuit confirmata coram eodem R. P. D.
Taia ſub die 2. Maij 1667. excepto quod ſuper puncto
contractus empti , & venditi ; an ille fuerit validus ,
vel nullus , perfectus , vel imperfectus , reſolutus , vel
irreſolutus , ſuper quo Domini collatis ex vtraque par-
te rationibus in neutram partem inclinarunt , & quæ-
ſtionem reliquerunt indeciſam , vt deducitur in §. pri-
mo ſupradictæ deciſ. 2. Maij 1667. quæ infrà ſuo loco
apponetur.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 14. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Facultas à Testatore hæredi concessa de aliquid faciendo, si ab hærede obseruata non fuit perindè est, ac si illa facta non sit; Itidem quando eadem facultas, seù Testatoris licentia bona fideicommissi dicatur compræhendere, vel restringatur ad bona libera.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus, si contra voluntatem Testatoris disposuit, perindè est ac si non disposuisset.*
Non disponere, & nullitèr contra voluntatem Testatoris disponere paria sunt, & num. 1.

2 *Fideicommissi euersio non præsumitur in vno eodemque testamento, maximè per sola verba suasiua, & consilium importantia.*

3 *Interpræatio illa sumenda est per quam euitatur, correctio, & contrarietas maximè in vna eademque dispositione.*

4 *Voluntas Testatoris, si in bonis liberis verificari potest, numquam trahitur ad bona fideicommissaria.*

5 *Fœminæ nec etiam ex præcepto Testatoris dotandæ, dotari debent de bonis fideicommissi, si adsunt bona libera.*

6 *Fideicommissum euanescit concessa facultate alienandi ad libitum, si hæres ea facultate fuerit vsus, & vide num. seq. vbi declaratur.*

7 *Facultas alicui concessa in primo actu censetur consumpta, itaut non detur variatio.*
Hæres, cui à Testatore fuit concessa facultas aliquid faciendi, si hoc fecerit, ampliùs variare non permittitur, num. 7.

DECISIO XXXIII.

SVB diebus 16. Ianuarij 1665. * & 8. Februarij 1666. disputato dubio, an bona Pauli cadant sub dispositione bon. memor. Virgilij in totum, vel in in parte, Domini responderunt, illa non cadere in totum, sed quia particulari disputationi reseruarunt, an in qua parte cadant, ideò reassumpta hodie super hoc disputatione bis à Me proposita causa tandem resolutum fuit bona Pauli non cadere sub dispositione Virgilij quoad stabilia loca Montium non vacabilia, & Census Vrbis ea ratione, quia Paulus super his particularitèr fideicommissum ordinauit ad commodum Iacobi Philippi, & Francisci, eorumque descendentium, vt in Summ. impresso litera G.

Et quamuis idem Virgilius, tamquam vltimus superuiuens habuerit facultatem distribuendi bona præfata, in capita sibi benè visa quia tamen ex præcepto Testatoris non poterat alteram ex duabus descendentijs substitutorum prorsùs excludere, vt plenè firmatum fuit in dictis decisionibus, eo ipso quod contra legem sibi præscriptam testatus fuit ad fauorem solius Marchionis Horatij descendentis ex Francisco succedit altera dispositio eiusdem Pauli, quod non facta per vltimum aliqua dispositione, seù determinatione debeant bona ab ipso prouenientia deuenire ad omnia capita filiorum, aut nepotum, aut pronepotum, qui exiterent æqualitèr per capita,
1 & non per stirpes, † cum idem sit non disponere, vel nullitèr, & contra mentem, & voluntatem Testatoris disponere, vt benè facit Text. *in l. non dubium 5. C. de leg.* ibi, *hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur*. Et in his terminis dictum fuit *in Firmana Primogenituræ 15. Maij 1662. §. nec subsistit coram bon. mem. Leone Verospio.*

Non obstat vnica prætensio D. Marchionis Horatij, quod dispositio Virgilij valeat sustineri vigore alterius facultatis per eumdem Paulum attributæ plantandi ramum familiæ in Vrbe, mediante matrimonio ab vno ex nepotibus contrahendo cum assignatione annui redditus, saltèm scut. 8000. dicto Testamento impresso litera N. ibi: *Nè lascia di mettere in consideratione, mà non in iussione, che sarà forsi à proposito, & adequato allo stato di casa, & al pensiero, e desiderio, che Sua Signoria asserisce d' hauer portato da molt' anni in quà di piantare vn ramo di perpetuità della Casa sua per quanto porta la fragilità, & incostanza delle cose humane nella Città di Roma coll' ammogliarui in progresso d' anni vno de' nepoti con assicurare, chi bisognerà, che in quello habbia à colare, quando, che sia vn' entrata almeno di otto mila scudi.*

Obiectum enim posset forsan vrgere si Paulus non habuisset alia bona præter illa, quæ fideicommisso subiecerat, & non respexisset ad bona, quæ Cardinalis, & Pater Virgilius acquirere poterant ex superfluis redditibus, quo casu inspiciendum esset, an dicta verba mutationem præcedentis voluntatis importarent; sed quia reliquit etiam hæredibus mobilia, credita loca Montium, & officia vacabilia Vrbis ex his, & alijs prædictis, non autem ex dictis bonis fideicommissarijs videtur voluisse suadere filios, vt dictum annuum redditum scut 8000. constituerent, cum non debeat præsumi, † quod post ordi- 2
natum strictissimum fideicommissum fauore vtriusque descendentiæ per verba præceptiua, & omnimodam restitutionem importantia voluerit illicò, & incontinenti per modum simplicis suasionis, & consilij illud prorsùs euertere; nam in dubio illa sumi debet interpretatio, † per quam correctio, & con- 3
trarietas in eadem dispositione euitetur, argumento, Text. *in l. quod traditum, ff. de cond. & demonstr.* Greg. *decis. 297. num. 4. & 5.*

Et verè quod Paulus intellexerit de alijs bonis, non autem de fideicommissarijs patet præcipuè ex discretiuo modo loquendi, quo vsus fuit inter vnam, & alteram speciem bonorum. Nam post ordinatum fideicommissum super stabilibus locis Montium non vacabilibus, & censibus prohibuit hæredibus, ne super his detraherent eorum legitimam, eò quia in alijs bonis illam reliquerat, & expressè mandauit, quod vltimus restitueret Iacobo Philippo, & Francisco, eorumque descendentibus per lineam masculinam; At loquendo de alijs bonis hortatus fuit ipsos hæredes, vt conuerterent effectus vacabiles in non vacabiles ad effectum, vt pinguior redderetur portio reuersura ad substitutos ex propria hæredum liberalitate, ibi: *Per rendere più pingue quella portione, che dourà ritornare per ordinatione di Sua Signoria, come sopra, & per dispositione, e amoreuolezza loro verso il loro sangue alli loro fratelli, e loro numerosa descendenza;* Ex quibus colligitur quod Paulus, dùm posteà per verba dubitatiua considerandum proposuit congruere statui domus plantare ramum in Vrbe cum assignatione facienda nepoti annui redditus scutor. 8000. non intellexit de bonis fideicommissarijs, de quibus anteà semper præceptiuè locutus fuerat, sed quidem de illis, quæ per modum suasionis, & consilij hortatus fuerat, filios implicare in beneficium Domus, & Familiæ; † vel 4
saltem cum ex his bonis potuisset voluntas Testatoris impleri, illa trahi non debet ad ea, quæ sunt subiecta claro, & valido præcepto restituendi, exemplo fideicommittentis, qui, † dùm mandat fœmi- 5
nas dotari, numquam censetur voluisse de fideicommissarijs, dùm alia bona supersunt, vt aduertit Castrens. *cons. 64. num. 4. lib. 2.* Molin. *de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. num. 2. vers. quæ omnia comprobantur*, Add. ad Greg. *decis. 543. num. 5. &* Rota *in Romana Saluiani de Casalibus 11. Martij 1643. coram Peutinger. impressa in recent. decis. 161. num. 9. & sequent. part. 9.*

Atque hinc euitatur altera ponderatio facta ab informan-

formantibus pro Marchione Horatio, quod scilicèt vocationepotum in capita concepta in casu non factæ determinationis ab vltimo superuiuente stet continuatiuè, nedùm post arbitrium eidem concessum distribuendi ad libitum portiones fideicommissi, sed etiam post facultatem plantandi ramum in Vrbe cum assignatione præ-
6 fata, & propterea cum Virgilius professus fuerit disponere vigore dictæ facultatis registrando integrum, §. *Testamenti Pauli*, fideicommissum euanuerit perindè, ac si ordinatum non fuisset *ad text. in l. Titius, ff. ad Trebell.*

Tollitur enim semper ex prædictis cum prætensa facultas non respiciat bona fideicommissi, & insuper ex eo, quod Paulus Testator in concessione dictæ facultatis declarauit se habere maiorem animi propensionem ergà descendentiam Iacobi Philippi, ibi: *Dice, e dichiara, che inclineria più presto alla descendenza tanto numerosa del Sig. Giacomo Filippo, e così crede, che loro siano per fare*; Vndè cum idem Virgilius vna cum Cardinali Bernardino Cohærede fecerit declarationem in personam Marchionis Gregorij tempore eius nuptiarum in Ciuitate Bononiæ, exindè aut videtur satisfactum voluntati Testatoris, aut facultas remansit consum-
7 pta, † itaut ampliùs Virgilius non potuerit alterum variando nominare, *iuxtà text. in l. Serui. electione 5. in princip. & l. Huiusmodi 86. §. Stichum, ff. de leg. 1.* Abbas *cons. 11. num. 5. part. 2.* Pascal. *de vir. patriæ pot. part. 1. cap. 4. num. 93. & seq.* Larr. *decis. Granat. 51. num. 13.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera ex supradictis decisionibus, ea nempè 16. Ianuarij 1665. habetur in præcedenti parte 14. impressa in ordine decis. 240. alia verò 8. Februarij 1666. erit infrà in Appendice decisionum prætermissarum.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris 4. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

De prælatione creditorum vnius negotiationis aduersùs creditores alterius negotiationis in hac decisione tractatur ad intellectum Text. *in l. procuratoris, §. mercis nomine, cum §. sequent. ff. de tributor. actione.*

Dotes Monialium profitendarum, quæ ex forma Decreti Sacr. Congregationis deponi debent ità à Depositario conseruandæ, sunt vt cum priuilegio tacitæ hypothecæ veniant restituendæ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vnius negotij non concurrit in effectibus sui debitoris in alio, & distincto negotio particulariter obligato.*
2 *Peculium non totum venit in tributum, sed id solùm quod ex ea merce est, siuè merces extet, siuè illius pretium.*
3 Text. in l. procuratoris, §. mercis nomine, & §. seq. *declaratur num. 1. & sequent.*
4 *Cessionarius succedit etiam in hypotheca sui debitoris.*
5 *Ius posterioris creditoris dormit, & suspenditur, donec ius anterius viuit.*
6 *Creditores licèt hypothecarij non possunt in re priori creditori hypothecata, aliquid iustè prætendere, nisi id quod superest satisfacto priore creditore.*
7 *Mercatores ab Ordinario loci electi ad recipiendum, & conseruandum in eorum Banchis dotes Monialium videntur habere huiusmodi onus in officium, & administrationem.*
Mercatores tenentur cum priuilegio tacitæ hypothecæ restituere dotes Monialium in eorum mensis depositas, num. 7.
Hypotheca tacita in bonis depositarij competit omnibus personis per se ipsas administrare non valentibus, vel à lege prohibitis, quales sunt Monasteria, & his similia, num. 7.

DECISIO XXXIV.

CREDITORES vltimæ rationis Bancariæ nomine Francisci de Inuitis sub obligatione Ioannis procuratoris exercitæ, agnouerunt euitari non posse validissimum fundamentum, in quo nituntur binæ resolutiones contrariæ, quod scilicèt ipsi, qui contraxerunt intuitu huius vltimi negotij concurrere non possint,
† in consignatione pecuniæ adhuc extantis in hac Vrbis 1
æde, & redactæ ex effectibus Manzoni in præcedenti distincta ratione dumtaxat obligati, resistente literali Text. *in l. Procuratoris, §. mercis nomine, ff. de tributor. actione*, vbi non totum peculium venit in † tri- 2
butum, sed id solùm, quod ex ea merce est siue merces maneat, siue pretium earum, & clariùs in §. sequenti, cuius verba referuntur in prima *decisione in §. quoniam creditum*, & magis per extensum à Salgad. *in suo Labyri. cred. lib. 1. cap. 9. num. 53.* cuius Text. dispositio non sola tributaria actione, & in seruo, † sed in 3
libero etiam procedere *notat. ex auct.* Castr. & Aret. *contra opinionem* Cuman. *in cons. 122.* Stracca *de Mercat. in tit. de Decoctor. & qui potior in bonis num. 22.* illumque sequuntur *add. ad singul. Roman. 585.* Magon. *decis. Lucen. 1. num. 8.* ac alij, quos plena manu cumulat Salgad. *præcitato num. 53. &* Nogueroll. *allegat. 11. num. 149.*

Agnoscentes inquam efficaciam huius solidissimæ conclusionis omnem vim in hac tertia propositione constituebant in demonstrando, quod etiam ad illorum fauorem obligata essent Iura, & effectus prædicti Manzoni, & quidem cum priuilegio hypothecæ.

Idque suadere conabantur duplici argumento, scilicèt ducto ex cessione per ipsos reportata ab Alexandro Masserio, qui cum esset Creditor census scutor. 12. mil. à Ioann. Inuitto intuitu prædictæ rationis impositi anno 1652. & successiuè in illius dissolutione à Manzono accollati, habebat hos effectus hypothecatos, siuè sociales reputarentur, siuè ad solùm Manzonum spectantes, in cuius hypotheca † successerunt Creditores 4
cessionarij, ad relata per Negusan. *de pign. membr. 3. part. 5. num. 23. & in decis. Duran. 401. num. 4.*

Altero verò ex Iuribus Ioannis Inuitti in vltima societate ad eorum fauorem obligati, qui bona, & effectus sociales, & specialiùs personam, & bona Manzoni vigore prænarrati Instrumenti accollationis habebat pariter obligata.

Sed neutrum subsistere visum est, quia vltrà peculiares responsiones rationi cuique ex dictis argumentis in præcedentibus decisionibus applicatas, quas absolutè DD. approbandas censuerunt; animaduertebant etiam, quod siuè creditores huius vltimæ rationis veniant ex iuribus cessis à Masserio, siuè ex iuribus directis ex persona Ioannis eorum debitoris Ius illorum non aliundè dimanat, quam ex enunciato instrumento accollationis celebrato 11. Septembris anni 1655. Ideò cum liquido appareat ex partitis extractis à libris præcedentis rationis, credita monialium initium sumere ab anno 1651. & terminare in anno 1653 *Summ. cred num. 8.* necessariò sequitur, quod aliquid ex prædictis effectibus obtinere non possint, donec moniales prædictæ plenam consequutæ fuerint satisfactionem, nam ius posteriùs, dormit, † & suspenditur, donec illud an- 5
terius viuit, iuxtà text. expressos in *l. Creditor 12. §. Papin. ff. qui pot. in pign. habeantur, l. 1. iuncta l. fin Cod. si antiquior Creditor*, neque Creditores licèt hypothecarij possunt in re hypothecata priori iustè prætendere, † 6
nisi id quod superest, satisfacto creditore, *l. quamdiù, C. de distract. pign. l.* Monachi, *ff. de iur. fisci.*

Neque excludi poterant Moniales ex defectu hypothecæ in earum creditis non aliundè probatis, quam ex partitis librorum, quia illam oriri ex præcisa necessitate

fitate deponendi dotes à monialibus proficientibus rece-
ptas penes hanc mensam semel atque iterum responde-
runt DD. ex præcipua ratione in præcedenti decisione fir-
mata, quod Mercatores ab Ordinario loci præelecti ad
recipiendum, & conseruandum apud eorum mensam
has dotes videntur quodammodo habere hanc deposita-
7 tiam in officium, & administrationem, † & Moniali-
bus aduersus eos competere tacitam hypothecam, qualis
competit omnibus per se ipsos administrare non valenti-
bus, vel à lege prohibitis, vt ex Bart. *aliisque firmat po-
strema decisio* 19. *Februarii* 1666. *§. nam omisso*.

Præsertim cum de hac præcisa necessitate testetur in
præsenti Ioannes Righettus tunc temporis bon. me. Epi-
scopi Galli Vicarius, & illius attestatio confirmatur te-
stimonio duorum quorum alter, vti factor pecunias de-
tulit ad bancum, alter vti Cancellarius rogauit Instru-
menta, & vidit pecunias tradi ad hunc effectum factori,
& melius ex primordio veritatis in genere, dum ex rescri-
pto Sac. Congregationis huiusmodi dotes profitentium
deponi debent, donec cum approbatione Ordinarij tutè
inuestiantur ex decreto eiusdem, dato in Summ. hodier-
no, *num*. 4.

Et ità vtraque, &c.

Huiusmodi decisiones, quæ in hac causa emanarunt ha-
bentur impressæ suprà in præcedenti part. 14. decis. 315.
& 429. in ordine.

R E V E R E N D I S S I M O P. D. C E R R O D E C A N O.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bitecten. Bonorum.

Lunæ 28. *Februarij* 1667.

A R G V M E N T V M.

Fructus dotis sicuti eamdem habent hy-
pothecam, vt ipsa dos, ità pro illis
competit Saluianum, non obstante ex-
ceptione excessiuitatis eiusdem dotis quia
illa in hoc iudicio non admittitur.

S V M M A R I V M.

1 *Ius bonum resultat ex sententiis ad fauorem alicuius pronunciatis.*
2 *Immissio vigore Saluiani conceditur docto de credito cum hypotheca, & de possessione debitoris, ac rei conuenti.*
3 *Fructus dotis debentur marito à die, quo cæpit substinere onera matrimonii, & quidem absque alia interpellatione.*
4 *Fructus dotis debentur ad rationem septem, iuxtà consuetudinem loci.*
Consuetudo loci in materia fructuum dotis, attendenda est, num. 4.
5 *Fructus dotis habent eamdem hypothecam in bonis promissoris, sicuti & ipsa dos.*
6 *Dotis excessiuæ prætensio cessat quoties non læditur legitima aliorum filiorum.*
7 *Excessiuitatis dotis prætensio non admittitur in iudicio Saluiani.*
Saluianum non recipit exceptiones illiquidas, & requirentes altiorem indaginem, num. 7.
8 *Præscriptio annorum triginta non admittitur in contractu iurato, sed quadragenaria requiritur.*
9 *Receptio sortis facta sine præiudicio, fructus sine difficultate præseruat.*
Clausula, sine præiudicio, *præseruat creditum fructuum, num* 9.

D E C I S I O XXXV.

PRO fructibus medietatis residui dotis maternæ scut.
588. decursis ab anno 1611. vsque ad annum 1641.
egit in partibus Carolus Maria Calo tamquam Cessio-
narius Propertij eius Patris contra illos de Nicolo filios,
hæredes promissorum dotis, ac bonorum detentores, & sen-
tentiam immissionis ex remedio Saluiani coram Vicario
Baresi, reportauit, quæ successiuè in gradu appella-
tionis fuit ab A. C. confirmata; quia verò rei conuenti,
licèt ab hac sententia appellauerint, causam tamen ap-
pellationis prosequi non curarunt, Ideò idem A. C. ser-
uatis solitis terminis relaxauit mandatum pro exequu-
tione rei iudicatæ, quod fuit postmodum executioni de-
mandatum; Cumque exequutio prætenderetur atten-
tata per duas vices proposito super hoc dubio nempè 22
Iunij 1665. & 28. Iunij 1666. Rota mandauit videri de
bono iure, etiam ad effectum attentatorum, super
quo hodie assumpta disputatione responsum fuit simpli-
citèr constare de bono iure Caroli Mariæ.

Bonum ius oritur ex sententijs ad illius fauorem la-
tis † concedentibus eidem immissionem ex remedio 1
Saluiani, ex quo fuerunt probata omnia requisita in
hoc iudicio, nempè creditum cum hypotheca, posses-
sio bonorum penes debitores de tempore contractæ obli-
gationis, ac moderna illorum de Nicolo, † quibus 2
concurrentibus non debet denegari, Card. Seraph. *de-
cis.* 1200. *in princip.* Card. Mantic. *decis.* 69. *num.* 2.

Possessio tàm antiqua, quàm moderna non contro-
uertitur, creditum verò cum hypotheca iustificatur ex
publico Instrumento promissionis dotis, in quo Octa-
uius de Nicolo, & Lucretia Capella coniuges vna cum
Ioann. Antonio, & Thomasio eorum filijs soluere pro-
miserunt Propertio Patri, & Auctori Caroli ducatos
5500. pro dote Annæ eorum filiæ, ac respectiuè sororis
in termino vnius anni dicto *Summ. num.* 1. Cum ita-
que non fuerit integra summa infrà tempus conuentum
soluta, sed dd. de Nicolo remanserint debitores in scutis
588. post dictum tempus, tenentur quoque ad interusu
ria dotalia absque alia interpellatione à die, qua Ma-
ritus cepit onera matrimonialia subire, † vt disponitur 3
in cap. salubritèr 16. *de vsur.* Paul. de Castr. *cons.* 11. *num.*
4. *vers. quando ipse Maritus lib.* 7. Rota *decis.* 8 Greg.
decis. 573. *num.* 7. *cum alijs relatis in Meleuitana Pecunia-
ria* 26. *Iunij* 1665. *§. Agente Petro*, *&* 15. *Ianuarij* 1666.
coram R. P. D. meo Albergato.

Debentur autem interusuria ad rationem scutorum 7.
pro quolibet centenario, & anno prout fuerunt taxata
à Vicario Baresi, quia cum Testes relati in Summ. A-
ctoris *num.* 6. deponant de consuetudine Ciuitatis, &
Regionis illa taxandi ad dictam rationem, à consuetu-
dine prædicta non est recedendum; † sed omninò in 4
hac materia debet attendi, iuxtà text. *in l.* 1. *ff. de vsur.*
Bald. *in l. fin. §. Prætereà num.* 10. *C. de iur.* [*dot.* Ruin.
cons. 224. *num.* 14 *lib.* 1. Rota coram Buratt. *decis.* 65.
num. 4. *& seqq. & in d. Meleuit. pecuniaria* 26. *Iunij*
1665. *d. §. Agente Petro*, *vers. iuxtà moram*, *& con-
suetudinem*, & pro † illis competit hypotheca, sicut 5
pro ipsa dote in bonis promissorum, vt tradit Merl.
de pign. lib. 3. *tit.* 2. *quæst.* 51. *num.* 66. *& seq.* Ciriac. *con-
tr.* 430. *num.* 7. *& seq.* Rot. *decis.* 383. *num.* 9. *& seq. part.* 5.
recent.

Non obstat, quod dos Annæ prætendatur excessiua,
& super excessu adhuc pendeat lis in Regio consilio;
Vnde infertur, quod sicut ipsa dos tamquam inofficiosa
deberet reduci ità non possit interim concedi immissio pro
fructibus.

Præterquod dos enim constituta in scutis 5500. non
excedat medietatem Patrimonij ascendentis ad scuta
16000. vt fatentur informantes pro illis de Nicolo quo-
usque non doceatur de debitis illud extenuantibus,
aut cessat prætensio excessiuitatis, † ex quo non ledi- 6
tur legitima aliorum filiorum, *ex l. vnica*, *C. de inoff.
dotib.* aut saltèm negari non potest, quin exceptio sit
illiquida, & requirat altiorem indaginem, † itaut non 7
debeat admitti in hoc iudicio Saluiani, Surd. *cons.* 4. *num.*
36. Pacif. de Salu. *inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. Rota *post eumd.
decis.* 52. *num.* 7.

Nec videtur releuare taciturnitas Propertij per annos
triginta in petendis interusurijs, dum ab anno 1611.
quo dos fuit promissa non recepit residuum sortis, nisi
de anno 1641. quia cum agatur de contractu iurato, vt
constat ex Instrumento *d. Summ. num.* 1. † ad inducen- 8
dam præscriptionem non sufficit lapsus 30. annorum,
sed quadragenaria requiritur, *l. nam postea §. si is qui
temporali*, *ibique* Bart. *ff. de iurepatr.* Crauett. *cons.*
71. *num.* 2. & dixit Rota *in Bituntina Census* 27. *No-*

uembris

uembris 1545. *coram Card. Corrado*, *impress. in recent. decis.* 373. *num.* 11. *part.* 9.

Denique parum refert, quod Propertius recipiendo residuum fortis de dicto anno 1641. videatur remisisse interusuria, quoniam huiusmodi receptio fuit per eumdem facta, † *sine præiudicio* cessionis antea factæ Carolo Mariæ, *d. Summ. num.* 8. ex qua protestatione remansit eidem præseruatum ius consequendi interusuria ad formam cessionis, Greg. *decis.* 93. *num.* 5. 9

Et ità vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatensi.

Romana Dotis.

Lunæ 28. *Februarij* 1667.

ARGVMENTVM.

Quamuis clara sit conclusio, quod confessio receptæ dotis à marito facta constante matrimonio sine præcedenti promissione, non probet numerationem, tamquam facta in fraudem prohibitæ donationis; Attamen vbi non agitur de simplici confessione, sed de confessione duplici iuramento vallata altero promissorio, alio etiam obligatorio, non solùm numeratio probatur, sed illa præiudicat æquè marito; ac suis hæredibus, maximè, vt hìc, vbi adminicula concurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Executor testamentarius potest assignare bona pro restitutione dotis defuncti etiam absque solemnitatibus.*

Possessio ab executore testamentario transferri potest in alium etiam sine solemnitatibus, num. 1.

2 *Contradictor legitimus reputatur habens possessionem ab executore testamentario.*

Remed. l. fin. *aliaque remedia possessoria non dantur contrà titulo possidentem, num.* 2.

3 *Confessio dotis receptæ facta constante matrimonio probet numerationem, vel nè, & quando vide etiam num. seq.*

Confessio iurata obligat confitentes, eiusque hæredes, num. 2.

Hæredes non possunt redarguere eorum auctores de periurio, num. 3.

4 *Confessio dotis receptæ facta constante matrimonio iuncto aliquali adminiculo etiam sine præcedenti promissione probat numerationem.*

3 *Dotis solutio in totum facta præsumitur ex notabili solutione partis illius.*

6 *Solutio præsumitur in causam præambulam, & præexistentem, si de alia causa non constat.*

7 *Solutio in quam causam vadat statur declarationi soluentis, vel recipientis.*

8 *Dotis solutio probatur ex confessione mariti facta in libro per eum memoriæ causa retento, & quando & supr. sub num.* 4. *& seq.*

Liber priuatus probat, si non allegatur pro plena probatione, sed tantùm pro adminiculo, num. 8.

9 *Liber retentus causa memoriæ rerum domesticarum eo magis probat si appareat in parte verificatus.*

Gemmarum traditio facta viro sub expressione, quod erant oppignorata, remanet concludentèr probata, si eodem tempore illa fuerunt redempta, num 9.

10 *Maritus prohibens vxori transeunti ad secunda vota quod non possit prætendere, nec etiam id quod sibi de iure debetur, agnoscit aliquid vxori deberi.*

Negatiuæ duæ resoluuntur in affirmatiuam, num. 10.

DECISIO XXXVI.

DIE 16. Iunij 1664. vna tantùm parte informante responsum fuit locum esse Ægidianæ, quia sententia A.C. concedens Ioanni Furno substituto testamentario Gabrielis Prati immissionem in possessionem decem locorum Montium, *ex remed. l. fin. C. de edict. Diui Andr. toll.* visa fuit valida, & iusta, sed causa hac die reproposita Domini recesserunt à decisis.

Et ratio fuit, quia cum dicta loca Montium fuissent per executorem testamentarium assignata Florentiæ vxori Gabrielis pro sua dote, & quarto dotali huiusmodi assignatio transtulit in eam veram possessionem † 1
etiam non adhibitis solemnitatibus, Seraph. *decis.* 135. *per tot. cum pluribus alijs relatis in Rauennaten. Bonorum* 7. *Iunij* 1666. *coram R.P. D. meo Carpineo*, & præbuit sufficientem titulum contradicendi † ad hoc vt contra eam- 2
dem agi non posset, *remed. l. fin.* aut alio quocumque remedio possessorio, quod non datur contra titulo possidentem, *l. regulariter*, *ff. de petit. hæred. l. hæreditatis*, *C. eodem tit.* vbi Bart. *num.* 2. & 3. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *num.* 586. & 588. Rota *decis.* 671. *num.* 15. *part.* 1. & *decis.* 273. *num* 1. & 2. *part.* 8. *recent.*

Non obstat fundamentum decisionis, quod creditum dotale Florentiæ non appareat, nisi ex confessione mariti emissa constante matrimonio, quæ non præcedente constitutione dotis non probat receptionem pecuniæ, sed potiùs præsumatur facta in fraudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem, † quia non versamur 3
in simplici confessione, sed in confessione duplici iuramento vallata assertorio scilicèt, & promissorio hoc enim casu, quidquid sit contra Creditores, vel Tertios talis confessio habet vim veræ numerationis, & obligat confitentem, & eius hæredes, qui non possunt redarguere eorum authores periurio, vt in his præcisis terminis respondit, Rota *decis.* 82. *num.* 28. 31. & 32. & *decis.* 148. *num.* 32. *part.* 10. & *in Anconitana Dotis* 5. *Iunij* 1648. §. *quod autem coram bon. mem. Dunozetto*. Præterea etiam simplex confessio iuncto aliquali adminiculo nocet confitenti, † & hæredibus, licèt non præcesserit promissio 4
dotis, Surd. *decis.* 489. *num.* 7. Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. & 10. Greg *decis.* 62. *num.* 2. Coccin. *decis.* 499. *num.* 3. & *decis.* 348. *num.* 34. & 35. *part.* 10. *recent.* & *in d. Anconitana dotis* 5. *Iunij* 1648. *coram bon. mem. Dunozetto.*

Non leue autem adminiculum veritatis confessionis resultat, ex eo quod Lutia Mater Florentiæ habebat ad sui fauorem plures Societates Officiorum, quas Gabriel paulò ante metrimonium proprio nomine exegit, vt constat ex quietantijs ab eo factis in margine instrumentorum Summ. Florentiæ *num.* 5. atque ex adnotatione in suo libro domestico huiusmodi tenoris 1642. *per conto di dote Florentia hà dato scudi* 600. *moneta à buon conto riceuuti da più persone*, *per compagnie d'officij à suo fauore di sua Madre*, *e mio di denari suoi*, *compresi li frutti decorsi*, *e la collana d'oro scudi* 600. *e più hà dato contanti sc.* 80 *d. Summ. num.* 7. ex solutione enim dotis in tàm notabili quantitate vehementissima † oritur præsumptio, 5
quod fuerit in totum soluta, Rota *decis.* 683. *num.* 12. *part.* 2. *decis.* 24. *num.* 8. & 9. *decis.* 160. *num.* 2. *part.* 7. *recent.* & *coram* Merlino *decis.* 718. *num.* 2. & *post* Zacch. *de oblig. Cam. decis.* 258. *num.* 6. & *decis* 82 *num.* 14. & *seq.*

Nec facit, quod exactiones societatum Officiorum registratæ in margine Instrumentorum non cantent in causam dotis, quia præterquod præsumitur pro hac causa, † dum de alia non constat, Crauett. *cons.* 138. 6
num. 13. Rota *decis.* 301. *num.* 3. *part.* 1. *decis.* 35. *num.* 2. *part.* 3. *decis.* 456. *num.* 10. *decis.* 507. *num.* 4. & 5. *part* 4. *tom.* 3. & post Post. *de manut. decis.* 181. *num.* 4. Sat est, quod Gabriel declarauerit in libro se pecuniam recepisse in causam dotis † statur enim declarationi soluentis, vel reci- 7
pientis, in quam causam facta fuerit solutio, *l.* 1 *ff. solut. matr.* & *d. tractat. cap* 9. *num.* 15. & *seq.* Gratian. *discept.* 224. *n.* 15. & 60. Rot. *diuers. dec.* 679. *part.* 1. & *in recent. decis.* 162. *num.* 19 *part.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 334. *num.* 16 *part.* 5.

Prout non applicatur responsio decisionis, quod agatur de libro priuato, qui nec probat contra Scribentem, † nam dictus liber non allegatur pro plena probatione, 8
sed tantùm pro adminiculanda confessione viri, ideòque venit attendendus, Rota *decis.* 521. *num.* 11. *coram Greg.* maximè cum fuerit subscriptus pro memoria rerum domesti-

9 mesticarum, † & in hac partita remaneat verificatus, tùm ex quietantijs repertis in margine instrumentorum, tùm ex fide S. Montis Pietatis, ex qua constat fuisse tempore matrimonij redemptum torquem aureum io eo nominatum, & Rota *decis.* 127. *num.* 9. *part.* 7. *decis.* 30. *num.* 8. *part.* 8. *recent. & coram* Reuerendiss. Royas *decis.* 305. *num.* 3. & 4.

Denique non vrget dispositio Gabrielis facta in testameoto, quod si vxor transiret ad secunda vota nihil prætendere posset ab hæredibus eius, quodque ita vir non disposuisset, si aliquid in dotem non habuisset, quia Gabriel non dixit simplicitèr, quod mulier nihil posset prætendere ab eius hæredibus, sed quod non posset prætendere, nec etiam id, quod sibi de iure debetur *d. Summ.*

10 *num.* 9. † Igitur agnoscit aliquid vxori deberi, quia duæ negatiuæ resoluuntur in affirmatiuam, Emin. Otthob. *decis.* 265. *num.* 52. & 53.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Regień Consortij.

Lunæ 28. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Habens requisita necessaria pro obtinenda admissione ad aliquod consortium, admittendus est non ex simplici gratia, & voluntate eligere debentium, sed ex mero iuris rigore, cui vlteriùs adstipulatur etiam æquitas, quæ nullo modo patitur illum reijci, vel excludi posse; Maximè quando, prout hic, idem consortium certo generi personarum debetur.

SVMMARIVM.

1 *Requisita si quis habeat admittendus est tàm de iure, quàm de æquitate, & ità non potest alitèr reijci, & num.* 6.

2 *Beneficia debita certo generi personarum illis de genere habentibus requisita adiudicanda sunt.*

3 *Beneficia adiudicari debent illis personis, in quibus qualitates requisitæ concurrunt.*

4 Decisiones Merlini 832 & 882. *fuerunt posteà reuocatæ, & quare num.* 5.

5 *Decisiones reuocatæ ex qualitatibus, & circumstantijs facti remanent in suo robore, quoad earum legitimas conclusiones.*

6 *Sacerdos habens requisita necessaria eligendus est, non ex mera voluntate, & gratia, sed ex officio, & iuris dispositione, & supr. num.* 1.

7 *Obseruantia, prout etiam consuetudo optimæ sunt interpretes legum.*

8 *Numerus Sacerdotum in aliqua Ecclesia ad augendum Cultum Diuinum restringendus non est.*

9 *Absentiæ iusta causa non officit, si vigeat propositum reuertendi*

10 *Absentiæ iusta causa reputatur causa studendi, ac etiam officiorum.*

11 *Domicilij conseruationis signa sunt retentio domus, illiusque bonorum, & num.* 12.

Domicilia plura ad inuicem compatiuntur, num. 11.

DECISIO XXXVII.

Constitutiones factæ, & obseruandæ ab omnibus Sacerdotibus Consortialibus Ecclesiæ Parochialis SS. Blasij, & Donnini Terræ Herberiæ inter alia Capitula habent duodecimum. Ad recipiendum Sacerdotem in consortio, ità disponens. *Primò in Sacristia congregatis Sacerdotibus, Consortialibus, &c. recipiendus proponatur à Massario cæterorum verò officium exstiterit eum admittere, vitam indagare diligentèr, ac inuestigare, an sit bonæ, honestæque vitæ, ac famæ, vt cæteris Consortialibus, ac vniuerso Populo exemplum, & speculum esse possit. Præterea an sit adeo in cantu peritus, atque probatus, vt saltèm cantum firmum tuto cantare possit, qui verò per tres menses antea Sacerdos effectus fuerit, & Choro inseruerit in Terra, siuè Oppido Herberiæ natus, & de patribus, qui per decennium ante in eo habitauerint, & eum ibi educauerint, & non alitèr, nec alio modo recipiatur. In territorio autem nati de Patribus originarijs Herberiæ ciuilitèr tamen educati in consortium admittantur. Ad recipiendum verò Rectorem non originarium sit in arbitrio Consortialium, & electio facta absque requisitis prædictis ipso iure sit nulla.*

Quibus fretus, & fisus Mauritius in eadem Terra Herberiæ natus petijt recipi in Coosortium, & fuit reiectus à Consortialibus, sed Vicarius Regień pronunciauit esse admittendum, à quo appellarunt Coosortiales ad A. C. hic reuocauit sententiam relinquens arbitrio Consortialium admissionem, vel reiectionem petentium, vnde mihi commissa causa, & proposito dubio, An Mauritius sit admittendus Domini admittendum responderunt. Dum enim Mauritius habet requisita † non 1
videtur iuri, & minus æquitati consonum illum reijcere, Rota coram Merl. *decis.* 832. *num.* 29. confirmata *in decis.* 882. *num.* 16. *à vers. Alterum paritèr obiectum, & num.* 21. *vers. nec ex eo quod per scrutinium*, & vnus ex DD. adiecit ea ipsa Coostitutione Consortium † vederi debitum 2
certo generi persoonarum, *ad d. decis.* 832. *num* 29. *vers. sed quidquid sit, & d. decis.* 882. *num.* 18. *vers. & duobus, cum alleg. &* Lotter. *de re benef. qu.* 51. *à num.* 18. *lib.* 2. vt qualitatibus concurrentibus † qualificatis debeant beneficia 3
adiudicari, *cap. decernimus* 32. 16. *qu.* 7. & cum alijs, Rota coram Emineotiss. D. Cardinali Otthobono *decis.* 123. *num* 4. & 5. & *decis.* 264. *num.* 2. vbi, & de rigore iustitiæ.

Nec obstitit DD à dd. *decisionibus coram* Merlin. fuisse † posteà recessum, & reuocatam sententiam coram R. P. 4
D Ghisilerio *decis.* 180. *part.* 9. *recent.*

Quia recessio visa est ex varijs facti qualitatibus obseruatis, & maximè ex duplicato scrutinio, vt in ipsa *decis.* 180. *num.* 23. † Cœterum firmas mansisse, ac ma- 5
nere legitimas, ac iuridicas propositiones.

Et relatis suprascriptis verbis Constitutionis, *Cæterorum officium extiterit eum admittere, vitam indagare, &c.* visum est DD. quod probatis qualitatibus † Sacerdos ve- 6
niat admittendus non ex mera voluntate, & gratia, sed ex officio, & iuris præcepto, per text. *in l. non quidquid* 40 *in fine, ff. de iudicijs, & inst. de officio Iudicis.* Attenta præsertim obseruantia probata à Testibus Mauritij, † optima est enim *legum interpres consuetudo l. mini-* 7
mè 28. *& l. sic de interpretatione* 37. *ff. de legib.* Et fuit ex facto obseruatum hos Sacerdotes non conuenire, atque ità non foueri discordiam, immò augeri cultum diuinum, & propterea numerum † non restringendum 8
cap. ex parte 10. *de concess. præbend.*

Porrò de requisitis qualitatibus vix dubitatum fuit de habitatione paterna probata à Testibus Mauritij, & comprobata à Consortialibus per admissionem duorum fratrum Mauritij cum requisitis, & præcipuè primi fratris sine aliqua gratia, & secundi cum sola gratia admittendi duos fratres, si qua gratia est.

Nec obstitit contraria DD. attestatio pro Consortialibus, quia responderunt, vel non coarctari absentiam negatiuam, sicut à Testibus Mauritij præsentiam affirmatiuam, vel sufficere domicilium per maiorem partem fortunarum positam in loco, nec afficere absentium iusta causa, † si propositum vigeat reuertendi, 9
ad tradita à Ludou. Rom. *cons.* 264. *ab init.*

Præcipuè quia absentia, si qua probaretur fuisset † 10
studiorum, & officiorum iustissima causa, vt studiorum est *l.* 2. *C. de incol. lib.* 10. vel alio contracto, non propterea domicilium originis præsumeretur mutatum, sed retentum, † dum Marius in eodem Territorio Herbe- 11
riæ, & Domum, & bona semper retinuerit, quæ sunt signa conseruationis domicilij, non autem desertionis, & cum domicilia plura ad inuicem compatiantur &c. apud Rota *decis.* 364. *num.* 5 & 6. *part.* 5 & ipsa Domus † retentio est præcipuè signum retentionis do- 12
micilij, Rota coram Buratt. *decis.* 244. *num.* 3. *cum al eg.*

Et ità vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. TAIA.

Firmana Fideicommissi.

Lunæ 28. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Quoniam pro restitutione fideicommissi quamplures competunt actiones fideicommissario, inter quas Saluianum interdictum dicitur esse vtiliùs; Ideò probatis extremis, quæ sunt ipsum fideicommissum, quod bona fuerint à Testatore possessa, eaque detineantur à reo conuento, immissio eidem fideicommissario conceditur.

SVMMARIVM.

1 *de Fideicommisso constare dicitur ex testamento ipsius fideicommittentis.*
2 *Fideicommissarius probare tenetur bona fuisse à Testatore possessa, eaque à reo conuento detineri.*
3 *Possessio fideicommittentis probatur ex successione hæredum, & num. 4.*
4 *Mandatum, seù instrumentum missionis in possessionem probat bona fuisse hæreditaria.*
5 *Possessio rei conuenti probatur ex substentatione litis, & denegatione restitutionis.*
Amplia vt num. seq.
6 *Testes ad perpetuam rei memoriam adminiculantur possessionem rei conuenti deductam ex substentatione litis.*
7 *Fideicommissario plures actiones competunt pro restitutione fideicommissi.*
8 *Saluianum interdictum competit etiam pro restitutione fideicommissi.*
9 *Saluianum interdictum dicitur esse vtiliùs fideicommissario, pro obtinenda restitutione fideicommissi.*

DECISIO XXXVIII.

PRO informantibus Stephano, & Sebastiano de Natinguerra dandam esse immissionem in domum vti fideicommissariam Domini responderunt.

Constat enim fideicommissum ex testamento Petri Si-
1 meonis, seù Buccolini, † & ex testamento, & codicillis Petri Dominici filij illius abundè disceptatum, sub diebus vigesima secunda mensis Martij, & vigesima octaua Iunij, & nona Decembris anni 1658. licèt hæc fuerint retractata posteà per Decisionem æditam nona Maij 1659 & pluries de alijs bonis cum alijs possessoribus, & deinde coram Reuerendo Patre Domino meo Albergato sub die decima secunda Februarij anni 1666. & denique coram Reuerendo Patre Domino meo Ottaiora sub die decima mensis Maij sequentis, cum suis sententijs subsecutis.

Hanc verò domum in bonis fideicommittentis fuisse, & tamdem nunc à Marco, & Pantasilea coniugibus de-
2 tineri, † quod per fideicommissarium agentem probari oportet, Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 41. satis superque probatum visum est.

Possessio enim fideicommittentis probatur ex successio-
3 ne hæredum † testamentariorum Petri Dominici, qui cum tutore per publicum executorem decretam à Iudice possessionem domus descriptæ acceperunt ioco, & confinibus suis, vltima Iulij anni 1589. & ex successione Dominici vltimi ex alia linea, qui possessionem accepit eiusdem domus pariter per prædictum exequutorem sub die decimaquinta Ianuarij anni 1630. Mandatum siquidem, seù cartula missionis in possessionem probat
4 † bona illa appræhensa per hæredem, vti hæreditaria fuisse in bonis Testatoris, inquit Peregrin. *de fideicommiss. d art.* 44. *num.* 20. & dixit Rota *decis.* 189. *num.* 3. *& decis.* 229. *num.* 4. *part.* 10. *recent.*

Et possessio reorum conuentorum, siuè detentio pro-
5 bata est ex litis contextatione, † & prosequutione, & denegatione restitutionis, *dicta decis.* 279. *num.* 5. adminiculum facientibus testibus ad perpetuam rei memoriam † examinatis, Rota coram Buratto *decis.* 648. *num.* 6. 6

Quibus ità constitutis multæ actiones proditæ sunt fideicommissarijs † pro restitutione fideicommissi, Pere- 7
grin. *de fideicommiss. toto articulo* 45. *& sequent. cum alijs adductis per* Fusarium *de substitutionib. tota quæstione* 611. præcipuè Saluianum † interdictum *ibidem num.* 15. quod 8
fideicommissario † esse vtiliùs, inquit Rota *dicta decis.* 9
279. *num.* 2.

Et ità pro informante responsum fuit.

Quot, & quantæ Decisiones emanauerint in hac causa, & fideicommisso de Natinguerra patet ex præcedentibus partibus Decimasecunda, Decimatertia, Decimaquarta, ac etiam præsenti parte Decimaquinta recentiorum; in quibus nempè duodecima extat Decisio 319. in decimatertia parte sunt Decisiones 67. 183. 220. 248. 303. 304. & 498. in alia verò parte decimaquarta habetur Decisiones 200 411. & 465. In hac autem, & præsenti parte vltrà supradictam, & præsentem Decisionem adsunt aliæ duæ sub diebus 28. Martij 1667. & 4. Iunij 1668. quas infrà suo pariter ordine adinuenies.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO Decano.

Nouariensi Parochialis.

Veneris 4. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Quod nullo modo possint duo esse Parochi in vna eademque Parochia in hac decisione deciditur etiam quod vnus esset solum formaliter Parochus, alter verò iuria Parochialia exerceret; Vbi autem vnius eiusdemque Parochi non simpliciter duo sed plures etiam coadiutores esse non prohibentur.

SVMMARIVM.

1 *Parochos duos esse in vna eademque Parochia monstruosum dicitur in iure, & num.* 12.
Sponsos binos eadem vxor habere non potest num. 1.
2 *Parochus vnus in vna eademque Ecclesia esse debet tam respectu iuris formalis, quam respectu exercitij iurium Parochialium.*
3 *Parochialia iura duabus personis exercentibus necesse, est vt vnus se habeat dependenter, & tamquam coadiutor alterius.*
4 *Coadiutores plures vnius eiusdemque Parochi esse possunt, quia omnes eumdem Parochum repræsentant.*
Canonici insimul ministrantes repræsentant Episcopum num. 4.
5 *Episcopus ante Concilium Tridentinum poterat vnam Parochiam in duas diuidere, vel etiam nouam erigere intrà limites primæ Parochiæ, & num.* 9. *cum seq. vbi vide ac num.* 10.
6 *Instrumentum contra producentem plenè probat; amplia etiam contra eum, qui productionem approbauit.*
7 *Decreta facta ab Episcopo in actu visitationis plurimum faciunt ad declarationem iurium suæ Ecclesiæ.*
8 *Episcopo in ijs quæ ipse facit in actu visitationi suæ Ecclesiæ maximè deferri solet num.* 7.
Episcopus præsumitur informatus de iuribus suæ Ecclesiæ num. 7.
9 *Enunciatiuæ quæ conuincuntur erroneæ in nihilo præiudicant.*
10 *Episcopus quomodo poterat ante Concilium Tridentinum vnam Parochialem in duas diuidere, vel nouam erigere intra limites primæ, & supra num.* 5.
11 *Parochia ità nuncupatur, quasi partitio curæ.*
12 *Parochianos pluribus pastoribus obedire intolerabile est.*

DE-

DECISIO XLIII.

MONSTRVOSUM est in iure, quod duo sint Pa-
1 rochi in vna, & eadem Parochia sicut, † quod duo sint Sponsi vnius Vxoris *cap. in quibus 7. qu. 1 & cap. sicut qu. 2.* ibi *Sicut in vnaquaque Ecclesia vnus debet esse Presbyter ita ipsaque sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest diuidi inter plures Presbyteros, sed vnum tantummodo habebit Sacerdatem, qui eam castè, & sincerè gerat; vnde interdicimus, vt nullus præsumat Ecclesiam inter duos, vel plures diuidere, quia Ecclesia Christi, vxor, & sponsa debet esse non scortum.*

Id autem non solum est verùm respectu iuris formalis Parochi, sed etiam respectu exercitii iurium parochialium
2 independentis, & absoluti, † implicat enim quod quis sit verus, & proprius Parochus importans plenam facultatem, ac iurisdictionem, erga suos Parochianos, & quod alius Presbyter liberè, & independenter ab eo exerceat eadem iura Parochialia, aut quomodocumque se ingerat, absque eius licentia, vt in puncto decidit Oldrad. *cons. 67. nu. 2. ante fin. vers. Non enim est dubium*, & notant *DD. in cap. cum non ignores de præben. signanter* Imol. *sub nu. 4.* Innocen. *sub nu 2.* Anton. de Butr. *sub nu. 4. in fin & nu. 5.* Fermosin. *ad cap. fin. de offic. Vicar. qu. 2. nu. 35.* Staphil. *de lit. gratiæ sit de qualitate beneficiorum n. 31. & seq. fol* 41. Hoyeda *de incompatibilitate beneficiorum p. 1. c. 13. nu. 7.* Rota *in diuers. 52. nu. 17. & seq p. 2. in rec. dec. 226. n. 7. p. 1 & co* Coccin. *dec. 238 eodem n 7.* vbi quod duobus in eadem Parochia
3 † exercentibus necessè est quod vnus se habeat dependenter, & tanquam coadiutor alterius, quod etiam tradunt Sarnen *ad regul. de idiomate qu 11. num. 6. vers. item etiam requiritur* Rebuf. *in prax. tit. de non promotis intra annum nu. 64. & 69.*

Contraria verò procedunt quando Parochus ipse non exercet habitu tantummodo curam retinendo, tunc enim non inconuenit, quod duo, vel plures coadiutores insimul administrent ea ratione, quia tunc dicuntur repræ-
4 sentare ipsummet Parochum, cuius nomine exercent, † quemadmodum Canonici simul ministrantes repræsentant Episcopum Lother. *de re benef. lib. 1. q. 20. nu. 117. & seq* & in his non in aliis terminis loquuntur Innocent. *in d. c. cum non ignores sub nu. 1.* Hostien. *sub n. 6.* Butr. *sub d. nu. 4.* Zabarell *sub nu. 1. in fin.* Ioann. Andr. *sub nu. 2.* cæterique in contrarium allegati.

Non obstat, quod Episcopus de anno 1413. ob magnum augumentum Populi in hac Parochia S. Georgii aliam Ecclesiam S. Mariæ nuncupatam construi permiserit cum facultate ibidem Sacramenta recipiendi absque molestia, & contradictione Rectoris dictæ Ecclesiæ S. Georgii, &
5 quod sicuti Episcopus ante Tridentinum † poterat vnam Parocchiam in duas diuidere, vel nouam intra limites veteris exigere *cap. Præcipimus 16. qu. 1. & cap. Tua nos 6. de Eccles. ædifican.* Ita, & multò magis potuerit commutare exercitium duobus in eadem Parochia.

Nam visum est DD. id neque in facto, neque in iure subsistere, in facto quia tantum abest, quod Episcopus hoc exercitium insolidum, & independenter vtique commisserit, vt imò ex instrumento de anno 1414. apertè constet Parochum S. Georgii sibi reseruasse facultatem administrandi Sacramenta in vtraque Ecclesia, & residendo in vna Capellanum in altera deputasse; si enim Episcopus prouidisset Ecclesiam S. Mariẹ de proprio Curato non potuisset Parochus S. Georgii in ea amplius se ingerere, & multo minùs de anno subsequenti Sacramentorum administrationem sibi reseruando ibidem Cappellanum deputare, vt ex præcitato instrumento de anno 1414 quod quidem licet enunciatiuum, eò fortiùs probat contra Pres-
6 byterum, S. Mariæ, † quo fuit ab eius antecessore productum, ab eoque ipsius productio approbata iuxtà *cons. Calderin. 5. de confess.* Rota cor. Bellam. *dec. 695. nu. 5.* cum aliis *in rec. dec. 25. nu. 4. p. 9.*

Quod ipsum conuincitur ex attestatione de anno 1475. à Presbytero pariter S. Mariæ emanata, vbi declarauit sese nullatenus ingerere in pertinentibus ad curam, nisi de expressa licentia Parochi S. Georgii, qui solas functiones Parochiales tanquam in propria cura exercebat, nec non ex decreto facto ab Episcopo de anno 1596. in actu visitationis vbi declarauit eumdem Rectorem S. Georgii esse Parochum vtriusque Ecclesiæ, illum verò S. Mariæ es-
7 se coadiutorem, † cuius iudicio plurimum venit deferendum cum ordinarius præsumatur, benè informatus de iuribus suæ Diœcesis Rota cor. S. me. Greg. *dec. 482. num. 6. in rec. 71. nu. 4. pa. 8.* & fuit dictum in hac eadem causa *sub die 16. Martii 1665. §. idemque cor. R. P. D. Emerix.*

Quapropter corruunt enunciatiuæ emissæ à Vicario Episcopi in instrumentis de anno 1483. & 1485. ex quibus confirmatio diuisionis istius Parochiæ comprobari prætenditur, quia cum Vicarius in iis præcisè se referat ad dicta instrumenta anni 1413. ac 1414. in quibus nulla continetur erectio nouæ Parochiæ facta authoritate. Ordinarii, vt ipse supposuit, sed tantummodo simplex permissio ædificandi Ecclesiam in adiutorium primæ ob magnum incrementum populi, cui in administratione Sacramentorum illa incapax erat, † indè præfatæ enunciatiuæ detegun- 8
tur erroneæ, quæ propterea nihil præiudicant Rot. *in rec. dec. 2. nu. 4. p. 5. in Barchinon. Parochialis de Palau. 15. Maii 1654. §. Nec vlla vers. multoque minus co. me*, & fuit in specie animaduersum in mox allegata *decis. R. P. D. Emerix in §. Minusque probatur.*

In iure verò quia licet ante Concilium posset Episcopus vnam Parochiam in duas diuidere, † vel duas intra limi- 9
tes vnius collocare, cuilibet certam partem Populi assignando *cap. ad audientiam de Eccles. ædifican.* in confuso tamen & in eadem terminatione pro indiuiso † non poterat duas 10
Parochiales constituere, vt expressè distinguendo fuit cautum in Concil. Toletano *d. cap. præcipimus 55. §. sicut duo & cap. plures baptismales 16. q. 1.* ipsaque Parochia ita nuncupatur † quasi partitio curæ, inquit *text. in cap. Eccles.* 11
14. q. 1. Rota *d. dec. 52. nu. 12. p. 2. diu.* Non enim est tolerabile, quod Parochiani pluribus Pastoribus obediant, † & 12
quod vna, & eadem Ecclesia sit sponsa duorum insolidum, vt supra dictum est, & tradunt Lambert. *de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 17. n. 3. & seqq. fol. 567.* Gabr. *cons. 190. n. 9. lib. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 469. n. 5. & seq.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. q. 3. alleg. 57 n. 159 & in d. cap. non ignores nu. 2.* Gonz. *ad reg. 8. glos. 6. nu. 42. & seq. p. 1.* & responsum fuit in causa *cor. bo. me. Verospio sub die 6. Febr. 1662. § huiusmodi & § hinc non vrget ad fin. vers. quoties vtique Parocho Populus omninò distinctus &c. & cor. R. P. D. Emerix in præalleg. dec. 16. Martii §. quam etiam.*

Et ita vtraque parte informante recessum fuit à decisis 5. Iulii præteriti coram me.

R. P. D. EMERIX.

Forolisiuien. Domus.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM

Bona vendita tanquam libera, si deinde fideicommissaria detegantur, condemnatur venditor ad pretii restitutionem, quam ille euitare minimè potest sub prætextu consensus fideicommissariorum si non omnes d. consensum præstiterunt, maximè, vt hic quoties fideicommissum ad alios quoque substitutos peruenire potest.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ desumitur ex reuolutione actorum.*
Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa factis nu. 1.
2 *Subrogatio facta de bonis fideicommissi sine consensu omnium fideicommissariorum non sustinetur.*
Infantes, & impuberes neque auctoritate Patris obligari possunt n. 2.
3 *Bona dici non possunt liberata à fideicommisso etiam attento consensu fideicommissariorum, quoties fideicomuissum ad alios etiam substitutos pertransire potest.*
4 *Venditor rectè condemnatur ad restitutionem pretii, si bona vendita deteguntur obnoxia alicui fideicommisso.*

DECISIO XL.

A SENTENTIA Rotali condemnante Nicolaum Brunellum ad restitutionem pretii Domus venditæ Carolo Saxo, eo quia contra formam eius obligationis, & promissionis ista detecta fuit obnoxia fideicommisso quondam Bartolomæi Sermenghi, commissa mihi causa appellationis, proposui de more dubium. An sententia confirmanda, vel infirmanda, & pro confirmatione responsum fuit, quia illius validitas desumitur
1 ex actorum reuolutione, & iustitia † resultat ex duabus Decisionibus æditis cor. Reuerendo Patre Domino meo Albergato sub diebus vigesima octaua Maii anni 1663. * & secunda Martii anni 1665. quarum fundamenta non fuerunt amplius impugnata, neque hæc turbat obiectum hodie in petitione remissoriæ excitatum, nempè quod domus, de qua agitur, per subrogationem alterius domus, quam Ioannes Baptista, & Antonius fratres de Sermenghis in permutatione à Brunello receperunt euaserit libera ab omni onere fideicommissi.

Tùm quia dicta subrogatio non fuit facta de legitimo consensu omnium filiorum Ioannis Baptistæ, & Anto-
2 nii, † quorum aliqui cum adhuc sint infantes, & impuberes nec authore quidem Patre obligari possunt, vt inquit *text. in §. pupillus in fine institutionum titulo de inutilibus stipulationibus*, atque in his precisis terminis notat Soccinus Senior *cons. 23 num. 15. lib. 4.* & dixit Rota *dec. 688. numer. 6. part. 1. recentior. & coram* Buratto *decision. 44. numer. 8. & in Bononien. fideicommissi de Lucatellis 5. Decembris anni 1659. coram Reuerendo Patre Domino meo Taia*.

Tum etiam quia cum possit accidere, vt sepè experientia docuit, quod filii Antonii præmoriantur Patri, & per eius mortem sine filiis fideicommissum purificetur fauore aliorum in tali casu substitutorum, qui consensum mini-
3 mè præstiterunt; † vtique quod hæc domus numquam dici potest absoluta à vinculo fideicommissi, & propterea merito Brunellus condemnatus † fuit ad restitutionem
4 pretii ex laté deductis in decisionibus huius causæ æditis *cor. R.P.D. meo Albergato*.

Et ità super hoc dubio Saxo tantùm informante decisum fuit &c.

Plures emanarunt decisiones in hac causa prima sub die 28. Maii 1663. quæ cum non habeatur impræssa erit in Appendice decisionum prætermissarum, altera sub die 2. Martii anni 1665. & hæc habetur in præcedenti parte Decimaquarta Recentiorum dec. 164. Tertia demum est decisio super denegatione remissoriæ, quæ vt hic immediatè subsequitur.

R. P. D. EMERIX.

Foroliuien. Domus.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Singularis est Decisio non ex capite denegationis remissoriæ ob simplicem regulam generalem non admittendæ probationis per testes ad probandum infirmitatem, quæ non cadit sub sensu corporeo; Verùm etiam in eo casu, quo probari prætendebatur impotentia generandi proueniens ex morbo in genitalibus, quod ac quam plures effectus, & casus in praxi deseruire potest.

SVMMARIVM.

1 *Generali impotentia accidentalis causata ex morbo in genitalibus, non potest probari per testes, & num. seqq.*

Genitalium morbus accidentalis ope naturæ, & arte medicinæ est curabilis.

2 *Generandi impedimentum perpetuum non præstat morbus accidentalis in genitalibus.*

Morbus accidentalis in genitalibus non cadit sub sensu corporis nu. 2.

Testes examinantur tantummodo super iis quæ sunt facti num. 2.

3 *Medicorum peritia vbi requiritur, non admittitur probatio per testes, & supra nu 1. cum seq.*

Testes non admittuntur ad probandum morbum in genitalibus nu. 3.

4 *Subrogatio facta absque consensu omnium fideicommissariorum non sustinetur.*

5 *Bona non remanent libera à fideicommisso si à fideicommissariis emptori auocari possunt.*

DECISIO XLI.

NICOLAVS Brunellus posteàquam in Sententia Rotali condemnatus fuerat ad restituendum Carlo Saxo pretium domus ipsi venditæ, ex quo contra formam eius obligationis, & promissionis illa reperta fuerat obnoxia fideicommisso quondam Bartholomæi Sermenghi, prætendens per subrogationem alterius Domus, quam in permutatione tradiderat Ioanni Baptistæ, & Antonio fratribus de Sermenghis, domum, de qua agitur euasisse liberam attento consensu in dicta subrogatione præstito tàm ab iisdem fratribus, quàm ab eorum filiis, in quibus dicebatur fideicommissum Bartholomæi expirasse petebat remissoriam ad probandum inhabilitatem Antonii ad procreandum alios filios, quam Domini censuerunt esse denegandam.

Tùm quia non articulatur eius naturalis impotentia ad generandum, † sed tantùm accidentalis proueniens ex 1
morbo in genitalibus qui cum ope naturæ, & arte medicinæ sit curabilis, non præstat impedimentum perpetuum generationi, † nec minus cadit sub sensu corporis, & pro- 2
pterea non debent desuper illo examinari testes, qui tantum admittuntur ad probandum ea, quæ sunt facti Alexander *consil. 159. num. 6. lib. 6.* & dixit Rota coram Durano *decis. 214. nu. 2. & in Pisauren. iocalium 11. Martii 1650. §. tertius in quo ponitur coram Reuerendissimo Domino Pap.* & in specie, quod vbi requiritur peritia medicorum † non 3
sit procedendum per viam examinis testium monet Felin. *in capit. proposuisti 4. num. 6. versicul. ex his extra de probation.*

Tùm etiam quia quando articularetur, & probaretur Antonium non posse procreare alios filios; Non tamen ex indè sequeretur, domum, de qua agitur, per subrogationem alteriùs remansisse liberam ab onere fideicommissi iniuncti à Bartholomæo Sermengho, non solum, quia subrogatio † facta fuit absque legitimo consensu fi- 4
liorum tàm natorum, vt ponderatum fuit in alia *decisione huius causæ super confirmatione sententiæ Rotalis hodie pariter cor. me edita §. tùm quia subrogatio*; Verùm etiam quia non subsistit in facto, quod fideicommissum Bartholomæi expiret in filiis Antonii iàm procreatis. Nàm quatenus isti prædecederent Patri, fuerunt in testamento vocati Alexander testatoris frater, eiusque filii, qui subrogationi nullatenùs consenserunt, & proindè eueniente casu suæ vocationis † domum à Saxo emptore semper auo- 5
care poterunt, vt pariter respondet dicta Decisio huius causæ hodie super confirmatione sententiæ Rotalis coram me ædita.

Et ità ex capite improbabilitatis, & irreleuantiæ materiæ articulatæ responsum fuit.

Præsens Decisio est in eadem causa Decisionis præcedentis, cuius in calce alias adnotauimus Decisiones concordantes.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granaten.

Leodien. Pecuniaria.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Quia satis in iure probatum est Ecclesiam non teneri ad restitutionem pecuniarum quas illius Abbates, aliique sui ministri mutuo receperunt, nisi de versione in vtilitatem eiusdem Ecclesiæ doceatur, quomodo igitur hæc probatio facienda sit in Decisione resoluitur, vbi pro exclusione eiusdem non probatæ versionis tamdem concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia tenetur ad restitutionem pecuniarum ab eius ministris mutuo acceptarum, si in eius vtilitatem eædem pecuniæ versæ sunt.*
Ecclesia locupletari non debet cum aliena iactura numer. 1.
2 *Mutuum receptum ab Abbate in præiudicium Ecclesiæ non substinetur.*
3 *Ecclesia non tenetur restituere pecunias à suis ministris mutuo receptas si non probatur versio in vtilitatem ipsius.*
4 *Versio in vtilitatem Ecclesiæ probari debet concludenter quando Abbas contraxit sine consensu Monachorum.*
Vbi autem intercessit eorumdem Monachorum consensus sufficit probatio coniecturalis, & præsumptiua ibid.
5 *Scripturæ priuatæ, & non recognitæ nullam probationem inducunt.*
6 *Ecclesia vt ratione versionis teneatur restituere pecunias ab Abbate mutuo receptas, quid probandum sit.*
7 *Testes in criminalibus examinati nihil probant in ciuilibus, si reus non obstante illorum depositione fuit condemnatus.*
8 *Abbas si contrahendo suo Monasterio præiudicare non potuit, multo minus confitendo.*
9 *Testibus non creditur, si eorum authores repelluntur.*
10 *Probationes præsumptiuæ non sufficiunt, vbi probatio debet esse concludens.*
11 *Testibus numero pluribus maior fides præstatur.*
12 *Procurator in iis quę ipse voluntariè facit Domino præiudicare non potest.*
13 *Approbatio tacita facta in alio iudicio non releuat.*

DECISIO XLII.

TAM coram R. P. D. meo Beuilacqua, quam coram Reuerendiss. D. meo Decano absolutum fuit Monasterium Vallis Scholarium à restitutione florenorum 4500. quos mutuo receperat q. Abbas Vertia ab Authore illorum de Carolis. Verùm causa appellationis mihi delata placuit DD. *die 12. Iunii 1665.* rescribere eorumdem sententias esse reformandas, quoad florenos 3709. ex quo constabat talem summam versam in solutionem debitorum Monasterii ratione cuius versionis Ecclesia iustitiæ
1 cultrix † semper tenetur ad restitutionem; ne cum aliena iactura locupletetur ad *text. in cap. 1. de salut.* & notat Bald. *in Auth. hoc ius porrectum nu. 33. vers. quæro vtrum C. de Sacros. Ecclesiis* Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 3.* cum aliis relatis in decisione quæ reuidetur §. *fundamentum fuit*. Sed quia informantes pro Monasterio conati sunt ostendere huiusmodi versionem non esse sufficienter probatam DD. In hodierna causæ repropositiones, recesserunt à decisis.

Considerarunt enim Abbatem contraxisse mutuum nullo præcedente Monachorum assensu, & tamen particulari statuto istius Ecclesiæ cauetur quod nullus Prior hodie Abbas sine speciali mandato Monasterii pecuniam mutuo recipiat vltra summam florenor. 20. *Summ. Monachorum nu. 5.* Vndè vltra prædictam summam contractus mu-
tui † nullo modo substinetur in Ecclesiæ præiudicium Pa 2
norm. *in cap. Constitutus 12. nu. 2. de procur.* Bald. *in l. licèt 24. C. eodem tit.* Rota cor. Pen. *dec. 413. num. 3* nec obligari
potest ad restitutionem non probata † versione pecuniæ 3
mutuatæ in illius vtilitatem, seù necessitatem, vt disponitur *in cap. quod quibusdam 4. ibique Glos. in verbo in vtilitatem de fideiuss. Auth. hoc ius porrectum in fin. de Sacr. Eccl.* Castrop. *oper. mor. p. 7. tit. de iust. commutat. disp. 4. p. 5. n. 10 & seq.* cum aliis relatis in decisione huius causæ *22. Iunii 1657. §. iniustitia, & § seq. in fin. cor. R. P. D. meo Beuilaqua, & 5. Martii 1663. §. sententiam cor. Reuerendiss. P. D. meo Decano*, de qua versione constare debet plenè, & concludenter, non
autem præsumptiuè, & ex coniecturis, † quando, vt 4
hic, prælatus sine Monachorum consensu mutuum accepit; licèt secus sit è conuerso, vt ità distinguendo firmat Castrens. *in cons. 337. sub n. 2 lib. 1.* Calderin. *cons. 7. de prob.* Angel. *cons. 245. nu. 3. in fin.* Natt. *cons. 547. n. 8.* Mascard. *de prob. concl. 1161. nu. 2.* & facit *tex. in l. 3. §. fin. ibique glos. verb. quo vertatur ff. de in rem vers.*

Hinc deficit fundamentum decisionis, quod versio pro rata florenorum 3709. sufficienter remaneat iustificata, tum ex pluribus quietantiis solutionum factarum diuersis Monasterii Creditoribus extractis mediante compulsoria ex libro Receptoris, tum ex depositione trium Religiosorum asserentium pecuniam mutuatam cessisse in monasterii necessaria; tum ex testibus deponentibus de summa conuentus egestate comprobata ex libro Exactoris, qui spatio duorum annorum non exegit nisi scuta 265. tum demum ex propria confessione Monachorum, qui de anno 1623. citatis omnibus creditoribus, & in specie Adamo mutua nte insteterunt admitti ad beneficium *Cap. Odoardus*, quæ instantia ex statuto Episcopali Leodien. debiti confessionem importat.

Quoniam in facto non subsistit quietantias prædictas fuisse compulsatas ex libro receptoris Monasterii; imò ex iurata attestatione Abbatis, & Monachorum facta in actis compulsationis, & data *in Sum. nu. 9.* apertè conuincitur huiusmodi librum nunquam extitisse in rerum natura, & sic contra eas vrgent responsiones alias datæ in præcedentibus decisionibus *co. R. P. D. m. Beuilaqua, & Re-*
uerendiss. D. m. Decano quod sint † simplices, & priuatæ scri- 5
pturæ, non recognitæ ac proinde non probant, vt dicunt *DD. l. admonendi ff. de iure iurand. & in l. comparationes C. de fid. instr.* Rota *dec. 103. n. 9. p. 3. rec.* maximè quia non exprimunt causam nec nomen Monasterii, nec personam mutuantis, prout necessario debuerant, ea omnia specificari ad dignoscendum an descripti in dictis quietantiis sint veri, & legitimi creditores Monasterii, & an fuerint sa-
tisfacti ex pecunia mutuata † alias non datur actio contra 6
Ecclesiam pro restitutione Ant. Butr. post Immol. *in ca. 1. num. 17 de posit.* Ruin. *cons. 68. numer. 8. lib. 1.* Bald. *cons. 125. col. vlt. vers. item si esset lib. 5.* Alex. *cons. 4. in fin. lib. 3.* Surd. *cons. 181. num. 11. & 12.* Menoch. *de Arbitr. casu 432 nu. 38.* Grat. *discept. 45. num. 2.* Seraph. *dec. 338. nu. 8.* quos refert dicta decisio *coram R. P. D. meo Beuilaqua §. & quatenus.*

Minus habitæ fuerunt in consideratione depositiones trium Religiosorum; quia non sunt examinati in hac causa citato Monasterio sed in causa criminali facta con-
tra Abbatem, & receptorem, in qua ambo † eorum de- 7
positione non obstante fuerunt condemnati, vt benè respondet dicta decisio cor. R. P. D. meo Beuilaqua & fundantur in simplici auditu ab Abbate, & Receptore, ex quo sicut contrahendo non potuerunt Monasterio præiu-
dicare † multo minus confitendo Bald. *in d. Auth. hoc ius* 8
porrectum num. 23. C. de Sacros. Eccles. Abbas *cons. 87. per totum lib. 1.* Castrens. *d. cons. 337. num. 9.* Rota *dec. 713. nu. 3. par. 4. diuers. & coram* Penia *decis. 555. nu. 8.* nec testibus
creditur † quorum Authores repellantur *cap. licet ex qua-* 9
dam de test. cap. filii 3. in fin. de hæretic. n. 6. l. Iulia, et leg. testis ff. de testi.

Cœteræ verò probationes relatæ in decisione quæ reui-
detur sunt præsumptiuæ quas Rota non attendit, † vbi 10
probatio debet esse concludens Acchill. *dec. 1. de prob.* Rota *dec. 102. n. 6 p. 2 diuers.* Buratt. *dec. 763 nu. 8* & nihilominus

omnes particulariter eliduntur nam testes deponentes de indigentia Monasterii conquassantur aliis testibus dicentibus mutuum fuisse contractum nulla vrgente Monasterii necessitate illiusque redditus, & prouentus esse sufficientes pro omnimoda Conuentus substentatione *d. Sum.*
11 *nu.6.* quibus vti numero pluribus † maior fides præstanda est Alex. *cons.* 350. *num.* 17. *lib.* 5. Gabr. *de test. concl.* 4. *num.* 7. Buratt. *dec.* 903. *nu.* 4

Approbatio debiti mediante instantia facta super admissione ad beneficium *Cap. Odoardus* non afficit Monasterium, quia fuit facta à Procuratore constituto non à Monachis capitulariter congregatis, sed ab ipso Abbate Vertia, qui nec contrahendo nec confitendo valuit Ecclesiæ præiudicare, ex supra firmatis imò in eo non datur facultas Procuratori citandi creditores mutui, & sic actus volun-
12 tarius Procuratoris † non præiudicat Domino Paris. *cons.* 86. *num.* 17. Gregor. *dec.* 75. *nu.* 1. nec ab eo fuit expressè ap-
13 probatum mutuum, & approbatio tacita † tanquam facta in alio iudicio non releuat Acchil. de Gras. *dec.* 2. *nu.* 1. *& seq. de confess.* Buratt. *dec.* 952. *nu.* 11.

Nec dici potest probata necessitas Monasterii contrahendi mutuum de quo agitur ex eo quod Abbas Lathomus Prædecessor Vertiæ reliquerit nonnulla debita, quia eadem excluduntur testes remissoriales dati *d. Sum. n.* 6. *&* 7. dicentes mutuum fuisse contractuum nulla vrgente necessitate, & Monasterii reditus fuisse affluentes, & sufficere pro frugali substentatione Monachorum, & vlteriùs deponunt Lathomum tempore obitus sequuti de Mense Augusti 1619 non dum recollectis omnibus fructibus reliquisse quantitatem auri, & argenti, & effectus non modici valoris itaut inuerisimile sit (vt ipsi subdunt) Abbatem successorem fuisse necessitate coactum has pecunias mutuo recipere. Debita verò fuerunt accollata à Lamberthio eius Receptore, & post eius obitum ab Adamo Dries nouo Monasterii Ammodiatore, vt constat ex instrumento concordiæ dato in d *Summ. num.* 14. Vnde prouenit non adfuisse necessitatem pecuniasque mutuas malè fuisse ab Abbate consumptas, vt ponderant *d. decisiones R. P. D. mei Beuilaquæ, & Reuerendissimi Domini mei Decani.*

Accedant pro exclusione versionis in vtilitatem monasterii condemnatio Abbatis, & Receptoris ob prauam administrationem, & consanguinitatis creditoris mutuantis, quæ omnia latè considerata in dictis decisionibus *R. P. D. mei Beuilaquæ, & Reuerend. ss. D. mei Decani.* Iterum in hac resolutione fuerunt à DD. amplexa pro recessu à decisis.

Et ità vtraque, &c.

Plures emanarunt Decisiones in hac causa, quarum altera habetur impressa in Duodecima parte recent. & est decisio 272. alia verò quæ est decisio 42 in ordine reperitur in præcedenti parte XIV. Inferiùs autem hac eadem Parte XV. alteram quoque decisionem habebis sub die 20. Aprilis 1668. præsentis confirmatoriam.

R. P. D. TAIA.

Rossanen. exemptionis.

Veneris 4. Martii 1667.

A R G V M E N T V M

Exemptio à solutione decimarum Monasterio concessa non compræhendit, neque compræhendere potest animalia aliena pascentia in bonis Monasterii exempti, siue pascua fuerint Dominis eorumdem animalium mediante pretio locata, siuè loco pretii lac, & lana soluatur, siuè etiam eadem pascua fuerint donata; Prout adhuc ipsum quoque Monasterium licèt exemptum decimas soluere tenetur de alienis pascuis existentibus in Diœcesi, siuè illa emerit, siuè tamdem conduxerit.

S V M M A R I V M.

1 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
2 *Religiosi generaliter habent priuilegium non soluendi decimas de propriis noualibus, animalibus, & hortis.*
3 *Priuilegium quando censeatur repetitum non per modum nouæ concessionis, sed per modum confirmationis, & duplicationis.*
Verbum sanè *quid importet nu.* 4.
4 *Dictio* sanè *exponitur prò* certè, *& vide supra numero* 3.
5 *Decimarum non solutio prouenit à lege Diœcesana.*
6 *Rota post lapsum decennii non exequitur exequutoriales nisi gustato de iustitia sententiarum.*
7 *Decimarum exemptio non compræhendit animalia aliena pascentia in bonis Monasterii.*
Gratia seù priuilegium, quod priuilegiato non prosit, & alteri noceat inuida res esset nu 7.
8 *Decimæ persoluuntur de pascuis.*
9 *Decima persolui debet tàm de pascuis, quæ venduntur quàm de iis quæ donantur, ac demum de iis quæ mediante lacte, & lana pascuntur.*
Herba quam pascunt animalia transit cum onere suo numer. 9.
Animalium Dominus tenetur soluere decimam totius herbæ quam sua pascunt animalia nu. 9.
Decima, quæ debetur ex pascuis non dubitatur esse prædialis.
Decima prædialis dicitur illa, quæ ex fructibus prædiorum debetur nu. 10.
11 *Decimarum in materia maximè attenditur consuetudo.*
12 *Decimas pascuorum, quas soluunt Diœcesani, soluere tenentur etiam exempti de alienis pascuis in Diœcesi existentibus.*
A Decimarum solutione exempti siuè emerint siuè conduxerint aliena pascua in Diœcesi existentia, decimas illorum persoluere tenentur nu. 12.
Pascua existentia in Diœcesi ità dicuntur affecta decimis, vt earum Domini illa pro nouem partibus communia cum Episcopo prò decima habere videantur num. 12.
Plus Iuris in alium nemo transferre potest, quam ipse habeat nu. 12.
13 *Fraus in Decimis fieri non debet.*
Diœcesani suis bonis decimalibus frudari non debent per Abbatialem exemptum nu. 13.
14 *Decimæ pascuorum non exemptorum sunt prædiales, ideoque soluendæ, & à quibus.*

D E C I S I O XLIII.

SVPER exemptione proposita nunc ab Eminentissimo Cardin. Abbate Sanctæ Mariæ de Patiro à iurisdictione Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Rossanen illam controuertentis prodierunt quinque decisiones *coram Reuerendo Patre Domino Carillo* nunc Reuerendissimo Archiepiscopo Compostellano hoc est 145. 149. 159. 181. & 203. inter eius impressas, & inter recentiores sunt 191. 219. & 239. *par.* 8. *&* 28 *&* 59. *par.* 9. in prima decisione decisum fuit priuilegium Sanct. mem. Innocentii III. anno 1198. à quo originem trahit exemptio esse in forma probanti ex eiusdem priuilegii oculari inspectione &c. quæ sunt incontronersa reseruato quod de exemptione particulariter videretur, & iuxta stylum tribunalis, & decisione supposita decisum fuit in 2. & 3. constare de exemptione ex verbis priuilegii, ibi *præfatum Monasterium Beatæ Dei Genetricis Virginis in ius, & proprietatem Beati Petri eiusque protectione, & nostram specialiter suscipimus, & præsentis rescripti priuilegio munimus &c. & ad perpetuam quietem vobis conseruandam volumus, vt nulli Monasterium vestrum cum Capellis omnibus & tenimentis suis sit subiectum præterquam Sacrosanctæ R. Eccl. &c & nullus in vos, vel Monasterium vestrum obedientias, &* Cle-

Clericos, vestros excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare nisi Romanus Pontifex vel Legatus ab eius latere destinatus &c. ad litteram d. Breuis; non obstante, quod in eodem Breui subsequantur illa verba *sanè Noualium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumpt.bus coltis sinè de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, aut extorquere præsumat*,
1 Et † inde inclusio vnius sit exclusio alterius ad *cap. 10. de decim.* Quoniam vltra responsiones in *d. dec. 181. num.6.à vers. nec obstat seù d. dec.28. nu 9.* in iis verbis rememora-
2 tum solum fuit generalem induitum Religiosorum, † vt de nouaiibus suis, quæ de propriis manibus, vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persoluant longè ante Innoc. III. à S. m. Alexandro III. & priùs *in d. c. 10.* fuisse concessum, vt apud Monet. *de decim. cap.4. à nu.56.* atque ita repetitum videtur priuilegium non per modum concessio-
3 nis: † sed per modum confirmationis ac duplicationis, quam indicant verba *sanè noualium &c. ad text. §. illa sanè c.5. de elect. in 6.* & benè *l exigendi 12. § sanè quod C. de procurat.* & ibi *Gloss. non iniustè.* Et proinde Summus Pontifex
4 exortus est à particula † *sanè quæ valet profectò certè &c.* & progressus est non per exemptionem Monachorum, sed per executionem, & prohibitionem aliorum increpatoriam, & comminatoriam, vt de iis alio iure iam priuilegiati nullus decimas exigere aut extorquere præsumat; in 4. decisum fuit exemptionem intrare in omnibus tam quoad personas, & bona Monasterii eiusque membra cum tenimentis omnibus, itaut nullus dicto Abbati, & Abbatiæ subiectus, nec Monasterium Ecclesia, & membra illius excommunicari, suspendi, & interdici possint, & valeant quacumque de causa, quia Papa in priuilegio supradicto satis apertè locutus fuit, vt in *d. decis.181. in princ. vers. nam quoad personas, & d. dec.28.* ibidem quæ valent, & valere declararunt in omnibus, & singulis tenimentis, & bonis quibuscumque, & vbicumque existentibus intra Diœcesim Rossanen. ac etiam in qualibet alia, & vbilibet existentibus, attento priuilegio reali, & indefinito siuè vniuersale omnium tenimentorum Abbatiæ excepta tamen iurisdictione in Populum, & proptereà intrare etiam exemptio-
5 nem à solutione decimarum, quia † earum solutio prouenit à lege Diœcesana fusè *d. dec. 181. à n.5. seù d. dec.28. à nu. 8* confirmata in vltima decisione in qua fuit remissoria denegata cumque ad sedandas controuersias denuò subortas Eminentiss. Card. Abbas instaret pro causæ expeditione, & sententiam ad formam decisionum Rota iam vltra de-
6 cem ac 20. annos ab vltima decisione 24. Ian. 1642. † iuxta stylum, quod post lapsum decennii, nec exequitur executoriales nisi gustato de iustitia ad *dec.1. nu.6. p 7.* mandauit priùs reuideri decisiones super puncto, exemptionis quæ hodiè confirmatæ fuerunt, & quoad decimas prout infrà declaratæ.

Declararunt itaque DD. in primis pro indubitato non esse exempta à decimis animalia spectantia ad alios pa-
7 scentia in Diœcesi Archiepiscopi † quia nec pertinet ad indultum sicuti neque ad personas vel res Abbatię, & potiùs extra rem, & extra, & contra ius esset itaut noceret d. Archiepiscopo & D. Abbati non prodesset, quod inuidum foret ad exemplum *Gloss.* quam instit *de leg. fus. caninia* sanè quod lædit alium, nec prosit petenti per summam iniuriam indulgeretur.

Proximè accesserunt animalia spectantia ad alios etiam si alias possidentes bona Abbatiæ, dummodo pascant in Diœcesi.

8 Deindè quia de pascuis † decimæ persoluuntur *cap.4. de decim.* cum ibi notat Oter. *de pascuis, & iur. pascen. tot. cap. 35.* tam de pascuis, quæ venduntur, sic pretium soluitur, quam de pascuis idest lacte, & lana bestiarum, quæ pas-
9 cunt in illis pascuis † licet Dominus fundi gratis patiatur pascere bestias in fundo suo, quia cum herba euulsa de terra à bestia vel potiùs ab eo, qui bestias pascit transeat cum onere suo Dominus bestiæ decimam estimationem totius herbæ debet dare Ecclesiæ inquit Innoc. *ad d. ca. 4. ab init.* Butr. *nu.9. vers. declaran. autem* Abbas *num.2 à vers. nota 2.* Card. Zabarell. *nu.5. & ad Clem.1. de decim. num.15.* Oter. *d. cap 35. à nu.6.* adeò vt decimam pascui esse prædia-
10 lem hæsitari non debeat, † quia dicitur prædialis, quæ ex fructibus prædiorum debetur apud *Alleg. &* Oter. *d. c.*
11 *35. nu.4.* Salua semper consuetudine in hoc † maximè attendenda argumento *dicto cap.4.* Oter. *d c.35. n.8. & §. vlt. cap. cum in aliquibus 32. de decim. & ibi glos. vlt.*

Domini declararunt decimas pascuorum, quæ soluuntur à Diœcesanis † ita soluendas esse ab exemptis Abba- 12
tialibus de alienis illis pascuis in Diœcesi existentibus, siuè illa emant siuè conducant ratione quaque manifesta; tum quia Domini pascuorum existentium in Diœcesi habent pascua affecta decimis, imo videntur habere pro nouem partibus communia cum D. Archiepiscopo pro decima, nec plus iuris in alium transferre possunt, quam ipsi habeant *l. nemo plus 53. ff. de reg. Iur. & cap. nemo potest 79. eodem in 6.* & videtur sensus *dicto cap. in aliquibus in princi-*
pio, tum etiam nequa fraus fiat, † vt Diœcesanus frua- 13
tur bonis suis decimalibus per Abbatialem exemptum *d. Clem.1. de decim.*

Denique iisdem fermè rationibus, & præcipuè quod decimæ huiusmodi pascuorum sunt prædiales Domini declararunt de pascuis non exemptis licet personarum exemptarum existentium in Diœcesi soluendas esse decimas, siue à Dominis exemptis propria animalia pascentibus, siuè ab emptoribus, aut conductoribus talium pascuorum &c.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Niciesi Canonicatus.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Licèt Concilium Tridentinum cap. 12. sess. 24. de reformat. expresè disponat Canonicos in Ecclesiis Cathedralibus saltèm pro dimidia debere esse presbyteros, vbi tamen ex laudabili consuetudine omnes Sacerdotes existunt, eamdem consuetudinem seruari mandat; Quomodo autem hæc ipsa consuetudo introducatur, & successiuè probetur præsens declarat Decisio, vbi adhuc plura de eadem consuetudine etiam generalitèr sumpta traduntur, ac doctè examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Canonici in Ecclesiis Cathedralibus, vbi omnes ex consuetudine sunt presbyteri tales impostèrum esse debent.*

Concilium Tridentinum cap. 12. sess. 24. de reformat. Canonicos in Ecclesiis Cathedralibus saltim pro dimidia disponit esse presbyteros, & ex consuetudine omnes, numer. 1. & seq. & num. 10. cum sequentibus.

2 *Testes deponentes semper vidisse Canonicos Sacerdotes, vel promotos, vel promouendos infrà annum, quandoprobent consuetudinem, vt omnes paritèr Sacerdotes existant.*

Consuetudinem probant testes deponentes sic vidisse, & à suis maioribus audiuisse, & nunquam vidisse & audiuisse in contrarium nu.2.

3 *Testium depositiones benignè interpretari debent, & quare.*

Periurii reatus in testibus quoad fieri potest vitandus num.3.

4 *Sacerdotium in beneficio requisitum sat est, quod verificetur de tempore possessionis, licèt non adesset de tempore gratiæ, amplia vt ibidem.*

Gratia perinde valere quid operetur nu.4.

5 *A mendacio quomodo, & ex quibus testes remaneant liberati, & sup. sub num. 3 & seq. ac etiam infrà num. 6*

6 *Testis super articulis aliquid affirmans, quod in interrogatoriis nescire dixit, adhuc probat si se posteà declarauit.*

7 *Consuetudinem ad inducendam requiritur animus, & num. sequen. ac etiam nu. 14. pariter cum seqq. vbi vide.*

8 *Consuetudinis factum ad inducendum, requiritur vo-*

luntas, ac etiam ad effectum inducendi illius ius, & nu.14. cum seqq. vbi vide.

9 *Canonicatus Sacerdotalis consuetudinem ad inducendam quæ requirantur, & sup. nu.7. & 8.*

10 *Consuetudo ad effectum efficiendi Canonicatus Sacerdotales ad formam Concilii quomodo introducatur, & successiuè probetur & num. seqq. ac etiam sup. nu. 2. cum seqq.*

Consuetudinis inducendæ voluntas in futurum fauore Ecclesiæ ex solo cursu temporis resultat nu. 10.

Consuetudo laudabilis in spiritualibus ex quibus resultet, ac etiam probetur nu.10.

11 *Canonicatus, & præbenda distinguuntur inter se; & quando, ac quomodo diuersimodè iudicentur.*

12 *Tempus non est modus inducendi obligationes, sed limita vt nu. seq.*

13 *Ecclesiæ ac etiam fauor piæ causæ tempus efficitur modus inducendi obligationem, & sup. nu.12.*

14 *Consuetudinis introducendi animus coniecturis probatur, & quibus nu. seqq.*

Animus introducendi consuetudinem eo ipso probatur si materia multum conferat ad vtilitatem Reipublicæ num. 14.

15 *Voluntatis introducendæ consuetudinis est ipsa consuetudo facti.*

16 *Consuetudo per frequentiam actuum introducitur, & de materia vide etiam in numeris antecedentibus, & seqq.*

17 *Consuetudo secundum legem, præter legem, & contra legem diuersimodè introducitur, & vide num. seq.*

18 *Iuris assistentiam si quæ habent, ea faciliùs probantur.*

19 *Infirmitas dicitur impedimentum legitimum.*

20 *Monitio requiritur adhoc vt gradum sacerdotalem suscipere debens, & negligens priuetur beneficio.*

21 Cap. cum in cunctis 7. § inferiora extra de electione non fuit derogatum à cap. licèt Canon. 14. eodem tit. in 6. *nisi in solis Parochialibus.*

22 *Canonici ex declaratione S. Congregationis Concilii non compræbenduntur à cap. licèt Canon. 14. in 6.*

DECISIO XLIV.

VACANTEM Canonicatum obtinuerat Lautherius Clericus vigesimum primum annum agens à D. V. Legato Auenionen. Sed vti Sacerdotalem Gilius impetrauit à Summo Pontifice, & quæstione ad factum penè redacta. An Canonicatus sit Sacerdotalis variis decisionibus pro variis propositionibus decisum fuit primo non esse Sacerdotalem, & gratiam Gilii non esse iustificatam cor. Eminentiss. D. meo Cardin. * Celso 12. Ian. 1663. deindè me subrogato 24. Maii seq. mox autem esse Sacerdotalem, & gratiam esse iustificatam 20. Iunii * & 28. Nouembris 1664. Denique nouis testibus inductis, & proposito dubio. An primo vel secundo decisis standum, & DD. standum secundo decisis responderunt.

Quia facilis probari consuetudo laudabilior vt omnes
Canunici in Ecclesiis Cathedralibus sint Presbyteri vltra
1 dimidiam saltem partem iuxtà Concil. Trident † *cap 12.*
sess. 24. de reformat. facilè probata visa est maximè testibus
Gilii, & testimoniis relatis *in d. decis. 20. Maii* 1664 nec
vlla exceptio visa est obstare oppositum, & minus discor
diæ, & contradictionum, imò visi sunt in substantia concordes, & dicunt semper vidisse Canonicos Sacerdotes,
2 † vel promouendos, & promotos intra annum Conciliarem, & audiuisse à suis maioribus, & nunquam vidisse
aut audiuisse contrarium iuxtà Sac. Concil. *d. cap. 12.* &
ibi Barbos. *num. 40. & de Canonic. cap.13 num. 9. & toto c.*
16. Rota cor. Seraphin. *dec.* 1138. *num. 1.* & dicta testium
3 benignè interprætanda sunt † ne periurii reatu notentur
cap. cum tu 16. de testibus, & ibi Gloss. cum aliis.

Mendacia opposita visa sunt tolli, & primum mendacium imputatum primis testibus de Priore Ioanne Baptista, qui quo tempore accepit possessionem Prioratus celebraret missam cum tamen Prioratum obtinuerit à S. me. Paulo V. 7. Februarii 1618. & facultatem ordinationis
extra tempora 3. Nouembris 1626. Quia etiam si tempore
assecutionis non esset Sacerdos † tamen tempore possessio- 4
nis iam esset ex dictis testibus; & ex dicta facultate cum
expressa narratione Canonicatus Sacerdotalis, videlicet lite pendente in Rota, & per gratiam *perindè valere &c. in decis. causæ coram* Buratt. *decision.* 636. *& decision.* 699.

Ità mendacium imputatum sexto testi, quod dixerit
vidisse Petrum Iosephum, & Fabium & ab omnibus iis
possideri Canonicatum hodiè litigiosum, & talem possessionem eos habuisse successiuè ab anno 1610. vsque ad principium præsentis litis per Fabii mortem cum Petrus 16.
annis antea ab anno 1594. possideret, & testis natus esset
anno 1596. † Quia testis non dixit vidisse Petrum capere 5
possessionem aut incipere possidere; sed vidisse à Petro, &
aliis possideri, & talem possessionem hubuisse successiuè.

Ità denique mendacium omnibus testibus imputatum,
quod in articulis testificentur consuetudinem quadragenariam, & tamen in interrogatoriis confiteantur nescire
an aliqui ex illis Canonicis fuerint Sacerdotes, † quia te- 6
stes declararint hanc ignorantiam à quadraginta annis antea non autem posteà intra quos benè consuetudinem affirmarint, & concluserint.

Eo magis quo aliqui testes etiam de proprio facto dicant eiectos Canonicos qui non essent Sacerdotes.

Nec obstitit DD. & expressius vni probandum visum
† animo introducendi consuetudinem ad *Gloss. vltim. sub* 7
init. cap. vlt. de consuet. & ibi Abbas *num. 17.* cum pluribus
apud Barbos. *num 18. vers. & deponere*, & non solum requiri voluntatem inducendi consuetudin. m facti † sed 8
etiam inducendi ius consuetudinis P. Suar. *de legibus c.14.*
nu.6 & 7. lib. 7. & de Canonicatu † Sacerdotali Rota *dec.* 9
421. ab init. & num.7. vers. & ideo probandum esse p. 1. recent.

Quia speciale est fauore Ecclesiæ iuxtà Sacr. Conc. *d. c.*
12. † vt ipso longo tempore videatur voluntas inducendi 10
consuetudinem in futurum per quæ elicitur modus probandi consuetudinem laudabilem in spiritualibus *capit. suam 29. de Simon.* & ità ibi Abbas *num.8. &* Barbos. *in fin.* Surd. *cons. 255. num. 30. vers. nec dicatur qui allegatur in d. decis.* 421. d. loco & vtrobique fauor Ecclesiæ aberat præclarè *in cons.* nec obscure in decisione, vbi sicut in alia decisione, quæ tempore prior, ordine posterior est *dec.* 366.
par. 2. distinguebantur præbenda quidem Sacerdotalis † 11
non autem Canonicatus non obstante controuersia con
suetudine, quod præbenda, & Canonicatus simul conferri solerent itaut non ratione accessionis. Sed connexionis præbenda ad se traheret Canonicatum, nam præcipuè probandum fuisset, quod id actum fuisset in vim consuetudinis &c. ad connexionem inducendam nullo Ecclesiæ fauore nisi etiam contra fauorem Ecclesiæ iam habentis distincta beneficia Canonicatus, & Præbendæ.

Atque hæc speciali fauore non solum Ecclesiæ, sed
etiem piæ causæ, quo licèt temqus non sit † modus indu- 12
cendi obligationes § *placet autem leg. obligationum 44. ff. de*
action. & obligat. secus † fauore piæ causæ Tiraquell. *pri* 13
uileg. 60. Genuen. practic. Eccles. quæstion. 478. cum aliis annotat. ad Buratt. *decision. 3. numer. 15.* Ruta *decision. 360. in fin.*] *versic. vltra quod hic viget fauor piæ causæ par. 1. rec.*

Ampliùs ad iudicandum de animo inducendi consuetu-
dinem conferunt coniecturæ, † & præcipuè si materia con- 14
suetudinis, & si multum conferat ad vtilitarem Reipublicæ apud P. Suar. *de legib. cap.15. num.13. d. lib.7.* Bonac. *de legib. quæst. 1. punct. vlt. §.3. num.21. vers.3. si materia disput. 1.*

Et tandem signum huius voluntatis, & obligationis † 15
est ipsa consuetudo facti *l. de quibus 32. ff. de legib.* maximè
per tempus sufficiens P. Suarez *de legib. cap.10. ab init & d.*
cap.14. nu.8. † & per frequentiam actuum Bonac. *dict. §.3.* 16
nu.17. maximè ad diuisiunem consuetudinis secundum le-
gem † præter legem, & contra legem ex Abb. *ad d. capit.* 17
vlt. in fin. & aliis P. Suar. *de legib. c.4. ab init. d. lib.7.* Bonac.
d. §.3. n.3. & consuetudo hæc si minùs est secundùm legem,
tamen laudabilior est ipsa lege laudanre, † & quæ non est 18
contra ius, imò habet assistentiam iuris ad facilem probationem, Rota cor. Seraph. *dec.1159. nu.3.*

Cæterùm quotquot dignitatis, & Canonicatus de antiquis 24. sint præsentes octo, vt dicebantur 28. Aprilis 1664. *in d. dec. §. Maximè*, quod Canonici, vel decem, vt in præ-

præsentibus informationibus Lauterii ad testes ipsius Lauterii, etsi Domini videantur generalitèr prætermittendi non agentes de præsenti Canonicatu, de quo specialiter agunt ij tres primi testes Gilii, nihilominùs obseruarunt propositas personas à testibus designatas.

Præpositum eumdemque Canonicum Honoratum assecutum anno 1605. in ætate legitima ipso anno supplicante, pro dilatione ad promouendum, quia Capitulum nominauerat alium, quod potiùs redarguat Canonicatum, & Præposituram Sacerdotales.

Archidiaconum, & Canonicum, quoque Ludouicum assecutum anno 1613. supra trigenarium ætate legitima, & ordine sacerdotali non controuerso.

Priorem, & paritèr Canonicum Ioannem Baptistam fuisse Sacerdotem, atque adeò promotum ex gratia extrà tempora, & causa, quod dignitas sacerdotalis esset, nec adhuc ab anno eam obtineret, & ad ordines etiam Presbyteratus ità arctatus esset, vt tempora statuta expectare nequiret, & ipsa gratia cum clausula, *quod Prioratus pacificè possideret*, & ille verè, & non fictè sacerdotalis licèt ad promotionem venerit, multò post assecutionem propter supradictam litem, & cum dicta gratia *perinde valere* in dictis *decis. cor Buratt*.

Præcentorem, & ità Canonicum Franciscum assecutum 21. Octobris 1623. ætatis 24. annorum expressè, & ea conditione, vt cum primum ad ætatem legitimam peruenirct se ad sacrum Præsbyteratus ordinem promoueri faceret, & distulisse quidem, sed ægritudine, & denique
19 morte propeditum † iusto quidem ęgritudinis impedimento, *cap. commissa 35. de elect. in 6. & ibi Gloss. iusto impedimento*, *& ibi* Barbos. *à num. 6. & de Canonic. d. c. 16. n. 11.* & aliàs non fuisse permissum differre, quia gradus non esset sacerdotalis expressus vt supra, sed quia neque moni-
20 tus † fuisset, *§. inferiora etiam capit. 7. de elect. & ibi* Abbas cum aliis, etiamsi curam animarum, sed non Paro-
21 chialem Ecclesiam haberet, cum huic † Capitulo non fuerit derogatum, nisi in Parochiali, *à cap. licet Canon. 14. eod. in 6. secundùm Gloss. Parochialis Ecclesia*, *& cum aliis* Barbos. *num. 14. & de Canonic. d. cap. 16. num. 10.* vbi
22 de Canonicis † declaratio Sac. Congregationis Concilii.

Denique Canonicum Ludouicum assecutum anno 1620. supra 40. non fuisse quidem promotum, sed nec potuisse promoueri intrà annum Episcopali Sede vacante iusto impedimento, vt supra, & à nouo Episcopo fuisse promotum.

Et ita vtraque, &c.

Decisiones in hac causa emanatæ cor. bo. me. Card. Celso habentur inter suas impressas, eæquæ sunt Decisiones 390. & 393. aliæ verò cor. eodem R.P.D. Taia sunt in præcedenti part. 14. dec. 169. & 370.

REVERENDISS. DOMINO ALBERGATO DECANO.

Comesi Canonicatus.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quæ semper datur possidenti, etiam in beneficialibus denegari non potest per exceptionem delicti ad huc per sententiam declarati, nisi in eadem sententia expressa mentio facta sit de priuatione beneficii.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex instrumento publico adeptæ possessionis, alio in possessione non existente.*
Manutentio conceditur possidenti, nu. 1.
2 *Possessio probatur ex confessione collitigantis narrantis Pontifici, alium fuisse beneficio priuatum.*
Priuatio præsupponit habitum, nu. 1.

Priuatio beneficii præsupponit in priuato possessionem illius, nu. 2.
3 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex declaratione collitigantis, aliquem detentorem, occupatorem, vel intrusum appellantis.*
4 *Possessorem vitiosum, occupatorem, vel intrusum appellans habet præsumptionem contra se.*
Possessio præsumitur iusta, nu. 4.
Confessio collitigantis asserentis aliquem possessorem, sed iniustum, vel vitiosum, acceptatur respectu possessionis, vitio reiecto, nu. 4.
5 *Possessio capta non citato possessore est euidentèr nulla, iniusta, & turbatiua.*
Possessio nulla, & turbatiua manuteneri non potest, num. 5.
6 *Possessio capta ab impetrante beneficium ob delictum alterius, eo non citato est euidentèr nulla, nec manuteneri potest.*
7 *Priuatio beneficii per simplex delictum de iure non incurritur.*
8 *Sententia sola declaratoria delicti non sufficit ad priuationem beneficii, nisi de eadem priuatione expressè loquatur.*

DECISIO XLV.

MANVTENTIO in Canonicatu fuit concessa M. Antonio, quia constat de eius possessione, tùm ex publico Instrumento illius adeptionis in vim Prouisionis Apostolicæ, † quod quidem alio non possidente pro- 1
bat possessionem manutenibilem, Rota coram S. mem. Gregor. *decis. 121. num. 1.* coram Merlin. *decis. 3. nu. 1. cor.* Eminentiss. Otthob. *dec. 20. nu. 3. dec. 41. nu. 1. dec. 140. nu. 14.* & alibi sæpè.

Tùm etiam ex duplici confessione Pini collitigantis, altera emissa in supplicatione, vbi narrauit Pontifici M. antonium de beneficio priuatum fuisse; † Cùm enim pri- 2
uatio præsupponat habitum; Idcircò, dicens aliquem beneficio priuatum supponit in eo possessionis existentiam Posth. *de manut. obseru. 29. num. 8.* Rota post eumdem *dec. 467. nu. 3. & dec. 468. nu. 1.*

Altera emissa in Regio beneplacito obtinendo, vbi M. Antonium indebitum occupatorem appellauit, ibi: *per indebitam occupationem, & demerita Marci Antonii Valmadiæ vltimi possessoris*, † ad effectum enim obtinendi ma- 3
nutentionem, sufficit quod Collitigans declarauerit aliquem detentiorem, vel occupatorem, seù quomodocumque intrusum, idem Posth. *obseru. 19. nu. 20.* Rota coram S. mem. Greg. *dec. 200 nu. 3. cor.* Eminentiss. Otthob. *d. dec. 41. num. 2. & 3. & dec. 236. numer. 11.* ea ratione, quia cum enuncians habeat præsumptionem iuris contra se, † ex 4
quo possessio præsumitur iusta legitima, & non vitiosa, potest confessio acceptari respectu possessionis, reiecta qualitate vitii, iuxtà Theor. Bart. à Rota sæpè canonizatam *in l. Aurelius, §. Idem quæsiit nu 2. ff. de liberat. legat.* signantèr *in diuers. dec. 802. nu. 3. & 4. par. 1. in rec. dec. 525. nu. 2. par. 2. cor.* Mant. *dec. 252. nu. 5. & co.* Careal. *dec. 535. num. 2.*

Non obstat possessio Pini capta in vim gratiæ Apostolicæ, quia tamquam appræhensa non citato antiquo possessore remanet euidentèr nulla, † & tamquam clande- 5
stina, ac turbatiua non est manutenibilis, *cap. licet eam de prob.* Bart. *in l. si duo nu. 4. ff. vti possidetis*, Rota cor. Seraph. *dec. 1106. nu. 2. in rec. dec. 203. nu 8. par. 1. & dec. 139. num. 5. par. 7.* & in punctualibus terminis contra impetrantem beneficium ob delictum alterius, † eo non citato responsum 6
fuit coram Eminentissimo Otthobono *dec. 186. numer. 11. cum duob. seqq.*

Non refragante, quod M. Antonius non esset citandus, dum ob asserta eius demerita fuerat per sententiam Ordinarii dicto beneficio priuatus; Prout à Pino fuit Pontifici expositum.

Quia imò ex hoc gratia detegitur subreptitia, dum non subsistit in facto, quod Ordinarius pœnam priuationis beneficii irrogauerit, vt ex tenore sententiæ *Summ. num. 3.* Et vltrà quod eadem fuit ab A.C reuocata tamquam nulla, & iniusta, fuitque Marcus Antonius ab impetitis culpis plenè absolutus, ac innocens declaratus, vt in *Summ. num. 6.* de iure etiam sicut per simplex delictum beneficii † 7
priuatio non incurritur, *cap. cum non ab homine, vbi DD. de iudic.* Gabr. *cons. 196. num. 1. & per tot lib. 1.* Rota *dec. 256.*

paritèr per tot. post secundum vol. cons. Farin. Ità sola sen-
8 tentia illius declaratoria, † non sufficit ad illam incurrendam, nisi de ipsamet priuatione fuerit facta expressa mentio, iuxtà doctrinam Felin. *in cap. Inquisitionis col. 1. de accusatoribus*, Rota coram Posignet *in antiquioribus dec. 5. de re iudic. in fin. vers. contrarium tamen obtinuit, cor. Puteo dec. 227. nu. 1. lib. 2. cor. Buratt. decis. 306. num. 7.* & in præcisis terminis *coram Cardinali Millino decis. 227. num. 1. & seq.*

Et ità Pino pluriescitato, & informare recusante decisum fuit, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granaten.

Bononien. fideicommissi de Grottis.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM

Quod iudicium insimul agitatum per Clericum, & Laicum diuersam recipiat appellationis suspensionem, quando, prout hic, diuersas, & separatas continet sententias in hac decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Appellandi priuilegium competens clericis in remediis possessoriis ratione connexitatis iudicii competit etiā laico.*
Ægidiana habet locum contra laicum, etiam quod iudicium esset commune cum clerico, quoties excluditur connexio eiusdem iudicii, nu. 1. & per totam.
2 *Sententiæ etiam in vno, eodemque iudicio simul agitato per clericum, & laicum, vbi distinctæ pronunciatæ sunt, non faciunt vtriusque appellationem esse communem.*
3 *Sententiarum diuersitas in materia appellationis, non autem vnitas libelli perpenditur.*
Ægidiana disponit tantummodò super appellatione, non autem respicit petitionem, nu. 3.
Appellatio datur à sententia, non autem à petitione, num. 3.
4 *Ægidiana non habet locum in iudicio communitèr agitato per clericum, & laicum, & quando vide per totam.*
Ius defensionis æquè laico, ac clerico commune excludit Ægidianam, nu. 4.
Pater si lite pendente cesserit bona filio clerico, ambo vnum, idemque ius habere dicuntur, nu. 4.
Ægidiana habeat ne locum in bonis lite pendente cessis à Patre laico filio Clerico, nu. 4.

DECISIO XLVI.

QVOAD Ægidianam ex nouitèr deductis Domini recesserunt à decisis, die 4. Iunii * præteriti in reliquis steterunt in decisis. Pro exclusione namque Ægidianæ in facto non subsistit fundamentum decisionis, quod scilicèt iudicium immissionis introductum fuerit in partibus tàm contra Castellium, quàm contra Patres Carmelitanos vnica petitione, seù libello, itaut Iudex à quo dicatur processisse tamquam Ecclesiasticus, & ius appellandi competens Clericis fuisse effectum commune ipsi Castellio laico ratione connexitatis, per quam magis dignus trahit ad se minus dignum, quia imò duæ distinctæ emanarunt petitiones, altera contra Castellium, altera contradictos Patres separatim executæ, ac diuersa die reproductæ, moderno *Summ.* Hiacinti *num. 2.* & cum hac distinctione actorum fuit iudicium prosecutum, & separatis citationibus ad sententiam, & distinctis cedulis terminatam *d. Summ. num. 3. & 4.* Insuper accedit non fuisse idem ius defensionis Castellii, ac Patrum cum ageretur de prædiis diuersis, ac diuersimodè per eosdem acquisitis, nam Castellius emit prædium Burioli, de quo agitur, à quibusdam Balsanis *Summ. præterito nu. 8.* Patres verò prædium Fontanæ à Ioanne Maria de Bonfiliis acquisiuerunt *Summ. num. 6.* Vndè satis apertè excluditur connexitas Iudicii indecisè considerata, per quam † priuilegium appellandi competens Clericis in remediis 1
possessoris suffragari dicitur etiam laico, eaque cessante proculdubio contra Castellium merè laicum, & possessorem prædii merè laicalis locum habet Ægidiana, vt dixit Rota post Posth. *de manut. decis. 257. num. 2.* Seraphin. *decis. 603. numer. 1. decis. 112. num. 2. par. 3. diuers. & decis. 150. num. 2. & 324. num. 3. par. 2. recent.* Maximè dum in præsenti per distinctas cedulas processum fuit, vt in fortioribus terminis † de vna sententia lata per capita sepa- 2
rata, dixit Rota *decis. 383. num. 19. & 20. par. 9. to. 1. & decis. 424. numer. 2. tom. 2. recent.* † Quæ sententiarum di- 3
uersitas in hac materia non autem sola veritas petitionis, seù libelli spectanda † venit, quia Ægidiana disponit su- 4
per appellatione, quæ datur à sententia, non autem à petitione, Rota *decis. 51. num. 15. par. 5. recent. & in Recanaten. bonorum 14. Martii 1639. § idque non obstante, co. Buccabella*, extensa postmodum *à Reuerendissimo D. meo Decano, & in Bononien. hæreditatis 26. Ian. 1654. §. neque dicta resolutio in fine, cor. Reuerendiss. Papien.*

Hinc non applicantur auctoritates in contrarium allegatæ, nam Rota *in Bononien. de Bargellinis coram Bichio*, in eo institit pro exclusione Ægidianæ, quod ageretur de bonis communitèr, & pro indiuiso possessis à Laico, & Clerico vnumque propterea, & idem ius defensionis, vt in *§. quale esse, & §. neque vrget*, & in iisdem terminis loquitur *decisio in Vrbeuetana Successionis coram Motmanno & in Recanaten. bonorum coram Buccabella*, vbi agebatur de bonis cessis à Patre lite pendente filio Clerico, & proinde tàm Pater, quam filius eodem iure tuebantur in *decisione verò Bononien. fideicommissi de Rubeis coram Cardin. Corrado, & dec. 170. cor. Otthob.* iudicium semper nomine laici, & Clerici vsque ad vltimam citationem ad instantiam promiscui prosecutum fuit.

Censuerunt tamen tantùm confirmandam esse alteram partem decisionis respicientis existentiam fideicommissi reciproci, & linearis, illiusque purificationem in persona Antonii, & fratrum de Grottis, cum subsistant omnia fundamenta luculentèr in dicta decisione recensita, & reiiciantur ibidem omnia obiecta, quæ in hodierna propositione fuernnt ab informantibus repetita.

Et ità vtraque, &c.

Supradicta decisio habetur in præcedenti parte decimaquarta rec. est in ordine decis. 472.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Controneñ Censurarum.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Nulla in præsenti decisione declaratur excommunicatio Episcopi contra Baronem cogentem soluere fidam animalia pascentia in bonis mensæ existentibus in Territorio eiusdem Baronis, & hoc duplici quidem ratione, & fundamento. Primò ob fulminatam excommunicationem in non subditum, secundò quia idem Episcopus in causa suæ mensæ Iudex esse non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non est Iudex competens in causa suæ mensæ, & num. 2.*
Iudex in causa propria nemo esse potest, numer. 1. & 2.
2 *Episcopus potest vti Iudex cognoscere de iuribus suæ Ecclesiæ.*

3 *Epis.*

3 *Episcopus in vilitatem suæ mensæ non potest facere actum auctorizzabilem.*

Amplia quia nec etiam testificari permittitur in vtilitatem eiusdem suæ mensæ, ibidem.

4 *Iurisdictio Episcopalis non egreditur fines propriæ Diœcesis.*

Episcopus non exercet iurisdictionem in non subditos, num. 4.

5 *Episcopus supersedere debet contra exemptum, ex sola ostentione priuilegij exemptionis.*

Priuilegij ostentio impedit processum ad vlteriora, donec coram superiore cognoscatur de iuribus priuilegiati, num. 5.

6 *Excommunicari non potest ille, qui non est subditus Episcopo, quod si secùs factum sit sententia excommunicationis reuocatur.*

7 *Excommunicationis sententia si nulla detegitur, in excommunicationem non incurrisse declarandus est, qui ab ea innodatur.*

Text. in cap. cum contingat. 36. de offic. de legat. *declaratur num. 7.*

8 *Commissio Signaturæ concepta etiam cum clausula per ablatiuum absolutum, non semper habet vim præcisæ commissionis.*

Sed intelligitur cum supposito terminorum habilium, quatenùs d. cto oblatiuo absoluto locus esse possit, ibidem.

Ablatiuus absolutus non semper præcisam conditionem importat, sed intelligitur prout de iure, numer. 8.

9 *Oblatio etiam sola sufficit, vbi offensio est dubia, & nu. sequen. vbi amplia.*

Cautio de stando iuri admittitur quoties de offensa dubitari posse contingat, num. 9.

10 *Satisfactio alicuius fauore demandata, si dubitatur ad quem pertineat, successorem nempè, vel hæredem, admittitur oblatio satisfacere debentis.*

11 *Excomunicatus ob malè exactam pecuniam Ecclesiæ, si petat absolui, summam exactam primo loco deponere debet.*

DECISIO XLVII.

POSSIDET Mensa Episcopalis Contronensis in Territorio Ciuitatis Insulæ tenimentum nuncupatum Bucciasoro, super quo prætendens Baro eius loci exigere pro Animalibus fidam, seù vt dicunt finarda, coegit mediante carceratione ouium Affictuarios pascuorum ad soluendum anno 1660. ducatos quadraginta, pro fida, ac alios 15. pro pœna incursa, ob non susceptam licentiam introducendi animalia in dicto Territorio, super quo facto examinatis ad instantiam Oeconomi eiusdem Mensæ pluribus testibus informatis, habitaque relatioe à duobus Nuncijs super non tuto accessu, executum fuit ad valuas Ecclesiæ Cathedralis Contronesi monitorium ad comparendum infrà sex dies, quibus iam elapsis declarauit Episcopus Baronem incurrisse in excommunicationem conuentam in Bulla Cænæ Domini, & hæc declaratio robur etiam confirmationis assumpsit ab alia sententia A. C. sed deuoluta causa appellationis in Rota, dubitaui an esset locus suspensioni, seù reuocationi censurarum, & fuit pro reuocatione responsum, facto priùs deposito totius monetæ exactæ.

Duplicis enim, & quidem insanabilis nullitatis defectui subiacere visæ sunt prænarratæ censuræ, & primò quia tenimentum cuius occasione emersit præsens controuersia pertinet ad Mensam Episcopalem, vnde fit,
1 quod ipsemet Episcopus non existat † huius controuersiæ Iudex competens, iuxtà regulam *l. vnic. C. ne quis in sua cons.* Iudex etenim licèt ipse possit cognoscere de iuri-
2 bus suæ Ecclesiæ † hoc tamen facere non potuit, quando vt hic agebatur de pertinentibus ad mensam, iuxtà distinctionem Butr. *in cap. cum venissente ante numer. 11. vers. si causa spectat ad Mensam de Iudic.* vbi
3 quod sicut in vtilitatem eiusdem Mensæ † Episcopus non potest facere actum auctorizabilem, ex *Clem. 2. de reb. Eccl. non alien.* nec etiam testificare, & Butr. *sequitur ibi* Abb. *num. 9. ac* Dec. *num. 55* & hanc distinctionem benè confirmant Alex. *consil. 79. num. 2. lib. 1.* Surd. qui refert concordantes *cons. 50. num. 11.* Natt. *cons. 174 num. 7. lib. 1.*

Alter qui notabatur nullitatis defectus resultat ex eo quod nec ratione originis, nec ratione suppositi delicti, per capturam scilicet ouium, ac exactionem fidæ in prædicto tenimento commissi D. Baro, nec Ministri illius subiacebant iurisdictioni Episcopi Cotronesi, sed erant subiecti Episcopo Ciuitatis Insulæ in cuius Diocesi prædium existit, & Baro commoratur, non enim iurisdictio Episcopalis egreditur fines propriæ Diœcesis,
† neque exerceri potest, nisi in proprios subditos, *cap.* 4
2. de constit. in 6. & communiter notatur in Clement. Pastoralis *de sentent. & re iudicat.* quandoquidem si
sufficit sola ostensio priuilegij † exemptionis ad hoc vt 5
Prelatus debeat supersedere, donec coram Superiore cognoscatur de iure suo, iux. doctr. Innoc. *in cap. ex parte il primo num. 1. vers. tunc Prælatus de verb. signif.* quantò magis hoc est affirmandum, quando vt hic sumus in claris reum conuentum non esse de sua iurisdictione, vt prosequitur idem *Innoc.* † dicens non posse excommunicari, & 6
hoc si fecerit Episcopus sententia illius tamquam iniusta sine difficultate relaxabitur.

Agnita ex præmissis nullitate censurarum sequitur, quod absque alia absolutione tàm Baro prædictus, quàm eius Ministri pronunciandi sint non affecti, neque ab illis innodati, † vt expressè decidit Text. *in cap. cum* 7
contingat 36. de offi. delegat. qui licèt loquatur in duobus casibus sententiæ scilicèt latæ post appellationem, & ex intolerabili errore, nihilominùs ad alias nullitates illum extendit notabiliter; Abb. *ibid. num. 2. ac* Couar. *in cap. Alma Mater de senten. excommun. in 6 ac illo allegato*, Rota *in decis. 568. num. 5. part. 4. tom. 3. recent. in Leopolien. Censurarum 27. Ianuarii 1645. §. absolutionem verò, vers. non quia necessaria coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Barchinonen. Iurispatronatus 3. Aprilis eiusque anni, §. quia procedit, vers. si vero nullæ coram, recol. mem. Card. Corrado.*

Ab hac verò pronunciatione remouere non potuit DD. rescriptum vltimæ commissionis præscribens restitutionem pecuniarum, & partis satisfactionem † præ- 8
terquam enim talia rescripta licet ablatiuum absolutum concepta non semper habent vim præcisæ commissionis, sed intelligenda sunt cum suppositione terminorum habilium quatenùs saltem incursus censurarum subsisteret, ex deductis in *decisione 218. à num. 13. vsque ad 21. part. 8. recentior.* visum fuit illud satis adimpletum fuisse ex spontanea oblatione deponendi integram summam quemadmodum † solam cautionem 9
de stando iuri sufficere, quando offensa est dubia, monet Text. *in cap. ex parte il primo, vers. in primo casu, ibique gloss. final. de verb. signific.* præsertim in hoc casu, in quo mortuo Episcopo, qui censuras promulgauit † dubitari 10
potest, an satisfactio demandata ad illius hæredes, vel ad Cameram pertineat, vel potiùs ad Episcopum successorem.

Et nihilominùs pro maiori securitate iurium Ecclesiæ, demandarunt Domini fieri † debere priùs actuale deposi- 11
tum totius summæ exactæ ad effectum illam consignandi, cui in expeditione negotij principalis conuenientiùs pertinere putauerint.

Et ità vtraque, &c.

Præsens causa iterùm reproposita, & acerrimè ventilata sub die 16. Nouembris eiusdem præsentis anni 1667. in eo solùm fuit capta resolutio, quod Baro absoluendus esset ab excommunicatione præstita priùs cautione de parendo mandatis Rotalibus, prout in Decisione infrà suo loco, & tempore adnotanda, in qua materia præsentis Decisionis in vtramque partem doctissimè examinatur.

REVE-

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Amerina Saluiani.

Veneris 11. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Quod inuentarium factum præuio Iudicis decreto, & apud acta publica remaneat validum, etiamsi deficiat in illo subcriptio hæredis in præsenti Decisione firmatur; prout etiam successiuè concluditur non officere defectum trium testium loco legatariorum, & creditorum absentium, si ita de stylo loci seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non confundit eius bona, ac iura cum bonis defuncti.*
Hæres beneficiatus duplicem repræsentat personam, num. 1.

2 *Inuentarium factum cum decreto Iudicis præsumitur ritè, & rectè factum cum omnibus solemnitatibus requisitis.*

3 *Hæredis subscriptio in inuentario est necessaria, & quando, ac quid continere debeat, & num. 4.*

4 *Inuentarium non vitiatur propter omissam subscriptionem hæredis, si est confectum præuio Iudicis decreto, & apud acta Notarij publici.*

5 *Testes numero tres requiruntur in inuentario loco creditorum, & legatariorum absentium.*

6 *Inuentarium non requirit tres testes loco creditorum, & legatariorum absentium, si ità de stylo loci seruatur, & vide sup. num. 5.*
Stylus Regionis in confectione inuentarij seruandus, est, num. 6.

7 *Stylus loci super confectione inuentarij probatur per attestationes Curialium, & Notariorum.*

8 *Stylus Curiæ regulariter probatur ex attestatione Curialium.*

9 *Inuentarium non redditur nullum ex omissione aliquorum bonorum, si illa non probantur fuisse in hæreditate de tempore obitus Testatoris, amplia vt ibidem.*
Protestatio addendi, & minuendi in inuentario facta operatur bona omissa quandocumque in eo adnotari posse, num. 9.

10 *Inuentarij beneficio, vt priuetur hæres propter omissionem requiritur probare eadem omissionem fuisse dolosam.*

11 *Bona adiudicata hæredi pro suo credito, non possunt ampliùs dici hæreditaria.*

12 *in Adiudicatione extraiudiciali requiritur æstimatio bonorum, secùs autem si per viam licitationis iudicialis fuerit processum.*

13 *Æstimatio bonorum non requiritur quoties creditor egerit per viam licitationis præuio mandato Iudicis.*

14 *Citatio Creditorum, de quibus hæres ignorantiam habebat tempore, quo institit pro suo credito, non est necessaria.*

DECISIO XLVIII.

IN decisione ædita 30. Maij 1664. coram me, dictum fuit non esse locum Ægidianæ, pro executione sententiæ à Sebastiano Venturello in Iudicio Saluiani obtentæ, pro immissione in possessionem Prædij possessi à Sanctæ Morello, quod sibi à Brancaleone Patre, & Auctore eiusdem Sebastiani venditum fuerat, ex regul. quod quem de euictione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio. Et licèt prætendere Sebastianus hæreditatem præfatam adiuisse cum beneficio legis, & Inuentarij, ex plubus tamen nullitatibus deductis contra Inuentarium, visum fuit huiusmodi beneficio non gaudere, & signanter quia carebat hæredis subscriptione, decreto Iudicis sufficienti numero testium, nec fuerint in eo descripta omnia bona hæreditaria; Verùm quia ex facto meliùs dilucidato hodie fuerunt sublatæ dictæ nullitates; Ideò Domini recesserunt à decisis. Quia data validitate Inuentarij, † hæres beneficiatus non confundit eius bona, ac Iura cum bonis defuncti, sed duplicem personam repræsentat, ex allegatis in *Ariminen. fructuum 8. Martii 1660. §. Non obstat coram me.* 1

Et primò non subsistit, quod deficiat Iudicis decretum, quia ex datis in *Summ. num. 2.* de contrario apparet; Ipse enim deuenit ad Inuentarij confectionem, de quo rogatus fuit publicus Notarius Ciuitatis Ameriæ, in præsentia duorum testium præcedenti citatione omnium Creditorum, ac præuio Iudicis decreto, quod in hac materia adeò operatur, † vt eo mediante præsumatur Inuentarium ritè, & rectè factum, cum omnibus solemnitatibus requisitis, *in l. final. §. sin autem, C. de iur. deliber.* Bald. *cons.* 147. *num.* 2. *lib.* 4. Card. Mantic. *decis.* 256. *num.* 4. Pen. *dec.* 1447. *num.* 6. Card. Caualer. *dec.* 508. *num.* 5. 2

Non obstat, quod deficiat hæredis subscriptio, quodque non fuerint adhibiti, nisi duo testes, vt aduertitur in *dec. §. Et licet, cum seq.* Quamuis enim subscriptio hæredis aliàs sit necessaria, † quæ debet continere illud esse Inuentarium rerum, bonorum, ac Iurium in hæreditate repertorum, confectum bona fide, sine dolo, & malignitate aliqua, vt per Iason. *in l. vltim. §. sin autem nu* 4. *vers. 6. requiritur.* 3

In præsenti tamen illius omissio non est aptam vitiare † Inuentarium stante quod fuerit præuio Iudicis decreto confectum apud acta per publicum Notarium, vt tradit Bald. *d. cons.* 147. *lib.* 4. Rol. *cons.* 73. *nu.* 26. *lib.* 2. Card. Seraph. *dec.* 371. *nu.* 2. Pen. *d. dec.* 1447. *n.* 6. *cum relatis in dec.* 331. *nu.* 17. *par.* 5. *recent.* 4

Quo verò ad testes clarus videbatur defectus ex quo tres alij non fuerunt adhibiti † loco legatariorum, & Creditorum absentium, iuxta formam præscriptam *in Auth. de hæred. & falcid. § Hinc nobis vers. si verò absunt.* Verùm quia in Ciuitate Amerina adest stylus particularis ab antiquo tempore obseruatus, non adhibendi in Inuentarij, nisi duos testes, pro validitate sufficit hos duos interuenisse, † quia in confectione Inuentarij stylus Regionis præcipuè attendi debet, vt alijs allegatis tradit Phanucc. *de Inuent par.* 3. *nu.* 80. & dixit Rota coram Cardin. Seraph. *dec.* 915. *nu.* 3. 5 6

Responsio autem data in decisione, quod nempè huiusmodi stylus non fuerit sufficienter probatus, hodie videtur cessare, cum fuerint exhibitæ publicæ attestationes omnium Notariorum, & Curialium dictæ Ciuitatis, *d. Summ. num.* 1. † quæ ad effectum probandi stylum contra solemnitates à iure requisitas in confectione Inuentarij, veniunt attendendæ, iuxtà punctualem *decisionem* 584. *sub numer.* 3. *coram Cardin. Caualer.* Et regulatiter stylum alicuius Curiæ † probari ex attestatione Curialium, plures admisit Rota, *vt in decis.* 176. *num.* 3. coram Eminentiss. D. Card. Othobono, *in Romana hæreditatis* 13. *Iulij* 1661. *§. Nec mandatum, coram Eminentiss. Card. Celso, & Aueniouen. Manutentionis* 7. *Maii* 1663. *§. final. coram R. P. D. meo Taia.* 7 8

Neque releuat nullitas desumpta ex omissione Censuum, quos Morellus collitigans dederat Brancaleoni in computum pretij Prædij, de quo agitur, ac etiam ex omissione alterius Prædij siti in Territorio Castri Iouij, nam præter quod non probatur illa extitisse in hæreditate de tempore obitus Brancaleonis, adhuc † obiectum cessare videtur ex protestatione addendi, & minuendi in eodem Inuentario adiecta, cuius vigore bona omissa possunt licitè quandocumque describi, Castren. *in d. l. fin. §. Cum igitur numer.* 5. *C. de iur. delib.* Dec. *consil.* 633. *sub numer.* 11. Rot. coram Pen. *decis.* 1447. *numer.* 8. *cum aliis in decis.* 126. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* 9

Attento præsertim, quod nullo modo constat omissionem fuisse dolosam, † prout requiritur ad effectum priuandi hæredem beneficio Inuentarij, *ex allegatis in Romana augumenti dotis* 16. *Iunii* 1662. *§. pariter, coram me.* 10

Sicut

Sicut etiam non vrget aliud motiuum decisionis, quod Sebastianus non possit iuuari beneficio Inuentarij, dum possidet plura bona hæreditaria patris, quæ cum sibi
11 fuerint iudicialiter adiudicata vigore crediti † materni, non possunt amplius post adiudicationem existimari hæreditaria, sed propria. Nil releuante nullitate adiudicationis ex duobus principaliter desumpta, ex quo scilicet non fuerit facta præuia æstimatione, & ex quo non fuerint citati creditores.

Etenim æstimatio bonorum fuisset necessaria, vbi processum fuisset per viam simplicis extraiudicialis adiudi-
12 cationis, † in quibus terminis intelligendus est Adden. ad Buratt. *dec.96. lit. A.* Secus autem vbi, prout hic, actum fuit per viam licitationis præuio Iudicis manda-
13 to; Hoc enim casu in iure cantum non reperitur, quod debeat præcedere æstimatio, vt dixit Rota *d. decis. 96. num. 5.* coram Buratt. & benè distinguit *decis. 411. num. 9. part. 5. rec.*

Creditores verò non fuerunt citati, quia non probatur, quod Sebastianus tunc de illis notitiam habuerit,
14 † illaque desumi non valet ex eo, quod præsens lis mota fuerit de anno 1649. contra Morellum, quia cùm illud iudicium fuisset inchoatum, non à Sebastiano, sed ab eius matre, exindè non benè infertur ad scientiam illius, maximè de tempore subhastationis sequutæ de anno 1665.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. O T T A L O R A.

Postea Præside Granaten.

Pampilonen. Iurium Parochialium.

Veneris 11. Martii 1667.

A R G V M E N T V M.

De vnione Ecclesiæ Parochialis facta Monasterio per viam incorporationis, & accessoriè plenè in præsenti decisione tractatur ad intelligentiam quorumdam verborum, quæ in huiusmodi vnionis materia plerumque vsurpari solent; Hinc etiam plura de Vicario pro Ecclesia suppressa deputari solito, in eadem decisione declaratur; An scilicet ille, amouibilis, vel perpetuus esse debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio bonorum Ecclesiæ nunquam vacat, sed residet penès eamdem Ecclesiam.*
2 *Vnio accessoria, & per viam incorporationis probatur ex verbis*, incorporare, annectere, & vnire, *ac etiam ex alijs, vide per totam dec.*
3 *Parochialitas nihil aliud est, quàm cura animarum.*
4 *Verba*, cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, *quid campræhendant.*
5 *Vnio probatur accessoriè facta ex clausula*, cum suis iuribus, & pertinentijs, *& sup. num.4.*
Amplia etiam quoad spiritualia, vt ibidem num.5.
6 *Clausula*, cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, *apposita in vnione probat illam fuisse accessoriam, & quid etiam importet, vide sup. numer.4. cum seq.*
7 *Verbum*, incorporamus, *importat vnionem accessoriam, & extinctiuam tituli etiam quoad spiritualia.*
8 *Vnio ex quibus verbis dicatur facta pleno iure, & subiectiuè vnius Ecclesiæ ad alteram.*
9 *Narratiua vnionis attendi non debet, sed tantùm illius conclusio.*
10 *Concessio quando est clara, non attenditur, neque consideratur illius petitio.*
11 *Proœmium non attenditur vbi dispositio, vel concessio de per se clarè loquitur.*
12 *Concessio pendet ab animo concedentis, & ideò non interpretatur à narratiua supplicantis.*
Supplicatio, quando gratia est clara, illam declarare non potest, num.10. 11. & 12.
13 *Iuspatronatus extinguitur, si in vnione interuenit consensus Patroni.*
14 *Patroni consensus præsumitur iustificatus coram executoribus, qui vnionem confirmarunt.*
15 *Lapsus longi temporis veram præsumit narratiuam literarum Apostolicarunt.*
16 *Ordinarii consensus in vnione requisitus suppletur ex consensu administratoris Episcopatus, quoties vt hic successio confirmatio Summi Pontificis.*
Iuspatronatus extinctum per vnionem Patroni recuperari non possunt, seù nouum acquirere, numer.16.
17 *Ecclesia patronalis destructa, si vniatur alteri Ecclesiæ, an iuspatronatus in eam transeat, & præiudicetur Patrono.*
18 *Tex. in cap. Pastoralis 7. de donation. in quibus terminis loquatur.*
19 *Referens recipit conditiones, & restringitur ad terminos relati.*
20 *Iurispatronatus possessio non probatur ex supplicationibus factis à Populo, & Communitate ad effectum habendi Vicarium ipsis gratum.*
Ius coactiuum, & obligatorium non tribuit aliquam prærogatiuam alicui, competentem pro aliqua supplicatione facienda, num.20.
21 *Cura dicitur totaliter vnita Monasterio, si in vnione sola congrua Vicario fuerit reseruata, & num. seqq.*
22 *Vnio dicitur totaliter facta Monasterio, si illud percipit omnes fructus.*
23 *Vicario si non solùm sua congrua fuerit reseruata, sed vlteriùs additum, quod iura Episcopalia saluat, non inde excluditur totalis vnio Parochialis.*
24 *Vicarius in Ecclesia vnita instituì debet non solùm ex verbis vnionis, verum etiam ex iuris dispositione.*
25 *Episcopus quando in Ecclesia Monasterio vnita debeat instituere Vicarium.*
26 *Curati, qui in eorum Ecclesijs per Monachos præsentantur, & ab Episcopis instituuntur debent esse perpetui.*
27 *Verbum* instituere *largè sumitur, & continet quemcumque modum prouidendi.*
28 *Institutio intelligitur etiam de deputatione Vicarii, seù Capellani ad nutum amouibilis.*
29 *Abbas in cap. cum plantare numer.6. post medium vers. vltimo casu, de priuileg. declaratur, & sup. nu. 24. cum seqq. & 33.*
30 *Institutio propriè fieri non potest in Ecclesijs accessoriè per viam incorporationis Monasterijs vnitis.*
31 *per vnionem accessoriam extinguitur titulus itaut Ecclesia non possit ampliùs dici beneficium.*
Ecclesia Parochialis accessoriè Monasterio vnita remanet merum Prædium, & Grangia Monasterij, num.31.
32 *Ecclesia, seù beneficium vnitum ampliùs vacare non dicitur.*
33 *Abbas Monasterij, cui fuit Parochialis vnita, exercere potest omnia iura parochialia; prout exercere possunt alij Parochi.*
34 *Tex. in cap. vnico de Capellis Monachorum, in quibus terminis loquatur.*
35 *Curam habentes in titulum dicuntur perpetui presbyteri, & Parochi Curæ merum exercitium potest esse temporale, num.35.*
36 *Episcopus non potest immutare statum curæ Monasterio subiectæ, maximè inscio Abbate.*
37 *Episcopus non debet Vicarios amouibiles propriè instituere, sed tantùm præuio examine approbare.*
38 *Vicarius amouibilis non debet approbari ad tempus, sed indefinitè.*
39 *Vicaria ad nutum amouibilis quomodò intelligatur esse perpetua.*
40 *Beneficia manualia quomodo intelligantur posse esse perpetua.*
41 *Episcopus quod voluerit mutare statum Vicarii amouibilis, illumque reddere perpetuum, non resultat ex verbis in illius institutione factis* toto tempo-

pore vitæ tuæ, *& sup. sub num. 35. pro intelligentia.*

41 *Vicarius in vnione facta pleno iure etiam quoad spiritualia, debet esse ad nutum amouibilis.*

43 *Obseruantia pro inducenda amouibilitate attendenda est.*

34 *Status vltimus plurimum refert ad effectum inducendi amouibilitatem.*

DECISIO XLIX.

CENSVERVNT Domini die 7. Iunij præteriti infirmandam esse sententiam Rotalem latam coram R.P.D. meo Beuilaqua, & successiuè confirmatam coram Reuerendiss. Gerunden. qua pronunciatum fuit penes Monasterium, & Monachos S. Mariæ de Yrache, illiusque Abbatem pro tempore resedisse, & residere curam animarum Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis de Mendauia, cui annexa reperitur altera Beatæ Mariæ de Legarda, & Vicarium deputatum ad exercendam curam animarum S. Ioan. de Mendauia esse ad nutum Abbatis, & Monasterij amouibilem, habereque nudum exercitium cum iure congruo, super cuius decisionis viribus proposui dubium, & Domini à decisis recedendum esse responderunt.

Nam vnio Ecclesiæ S. Ioannis de Mendauia fuit facta Monasterio quoad spiritualia, & temporalia, vt ex verbis petitionis compræhenditur ibi: *Parochialem Ecclesiam vacantem per liberam resignationem Sancii*, quæ respicit titulum, quia possessio bonorum nunquam vacat, † sed semper residet penès Ecclesiam, Natt. *cons. 562. num. 11. & 12. lib. 2.* Rot. *decis. 19. num. 11. part. 2. diuers.*

Quibus conueniunt sequentia; *dicto Monasterio in perpetuum incorporare, annectere, & vnire dignaremur*, quæ demonstrant petitam vnionem fuisse accessoriam per

2 viam incorporationis, & † sic cum suppressione tituli, Hoied. *de incompat. benef. part. 2. c. 3. sub nu. 9. vers. tamen in incorporatio*, Rot. *dec. 710 nu. 2. par. 2. rec.* Merl. *decis. 115. num. 1. & per tot.*

Petitioni adstipulatur concessio ibi: *præfatam parochialem Ecclesiam (sicut præmittitur) vacantem*, vbi Papa parochialem Ecclesiam concessit, quæ concessio compræhendit curam, & spiritualia cum parochialitas nihil

3 aliud sit, † quam cura animarum, Put. *dec. 299. in fin. lib. 1.* Rota *diuers. dec. 52. n. 38. & 39. par. 2.* & coram Coccin. *dec. 454. num 7.*

Adducuntur insuper verba illa: *cum omnibus iuribus,*

4 *& pertinentiis suis*, † quæ compræhendunt curam animarum iura parochialia, cæteraque ad Ecclesiam vnitam spectantia de iure, siue consuetudine, Innoc. *in cap. cum ad se num. 2. vers. & dic, quod pertinentiarum nomen, de restit. spoliat.* Rot. *decis. 630. num. 27. part. 4.*

5 *tom. 3.* & important, quod vnio sit facta accessoriè † etiam quoad spiritualia, Murg. *quæst. past. par. 4. quæst. 1. sect. 3. concl. 2. num. 7.* Rota coram Merlin. *dec. 115. num. 6. vers. præterea Ecclesia*, & coram Caual. *dec. 599. num. 3. & 4. & in rec. decis. 630. num. 27. par. 4. tom. 3. & decis. 21. num. 6. part. 6.* vbi *num. 7.* dicitur, quod sub di-

6 ctis verbis † venit etiam ius deputandi Vicarium ad nutum amouibilem, & in *Mindonien. parochialis* coram Reuerendiss. Conchen. post Murg. *decis. 29. sub num. 11.* & plenè firmatum fuit in *decisionibus in hac causa emanatis 19. Ianuarii 1663. § de hac autem coram R. P. D. meo Beuilaqua, & 17. Iun. 1664. §. hanc autem coram Reuerendiss. Gerunden.*

Fortius dum in vnione dicitur *præfate monasterio authoritate nostra ordinaria in perpetuum incorporamus*, † quod

7 ostendit vnionem esse accessoriam, & extinctiuam tituli cum translatione iurium etiam spiritualium in Monasterium, cui facta est vnio, vt declarant Garzias *de benef. part. 12. cap. 2. num. 55.* Castropal. *oper. moral tom. 2. tract. 13. disp 6. punct. 12. §. 1. num. 11.* Murg. *quæst. past. par. 2. q. 2. §. 7. num 35. in fin. fol. 72. & par. 4. q. 1. sect. 3. concl. 2. nu. 7. in fin. fol. 186.* Caual. *dec. 371. nu. 5. & Catacen. prætensæ obedientiæ 23. Maii 1650. §. eademque coram bon. mem. Bichio, & in Mindonien. parochialis coram Reuerendiss. Conchen supra legata.*

Idem etiam patet, ex eo quod in vnione sequentia leguntur: *Ita quod liceat per vos, vel Procuratorem vestrum corporalem possessionem præfatæ parochialis Ecclesiæ, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum authoritate propria appræhendere*, † itaut importet pleno iure, & subie- 8
ctiuè vnire, & incorporare Ecclesiam parochialem mensæ Monasterij tàm quoad temporalia, quàm spiritualia, & consecutiuè dare facultatem possidendi iura parochialia, eiusque fructus ratione parochialitatis vnitæ, Caual. *decis. 599. num. 2. & in rec. decis. 710. num. 3. part. 2. & 352. num. 8. part. 4. & 580. num. 8. & 15. eadem part. 4. tom. 3. & decis. 88. numer. 12. part. 9.* Buratt. *decis. 214. num. 4.* Merl. *decis. 115. num. 7. cum adductis in dicta Mindonien. parochialis coram Reuerendiss. Conchen. §. & vlterius.*

Officere autem non potest, quod ex tenore vnionis constet illam fuisse factam ad supplendam necessitatem Monasterij, & sic pleno iure quoad temporalia mediante applicatione fructuum, vt ponderatum fuit *in dec. quæ reuidetur §. vnio siquidem.*

Quia licèt causa motiua vniendi fuerit necessitas Monasterij, vnio facta fuit de ipsa Ecclesia parochiali, quod importat vnire ipsam curam animarum, & sic non debet attendi narratiua, † sed conclusio, Ang. *cons. 36.* 9
num. 3. & aliis relatis dixit Rota *in Romana, seu Veliterna affictus 15. Martii 1652. in fin. coram b. m. Bichio*, maximè dum concessio est clara, † quo casu, nec petitio considera- 10
ratur, Abb. *in cap. inter dilectos num. 4. vers. nota bonam limitationem, de fid. instr.* Rota coram Greg. *dec. 522. num. 8.* nec concessionis proœmium attenditur, † Grat. *disc. 530.* 11
num. 27. Rota *dec. 36. num. 18. part. 5. rec.* Cum enim concessio pendeat ab animo concedentis, † narratio suppli- 12
cantis attendenda non est ad illam interpretandam, Felin. *in cap. causam quæ num. 6. propè fin. vers. prædicta declara, de rescript.* Becc. *cons. 21. nu. 28.* Grat. *disc. 734. num. 31.*

Minus obstat, quod Parochialis de Mendauia tempore vnionis non erat liberæ collationis, sed parochialis sæcularis de iurepatronatus laicorum, & sic non potuerit plenarie vniri Monasterio, itaut Vicarius ad nutum Abbatis remoueatur, cùm non ab eo, sed à Patronis laicis præsentetur, vt ponderatum fuit in *§. id quoque plenius.*

Obiectio siquidem procedere posset, si vnio facta fuisset æquè principaliter, tunc enim quia remaneret titulus dubitari posset ad quem pertineret Vicarij nominatio; cùm verò vnio facta est pleno iure, accessoriè, & subiectiuè Monasterio, vt in præsenti, si consensus Patroni in vnione interuenit, † iuspatronatus extinguitur, 13
& eam non impedit, iuxta *tex. in cap. pastoralis 7. de donat.* vbi DD. Viuian. *de iurepatr. lib 14. cap. 5. nu. 58.* Rot. *in recent. dec. 579. nu. 4. par. 2.*

Consensum autem Patroni interuenisse patet ex Bulla vnionis, ibi: *& ad id Patroni ipsius accessit assensus*, & relatum verificatum præsumitur † coram Executoribus 14
literarum Apostolicarum vnionem confirmantiuum, Put. *dec 356. num 4. lib. 1. decis. 734. num 4. part. 2. decis. 71. num. 5. & seqq. par. 5. rec.* præter quod sufficit lapsus temporis longæuus † ad hoc, vt narratiua literarum vera præ- 15
sumatur, Greg *dec. 431. num. 10.* Caual. *decis. 15. num. 3.* Deinde clarius apparet, dum incolæ de Mendauia ante vnionem donauerant iuspatronatus Carolo Serenissimo Regi Nauarræ, qui illud donauit Monasterio de Yrache, ad hoc, vt sequeretur prædicta vnio, vt in *dec. quæ reuidetur § nec obstant.*

Minus releuant duo, quæ contra prædictam donationem opponebantur, alterum quod non poterit subsistere, ex quo in ea non interuenit consensus Ordinarij; alterum, quod non fuerit obseruata, quia post factam vnionem incolæ de Mendauia nominauerunt aliquos Vicarios. Primum enim soluitur ex eo, quod Communitas à se abdicauit iuspatronatus, illudque donauit Serenissimo Regi Nauarræ, qui cum insertione ipsius donationis illud donauit Monasterio, vt fieret vnio, quæ facta fuit a Nuncio Apostolico, ac Administratore Episcoparus Pampilonæ, & confirmata à Papa; ex quo resultat, & suppletur consensus † Ordinarij, & sic cùm extinctum fuerit iuspa- 16
tronatus non potuerunt incolæ in hac Ecclesia regulari nouum iuspatronatus acquirere, neque antiquum iam extinctum recuperare absque priuilegio Apostolico, Rot. *in rec. dec. 29. num. 9. par. 7.* & coram Eminentiss. Otthob. *dec. 159. nu. 9. cum ibi adductis.*

Nec visi sunt fauere DD. allegati in *decis. §. nec obstant in fine* † Hi enim disputant, an si Ecclesia patronalis de- 17
stru-

structa vniatur alteri Ecclesiæ, iuspatronatus ad eam transeat, & præiudicet Patrono, & tertio, qui casus non conuenit cum præsenti, in quo agitur de vnione Ecclesiæ patronalis facta de consensu Patroni alteri Ecclesiæ accessoriè, & subiectiuè extinctiua tituli Ecclesiæ vni-
18 tæ, quibus terminis † loquitur *text. in cap. pastoralis 7. de donat.* & DD. supra adductis firmantes, quod iuspatronatus extinguitur.

Secundum autem minoris considerationis est, vel quia nominationes factæ ante annum 1577. sunt amouibiles ad annum, & per viam supplicationis, quo anno inita fuit concordia inter partes, in qua firmatur amouibilitas Vicariorum, & cum omnes nominationes se-
19 quentes referantur ad concordiam, † relatio operatur, vt recipiant conditiones eiusdem, & ad eius terminos restringantur, Rot. *in rec. dec. 429. num. 2. & 555. num. 5. par. 2.* & satis dictum fuit in *decis. huius causæ emanata de anno 1663. coram R. P. D. meo Beuilaqua*, vel quia hæ nominationes dicuntur preces, & supplicationes factæ ad effectum habendi Vicarium Populo gratum, ex quibus non
20 probatur possessio iurispatronatus, † sed solùm quædam prærogatiua competens Communitati, & Populo, quæ non tribuit aliquod ius coactiuum, & obligatorium, Ferrett. *cons. 33. num. 3. & 4. & cons. 212. num. 4.* Rocc. *de iurepatr. in verb. competens num. 60.* Gonz. *super reg. 8. Canc. gloss. 18. num. 90.* Rota coram Cauai. *dec. 419. num. 1. & per tot. & in Pampilonen. Vicariæ de Stella 3. Iunii 1643. §. nec refragantur coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 26. Maii 1653. §. neque vlla vis fieri potest coram Reuerendiss. Papien.*

Etenim argumentum deductum pro exclusione translatione curæ in Monasterium, ex quo fuerit in vnione
21 reseruata † congrua pro Vicario, retorquetur, vt præcisè respondit Rot. *dec. 710. num 3. par. 2. rec.* vbi declarat tunc totalem curam penès Vicarium esse, quando ipse omnes fructus beneficij percepit certa portione assignata
22 ei, cui facta est vnio. † At in præsenti sumus in casu contrario, in quo liquet curam fuisse translatam in Monasterium, vt de communi opinione testatur Rot. *decis. 352. nu. 8. par. 4. rec.* & esse claram iuris conclusionem dicit Seraph. *dec. 1304. num 1. vers. hincque resultat.*

Parum refert, quod congrua reseruetur Vicario, non solùm, vt possit se ipsum alere, sed addatur, *& episcopalia iura soluere*; nam cum ex superioribus appareat cu-
23 ram fuisse translatam in Monasterium, † id intelligitur de iuribus Episcopo debitis ratione exercitij curæ, vt respondit Rot. coram Merl. *dec. 115. nu. 12. vers. & eo modo.*

Nec interest, quod Vicarius sit instituendus tam ex ver-
24 bis vnionis, quàm de iure, ex doctr. Abb. *in cap. cum plantare num. 6. post med. vers. vltimo casu, de priuil.* vbi dicit, quod licet Ecclesia sit pleno iure subiecta Monachis, si non est subiectus Populus, institutio authorizabilis,
25 quoad curam Populi spectat ad Episcopum, † & ideò debet esse perpetuus, prout Presbyteros, qui ad curam Populi per Monachos in eorum Ecclesijs præsentantur Epis-
26 copis, & ab ipsis instituuntur † debere esse perpetuos dicit *text. in cap. vnico de Capell. Monac. in 6.* præsertim dum in approbationibus Episcopi ab anno 1637. citrà apponi consueuerunt verba illa, *vt gaudere possis Vicaria toto tempore vitæ tuæ*, quod dicitur enunciatum in sententia lata ad fauorem vnius ex duobus nominatis.
27 Quia verbum *instituere* † largè sumitur, & continet quemcumque modum prouidendi, vt post alios declarant Barbos. *de pot. Episc. part. 3. alleg. 72. num. 172.* &
28 in specie quod accipiatur pro deputatione Vicarij, † seù Cappellani ad nutum amouibilis ad exercitium curæ, videre est apud Greg. *dec. 370. nu. 5. vers. sunt enim instit uti.*
29 Vlterius doctrina Abb. † procedere posset in Ecclesijs alio modo subiectis Monachis, quàm per vnionem fa-
30 ctam accessoriè per viam incorporationis; † in ijs enim non potest quis propriè loquendo, institui, vt tradunt Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 52.* Barbos. *de offic. paroch. cap. 1. nu. 69. ad fin. vers. nec illis*, Tondut. *resol. benef. par. 2. cap. 1. §. 5 num. 9.* cùm per hanc vnionem extinguatur titulus parochialis, itaut non possit amplius dici
31 beneficium, sed translata omni cura in Abbatem † Ecclesia remanet merum prædium, & grangia Monasterij, vt declarant Garz. *de benef. part. 12. cap. 5. nu. 192.* Rot. *in Aretina, seù montis Politiani iuris visitandi 16. Decembris*
32 *1588. coram Gypsio*, † itaut amplius non vacet, Caual. *dec. 330. n. 3. & 6. & 373. nu. 3. & 628. n. 1.* vbi, quod sæpè dictum fuit, & sic Abbas tamquam verus Rector † po- 33
test exercere omnia, quæ possunt alij Rectores in sua Parochia, prout respondendo eidem Doctrinæ Abb. firmauit Rot. *in Pampilonen. parochialis de Stella 28. Febr. 1606. §. vltra quod coram Cardinali Pamphilio.*

Ex quibus patet solutio ad *tex.* † *in d. cap. vnico de Ca-* 34
pell. Monac. qui loquitur de presbyteris, qui instituuntur, & habent curam in titulum, † non autem de habentibus 35
merum eius exercitium, quod potest esse temporale, vt respondit Rot. coram Caual. *dec. 389. nu. 3. & in Hispalen. iuris amouendi Vicarium, §. vti nec repugnat coram b. m. Peutingerio*, confirmata *in dec. 116. nu. 20. par. 9. rec.*

Nec alicuius momenti est, quod Ordinarius in approbationibus, ac sententia præsentis expresserit *ad effectum gaudendi toto tempore vitæ tuæ*, tum quia dum ex verbis vnionis constat eam fuisse factam accessoriè per viam incorporationis, & curam translatam in Abbatem debuisse exerceri per Vicarium ad nutum amouibilem, † non po- 36
tuit postea hunc statum, maximè Abbate inscio, immutare, Rot. coram Buratt. *dec. 636. num. 9. vbi Add. & in rec. dec. 152. n. 12. par. 10.* Tum etiam, quia licet Ordinarius non debeat Vicarios amouibiles propriè loquendo instituere, † sed tantùm præuio examine super idoneitate 37
approbare, vt tradunt Flor. de Med. *resol. 10. nu. 26.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 2. num. 93. ad med.* Barbos. *de vniu. iur. Eccl. lib. 3. cap. 6. nu. 63.* non tamen debet eos approbare ad tempus, sed † indefinitè, iuxtà declarationem S. Con- 38
gregationis Concilij relatam per Barbos. *d. cap. 6. nu. 48. & ad Concil. sess. 7. de reform. cap. 7. nu. 28.* scilicet vt respectu ipsius gaudere possint Vicarij toto tempore vitæ suæ; † 39
quod intelligi debet, vt sit perpetua Vicaria, si non reuocetur, & sic intelligendum collationem beneficij manualis † dicit alijs relatis Lara *de anniuers. & Capell. lib. 2.* 40
cap. 6. num. 8. quo sufficit ad hoc, vt non possit dici constare † de eius voluntate statum mutandi, vt in proposito 41
Rota *dec. 308. nu. 4. vers. neque constat par. 1. rec.*

Cùm itaque ex superioribus constet, quod vnio sit facta pleno iure etiam quoad spiritualia, consequens est, † 42
quod Vicarius pro exercitio curæ deputandus sit ad nutum amouibilis, vt docuit Gloss. *in Clem. vnic. vers. ad mensam in fin. de excess. Prælat.* & plenè firmauit Rot. *in Hispalen. iuris amouendi Vicarium 21 Iun. 1641. §. & quod animarum cura coram b. m. Peuting.* confirmata *in eadem causa dec. 116. num. 19. par. 9. rec. & dictum fuit in dec. in hac eadem causa emanata 19. Iunii 1673. §. non obstat quod coram R. P. D. meo Beuilaqua*, maximè concurrente pro amouibilitate † diuturna obseruantia, comprobata ex datis 43
in *Summario Monasterii num. 14. & pluribus seqq* necnon vltimo statu desumpto ex eo, quod propter absentiam Michaelis Ximenes Vicarij antecessoris, Abbas deputauit modernum Vicarium absque vlla contradictione, *dicto Summ. n. 27.* † qui vltimus status in materia amouibilitatis 44
summoperè attenditur, Gonz. *reg. 8. Gloss. 5. §. 3. nu. 18.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granaten.

Varmien. Canonicatus.

Lunæ 14. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Prouisus Apostolicus cum expressa conditione, *dummodò beneficium non cadat sub indulto*, tenetur plenè, & concludenter probare huiusmodi qualitatem, etiam quod illa in negatiua consistat, cum huiusmodi probatio sit principale fundamentum suæ intentionis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, dummodò, *contenta in litteris Apostolicis verificari debet ab impetrante, amplia vt num. seq.*
2 *Negatiua, sub qua concepta est gratia, probari debet ab eo, qui agit ad executionem ipsius gratiæ.*

3 No-

3 *Notario in ijs, quæ spectant ad eius officium plena fides adhiberi debet.*

4 *Indultum alicui Episcopo concessum expirat per promotionem illius ad alium Episcopatum, & vide nu. seqq.*

5 *Indultum concessum intuitu personæ, & propriorem meritorum dicitur personale, & durat ad vitam indultarij.*

6 *Dignitatis expressio facta in indulto alicui personaliter concesso, dicitur facta honoris gratia, & ad maiorem personæ demonstrationem.*

7 *Constitutio Vrbani Octaui 60. in ordine compræhendit solummodò indulta concessa Episcopis ratione Ecclesiæ, non autem personalia, & ob benemerita, & sup. num. 4. cum seqq.*

8 *Indultum nominandi, alicui concessum non cessat, cessante facultate exequendi alteri impartita.*

9 *Beneficium non compræhendi sub indulto probare debet ille, qui gratiam sub tali conditione reportauit, & sup. num. 1. cum seqq.*

DECISIO L.

SENTENTIA Illustrifs. D. m. Decani, qua pronunciatum fuit literas Apostolicas Samuelis non esse exequendas, tanquam validam, & iustam, hodie Domini confirmandam esse dixerunt: omissa enim discussione super validitate, quæ non fuit controuersa, & satis resultat ex reuolutione actorum De Iustitia, in qua versatur quæstio, constare visum est ex deductis in decisione extensa 28. Iunij 1666. vbi optimis fundamentis firmatum fuit Samuelis gratiam nullo modo dici posse iustificatam, quousque ipse probet Canonicatum, de quo agitur non cadere sub indulto concesso Archiepiscopo Gnesnen. tunc Episcopo Varmien. nominandi ad duos primos Canonicatus, vacantes in mensibus reseruatis,
1 † prout omninò tenetur ex clausula speciali in eius literis adiecta ibi: *Dummodò Canonicatus sub indulto Archiepiscopi Gnesnen. non compræhendatur*. Greg. *dec.* 91. *num.* 2. Duran. *dec.* 414. *n.* 2. & *dec.* 437. *n.* 3. Reuerendifs. Roias
2 *dec.* 346. *n.* 3. quæ licet consistat in conditione negatiua, † debet tamen concludenter iustificari ab eo, qui agit ad executionem suæ gratiæ, vt dixit Rota coram Buratto *dec.* 175. *nu.* 1. & *dec.* 948. *nu.* 2. *cum aliis in eadem dec. Reuerendifs. D. m. Decani allegatis.*

Ex parte autem Samuelis nulla fuit facta probatio indulti exclusiua, imò nunc ostenditur contrarium, quo scilicet bon. mem. Archiepiscopus Indultarius ius nominandi minimè consumpserat, sed vigore dictæ suæ facultatis, hunc tantùm, & alium consimilem Canonicatum nominauit, vt constat ex fide Notarij Nuncij Apostolici in Regno Poloniæ, data in Summario Zac-
3 cariæ *num.* 4. † cui tanquam attestanti de ijs, quæ pertinent ad suum officium plena fides est adhibenda, Tondut. *resolut. canon.* 70. *nu.* 12. *par.* 1. Buratt. *dec.* 888. *num.* 4. & *seq.*

Non obstat, quod indultum Vinceslai Episcopi Varmien. expirauerit per eius promotionem ad Archiepis-
4 copatum Gnesnen. † vt deponitur in Bulla Vrbani Octaui 60. in ordine, quia vt pluribus comprobat decisio *in*
5 *§. non releuat cum seq.* indultum † tamquam concessum intuitu propriorum meritorum cum expressione nominis ipsius Vinceslai dicitur personale, ideoque durat ad vitam ipsius Indultarij, *l.* 1. *§. personis, ff. de iur. immun.* Soccin. Sen. *conf.* 50. *num.* 2. & *conf.* 116. *num.* 20. *lib.* 1. *cum aliis cumulatis per* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *qu.* 103. *nu.* 45. & quamuis ibi fuerit quoque expressa dignitas Epis-
6 copalis Varmien † ea tamen expressio censetur facta honoris gratia, & ad maiorem personæ demonstrationem. Abb. *conf.* 93. *nu.* 1. & 2 *vol.* 2. & in terminis indulti respondit Rot. *dec.* 221. *nu.* 10. & *in Patauina pensionis* 13. *Iunii* 1661. & 19. *Februarii* 1663. *coram R. P. D. meo Taya*;
7 Vrbana verò Constitutio † non loquitur de Indultis personalibus, & ob benemerita concessis, sed tantùm de realibus concessis ratione Ecclesiæ, vt legitur in §. 1. *circa medium*, ibi; *sed ad eum spectabat ratione Ecclesiæ*, & in fine, ibi: *sed indulto tantùm ratione Ecclesiæ*.

Minus releuat alterum obiectum, quod indultum tanquam directum Eminentissimo D. Card. Vidono, tunc temporis Poloniæ Nuncio cessauerit finita eius Nunciatura, & per consequens non potuerit à Reuerendifs. Pignatello eius successore expediri collatio in personam Zaccariæ. Quia quidquid sit. An facultas Nuncio concessa transferatur regulariter in successorem? Obiectum non intrat, ex quo non agitur de validitate collationis factæ per Reuerendifs. Pignatellum, & de exequenda gratia Zaccariæ. Præterea collatio facienda à Nuncio non respicit nisi executionem nominationis, Episcopi, † vnde licet facultas conferendi cessare admitteretur, non tamen cessauit indultum nominandi; quod 8
est personale, vel saltem exindè non infertur Canonicatum non compræhendi sub indulto, † quod tanquam 9
fundamentum gratiæ Samuelis debet iustificari, Rota *in Diennen. Prioratus* 10. *Decembr.* 1657. *coram bo. m. Verospio*, & Zaccariæ vti reo, & possessori sufficit vincere per non ius Actoris, Rota *dec.* 116. *n.* 1. *par.* 7. *rec.* & *in Anagnina beneficii* 2. *Martii* 1643. *coram Reuerendifs. Papien.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Calaguritana Archidiaconatus.

Lunæ 14. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

De reseruatione beneficii Subcollectorum vigore Regulæ Cancellariæ 5. plenè in hac decisione tractatur; Vbi etiam similiter declarantur aliæ duæ regulæ Cancellariæ; altera de annali; alia verò de possessore triennali; quomodo nempè, & quatenus illæ procedant; Hinc etiam plura de decreto irritanti, deque impedimentis alicui præstitis, quæ in odium impedientis efficiunt sic impeditum in totum impleuisse, ad quod de iure tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam de stylo Hispaniarum non requiritur post conclusionem in causa, amplia vt num. seq.*

2 *Sententia lata præsente Procuratore redditur valida etiam sine alia citatione ad illam.*

Præsens adfuisse sententiæ præsumitur qui in continenti ab ea appellauit, num. 2.

3 *Sententia ex bono iure confirmari debet, quoties illius nullitas redditur dubia.*

4 *Literæ Apostolicæ de nouo exequendæ sunt, si sententia, quæ illis executionem concessit detegitur nulla.*

5 *Subcollectoris vnici deputatio sufficit pro reseruatione regulæ quintæ Cancellariæ.*

6 *Beneficii reseruatio vigore regulæ Cancellariæ non cessat per deputationem aliorum Subcollectorum particularium, & sup. num.* 5.

Subcollectoris vnici deputatio generaliter facta non excluditur per deputationem aliorum Subcollectorum ad certa spolia, num. 5. & 6.

7 *Beneficium Subcollectoris generalis vt dicatur reseruatum, sufficit, quod ille per momentum temporis solus Subcollector extiterit.*

8 *Regula Cancellariæ de annali excludit impetrantem, nisi exprimantur qualitates possessoris, & alia, de quibus in decisione. & vide num. seqq.*

9 *Regula de annali non afficit quoties illi fuit derogatum, prout regulariter derogari solet, & quomodo.*

10 *Tempus impetranti præfixum ad prosequendam litem infrà annum non currit ei, qui facto aduersarij fuit impeditus, & num. seqq.*

11 *Regula de annali quamuis inducta in odium impetrantis non vindicat sibi locum, quando quis facto ipsius partis litem prosequi impeditur, & num. seqq.*

12 Ne-

12 *Negligentia quoties considerari non potest in impetrante quo minus infra annum fuerit litem prosequutus, eidem nullatenùs respicit regula de annali, & sup. nu.10. cum seqq. ac infra num. seq.*

13 *Per recursus habitos ad Iudices laicos non habet, neque habere potest locum regula de annali.*

Impeditus facto Aduersarij actum aliquod adimplere, perinde habetur ac si in eius odium illud expleuisset, num.13. & sup. num.10. cum seqq.

14 *Titulum suæ prouisionis qui produxit meliorem allegare non potest.*

15 *Regula de annali licèt non requirat titulum, requirit tamen possessionem actualem bonam, & pacificam.*

16 *Regula de annali non intrat quando possessio beneficij est damnata, vtpotè de beneficio reseruato, amplia vt num seq.*

17 *Decretum irritans inficit possessionem etiam vigore regulæ de annali.*

18 *Possessio infecta à decreto irritanti habetur pro nulla, & vacua.*

19 *Decretum irritans non solùm habet locum in reseruationibus clausis in corpore iuris, verùm etiam in alijs, quoties reseruationes sunt notoriæ.*

Decretum irritans quando habeat locum super incerto, num.19.

20 *Regula Cancellariæ 5. reseruatoria beneficiorum subcollectorum tempore Pontificatus Innocentii X. non continebat decretum irritans.*

Decis. Caualerii 8. num. 2. declaratur. numer. 20. & seq.

21 *Decretum irritans expressè appositum in vltima regula Cancellariæ reseruatoria beneficiorum comprehendit etiam omnes alias regulas antecedentes, numer.24.*

22 *Regulæ reseruatoriæ beneficiorum Cancellariæ omnes habentur pro vna lege, & quælibet reputatur pro vno §. licet contrarium tenuerit Gonzales, vt num.23.*

25 *Signum Notarij adiectum in fine libri instrumentorum, censetur appositum in quolibet instrumento eiusdem libri.*

26 *Regula de triennali possessore admittit titulum etiam coloratum.*

Regula de triennali possessore requirit possessionem pacificam per integrum triennium, aliàs non suffragatur, num.26.

27 *Controuersiæ etiam extraiudiciales impediunt effectum regulæ de triennali possessore.*

DECISIO LI.

FVERAT per contradictas coram me resolutum 26. Maij 1656. iustificatas esse literas Apostolicas à Bernardo de Aranaz impetratas tanquam de reseruato ex regula 5. Cancellariæ; ex quo Didacus tempore, quo possedit controuersum Archidiaconatum per eius obitum vacantem vnicus fuerat Subcollector generalis in Ciuitate Calaguritana, sed non potuit ad vlteriora in causa procedi, quia Franciscus Ioannes de Echalaz collitigans de eo prouisus ab Ordinario, & possessor per varios recursus ad Iudices laicos, variaque illorum impedimenta ablatis citationibus rotalibus, & Bullis Apostolicis coegit Bernardum litem prosequi coram Ordinario, à quo tandem obtinuit sententiam pro validitate suæ prouisionis cum relaxatione mandati de immittendo. Cùmque Franciscus in gradu appellationis illam impugnaret ex capite nullitatis ob defectum citationis ad sententiam, & propter iustitiam, allegando cessare dictam reseruationem ob existentiam plurium Subcollectorum, ipsumque iuuari beneficio regulæ de annali, & triennali, causa discussa, Domini omnes præfatas obiectiones reiecerunt.

Respectu enim nullitatis cessat defectus citationis ad
1 sententiam † non solùm per antecedentem conclusionem in causa iuxtà stylum illarum partium deductum post alias decisiones *in Cæsaraugustana Sponsalium 11. Maii 1657. coram Reuerendiss. Segobien. §. Verùm his non obstantibus*, sed etiam & certius, ex quo sententia lata fuit
2 præsente Procuratore Francisci, † qui ad hunc effectum aderat, dum incontinenti ab ea appellauit, *Summ. Bernardi nu.14.* Greg. *dec.576. nu.1. 3. & 4. ibique* Add. *n. 15. & 16.* satisque est asserere nullitatem reddi dubiam, † vt 3
sententia ex bono iure confirmetur etiam Parte opponente, Eminentiss. D. Card. Otthob. *dec.29. n 26.* Vel de nouo literis Apostolicis † executio concedatur, ex tradi- 4
tis *in dec.31. nu.22. par.10. rec*

Respectu verò iniustitiæ insubsistenter allegatur Didacum non fuisse vnicum Subcollectorem generalem, ex quo constet de deputationibus Ioannis de Beudigar Cantoris Ecclesiæ Calaguritanæ pro spolijs Ioannis Pinero, & fratris Ioannis de Virgine; Nam deputatio Didaci loquitur de vnico Subcollectore generali, *d. Summ. nu 8.* † quæ sufficit pro reseruatione regulæ quintæ Can- 5
cellariæ, ex probatis in *dec. huius causæ editæ coram me dicta die 26. Maii 1656. §. quoniam acceptatio.* Deputationes verò Cantoris fuerunt particulares ad dicta duo spolia certa, & specialia, † quæ propterea non excludunt 6
præfatam reseruationem, cùm non tollant vnicitatem generalis subcollectoriæ in Didaco, Mandos. *ad reg.4. qu. 10. nu.10. in fine, vers. posset etiam distingui*, Rot. *in Monopolitana Canonicatus 23. Ianuar. 1651. coram bo. me. Dunozetto, §. Præterea.*

Satisque est ex dictis deputationibus non probari, quod pro toto tempore, quo Didacus fuit vnicus Subcollector generalis alij consimiles vnici generales Subcollectores adfuerint; † quia ad effectum controuersæ 7
reseruationis sufficit sola possibilitas, quod Didacus per aliquod tempus, etiam per momentum, dum possedit Archidiaconatum, de quo agitur, solus fuerit vnicus Subcollector generali, Simonett. *de reseruat. qu. 33. nu. 17.* Rota *in recent. dec.255. n.6. par. 5.* coram Reuerendiss. Carillo *dec.212. nu.14 & dec.119. n.3.* coram Reuerendiss. Royas *dec.347. nu.12. & dec.351. nu.10. & in d. Monopolitana Canonicatus coram bo. me. Dunozetto §. quia vltra quod, vers. & sic huiusmodi.*

Non suffragatur autem Francisco regula de annali; † 8
quia licet excludat impetrantem, nisi qualitates possessoris in gratia exprimat, & illum infra sex menses ad iudicium trahat, prosequendo causam intra annum vsque ad sententiam, vt fuit dictum in *Leodien. beneficii 20. Iunii 1661. coram R.P.D. Bourlemont §. nam illa, vbi allegantur concordantes.*

Attamen quoad primam partem exprimendo nomen, gradum, & nobilitatem possessoris, ac per quot annos possederit in gratia prouisionis Bernardi fuit sufficienter derogatum, & † solitum esse illi derogare, testatur Lotter. 9
de re benef. lib.2. q.52. n 51. ac sequitur Rota *dec.305. n. 40. vers. & soluere par 9. rec.*

Quo verò ad secundam partem Bernardus obtinuit prouisionem Apostolicam die 21. Augusti 1653. *dicto Summ. num.1.* Franciscus verò habuit recursus ad laicos pro impedienda executione citationis rotalis de mense Octobris eiusdem anni, & sic infra duos menses post impetrationem, ac de mense Ianuarij 1654. brachio seculari ad eius instantiam fuerunt ablatæ literæ citationis rotalis, quando executor volebat eas executioni demandare, *eodem Summ. num.3. & 4.* qua ablatione secuta antequam Bernardus citationem rotalem recuperaret vna cum Bullis Apostolicis coactus fuit diuturnam litem coram secularibus subire vsque de annum 1657. quo obtinuit decretum restitutionis illarum restrictiuè ad effectum agendi coram Ordinario, *Summ. num.5.* coram quo subsequenter continuò egit, & supradictam sententiam fauorabilem reportauit.

Hinc igitur apertè assequitur Bernardum non fuisse negligentem, dum illicò curauit Franciscum ad iudicium vocare, quod obtinere non potuit, nec causam infra annum prosequi vsque ad sententiam propter impedimenta ab eo sibi præstita † & sic tempus dictæ regulæ ipsi 10
nullatenus currit, Lotter. *dicta q.52 nu.57.* neque eidem regulæ obstat, quamuis inducta in odium impetrantis, † cùm fuit impeditus à collitigante, Rota *dec.98. lib.1. &* 11
dec.66. lib.2. part.3. diuers. Et dum in eo nulla penitus † 12
negligentia considerari, potest Pen. *dec.457. nu. 1. vsque ad 6.* Greg *dec 369. n.4. 5. & 6.* Duran. *dec.45 sub n.4* Rota *d. dec.305. n.40. in fin. par.9 rec.*

Non obstat, quod in commissione Rotæ directa, cuius vigore præfata citatio emanauit apposita derogatione regulæ 31. Cancellariæ, additum fuerit decretum, ibi: *Dummodo literæ expediantur infra tempus ad articulandum, & interim non censeatur vera iis.*

Quo-

Quoniam nisi Franciscus primam citationem rotalem à Iudicibus laicis subtrahi curasset, nec Bernardum ad illorum Tribunal indebitè traxisset, cumque per tot annos coram illis defatigasset, ipse statim reproducta coram Rota dicta citatione cum eius executione, & in termino regulæ prosequendo causam ad formam supradicti decreti suas literas Apostolicas expediuisset infra tempus ad articulandum, & sic decretum commissionis impleuisset, & per consequens ex parte sua fuisset satisfactum regulæ de annali; verùm quia propter recursus, ac dicta impedimenta præfata implere nequiuit; inde non debet aliquod præiudicium pati, multóque minus Franciscus collitigans ex dictis recursibus, & indebitis impeditis ab eo præstitis vtilitatem consequi; nec iuuari
13 beneficio dictæ regulæ; † sed intrat iuris conclusio, quod impeditus facto Aduersarij actum explere in odium illius, perinde habetur ac si illum peregisset, & expleuisset, *l. si cum ipse cum ibi notatis, ff. de exec. tut.* Surd. *cons.* 374. *nu.* 7. Rot. *dec.* 429. *nu* 4. *par.* 9. & *dec.* 259. *nu.* 15. *part.* 10. *recent.*

Additum fuit, quod Franciscus produxit in Actis prouisionem ab Ordinario sibi factam de controuerso Archidiaconatu, cuius vigore adeptus fuit possessionem
14 † & per consequens meliorem titulum allegare nequit, Caputaq. *dec* 304. *nu.* 1. *par.* 3. *cum vulg.* Quamuis autem
15 regula de annali non requirat titulum, † requirit tamen possessionem actualem bonam, & pacificam, Cæs. de Graff. *dec.* 7. *nu.* 1. & 2. *cum seqq de caus. possess.* & *pro-*
16 *priet.* Ideò non intrat, quando possessio, † prout hic, est damnata, vtpote de reseruato, Mandos. *super ipsa regula qu.* 48. *nu* 9. & *ibidem* Gomes. *qu* 23. *nu.* 3. Nec quan-
17 do infecta est † à decreto irritanti, Cassad. *dec.* 14. *su-*
18 *per reg per tot.* & ratio est, quia talis possessio † nullos habet iuris effectus, & habetur pro vacua, Rota coram Coccin *dec.* 51. *nu.* 4. *vers.* & *per consequens* repetita apud Garz. *de benef. par.* 5. *cap* 1. *nu.* 418 *in Leodien. beneficii* 25. *Maii* 1640. *coram me*, §. *quamuis enim, in vers. habetur enim in rec. dec.* 186. *nu* 3. *vers. Ita ut habeatur part.* 9. & *dec.* 230. *n.* 10. *par.* 7. Add. ad Greg. *dec.* 268. *nu.* 9. *in fine*.

Et licèt præfata regulariter procedant in decreto irritante apposito in reseruatione clausa in corpore iuris,
19 vel super certo corpore beneficij, † nihilominùs admittuntur etiam in alijs reseruationibus, & super incerto, quoties reseruatio, vt hic, notoria est, & iustificata, Cocc. *d. dec.* 51. *n.* 3. Rota *d. dec.* 168. *nu.* 5. *cum seqq. par.* 9. *rec.*

Non obstat, quod regula supradicta tempore prouisionis Bernardi, & Collatoris Francisci, eiusque possessionis in Pontificatu Innocentij X. non contineret Decre-
20 tum irritans, † vt de alio præcedenti Pontificatu notauit Rota coram Caual *dec.* 8. *num.* 2.

Quia etiamsi dictum Decretum in præfata regula reseruatoria Beneficiorum Collectorum, & vnicorum Subcollectorum tunc non contineretur expressè, continebatur tamen virtualiter, quod non fuit ponderatum in
21 *dicta dec. Caual.* † Decretum enim irritans expressè appositum in vltima regula reseruatoria refertur, & respicit etiam omnes alias regulas præcedentes, pariter reseruatorias, perinde ac si in qualibet fuisset expressè adiectum, Cassad. *dec.* 1. *nu.* 8. *in fine*, *vers. quia post regulas*, *de restit. spoliat.* Mandos. *in rubr. reg. Cancell. num.* 3. & 4. adducentes rationem ex quo omnes regulæ reseruatoriæ
22 † habenrur pro vna lege, & quælibet reputatur vnus paragraphus, quæ ratio licet non placuerit Gonzal. *su-*
23 *per reg.* 8. *gloss.* 1. *nu.* 8. † asserenti quamlibet regulam esse de per se distinctam, nihilominùs etiam ipse tenet ibi-
24 dem *num.* 10. & 11. † quod Decretum irritans oppositum in fine regulæ septimæ, hodie octauæ, refertur ad omnes alias regulas præcededentes reseruatorias, ad
25 ducens exemplum signi Notarij, † quod adiectum in fine libri Instrumentorum censetur appositum in quolibet Instrumento eiusdem libri, sequitur Gratian. *discept.* 574. *n.* 32. & 33. qui relati fuerunt in *dicta Leodien. Beneficii coram me dicto §. Quamuis enim, vers. quæ vt cæteræ.*, atque egregiè firmatur *in alia Leodien. beneficii* 24. *Februar.* 1644. *coram bo. me Bichio in rec. dec.* 253. *n.* 4. 5. & 6. *parte* 9. vbi contraria declarantur.

Denique minus Francisco suffragari potest regula de triennali; quia licet admittat titulum coloratum, attamen quidquid sit de hoc, etiam ipsa requirit pacifi-
26 cam possessionem, † & quidem per integrum triennium, quæ nullatenus ab eo allegari potest ex supra deductis, & sine ea beneficium dictæ regulæ est Inallegabile, Cassad. *dec.* 9. *ante nu.* 12. *vers.* & *regulas de caus. poss.* & *propriet.* Rota coram Reuerendissimo Royas *dec.* 294. *n.* 1. & 2. *cum seqq. in rec. dec.* 341. *nu.* 10. *cum sequentib. in Calaguritana Beneficii Sancti Ioannis de Molinar.* 29. *Maii* 1652. *coram me*, & *in Anglonen. Archipresbyteratus* 24. *Aprilis* 1654. *coram R. P. D. meo Albergato*.

Exceptio autem Decreti appositi in dicta commissione rotali respectu huius regulæ cessat etiam ex alia ratione, quia scilicet effectus ipsius non solùm tollitur per veram litem, & molestias iudiciales; sed etiam per molestias extraiudiciales, quas ad minus important omnia gesta in partibus specificè peracta circa possessionem, & perceptionem fructuum, iuxtà propriam Francisci confessionem relatam in *dicto Summario nu* 3. & tantùm durarunt, vt ab vltimo actu vsque ad introductionem veræ litis iudicialis triennium pacificum nullatenùs intercesserit; † 27
quod sufficit pro exclusione dictæ regulæ, vt vltra proximè allegata Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 53. *num.* 20. Coccin. *dec.* 172. *nu.* 6. Buratt. *dec.* 699. *nu.* 2.

Et ita vtraque &c.

Supradicta Decisio in hac causa emanata cùm solùm per contradictas processerit, & sic forsan nudum factum contineat, alioquin iuxtà nostrum institutum omittetur, sin autem & illa quid releuans etiam attulerit adhuc adnotabitur in Appendice decisionum prætermissarum.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Veneris 14. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Quæstio illa diuerso iure resoluta à Sacris Canonibus, quam fuerit à iure ciuili decisa de probatione scilicet confessionis extraiudicialis per testes singulares facienda, non minùs plenè, & concludenter, quam doctè, & magistraliter in præsenti decisione tractatur; Hinc plura de depositionibus huiusmodi testium, de simili confessione, deque singularitate probationum in eadem decisione cumulantur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis de iure Canonico duobus testibus probatur, & quando vide in numeris sequentibus, & per totam dec.*

2 *Testes singulares singularitate obstatiua etiamsi fuerint numero plures non probant. Amplia vt ibidem.*

3 *Testes singulares singularitate obstatiua coniugi non possunt, quidquid plures Doctores dixerint in contrarium, & num.* 3.

4 *Testes semper tendunt ad vnum, eumdemque finem.*

5 *Mutuum non probatur ex testibus quorum alter dicat audiui Titium tali die confitentem, alius verò de alia die, & alia confessione deponat.*

6 *Confessio extraiudicialis à testibus singularibus probata non resultat, ex sensu testium immediato, sed tantum per indirectum ex facto, de quo deponunt.*

Confessio resultans ex diuersis actibus iungi non potest, num. 6.

7 *Testium depositiones, & dicta quando iungi possint, & num. seq.*

Testes deponentes de iurisdictione seruitute, & possessione licet de diuersis actibus deponant insimul iungitur, nu. 7. & 8. *vbi vide.*

8 *Testes singulares tutius est non admittere in qualibet materia.*

Am-

Amplia, & fortius in materia confessionis extraiudicialis supr. num. 2. & per totam decis.

9 *Singularitas tunc admittitur, quando non cadit super testibus, sed super diuersis speciebus probationum ad eumdem finem tendentibus.*

Probationes etiam diuersæ dummodo tendant ad eumdem finem inuicem coniunguntur, num. 9.

10 *Confessio licet sit reiterabilis, habetur tamen pro actu momentaneo, non autem successiuo.*

11 *Confessio extraiudicialis à testibus singularibus probata, sine alia specie probationis, cum qua iungi possit, non releuat.*

12 *Singularitas testium diuidit, & lacerat testimonia ipsorum.*

13 *Testes singulares eo minus attenduntur quo diuersas facti referunt circumstantias.*

Confessiones extraiudiciales plerumque sine animi deliberatione proficiuntur ita exigentibus variis rerum euentibus, num. 13.

14 *Mulieres si ex statuto Vrbis cap. 151 lib. 1. non obligantur sine solemnitatibus multo minus poterunt ex confessionibus extraiudicialibus adstringi.*

15 *Testis sollicitator in causa admittendis non est ad testificandum, & vide num seqq.*

Sollicitator videtur habere maiorem affectionem ad causam quam procurator, ideoque repellitur à testificando, num. 15. & seqq. vbi vide.

16 *Sollicitator in causa si non fuit deputatus à principali, sed tantum à procuratore admittitur ad testificandum, & num. seq. vbi vide.*

17 *Sollicitator vbi non agitur de præambulis, vel incidentibus causæ tutior opinio est quod ille non admittatur ad testificandum.*

18 *Testis qui habuit litem cum parte occasione mercedis licèt totaliter non repellatur diminuitur tamen, & debilitatur de fide.*

19 *Testis immoderatus, & longæuus amicus partis debet totaliter à testimonio repelli.*

20 *Creditor vt agere possit contra debitorem sui debitoris quæ requirantur.*

DECISIO LII.

IVLIA vti creditrix Hieronymi ob pecunias illius exactas à S. Monte Pietatis pulsauit Iulium Hieronymi patrem ac Ioann Franciscum aliosque de Raggiolis contra quos obtinuit in curia A. C. mandatum executiuum, sed delata causa appellationis consului DD. an constaret de eius credito, & neque contra Iulium, neque contra illos de Raggiolis constare responderunt.

Quantum enim attinet ad Iulium, qui neque probatur hæres Hieronymi filij, neque vti talis conuenitur, tota probatio, reducitur ad tres testes deponentes de confessione illius extraiudiciali; quod nempè Hieronymus filius ante eius obitum mandasset satisfieri Iuliæ de scutis 200. quodque ipse onus huiusmodi satisfactionis in se suscepisset, quos testes visum est nullatenus releuare. Quia licet de æquitate canonica probetur extraiudicialis
1 confessio † per duos testes iuxtà ea, quæ notantur in *cap. final. de success. ab intest. & per* Alberic. *in l. si ex cautione C. de non numer. pecun.* tamen quando sunt sin-
2 gulares singularitate etiam obstatiua, nec † tres sufficiunt, & tantum probant mille singulares quantum vnus, Bald. *in l. Iuris Iur. num. 2. C. de testibus* Ias. *in l. admonendi num. 256. ff. de iur. iur.*

Neque prædicti testes coniungi possunt, vt dicit Butr. post Ioann. Cald. *in cap. veniens de testibus &* Abb. post Bald. *in cap. cum causam de prob.* quiquid sentiat Castrens.
3 *in locis addut. in contr.* † quia illum non benè dicere tenuit Sac. Cons. Neapol. teste Afflict. *decis. 264 num. 3. lib 2.* illumque cum sequacibus auctoritate Iasonis *in dicta l. admonendi num. 256. reprobauit* Rota coram Put. *decis. 466. num. 1. vers. quia respondebatur* & in hac opinione recedit vt animaduertit Gabr. *cons. 40. num. 17. & plurib seqq.*

Idque licet vnus deponeret de confessione præsente parte, alij verò de confessionibus emissis parte absente quia adhuc si singulares etiam singularitate diuersificatiua temporis, vel loci, & circumstantiarum, non
4 coniunguntur, † & licet tendant ad eundem finem sicut tendunt semper testes, quando singularitas est obstatiua perimens probationem alterius, tamen referunt diuersa facta, quod sufficit ad impediendam coniunctionem, Bald. *in cap. cum causam numero 2. de probat. vbi* Butr. *num. fin. & clarius in cap. licet ex quadam num. 8 vers. ex hoc deducitur de testibus*, † vbi quod non probatur 5
mutuum si testis dicat, scio quod tali die audiui Titium confiteri, & alius dicat scio quod altera die audiui eumdem confiteri, quia tunc probatio non inducitur ex sensu testium immediato, sed per indirectum ex facto de quo deponunt scilicet confessionis † quæ vti prouenìens 6
ex diuersis actibus iungi non potest, idem Paulus *cons. 296. num. 3. libr. 1.* Roman. *consil. 91. num. 11.* Alex. *cons. 94 num. 2. lib. 6. optimè* Ruin. *cons. 72. num. 1. lib. 4.* & pleniùs Gabr. *cons. 40 num. 13. vsque ad num. 49. vbi num. 22. dicit* Crauett. *minus considerate scripsisse in cons. 267. num. 4. lib. 4.*

Tunc autem dicta Testium iungi possent quando ageretur de probando quid in genere quod contineret in se temporis perseuerantiam, & diuersitatem actuum veluti si testes vellent probare Iurisdictionem, seruitutem possessionem vel simile. † Hoc enim casu varietas tem- 7
porum, & actuum non diuersificat id de quo substantialiter quæritur, vt ex Innoc. limit. Felin. *in dicto cap. licet ex quadam num. 2. vers. 2. limit. de probat. vt ex* Bald. alijsque confirmat Aym. *dicto cons. 267.* & ita distinguit *Specular. in tit. de Inquisit. §. 1. vers. quod si vnus*, & in hoc casu procedunt luculenter deducta in *consil. 7.* Rimin. *à num. 27. vsque ad finem & in decis. 376.* Merlin. *num. 4. & 5.* licet etiam non desint in hoc casu qui † tenent indistin- 8
ctè tutius esse testes singulares non admitti, vt admonet Ias. *in dicta l. admonendi num 256. vers. sed aduerte* Abb. *consil 42. num. 2 vers. hanc opinionem cum alijs adductis per* Nat. *cons. 274. num. 16. lib. 2.* & notatu dignum refert Bald. *in dicto cap. licet ex quadam num. 11. vers. adde de probat.*

Vel quando singularitas non caderet super testibus, sed super diuersis speciebus probationum † quæ licet diuersæ 9
inter se tenderent ad vnum finem in quibus terminis procedere doctrinam, Bald. *in cap. cum causam num. 2. de probat.* Curt. Iun. Alex Decius, & Aret. refellendo opinionem Crauett. tradit. Gabr *dicto cons. 40. num 71.*

Dum igitur deducitur obligatio. Iulij ex sola ipsius confessione, quæ licet sit reiterabilis habetur † pro actu 10
momentaneo, & non successiuo ex adductis per Gabr. *dicto cons. 40. num. 25. & per* Rota *dicta decis.* Put. 466. *num. 6.* nec affertur alia species probationis cum qua illa iungi possit † planum est nullomodo illam probari ex 11
testibus singularibus, quia vt inquit Bald. *in cons. 25. num. 2. lib. 3.* singularitas diuidit & lacerat testimonia † 12
vt in præcisis pro indubitato tenet Gabr. *dicto cons. 40. num. 28. & pluribus exornat* Grat. *discept Forens. 144. num. 51. & plur. seqq. atque resoluit*. Rota *in dicta decis. 466.* Put. *& decis. 430. num. 4.* Pen. *ædit Lugdun. cum concordan. in addit. marg.*

Tales fuisse testes inductos à Iulia inter se de loco, & tempore discordes, patet ex combinatione summarij; nam primus iuxta 19. refert tantum audiuisse, & signanter vltima vice in domo eiusdem Iuliæ de Rubeis, nihilominus non concordat, cum primo quia ab ipso non vocatur in consessem. Imò subdit, *e la Signora Giulia disse che non voleua vigna, che era pouera donna, & non haueua bisogno di vino*. Quæ verba vtique primus expo- suisset si ad præsentiam vtriusque contemporaneè fuissent prolata, tertius verò longè discrepat ab vtroque tam circa locum asserens hoc audiuisse propè Palatium R. P. D. Fani, & rursus in platea Mineruæ, quam circa diuersas facti circumstantias non recensitas ab alijs scilicet, *che la voleua sodisfare con darli le vigne ancorche dicesse, le vigne cantassero in faccia del Signore Giulio*, & inferius, *che esso non haueua niente di suo figliolo, mà che l'haueua fatto offerire di pagare i frutti finche viueua* Quæ variæ facti circumstantiæ efficiunt, vt multum circumspectè procedendum sit in admittendis his extraiudicialibus confessionibus † quæ plerumque absque animi deliberatione, sed 13
ita exigentibus varijs rerum euentibus ab hominibus proferuntur, vt præcipuè ponderat, Rota *in decis. 466. num. 4. part. 3. recent.* sub eadem singularitate deponunt ijdem Testes de simili confessione illorum de Raggiolis: Nam distinguendo eorum personas quæ plures sunt apparet quemlibet ex testibus vnicum remansisse. Etenim primus solum deponit de asserta confessione Iulij Cæsaris, & Canonici Ioann. Francisci, secundus de confessione impersonaliter probata à Ioan. Paulo, Horatio Thoma Lauinia,

& Vrsula , ibi : *si voltò alli Signori Raggioli da me detti di sopra , e gli disse bisogna aggiustare questa donna , & li Signori Raggioli dissero aggiustarla* , rursus dicendo *il Signor Giulio figlioli bisogna aggiustare la Signora Giulia altrimente &c. all' hora dissero detti Signori Raggioli non dubitate Signore Giulio* ; ne sentij *dir altro* . Tertius verò iuxta 20. potius concludit contrarium , dum occasione discursus de prædictis pecunijs prætensis à Iulia refert Ioannem Paulum dixisse , *che non si intrigaua di queste cose che poco gli importauano questi fatti* , & licet deponat Lauiniam vxorem respondisse , *se hauerà patienza sarà pagata* , non indè ex verbis induci potest eius valida obligatio resistente
14 Vrbis statuto in *cap. 151.* † quod si mulieribus vetat aliquam obligationem sine præscriptis solemnitatibus inire; multò minus sinet eas solis confessionibus extraiudicialibus obligari iuxta *decis. 7. & 55.* Put. *per tot lib. 3.*

Præterea quilibet horum testium habet suas exceptiones personales , & signanter primus fuit in hac causa
15 sollicitator pro Iulia, vt ipsa fatetur iuxta quartum . † Ideò non erat admittendus ad testificandum Rota *decis. 12. de testibus in nou.* vbi quod sollicitator videtur habere maiorem affectionem ad causam , quam Procurator qui à testimonio repellitur *cap. Romana de testibus in 6.* sequitur Giurb. *decis. 73. num. 20. & decis. 95 num. 3. vers. de sollicitatore* , ac alij cumulati ab Ant. Gabr. *concl. 12. de testibus num. 1.* & quamuis hoc limitari soleat quando ille
16 non fuit deputatus † à principali, sed à Procuratore iuxta Doctr. Butr. *in cap. cum à nobis col. fin. vers. idem de sollicitatore de testibus in sexto* , tamen quando vt hic non
17 agitur de † preambulis , vel incidentibus causæ æquior est opinio Gemin. ac Franc. *in dicto cap. Romana* quod sollicitator indistinctè repellatur siue à Procuratore , siue à principali sit constitutus quia eadem viget ratio suspicionis ob affectionem quam habere præsumitur ad causam , vt bene ad propositum declarat Mascard. *de probat. concl. 1317. num. 7.*

Nec vacat suspicione secundus qui vt retulit iuxta quintum litem habuit occasione mercedis cum Iulio in cuius præiudicium non poterat testimonium ferre ob ani-
18 mi aduersionem † quæ si non est apta testem omninò repellere , illius fidem debilitat ex notat per Felin. *in cap. quoties num. 4. vers. secus autem de testibus.*

Et omnium suspectissimus est tertius qui in suo examine iuxta quintum se ostendit immoderatum , & lon-
19 geuum amicum Iuliæ per spacium † annorum 22. ex quo debuit in totum repelli , vt voluit Felin. *in dicto cap. quoties num. 6. & resoluit* Rota apud Seraphin. *decis. 176. num. 7.* vbi in appostilla marginali referuntur concordantes.

Exclusa ex prædictis propria tam Iulij quam illorum de Raggiolis confessione non potuit Iulia quidquam contra illos debitores Hieronymi sui debitoris prætendere , quia vbi de credito hinc inde non constat ex Instrumentis quæ debitores Camerali seu alia quarantigia obligatione
20 adstringat ita, vt pro condemnatis habeantur † tria copulatiuè requiruntur nimirum quod talis debitor principalis sit condemnatus, & quod sit exclusus , & repertus non soluendo iuxta apertissimos *text. in l. 2. 3. & 4. C. quando fisc. vel priuat gloss. in l. 1. verb. decernere C. de pretori pignor.* cum alijs cumulatis *in decis. 760. num. 2. part. 2. recent. atque* Adden. ad Buratt. *decis. 799. littera A.*

Neutrum verò in præsenti concurrit , & sanè primum quod Raggioli fateantur se debitores Hieronymi protinus deficit quia quidquid secundus testis iuxta decimum, duodecimum, & decimum tertium parum concludenter asserat de habitatione in domo à Hieronymo conducta , & quod iste subministrasset pecunias pro communi victu , certum est quod multiplex exactio pecuniarum ad alterum ex dictis Raggiolis spectantium facta à prædicto Hieronymo vsque ad summam scutorum 1521. vt patet ex partitis formiter extractis ex banco DD. de Baccellis non solum omne creditum , si quod aderat absorbuit , sed effecit vt isti euaserint illius veri creditores in summa considerabili.

Itaque ex prædictis neque contra Iulium neque contra Raggiolos conclusum est constare de credito Iuliæ prætermisso tamen, an illa posset iura sua experiri contra hæreditatem Hieronymi super quo puncto nihil determinandum putarunt Domini.

Vtraque &c.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore , nunc autem Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum .

Bononien. Bonorum , super adimplemento.

Lunæ 14. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Petitionem ac successiuam consecutionem adimplementi contractus præsens complectitur Decisio , ad declarationis materiam, quod licet illud quis petere possit , non inde tamen mandatum consequi permittitur , quoties aliquid de bonis debitoris retineat.

SVMMARIVM.

1 *Venditor de iure tenetur tradere rem venditam liberam ad fauorem emptoris.*

2 *Emptor agit pro adimplemento tam eorum quæ veniunt ex natura contractus , quam ex pacto in stipulatione adiecto, & num seqq. vbi amplia.*

3 *Emptor qui contractum impleuit ex parte sua, non impeditur agere pro libera traditione bonorum aduersus venditorem.*

4 *Rescissio contractus licèt fuerit denegata remanet tamen actio ad illius adimplementum petendum.*

Adimplementum peti potest, atque insimul debetur etiam denegata rescissione contractus, num. 4.

5 *Clausula, constituti, importat traditionem fictam, non autem veram, & realem.*

Traditio vera, & realis requiritur ad hoc vt quis à traditione promissa liberetur, num. 5. & 6.

6 *Possessio non potest dici vacua quoties ab alio detinetur.*

7 *Minoris obligatio facta seruatis solemnitatibus statuti Bononiæ valida reputatur.*

8 *Adimplementum licet petere quis possit , non inde tamen possit obtinere mandatum, si aliquid de bonis sui debitoris retineat.*

Adimplementum consequi non potest nisi prius restitutis ab actore bonis suo debitori, num. 8.

Actor pro adimplemento agitare non potest, nisi prius ipse ex sui persona omnia adimpleuerit, num. 8.

DECISIO LIII.

VENDIDIT Guidottus quædam bona sita in communi S. Ioannis in Versiceto Territorij Bononiæ pro pretio librarum 36500. Pellicano, qui præuia traditione vnius Domus Prædiorum Montis Gardini , & Montis Fiasconi , & accollatione cuiusdam debiti , dictum pretium integrè persoluit , sed cum bona vendita reperirentur alteri locata ad sexennium ; Guidottus venditor promisit illa tradere vacua , & libera Pellicano , negligente tamen Guidotto consignare dd. bona iuxta formam suæ obligationis Pellicanus iudicium instituit pro rescissione contractus , & binas fauorabiles sententias reportauit , à quibus fuit per signaturam commissa causa appellationis in Rota cum clausula sine præiudicio duarum conformium , cuius rescripti vigore Pellicanus habuit regressum ad dd. prædia Montis Gardini , & Montis Fiasconi in solutum tradita , cùm verò die 4. Februarij 1659. coram bon. mem. Leone Verospio, fuerit denegata reintegratio , Pellicanus mutato consilio dicta Decisioni acquiescens nuper institit pro relaxatione mandati contra Guidottum pro libera traditione bonorum sibi venditorum , & proinde coram me in locum eiusdem bon. mem. Verospij suffecto disputatum fuit dubium , an & contra quem esset relaxandum mandatum pro adimplemento contractus , & DD. dixerunt relaxandum esse contra Guidottum.

Cùm enim ipse teneatur ad liberam traditionem † rerum vendirarum tùm ex dispositione iuris per *text. in l. 2. §. vacua & l. 3. §. 1. ff. de action empti* Decius. *consil. 119. num. 1.* 1

num.1. Surdus decis. 465. num.1. Rota decis. 26. num.2. par. 4. recent. tum ex propria obligatione, de qua in instru-
2 mento venditionis, Proculdubio Pellicanus emptor † potest agere pro adimplemento eorum quæ veniunt tam ex natura contractus, quam ex pacto in stipulatione adiecto *l. exempto in principio ff. de action. empti* Bart. in l.2. numer.7. C. de condit. ob causam Rota decis. 616. num. 11. part. 5. tom 2. recent.

Quæ quidem indubitanter procedunt, attento quod Pellicanus totum, & integrum pretium bonorum emptorum persoluit, vt patet ex dicto instrumento vendi-
3 tionis, † & proinde impleto contractu ex parte sua, non impeditur quominùs contra Guidottum possit agere pro libera traditione bonorum venditorum, licet enim ex rationibus deductis in Decisione, ædita coram bon. mem. Verospio non fuerit factus locus rescis-
4 sioni contractus, remansit † tamen actio ad illius adimplementum *l. inciuile C. de rei vendicat.* Rota coram Gregor. decis. 130. num. 2. cum alijs adductis in d. decis. 616. num. 11. part. 5. tom. 2. recent.

Nec potest Guidottus denegare adimplementum ob traditionem bonorum resultantem ex clausula *constitut.* in instrumento venditionis apposita; Præmisso enim quod hæc dicitur translatio impropria, & ficta, non
5 autem vera, & realis, † prout ad hunc effectum requiritur, Alex. *conf* 18. num.7. lib.2. Adden. ad Decis. 131. num.301. part.8. recent. Rota in *Romana domus* 6. Februarij 1640. §. 1. versic. *nihilominus coram bon. mem. Cardinali Pamzirolo*, Cum tamen ipse expressè promiserit tradere bona libera, & vacua etiam à detentatione conductoris potest præcisè cogi ad adimplementum propriæ obligatio-
6 nis, Cum possessio non possit dici vacua quoties ab alio detinetur Rota coram Gregor. decis.90 num.2.

Obiecta verò nullitas contractus ob defectum, solemnitatum præscriptarum in contractibus minorum, qualem se prætendit fuisse Guidottus de tempore con-
7 tractus nullatenus visa fuit illi posse suffragari, † quia cum fuerint seruatæ omnes solemnitates requisitæ à statuto Bononiæ lib.3. sub rubrica de contractibus cum minoribus valida fuit illius obligatio, vt in his terminis firmauit Rota *in Bononien. indemnitatis* 30. Ianuarij 1650. §. *iniustitia coram R.P.D. meo Albergato.*

Verùm quia Pellicanus adhuc retinet Prædia Montis Gardini, & Montis Fiasconi, quæ vigore rescripti Signaturæ recuperauerat DD. dixerunt non posse illum obtinere mandatum in hoc iudicio, nisi illis prius a-
8 ctualiter restitutis, † cum agens pro adimplemento contractus teneatur ex parte sua omnia prius adimplere, *l. Iulianus §. offero ff. de action. empti* Rota decis. 810. num.4. part.4. diuersor. & coram san. mem. Gregor. decis. 261. num. 3. & 5.

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio emanauit in eadem causa Decisionis subsequentis, sed sub articulo ab illa diuerso.

R. P. D. VARESIO

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Bononien Bonorum super alimentis.

Lunæ 14. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Probatio paupertatis, & præsumptio boni iuris, quæ ad effectum consecutionis alimentorum, & sumptuum litis sunt vndique necessaria, semper excluduntur, quoties vt hic, quis bona stabilia possidet; ex quibus cum possit se ipsum alere, & substentare litem, remanent proinde hæc omnia ipsi denegata.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis non debentur nisi fuerint copulatiuè probata paupertatis ac etiam boni iuris præsumptio.*

2 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati de per se nullam faciunt probationem.*

Paupertas, & præsumptio boni iuris non probantur ex solis testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis num. 2.

3 *Testes non probant paupertatem si non deponunt aliquem nihil possidere.*

7 *Paupertas excluditur ex possessione bonorum stabilium.*

Alimenta; & sumptus litis denegantur ei qui possidet stabilia, num.7. per totam decis.

Possidens stabilia ex illis potest se ipsum alere, & substentare litem, num 7.

8 *Præsumptio boni iuris cessat in eo, qui ex parte sua non adimpleuit.*

9 *Commodum non potest reportare ex propria contumacia.*

10 *Præsumptio boni iuris non resultat ex decisione fauorabili emanata super diuerso articulo.*

11 *Illatio ex diuersis fieri non potest.*

DECISIO LIV.

PENDENTE Iudicio super adimplemento contractus venditionis à Pellicano contra Guidottum introducto idem Guidottus institit pro alimentorum, & sumptuum litis subministratione, & proposito per me hodie dubio an eadem alimenta, & sumptus litis deberentur Domini negatiuè responderunt

Requiruntur enim ad hunc effectum copulatiuè probatio † paupertatis, & boni iuris præsumptio 1 *leg. si iniustitia ff. de inofficios. testamen. & ibi gloss. in verbo decernitur* Surdus *in tract. de aliment. titulo primo quæstion.* 120. *numero* 7. & 8. & dixit Rota coram Cardinali Seraphin. *decision.* 1098. *numero primo & decision.* 50. *numero primo part.* 9. *tomo primo recentior. & in Romana Successionis* 10. *Maii* 1666. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

In vtraque autem probatione deficit Guidottus; Paupertas enim non potest dici probata ex solis depositionibus quorumdam testium ab ipso adductis, quia cum dicti Testes non fuerint formiter, sed solùm ad perpetuam rei memoriam examinati † de 2
per se non probant, Ruin. *conf.* 46. *num.* 2. *lib.* 2. cum alijs abundè congestis per Rotam *decis.* 154 *numero* 1. *part.* 4. *diuersor.*

Præsertim quia probatio ex illorum depositione deducta tamquam nimis generica, cum non coarctet negatiuam, quod scilicet Guidottus nihil possideat, † quin illi scirent, non meretur attendi, Rota co- 3
ram Buratto *decision.* 4. *num.* 2. & coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono, *decis.* 152 *numero* 2. & *decision.* 283. *num.* 4. *part* 10. *recentior.* Et tantùm abest, quod supradicti testes possint dictam negatiuam coarctare, vt potiùs egestas Guidotti excludatur ex retentione nonnullorum bonorum illi à Pellicano consignatorum in contractu inter eos inito, pro quo pendet iudicium in hoc eodem Sacro Tribunali, ex qua stabilium possessione remanet exclusa prætensa paupertas, † cum possit ex illis se, & 4
litem substentare, Adden. ad Sanctæ mem. Gregor. *decision* 189. *num.* 7. §. *paupertas*, & dixit Rota coram Eminentissimo Otthobono *d. decision.* 152 *num.* 3.

Præsumptio verò boni iuris, nec potest à Guidotto allegari, cum potiùs totaliter excludatur, † 5
ex quo non adimpleuit ex parte sua contractum initum cum Pellicano, prout teneri firmatum fuit in Decisione huius causæ coram me hac eadem die ædita super articulo adimplementi contractus; Alioquin ex propria contumacia commodum sentiret contra regulam textus *in l. itaque, ff. de furtis.*

Et minùs deduci valet ex Decisione fauorabili reportata

sub die 4. mensis Februarij anni 1659. coram bon. mem. Leone Verospio; Illa enim emanauit ex diuerso iudicio, nempè super reintegratione intentata à Pellicano ad bona in solutum tradita Guidotto; In præsenti verò agitur super adimplemento contractus, quod est diuersum, & propterea de vno ad aliud fieri non valet illatio, ad textum *in l. Papinianus ff. de minoribus*, cum similibus.

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio emanauit in eadem causa Decisionis præcedentis sub diuerso tamen articulo.

R. P. D. TAIA.

Romana, seù Ianuesi dotis.

Lunæ 14. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

De obligatione tradendi rem præcisè in hac decisione tractatur ad intelligentiam, quando quis per solam traditionem suæ obligationi satisfecisse dicatur, etiamsi res tradita, & ipsa alteri quoque obligationi obnoxia reperiatur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus transferre rem promissam de persona vnius in personam alterius, non tantùm tenetur simpliciter tradere, sed etiam ad proprietatem dare.*

2 *Obligatus non solùm simpliciter tradere, sed etiam ad proprietatem, dare ità tenetur, vt dominium auocari nequeat.*

3 *Bona fideicommissaria non poterunt dici libera, ex renunciationibus fideicommissariorum.*

Obligationi de tradendo rem liberam non dicitur satisfactum ex renunciationibus habentium ius in illa, num. 3.

5 *Alienationes primo loco ab hærede fideicommissario factæ in legitimam, & trebellianicam imputantur.*

6 *Scientia fideicommissi non resultat ex generali mentione testamenti, sed requiritur specialis expressio.*

7 *Dari in solutum non solùm possunt bona fideicommissaria, sed etiam res alienæ.*

8 *Æstimatio rerum dotalium, veram facit emptionem, & venditionem.*

9 *Verbum,* dare, *pro verbo,* tradere, *citrà dominij translationem plerumque accipitur.*

10 *Ius acquisitum mulieri ex primæua constitutione dotis inalterabile redditur per posteriùs instrumentum, & pacta posteriora.*

Amplia vt ibidem.

11 *Obligatio restitutionis dotis relata ad assignationem in quantitate intelligenda est de quantitate, non autem de re tradita pro quantitate.*

12 *Verba restituendi,* res, & effectus dotales, *comprehendunt etiam pretium, & æstimationem earumdem rerum, seù effectum.*

Dos quamuis tradita in rebus, & effectibus verè in eorum æstimatione, seù pretio consistere dicitur, num. 12.

13 *Dotis pretium, seù æstimationem, vel potiùs ipsa bona restituere, cuius sit electio, & quando.*

14 *Electione marito concessa restituendi dotem, vel in pecunia, vel in bonis ea non facta, ius eligendi in vxorem transfertur.*

15 *in Facultate soluendi, vbi sola species est, pecunia verò in obligatione per litis contestationem illa censetur amissa.*

DECISIO LV.

IN decisis 19. * Ianuarij proximè præteriti Domini steterunt.

Et quamquam Informantes pro Com. Octauio opponerent inualiditatem Capitulorum matrimonialium conuentorum 4. Iulij 1631. Quia ratione præcedentis scripturæ 21. Martij dos fuerat constituta in libris 60. mil. soluendis Octauio Patri, & Benedicto filio: *In vn Giuro di Spagna, &c. in vna rendita sopra il Dazio della Mercanzia di Milano, &c. purche sia trapassato come si obligorno con effetto di far trapassare in faccia del Sig. Benedetto à dispositione del Sig. Ottauio, &c.* ità vt dotantes obligati essent transferre, † & sic non tradere tantùm, sed dare, 1
videlicèt ad proprietatem, & dominium, *l. si rem trado 28. & §. videlicèt, l. vbi autem 75. ff. de verb. oblig.* Quia sic obligatus tenetur ita dare † vt dominium auocari nequeat, inquit ex Ias. Rota coram Seraphin. *decis.* 321. 2
num. 9. in fin. & apud Cenc. & Duard. *de cens. decis.* 198. *num. 5.* ad quam scripturam relatiuè Octauius constituerat Procuratorem 5. Aprilis pro contrahenda sua obligatione, pro dote sibi soluenda sub modis, & formis, &c. Cùm autem Procurator obligauerit Octauium mandantem recipiendo dotem assignatam a debitoribus: *nel d. Giuro di Spagna, il quale spetta all'heredità, & heredi della q. Sig. Cleria, &c. li quali Giuro di Spagna, e rendita in Milano gl'Assegnanti dichiarano esser de beni, heredità, & effetti lassati dall. detta Sign. Cleria, per virtù del testamento, &c.* expressis Notario anno, & die, vt in dictis Capitulis matrimonialibus excessit mandatum recipiendo effectus fideicommissarios, ac ferè alienos pro liberis fraudato Octauio intentione sua de acquirendo dominio, vtpotè quod fideicommissum Cleriæ purum sit, non autem conditionale, nec liberi effectus dici possunt † ex renunciationibus fideicommissariorum, ad distinctionem 3
Cumani, & aliorum, & Rota *decis.* 512. *sub init. à vers. & propterea, non dicitur † satisfactum obligationi part.* 4. 4
diuers. & coram Millin. *decis.* 110. *num.* 1.

Tamen prædictis omnibus respondendo præter alia in decisione præcipuè de pleno, amplo, libero, speciali, & generali mandato à §. *Quia mandatum,* quin etiam specialissimo ex supradictis, ibi: *Pro dote sibi soluenda sub modis, & formis, &c.* non ignoratis imò confirmatis visum est strictiùs responderi, vt infrà.

In primis nullum esse, aut fuisse fideicommissum propter renunciationes fideicommissariorum in decisione indicatas, § *Quia ex facto.*

Sed etsi fideicommissum fuisset, tamen iura assignata in dotem eatenùs fuisse libera, vsque ad superabundantiam, cum As hæreditarium Cleriæ esset aureorum 37. mil. & in eo legitima septem filiorum semissem Assis detraheret, cuius semissis septima pars, tangens Comitissam Mariam dotatam, cum alijs partibus Dotantium longè superat Iuris Hispani æstimationem, & planè regula iuris est res ab hærede primo alienatas † imputari hæredi in eius iuribus legitimæ, aut Trebellianicæ, *§. res quæ, l. 3. ff. ad S C. Trebell.* 5

Nec ex generali Testamenti nominatione, si in eo fideicommissum scriptum esset, argui potest scientia, † sed requiritur specialis expressio, *ad l. 6. ff. de transact.* Peregrin *de fideicomm. art. 52 num. 21. vers. vnde generalis,* Rota *decis. 69. num 9. à vers. & parum refert part. 10.* 6

Addebatque vnus ex Dominis sibi non constare scripturam illam relatam in mandato, in qua fortè fiet mentio testamenti Cleriæ, & iurium prædictorum spectantium ad hæreditatem Cleriæ, & eo verisimiliùs, quia Octauius ratificauit in instrumento dotali conuenta à Procuratore in capitulis matrimonialibus declarando specialiter Ius Hispanum, quod spectat ad hæredes Cleriæ &c. significando verba scripturæ: *Il quale spetta alla heredità, & heredi della Sig. Cleria,* nec adiecisset hæc verba, nec ratificasset, quod ignorasset, & ampliùs quia capitula matrimonialia conuenta à Procuratore Patris Benedictus filius præsens ipse approbauit.

Et adhuc confirmarunt Domini deducta ex iure in decis. *§. & ex iure,* videlicèt non solùm fideicommissa, † sed etiam res alienas rectè dari in solutum, *ad l. rem alienam 28. ff. de contrahen. empt.* & in casu præsenti consideratum est obligationem dotantium non fuisse dandi, sed tradendi, nàm considerando quælibet verba conuentionum ordinatim: in scriptura sunt: *Da pagarsi in vn Giuro di Spagna,* in mandato Octauij: *sub modis, & formis, & assignamentis contentis in quodam folio &c.* In Capitulis: *assegnano, e danno &c.* in Instrumento, *sub modis, & formis &c.* itaut nec expresso verbo dandi, nec descripta dominij translatione obligatio talis constet, sed potiùs tradendi, 7

dendi,

dendi, ibi, *far con effetto trapassare detto Giuro di Spa-
gna, e detta rendita di Milano in faccia del Sig. Benedetto
à dispositione del Sig. Ottauio*, quæ facta sunt æstimatis
8 rebus dotalibus † veraque venditione, *§. si ante matrimo-
nium, l. plerumque 10. l. quoties 17. ff. de iur. doti. l. 5. C. eo-
dem*, vbi notat Bart. & declarat Soccin. Sen. *cons. 57. nu.
6. vers. septimus casus lib. 1. & cons. 141. num. 3. lib. 1.* Ad-
9 dendo etiam, quod est dare, pro tradere † citrà dominij
translationem sæpissimè inuenitur, *l. 4. C. de præd. min. §.
si quis autem de reb. Eccles. & ibi* Bart. *num. 3 vers. Præte-
reà dare, §. si quis igitur de instrum. caut. & ibid.* Bart. *num 7.
in fin.*

Consideratum quoque est ab vno ex Dominis restitu-
tionem pecuniariæ dotis pertinere ad Comitissam Ma-
riam, non solùm ex prima scriptura, sed etiam ex sub-
sequente mandato, & capitulis matrimonialibus, in
quibus semper de pecuniaria dote tàm restituenda, quàm
constituenda conuenitur, & etiam ex ipso instrumento
dotali, etiamsi inserta sint verba; *Restitutio fieri possit
eisdem modo, & forma, & cum dictis Iuribus, & effecti-
bus quomodo assignata fuerunt*, Quia præter ius quæsitum
10 Comitissæ Mariæ ex primis actis † inalterabile per po-
steriùs instrumentum, & pacta posteriora sine legitimo
consensu ipsius absentis, siuè præsentis, *l. 1. & l. 2. & l.
Attilicinus 18. ff. de pact. dot.* vel adhuc illa obligatio tam-
11 quam relata ad assignationem in quantitate † intelligen-
da sit de quantitate, non autem de re tradita pro quan-
titate, quod ex Bald. *ad l. 5. C. de iur. dot. in fin.* firmat Becc.
cons. 28. num. 10. lib. 1. nihil repugnante quin sub verbis,
12 *restituendi res, & effectus* compræhendatur † pretium, si-
uè æstimatio, in qua est vera dos, per Alex. *cons. 79 num. 2.
vers. Quia cum supra lib. 5.* vbi conuenta videbatur electio
debitoris, quinimmò vbi dictum, cuius eorum sit ele-
13 ctio illius erit, † si nihil est dictum viri est electio, *d. l.
plerumque in fin. & ad literam glos. videlicèt d. l. 5.* Bald. *in
prima lect. num. 8. in fin. & in secunda in princip.* Fontanell.
de pact nupt. claus. 5. glos. 8. part. 13. à num. 67. vel seruata
electione, cum Maritus non elegerit viuens, denique
14 mortuus † translata est electio in ipsam vxorem, Gloss.
*restituendis, vers. Item quid si rebus æstimatis, §. Cum autem
l. vnic. C. de rei vxor. act.* Rota *in Anconitana Dotis 20. Maii
1658 coram bon. mem. Verospio* lucubrata à *R. P. D. meo Car-
pineo.*

Et ex ipsis verbis instrumentarijs, restitutio fieri possit
eisdem modo, & forma; videlicèt, *da pagarsi in vn Giu-
ro &c.* Videbatur aliud quam electio, imò potiùs pecu-
nia in obligatione, species verò in sola facultate soluendi,
15 † quæ sublata iam est ex sola contestatione litis, *l. si quis
57. ff. de solut. & ibi* Bart. *ab init.* dicens credere numquam
intellexisse eo modo, & nescire dare concordem, cum
pluribus apud Fontanell. *d. glos. 8. d. part. 13. num. 74.*

Et ità vtraque, &c.

Supradicta decisio primo loco in hac causa emanata est
supra in hac eadem parte in ordine decis. 3. vbi aliam
eiusdem causæ decisionem concordantem habebis.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Societatis.

Veneris 18. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac Decisione de deneganda ex-
hibitione librorum, ad effectum pro-
bandi ex illis solutionem fauore soluen-
tis, qui quietantias penes ipsum habe-
re, & custodire præsumitur; eoque
magis, quia de libris exhibitis, quo-
rum alij exhiberi prætendebantur, cum
primi alterati dicerentur, apparet lega-
litas ex recognitione ipsius scribentis,
cui magis quàm exteris omnibus defe-
rendum esse dicitur,

SVMMARIVM.

1 *Quietantia solutionum custodiri debent ab ipsis soluenti-
bus, & num. 5.*
2 *Scribenti, suamque scripturam recognoscenti magis cre-
ditur, quàm alijs quibuscumque testibus, & personis.
Testi de facto proprio deponenti plus defertur, quam aliis
quibuscumque testibus, num. 2.*
3 *ad Probandum contrarium eius quod quis approbauit
admitti non debet.*
4 *Remissoria denegatur stante improbabilitate materiæ
articulatæ.*
5 *Solutionem probare tenetur, qui illam facere obligatur.*
6 *Exbibitio librorum facere non tenetur, qui ad id nullo
iure obligatur.*
7 *Existentia scripturæ productæ penes producentem, ex
illius productione probatur.*
8 *Remissoria denegatur quoties materia articulata proba-
ta non releuaret.*
9 *Locupletior nemò fieri debet cum iactura alterius.*
10 *Remissoria non conceditur post didicita testificata.*
11 *Remissoria non conceditur, vel difficilius quando fuerunt
discussa dicta testium.*
12 *Remissoria, nec etiam in propbanis conceditur stante ir-
releuantia materiæ articulatæ.*

DECISIO LVI.

CVM Dominicus Simoncinus obtinuit in partibus,
& in Vrbe coram A.C. fauorabilem resolutionem in
lite, quam mouit contra fratres de Zanninis, pro recupe-
ratione pecuniarum ab eo de proprio erogatarum in so-
cietatem Datij Piscium, quam cum eis contraxerat, &
pro participatione vtilium causa appellationum mihi
commissa est, & antequam procedatur super negotio
principali illi de Zanninis exhibitis duobus articulis inste-
terunt pro obtinenda remissoria ad probandam veram ta-
bulam, seù vacchettam, in qua annotabantur solutiones
factæ Simoncino non fuisse exhibitæ, sed aliam altera-
tam, & dictum Simoncinum esse pauperem, itaut non
possit tantam pecuniam de proprio impendere, & tàm
pinguis effici Creditor societatis, vt prætenditur, super
quo dubium proponitur; an sit concedenda remissoria,
quod à Dominis negatiuè resolutum est.

Ex eo quod in vtroque articulo continetur materia,
aut improbabilis, aut omninò irreleuans; Improbabilis
quidem videtur in primo articulo, dum ex depositione
Testium constat Zanninos exigisse datium à Piscatori-
bus, & deindè pecuniam accumulatam ferre solitos fuisse
ad dictum Simoncinum; † vndè consequentèr infertur, 1
quietantias solutionum penes istos custodiri debuisse, Ro-
ta coram Greg. *decis. 195. num. 13.* dumque vacchetta pro-
ducta à dicto Simoncino specificè legitur recognita à Iaco-
cobo Maria filio Marci Antonij alteriùs ex consocijs, cum
amplissima declaratione, quod illa eademque vacchetta
esset, in qua, & non in alio libro partitas manu propria
descripserat, quodque in ea post diligentem inspectionem
agnouerat caratheris diuersitatem, *Summ* d. Simoncini
num. 9. † cui magis est credendum vti de facto proprio de- 2
ponenti, quam alijs, Aym. *consil. 99. num. 6* Gabr. *de test.
conclus. 4. num. 1.* Rota *decis. 272. num. 3. vers. præsertim par.
2. recent. & in Romana filiationis 1. Iulii 1639. §. tertia elicita
coram Reuerendiss. Compostellano.*

Magisque apparet improbabilis in secundo articulo
paupertas attentò, quod d. Simoncinus in varijs occasio-
nibus pro non mediocribus summis fideiussor datus, &
acceptus est *d Summ. num. 10.* & ab ipsismet consocijs, pro
quibus subministrauit scut. 300. vt ex illorum confessione
d. Summ. num. 11. Sicque cum ipsi in fideiussorem satis locu-
pletem, ac pecuniosum approbauerint Simoncinum † ad 3
contrarium probandum admitti non debent, ex pondera-
tis *in Rom seù Ianueñ Cambij 26. Iunii 1652. §. portionem, co-
ram bon. mem. Bichio, & in Bononieñ Primogenituræ 15. Iunii
1655. coram eodem, & in Patauina Pensionis 15. Iunii 1661.
coram Eminentiss. Card. Celso.*

Namque improbabilitas materiæ articulatæ sufficeret
† ad denegandam remissoriam, iuxtà stylum, quem seruat 4
Rota, vt ex *decis. 235. num. 15. par. 5. decis. 217. num. 9. part. 7.
decis. 239. num. 6 part. 9. recent. & decis. 225. coram Royas.*

Sed vltimus DD. est compertum in suggesta facti spe-
cie nullam allegari legitimam causam, qua Simoncinus
teneatur exhibere aliam tabulam, siuè vacchettam, etsi

E 3 illam

illam haberet, quia vt supradictum est consocij exhigebant à Piscatoribus, & annotabant exactiones in libris ad hunc effectum destinatis, & posteà tradebant pecunias exactas Simoncino eorum depositario, & fideiussori, quapropter ipsi Consocij tenentur iustificare exactum à Piscatoribus, & solutum Simoncino in proprijs
5 † libris cum ipsi debeantur habere quietantias, ex deductis in *dicta dec.195.nu.13.* coram Greg. nec possunt ad-
6 stringere Simoncinum ad illos exhibendos, † quia ex nulla iusta causa ad id obligatur, iuxtà Text. *in l. in hac actione 3. §. si mecum vers. allegantur igitur, ff. ad exhibendum.* quinimò cum ipsi consocij suam Tabulam, seù vac-
7 chettam produxerint sufficienter † probatur illius existentiam penes ipsos, Rota *in Toletana de Populnis de Villalua 7. Februarij 1656. coram R. P. D. meo Albergato, & in Firmana dotis 19. Iunij 1665. coram R. P. D. meo Emerix.*

Exinde sequitur, quod materia articulata, etsi pro-
8 baretur non releuaret, † quo casu denegatur remissoria, *gloss. in cap. cum contingat verb. nihilominus de offic. delegat.* Mohed. *dec.5. nu.5. de probat.* Cassad. *dec.2.n.1.de dilat.* Caput. *dec.54. & 66. par.3.* & ad tradita per Butr. *in cap. peruenit n.2. ad fin. qui filij sint legitimi*, Castr. *in l. ad probationem nu.5. C. de probat.*

Ex quibus iuribus materia articulata super paupertate, eaque pariter redditur irreleuans, etsi probaretur, quid enim inde resultaret, nisi quod ipse Simoncinus maximum in facultatibus detrimentum passus fuerit suppeditando proprias pecunias ad beneficium societatis, & quod ex negata illorum restitutione pauperior euaserit,
9 socij verò cum illius iactura facti fuerint locupletiores † contra dispositionem textus *in l. plenè vers. non enim, ff. de petit. hæred. l. nam hoc natura de cond. indeb.*

Præterea certum est, & indubitatum eo minus esse lo-
10 cum concessioni remissoriæ in proposito casu, quod † petita est post dicicita testificata, *cap. fraternitatis, cap. intimauit, & cap. cum venisset de test.* Rota coram Greg. *dec 583. dec.266. nu 1. par 6. rec. in Kelmen. Decimarum 10. Maii 1666 § quæ eo magis coram me*, præcipuè cum fuerit discus-
11 sa dicta Testium, † quo casu difficiliùs admittitur nouum examen, Rota *dec.19. nu.3.* post Tondut. *de pens. & in Nullius, seù Terræ Pontiani Successionis 2. Martii 1663. coram Reuerendiss. Ninot, §. tandem. & seq.*

Quibus non obstat qualitas causæ prophanæ in qua facilius remissoria solet concedi, quia vbi materia est ir-
12 releuans † in causis prophanis semper etiam in ipsis denegatur remissoria, iuxtà Text. *in d. l. ad probationem 21. Cod. de probat.* Caputaq. *dec.68. num.2. part. 3.* Mohed. *dec.5.nu.5. de probat. adduct. in dec.45. nu.1. coram Eminentiss. Ottbob.*

Nec aliquem effectum sortiri valent alia exposita pro obtinenda remissoria, quia stante impossibilitate, & irreleuantia articulorum nequeunt subsistere.

Et ità resolutum est non esse dandam remissoriam vtraque, &c.

REVERENDISSIMO ALBERGATO
Decano.

Romana, seù Reatina Donationis.

Veneris 18. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Quod Statutum certas mandans seruari solemnitates in contractibus minorum, habeat etiam locum in ea donatione quæ fit contemplatione matrimonii in hac Decisione plenè, & luculenter declaratur, ad intellectum plurium conclusionum, quæ in hac materia aduersari dicebantur, quæque in eadem Decisione similiter declarantur, quibus in casibus illæ procedant, vel nè.

SVMMARIVM.

Statutum Vrbis lib.1. cap.151. expressè prohibet donationes, quietationes, & alios quoscumque contractus minorum sine interuentu proximiorum.

2 *Affinis in defectum consanguinei interuenire debet in contractu minoris, ex forma statuti requisiti.*

3 *Solemnitates à Statuto requisitæ cessant in donatione facta nontemplatione matrimonii, vide in numero sequen.*

4 *Donatio ob causam non requirit solemnitates, & sup. num. 3. sed vide infrà num. 5. cum seq. & numer. 8. & 9.*

5 *Donatio contemplatione matrimonii requirit solemnitates, si matrimonium de tempore donationis erat iam contractum.*

6 *Ratio conseruationis bonorum in familia cessat in donatione facta liberè pro se, & hæredibus.*

7 *Solemnitates Statuti ad effugiendas in donationibus requisitas, non sufficiunt expressiones, & rationes in donatione adductæ.*

8 *Donatio facta contemplatione matrimonii quando, & in quibus casibus non requirat solemnitates.*

9 *Solemnitates, quæ non requirantur in donationibus factis contemplatione matrimonii, quæ autem exigantur, nu. seq.*

Donatio intuitu matrimonii nec requirit insinuationem, nec subscriptionem donantis, nu.9.

Statutum Vrbis cap. 149. & 150. lib.1. non habet locum in donationibus contemplatione matrimonii, numero 9.

10 *Solemnitates Statuti requiruntur etiam in donatione minoris, quamuis facta contemplatione matrimonii.*

Statutum Vrbis lib.1. cap.151. de solemnitatibus in contractu minoris, habet etiam locum in donatione intuitu matrimonii, nu.10.

Amplia etiam in omni alio contractu, in quo minor lædi potest, ibid.

11 *Donatio minoris facta pro conseruatione bonorum in familia requirit solemnitates Statuti.*

12 *Curator loco proximioris adhiberi non potest in contractu minoris, si non probatur proximiorem in eo habere interesse.*

13 *Proximior requisitus ex forma Statuti in contractu minoris non excluditur per quamlibet litem inter contrahentes.*

Proximioris interuentus ex forma Statuti requisitus in contractu minoris euitari non potest, nisi id Iudici, exprimatur nu.13.

Iudex cognoscere debet de causis, quibus euitari prætenduntur solemnitates Statuti in contractibus minorum, nu.13.

DECISIO LVII.

PRÆVIIS tribus decisionibus coram R. P. D. meo Emerix nullam declarantibus Donationem per Ioannem Vincentium factam Bartholomæo emanauit sententia, quam hodiè DD. confirmandam censuerunt.

Siquidem Statutum Vrbis *rub. de contract. sine certa solemnitate non valituris* † *cap.151* expressè prohibet Mino- 1
ribus viginti annis Donationes, quietationes, refutationes, aliosque similes contractus, nisi fiunt cum præsentia, & consensu duorum proximiorum, qui talem contractum approbent, firmentque etiam medio eorum Iuramento cum non esse in præiudicium minoris.

Hoc stante corruit dicta Donatio facta per Ioan. Vincentium tunc annorum sexdecim dum nullus in ea interuenit proximior cum tamen in Vrbe reperiretur D. Andreas Mutus proximior Affinis, † qui in defectum con- 2
sanguineorum erat vocandus, vt in specie Bertazzol *de clausf. 7. glos.13. nu. 5. vers secus verò erit* si coniunctorum, in puncto Donationis Rota cor Coccin. *decis. 479. num 2. cum aliis in 1. dec. huius Causæ emanata sub die 28. Nouembr. 1664. §.1.*

Nihil obstante, quod versemur in donationibus contemplatione Matrimonii, & intuitu conseruandi bona in familia, ibi: *Cum vehementer antedicti DD. germani Fratres diù desiderauerint in executionem fideicommissi*

Vec-

Vecchiarelliæ Familiæ, conseruationem augumentum, & respectiuè manutentionem communis ipsorum Domus pro eiusdem decore, & magnificentia, dictusque D. Bartholomæus maior dd. Fratrum in vxorem duxerit Illustrissimam D.
3 Mariam Olimpiam, † quo in casu tanquam in donatione ob causam non requiruntur solemnitates regulariter à Statuto in Donationibus exigitæ, vt in specie de donatione intuitu Matrimonii, Rota in Fulginaten. Dotis 23. Iunii 1659. §. Nullitas donationis cum seq. coram me, in Tiburtina Donationis 4. Aprilis 1661. §. Nec in proposito cor. R.P.D. meo Bourlemont, & generaliter de quibuscumque
4 Donationibus † ob causam tradunt, Alex. cons. 12. num. 5. lib. 1. Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus sub num. 11. C. de reuocat. donat. Grat. discept. 82. num. 29. & sequen. & cap. 249. num. 14. Rota coram Put. decis. 260. nu. 8. lib. 1. cor. Merl. dec. 692. nu. 89. & in rec. dec. 292. num. 32. par. 6.

Quia vltra quod vterque respectus visus est paruæ, aut
5 nullius subsistentiæ † cum Matrimonium de tempore Donationis iam fuisset contractum, Duran. decis. 155. numer. 13. & 14. Conseruatio verò bonorum donatorum
6 in familia cessat dum donatio † legitur facta Bartolomæo liberè pro se, & suis hæredibus stipulanti, vnde apparet hunc potiùs fuisse prætextum ad fraudandum Statu-
7 tum, † & ad sui effugiendas solemnitates in donationibus præsertim minorum requisitas, Rota in terminis decis. 22. numer. 13. post Pic. & coram Caualer. decis. 257. numer. 8.

Animaduerterunt DD. quoad Matrimonium non quamcumque Donationem eius intuitu factam exem-
8 ptam esse à præfatis solemnitatibus † sed iam tantummo-
8 dò, quæ ratione dotis, & contemplatione ipsiusmet fœminæ dotandæ emanauerit, vt in specie loquitur, Rota in præallegat. Fulginaten, & Tiburtina, & egregiè distinguendo firmatum fuit in Romana Pecuniaria 26. Ianuarij 1667. §. Prima distinctio coram R.P.D. meo Taia.

Et rursus aliud esse quod in Donationibus intuitu Matrimonij, vel quibuscumque alijs ob causam non requi-
9 rantur solemnitates, † de quibus in præalleg. Statuto cap. 149. & 150. Nimirum subscriptio Donantis insimul cum duobus Testibus, & Insinuatio in quibus terminis loquuntur, Grat. dicta cap. 82. num. 24. Merlin dicta decis. 692. num 88. Rota dicta decis. 292. alijque superius allegati.

Aliud verò quod saltem non sint necessariæ solemnita-
10 tes expressæ in dicto cap. 151. † quas fore seruandas in omni contractu, in quo minor lædi possit dixit, Rota in recent. decis. 177 num. 6. part. 1. & decis. 98 num. 23. & seqq. part. 6. & multò magis in donatione ob causam Andreo-
11 lus loquens in donatione gratia conseruandi † bona in familia contr. 400. num. 10. & seq. Royas in terminis, Donationis ex causa Matrimonij decis. 450. num. 3. & 4. vers. Auctoritates, & post deducta in dicta prima decisione huius causæ, §. tum quia, in secunda 11. Decembris 1665. §. præterea, & in tertia 23. Iunij 1666. §. Nihilominus firmatum fuit in dicta Romana Pecuniaria 26. Ianuarij 1667. coram R. P. D. meo Taia in principio, & quatuor §§. seqq.

Neque verò fuit satisfactum dicto Statuto ob adhibi-
12 tum Curatorem loco supramemorati Affinis, † quia non probatur, quod ipse haberet directum, ac principale Interesse, quemadmodum præcisè pro illius exclusione Statutum desiderat, vt benè Fenzon. ad cap. 113. verb. Quorum non interest sub num. 1 & seqq. Nec litigium inter contrahentes, ac alios de Vecchiarellis, quorum dictus D. Mutus erat sororius quidquam commune habet cum do-
13 natione de qua agitur † idque veniebat exponendum ipsimet Iudici, qui cognouisset an ea fuisset causa sufficiens illud excludendi, vt benè respondet Rota in secunda & tertia decisione huius causæ vtrobique § finali, & in prima §. nec vrget, vbi etiam in vltimis §§. & in secunda §. minus obstare, satisfit motiuo ratificationis cum quibus propterea DD. transierunt vna tantum Parte informante, altera tamen pluribus Citationibus, ac Intimationibus lacessita.

Supradictæ duæ primæ Decisiones in hac causa emanatæ coram R. P. D. Emerix habentur in præcedenti parte 14. decis. 230. & 380. in ordine, alia verò 23. Iunij 1666. cum non habeatur impressa erit in appendice decisionum prætermissarum.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in præsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Romana Societatis.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Societatis contractæ probatio in præsenti Decisione tractatur, eaque resultare concluditur ex depositione vnius testis iunctis etiam adminiculis; vbi etiam aliàs admitterentur præsumptiones & coniecturæ. Quæ autem fuerint in præsenti adminicula ponderata, eaque admissa ex eadem Decisione resultat.

SVMMARIVM.

1 *Societatis ea natura est, vt lucrum inter socios communicetur, & vnusquisque de eò participet.*
2 *Testis vnicus iunctis adminiculis plenè probat.*
Societas probatur etiam ab vnico teste cum adminiculis, num. 2.
Amplia quia probatur etiam per præsumptiones, & coniecturas, num. 3.
4 *Testes duo contestes de loco, & tempore semper probant confessionem extraiudicialem, & num. seqq.*
5 *Confessio extraiudicialis etiam de iure ciuili probatur à duobus testibus contestibus si fuit emissa parte præsente.*
6 *Testis in eadem paritate gradus vtrique parti coniunctus plenè probat.*
Affectionis paritas resultat ex paritate gradus, num. 6
7 *Testis si dicat se non recordari de gestis per aliquod tempus anteà, & postea super aliquo deponat, quod sit infrà illud tempus, quandò probet.*
Testis qui antea ad perpetuam rei memoriam deposuerit, eius examen sibi in mente remansisse censetur, num. 7.
cùm Iuramento ea quæ deposita sunt altius in animo conseruari solent, quam alia cætera, num. 7.
Obliuionem probari debet esse de ijs, de quibus quis recordari debuisset, num. 7.
8 *Compater testis esse potest prò compatre.*
9 *Interrogatorium an quis fuerit vnquam carceratus dicitur concernere materiam obiectiuam.*
Interrogatorio concernenti materiam obiectiuam testis respondere non tenetur, num. 9.
10 *Attestatio, seù fides matris contrà propriam filiam, prout etiam alteriùs personæ coniunctæ maximè attenditur, præsertim si fuerit adminiculata.*
11 *Fides facta contrà aliam fidem post motam litem, & sine citatione partis nihil probat.*
12 *Testis si in secunda depositione, quæ tamen fuerit nulla, deposuit contrarium illius, quod primo loco dixerat, tunc prima depositio attenditur.*
13 *Testis vnicus nullum facit probationis gradum amplia, vt num. seq.*
14 *Testis administrator, & executor testamentarius non probat.*
Testis vnicus non potest præualere testibus numero pluribus, alijsque etiam adminiculis, num. 14.
15 *Taciturnitas non obest si non elapserit tempus ad præscriptionem requisitum.*
Ius suum sciens saluum esse, ei non præiudicat taciturnitas, num. 15.
16 *Lucri diuisio in Societate fieri debet proportionabiliter prò rata contributa, & num. 20.*
17 *Inuerisimilitudo nulla datur in Societate, in qua quis plus altero contulit, cùm plus lucri habiturus sit.*
18 *Pater potest nomine filiorum cùm tertio Societatem inire.*

19 *Societas contracta per patrem nomine filiorum sustinetur.*
20 *Socij ad inuicem communicare debent lucrum, pro rata eorum capitalium.*

DECISIO LVIII.

PVBLICATO Venetijs anno 1650. sortionis ludo, quinqne schedulæ præ cæteris præuia solutione Iuliorum 35. pro qualibet fuerunt forti commissæ, quatuor scilicet ab Antonio Tamarello nomine suæ vxoris, Andreæ, & Margaritæ filiarum, altera vero à Francisco Victorio. Omnes tamen ad dispositionem dicti Antonij, cum quo Victorius conuenerat, quod inter eos censeretur contracta Societas, & lucrum diuideretur in quinque partes, ita vt quicumque secundum, ac propitium fortunæ sortiretur euentum quintam illius partem teneretur singulis prædictis consortibus communicare. Vnde cum anno 1652. lucrum ducatorum 39. mil. Antonio ob extractionis nominis Margheritæ feliciter obuenerit, Victorius egit pro consequenda quinta parte dicti lucri coram A. C à quo fuit lata sententia absolutoria ad fauorem dictæ Margheritæ, & aliorum de Tamarellis. In gradu vero appellationis causa mihi commissa proposui dubium an constet de Societate, ita vt lucrum sit diuidendum pro quinta parte, & DD. affirmatiuè responderunt.

Societas enim visa fuit abundè resultare ex pacto inter Victorium, & Tamarellum inito de communicando lucrum iuxta portionem à quolibet ipsorum contri-
1 butam, † cum hoc sit de natura Societatis, vt lucrum communicetur, & quisque ex socijs pro sua rata fortunæ casibus se subijciat *per text. in l. si vnus ex sociis in fin. princip. ff. pro socio* Beous *cons.* 161. *num.* 19. *&* *seqq. lib.* 1. Mantic. *de tacit. & ambiguis lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 21. *& firmauit* Rota *decis.* 403. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 66. *num.* 11. *part.* 10. *recent.* quod pactum euidenter probatur ex clara depositione vnius testis formiter examinati, qui iuxta nouum Interrogatorium inter cætera deponit, *che di cinque bollettini furno posti in Communione, di modo che ciascuno douesse hauere la quinta parte del guadagno cioè chi di essi cinque vincesse douesse dare à ciascuno di essi la sua rata, che era la quinta parte e questo lo sò perche mi trouai presente nel luogo*
2 *detto di sopra à detto accordo*, † qui testis licèt vnicus iunctis tamen adminiculis in hac facti specie concurrentibus plenum probationis gradum constituit, iuxtà doctrinam Ioannis Andreæ, *in cap. fin. num.* 4. *vers. nam, vt dicit de success* Farinacc. *de test. quæst.* 63. *num.* 35. Adden. ad Buratt *decis.* 217. *num.* 16. Rota coram Coccin. *decis.* 462. *num.* 1. *& coram* Gregor. *decis.* 172. *num.*
3 5. maximè quia ad hunc effectum † admittitur etiam probatio per coniecturas, & præsumptiones, Rota coram Duran. *decis.* 90. *num.* 6

Inter adminicula verò præcipuum locum obtinet illud desumptum ex confessione extraiudiciali eiusdem Antonij, qui dictam societatem initam fuisse præsente Victorio spontè fassus est cum qualitate participationis lucri pro quinta parte, prout vniformiter de-
4 ponunt duo testes, † qui cum sint contestes de loco, & tempore, & verba præcisa referant, confessionem vtique sufficienter probant tum de iure canonico, Felin. *in cap. si cautio num.* 27. *de fide instrum.* Decius *cons.* 163. *num.* 1. *in fin.* Thesaur. *decis.* 109. *num.* 6. Rota coram Buratt. *decis.* 117. *num.* 5. *& in recent decis.* 87. *num.* 2. *part.* 6. *& decis.* 320. *num.* 10. *part.* 9. *& fuit dictum in Romana pecun.* 5. *Decembris* 1661. *in princip. co-*
5 *ram R. P. D. meo Albergato*; † tum de iure ciuili (quod ex statuto Vrbis *cap.* 42 *lib* 1. inter Romanos est seruandum) quoties vt hic fuit emissa parte præsente, iuxtà dispositionem *text. in l. generali, C de non num. pecun. & in l. cum transegisse, C. de transact.* Decius *cons.* 146. *num.* 3. Crauett. *cons.* 267. *num.* 1. Afflict. *decis.* 105. *num.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 677. *num.* 51.

Non obstat, quod primus testis deponens de societate sit Victorij Sororius, quia cum eodem affinitatis gradu fuerit Antonio coniunctus, non potest repelli;
6 † ex paritate enim gradus oritur paris affectionis præsumptio, Bart. *in l. qui testamento, §. quicumque num.* 8. *ff. de testibus*, Surd. *cons.* 196. *num.* 66. Ciriac. *contr.* 250. *num.* 12. Rota coram Buratt. *decis.* 453. *num.* 5. *& decis.* 75. *num.* 8. *part.* 10. *recent. & in Camerinen pecuniaria* 18. *Februarii* 1664. *§. non obstat coram R. P. D. meo Emerix*; nec redditur suspectus ex quo dixerit non recordari de gestis 15. ab hinc annis, & tamen deponat
de hac societate inita anno 1650 † quia cum de ea iam 7
antea deposuisset ad perpetuam rei memoriam in eius mente repositam remansisse præsumitur; & quia res cum iuramento depositæ altiùs animo hæreant, quàm aliæ, præsertim quia non probatur obliuionem esse de ijs, de quibus debuerit recordari, Cyriac. *contr.* 407. *num.* 173.

Minùs releuant exceptiones contra alios testes de confessione extraiudiciali deponentes adductæ, quod enim vnus sit Compater Victorij non est attendendus,
† etiam cum liceat testimonium ferre pro compatre, 8
Bald. *in l. parentes num.* 9. *C. de test.* Crauett. *cons.* 169. *num.* 1. Rota *decis.* 349. *num.* 2. *coram* Buratt. sicut paritèr alteri non minuitur fides ex quo noluerit respondere interrogatorio, an vnquam fuerit carceratus;
† quia cum concerneret materiam obiectiuam non te- 9
nebatur illi respondere, Felin. *in cap. cum causam num.* 10. *de test.* Alex. *in l.* 2. *num.* 2. *in fin. ff. de iurisd. omn. Iud.* Fenson *ad stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 20.

Prætereà ad probationem societatis prædictæ facit attestatio Ceciliæ Vxoris Antonij, & Matris Margaritæ facta ante euentum sortis, & sic tempore non suspecto, in quo fassa fuit eamdem societatem initam
fuisse cum dicta lucri diuisione, † cuius fidei tam- 10
quam personæ coniunctæ, & pluribus adminiculis fulcitæ venit maximè deferendum, ex relat. Adden. ad Gregor. *decis.* 214. *num.* 3 *vers. sed tamen*, Adden ad Buratt. *decis.* 113. *num.* 38 *vers. limitatur* 3. Rota *decis.* 167. *num.* 6. *part.* 8 *recent.*

In nihilo refragante, quod Cecilia illam deinde reuocauerit per aliam fidem medio iuramento confectam,
quia cum dicta fides fuerit facta pòst motam litem, † & 11
sic tempore suspecto, & sine partis citatione, nihil probat, Rota coram Seraph. *decis.* 1423. *num.* 3. ideo-
que illius primo dicto † standum est, Gloss. *in cap. si-* 12
cut vobis de testib. Decius *cons.* 169. *num.* 6. Rota *decis.* 346. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.*

Prædictæ autem probationes non possunt tolli ex dicto Riccardi testis à Tamarellis reportati, quod inter Victorium, & Antonium nulla fuerit inita socie-
tas, † tum quia est vnicus *l. vbi numerus, ff. de testib.* 13
Rota coram Caualer. *decis.* 110. *num.* 3. *& coram* Eminentiss. D. Cardin. Otthobon. *decis.* 193. *num.* 15 tum quia est illorum administrator, & executor testamen-
tarius, † & demùm quia non potest præualere contra- 14
rijs, aliorum testium depositionibus, alijsque adminiculis, quæ proinde magis attenduntur, nec remanent ab vno tantùm teste diminutæ, *cap. licet causam, §. ex præmissis, de probat.* Rota coram Eminentiss. Otthobon. *decis.* 200. *num.* 4. *&* 5. cum alijs latè adductis *in Perusina bonorum S. Archangeli* 17. *Martij* 1659 *coram Eminentiss. Card. Celso §. maximè.*

Hinc propterea non obstat inuerisimilitudo deducta ex taciturnitate Victorij per longum tempus; Quia cùm non lapsum sit tempus ad præscriptionem requi-
situm, taciturnitas ei non obest, † cùm sciuerit ius 15
suum sibi saluum esse argumentum, text. *in l. sicut non videtur, ff. quib. mod pign. vel hipoth. soluitur*, Rip. *in l. admonendi num.* 44. *vers pro solut. ff. de iur. iuran.* Rota coram Seraphin. *decis.* 254. *num.* 11. *& decis.* 236. *num.* 11. *coram* Buratt. Secundò, quia iam ipse diù institit pro communicatione lucri acquisiti, & Riccardum executorem testamentarium pluries extraiudicialiter requisiuit, vt ipse Riccardus deponit.

Nec vrget, quod sit inuerisimile Tamarellum, qui quatuor schedulas habebat, voluisse admittere ad illarum participationem Victorium, qui vnam tantùm habebat, quoniam sicuti si sors ad Victorium peruenisset, Tamarellus participauisset de quatuor partibus lucri, & Victorius de vna tantùm; Ità è conuerso Victorius debet de quinta parte lucri Tamarello ex
persona Margaritæ obuenti participare, † cùm diui- 16
sio sit facienda pro rata contributa, *l. si non fuerint, ff. pro socio*, Marescott. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 146. *num* 1. Mantic. *de tacit lib.* 6. *tit.* 14 *num.* 7. *&* 8 & pro-
pterea nulla resultat inæqualitas respectu lucri, † nec 17
inuerisimilitudo respectu spei, cùm quatuor partes Ta-

ma-

marelli non debeant simul considerari, sed diuisim; nam verè diuisæ erant schedulæ, & personæ, & tàm poterat sortio felix contingere Victorio, quàm Margaritæ.

Parum denique refert, quod societas non potuerat vniri inter Victorium, & Antonium, ne dicatur, quod Antonius contraxerit societatem cum filijs; quoniam obiectum sibi locum vindicaret, si inter patrem, & filios disceptaretur in præsenti; quod secus est
18 respectu tertij, † cum quo certum est patrem pro se, & nomine filiorum illos sibi æquales faciendo contrahere posse, Gloss. *in l. de re, ff. de transact.* & in spe-
19 cie respondendo huic obiecto † societatem posse sustineri probat Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 14. num. 21. & seqq.*

Cùm itaque ex prædictis constet inter Victorium, & Tamarellum fuisse initam societatem, lucrùm vtrique erit communicandum pro quinta parte iuxtà ratam capitalis ab ipso communicatam, *d. l. si non fuerint, ff. pro socio*

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Varesio sub die 24. Februarij 1668 quæ Deo dante apponetur infrà iuxtà seriem temporis.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana censuum.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

De correspectiuitate contractuum sub vna eademque die coram eisdem Notario, & testibus celebratorum in præsenti Decisione tractatur, ad quem effectum pro nihilo consideratur, illos de per se habere causam diuersam, & separatam si contrahentes ad vnum sine altero non deuenissent.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio etiam contra obligationem cameralem semper admittitur cùm crediuo simili obligatione munito.*

2 *Census impositus pro persoluendis debitis fideicommittentis in illius bonis substinetur.*

3 *Apostillæ instrumenti veritas aliundè comprobata plenam fidem meretur etiamsi illa non fuerit subscripta à Notario rogato.*

4 *Contractus duo vna eademque die coram eisdem Notario, & testibus celebrati dicuntur inter se correspectiui.*

5 *Correspectiui vbi sunt contractus non datur in illis neque prius, neque posterius, sed vnus inest alteri, & ambo habentur pro vno.*

6 *Correspectiuitatem non inducit dependentia occasionalis, & accidentalis.*

7 *Correspectiui vt dicantur contractus non sufficit quod illi habeant causam separatam, sed attenditur contrahentes vnum sine altero non fecisse.*

8 *Sententia lata contra sententiam non præcedente illius reuocatione remanet nulla.*

DECISIO LIX.

HORATIVS Oricellarius emerat à Virgilio Ioann. Baptista, & Flaminio de Anguillaria Casale nuncupatum *Testa di Lepre* pacto expresso quod scut. 12. mil ex pretio deberent inuestiri in tot Censibus, vel locis montium ad effectum, vt eorum fructus ponerentur ad multiplicum vsquequo constituerent scut. 60. mil. cuius vigore idem Oratius de anno 1587. super dicto Casali imposuit Censum in sorte scut. 12. mil. & in se suscepit onus multiplicandi, & inuestiendi fructus ad formam pactii in Instrumento venditionis adiecti cum autem Horatius promissum inuestimentum per plures annos neglexerit, & proindè illius hæreditas remansisset debitrix in scutis 28300. quæ vna cum sorte principali constituunt summam scut. 40300. idcircò eo defuncto Aloysius, & Ferdinandus illius filij, & hæredes ad effectum soluendi huiusmodi debitum imposuerunt sub die 10. Iunij 1608. alium Censum scut. 20. mil. in sorte super eodem Casali ad fauorem Flaminij de Anguillaria, sub eadem die præuia solutione integræ summæ generalem quietantionem, & liberationem reportarunt.

Quia verò de anno 1643. Comites de Anguillaria acceperunt ad Censum ab Horatio Iuniore de Oricellarijs scut. 31500. in quatuor partitis hinc petijt Aloysius illius successor, & tanquam vocatus ad fideicommissum fructus dd. Censuum decursos, & non solutos, & ab A. C. mandatum executiuum obtinuit non obstante quod pro parte fratrum de Anguillaria fuisset opposita compensatio pro fructibus d. Antiquioris Census scut. 20. mil. sed disputato dub. 22. * Iunij 1663. responsum fuit mandatum A. C. non esse exequendum quam resolutionem hodie Rot. approbauit.

Quamuis enim Aloysius pro fructibus quatuor Censuum habeat intentionem fundatam in Instrumentis publicis continentibus iuramento, & obligationem Cameralem non poterat tamen mandatum relaxari post oppositam compensationem pred. Census scut 20. mil: à fratribus de Anguillaria, quia hæc semper † admittitur vbi creditum quod allegatur est simili iuramento, & obligatione munitum probant Iura in decisione relata §. iniustitia, & tradit Cancer. *var. resol. part. 2. cap. 3. num. 56.* Magon. *decis. Florentina 42. sub num. 6. versic. tum quia.* 1

Dubitari autem non potest de validitate Census scut. 20. mil. sub pretextu, quod Casale fuerit subiectum fideicommisso, ac prohibitioni alienationis Horatij Senioris. Quia cùm pecuniæ ad Censum acceptæ conuersæ fuerint in solutionem debitorum eiusdem fideicommittentis substinetur impositio Census tam vigore facultatis expressè hæredibus grauatis in testamento attributæ Summ. fratrum de Anguillaria præteritæ positionis *num. 2.* † quam etiam ex iuris dispositione in *l. filius famil. §. Diui vbi* Iason. *num. 1. ff. de leg. 1.* Cenc: de Cens. *quæst. 19. num. 2. cum alijs in decis. relat §. non obstant.* 2

Quod autem ex dd pecunijs extinctum fuerit debitum fideicommittentis apparet ex lectura Instrumenti impositionis, ibi *præuia declaratione quod ad infrascriptam impositionem Census super d. Casali deuenerant occasione solutionis fructuum & multiplicationis per pred. Horatium promissorum.*

Quæ verba licet fuerint scripta per Apostillam in margine Instrumenti absque subcriptione. Notarij nihilominus illorum veritas remanet comprobata. Tum ex actuum correspectiuitate ex quo sub eadem die coram eisdem Notario, & Testibus fuit impositus Census, & facta quietantia pro debito Horatij fideicommittentis. Tum quia in corpore Instrumenti eiusdem Census declaratur pecunias prouenire ex antiquo Censu eiusdem fructibus, & multiplicationibus Summario Aloysij *num. 3.* vers. & quia tum demum, & melius ex partitis Montis Pietatis datis in præterito Summario Comitum de Anguillaria *num. 5* ex quibus patet quod Oricellarij sub eadem die 10. Iunij 1608. qua fuit facta solutio integri debiti Horatij fideicommittentis in summa scut. 40300. non habebant de proprio nisi scut. 20300 reliquum verò proueniebat ex Censu ibi: *A dì 10. Giugno scut. 20. mil. recorono essi Signori Rucellari Contanti, dissero per lo medemi hauuti hoggi da noi, con ordine del Signore Flaminio Anguillara per vn Censo da loro imposto.* Ex quibus cum satis videatur comprobata veritas eiusdem apostillæ † vtique probat etiamsi non fuerit à Notario Rogato subscripta, vt dixit Rota coram Card Seraphino *decis. 917. sub num 2. & 3 & in Rauennaten. Pensionis 5. Iulij 1660. §. quod siue & § seq. coram R. P. D. meo Albergato.* 3

Non obstat quod prius fuerit facta quietantia, & postea deuenctum ad Census impositionem, & per consequens

quens Census non substineatur super Casali fideicommissario tamquam impositus post iam liberatum fideicommissum à debitis, quia cum isti duo contractus sint
4 inter se correspectiui † ex quo fuerunt stipulati vno, & eodem die coram eisdem Notario, & Testibus ex firmatis in *Bononien. de Test. 2. Decembris* 1647. §. *allegat, in fine coram Peutingerio*. Vtique inter illos non datur
5 neque prius neque posterius, † sed vnus Censetur alteri inesse, & ambo habentur pro vnico contractu, vt præter allegatos iuxtà *decis.* §. *dictum fuit in Romana fideicommissi* 8. *Iunij* 1648. §. *præterea il 2. coram Arguell.*

Nec vrget responsio quod inter hos contractus fuerit
6 dumtaxat dependentia † occasionalis, & accidentalis quæ non sufficit ad inducendam correspectiuitatem ex allegatis in *Romanæ, seù Velinterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. coram* Bichio impres. post Merlin. *de pign. decis.* 142. *num.* 24. & 25. Tollitur enim ex eo quod Flaminius de Anguillaria nullo modo fecisset quietantiam, & liberationem nisi Fratres de Oricellarijs soluissent integram summam debitam scut. 40300. quodque isti Fratres integram summam ideò persoluerunt quia scut. 20. mil. receperunt mediante Census impositione, vt colligitur ex partitis sacri montis super relatis quo posito nulla maior correspectiuitas dari potest; Nam ad istum effectum non sufficit quod
7 duo contractus habeant causam separatam, † sed inspici debet, an contrahentes alterum sine altero gessissent, vt explicat, Gratian. *discept. For. cap.*924 *num.*1.

Sicut pariter non releuat quod Creditum Comitum de Anguiliaria non sit compensabile attenta sententia R.P.D.A.C. Bulgarini super illius nullitate. Nam præter quod non videtur sententiam tangere validitatem, vel nullitatem Census scut. 20. mil. cum solum declaret bona fideicommissaria Horatij esse immunia, nondum à præfato Censu, sed etiam ab alijs oneribus Summ. præteritæ positionis Oricellarij *num.* 4. Adhuc tanquam lata contra aliam sententiam eiusdem Tribu-
8 nalis de qua in præterito Summ. Comit. *num.* 3. † non præcedente illius reuocatione remanet nulla ex congestis in *Bononien. fideicommiss. de Amorinis 30. Maij 1664.* §. *modo coram R. P. D. meo Triolo*, & propterea non est acta vulnerare obligationem Cameralem, vt probat alia, *decis. in fine*, & *coram* Coccino *decis.* 78. *num.* 3. Et ità vtraque, &c.

Alia & prima præsentis causæ Decisio emanata sub die 22. Iunij 1663 coram eodem Eminentissimo Cardinali Cerro, tunc S.R. Decano, cùm non habeatur impressa erit in appendice Decisionum prætermissarum.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Leodien. nullitatis Matrimonij.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio licet solam concessionem Remissoriæ in substantia concludat ad effectum validitatis, vel inualiditatis matrimonij inter Raptorem, & Raptam ad mentem, *Sacri Concilij Tridentin. sess. 24. de reformat. cap.* 6. plura tamen concernentia merita causæ, & sic eiusdem Conciliaris dispositionis importat.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter Raptorem, & Raptam consistere non potest, nisi prius Rapta in libertate constituta eumde in virum habere consenserit.*

2 *Matrimonium celebratum à Parocho in cuius Parochia nemo ex contrahentibus domicilium habebat remanet nullum.*

3 *Matrimonialis causa ad effectum obtinendi remissoriam reputatur, & dicitur causa prophana.*

4 *Remissoria in causa prophana facilius conceditur stante fumo materiæ articulatæ.*
Fumus materiæ articulatæ resultat ex attestationibus extraiudicialibus, num 4.

5 *Remissoria ad æqualitatem seruandam si fuit vni ex partibus concessa, etiam alteri concedenda est.*
Æqualitas in iudicijs seruari debet, num. 5. & seqq.

6 *Actor & Reus non debent in iudicijs ad imparia iudicari, & super num. 5.*

7 *Releuantia vnius articuli in prophanis sufficit vt super omnibus remissoria concedatur.*

8 *Matrimonij validitatem an operetur consensus Raptæ, quoties Pater expressè dissensit, & num seqq.*
Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. *irritans matrimonium inter Raptorem, & Raptam, an habeat locum si rapta consenserit, Pater autem dissentit, num. 8. & seqq.*

9 Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. *solum prospicere voluit libertati matrimonij.*
Matrimonij libertas per liberum consensum mulieris inducitur quamuis Pater contradicat, num. 9.

11 *Remissoria conceditur stante discrepantia, & diuersa Doctorum sententia super meritis causæ.*
Iuris dubij, & intricati quæstio æquiparatur quæstioni facti, num. 11.

12 *Remissoria denegari non solet vbi dubietas existit.*
Probationes ne pereant remissoria regulariter denegari non consueuit, num. 12.
Probandi facultatem concedere tutius, & æquius est, quam illam denegare, num. 12.

13 *Raptus solo Patris dissensu committitur, etiam puella consentiente, & habet locum in eo dispositio* Concil. Trident. *& vide supr. num. 8. & seqq.*

14 *Raptus excluditur ex præcedenti tractatu matrimonii.*

15 *Remissoria in dubio concedenda est maximè in causa matrimoniali.*
Matrimonialis causa grauissima reputatur, num. 15.

16 *Parochianus alicuius Parochiæ ad effectum in illa contrahendi matrimonium, vt quis fiat sufficit, quod in eadem Parochia ille habitare inceperit.*

17 *Parochianus illius Parochiæ efficitur, qui in ea adhabitandum se contulit ad euitanda impedimenta, quæ parentes suo matrimonio præbere intendunt.*

18 *Remissoria non denegatur stante dubietate facti, vel iuris reseruanda post factas probationes discussione meritorum.*

DECISIO LX.

SENTENTIA Rotali post æditam de more decisionem die 28. Iunij * præteriti coram Reuerendiss. Domino meo Decano pronunciatum fuit nullum matrimonium inter Riccardum, & d. Annam Isabellam contractum ob duplicem rationem vtramque ductam à dispositione S. Concil. Trident. nempe quod inter Raptorem, & Raptam quandiù ipsa in potestate Ractoris manserit consistere non posset, † nisi ab illo separata 1
ac in loco libero, & tuto constituta eumdem in virum habere consenserit, vt admonet eadem S. Synodus *in cap.6. sess. 24. de reformat. matrim.* Quodque matrimonium prædictum contractum fuisset coram Parocho S. Remach in cuius Parochia † neuter ex contrahentibus 2
habebat domicilium obstante alia eiusdem *Sac. Conc. dispositione in eadem sess. cap. 1. vers. qui aliter.*

Cum verò in euersionem vtriusque fundamenti pluribus exhibitis articulis Riccardus coram me, in gradu appellationis remissoriam petijsset dubium proposui *sub die 31. Ian. præteriti.* An illa esset concedenda, & animaduertentes Domini probationem materiæ articulatæ parum illi profuturam, quatenus subsisteret assumptum in §. *quinimò dictæ decis. Reuerendiss. D mei Decani*, firmatum quod admisso etiam consensu puellæ, raptus non euitatur, quando, vt hic, mulier abducta fuit prorsus inscio ac inuito patre, censuerunt differre tunc resolutionem, sed causa rursus super hoc puncto proposita inclinarunt hodie pro concessione remissoriæ.

Tendunt enim quatuordecim articuli ad probandum quod fuga non solum successit de spontanea voluntate, & consensu Annæ Isabellæ, sed ipsa etiam vrgente, & solli-

& sollicitante ad effectum contrahendi, cum Riccardo
matrimonium ideoque materia visa fuit in hac parte sa-
tis releuans ad obtinendam remissoriam in hac causa ma-
3 trimoniali, quæ iuxta opinionem Rotæ † ad hunc effe-
ctum prophana reputatur, vt in his terminis dictum
fuit in *Tullen. matrimonii 18. Martii 1647. & 26. Iunii
1648. coram Reuerendissimo Imolen. in recent. decis. 233.*
4 *part. 10.* Concurrente præsertim fumo rei articulatæ †
ex attestationibus quampiurium testium, ad perpe-
tuam rei memoriam examinatorum in actis exhibitis ad
*trad. in Mechlinien. matrimonii 28. Iunii 1655. coram R. P.
D. meo Triolo*, ac ratione æqualitatis in iudicio seruan-
5 dæ vt † quemadmodum concessa fuit dictæ Annæ Isa-
bellæ veniat pariter Riccardo concedenda, vt respondit
Rota *in decis. Greg. 581. num. 1. & seq.* vbi in specie Add.
6 *num. 7.* quod actor & † reus non debent ad imparia iudi-
cari cum alijs in dicta *decis. 233. num. 4. part. 10. recent.*
Et licet aliqui ex actibus ad probandum consensum
puellæ articulatis vti gestis eo tempore quo ipsa in pote-
state Raptoris existebat, non conducant ad libertatem
matrimonij; plures tamen articulantur etiam ante ab-
ductionem ab ipsa gesti; vnde subintrat recepta in hoc
7 conclusio quod vnius articuli releuantia † sufficit vt su-
per omnibus remissoria concedatur, vt in puncto pro-
bandi consensum mulieris ad euitandum raptum respon-
dit, Gabr. *conf. 173. num. 12. 13. & 14. lib. 1.* & firmat
etiam Rota coram Caual. *decis. 289. num. 2.* Buratt. *de-
cis. 246 num. 10. cum pluribus seqq. apud* Eminentiss. Card.
Otthobon. *decis. 2. num. 12.*
Horum verò releuantia ex eo potissimum deduceba-
tur; quod licèt quæstio sit inter Doctores valdè agitata,
An vbi agitur de validitate matrimonij consensus Raptæ
8 ad illud sustinendum sufficiat † quando pater non so-
lum est ignarus abductionis, sed vt prætenditur in præ-
senti positiuè dissentit, & reclamat, & hoc casu, An
habeat locum dispositio Sac. Concil. Trident. *dicta sess.
24. de reformat. cap. 6.* affirmatiuam opinionem pro va-
liditate matrimonij, & exclusione dispositionis Concil.
Trident. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 13 num. 13.* vbi
rationem reddit quia eum Sac. Concil. intentio fuerit
9 prospiciendi libertati matrimonij † illa satis con-
currit, vbi puella liberè consensit quamuis pater con
tradicat Less. *de Iust. & Iur. lib. 4. cap. 3. dub. 9 num. 70.*
Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 22. tit. 31.* Ægid. de
Conc. & alij relati per Barbos. *in cap. cum causam sub num.
3. vers. quamuis contrarium de raptor.* Ricc. *decis. Ar-
chiepis. decis. 342. num. 5. vers. negant ex ratione* Dian.
resol. mor. part. 3. tract. 4. de Sacram. resol. 261. Hurtad.
de matrim. disput. 23. difficult. 3. versic. 2. est difficultas
Bonac. *eodem. met. tract. cap. 13. num. 21. & 22.* & in spe-
cie dictum decretum Sac. Concil. intelligi de raptu offen-
dente libertatem matrimonij Filliuccius *oper. mor. tom. 1.
tract. 10. part. 2. cap. 8. num. 289.*
10 Contrarium verò pro nullitate matrimonij etiam †
stante consensu filiæ ex professo defendentibus Nauar.
cons. 32. tit. de spons. lib. 4. in magnis, & in paruis *cons.
2. tit. de Raptor. lib. 5.* Henriquez *in Summa Theol. moral.
lib. 12. cap. 4.* Rebell. *de obligat. iust. part. 2. lib. 3. quæst.
11. num. 6.* Layman. *Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 4.
cap. 13. num. 2. & seqq.* Pater Molina *de iust. & iur. tract.
3. disput. 105. num. 1.* Adden. *in praxi Bernardini Diaz cap.
78. §. vltim.* Emanuel *in ver. matrimonium in princip.*
Frater Emanuel Rodriq. *in Summ. tom. 1. cap. 231. num.
1. con. 1.* Laym. *Theol. moral. lib 5 tract. 10 part. 4. cap.
13. num. 2 & seqq.* vbi dicit opinionem contra Sanchez
esse magis communem, & contra eum tenet etiam Gu-
tier. *de matrim. cap. 86. num. 17.* vbi quod ab hac opinio-
ne non est recedendum Bonacc. *de Sacram. matrimon.
quæst. 4. punct. 18. propos. 2. num. 5. fol. 119.* Sayr. *de
cens. decis. 36. per tot. lib. 3. & alij ab Informantibus re-
lati.*
Hæc ipsa opinionum discrepantia, & varietas visa
est Dominis sufficere ad concessionem remissoriæ,
11 quia quæstio iuris valdè dubij, & intricati æquipara-
tur quæstioni facti, vt tradunt Capic. *decis. 10. num.
19. & 20. & aliis relatis.* Menoch. *de arbitr. quæst. 53.
num. 7.* vbi autem concurrit dubietas non solet remis-
12 soria denegari, † ne probationes pereant, quia tutiùs,
& æquiùs est probandi facultatem concedere, quàm
denegare, Rota coram Coccino *decis. 20. sub num. 4. vers.
eoque libentius decis. 277 num. 4. part. 3. & decis. 101.
num. 42. part. 10. recent. & in Mantuana bonorum 17. Fe-
bruarij 1653. §. quia generalitèr coram Reuerendissimo Do-
mino meo Decano.*
Nec dubietatem sustulit resolutio Sacræ Congrega-
tioni Concilij pro dicta Anna Isabella exhibita, in qua
decretum fuit raptum solo patris dissensu, † etiam 13
puella consentiente, committi, ac inducere nullita-
tem matrimonij, compræhenditque sub dispositione
d. cap. 6. Quoniam in ea nihil dicitur de præcedenti
tractatu matrimonij, qui non solùm in præsenti arti-
culatur à Strauio; verum prætenditur etiam probari si-
dem matrimonialem præcessisse, ac de hoc factam
fuisse scripturam ab eadem puella propria manu subscri-
ptam, qui quidem præcedens tractatus, † vel raptum 14
excludit, vt tenet Abb. *in d. cap. concussum sub num. 4.
de raptorib.* vel saltem negari non potest, quin reddat
dubiam opinionem, an illa in præsenti facti specie in-
teruenerit. † In dubio autem danda est remissoria, 15
vt dixi, maximè in causa matrimoniali, quæ grauis-
sima reputatur, vt seruatum fuit in Tullen. *matrimo-
nii decis. 233. part. 10. recent.* & in præcisis terminis re-
missoriæ ad hunc effectum excludendi raptum ibidem
firmat Gabr. *d. cons. 173. sub num. 13. versic. quamuis in-
quam aliqui lib. 1.*
Articuli verò, qui dantur ad probandum animum
Riccardi contrahendi domicilium in Parochia S. Rema-
ch non visi sint penitus inreleuantes, quia licèt in ar-
ticulo 16. dictum fuerit ipsum conduxisse partem domus
in Parochia S. Remach cum intentione ibi habitandi
cum vxore, postquam cum puella iam abducta perue-
nerat ad domum Scabini Becchaman, nihilominus
quia etiam in sequentibus articulis alibi ipsum domi-
cilium non habuisse, sed esse diœcesanum Laodicen.
in quo loco consanguineos, & affines habet, dubita-
tum fuit, an hac probatione facta, excludi posset
fraus affectatæ conductionis domus, ad effectum ex-
cludendi dispositionem Sac. Concil. considerata *in §. vl-
mo decisionis coram Reuerendissimo Domino meo Decano*,
cum sufficiat, vt quis efficiatur † Parochianus, quod 16
in loco habitare inceperit, Pont. *de matrimon. lib. 5. de
consens. clandestin. cap. 13. §. 1. num. 4. & 5.* Cardin. *in
Clem. 1. de priuileg. num. 8.* Sanchez *eodem tract. lib. 3.
disput. 23. num 14. &* Gutier. *cap. 63. num. 14. & 15.
cum aliis relat. per* Rota *decis. 194 num. 3. coram bon.
mem.* Merlino, etiamsi hoc fiat ad euitanda impedimen-
ta, † quæ parentes contrahentium de facili præbituri 17
erant matrimonio, vt decisum fuisse *in vna Senen 17.
Maij 1600.* refert August. Barbos. *collect. in Concil. sess. 24.
cap. 1. num. 12.* Vnde cùm dubietas vndequaque insur-
gat, visum est remissoriam nondum † denegare, reser- 18
uando in definitione causæ post factas probationes dis-
cussionem concludentioris releuantiæ, vt fuit dictum
in *adducta Mantuana bonorum §. quia generaliter.*
Et ità vtraque, &c.

Decisio superius in hac causa emanata coram Eminentiss.
D. Cardinali Cerro habetur impressa in præcedenti
part. XIV. in ordine 498.

R. P. D. TAIA.

Romana Pensionis.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata super fructibus, & prouentibus beneficij, quamuis sustineatur etiam super distributionibus quotidianis, maximè quando, prout hîc, omnes fructus, & prouentus eiusdem beneficij sunt distributiones quotidianæ; Attamen non cadit sub indulto Dapipheris concesso transferendi quascumque pensiones super quibuscumque fructibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum reseruatas ex rationibus, & fundamentis, quas in Decisione videbis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ acquiruntur labore, & interessentia in diuinis.*

Distributiones quotidianæ quando veniant appellatione prouentuum, & fructuum beneficij, num 1. & seqq.

Pensio reseruata super fructibus, & prouentibus beneficij non potest transferri vigore indulti, si fructus beneficij in solis distributionibus quotidianis consistant, num. 1. & seqq. & per totam decis.

Indultum Dapipheriorum transferendi pensiones non comprehendit pensiones reseruatas super distributionibus quotidianis, num 1. & per totam decis.

3 *Beneficij prouentus si omnes in distributionibus quotidianis consistunt, tunc idem de prouentibus, ac distributionibus seruatur iudicium.*

6 *Pensio reseruata super fructibus, & prouentibus beneficij sustinetur etiam super distributionibus quotidianis quando beneficium non habet alios fructus, quàm distributiones prædictas.*

Gratia specialis inutilis esse non debet, num.6.

Priuilegium generale, quod in alijs casibus verificari potest, numquam trahitur ad casum speciale, num. 6.

7 *Beneficia pro maiori parte habent suos redditus vltra distributiones quotidianas.*

8 *Indulta transferendi pensiones sunt odiosa.*

9 *Dictio, quibuscumque, quamuis sit magnæ potentiæ, aliquando tamen restringitur, & oppugnatur, vtpote in materia odiosa.*

Odiosa ea, quæ sunt semper restringuntur, & oppugnantur, quamuis concepta per dictiones vniuersales, num.9.

10 *Distributiones quotidianæ largè dicuntur fructus beneficij.*

11 *Dictiones vniuersales comprehendunt etiam id, quod impropriè continetur.*

12 *Verba vniuersalia, quæcumque, & his similia, dicuntur apposita ad effectum augendi, non autem minuendi dispositionem.*

13 *Pensiones retinendæ priuilegium dicitur minus odiosum, quàm priuilegium transferendi.*

Priuilegium retinendi pensiones non comprehendit pensiones reseruatas super beneficio habente solùm distributiones quotidianas, num.13.

14 *Beneficia Ecclesiæ Lateranensis etiam ante Constitutionem Pij IV. redacta erant ad distributiones quotidianas.*

15 *Attestatio, & fides Logistæ, seù Computistæ alicuius Ecclesiæ super distributione fructuum beneficiorum eiusdem Ecclesiæ attenditur.*

DECISIO LXI.

A DECISIS 29. Martij 1666. altera tantùm Parte, & vtraque hodie informante DD. recesserunt facilè respondentes vnico decisionis argumento, quo sententia Rotalis, confirmabatur pro translatione pensionis Dapipheri Conclauistæ san. mem. Vrbani VIII.

Summus Pontifex Conclauis sui Dapipheris, vt quascumque pensiones super quibuscumque fructibus, ac prouentibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum reseruatas, ac reseruandas transferre valerent concessit, & indulsit, & ratione quarumcumque pensionum super quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis, vt præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatis, etiamsi habitum, & tonsuram non gestarent, etiamsi matrimonium contraxerint, cùm vnica tamen, & virgine, accipere, & retinere, *Constit.* 9. §. 11. *Ac Dapipheris*, & §. 13. *Ac eisdem Dapipheris*.

Antoninus huiusmodi Dapipher habuit ab ipso Summo Pontifice pensionem scutorum 25. super beneficij Ecclesiastici Basilicæ Principis Apostolorum fructibus, & prouentibus 11. Nouembris 1623. & transtulit in Alexandrum Mariam 14. Decembris 1661. Igitur &c.

At DD. responderunt, & obseruarunt ex facto hanc pensionem fuisse reseruatam super distributionibus quotidianis, cuiusmodi esse omnes fructus, & prouentus qualescumque quorumque Canonicatuum, Beneficiatuum, & Clericatuum illius Basilicæ; & specialitèr aliqui distinxerunt, aut loquimur de prouentibus Ecclesiasticis respectu beneficij, & isto casu procedit contrarium; tunc enim non veniunt distributiones quotidianæ, quæ non sunt prouentus Ecclesiastici istius, vel illius beneficij, quia acquiruntur labore, & interessentia in Diuinis; † Aut loquimur simpliciter de prouentibus Ecclesiasticis, & tunc veniunt distributiones quotidianæ, quæ quæruntur ex re Ecclesiastica &c. ex Rota relata à Garzias *de benefic. cap. 5. num. 392. vers. non obstant part. 1.* ad quam se refert coram Coccin. *decis.* 144. *num.* 11. & consonant alij, Monet. *de distrib. quotid. qu.* 7. *num* 1. *cum* 5. & 6. & 10. *part.* 1. & *qu.* 9. *num.* 12. *part.* 3. & *de decimis cap.* 9. *à num.* 79 *cum alleg.* & Pater Sanchez *consil. moral. dub.* 89. *ab initio cap.* 2. *lib.* 2. 1

Communiùs DD. concluserunt † ex alia decisione coram R. P. D. meo Meltio *Romana pensionis* 23. *Maij* 1644. & 23. *Martij* 1645. & reuocata contraria *coram Pirouano Romana pensionis* 15. *Februarij* 1636. & ex accuratè adnotat à D. Rubeo *rationali decisionum rotalium ad decis.* 576. *à num.* 47. *tom* 3. *part.* 4. *recent.* ad has pensiones reseruatas super beneficijs non habentibus nisi distributiones quotidianas prædictam concessionem, indultumque non extendi. 2

Nec valuit distinctio distributionum, quando omnes redditus consistunt in distributionibus quotidianis; † Tunc enim de illis idem ferri iudicium, quod ex fructibus ex quadam æquitate, inquit Lotter. *de re benefic. qu.* 39. *num.* 27. *lib.* 1. vbi in terminis reseruationis pensionis conclusit Rota coram Achille de Graff. *decis.* 420. *seù de probat. decis.* 9. *num.* 1. & 2. quod dicebat vnus ex Dominis, & adijciebat sibi potiùs videri Præbendam, quàm distributiones, † aliàs esset Canonia sine præbenda in talibus Ecclesijs, ait Gloss. *receperit, versic. sed quid dices c. vnico de Cleric. non resid. in* 6 & *cum alijs* Barbos. *de canon. cap.* 21. *num.* 1. & 6. *vers. vbi restringit*, & magis distinguendo iuxtà *d gloss. Rota coram R. P. D. meo Albergato in Lucana Prioratus* 20. *Iunij* 1664. §. *distinguendi enim*, præsertim in magnis distributionibus insignium Ecclesiarum Vrbis, † quia san. mem. Pius IV. omnes, & quoscumque fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque in quibuscumque rebus consisterent sine præiudicio pensionum super dictis fructibus reseruatarum applicauit, adscripsit, & assignauit distributionibus quotidianis &c. *Constitut.* 41. 3 4 5

Quia placuit hoc valere in gratia speciali alicui personæ reseruatæ, † ne foret inutilis, non autem in priuilegio generali, quod non ideò est inutile, cùm prodesse possit nedum alijs Dapipheris, sed etiam huic Dapiphero pro alijs pensionibus super alijs beneficijs habentibus alios fructus, & prouentus præter distributiones quotidianas, † qualia sunt beneficia pro maiori parte, vt declarauit Moneta *de distribution. quotid q.* 10. *num.* 25. *versic. ad primum parte* 2. & sensit Rota *coram R. P. D. meo Triolo in Theatina pensionis* 5. *Maij* 1655. *in fine.* 6 7

Quæ magis placuerunt eo quod pensionum translationes odiosæ sunt † communi Beneficialium, & Beneficiatorum omnium consensu; vnde potentia magna illius dictionis † quibuscumque oppugnata fuit, vtpote in materia odiosa, imò odiosissima ab ipso D Rubeo *ad decis.* 576. *à num.* 53. maximè *num.* 57. quatenus largè † possint quotidianæ distributiones dici fructus beneficij, & Canonicatus, Moneta *qu.* 56. *num.* 13. & *ad qu* 78. *num.* 5 *par.* 1 maximè propter dictiones huiusmodi vniuersales † aptas comprehendere id, quod impropriè Moneta *cap.* 8. *num.* 13. *versic. siue propter dictionem illam vniuersalem par.* 3. & obseruabatur amplissima formula quascumque pensiones ad eas ampliandas: Aliæ autem super quibuscumque fructibus, & prouentibus † quorumcumque beneficiorum causa augendi non minuendi, *ad l. si cui* 52. *ff. de leg.* 1. & *ibi gloss.* 1. Quin etiam in priuilegio retinendi minùs odioso, † quàm transferendi decisum fuit ita coram Pamphilio *in Reatina pensionis* 10. *Iunij* 1588 *ex manuscriptis quæ desunt decis.* 33. *part.* 4. *diuers.* 8 9 10 11 12 13

Vnus ex DD. subiecit sublatum sibi scrupulum *decis.* 330 *part.* 1. *diuers. seu coram* Cæsare de Graff. *decis* 117. *aliàs de præb. decis.* 6 *ex speciali Constit. san mem. Iulij II. de regimine illius Basilicæ* † vt omnes, & singuli fructus de cætero in perpetuum sic redigantur, & persoluantur, & distribuantur sublato quouis alio nomine, iure &c ante generalem suprascriptam *Constit. Pij IV.* & ex traditis à Gonzal. *ad reg.* 8. *proem.* §. 7. *num.* 167. & demum attestatione Logistæ ipsius Basilicæ † attestantis quolibet mense, 14 15

quo

quo rationes habentur quisquis nunquam seruierit per se, vel per alium de gremio, cum nihil consequi, & proinde conclusit ille ad nos pertinere priorem partem dictæ decisionis, non autem posteriorem *d. num.* 3.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Vicariæ.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Duplicem quæstionem præsens resoluit Decisio; Alteram vnionis Ecclesiæ Parochialis plenariè Monasterio factam; alteram verò deputationis Vicarij; quando scilicèt, & ex quibus illa potiùs perpetua, quàm amouibilis iudicari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Vnio probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis, & num. 5.*

2 *Vnio probatur ex enunciatiuis emissis ab Ordinario in actu approbationis Vicariorum.*

Vnio cùm tendat in præiudicium Ordinarij non præsumitur, illum diù tolerasse huiusmodi beneficia vnita, num. 2.

3 *Enunciatiuæ in libris taxationis decimarum emissæ etiam ipsæ probant vnionem.*

4 *Vnio ad hoc, vt ex enunciatiuis probetur non requiritur, quòd in illis de ea expressa fiat mentio, sed sufficit quod virtualitèr colligatur.*

5 *Coniecturæ, præsumptiones, & adminicula non solùm inseruiunt pro coadiuuanda probatione vnionis, sed etiam eam plenè probant, & sup. num. 1.*

6 *Constit. san. mem. Pij V. & Gregorij XIII. super materia vnionis referuntur, & declarantur, & sup. num. 4. & infra num. 7. 19. & 20.*

Prælati Monasteriorum, quibus Parochiales Ecclesiæ vnitæ reperiuntur, possunt nominare Vicarios cum approbatione tamen Ordinarij, num. 6.

Monaci Præmonstratenses in eorum Ecclesiis, in quibus Parochiales vnitæ sunt nominant Vicarios etiam ad nutum cum approbatione Ordinarii, nu. 6.

7 *Constitutione san. mem. Pii V. & Gregorii XIII. in materia vnionis, licet loquantur de Vicariis perpetuis, habent etiam locum in Vicariis amouibilibus, & supra num. 6.*

8 *Vicarius in Ecclesia Parochiali Regulari vnita, potest ad libitum Abbatis amoueri, quoties vnio detegitur fuisse plenaria.*

9 *Vnionem esse plenariam desumitur ex signis, & coniecturis, si deficit instrumentum ipsius vnionis, & num. 10.*

11 *Decimarum perceptio facta à Monasterio, cui parochialis reperitur vnita, probat vnionem fuisse plenariam.*

12 *Vnionem fuisse plenariam probatur ex deputatione coadiutoris facta per Abbatem ad petitionem incolarum.*

Amplia ex confessionibus eorundem incolarum petentium augeri salarium Vicario, eiusque Coadiutori, num. 13.

Item amplia ex celebratione missæ popularis, & prædicatione facta per Abbatem, n. 14.

15 *Vicaria desumitur esse amouibilis ex præstatione congruæ factæ per Abbatem ipsi Vicario.*

16 *Approbatio Vicarii facta per Ordinarium quando intelligatur de Vicario perpetuo, quando verò de ad nutum amouibili, & num. seqq.*

In Vicariis perpetuis cura ratione tituli demandari solet Vicariis præuio iuramento de non alienando iura Ecclesiæ, num. 16.

18 *Vicaria an sit perpetua, vel amouibilis attenditur obseruantia, & sup. sub nu. 14. & seqq.*

19 *Vicarii deputatio facta ab Episcopo etiam per viam adiudicationis, non probat Vicariam esse perpetuam si verò, & realiter illa sit amouibilis.*

20 *Mediam annatam soluere tenentur solùm Vicarii perpetui, non autem amouibiles.*

Media annata soluitur à Vicariis perpetuis, etiamsi vacatio contingat in mense Ordinarii, nu. 20.

21 *Vicaria vbi est amouibilis pernecessè resultet vnionem esse plenariam.*

22 *Amouibilitas Vicarii non excluditur ex eo, quod non docetur eosdem Vicarios numquam fuisse amotos.*

Amouere Vicarios amouibiles, vel illos non amouere in mera facultate consistit, quæ non amittitur per non vsum, & quando num. 22.

Facultatiua quæ sunt non amittuntur per non vsum, nisi vlterius concurrat probibitio, & acquiescentia, num. 22.

23 *Beneficia manualia, licèt quandoque durent ad vitam, non ideò efficiuntur perpetua.*

24 *Vicarius possit ne amoueri sine causa, & quando.*

25 *Vnio Parochialis Monasterio facta non præiudicat Episcopo in iuribus suis.*

26 *Vnioni non repugnat quod Episcopus in concernentibus curam animarum suam iurisdictionem exerceat, & quomodo, num. seqq.*

27 *Ordinarius in Parochialibus Monasteriis vnitis procedere potest, & vti Ordinarius, & vti delegatus.*

Actus exerciti ab Ordinario in Ecclesiis Parochialibus Monasterio vnitis compatiuntur cum ipsa vnione, & quomodo, num. 27.

28 *Visitandi facultas iure delegato perpetuo Episcopis attributa non transit in Capitulum sede vacante.*

29 *Vicarii capitulares sede vacante non possunt visitare parochiales monasterio vnitas, & sup. n. 28.*

Vicariæ status de amouibili, ad perpetuam mutari minimè potest, nu. 29.

Factum non attenditur, sed quod fieri debuisset obseruandum est num. 29.

30 *Primitiæ de iure spectant ad Rectorem.*

DECISIO LXII.

DOMINI confirmarunt Decisionem factam coram me 7. Iunii * 1666. post secundam causæ propositionem ad Monasterium S. Saluatoris de Vrdas Ordinis Præmonstraten. illius Abbatem spectare ius nominandi, & deputandi Vicarium in Ecclesia Parochiali loci de Elizondo Regularem, & secularem arbitrio, ac posse Vicarium etiam secularem ad libitum Abbatis amoueri, vt declaratum fuerat in sententiis rotalibus.

Vnio siquidem huius Parochialis prædicto Monasterio pro fundamento decisionis, & sententiarum ponderata, plenè iustificata videtur ex pluribus præsumptionibus, † & coniecturis latè in decisionibus huius 1
causæ deductis, & præsertim 3. * Maij 1664. coram bon. mem. Leone Verospio ponderatis, quæ hodie etiam DD. placuerunt, & signanter ex enunciatiuis Ordinarij Pampilonen. anni 1584. & 1606. † emissis in 2
actu approbationis Vicariorum ab Abbate nominatorum, vt in eius *Summario* impresso *num.* 4 quibus potissimùm deferendum est, quia Ordinarij præsumuntur optimè informati de qualitate beneficiorum suæ Diœcesis, cum vnio tendat in præiudicium eorum collationis, nec tanto tempore tolerassent dictam Parochialem absque concursu prouideri, si verè vnita non fuisset Monasterio, vt in his terminis respondit Rota *in Lucana vnionis 28. Ianuarii 1647. coram Bichio, quæ est decisio 9. part. 10. recent. num. 9. cum pluribus seqq.* & ponderatum fuit etiam in dicta *decis. Verospii §. hæc verò vnio. cum seqq.* iunctis præcipuè alijs enunciatiuis, † & si- 3
gnanter illis librorum taxationis decimarum excusati ab anno 1590. *Summ. Abbatis impress. num.* 9. cui Rota aliàs detulit *d. decis. 9. num. 13.* & firmat dicta *decisio bon. mem. Verospii §. prædictis coniecturis.*

Nec subsistit dictas enunciatiuas non esse antiquas, ex quo lis cæpta fuit anno 1620. quia vltra quod lis tunc mota non fuit principalitèr super ipsa vnione, vel statu Vicariæ, aut deputatione Vicarij, sed incidentèr super

per Coadiutore nominan per Abbatem, quæ nihil
commune habent cum hac litæ cæpta solùm anno
1658. Monasterium non nititur præcedentibus solùm
enunciatiuis, sed alijs etiam resultantibus ex reitera-
tis approbationibus Vicariorum nominatorum ab Ab-
bate factis per Ordinarium Pampilonæ relatiuè ad
Constitutiones Pij V. & Gregor. XIII. datis in ho-
dierno *Summ. Abbatis num.4. & 5.* loquentibus tantum-
modo de Parochialibus vnitis, ac ex sententia Ordi-
narij in hac causa edita permittente Abbati nominare
4 Vicarium secularem, & regularem arbitrio † ad pro-
bandam enim vnionem, opus non est, quod de illa
fiat expressa mentio, sed sufficit, quod virtualiter
colligatur, Adden. ad Greg. *decis.* 196. *sub num.*3. §. 2.
probatur, vers. sufficit tamen, Seraphin. *decis.* 1272.
num. 1. *& in recent. decis.* 485. *num.* 10. *part* 4. *tom.* 2.
additis etiam coniecturis, præsumptionibus, admini-
5 culis pro Abbate adductis, & à Rota approbatis, †
quæ simul iuncta, perfectam vnionis probationem
constituunt, vt in *Hieracen. Beneficii* 1. *Iulii* 1654.
coram Reuerendissimo Conchen. §. vnio autem.

Probata autem vnione, resolutio prioris partis du-
bij concernentis ius Abbatis deputandi Vicarium se-
cularem, vel regularem, incontrouertibilis est; id
enim expressè statuitur in dicta Constitutione Piana §.
5. vbi tribuitur facultas Prælatis Monasteriorum, qui-
bus Ecclesiæ Parochiales vnitæ reperiuntur nominan-
di Vicarios etiam regulares ad nutum præuio exami-
6 ne, & approbatione Ordinarij, † quam suffragari
Monachis Præmonstratensibus aduertit in specie Bar-
bos. super collect. Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.*7. *num.*17.
& non fuisse reuocatam à Gregorio XIII. in dicta
Constitutione, in puncto Garz. *de benefic. part.*11. *cap.*
2. *num.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 5. §. 3. *num.* 79. *&*
Rota *decis.* 88. *num.* 19. *part.* 9. *recent.* Quæ Constitu-
7 tiones licèt loquantur de Vicarijs † perpetuis tamen ha-
bent etiam locum in amouibilibus ad nutum, Rota *d.*
decis. 88. *num.* 17 *part.*9. *recent.*

Resultat quoque ex prædictis, & infrascriptis reso-
lutio alterius partis dubij concernentis remotionem Vi-
carij; subsistit enim, quod vnio Parochialis Elizondi
Monasterio facta est plenaria quoad spiritualia scilicet,
8 & temporalia, † quo casu Abbas ad libitum suæ vo-
luntatis potest Vicarium ab ipso nominatum amouere,
ex allegatis in *decis. coram me, §. etenim, & coram*
bon. mem. Verospio 28. *Nouembris* 1664. *§. cum enim*,
quia licèt non constet de instrumento vnionis, ex cuius
9 verbis dignosci possit an vnio sit plenaria; † tamen id
optimè desumitur ex signis, & coniecturis, quibus
recurritur quoties dubitatur cuius naturæ sit, & quo-
modo fuerit facta vnio, iuxta *cons. Anchar.* 114. *sub*
num. 3. *vers. tertio casu*, & sequitur Felin. *in cap. trans-*
*lato num.*6. *vers. & in dubio, & num.* 7. iuxtà aliam im-
pressionem de Constit. Menoch *de præsumpt. lib.* 6. *præ-*
sumpt. 8. *num.* 6. Rota *decis.* 102. *num.* 1. *part* 1. *recent.*
10 vbi deficiente Instrumento, signa, & coniecturæ de-
seruiunt ad probandum vnionem esse pleno iure, & de
mensa.

In præsenti verò plura adsunt signa demonstrantia
vnionem esse plenariam. Primum enim vltra supra de-
11 ducta † resultat ex perceptione decimarum, & oblatio-
num fieri solita per Monasterium ab antiquo, & ferè im-
memorabili tempore Rota *decis.* 204 *sub num.*2. *part.*2. *&*
*decis.*16. *sub num* 7. *vers. concurrunt etiam testes par.*6. *recent.*
Adden ad Greg *decis.*196. *num.*3. *§. arguitur, circa medium*,
12 ex deputatione Coadiutoris † ad petitionem incolarum,
vt pluribus allegatis firmat dicta *decis. bon. mem. Verospii*
§. prædictis coniecturis 3. *Martii* 1664. ex confessionibus in-
13 colarum † petentium augeri salarium Vicarij, & Coa-
diutoris, Seraphin. *d. decis.* 1304. *sub num.*1. *vers.* 5. *pon-*
deratum fuit, necnon ex celebratione Missæ popularis,
14 † & prædicatione Abbatis in Ecclesia Elizondi, *Summ.*
*impress. num.*2. & ex alijs adductis *in decis. Verospii §. hæc*
verò vnio cum seqq. 3. *Martii* 1664.

Concurrit vlterius pro iustificatione vnionis plenariæ,
& status amouibilitatis istius Vicariæ obseruantia subse-
cuta desumpta tum ex longæua quasi possessione Abba-
tum pro tempore deputandi ad libitum eorum volunta-
tis Vicarios tàm regulares, quàm seculares, quibus
simplex salarium, seu stipendium soluere consueuerunt,
vt constat ex testium depositionibus *in Summ. impress. Mo-*
*nasterii d. num.*3. ex quo Vicaria arguitur amouibilis non † 15
perpetua, alias Vicarij congruam iure proprio perce-
pissent, & residuum Monasterio assignassent, Modern.
Pirr. Corrad. *in sua praxi benefic lib.*3. *cap.*9. *num.* 17. Rota
*decis.*710. *num.*3 *part.*2. *recent.* Seraphin. *d. decis.* 1304. *num.*
1. *& in Pampilonen iurium Parochialium* 11. *Martii* 1667. *co-*
ram R.P.D. meo Ottalora, §. etenim; tum ex approbationibus
ab Ordinario factis non per adiudicationes, seù in-
stitutiones auctorizabiles, † vt seruatur in Vicarijs 16
perpetuis in quibus ratione tituli cura demandari so-
let Vicarijs præuio iuramento de non alienando iura
Ecclesiæ, vt firmauit Rot. coram Comitul. *dec.*144.
num. 8. *& seq.* sed per simplicem approbationem, &
licentiam de regendo, & administrando curam Vica-
riæ, *d. Summ. num.* 4. quo † casu militat regula pro 17
amouibilitate, Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 20. *num.*
39. *ad med.* Rot. *decis.* 116. *num.* 31. *part.* 9. *rec.* &
ad dignoscendum an Vicaria sit perpetua, vel amo-
uibilis † obseruantia plurimum attenditur, ex alle- 18
gatis *in decis. huius causæ* 29. *Nouembris* 1664. *coram*
bon. mem. Verospio, §. in quam DD. sententiam. Non
obstante, quod in deputatione anni 1636. Ordinarius
processerit per modum adiudicationis † quia cum etiam 19
legatur facta de Religioso cum relatione ad prædictas
Constitutiones, *d. Summ. num.* 5. vti erronea non est
attendenda, cùm præsertim Constitutio Piana sub §.
5. expressè mandet deputationes Religiosorum fieri de-
bere ad nutum.

Et re vera hanc Vicariam numquam fuisse datam
in titulum, sed semper ad nutum animaduertebant
DD. ex quo pro parte Collitigantium non ostenditur
prouisio Apostolica cum solutione mediæ annatæ, ad 20
quam solum tenentur Vicarij perpetui, vt omninò
exquiritur ab eadem Constitutione §. 3. *vers. ita*,
etiamsi vacatio contingat in mense Ordinarii, vt expli-
cat Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloss.* 5. §. 4. *num.* 62. *& seqq.*
data autem amouibilitate † per necesse infertur ad 21
vnionem plenariam tituli extinctiuam, cum ex ista,
non ex alia facta pleno iure resultet amouibilitas, vt
pluribus allegatis firmat dicta *decis. Verospii* 20. *No-*
uemb. 1664. *§. cum enim.*

Non obstat, quod non doceatur Vicarios nunquam
fuisse amotos, quia ex hoc non excluditur amouibi-
litas; † nam cum sit in mera facultate amouere, 22
vel non per non vsum talis facultatis non dicitur mu-
tatus status, nisi in casu quo Abbas voluisset amo-
uere, & fuisset prohibitus, ac huiusmodi prohibitio-
ni acquieuisset, vt ratiocinatur Gonzal *vbi supra*,
Gloss. 5. §. 5. *num.* 35. *&* 36. cum alijs allegatis in d.
decisione huius causæ 20. Nouembris §. *cui sanè*, &
licèt quandoque manualia durent ad vitam, non † 23
ideò efficiuntur perpetua, Rot. *dec.*245. *num.* 17. *part.*
6. *rec.* vltra quod id euenit attenta Constitutione Sy-
nodali Pampilonæ † prohibente amotionem sine cau- 24
sa, de qua loquitur *decisio Coccini* 121. *num.* 2. quam
non esse seruandam deinde decisum fuit in alia *Pam-*
pilonen. Vicariæ de Stella 28. *Martii* 1659. *coram R.P.*
D. meo Albergato.

Nec aduersantur visitationes, aliique actus iurisdi-
ctionales in hac Parochiali, tam ab Episcopis, quam
à Vicarijs capitularibus sede vacante gestis quia cum
per vnionem Monasterio factam † nihil fuerit præ- 25
iudicatum Episcopo in iuribus suis, Coccin. *dec.*157.
*num.*9. *cum alijs in dicta decis. coram me allegatis, §. cui qui-*
dem vnioni, non repugnat, quod † Episcopus in concer- 26
nentibus curam animarum vigore vnionis translatam in
Monasterium iure delegato iurisdictionem exerceat; in
alijs verò, quæ sunt extra curam iure Ordinario; † isti 27
enim actus sunt compatibiles cum ipsa vnione, ex allega-
tis *in decis. huius causæ* 24. *Aprilis* 1665. *§. in primis, &* 19.
Iunii eiusdem anni §. nec ad excluden coram R.P.D. meo Otta-
lora.

Quod verò Vicarij Capitulares sede vacante visitaue-
rint, licèt *in decis. huius causæ coram me in § final.* dictum
fuerit hanc facultatem visitandi iure delegato perpetuo
Episcopis attributa transire † in Capitulum sede vacan- 28
te, cùm contrarium firmatum fuerit *in nullius, seu Celsa-*
nen iurisdictionis 2. *Aprilis* 1666. *§. huiusce facti supposito in*
fin. R.P.D. Carpineo in omnem casum respectu Iurisdictio-
nis delegatæ, quæ impugnatur Vicarij Capitulares nulli-
tèr, & absque facultate processerunt † Itaut non potue- 29
rint,

rint, vel iure sibi non competen. alterandi statum Vicariæ, cum ad hunc effectum attendi non debeat quid factum sit, sed quid fieri debuisset, Rota *decis.223. num. 3.circa med. part 1.recent.*

Denique quod Monasterium non percipiat integras decimas, minusque oblationes, & primitias, non subsistit. Etenim quoad decimas contrarium probant testes Monasterij dati in *Summario impresso num. 7.* concludentes Monasterium integras decimas percipere, & quatenus alij testes collitigantium deponant, Priorem de Vellate percipere partem decimarum, aduertendum est, quod decimæ perceptæ à Priore non spectant ad hanc Parochialem de Elizondo, sed ad aliam Ecclesiam Parochialem de Eluetea vnitam dicto Prioratui, vt declarant testes Monasterij nouo *Summ. num.8.*

Quo verò ad oblationes, licet Monasterium illas integrè non percipiat, sed tantùm medietatem mediante Clauerio, non tamen ex hoc argui potest curam ad ipsum non fuisse translatam, attento quod altera medietas consueuit assignari Vicario vltra eius salarium, *di-*
30 *cto nouo Summ. num. 5.* & quoad primitias † licet de iure spectent ad Rectorem ratione curæ, vt *in decis.192. num. 3.part.7.recent.* ex consuetudine tamen illarum partium applicantur fabricis Ecclesiarum, vt iustificatum fuit *in dicto nouo Summario num.9.*

Et ita parte vtraque informante decisum fuit &c.

Quia neutra ex supradictis decisionibus in hac causa emanatis impressa reperitur vtraque ideò Deo dante erit in appendice decis. prætermissarum.

R. P. D. TAIA.

Rauennaten. Emphyteusis.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

De prælatione à Matre obtinenda in renouatione Emphyteusis exclusa Amita, & Propatruo præsens concludit Decisio, in qua etiam plura differuntur de Statutis Ciuitatis Rauennæ ad hanc materiam pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 *Mater vti proximior in gradu præferri debet Amitæ, & Propatruo in renouatione inuestituræ Emphyteusis.*

Decisiones indiuiduales excludunt omnes disputationes super regulis generalibus, num.1.

2 *Statutum Rauennæ* lib.4.cap.15.*prohibet renouationem, & inuestituram Emphyteusis ab alio possessæ, & quomodò intelligatur, num.3.*

4 *Oblatio verbalis non sufficit ad ius, & actionem acquirendam, limita vt num.seq.*

5 *Oblatio verbalis sufficit stante recusatione alterius partis.*

6 *Statutum laicale non compræhendit bona Ecclesiæ.*

7 *Concordia siuè tacitè, siuè expressè se referens ad statuta semper intelligitur de validis.*

DECISIO LXIII.

IN decisis* 7. Iunij proximi præteriti DD. steterunt ex eijsdem fundamentis in decisione reuisa §. *proximitatem esse considerandam*; nempe matrem vti proximio-
1 rem in gradu † esse præferendam Amitæ, & Propatruo in reuocatione Inuestituræ Emphyteuticæ, & vnus respondit in hac materia decisiones indiuiduales excludere omnem disputationem super regulis generalibus, iuxta dictum Rotæ repetitum nouissima *decis.233. num.18 part. 10.* cuiusmodi iure sunt cum Roman. *cons. 22.* aliæ allegatæ *in decis.* & addit Putei *de reintegrat. feud. cap. 127. num. 5.* & hodie aliam *coram R.P.D. meo Bourlemont Forolinien. Emphyteusis.*

Non obstiterunt, quæ proponebat Benedictus Propatruus. Primo Statutum Rauennæ, *cap.15. lib.4.* † 2
quod nemo audeat, vel præsumat se innouari facere, seu inuestiri de re aliqua per aliquem possessa, &c. ad Alex. *cons. 81. num.17 vers. non obstat etiam lib.3.* Ideo renouationem, seu concessionem factam Bartholomæo, vti sine auctoritate Apostolica, & vtilitate Ecclesiæ fuisse nullam, & consequenter etiam concessionem factam Vespasiano, qui emit à Bartholomæo.

Nam Statutum modificatur à sequentibus verbis: *Ibi nisi primo de personis superius nominatis, & eorum qualibet in suo casu facta debita requisitione seu citatione, &c.* † 3
Quibus abundè satisfactum DD. putarunt ipsa prætensa lite super renouatione pro quacumque citatione, & quoad concessionem Bartholomæo factam obseruatum fuit ipsum soluisse scuta 800. Adeoque præsumptio stat pro validitate, & vtilitate præcipuè ex cursu temporis 36. annorum, quibus Ecclesia non reclamauit.

Similiter non obstitit, quod proponebatur de oblatione tantum verbali matris pro renouatione, † quæ obla- 4
tio inutilis est ad ius, & actionem comparandam *l.4. & ibi Gloss. oblatam lib. 7.* ibi: *denunciationis, & obsignationis depositionis, quæ depositionisque remedio,* & ibi Gloss. *vltima C. de pactis inter empt.* Merlin. *de pignor. quæst. 83. num.48.* & in simili retractu Tiraqueli. *retr. conuent. §.4. Gloss. 6. num.22.*

Quia DD. visa fuit sufficiens ad hunc effectum maximè concurrente accusatione † mensæ Archiepiscopalis, 5
& allegabant Rotã apud Posth. *de subhastat. decis.187. nu. 5. vers. quæ multo magis.*

Repetebat etiam alteram obiectionem de ordinationibus Statutarijs 14. *ver. quod possessiones, iura, & bona quæcumque decedentis ab intestato, vel intestabili deueniant Agnatis proximioribus defuncti etiam ad decimum gradum*, & Statut.13. In quibus mater admittatur, &c. videlicet in sola legitima fratribus non superstitibus si vidua sit tempore mortis filij, & castè viuat *lib. 3.* adeoque claram esse exclusionem matris.

Sed DD. visum est in decisione satis superque responderi videlicet hoc Statuto Laico † non compræhendi bo- 6
na Ecclesiæ reprobato Ancharano, & alijs contrarium sentientibus in præallegata *Rauennaten. bonorum Emphyteuticorum coram Reuerendissimo Domino meo Cerro nunc Decano 27. Martij 1631. à §. nec obstat Statutum*, vbi subijcitur etiam defectus voluntatis, cum ipsimet statuentes explicitè, *ibi concordiam præseruauerint, solua semper Concordia*. Atque ita nec obstitit ipsis DD. Concordia siue tacita, siue expressa se referens ad Statuta seu consuetudines, † semper debet intelligi de validis, secus 7
verò de inualidis inquit Rota coram bon. mem. Dunozzett. *in Leodien. Hæreditatis 26. Ianuarij 1654. §. non etiam Constitutio Caroli V.* vt hodie DD. super addiderunt.

Et ità vtraque &c.

Supradicta *Decisio** in hac eadem causa emanata 7. Iunij anni 1666. proximè præteriti, cùm non habeatur impressa erit in appendice Decisionum prætermissarum.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Associationis.

Mercurij 23. Martij 1667.

ARGVMENTVM.

Creditor census, qui vigore constituti, vel præcarij potest propria auctoritate capere possessionem rei censitæ, illam non amittit ex negligentia, & patientia possessionis alterius eiusdem fundi; quoties, vt hic ille, non sua sola ciuili possessione innititur, sed facultate etiam capiendi possessionem propria auctoritate, quæ & compatitur, cum possessione alterius, & alium possidere supponit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clausula* constituti, & præcarij, *licèt apposita in instrumento census, non transfert in censuarium dominium, & possessionem fundi censiti.*

2 *Clausula* constituti, & præcarij, *præbet facultatem censuario capiendi propria auctoritate fructus, rei censitæ.*

Censuarius vigore constituti, & præcarij, *potest propria auctoritate capere fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus, num. 2.*

3 *Constitutum, & præcarium non expirat morte constituentis, vel constituarij, sed exerceri possunt tam contra hæredem, quam contrà habentes causam ab eo.*

4 *Constitutum & præcarium exerceri possunt etiam ab hæredibus constitutarij, alijsque ab eo causam habentibus.*

5 *Possessio quando transferatur in hæredem absque alia appræhensione.*

6 *Constitutarius, eiusque hæredes permittentes rem censitam occupari ab alio possint nè petere associationem, & quando vide, num. seqq.*

Creditor census innixus soli ciuili possessioni in ipsum per constitutum translatæ non petit associationem, si rem ab alio occupari permisit; & vide, num. seq.

8 *Creditor census amittit ciuilem possessionem, si rem censitam ab alijs occupari permisit, nec contradixit.*

9 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate, non solum compatitur cum possessione alterius, sed alium possidere supponit.*

10 *Dotare filias paternum officium esse dixit Imperator.*

11 *Actio dotis extinguitur per retentionem factam à muliere de fundis dotalibus, & vide, num. seq.*

12 *Dote extincta per retentionem factam à muliere de fundis dotalibus hæredes nec agere nec excipere possunt, & vide, num. seq.*

13 *Mobilia, aliaque supellectilia in dotem data sine æstimatione, vxor tenetur recipere in eo statu, quo reperiuntur tempore restitutionis.*

14 *Mobilia aliaque supellectilia data in dotem quando ab vxore recepta præsumantur.*

15 *Lucrum dotis vxori ex statuto delatum quoad vsumfructum existentibus filijs, vxore defuncta redit ad liberos vti hæredes patris.*

Filij in lucro dotis matri, ex statuto delato, ea defuncta neque ex persona propria, neque ex persona matris possunt quidquam prætendere, numero 15.

DECISIO LXIV.

EADEM exceptione, & cauthela, qua Hilarius, & fratres de Ciarlantibus executionem mandati obtenti ab Aghata, & Hieronymo de Grottis super bonis ab eis possessis diù protraxerunt, eadem fermè vtebantur pro impedienda super eisdem bonis associatione petita à Francisco Taxo, cui de Censu à Ioanne Ciarlante eorum Auo vsque ab anno 1618. imposito, peruenerat rata scutorum 700. & licet super vtriusque cauthelæ iustificatione in Tribunali A. C. pronunciatum esset nihilominus vna & altera causa Rotæ per appellationem delata, sicuti de prima binis decisionibus æditis coram me, sub diebus 27. Ianuarij, & 9. Iunij superioris anni resolutum fuit non posse ex illa prænarratam executionem impediri, ita in ista super dubio hodie proposito responsum pariter est Taxo non esse denegandam associationem; Illi enim competit associatio
1 ex clausula *Constituti siue præcarij* † quæ licet apposita in Instrumento Census non transferat in Censuarium dominium, & possessionem fundi censiti, vt benè aduertit Nauarr. *in consil. de vxuris, num. 137. & notat* Grat. *decis. March. 20. num. 8. quem sequitur* Cenc. *in tract. de Cens. quæst. 98. num. 35.* tribuit tamen eidem faculta-
2 tem † capiendi propria auctoritate fructus rei censitæ ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus Census, vt not. Mauson. *de caus. execut. lib. 1. ampliat. 6. num. 86 ac* Cinc. *quæst. 94. num. 13.* qui obseruant respectu fructuum hanc clausulam non esse impetratam, sed rectè ex illa competere Censuario associationem contra quemcumque possessorem fundi, Rota *decis. 338. num. 1. vers. constat enim par. 1. recent & post eumdem* Cenc. *decis. 542. num. 2. & 3.* cum alijs per ipsum cumulatis *dicta quæst. 94. num. 13.*

Idque, nonobstante, quod longè ante petitam associationem obijsset Ioannes debitor, qui se possidere constituerat, necnon Bartholomæus Creditor cuius fauore appositum erat Constitutum, † quia vtroque casu remanet virtus, & efficacia huius clausulæ exercibilis, 3
tam contra hæredes Constituentes aliosque causam ab illo habentes, vt per optimum *text. in l. quæsitum, §. fin. ff. de præconijs* tradit Crauett *cons. 107. num. 2.* ac respondit Gozad. *cons. 42. num. 16. & 18.* quam † fauore hæredum 4
Constitutarij, iuxta alium apertissimum *text. in l. cum præcario aliquid § 1. tit. eodem*, & pluribus declarat Tiraquell. *de Iur. Constitut. possess. ampliat. 12.* qui licet *num. 13.* adducat in contrariam sententiam Alex. *in l. qui vniuersas, §. quod per Colonum ff. de acquir. possess. statim post princip. concludit num. 5.* tunc demum possessionem defuncti in hæredem non transire absque apprahensione, quando ille possedit animo, & corpore suo, † secus verò si animo suo, & corpore alieno puta per Colonum, 5
vel seruum, quia tunc acquiritur hæredi possessio absque noua appræhensione, & præter Alex. ita etiam distinguit Angel. Imol. *in dicto §. quod per Colonum, & in l. si is qui pro emptore ff de vsurpat. & vsucapion.*

Parum etiam attento, quod etiam Constitutarius, siue illius hæredes † absque aliqua reclamatione permiserint occupari per hæredes constituentis possessionem 6
naturalem fundi Censiti ex adductis per Rota *decis. 694. num. 8. part. 1. recent.* quia talis negligentia † tunc demum obesset, quando Creditor associationem peteret 7
innixus ciuili possessioni in ipsum per Constitutum translatæ, quam iuxta doctrinam Bart. *in l. si duo §. 1. ff. vti possidet*, † amisit patiendo rem ab alio actualiter possideri secus verò, quando vt hic Creditor innititur facultati capiendi possessionem propria auctoritate, † quæ 8
non solùm compatitur cum possessione alterius, sed alium possidere supponit, vt egregiè in his terminis distinxit Rota *in Romana Census 16. Iunij 1647. §. Nec obstat coram bon. mem. Bichio*, impressa post Salgad. *in labirint Creditorum decis. 16. num. 8. & seqq.* 9

Nec pro retardanda associatione profuit illis de Ciarlantibus prætensio aliàs adducta, quod bona censita licet prouenientia ab hæreditate Ioannis Aui, qui Censum imposuerat, ab ipsis tamen retinentur pro reintegratione duarum ex tribus domunculis dotalibus Margheritæ Auiæ eorum Auctricis distractarum pro assignanda dote Thimotheæ communi filiæ nam quamuis, vt dixit Imperator Iustinianus *in l. fin. C. de dot. promiss.* † *neque leges incognitæ sint; quibus cautum est omninò paternum esse officium dotes, vel ante nuptias donationes pro sua dare progenie*, quod, & decisum extat *in l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & in l. neque mater, C. de iur. dot.* Attamen, vt in prima decisione §. *quoniam ex facto, & seqq.* responsum est Creditum huiusmodi non potuit aliundè sumere initium, quam à die factæ assignationis, vel ad summum à die promissionis, & vtroque modo acceptum semper remanet posteriùs Credito Census, pro, quo petita fuit associatio. 10

Cumque Margherita post obitum viri sibi satisfecerit de sua dote retinendo penes se fundos dotales, † quos inter bona viri in Inuentario ab eo vti Tutrice confecto, nullatenus descripserat, sequitur quod actio dotalis eradicata penitùs, & extincta remanserit ad tradita *in decis. 14. num. 4 & 5. part. 4. tom. 2 recent.* † ita vt hæredes illius nec agere, nec possunt excipere ex primæua actione, sed tantum ex nouo Iure deducto ex *l. fin. C. de dot. promiss.* vt obseruatum fuit in vltima resolutione alterius causæ §. *Nec fuit cum sequenti.* 11 12

Et vana visa fuit prætentio, quod vltra has domos dotales à Margherita reassumptas adessent etiam massaritiæ, ac suppellettilia, necnon lucrum dotis illi debitum, pro quibus apud illius hæredes adhuc viua remanserint iura dotalia, quia de suppellectilibus licet mensionem faciat Instrumentum dotis cum primo viro celebratum anno 1589. nihilominus cum illa non appareant æstimata † sicut vxor tenebatur illa recipere in eo statu, 13
quo reperiebatur *l. æstimatis 5 ff. solut. matrim.* † ita præsumitur hoc fecisse maximè dum nec ista adnotata reperiuntur in Inuentario prædicto. 14

Respectu verò quarti, dum illud ex dispositione Statuti conceditur vxori, quando liberi supersunt ad vsumfructum

ctum tantùm, redit, illa defuncta, ad liberos vti hæredes
15 viri, † neque illud, vel ex propria persona, vel ex persona matris prætendere possunt, vt optimis rationibus fuit resolutum *in Romana quarti dotalis 16. Martii 1658. coram Remboldo, relata post* Fens. *ad Stat. dec. 74 per totam.*

Cætera, vt in alia simili causa etiam obiecta præoccuparunt in respondendo præcedentes decisiones, quarum motiua à DD. approbata non egerunt iterata examinatione, quo circa conclusum est dandum esse Taxo mandatum de associando.

Vtraque, &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO.

Pampilonen. Decimarum de Tafalla.

Mercurii 23. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

De interpretatione Breuis Summi Pontificis super exemptione decimarum in hac decisione disceptatur, an illud ad certa loca restrictum nec minus ex identitate rationis possit ad alia loca extendi. Hinc etiam occasione vnionis Regni Nauarræ facta cum Regnis Legionis, & Castellæ, plura de vnione æquè principaliter, vel per viam suppressionis, & submissionis in eadem decisione discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Parochi de iure habent fundatam intentionem exigendi decimas à quibuscumque personis etiam Ecclesiasticis intrà limites suæ Parochiæ.*

2 *Constitutio localis non extenditur de loco ad locum nec etiam ex identate rationis.*

3 *Breuia Summorum Pontificum restricta ad certum locum non patiuntur extentionem ad alia loca, nec minus ex identitate rationis, & supra nu. 2.*

4 *Vnio facta non per modum suppressionis, & extinctiuè, sed æquè principaliter non operatur comprehensionem.*

5 *Vnio quando dicatur facta æquè principaliter, non autem per modum submissionis.*

6 *Regnum Nauarræ non fuit vnitum Regnis Castellæ, & Legionis per modum, suppressionis, vel submissionis sed æquè principaliter.*

7 *Beneficia æquè principaliter vnita retinet proprium nomen, cæterasque eorum qualitates, & priuilegia.*

Beneficium æquè principaliter vnitum, vnum non comprehenditur sub altero in impetratione, nisi de vtroque mentio facta sit, num. 7.

8 *in Beneficiis accessoriè, & per viam submissionis vnitis titulus ac nomen vnius sub altero supprimitur.*

9 *Consuetudo, & obseruantia in ipsomet indiuiduo solum attenduntur.*

10 *Subiecta materia potentiùs operatur, quam proprii nominis expressio.*

11 *Breue Pontificiis, qui se gessit tanquam arbitrator inter partes, trahi non potest ad id quod non erat in lite.*

Arbitramentum non porrigitur ad ea, quæ in lite non erant, num. 11.

Amplia idem esse in transactione, ibidem.

12 *Obseruantia dicitur optima interpres rerum, ac etiam ipsarum legum.*

13 *Breue Summi Pontificis optimè declaratur ab obseruantia.*

14 *Obseruantia contraria ex vnico etiam actu deducitur.*

DECISIO LXV.

INGENTEM controuersiam inter Parochiales Ecclesias Regnorum Castellæ, & Legionis ex vna, & Collegia Societatis IESV illarum partium ex altera composuit Leo XV. glor. mem. prætendentibus iis exigere Decimas de iure Parochis debitas † à quibuscumque etiam 1
Ecclesiasticis personis intra limites earumdem Parochialium existen. *iuxtà cap. cum contingat, & cap. cum in tua, de decimis*, Rota coram Comitulo *decision. 111. num. 15.* His verò excipientibus de amplissimis eorum priuilegiis sibi per varios Pontifices concessis à solutione Decimarum Vnde Summus Pontifex arbitrando inter partes, quæ congregatæ in ipsum compromiserat, declarauit, loco Decimæ solui vigesimam in dd. Collegiis, de fructibus tamen eorundem bonorum, tunc temporis in dd. Regnis Castellæ, & Legionis acquisitorum, de fructibus autem acquirendorum solui integram Decimam, derogando quibuscumque legibus, Constitutionibus, ac priuilegiis in contrarium, & prout in eius Breue emanato sub die 23. Aprilis 1605.

In exequutionem istius Breuis egerunt coram Ordinario, & deinde coram Nuncio Abbas de Tafalla, & cæteri Præsules, ac Parochi Ciuitatis Pampilonen. quæ est caput Regni Nauarræ pro solutione dictæ vigesimæ, ac decimæ respectiuè à Collegio Pampilonen. Societatis IESV, sed hoc soluere recusante, causaque per Sanctissimum mihi commissa, præuia auocatione à quibuscumque. Dubium propofui, de cuius bono iure constet etiam ad effectum manutentionis ad fauorem ipsius Collegii resolutum.

Ratio resolutionis fuit, quia Breue loquitur tantummodò de bonis in Regnis Legionis, & Castellæ, ibi, *Prædicta Societas, & illius Domus etiam Probationum, & Collegia, & bona quæcumque in prædictis Regnis Legionis, & Castellæ existentia loco decimæ vigesimam persoluere teneantur*. Vnde trahi non debet ad Collegia, & bona sita in Regno Nauarræ, † cum constitutio localis non extendatur de loco ad locum etiam ex identitate rationis, *ad textum in l. ius singulares, ff. de legib.* Rota coram Buratt. *dec. 19. num. 5. in recent. decis.* 316. *nu.* 10. *part.* 9. & in specie † eiusdem Breuis *in Ariminen. Decimarum 17. Iunii 1652. §. Quod clarius, coram Reuerendiss. Papien.* 2 3

Minimè obstante vnione, & incorporatione facta per Regem Catholicum Ferdinandum de eodem Regno Nauarræ cum dd. Regnis Castellæ, & Legionis.

Quia incorporatio legitur facta Coronæ ad effectum succedendi, ibi, *Vt sit dictæ Reginæ Dominæ nostræ, & post suos longos dies dicti Principis nostri Domini, & suorum hæredum, & successorum in ipsis Regnis Legionis, & Castellæ. Summario impresso num.* 1. & dum ipsa vnio non fuit facta per modum suppressionis, & extinctiuè, sed æquè principaliter, clarum est eam operari non posse comprehensionem vnius Regni sub altero, & quod Pontifex sub nomine Regnorum Legionis, & Castellæ Regnum Nauarræ intellexerit.

Quod autem vnio fuerit æquè principaliter, & non per modum submissionis patet ex diuersitate legum, Tribunalium, monetæ, Pragmaticæ, aliorumque Rituum quibus vtitur Nauarra, ex independentia Proregis, ac supradicti Regni *lib. 1. tit.* 3. ex iuramento fidelitatis à Proregibus fieri solito cum ea protestatione, *quod non obstante incorporatione facta istius Regni Coronæ Castellæ dictum Regnum remaneat pro se. Summario num.* 2. necnon ex eo, quod Nauarenses non possunt trahi extra Regnum in causis tam ciuilibus, quàm criminalibus, nec iudicari legibus Castellæ cum aliis pluribus consideratis in facto, † ex quibus sanè colligitur Regnum quantumuis vnitum stare de per se, non autem fuisse alteri suppositum adeout sub illius denominatione comprehendatur, *ad tradita per* Bart. *in l. si conuenerit, §. si nuda n. 3. ff. de pign act.* Aym *de antiq. temp. par. 4. numer. 27. vers. sed aduerte*, Rota *dicta decis.* 316. *num.* 8. & 9 *part.* 9. & in specie Regni Nauarræ Solorz. † qui hinc ipsam reddit rationem, quia scilicet illud non accessoriè, sed principaliter vnitum est de iure Indiarum *tom. 2. lib. 3. cap. 19. num. 48. & prius* Salon. de Pac. *ad ll. Taur. l. 1. relect. fol 124. num. 151. versic. rursus, & si bis Regnis.* 4 5

Exemplo beneficiorum, quæ vnita æquè principaliter † retinent proprium nomen, propriasque leges, ac priuilegia, adeout vnum sub altero non comprehendatur 6

F in

in impetratione, nisi de vtroque præcisè facta mentio, Garz. *de benef. par. 12. cap. 2. num. 43.* quidquid secus sit in beneficiis per modum submissionis, & accessoriè vni-
8 tis, † in quibus titulus, ac nomen vnius sub altero supprimitur, *& per eumdem* Garz. *d. c. 2. nu. 12. cum pluribus seqq.* Lotther. *qui cæteros refert de re benef. lib. 1. qu. 28. nu. 97. & 98.*

Accedit testimonium multorum Historiographorum Regnum ipsum Castellæ, & Legionis describentium, & tamen sub illis non ponunt Nauarram, Item aliorum denumerantium Ecclesias Episcopales, Metropolitanas Regni Castellæ, non autem recensentes Episcopales Nauarræ, de quibus latè *in dicto Summario impresso nu. 3.* ex quibus confunduntur Historiographi in contrarium adducti.

Nihil obstante distinctione Dominij temporalis à spirituali, dum saltem prætenditur sub Clero, & personis Ecclesiasticis dictorum Regnorum semper fuisse comprehensum Clerum, & personas Ecclesiasticas quoque dicti Regni Nauarræ. Tum ex Congregationibus in Curia Regia, in qua interuenit Procurator Ecclesiæ Pampilonen., tùm ex variis Bullis Summorum Pontificum, in quibus eadem Ecclesia Pampilonen. connumeratur inter Ecclesias Castellæ, & Legionis.

Quoniam vltra quod eliduntur ex aliis Bullis, & concessionibus in contrarium, de quibus *in dicto Summario num. 15.* Responsum fuit prædicta omnia emanasse in casibus, in quibus omnia, & singula Regna Hispaniarum comprehendebantur, nimirum in materiis solutionum subsidii, & excusati, vnde trahi non possunt ad casum
9 specialem Decimarum, † vt in fortioribus terminis consuetudinis, dixit Rota coram Eminentissimo Otthobono *decis. 39 num. 10* & aliàs obseruantia in ipsomet indiuiduo solùm attenditur, *iuxta cons. Oldr. ad 237. nu.* 3. Mant. *dec. 56 nu. 6. & 7. & dec. 159. n. 4.* Buratt. *dec. 570. nu 9. cum aliis plenè in Maioricen. Canonicatus 15. Iunii 1657. §. Deficiunt, cor. Reuerendiss. Papien.*

Quinimmò fuit animadversum, quod in concordia super decimis tractata, ac conclusa de anno 1638 inter Ecclesias Regnorum Castellæ, ac Legionis, ac PP. Societatis IESV non interfuit Procurator Ecclesiæ Pampilonen., cum tamen adesset, ac interuenisset in Congregatione super solutione excusati *dicto Summario numero 14.*

Et insuper accedit subiecta materia, non enim probatur, quod in dicta controuersia super decimis, quam Summus Pontifex, vt supra composuit, comprehenderetur Regnum Nauarræ, potentiùs autem operatur na-
10 tura subiectæ materiæ, † quàm proprii nominis expressio, inquit, Abb. *in cap. 1. sub numer. 2. vers. & sic potentiùs, de translat. Episcoporum, & in cap. quoniam, sub n. 8. vers. item ad materiam subiectam de offic. & potest. Iudic. delegat.* & in similibus terminis Rota coram Mantica *decis. 59. numer. 5. & 6.* Dumque Summus Pontifex in dicta controuersia se gessit tanquam Arbitrator inter partes col-
11 litigantes, † clarum est eius Breue tamquam speciem arbitramenti, ac transactionis trahi non posse ad ea Collegia, quæ non erant in lite, *iuxta text. in l. si de certa, C. de transact. cum concordan. per sa. me.* Greg *dec. 158. nu. 3. & 4. aliisque relatis in præalleg. Ariminen. §. Neque obstat, in fin. cor. Reuerendiss. Papien.*

Et tandem accedit obseruantia, quæ est optima rerum,
12 legumque interpres, † non enim constat, nec ante nec post d. Breue, quod Societas pro Collegiis existentibus Nauarræ vnquam soluerit huiusmodi Decimas, Rota coram Mantica *decis. 320. num. 5. in recent. d. decis. 316. numer. 20. par. 9. coram* Royas *decis. 281. num. 15. & 16. & in d. Ariminen. §. Eoque magis comprobatur* & in iisdem ter-
13 minis † impetrationis Bullæ *in Cæsaraugustana Portionum 16. Iunii 1659. §. penult. coram me.* Immò cum Greg. XV. reuocasset Breue Leonis, & Vrbanus Octauus ad pristinum restituisset, idque intimatum esset Collegio Pampilonen., hoc respondit d. Breue ad se non loqui, neque in eo fuisse comprehensum, *dicto Summario numer. 17* &
14 sic potiùs constat de contraria obseruantia, † quæ etiam ex vnico actu inducitur, vt pluries censuit Rota *signanter* coram Buratto *dec. 647. nu. 11. & dec. 679. nu. 9. cum cæteris in d. dec. 316. nu. 15. par. 9. rec. & in dicta Cæsaraugustana coram me, §. final.*

Absque eo, quod refragetur concordia inita super decimis de anno 1651. inter Capitulum Tudelæ positum in Regno Nauarræ, & Collegium Societatis ibidem existen., quoniam ea non fuit facta ad sopiendas lites, quæ fuissent ortæ inter dictum Capitulum, & Collegium ex eo, quod istud prætenderet Breue Leonis extendi ad Regnum Nauarræ, sed ex eo, quod prætendebat sibi deberi decimas ex assistentia iuris, & vigore *Breuium Apostolicorum, quæ confirmant gratias, & concessiones, quas ipsi fecerunt de decimis Reges Catholici, & Nauarræ de tempore quo expulerunt Mauros,* vt sunt verba Instrumenti; Neque in eadem concordia Collegium se obligauit ad soluendum eam quantitatem, quam soluunt Collegia Legionis, & Castellæ in vim præfati Breuis Leonis XV. & proinde talis concordia potiùs retorquetur, tantùm abest, quod pro obseruantia valeat suffragari, quæ in casu indiuiduo, & præciso solummodo attenditur, vt dictum est.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Foroliuien. Emphyteusis.

Mercurii 23. Martii 1667.

ARGVMENTVM

Quod in renouatione Emphyteusis ex pacto, & prouidentia præferenda sit mater tamquam proximior vlterioribus Amitis licèt agnatitiam qualitatem habentibus non tantùm in præsenti Decisione firmatur, sed optimè respondetur plurimis argumentis, aliisque rationibus, quæ in hac materia adducebantur.

SVMMARIVM.

1 *in Emphyteusi ex pacto, & prouidentia renouatio competit proximioribus vltimi defuncti, quoties Ecclesia non vult pro se retinere, & n. 21.*

2 *Proximiorum appellatione in petitione renouationis Emphyteusis veniunt tam agnati, quam cognati vltimo loco defuncti.*

3 *Matri competit renouatio Emphyteusis in concursu proximiorum vltimi Emphyteutæ.*

4 *Doctores in specie decidentes articulum controuersum præualent quibuscumque argumentis, ac regulis generalibus, & n. 18.*

Rota potiùs sequitur opiniones Doctorum indiuidualiter loquentium, quàm argumenta, aliasque regulas generales, num. 4. & num. 18.

5 *Agnatorum, & Cognatorum differentia de iure nouissimo est abolita, & absoluta æquiparatio fuit inter ipsos sancita.*

6 *Mater excludit remotiores agnatos à successione sui proprii filii.*

7 *Renouatio Emphyteusis ex pacto, & prouidentia regulariter iuxta naturam, & ordinem successionis ab intestato.*

8 *Renouatio Emphyteusis facienda est proximiori.*

9 *Renouatio Emphyteusis hæreditariæ peti solummodò potest ab iis, qui habent qualitatem hæreditariam.*

10 *Proximior vltimi Emphyteutæ propter solam potestatem, quam habet succedendi petit renouationem Emphyteusis ex pacto, & prouidentia.*

11 *Proximior vltimi Emphyteutæ ex pacto, & prouidentia, vt renouationem consequatur, non requiritur, quod habeat qualitatem hæreditariam.*

12 *in Emphyteusi renouatione alia requiritur qualitas, si illa fuerit ex pacto, & prouidentia, alia verò si fuerit hæreditaria, & quænam illa sit ibidem, & numer. 25.*

13 Caldas de renouatione Emphyteusis quæstione 9. à num. 23 *declaratur, & successiuè improbatur, & num. seqq.*

15 *super Renouatione Emphyteusis Doctores plures declarantur, & num. seqq.*

16 *Doctores allegantur pro lege in iis casibus in quibus ius scriptum in specie non prouidit.*

17 Em-

17 *Emphyteusis renouatio licèt communius apud Doctores descendentibus competere dicatur; non ideò eadem ratione excluduntur ascendentes.*

18 *Argumenta sine legis, vel Doctorum auctoritate postponenda sunt Doctoribus indiuidualiter loquentibus.*

19 *Ascendentes non succedunt in fæudis.*

20 *Fæudum, & Emphyteusis in materia renouationis plurimum differunt inter se.*

21 *Renouatio Emphyteusis competit tàm agnatis, quàm cognatis, siue sint ascendentes, vel descendentes, vel transuersales, & supra num. 1.*

22 *Fæminæ quamuis non comprehensæ in inuestitura possunt petere renouationem, emphyteusis vbi non adsunt masculi, & num. 24*

23 *Emphyteusis inuestitura recipit passiuam interpretationem à dispositione iuris communis.*

25 Decisio Merlini 532. *declaratur.*
Renouatio Emphyteusis est secunda concessio, & inuestitura, quæ regulari debet ad normam, & exemplum primæ, num. 25. vbi vide.

DECISIO LXVI.

CELEBRIS quæstio An Mater vti proximior in renouatione Emphyteusis ex pacto, & prouidentia præferenda sit Amitis vltimi Emphyteutæ licèt agnatitiam qualitatem habentibus decisa est coram me die 30. Ianuarii 1665. fauore matris, & non acquiescentibus Amitis tandem post discussionem articuli quater adhuc repetitam DD. steterunt in decisis.

Indubitatum enim est, & non amplius controuersum Ius petendæ renouationis in Emphyteusi ex pacto, & prouidentia spectare ad proximiores vltimo loco defuncti
1 † quoties Ecclesia bona Emphyteutica pro se retinere non intendit ex æquitate quàm iuris interpretes mutuati sunt à *textu*, *eiusque glosa notabili in l. 1. §. permittitur vers. planè ff. de aq. quotid. & æstiu.* ibique præ alijs Bart. *prout, & in l. 1. ff. de Priuil. credit.* Abb. *in cap. bonæ il 2. num. 28. vers. hoc dictum de Postulat. Prælator.* cum pluribus relatis à Gabriel. *tit. de iure Emphyt. conclus. 1. num.* 14. Gratian. *discept. 477. num. 17. & discept. 813. num.* 35. quam opinionem vti veram, & communem pluries amplexa est Rota *vt habetur in decis. 198 num. 1. part. 2. diuers. decis. 10. per tot.* coram Mantic. *decis. 151. num. 2. 3. & 4. & decis. 317. num. 8. part. 9. recent. & in Rauennaten. Emphyteusis 6. Maii 1637. coram bon. mem. Dunozetto, & in Cæsenaten. Emphyteusis 16. Iunii 1651. coram R. P. D. meo Albergato, & in Romana Emphyteusis 18. Febr. 1646. coram R. P. D. meo Priolo.*

Sub qua proximiorum appellatione indistinctè intelligendos esse tàm Agnatos, quàm Cognatos siue sint de-
2 scendentes, siue transuersales, † dummodò sint magis propinqui vltimo decedenti iuxtà veriorem, & receptiorem sententiam declarant Bart. *in l. 1. in princ ff. de Priuil. credit.* Ruin. *cons. 12. num. 20. & consil. 151. num. 18. lib. 1.* Gabriel. *lib. 3 opin. Commun. conclus. 1. numer.* 16. Decian. *cons. 131. nu. 3 circa med. vers. & quamuis* Paris. *cons. 101. col. fin. lib. 1.* Cald. *de Renouat. Emphyt. quæst. 9 numer. 14. il 2.* & latè Fulgin. *de iur. Emphyt. tit. de renouat. quæst. 1. sub num. 5. & 6.* & respondit Rota *decis. 198. part. 2. diuers. & melius dec. 66. § quo verò in fine impress. penes* Fenzon. *ad Statut. Vrb.*

Ex quibus censuerunt DD consequenter inferendum esse ius petendæ renouationis spectare ad Matrem, vti Cognatam, quoties reperitur in gradu proximior respectu
3 illius in cuius persona finita est Emphyteusis, † eamque esse præferendam remotioribus transuersalibus licèt agnatis, vt in puncto fauore Matris probant Roman. *cons. 22. num. 5. & 6.* quem communiter sequuntur omnes, & signanter Ruin. *cons. 47. num 6 post princip. vers. & intelligitur secundum* Roman. *lib. 3.* Soccin Iun. *cons. 71. num. 21. & 22. lib. 1.* Catan. *cons. 30. num. 13.* Imola *cons. 38. numer. 2. vers. sed de Æquitate* Aldobrand. *cons. 21. numer. 14. lib. 2.* Paris de Puteo *de Reintegrat. fæudor. cap. 127. num. 5.* Barbat. *de fideicommiss. legal. part. 2. cap. 3. sub numer. 65.* Caldas, *de Renouat. Emphyt quæst. 9. num 14 vers. prout in matre*, & ibi notat hanc esse communem opinionem ex auctoribus ibi allegatis, Fulgin. *de iure Emphyt. tit. de Renouat. qu. 1. nu. 5.* qui testatur vidisse ità semper obseruatum *in Abbatia Sanctæ Crucis de Saxouino, & tit. de Laudem. qu. 15 num. 3.* Amic. *de iur. Emphyt. qu. 60. per tot. & adduct. à* Gamm. *dec. Lusitan. 7. num. 2. & in decis. præcedenti, §. fin.* & recentius Rota *in Rauennaten. Emphyteusis 6 Iunii 1666. coram R. P. D Taya*, qui omnes concludunt ex præfata veriori, & magis communi sententia, de qua dictum est *in superiori §. matrem*, vti cognatam proximiorem alijs transuersalibus, minus propinquis etiam si agnati fuerint esse in renouatione præferendam.

Militantibus igitur tot Doctrinis, ac iuribus fauore matris nemini mirum videatur, quod DD. in eam iuerint sententiam, cum Rota soleat pluris facere auctoritates Doctorum clarè, & in specie articulum controuersum dilucidantium, † quàm argumenta vagis, & indefinitis regulis 4
abundantia, vt ex *l. in toto, ff. de Reg. Iur.* dixit Rota *in dec. 543. nu. 1. in fine part. 1. diuers.* quem sensum etiam habuit coram Puteo *dec. 66. nu. 3. lib. 3. & in rec dec. 438. nu. 10. par. 6. & dec. 233. nu. 19. par. 10.* præsertim vbi adest viua ratio, vt ibi subdit Puteus, & latè Garron. *var. resol. cap. 2. à nu. 129. vsque ad 146.*

Non autem latuit DD. adesse viuam rationem in præsenti casu, siquidem aduerterunt de iure nouissimo quamlibet differentiam esse abolitam inter Agnatos, & Cognatos, † & sancitam inter eos absolutam Equiparationem, 5
vt est *text. in Auth. de hæredib ab intest. in princ. & in l. meminimus, C. de legit. hæredib.* ità vt Mater licèt iure Cognationis proximior, † Agnatos tamen, si ea sunt remotiores 6
in successionibus excludere valeat per *text. in §. sed cum antea Inst. de Senat. cons. Tertull. & in Auth. de hæred. ab intest. §. si igitur defunctus descendentes*, indeque rationi, & æquitati apprimè consentaneum esse, vt Mater, quæ præferretur Amitis in successionibus ab intestato, pari quoque ratione iis præferatur in renouatione Emphyteusis ex pacto, & prouidentia † regulando illud ius petendæ renoua- 7
tionis iuxtà naturam, & ordinem successionis ab intestato argumento ducto ex *gl. communiter approbata in l. cum ità, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2* quàm in simili perpendit Soccin. Sen. *in l. si Cognatis 20. ff. de Reb. dub. circa fin. vers. confirmatur*, & in terminis nostris Bart. *in l. 1. in princip. ff. de Priuil. Credit.* Roman. *cons. 22. in fin.* Paris *de Reintegr. fæudor. cap. 127. nu 5.* Amic. *de iure Emphyt. dicta qu. 60. nu. 4. & 6.* Ioseph Vela *differt. 16 nu. 4. & 19. cum seqq.* Fulgin. *de Iure Emphyt. tit. de renou. dicta qu. 1. nu. 5. & 6* vbi considerat quod alioquin sequeretur absurdum quod Agnatus remotio excluderet cognatum Proximiorem contra inconcussam Regulam, † quod Renouatio est facienda proximiori 8
quàm ipse firmat inferius *n. 51. &* Rota *in rec. dec. 703. n 9. & 10 p. 4. tom. 3.* & in pluribus aliis in principio citatis.

Hæcque ratio visa est DD. admodum commendabilis ad substinendam differentiam inter renouationem Emphyteusis ex pacto, & prouidentia, & renouationem Emphyteusis hæreditariæ, † sicut enim in hac peti non potest 9
renouatio nisi ab eo qui qualitatē hæreditariam habet ex deductis in *dec. 532 n. 2. & 3. cor. Merlino*, ita sufficit in illa quod qui renouationem prætendit potestatem succedendi ab intestato iustificet, quod idem est, ac si dicatur, quod Proximitas, necessitudo, & successio sanguinis debet attendi, nàm Proximior vltimi Emphyteutæ obtinet renouationem Emphyteusis ex pacto, † siue Cognatus, siue A- 10
gnatus sit propter illam potestatem succedendi, in qua radicatur æquitas proximioribus Cognatis renouationem concedens, vt in puncto arguunt Ioseph Vela *dicta differt. 16. nu. 4. & 5.* Fulgin. *de iure Emphyt. tit. de Renouat. dicta qu. 1. sub nu. 5. & de laudem. qu 15. nu. 3.* Amic. *de iur. Emphyt. q. 60. nu. 3 & 8* vbi allegantur Paris. *cons. 101. num. 131. lib. 1. &* Imol. *dicto cons. 38.* † nec refert quod in hoc casu Proximior 11
sit hæres, vt benè prosequitur Amic. *dicta qu. 60. in fin ex dec. bu us Tribunalis*, quibus addere non incongruum est firmata coram Merlino *dicta dec 532 n. 2.*

Eoque modo salua remanet distinctio quàm semper admisit Rota *in renouatione vtriusque Emphyteusis, ex pacto videlicet*, vbi proximitas sanguinis attenditur seu potestas succedendi ab intestato, † & hæreditariæ vbi qualitas hæ- 12
reditaria sufficit, posthabita proximitate sanguinis, *vt explicatur in dicta dec. 532. nu. 2 & 3. cor. Merlino*; Atque etiam euitatur confusio in quàm duceret opinio † Cald. *dicta q. 9.* 13
nu. 23. vsque ad penult. Si Ius petendæ renouationis sequeretur qualitatem hæreditariam in quacumque Emphyteusi vt ipse conatur substinere, dubitatiuè tamen, dum in fine dictæ quæstionis videtur restringere propriam opinionem ad solam Emphyteusim hæreditariam, & si reflectere meminisset ad illam potestatem succedendi ab intestato, quæ semper comitatur proximitatem sanguinis absque dubio

agnouisset illum titulum, seu illam causam particularem,
quàm eo loci tam anxiè quærit & inuestigat ad fundan-
dum ius petendæ renouationis Emphyteusis ex pacto in
proximiore absque alio hæreditatis aut repræsentationis
14 charactere, † vnde merito illius opinio reprobata est à
Rota *in dicta decis. 764. num. 5 par. 4. tom. 3. recent.* quo loci
illa potestas succedendi absque alia qualitate hæreditaria
admittitur pro fundamento Æquitatis in petenda reno-
uatione Emphyteusis ex pacto, vt ibi à *num. 9. ad 13. opti-
me comprobatur*.

Nec aduersantur elaboratæ Prælectiones datæ ab vno
ex Informantibus pro Amitis ad probandum quod nihil
15 concludi potest fauore matris ex sensu † *glosæ in dicto § per-
mittitur l. 1. ff. de aq. quotid. & æstiu.* neque ex Theorica
quàm Bart. *fundauit in dicta glosa*, neque ex Iuribus sele-
ctis apud Roman. *cons. 22 num. fin. vers. videndum in allegat.
l. Peto, §. frater, ff. de legat. 2. l. cum ita, §. in fideicommisso
eod. tit. l. fin. C. de verbor. signific. l. hæredes mei, §. fin ff. ad
Trebell. Text. in cap. Titius si de fæud. fuer. controuer.* quia
licèt sit verum quod casus de quo agitur explicitè per illos
textus non decidatur, non ideò DD. reiecerunt illatiuam
16 æquitatem, † cuius ea vix est vt pro lege allegari possit in
casibus, quibus ius scriptum in specie non prospexit, vt
eleganter ad propositum dixerunt Fachin. *controuer. lib. 12.
cap. 61. versus finem vers. ideò non obstat* Surd. *de aliment. tit.
1. quæst. 18. num 7.* Giurb. *decis. 5. num. 16. cum adduct. in dec.
194. num. 45. par. 7. recent.* Et quamuis Bart. *in dicto § per-
mittitur, ff. de aqua quotid. & æstiu.* loquatur de descenden-
tibus non autem de Ascendentibus, illud potiùs accidit ob
17 frequentiorem vsum, † quàm causa restringendi hanc
Æquitatem ad solos descendentes, & excludendi transf-
uersales, & ascendentes, vt aduertunt Dec. *cons. 131. sub
num. 3. circa med. §. & quamuis* Cald. *vbi suprà dicta quæst.
9. num. 23. &* Ioseph Vela *dissert. 16. num.* 3. & dum ex dd.
textibus desumpserunt & fundarunt istam conclusionem
non solùm Roman. *in dicto cons. 22. sed Amic. de Iur. Em-
phyt. in cit. quæst. 60 num.* 4. & generaliter omnes DD. fir-
mantes renouationem deberi proximioribus vltimi defun-
cti siue sint cognati siue Agnati, vbi agitur de Emphyteu-
18 si ex pacto, & prouidentia † pauci facienda sunt argu-
menta, quæ legum, & rationis auctoritate sunt destituta,
vt præter *decis. supra allegatas* Surd. *decis. 88. num. 5. & 255.
num. 2. & cons. 158 num. 13. & 308. num 3.*

Minusque officit Regula, quod in fæudis Ascendentes
19 † non succedunt filijs *per text. in cap. 1. de natur. success.
fæud.* Quia vltrà quod ad effectum Renouationis est ma-
20 xima differentia inter † fæudum & Emphyteusim, vt ad-
uertit Ioseph Vela *dicta dissert. 16. num. 4. & 5. & num. 20.*
Ille textus loquitur de successione, quæ fit iuxtà ordinem
generationum, pro quibus fæudum concessum est, non
autem de renouatione, quàm mater prætendit non qui-
21 dem ex Inuestitura, sed ex præfata æquitate, † quæ
admittit in renouatione tam agnatos quàm cognatos siue
sint Ascendentes siue descendentes, siue transuersales ex
*notat ab Amic. de Iur. Emphyt. dicta quæst. 60 num. 7. & in
recent. dicta decis. 704. numer. 9. part. 4. tom 3. & in Callien.
bonorum 8. Aprilis 1647. coram Reuerendissimo Papien. §. quia
hoc procedit Impress. post* Salgad. *Laber. credit. decis. 24. nu.
14.* & tantum abest quod Ius petendæ renouationis regu-
letur ab Inuestitura, quòd imò fœminæ, quæ in Inuesti-
22 tura sub silentio fuerunt positæ, † possint, petere renoua-
tionem, vbi non sunt masculi, vt in puncto firmauit Rot.
decis. 198. num. 2. & 3. part. 2. diuers. ex eo quod deficienti-
23 bus masculis Inuestitura † recipit Passiuam interpretatio-
nem à dispositione Iuris Communis, vt firmatur in ea-
dem *decis. 198. num. 4 part. 2. diuers. ex l. 1. § lex falcidia cum
ibi notat. per* Bart. *ad l. falcid.* vbi concluditur, quod in hoc
24 casu fœminæ † non veniunt ex inuestitura sed ex æqui-
tate *dicti §. permittitur*.

Ex iis patet, quod decisio edita coram Merlin. *quæ est
74. part. 7. recent. & repetita inter decisiones Merlini in ordi-
25 ne la 532.* † *supra firmatis* non refragatur, etiam si in ea
dicatur quod renouatio est secunda concessio, & Inuestitu-
ra, quæ regulari debet ad normam, & exemplum primæ
Inuestituræ, itaut si Inuestitura solùm admittat Agnatos,
renouatio pariter ab iisdem Agnatis est inchoanda *sub nu.
4.* Nam Domini considerabant in casu illius decisionis agi
de Emphyteusi ex pacto, & prouidentia quapropter pro-
ximiores Agnati erant præferendi alteri alleganti quali-
tatem hæreditariam, & ibi solùm firmari, quod vbi Em-
phyteusis est ex pacto, & prouidentia renouatio de-
betur Proximioribus Agnatis, & vbi est hæreditaria debetur hæredi, *vt sub numer.* 12. & 22. cum itaque in illo casu cognati proximiores non concurrebant ad exclusionem Agnatorum Remotiorum, nihil aliud subiecta materia postulabat, quàm quod Iura Agnatis suffragantia ad corroborandam resolutionem allegarentur absque alia vlteriori inspectione super Prærogatiua Cognatorum proximiorum, qui non aderant; Qua de re proposito casui dictam decisionem non esse applicandam Iudicarunt DD.

Alia denique obiecta ex præfatis omninò eliduntur, nàm si agunt de hæreditaria Emphyteusi, & renouatio debetur hæredibus; si verò de Emphyteusi ex pacto, vel Agnati sunt proximiores vltimo Emphyteutæ, & Iure merito competit Ius petendæ renouationis, vel sunt Cognati proximiores siue transuersales, siue ascendentes, siue descendentes, & ipsis renouatio concedenda est ex æquitate fundata in potestate succedendi, siue in successione sanguinis ex supra deductis; hocque modo conciliantur Iura inter se ex generalibus Regulis pugnantia in materia renouationis cuiuscumque Emphyteusis.

Et ita vtraque, &c.

Hæc, quæ suprà primo loco emanauit in hac causæ Decisio est impressa in præcedenti parte 14. dec. 250.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Taurinen. Decimarum.

Mercurii 23. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Ius decimandi; cùm sit quid spiritituale nequaquam laicis competere potest; præsertim post Concilium Lateranense; à quo concessiones huiusmodi expressè irritantur; Si quis autem quasi possessionem decimandi etiam ante Concilium acquisitam habere prætendat quid probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Laici sunt incapaces iuris decimandi.*
Decimandi ius est spirituale, nu. 1.
2 *Decimæ ante Concilium Lateranense, etiam à Laicis possideri poterant, & num. seqq vbi vide.*
Consuetudo immemorabilis ante Concilium Lateranense, quando sufficiat ad retentionem decimarum, n 2. & seqq.
3 *Titulus æquipollens instrumentis sufficit in materia decimarum.*
4 *Possessio immemorabilis habetur pro titulo in materia decimarum.*
5 *Confessio Prælati pluries repetita præiudicat Ecclesiæ, & num. seqq. vbi amplia.*
7 *Sententiæ illos afficere debent, contra quos fuerunt pronunciatæ.*
8 *Consuetudo, & possessio immemorabilis decimandi suffragatur in possessorio, secùs autem in petitorio, & num. seqq.*
9 *Decimandi sola possessio etiam immorabilis non sufficit in petitorio sine fama priuilegii.*
10 *Laici per solam immemorabilem non fiunt capaces iurium decimandi, quando agitur in petitorio, & num. seqq. ac per totam.*
11 *Decimandi capacitas in laicis ante Concilium Lateranense, ex quibus resultet, & per totam.*
Titulus æquipollens priuilegio, vel immemorabili cum fama decimandi, ex quibus excludatur, num. 11. in fine, & seqq.
12 *Enunciatiuæ emanatæ à supplicantibus dicuntur suspectæ.*
13 *Enunciatiua referens non attenditur, quando cum relato non concordat.*

Reso-

Referens qui non concordat cum relato, nihil probat, num. 13.

14 *Enunciatiuae non probant, si principaliter dubitatur de enunciato.*

15 *Sententiae non afficiunt tertium venientem ad causam ad exclusionem vtriusque collitigantis.*

16 *Decimandi renouatione non indigent habentes infeudationem ante Concilium.*

Renouatione non eget qui habet titulum sufficiens, num. 16.

17 *Decimandi infeudationes in dubio censentur factae post Concilium Lateranense.*

18 *Infeudationes decimarum factae post Concilium Lateranense irritantur ab illo.*

19 *Decimae in dubio spirituales esse reputantur.*

20 *Decimae spirituales esse probantur ex discussione illarum facta in foro Ecclesiastico.*

21 *Decimas spectare ad Archiepiscopum probatur ex inuestituris, & num. seq.*

Inuestiturae probant contra recipientes, & habentes causam ab eis, num 21.

22 *Parochus vbi non est in causa, eò faciliùs decimae ad Archiepiscopum spectare dicuntur.*

23 *Laici sunt capaces facultate percipiendi fructus decimales, declarata vt num. seq.*

24 *Decimarum nomen non potest restringi ad solos fructus.*

DECISIO LXVII.

COMITES de Valperga Decimas, de quibus est controuersia ad se pertinere contendunt ex praetensa immemorabili possessione exigendi cum praesumptiuo titulo legitimi faeudi ante Concilium Lateranense eorum maioribus ab Archiepiscopo Taurinesi concedi soliti. Ex quibus Iuribus dictorum Comitum praedecessores obtinuerunt tres sententias fauorabiles in hoc Sac. Tribunali triginta, & plusquam annis ante finem elapsi seculi contra Incolas Ripariae, & Furni, verùm paucis ab hinc annis his Incolis denuò recalcitrantibus Dominus Archiepiscopus praefatos Comites iniuste, & rationabili titulo pro substinenda decimarum pertinentia destitutos esse suboleuit; Quapropter rem vtilem suae mensae Archiepiscopali gesturus admissus est ad causam, eoque instante pro tertia vice proposui dubium, An, & cui competat Ius super decimis, de quibus agitur, quod DD. fauore D. Archiepiscopi resoluerunt.

Ea moti indubitata Canonum sanctione, quae dicti
1 Comites vti saeculares personas Iuris decimandi, † quod est spirituale, omninò reddit incapaces, prout est *text. specialis, in cap. decimas 16. qu. 7. vbi omnes Canon. & in cap. causam de praescript. cap. prohibemus de decim. c. cum, & plantare, de priuileg.* Rebuff. *in tract. de decim. qu. 10. num. 17.* Rota *decis. 103. num. 10. part. 7. recent.* & passim vbi similis occurrit decimarum disceptatio.

Cuius sanctionis auctoritate declinare nequeunt praefati Comites licèt praetendant probare, quod habeant illas decimas ex consuetudine immemorabili, & ex in-
2 faeudatione ante Concilium Lateranense, † quo casu decimae retineri possunt, ac possideri à laicis, iuxtà distinctionem allatam *à gloss. in cap. cum Apostolica, in verbo tenetur, de his, quae fiunt à praelat. gloss. in cap. prohibemus, in verbo laicos, de decimis, & in cap. 2. § sanè, verbo praedicto, eod. tit. lib 6.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 121. num. 4.* Rota *decis. 103. num. 8. part. 7 & decis. 234. num. 2. part. 9. recent.* & conentur illam infaeudationem propu-
3 gnare si non per Instrumenta authentica, † saltèm per titulum aequipollentem, quem sufficere dixit Rota *decis. 47. num. 28. &* Rebuff. *qu 13. de decim. num 9. & 80.* Couar. *lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 5. &* Monet *in eod tract. de decim. qu. 3. num. 66. cum seq.* quemque eliciunt † ex immemo-
4 rabili antiquitate possessionis, *ad trad. per* Io. Andr. Ant. Card. Imol. *in d. cap. cum Apostolica de his, quae fiunt à praelat.* Anchar. *in cap. causam, quae de praescript.* Alexand. *conf. 6. lib. 1. cum plurib. cumulatis apud* Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 5. vers. sed si dubitetur*, & ex geminata confessione Archiepiscoporum Taurinesi emissa in renouationibus de annis 1580. & 1594. *Summ. Comitum num. 6.* vbi dictae decimae enunciantur possessae à praefatis Comitibus ex antiqua consuetudine, & immemorabili tempore vsque ante Concilium Lateranesi in faeudum nobile Auitum &c.

† quae confessio Praelati repetita praeiudicare valet Eccle- 5
siae, secundum notata apud Add. ad Greg. *dec. 375. nu 11.* Add. ad Buratt. *dec. 453. n. 13.* † Concurrentibus praecipuè 6
adminiculis, Rota *dec. 334. n. 2. par. 1. rec. & penes* Posth. *de manut. dec. 29. n. 7.* resultantibus ex multis coniecturis, & fortiùs ex tribus sententijs Rotalibus, † quae deberent 7
aequè Archiepiscopos afficere, ac Incolas contra quos fuerunt latae, *per glos. in l. si duo patroni, in verbo habiturum, vers. item ibique* Bart *in fin. ff. de iure iur.* Rota *dec. 348. n. 9. par. 5. dec. 195 nu. 17. par. 8. dec. 130. num. 7. part. 9. rec. in Pampilonen. decimarum de Gongona 21. Maii 1603. coram Pamphilio, §. adminiculatur.*

Nam haec, & similia argumenta solidissimis responsionibus cedere coacta sunt, quod nempè consuetudo immemorabilis, & antiqua possessio prodesse quidem possunt
† in iudicio possessorio etiam aduersus aliquam iuris resi- 8
stentiam, tenuit Rota *dec. 80. nu. 8.* coram Caual *dec. 49. nu. 9. par. 7 rec. & in Taurinen. decimarum 28. Iunii 1664. §. donec discutiatur, coram me*, in petitorio illa possessorij Theoremata non applicantur, † quia vltrà immemo- 9
rabilem debet concurrere fama priuilegij, vt in his terminis ita veriorem, & communiorem opinionem, firmauit Rota *dec. 215. part. 2. diuers.* coram Seraph. *dec. 1102. num. 1.* coram Mantic. *dec. 289. nu. 2.* coram Merlino *dec. 694. num. 20.* coram Pen. *dec. 486. iuxtà Venetam n. 3. & in recent. dec. 47. nu. 27. par. 8.* ad hoc, vt indulgeatur capacitas Iuris decimandi in laicis, † alioquin per solam im- 10
memorabilem capaces fieri non possunt, ità tenent Io. Andr. *& alii in d. cap. cum Apostolica de his, quae fiunt à* Praelat. Felin. *in cap. causam, n. 3 de praescript. & in cap. cum contingat, nu 4. vers. si tamen, de for. compet.* Rebuff. *de decim. q. 13. n. 69* Monet. *de decim. cap. 5. q. 5. nu. 114.* & resolutum est in causa *Toletana Iuris decimandi 27. Aprilis* 1584. coram Blanchetto, *quae est dec. 215. n. 2. par. 2 diuers.* quam sequitur Barbos. *in l. Titia 35. ante n. 46. vers. tamen* Rot. *ff. solut. matrim. in Placentina Decimarum 30. Ianuarii 1586. coram Bubalo, & Burgen. Decimarum 5. Iunii 1591. coram Orano.*

Cùm igitur in proposito casu non appareant requisita ad inducendam illam capacitatem decimarum in laicis,
† quae sunt, vel priuilegium, vel immemorabilis cum 11
fama priuilegij vel infeudatio ante Concilium Lateranense, ex distinctè recensitis *in d. dec. 47. nu. 25. cum seqq. part. 8. rec.* nodus difficultatis restringebatur ad solum aequipollens.

Quod ex allegatis pro parte Comitum minimè confiari posse visum est DD. dum adminicula, in quibus fundatur subsistere non valent, siquidem enunciatiuae emissae in renouationibus de ann. 1580. & 594 quod decimae controuersae fuerint feudales ante Concilium Lateranense nullam praeseferunt confessionem Archiepiscoporum, sed emanarunt à supplicantibus pro renouatione, † qua de causa redduntur suspectae, & reijciun- 12
tur, attento, quod procedunt à personis interesse praetendentibus, Achill. *dec. 5. de iurepatr.* Seraph. *dec. 1189. dec. 160. n. 9 par. 1. rec. cum plurib. apud* Add. ad Burati *dec 178. n. 14.* & non excedunt centum annos, Seraph. *dec. 507. nu. 1.* Add. ad Buratt. *loco proximè citato num. 12.*

Nec obstat, quod Archiepiscopi se esse de narratis plenè informatos asseruerint, quia se referunt omninò ad tenorem praecedentium Inuestiturarum, ibi, *ad quas debita habeatur relatio ad mentem antiquarum Inuestiturarum, d. Summ. Comitum n. 6.* Vndè cum in praecedentibus Inuestituris nulla fit mentio infeudationis ante Concilium Lateranense † enunciatio referens non est attenden- 13
da, Menoch. *conf. 1187 nu. 23.* Rota *dec. 158. n. 4. par. 2. rec. cum add. auct. in dec. 543. n. 12. coram Merlino*, eoque minùs quo de enunciato † principaliter dubitatur, Ruin. *conf.* 14
170. n. 10. lib. 3. Rota *dec. 203 nu. 9. dec. 227. coram Eminentiss. Ottobono.*

Radicitus quoque tollitur adminiculum desumptum ex tribus sententijs Rotalibus latis fauore Authorum dictorum Comitum aduersus Incolas Ripariae, & Furni, quoniam Archiepiscopus venit ad causam excludendo ius vtriusque collitigantis, † qua de re sententiae latae illum 15
non afficiunt, iuxtà notabilem declarationem, de qua Add. ad Greg. *dec. 259. n. 7. vbi alleg. Nolana Pensionis 13. Maii 1611 coram Sacrato*, & Add. ad Buratt. *dec. 833. in fin.* & Rota *dec. 288. n 2. par. 9. recent.*

Argumentum verò, quod renouationes habitae ab Archiepiscopis de annis 1305. 1414. 1441. 1513. 1518.

1521. & 1559. *Summ. addit. Comitum nu.* 1. singulare præstent fæudalitatis iudicium ante Concilium Lateranen-
16 se retorquetur aduersus ipsos Comites, † nam si habuissent infæudationem ante dictum Concilium non indigebant alia noua concessione, vt optimè aduertit Rota *in alia Taurinen. Decimarum, quæ est dec.* 434. *iuxtà Venetam coram Penia*, quæque decisio ædita fuit aduersus Comites de Valperga.

Vlteriùs considerabant Domini similes infæudationes
17 in dubio † censeri factas post Concilium Lateranense, Rota *in puncto in alia Taurinen. dec.* 193. *num.* 9. *part.* 2. *recent.* vbi plura congeruntur, *vt, & apud* Barbos. *de off. & potest. Episc. alleg.* 121. *num.* 5. *quo loci meminit dec. Taurinen. Decimarum* 12. *Ianuarii* 1607. *vers. non obstaret, coram Marquemontio*, sicut & Monet. *de decim. q.* 3. *nu.* 59. *vers. quod si*
18 *decimæ*, † & consequenter irritas esse ex conciliari decreto, *in cap. probibemus, de decim.* Rota coram Penia *d. dec.* 486. *num.* 5.

Quod autem ille decimæ sint spirituales nullatenùs
19 est ambigendum, nam vltra præsumptionem, † quod in dubio tales sunt reputandæ, Bald. *cons.* 519. *lib.* 1. Add. ad Greg. *dec.* 404. *lit. B dec.* 64. *num.* 7. *part.* 1. *recent. & in Taurinen. Decimarum* 23. *Iunii §. nam quamuis, coram me*, satis apertè colligitur eas esse spirituales, ex eo, quod il-
20 larum controuersia, † & discussio semper ad forum Ecclesiasticum deducta est, vt patet *ex dec.* 486. *iuxtà Venetam coram Penia*, & ex primordiali huius causæ cognitione coram Nuncio Apostolico, quodque illarum dominium spectet ad Archiepiscopum sufficienter habetur ex
21 Inuestituris, † quæ probant contra recipientem, & contra causam habentes ab eo, Bart. *in l. officium, num.* 2. *ff. de rei vendic.* Dec. *cons.* 146. *nu.* 14. Peregr. *cons.* 24. *num.* 29. *lib.* 1. *cum aliis in d. dec.* 193. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* Maximè dum
22 Parochus non est in causa, † vt prosequitur proximè allegata *dec. nu.* 5.

Nec subsistit, quod hæc concessio decimarum intelligatur solùm de facultate percipiendi fructus decimales,
23 † cuius laici sunt capaces, Abb. *in cap. ad hæc nu.* 4. *vers. & intelligo hoc*, Rebuff. *de decim. q.* 10. *n.* 34. Grat. *discept. forens. cap.* 238. *num* 21. quia non procedit hæc regula quoties concessio facta est, prout in præsenti casu æquè prin-
24 cipaliter, ac nominatim de decimis, † quarum significatio non potest restringi ad solos fructus, vt in specie firmauit Rota *dec* 545. *n.* 2. *par.* 4. *rec. & in aliis relatis in dec.* 95. *n.* 10. *post* Salgad *in Laberynth. credit.*

Et ità resolutum est Ius competere Domino Archiepiscopo vtraque parte, &c.

REVERENDISSIMO P. D. BEVILAQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Amerina Fideicommissi.

Veneris 23. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Tota fundatur præsens Decisio in excludendo fideicommisso de linea ad lineam, quamuis illud inter ipsos de linea fuerit principaliter constitutum, quod eo magis, & sine difficultate procedit, quotiès, vt hic, non agitur de descendentibus ipsius Testatoris, sed solùm de transuersalibus, quodque substitutio quamuis facta vltimo morienti, non fuerit facta in tota hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum simpliciter constitutum in duobus hæredibus eorumque filijs, non censetur inter ipsos reciprocè ordinatum.*

Sed vna tantùm linea succedit in portionem proprij parentis quod amplia vt ibid. & per totam.

2 *Fideicommissum reciprocum inter ipsos de linea numquam censetur inductum, quoties illud in qualibet linea de per se subsistere potest.*

Fideicommissorum multiplicatio regulariter excludi debet, nec nouum grauamen induci, num. 2.

3 *Substitutio de fœminis plurium linearum intelligitur discretiuè facta, itaut fœminæ cuiuslibet lineæ succedant proprio parenti exclusis masculis alterius lineæ, & num. seq. vbi de ratione.*

4 *Testator si in defectum masculorum fœminas ad fideicommissum vocauit, ità illas prædilexisse præsumitur, vt voluerit per eas excludi masculos alterius lineæ.*

5 *Testator præsumitur potiùs voluisse grauare quemlibet institutum quoad descendentes proprios, quam quoad descendentes cohæredis.*

6 *Lineam vnam non fuisse alteri substitutam, ex quibus depræhendatur, & suprà num.* 1. *cum seqq. & per totam.*

Linea appellatione propriè continentur descendentes, non autem transuersales, num. 6.

7 *Substitutio facta vltimo morienti cuiuslibet lineæ regulariter non extendit fideicommissum ad alteram lineam, & quando ibidem, & num. seqq.*

8 *Substitutio quamuis facta vltimo morienti, modo tamen non in tota hæreditate, vel verbis vniuersalibus, includit solùm portionem eiusdem vltimi morientis.*

9 *Substitutio de vltimo morienti ad hoc, vt extendat fideicommissum de linea ad lineam, requiritur quod fuerit facta in tota hæreditate.*

Amplia, vt num. sequenti.

10 *Verba importantia totam hæreditatem requiruntur ad hoc, vt substitutio vltimi morientis extendat fideicommissum de linea ad lineam.*

11 *Fideicommissum de linea ad lineam non resultat ex reciproca facta inter primos hæredes, eorumque filios, atque ex vocatione vltimo loco fauore Ecclesiæ.*

12 *Hæres restituere simpliciter grauatus quidquid reperietur tempore suæ mortis, non censetur grauatus in totum, sed vsque ad dodrantem potest liberè alienare.*

Hæreditatis totius restitutionem non important verba substitutionis restricta solùm ad id, quod reperietur tempore mortis eiusdem substituti, nu 12.

13 *Substitutio reciproca de linea ad lineam est odiosa, ideòque ad illam excludendam omnis sumenda est interpretatio.*

14 *Substitutio reciproca de linea ad lineam vt excludatur, sufficit mens testatoris dubia.*

15 *Substitutio reciproca de linea ad lineam quid requiratur, vt intelligatur facta, & num. sequenti*

16 *Fideicommissum lineale faciliùs substinetur, quando non agitur de descendentibus plurium linearum, sed vnius tantùm lineæ.*

Substitutio reciproca faciliùs inducitur inter descendentes vnius tantùm lineæ, num. 16.

17 *Fœminæ simpliciter ad fideicommissum vocatæ, etiam si fuerint masculis prælatæ non faciunt extendi fideicommissum de linea ad lineam.*

DECISIO LXVIII.

PROPOSITO sub die 24. Martij 1664. dubio reseruato in disputatione habita 4. Maij antecedentis anni, an constaret de fideicommisso Innocentij ad fauorem Caroli Nepotis ex Mutio, & affirmatiuè fuit resolutum, super qua resolutione hodie reproposita causa Domini perpensis verbis testamenti ab illa recesserunt.

Si quidem Testator Petro Paulo fratri, & Mutio Nepoti ex alio fratre æqualitèr Institutis substituit filios, Nepotes, & Pronepotes, & cæteros masculos per directam lineam descendentes, & vltimo sine filijs legitimis, & naturalibus decedenti substituit filias neptes, & proneptes eorumdem Institutorum, & fœminis deficientibus, voluit omnia bona, quæ reperirentur conuerti ad Hospitale S. Mariæ Laicorum Ameriæ, vt in hodierno *Summ.* Lætitiæ *n.* 1.

Ex hac enim seriè testamenti, in quo ab initio Testator inter duos hæredes totum assem hæreditarium diuisit per institutionem æqualiter nulla visa fuit resultare reciproca linealis, iuxtà receptissimam conclusionem in hoc Sac. Tribunali passim approbatam, † quod vbi Te- 1
stator pluribus institutis eorum filios, & descendentes substituit, oritur quidem fideicommissum in quolibet Co-

Columnello, itaut descendentes ex vno discretiuè dicantur substituti in portione proprij ascendentis non autem, quod inter ipsos sit inductum lineale reciprocum fidei-
1 commissum præsertim in transuersalibus, Rui *cons.* 134. *nu.* 7. *vers. præterea lib.* 3. Cephal. *cons.* 17. *per totum lib.* 1. Menoch. *cons.* 326. *n.* 33. *& seq.* Fusar. *cons.* 336. *n* 19. Peregr. *de fideicommissis art.* 27. *ex n.* 13. *& cons.* 43. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Fusar. *de substit. q.* 475. *n* 31. *&* 32. *& cons.* 17. *ex n.* 41. Rot. *dec.* 1023. *n.* 3. *& per totam* coram Seraph. *& dec.* 105. *n.* 21. *coram Reuerendiss. Carillo, & in Bononien. fideicommissi de Maluetiis* 23. *Martii* 1661. *§ moti coram me*, quotiescumque enim dispositio absque læsione recti sermonis, & quæ benè aptari, & suum effectum operari potest in descendenti-
2 bus cuiuslibet † lineæ citrà multiplicationem nouorum fideicommissorum numquam censetur per eam inductum alterum fideicommissum, *l. pater*, *§. final. ff. de legat.* 3. Fusar. *de substit. q.* 476. *n.* 7. Rot. coram Seraph. *dec.* 1023. *nu* 5. *& dec* 466. *n.* 2. *par.* 4. *diuers. &* 287. *n.* 3. *&* 18. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* & coram Carillo *dec.* 105. *num.* 21. *& in Pisauren. fideicommissi* 29. *Martii* 1666. *coram me*, *§. quod autem.*

Maximè in præsenti vbi fuerunt substitutæ filiæ Neptes, & Proneptes præfatorum hæredum; Ideòque ista substitutio tamquam comprehendens fœminas plurium li-
3 nearum intelligitur discretiuè facta, † ità quod fœminæ cuiuslibet lineæ succedant Parenti suo exclusis masculis alterius lineæ, Castrens. *cons.* 198. *nu.* 1. *vers. etsi hoc lib.* 2. Menoch. *cons.* 376. *sub n.* 21. *&* 29. Peregr *cons.* 23. *n.* 12. *lib.* 3. Fusar. *cons.* 116. *n.* 1. *&* 10. *& in tract. de substit q* 379. *n.* 4. *cum seq. & n.* 51. Rot. *dec.* 316. *n.* 4. *part.* 1. *rec.* nam quemadmodum vnicuique ex masculis intelliguntur substituti proprij filij, ita substitutio vltimo decedenti sine masculis facta de filiabus, & Neptibus intelligitur in portione proprij parentis in defectum masculorum, cum sicut masculi descendentes ex Petro Paulo, si extarent excluderent à portione illi obuenta masculos ex Mutio, ità etiam illos excludere debent fœminæ ab eodem Petro Paulo descenden-
4 tes, vti subrogatæ in locum masculorum deficientium; † Præsumitur enim, quod Testator in portione vnicuique ab initio relicta prædilexerit proprios cuiuslibet honoratorum descendentes siuè masculos, siuè fœminas, & lineam vnius alteri ex descendentibus ab eo præferri voluerit propter affectionem eorumdem hæredum erga propriam sobolem, cui potiùs quam transuersalibus, etiamsi masculis ab altera linea venientibus censetur Testatorem prospicere, & eamdem charitatem erga eos exercere voluisse, quam exercuit erga illorum Ascendentes, Castrens. *d. cons.* 198. *n* 1. *vers nam, & tale*, Riminald. Sen. *cons.* 223. *n.* 32. Fusar. *dicto cons.* 116. *nu.* 11. Peregr. *de fideicomm. art.* 27. *n.* 15. cùm faciliùs censeatur Testatorem grauare voluisse quemlibet institutum quoad descendentes proprios,
5 † quos ad successionem naturalis, & ciuilis ratio vocat, quam quoad descendentes cohæredis, vt hanc rationem ad exclusionem reciprocæ linealis, post Alciat. *cons.* 87. *n.* 5. *lib.* 9. expendunt Menoch. *d. cons.* 376. *n.* 29. Pereg. *cons.* 30. *n.* 3. *lib.* 3. *& de fideicom. art.* 13. *n.* 72.

Quod apertiùs declarant illa verba contenta in substitutione Nepotum, & Pronepotum, & aliorum masculorum, per directam lineam descendentium ordine successiuo; Ostendunt enim manifestam Testatoris volunta-
6 tem non substituendi vnam lineam alteri, † cum sub nomine lineæ rectæ solùm descendentes, non autem transuersales contineantur, *l. Iurisconsultus*, *§. sunt ex lateribus*, *ff. de grad. affinit.* Peregr. *in mox cit. tract. de fideicom. art.* 22. *nu.* 24. Fusar. *de substit. q.* 345 *num.* 12. Rota coram Merlin. *dec.* 66. *nu.* 4.

Nec subsistit, quod reciproca linealis in casu nostro tacitè inducatur, vel ex coniecturis, vel ex concursu trium requisitorum, ex deductis in præcedenti decisione, quoniam in proposito visæ sunt deficere huiusmodi coniecturæ, & requisita, licet enim substitutio fœminarum facta
7 sit vltimo masculo decedenti, † nam cum dicta substitutio facta sit de filiabus Neptibus, & Proneptibus, id intelligi debet de vltimo cuiuslibet lineæ, vt in specie tradit Ceph. *cons.* 430. *n* 33. Fusar. *cons.* 17. *n.* 7. *& de substit. q.* 475. *nu.* 31. *& seqq.* Rota *in Romana fideicommissi de Zefferis* 4. *Iulii* 1646. *coram bo. me. Bichio*, *§. & quamuis præcipuè*, quia concepta legitur simplicibus verbis non in tota hæreditate, vel in omnibus bonis cum signo vniuersali, vt requiri-
8 tur, † quo casu substitutio includit solùm portionem vltimi morientis fauore substituti, quales sunt fœminæ, *l. Titius*, *ff. de leg.* 3. Honded. *cons.* 60. *n.* 50. *ad med. lib.* 1. Peregr. *dicto cons.* 33. *n.* 5 *lib.* 3. Fusar. *de substit. q.* 473. *n.* 97. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 9. nam ad effectum, de quo agitur, non sufficit vt substitutio fiat vltimo ex substitutis morienti, nisi fiat † in tota hæreditate, plenè Odd. *cons.* 9
65. *n.* 51. Honded. *d cons* 60. *n* 50. *lib.* 1. Peregr. *d. cons.* 33. *n.* 4. *lib.* 3. Rota *in d. Pisauren fideicommissi coram me*, *§. cæterum*, vel per verba, † quæ saltèm implicitè totius restitu- 10
tionem importent, Rota *dec* 266. *nu.* 23. *par.* 1. *rec. & dec.* 209. *n.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Nec vrget substitutio reciproca inter primos hæredes, & deindè substitutio omnium fœminarum, & in earum defectum Hospitalis, quia † non inde resultat aliud taci- 11
tum fideicommissum de linea ad lineam, maximè in transuersalibus Peregr. *d cons.* 33. *n.* 52. *l. b* 1. Fusar. *d. cons.* 116. *n.* 4. Nec Hospitale fuit substitutum in omnibus bonis; Sed in his tantùm bonis, quæ reperirentur fæminis deficientibus vt in eodem *Summ. num.* 1. † quæ verba dum 12
non important integram hæreditatis restitutionem, imò grauatis liberam concedunt facultatem alienandi vsq. ad dodrantem, *per tex. in Auth. contra eum rogatus ad S. C. Trebell.* Fusar *de substit. q.* 545. *n.* 1. Mart. *de success. legal. par.* 4. *q.* 12. *art.* 8. *n.* 9. *&* 14. Palma *cons.* 85. *n.* 15. *&* 32. Ideò excludunt prætensam reciprocam linealem, Peregr Honded. Fusar. & alij superiùs allegati, † pro cuius etiam ex- 13
clusione tamquam odiosa quæcumque interpretatio sumi debet, Cephal. *cons.* 430. *nu.* 17. *et* 18. coram Seraph. *d. dec.* 1023. *n.* 5. *& in rec. d. dec.* 287. *n.* 18. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 49. *n.* 9. *par.* 9. Et sufficit etiam mens dubia Testatoris † ne illa inducta censeatur, Rota *dec.* 497. *nu.* 7. *ead. part.* 9. *rec.* 14
& coram Carillo *d. dec.* 105. *nu.* 21.

Hinc non applicantur auctoritates in contrarium allatæ in prima decisione, & signanter *dec.* 300. *par.* 1. *rec.* ibi enim aderat expressa mentio hæreditatis, † & concurre- 15
bant coniecturæ, & requisita reciprocam necessariò inferentia, de quibus nec fuit dubitatum *in Rauennaten. fideicommissi* 11. *Februarii* 1661. *coram R. P. D. m Triolo*. Altera verò decisio *in Terracinen. fideicommissi de Pilorciis* 5. *Maii* 1648 *coram Reuerendissimo Imolen.* & coram Eminentiss. Card. Otthob. *dec.* 177. pariter non afficit vbi namque vnicus Nepos erat institutus, & substitutio facta erat de omnibus masculis in tota hæreditate per verba relatiua cum honoribus, & oneribus supradictis, & in defectum lineæ masculinæ vocabantur fæminæ, & concurrebant plures coniecturæ ex conseruatione Agnationis, & substitutione masculorum in perpetuum; & aliorum tunc enim benè substineri potest fideicommissum lineale, † quia non 16
agitur de descendentibus à pluribus lineis, sed de vna tantùm linea, in qua faciliùs inducitur reciproca, vt distinguit Peregr. *d. cons.* 33. *sub num.* 19. *lib.* 3. Fusar *in sæpè cit. tract. de substit. qu.* 475. *n.* 11. *vers. sed in hoc casu*, vbi testatur de veriori, & fuit dictum in *Bononien. de Poetis* 10. *Martii* 1617. *coram bo: me: Vbaldo*, *§. & tandèm*, at in casu nostro non versamur in descendentibus, & non concurrunt dictæ, neque Testator habuit rationem ad Agnationem; † Sed solùm prætulit masculos fœminis, & sic in 17
qualibet linea, Rot. *dec.* 667. *n.* 10. *&* 12. *par* 2. *& dec.* 221. *n.* 13. *par.* 5. *& dec.* 65. *nu.* 2. *& seqq. par.* 8. *& dec.* 425. *nu.* 7. *&* 8. *par.* 9. *rec.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granateñ.

Ciuitatis Castellanæ fideicommissi.

Lunæ 28. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Dote simpliciter constituta absque aliqua scriptura partim in pecunia, partim verò in bonis; An censeantur bona data in fundum dotalem in præsenti decisione discutitur, & negatiuè resoluitur ex fundamentis, & coniecturis in eadem decisione deductis, vbi plura cumulantur ad exclusionem fundi dotalis.

SVMMARIVM.

1 *Dotem ad constituendam in quantitate attenditur contrahentium voluntas, & num.2.*

2 *Residuum præsumitur esse eiusdem generis, & speciei, quod fuit illius antecedens.*

Dos vna, & eadem non debet diuerso iure censeri, num.2.

3 *Dos in quantitate præsumitur ex hypotheca, & assecuratione illius facta per virum super omnibus suis bonis.*

4 *Stabilia data in dotem in quantitate promissam, censentur data loco quantitatis, non autem pro constituendo fundo dotali.*

5 *Dos vt præsumatur potiùs in pecunia, quam in fundo attenditur consuetudo patris dotantis.*

6 *Testes deponentes de auditu faciunt adminiculum.*

7 *Antidata excluditur ex pluribus coniecturis in contrarium.*

8 *Dotis constitutio probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

9 *Dotem in quantitate fuisse promissam probant coniecturæ, & præsumptiones.*

Dotis qualitas leuioribus probatur probationibus, num 9.

10 *Dos ex præsumptione iuris semper in quantitate desumitur, nisi contrarium concludenter probetur.*

11 *Dotalis fundus in dubio semper excluditur, & interpretatur.*

Dotem habere in pecunia vtiliùs est vxori, potiùs quam in fundo, num.11.

12 *Dos in quantitate constituta transit in dominium viri.*

13 *Maritus potest restituere dotem in pecunia consistentem, & sibi retinere pro suo lucro stabilia in computum eiusdem dotis assignata.*

14 *Hæres grauatus recipiens dotis restitutionem in pecunia non dicitur alienare, & quando.*

Fideicommissum institutum in casu alienationis, non habet locum alienatione non secuta, num.14.

15 *Æstimatio bonorum assignatorum pro dote in quantitate promissa licet non præcesserit, à lege facta præsumitur.*

16 *Testatoris assertio, quæ detegitur erronea non attenditur.*

Testatrix, si super suis bonis dotalibus fecerit fideicommissum, & solam habuerit dotem in pecunia, fideicommissum non attenditur in bonis in dotem assignatis, num.14. & 16.

17 *Enunciatiua etiam ipsius Testatoris, nec etiam inter eius hæredem attenditur, quando principaliter agitur de enunciato.*

DECISIO LXIX.

RECESSVM fuit à decisis 5. Aprilis 1666. quia ex pluribus in facto Communitatis nouiter repertis clare dignoscitur dotem Fauntillæ scutorum 600. in eius testamento alienari prohibitam integrè scutorum 600. in quantitate constitutam, quamuis pro medietate assignata fuerint tot bona stabilia.

Exhibita enim fuit originalis quietantia Lamberti viri facta in actu receptionis scutor. 300 solutorum à Pirro dotante vsque de anno 1604. & sic per viginti, & plures annos ante conditum testamentum Fauntillæ, & tempore non suspecto, vbi expresse dicitur dotem in scutis 600. consistere, & scuta tercentum solui ad bonum computum sine præiudicio residui, & successiuè sequitur assecuratio eiusdem, & hypotheca super omnibus bonis viri, vt constat ex tenore apocæ datæ in *Summ.* Communitatis *num.1.* ex ea igitur nedum probatur expressa voluntas tàm Patris dotantis, quàm viri constituendi
1 dotem in quantitate, † quæ in huiusmodi materia venit omninò attendenda, vt post multos firmat Grat. *discept. forens. cap.932. num.10. & 11.* sed etiam tacita resultans tùm ex receptione medietatis in pecunia sine præiudicio
2 residui, † quod proculdubio præsumendum est eiusdem qualitatis, nè vna, & eadem dos diuerso iure censeatur, Nin. *cons.12. num.7.* Giurb. *in consuet. Missan. cap.15. glos.1. nu.14.* Rot. *in Vrbeuetana legati 4. Maii 1648. coram bo: mem: Bichio*, tùm ex assecuratione, & hypotheca fa-
3 cta, per virum super omnibus suis bonis, quæ pariter † constitutionem dotis in quantitate præsefert, Gabr. *cons. 60. num.3. lib.2.* Mant. *de tacit. lib.12. tit.28. num.28.* Grat. *disc.489. num.8.* nec refert, quod pro dicto residuo tradita sint stabilia, † quia data præsumuntur loco quantitatis 4
antecedenter promissæ, non autem pro constituendo fundo dotali, Bec. *cons.42. num.6.* Honded. *cons.41. num.5. & seq. lib.1.* Bero. *cons.63. num.5. lib.3.* Cephal. *cons.351. num.37. & seq. lib.3.* Rolan. à Valle *cons.92. per tot. lib. 2.* Rota *dec.282. num.5. coram Caualerio, & in Romana, seù Ianuen. dotis 2. Decembris 1665. §. minus facit coram me.*

Item concurrit consuetudo Pirri dotandi suas filias in quantitate, & loco promissæ quantitatis stabilia consignandi, † vt patet ex instrumento dotali Paradisæ sororis Fauntillæ, *d. Summ. nu.5.* & ponderauit Rota coram 5
Durano, *dec.41. nu.3. & in Romana de Lancellotis 14. Iunii 1655. coram Reuerendiss. Zarate.*

Insuper accedit confessio Bernardini hæredis Fauntillæ emissa in instrumento restitutionis dotis, in quo apertè dicitur dotem fuisse in quantitate constitutam, idque asserunt tres testes, qui † licèt deponant de auditu, 6
& sic non probent, faciunt tamen adminiculum, Dec. *cons.82. num.2.* Ruin. *cons.106. num.17. lib. 5.* Cæsar. de Grassis *dec.6. num.7.* Greg. *dec.248. num.6.* maximè quia nedum de simplici auditu, sed etiam de publica voce, & fama testificantur.

Omnia autem prædictam simul considerata, excludunt suspicionem antidatæ † adductam contra supradi- 7
ctam quietantiam, Rota coram Buratto *dec. 905. num.6. ibique* Add. *nu.9. & dec.533. nu.13. par.5. to.2. rec.* & vlteriùs plenè probant dotem in pecunia non in stabilibus consistere, quia si ad probandam constitutionem dotis, quæ
† est substantia sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, 8
l. cum citrà, & ibi glos. Cod. de iur. dot. Peregr. *dec.34. n.4.* Ciriac. *contr.29. nu.20.* Grat. *disc. 362. nu.7.* Rota *dec.588. nu.2. par.1. diuers. & dec.295. nu.2. part. 5. rec.* multò magis sunt admittendæ ad probandam eius qualitatem, quæ
† leuiores requirit probationes, Surd. *cons.94 n 26. & seq.* 9
Menoch. *cons.93. num.15.* Cephal. *cons.170. num.24. & 25.* Rimin. *consil.254. num.11.* Grat. *discept 306. num.34.* Surd. *dec.212. num.4.* Maximè cum sint conformia præsumptioni iuris, quod dos censeatur constituta, in quantitate, nisi contrarium concludenter probetur, † semperque ad 10
exclusionem fundi dotalis est in dubio interpretandum,
† eo quia vtiliùs est vxori, vt notat *glos. communiter recepta in l. si inter verbo æstimatæ, C. de iur. dotium,* Bald. 11
in l.1 sub num.7 C. eod. tit. Mant. *de tacit. lib.12. tit.24. nu. 31.* Grat. *discept.932. nu.12.* Rot. post Merlin. *de pign. dec. 74. nu.13.* Duran. *dec.41. nu.1. & in dicta Vrbeuetana Legati 4. Maii 1648. coram bo. m. e. Bichio.*

Hinc ruunt fundamenta decisionis, cum enim dos constituta † in quantitate transeat in dominium viri, *l. si* 12
inter, C de iur. dotium, Surd. *cons.225. n.2.* Honded. *cons. 41. n.4. lib.1.* Seraph. *dec.1342. nu.1.* Buratt. *dec.361. nu.10. & ibi addit. num.14.* potuit Lambertus maritus vti debitor quantitatis illam in pecunia restituere, & pro † quarto 13
dotali sibi debito vigore Statuti stabilia in solutum tradita retinere, *l. quoties, & l. in dote, C. de iur. dotium,* Mantic. *de tacit. lib.12. tit.28. nu.31.* Seraph *d. dec.1332. nu.1.* Merl. *dec.517. num.5.* & per consequens nulla considerari potest facta alienatio à Bernardino hærede in huiusmodi receptione dotis, itaut fideicommissarij valeant alienata reuocare, † quia fideicommissum institutum in casu alie- 14
nationis, non habet locum non sequuta alienatione vt colligitur ex Textu *in l. fil. fam. §. cum Pater, ff. de leg.1. l. vnum ex famil. §. sed si vno, l. peto, §. fratre, & l. cum Pater, §. libertis, ff. de leg.2.* & sentiunt Soccin. Sen. *cons. 43. num.9. lib.4.* Bursatt. *cons.3. num.6. lib.1.* Peregr. *de fideic. art. 14. num.8. & alii relati in dec. quæ reuidetur §. de fideicommisso.*

Vndè non obstat, quod in consignatione bonorum stabilium nulla præcesserit æstimatio, per quam facta sit emptio, & venditio, quia cum ex supradictis constet de constitutione dotis in quantitate, † æstimatio censetur 15
facta à lege pro pretio, quo tunc bona valebant, Soccin. Sen. *cons.60. lib.3.* Couar. *pract. quæst. cap.28. vers. Secundo apparet,* Afflict. *dec 270. & ibi adden.* & firmauit Rota coram Seraph. *dec.1207. n.1.* idque arguitur ex supra ponderata consuetudine eiusdem Pirri, qui dotauit sororem Fauntillæ in pecunia consignando stabilia præuia sola æstimatione contrahentium, *dicto Summ. num.5.*

Pro-

Prout non releuat assertio mulieris facta in testamento
16 quæ dixit velle disponere de suis bonis dotalibus; † nam ex prædictis detegitur erronea, & proinde non venit attenda, Aym. *cons.* 157. *num.* 8. & 9. Soccin Iun. *cons.* 180. *num.* 85. *lib.* 2. Ceph. *cons.* 377. *in fine lib.* 3. Bellamera *dec.* 591 *in* 4. *Fallen.* vel saltem est simplex enunciatiua, quæ
17 nihil probat, † quando, vt hic, principaliter agitur de enunciato, Paris. *cons.* 94. *numer.* 19. *libr.* 1. Decian. *cons.* 348. *in fin.* Put. *decision.* 371. *numer.* 2. *lib.* 1. & *decis.* 38. *nu.* 26. *par.* 5. *rec.*

Cumque ex prædictis appareat verè dotem in pecunia consistere Domini dixerunt cessare quamcumque quæstionem fideicommissi, & sic à decisis esse recedendum.

Et ità vtraque, &c.

In hac eadem causa adest ratiocinium Iacobi Philippi Massolæ secundùm primam Decisionem sic vt supra reuocatam, & est ratiocinium 41. Præsens autem decisio fuit etiam confirmata sub die 16. Ianuarii 1669. coram eodem R.P.D. Ottalora.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Firmana Fideicommissi.

Lunæ 28. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

De liquidatione fructuum bonorum stabilium, iuxtà præsumptionem iuris, & *textus in authentic. perpetua, C. de Sacrosanct. Eccles.* in hac decisione tractatur; quæ eò magis procedere dicitur, quando, prout hic, per testes etiam ad perpetuam rei memoriam examinatos, illius præsumptio coadiuuatur.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum bonorum stabilium iuxtà taxam legalem fit ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno.*

Prædia rustica, & fructifera secundùm præsumptionem iuris reddunt in fructu scuta quinque pro centenario, & anno, & quando nu. 1. & 2.

Text. in auth. perpetua, C. de Sacrosanctis Ecclesiis *traditur, & declaratur nu.* 1. *cum seqq. & per totam decisionem.*

2 *Taxa legalis in materia liquidationis fructuum ad rationem quinque pro centenario semper admittitur quoties non probatur minor quantitas fructuum.*

3 *Instrumenta plenè probant quanti bona empta sunt, & vendita.*

Valor rei benè, & concludenter probatur ex instrumento emptionis, & venditionis illius, numer. 3.

4 *Condemnatio fructuum fit à die motæ litis vsque ad diem dimissæ possessionis.*

5 *Testes ad perpetuam rei memoriam coadiuuant præsumptionem fructuum ad rationem quinque pro centenario secundùm taxam legalem.*

Liquidationis materia vti difficilis probationis admittit leuiores probationes, & etiam testes ad perpetuam rei memoriam examinatos, nu. 5.

DECISIO LXX.

STEPHANVS, & Sabastianus fratres de Natinguerra vti vocati ad fideicommissum q. Petri Simeonis Natinguerra eorum Patrui, tres sententias Rotales super immissione in possessionem vnius Predii nuncupati Marini Beccarii à Vincentio Luchetto, & Ludouico Bolognesio detenti reportarunt vnà cum condemnatione fructuum à die motæ litis; Vndè in vim trium conformium expedito mandato de immittendo, eoque executioni demandato institerunt pro liquidatione eorumdem fructuum, quos esse liquidandos quatuorcentum, & vndecim ba. 96. hodie Domini censuerunt.

Habito enim respectu ad valorem Prædii, & ad tempus durationis litis liquidatio prædicta correspondet taxæ legali, nempè scutorum quinque pro quolibet centenario, † & anno, quæ semper admittitur, quando, prout 1
hic agitur de prædiis rusticis, & fructiferis, vt disponitur *in authentica perpetua, verbo iusta, C. de Sacrosanct. Eccl.* quam sequuta fuit Rota *cor. S. me. Gregor. d.* 553. *n.* 8. & *decis.* 448. *n* 3. *p.* 2. & *dec.* 718. *n.* 1. *p.* 4. *to.* 3. *rec.* & præsertim quousque concludenter non probetur † prædium minores 2
fructus reddidisse, vt fuit dictum *in Firmana domus, seù fideicommissi* 23. *Martii* 1661. §. *respectu verò co R.P.D. meo Albergato, & in Prænestina Simulationis contractuum* 29. *Maii* 1665. *in fine cor. bo. me. Verospio.*

Et quidem valor satis remanet iustificatus, ex publicis instrumentis datis in Summ. Stephani nu. 4. 5. & 6. ex quibus apparet Prædium, de quo agitur, fuisse ad minus venditum pretio scutor. 948. num. 5. ad rationem florenorum septuaginta pro quolibet mediolo terreni oliuari, & florenorum triginta pro quolibet modiolo terreni aratiui;
† per instrumenta enim emptionis, & venditionis plenè, 3
& concludenter probatur valor rei, Baldus *in leg.* 2. *nu.* 27. *vers. deuuò quæro, C. de rescind. vend.* Mascard. *de prob. concl* 657. *nu.* 9. & fuit resolutum *in Auximana fideic.* 26. *Maii* 1642. §. *valor autem cor. bo. me. Dunoz.*

Lis verò mota fuit sub die decimasecunda Decembris anni 1657. *dicto Summ. nu.* 3. & terminauit sub die vigesima prima Augusti anni 1666. quo fuit dimissa possessio, † & 4
sic pro nouem annis, & mensibus octo durationis eiusdem litis ascendunt fructus ad supradicta scuta quatuorcentum vndecim ba. 96. iuxtà calculum datum in *Sum nu.* 2. Cumque Luchettus possederit Prædium pro capitali scut. 803. 32. & Bolognesius pro residuo scut. 145. 32. cum dimidio, vt fuit ostensum in *dicto Summ. nu.* 6. & 7. quilibet tenetur ad fructus pro sua rata; Vndè respectu portionis Luchetti fructus à die motæ litis ascendunt ad scuta 248. 88. respectu verò portionis Bolognesii ascendunt ad alia scuta 63. 10. cum dimidio, vt patet ex supradicto calculo.

Quod autem Prædium sit bonæ qualitatis, adeò vt fructus reddere potuerit ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno, vltrà præsumptionem legale comprobatum remanet ex testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis datis in eodem *Summ. nu.* 7. † quo- 5
rum attestationes satis conferunt in hac materia liquidationis fructuum, in qua tamquam difficilis probationis, leuiores probationes admittuntur, Bald. *in l.* 1. *num.* 22. *C. de fructib. & litium expensis*, Corneus *cons.* 301. *in fine lib.*.. Surd. *cons.* 293. *nu. vlt. cum aliis cumulatis dec.* 271. *nu.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Decisiones omnes concordantes in hac causà adnotauimus suprà ad decisionem.

R. P. D. TAIA.

Æsina Fideicommissi.

Mercurii 28. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Cum sæpiùs in fideicommissariis substitutionibus alternatiua dispositio resoluatur in coniunctiuam, in præsenti Decisione disputatur; An substitutio alicui facta in eum casum, quo institutus sine filiis decederet, aut bona Testatoris alienaret, purificata remaneat per solam deficientiam sine filiis, vel requirat vlteriùs etiam alienationem secutam & magistralitèr resoluitur substitutum admitti quoties institutus simplicitèr sine filiis decederet.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio alicui facta in casum obitus, aut in casum secutæ alienationis, vt purificata remaneat, au requirat existentiam vtriusque conditionis, vide per totam.*

Alternatiua resoluitur in coniunctiuam, & quando num. 1. & seqq.

2 *Substitutio alternatiuè concepta fauore filiorum resoluitur in coniunctiuam, & sup. num. 1. & seqq. vbi amplia.*

Alternatiua resoluitur in coniunctiuam non solùm fauore propriorum filiorum, verùm etiam fauore filiorum extranei, nu. 2.

3 *Alternatiua faciliùs resoluitur in coniunctiuam, si in præcedenti parte orationis fuit posita pro coniunctiua.*

4 *Disiunctiua posita inter personas accipitur pro coniunctiua.*

5 *Substitutus in casum obitus, aut in casum secutæ alienationis admittitur etiam in altero ex supradictis casibus, & vide per totam.*

6 *Filii semper admittuntur siuè expressè fuerint substituti, siuè præferantur substitutis.*

7 *Pater, si non solum filium prætulit substituto verum etiam eius liberos, prudens consilium fecisse dicitur.*

8 *Ecclesia non suscipit hæreditatem illius, qui exhæredato filio, illam hæredem instituit.*

S. Augustinus nolebat exhæredari filium, vt instituetur Ecclesia nu. 8.

9 *S. Hieronymus docebat priùs hæreditatem esse partiendam cum propriis filiis, & Christo, quam illam totam filiis derelinquere.*

Pater primum meminisse debet animæ suæ vt propriam substantiam potiùs diuidat cum filiis, & Christo quam totam filiis derelinquat, numero 9.

10 *B. Paula, toto orbe celeberrima, proprios spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis hæreditatem (Christi nempè misericordiam relinquere) loquebatur.*

11 *Conditiones alienationis, & mortis respiciunt diuersa tempora nam alienatio pertinet ad tempus, vitæ, mors autem ad tempus hominis defuncti.*

12 *Conditio in casum obitus, aut in casum alienationis succedit vna post aliam, & vide sup. numer. 11.*

13 *Substitutus in casum mortis sine filiis, aut in casum alienationis admittitur etiam in altero ex supradictis casibus, si eodem quoque modo fuit facta præcedens substitutio filiorum.*

Filiorum fauor non consideratur, vbi quis sine filiis decesserit nu. 13.

14 *Substitutio si sine filiis, aut institutus alienasset, si simultaneè verificari debuisset, deficeret in ea ratio legis, cum potuisset substitutus alienare, & filios relinquere, qui tamen non succederent.*

DECISIO LXXI.

MARIA instituit hæredem Iosephum filium expressa prohibitione alienandi totum, & partem, cum pœna priuationis ipso facto, & ipso iure totius hæreditatis recasuræ, & deuoluendæ subitò ad filios ipsius Iosephi sine aliqua deductione, quas expressim in quantum potuit, prohibuit, vt bona conseruentur pro filiis eiusdem Iosephi, vt possint viuere, & substentari; Et casu, quo Iosephus moreretur sine filiis, aut non habens filios masculos, vel fœminas alienaret quidquam, voluit ipsa Testatrix, vt similiter subito idem Iosephus filius priuatus sit hæreditate, & bonis, & omnia sine diminutione ipso iure, & ipso facto deuoluta sint, & acquisita Conuentui S. Dominici Ciuitatis Æsii, sicut etiam voluit, vt in casu delicti, & confiscationis tota hæreditas intelligatur acquisita dd. filiis, & in defectu filiorum tali casu vt supra d. Conuentui &c.

Mortuo Iosepho sine filiis, & instante Conuentu substituto pro Immissione in possessionem fideicommissariæ hæreditatis hæredes Iosephi, & Cessionarii hæredum excipiebant, & vnus ex DD. recipiebat, exceptionem cuiusdam coniunctionis conditionum (& si disiunctarum) nempe moriendi sine filiis, aut alienandi quidquam nè si Iosephus alienasse extranei excluderent nepotes Testatricis, vnde si substitutio directa sit filiis disiunctiue, † disiuncta accipitur pro coniuncta §. *item si Pater l. si is qui* 14. *ff. de reb. dub. & ibi Gloss. vlt, in fin. cum aliis allegatis, & præcipuè §. vltimo l. 6. C. de inst. & substit. & ad litteram notauit* Bart. *in dicto §. item si Pater* Altograd. Sen. *consi.* 60. *nu.* 1. *à vers. Alternatiuam enim lib.* 1. *&* Altogr. Iun. *contr.* 33. *num.* 28. *à vers. tum etiam quia cum aliis, & maximè* Mantic. *de Coniect. vlt. volunt. tit.* 12. *nu.* 28. *à vers. id quod debet etiam restringi lib.* 4. Peregr. *de fideicommis. art.* 13. *nu.* 34. *vers. limitatur tamen* Fusar. *de substit. qu.* 455. *nu.* 17. Rota cor. Mant. *dec.* 249. *nu.* 8. tamen est liberorum priuilegium, vt etiam extraneorum liberis medeatur, *d. l. 6. sub init.* & maximè 2
ex alia disiunctiua pro coniuncta expressa † in eodem filio 3
non habente filios masculos, vel fœminas apud ipsum Altograd. Senior. *d. loco* & disiuncta inter personas posita † 4
pro coniuncta, *leg.* 3. *Cod. de verb. signific. & ibi notat.* Bald.

Communiter tamen DD. decreuerunt immissionem Conuentui, & hæc reiecerunt hærentes proprietati disiunctiuæ conditionis, † & potius duarum disiunctiuarum 5
& regulæ ipsarum, ex testibus elementariis, §. *si plures Instit. de hæred. Instit. &c.* & supradictæ limitationis placuit aliqua sublimitatio.

Nisi extra limitationem, & regulam, res est vbi Testatrix ante suprascriptam substitutionem adiecerat Institutioni conditionem, aut modum cum expressa prohibitione alienationis, & pœna priuationis Iosephi, & deuolutionis ad filios eius vt bona conseruarentur pro filiis ipsius, † vel substituendo filios, vel præferendo tantum sub- 6
stitutis *ad l. Lucius* 85. *in fin ff. de hæred. Instit.* & postea prosequens defectum filiorum substituit antea in casu mortis sine filiis, postea in casu alienationis expressim, si Iosephus non haberet filios masculos, vel fœminas, & prudens consilium Testatricis animaduertitur, † non enim 7
filium solum prætulit substituto Conuentui. Sed & eius liberos *d. l. Lucius* etiam Ecclesiæ ad sententiam *S. Augustini*, qui † exhæredato filiorum, & hærede facta Eccle- 8
sia non suscipiebat hæreditatem, *Can. vlt.* 17. *q. vlt. citra sententiam S. Hieronymi*, qui meminisse primum Animæ suæ, & ipsam putare esse de filiis, & partiri potiùs cum 9
filiis, quam omnia filiis derelinquere, imò Christum liberorum suorum facere Cohæredem consulebat *Epist.* 150. *p.* 1. & multo magis citra exemplum celebris Paulæ quæ spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos maiorem 10
se eis hæreditatem Christi misericordiam dimittere loquebatur apud ipsum *S. Hieronymum Epist.* 27.

Atque ita disiunctio non est conditionum vnius substitutionis, sed plurium, & omnium in omnibus casibus substitutionum, quibus mater substituit filio si essent filii, siue alienanti, siue morienti filios eius, aut certè morientis filios prætulit substitutis, & nisi essent filii, siue alienanti, siue morienti. Conuentum disiunctis conditionibus pro disiunctis distinctisque substitutionibus.

Præterea limitatio præcipua visa est quod adhuc hæ conditiones alienationis, & mortis respiciant diuersa tempora; † nam alienatio pertinet ad tempus viuentis 11
Iosephi mors autem ad tempus defuncti ad allegata à Fusar. *d. q.* 55 *n.* 23. quamquam vni ex DD. videretur Fusarius, & Fusariani sublimitatio quando Conditiones respicerent diuersa tempora, & essent positæ non, vt essent æquè principales, sed vt vna post aliam succederet, Inquit Fusar. † Aliis enim DD. tales visæ sunt, vt vna post 12
aliam succederet si Iosephus non habens filios alienaret, vel non alienando moreretur sine filiis, & paucis tempore mortis succedente post tempus vitæ, vt supra.

Sed maximè, & ferè vnire placuit, ex subscriptis, quod Testatrix filio habenti, filios, & morienti cum filiis vtroque casu alienationis, & mortis substituit filios, & non habenti ac morienti, sine filiis pariter vtroque casu substituit Conuentum, & piam causam, & nullus est 13
fauor filiorum non quia Iosephus fortè mortuus sit sine filiis, quod nihil interest Alex. *ad d. l. 6. in princ. nu.* 1. *vers. & etiam è conuerso* Dec. *nu.* 2. *vers. tenenda est* Rota coram Mantic. *decision.* 247. *numer.* 9. *à vers. neque vide obstare*, Sed quia per substitutionem filiorum deficit ratio legis † si 14
forsitan Iosephus alienasset quidem posteritatem autem ha-

habuisset &c. *dicta l. 6. verf. cui enim nempe ibi destinctam, & ab Iustiniano restitutam, hic verò substitutam.*

Et ita vtraque parte &c. decisum fuit Conuentui dandam esse Immissionem exceptionibus pro parte Paulæ Sororis Patruelis d. Mariæ, ac hæredis ab Intestato Iosephi aut Vincentii dictæ Paulæ Cessionarii adductis non obstantibus &c.

REVERENDISSIMO DOMINO CERRO Decano.

Romana Testamenti.

Veneris 4. Martii 1667.

ARGVMENTVM

Quod ad validitatem testamenti nuncupatiui, nuncupatione implicita omninò requiratur consignatio Schedulæ ipsius testamentis propriis manibus Notario facienda in hac decisione firmatur: quando tamen, prout in præsenti Schedula penes testatorem extabat, cum alioquin sufficiat habere relationem ad illam.

SVMMARIVM.

1 *Testator debet nomen hæredis coram testibus palam exprimere, & quomodo vide, num. 5. & seqq.*

2 *Testamentum nuncupatiuum, nuncupatione implicita vt valeat sufficit probare filiorum identitatem.*

3 *Testis contra inducentem plenè probat.*

4 *in Testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita sit necessaria consignatio Schedulæ, seu foliorum facienda Notario, & nu. seqq.*

Testator in testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita potest habere relationem ad schedulam penes tertium existentem, numer. 4. & seqq. vbi vide.

5 *Schedula testamenti vbi est præsens, requiritur quod testator illam propriis manibus Notario consignet, si verò fuerit alibi sufficit habere relationem ad illam & nu. 6.*

6 *Testamenti Schedulam si testator habeat præsentem, non solum requiritur illius consignatio facienda Notario, sed cauthela est, quod idem Notarius scribat consignationem in dorso illius.*

7 *Testator in testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita proferre debet verba dispositiua.*

8 *Testator si in consignotione Schedulæ facta Notaris dixerit in ea esse scriptum eius testamentum, & voluntatem sufficit.*

9 *in Testamento nuncupatiuo, nuucupatione implicita sufficit assertio Notarii dicentis testatorem illud sibi consignasse, suumque esse testamentum affirmasse, & quando ibidem.*

10 *Notarii assertio testatorem dixisse Schedulam ipsi Notario consignatam suum esse testamentum excluditur, quoties consignatio eiusdem Schedulæ non remanet sufficienter probata.*

11 *Suspectus in vno, talis reputatur in omnibus.*

12 *Clausula codicillaris non substinet testamentum deficiens in nominatione hæredis.*

Clausula codicillaris non tollit nullitatem prouenientem ex defectu voluntatis, nu. 12.

13 *Statutum Vrbis libr. 1. capit. de lucro dotis tamquam loquens in casu simplici existentiæ filiorum communis matrimonii, non habet locum in casu mixto filiorum alterius matrimonii, & quando nu. seqq.*

14 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. de lucro dotis recipit interpretationem passiuam à l. hac æditali C. de secundis nuptiis.*

15 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. de lucro dotis habet etiam locum existentibus filiis alterius matrimonii, quoties illi inæqualitatem non recipiunt.*

DECISIO LXXII.

ATTENTA nullitate testamenti Cassandræ dictum fuit coram me 14. *Maii præteriti* non deberi legatum scut. millie ibidem Alexandro virò relictum, lucrum verò dotale deberi iuxtà dispositionem Statuti Vrbis, & expressam conuentionem de illud lucrando in Instrumento dotali adiectam, & hodie DD. præfatam resolutionem in omnibus confirmarunt.

Si quidem testamentum, cuius vigore petitur legatum non potest substineri, cum nomen hæredis non fuerit per testatricem † coram testibus expressum iuxta *text. claros in §. hæredes palam 21. de test. l. iubemus 29. C. eodem l. vltima ff. de hæred. instit.* 1

Et quamuis prætendatur Cassandram testatricem consignasse coram testibus nonnulla folia Notario asserendo in eis esse scriptum eius testamentum, & voluntatem; Ideoque ad validitatem huiusmodi testamenti nuncupatiui † nuncupatione implicita satis sit probare foliorum identitatem ex doctrina Bart. *in l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstr.* Nihilominus deficit in facto probatio talis consignationis schedulæ, seu foliorum factæ per testatricem, quinimo potius excluditur ex duobus testibus testamentariis, & D. Laurentio, altero teste optimè informato, ac inducto ab eodem Alexandro, qui proinde contra ipsum inducentem plenè probat ex allegatis in alia decisione §. *parum obstante.* 2 3

Non obstat quod actus consignationis non sit necessarius, † cum testator possit habere relationem ad schedulam penes tertium in diuerso loco existentem iuxta casum Bart. *in d. l. si ita scripsero*, vbi scriptura reperiebatur penes Guardianum S. Francisci. 4

Etenim vbi schedula non est præsens, sufficit quidem quod testator habeat relationem ad ipsam, nam per certam indicationem loci, seu personæ penes quam illa existit certo modo demonstrat testibus hæredem, eum nempè, qui ibidem descriptus reperitur; † at quando schedula est præsens, prout in proposito, quia reperiebatur in cubiculo testatricis, de necessitate requirebatur, quod ipsammet Cassandra propriis manibus illam consignasset Notario, ad effectum, vt nominatio hæredis pro validitate testamenti omnia requisita implicitè resultaret ex illa schedulæ porrectione, vt benè probant Spada *conf. 90. n. 5. verf. vltra quod & num. 3 & seq. ac conf. 92. per totum, & alii in dec. relati §. requiritur*, Et ponitur pro cauthela ab omnibus scribentibus, † quod vbi schedula est præsens debeat Notarius scribere rogitum huiusmodi consignationis in dorso ipsius *Clar. in §. testamentum quæst. 4 verf. sed pone circa finem* Altograd. *conf. 96. num. 13. lib. 2.* Rota cor. Durano *decision. 180. num. 3. & 4.* cum aliis per Adden. ad Buratt. *decision. 475. numer. 2. versic. Tertius casus.* 5 6

Prætereà subsistit altera nullitas ex quo non probatur Cassandrum protulisse verba dispositiua, † quemadmodum in traditione requiritur pro forma substantiali testamenti nuncupatiui, nuncupatione implicita, vt præter allegatos in *decision. §. requiritur tamen*, plures alios congerit modernus Altograd. *consil. 50. numer. 8. & seqq.* 7

Nec releuat quod Notarius in rogitu consignationis asserat Cassandram sibi tradendo folia dixisse in eis esse scriptum eius testamentum, & voluntatem, † quæ verba ad istum effectum sufficere firmauit Rota *in Senogalien successionis 29. Ianuarii 1652. §. nec est necessarium cor. Cardin. Corrado.* 8

Quia in casu d. Decisionis assertio Notarii erat conformis cum testium depositionibus, ex quibus verè constabat testatorem talia verba protulisse. At secus est in proposito vbi fides Notarii redditur valdè suspecta, cùm testes, vt supra dictum est, concludant Cassandram folia eidem propriis manibus non consignasse prout ipse in Instrumento supponit; Exclusa enim consignatione foliorum, † multo minus ei credendum est dum dicit Testatricem in eodem actu asseruisse in eis esse scriptum suum testamentum, vt in puncto aduertit idem Spada *conf. 90. lib. 1. nu. 1.* & est vulgaris conclusio quod suspectus in vno, † talis 9 10 11

repu-

reputatur in omnibus, vt per Bald. *in leg. si ex falsis nu. 15. vers. ista est veritas C. de transact.*

Clausula verò codicillaris nihil operatur ad sustinendum huiusmodi testamentum, quia cum ex prædictis deficiat nominatio hæredis, & sic nullitas oriatur potiùs ex
12 defectu voluntatis, quam solemnitatis, † planum est ex clausula codicillari illam non suppleri, Dec. *in l. præcibus C. de impub. & aliis substit.* Baldus *cons. 170. num. 10. lib. 1.* Giouagnon. *cons. 32. num. 4. vers. quia alioquin lib. 2.* Rota *dec. 519. nu. 6. par. 1. recent. & in Rom. de Marescottis 18. Maii 1648 §. nec pariter vers. Eodem enim modo cor. Reuerendiss. D. Imolen.*

Quo vero ad lucrum dotale fuit pariter confirmata Decisio non obstante, quod denuo fuerit repetitum obiectum quod statum Vrbis de lucrò dotis *cap. 131.* vti in casu sim-
13 plici existentiæ filiorum communis matrimonii, † non habeat locum in concursu Iacobi Constantini ex antecedentibus nuptiis suscepti, vt per Socc. Sen. *cons. 52. sub nu. 5. lib. 3. cons. 35. nu. 6. & 7. lib. 4.* Rota *dec. 406. nu. 14. p. 9. & 305. nu. 16. p. 10. rec.*

Quia adhuc placuit responsio, quod statutum huius-
14 modi recipiat interpretationem passiuam à † *l. hac ædictali C. de secundis nuptiis, vt admittit idem* Soccin. Sen. *loco citato, &* Rota *in allegatis decisionibus*, in tantùm non esset admittenda illius dispositio, in quantum filii prioris matrimonii contra tenorem d. legis hac ædictali reciperent
15 inæqualitatem; † Vndè cùm hæc ratio inæqualitatis cesset respectu summæ petitæ ab Alexando scut. 1500. vt altera pars non controuertit, vtique quoad illam non prohibetur intrare statutum, vt dixit, Rota *in Romana Successionis 14. Iunii 1647. §. deindè coram Cardinali Corrado, & pluribus relatis comprobat alia Decisio §. finali.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio supra in hac eadem causa emanata sub die 14. Maii 1666. coram eodem Eminentissimo Domino Cerro, reperitur impressa in præcedenti par. 14. in ordine 467. quo loci etiam alia quoque in eadem causa habetur decisio super remissoria quæ similiter est in ordine 359.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

De obligatione Præpositi, vel Institoris plura in præsenti decisione deducuntur; prout etiam quando facultas substituendi censeatur Procuratori attributa; & an illa sit necessaria in Procuratore ad negotia, eaque substitutio, cuius periculo cedat, substituentis ne, vel ipsius domini; hincque plura de clausula *cum libera* in mandatis apponi solita discutiuntur; Et tamdem, ex quibus resultet probata versio pecuniarum, quod æque, in principio, ac in fine eiusdem decisionis comperies.

SVMMARIVM.

1 *Præpositus in aliquo negotio rectè potest in illo obligare præponentem, & eius hæredem.*
2 *ab Executore gestum censetur ab ipso testatore prouenire, cùm Executores, & fideicommissarii organi partes exercere dicantur in iis, quæ ipsis demandata sunt.*
3 *Mandatum speciale suppletur ex clausula* cum libera *quoties dilapidationis, aut gratuitæ remissionis exceptio non adsit.*
4 *Executor si fidem non seruet, aut illam perdat, totum, ex eo detrimentum redundat in præponentem.*
Præponens habet ius saluum aduersus suum executorem, quoties ille detrimentum substituit ob fidem ab eo non seruatam, aut etiam amissam, num. 4.
5 *Versio pecuniarum probatur dum apparet satisfactum fuisse causæ in quam erat pecunia conuertenda, maximè si id factum fit incontinenti, & numer. 28.*
6 *Creditum remanet plenè, & concludenter probatum ex solidationem computorum.*
7 *Procurator habens facultatem substituendi, substituendo non tenetur de facto substituti, & vide numer. 12.*
Procurator substitutus censetur constitutus à Domino ex facto, & persona Procuratoris substituentis, num. 7.
8 *Substitutio Procuratoris expirat morte substituentis.*
9 *Nominis quæstio sapit sophisticam definitionem.*
Definitio est in iure periculosa, nu. 9.
10 *Institorem aliquem fuisse constitutum ex quibus remaneat comprobatum.*
11 *Substituendi facultas an fuerit concessa vel nè, cadit in Procuratoribus ad lites, non autem in Procuratoribus ad negotia.*
Procuratores ad negotia de iure habent facultatem substituendi, nu. 11.
12 *Substitutio facta per Procuratorem ad negotia constitutum cedit periculo substituentis.*
Substitutio Procuratoris facta iure proprio, non autem mandato ab homine cedit periculo proprio, numer. 12.
13 *Actio negotiorum gestorum datur contra eum, qui principaliter negotium gessit, non autem aduersus illius substitutum.*
14 *Mandatum* cum libera *nihilominus restringitur ad specificata, vltra quæ operari minimè potest.*
15 *Contrahenti cum aliquo imputandum est si illius conditiones, & qualitates non inquisiuit.*
16 *Facultas executori concessa regulatur ab omnimoda, & consueta fiducia ipsius testatoris erga eumdem executorem, aliisque etiam argumentis.*
17 *Negotiationis exercitium à patre pupilli vsitatæ censetur ab eo fuisse tutori permissum.*
18 *Agnitio partis debiti arguit agnitionem totius.*
19 *Soluens partem debiti totum agnouisse reputatur.*
20 *Cambiorum litteras qui acceptauit, & solutionem promisit, amplius pœnitere non valet.*
21 *Confessio plenè probat contra ipsum confitentem, amplia, vt ibidem, & nu. seq.*
22 *Impugnandi facultas non permittitur de eo quod in iudicio approbatum est.*
23 *Procurator non habens sufficiens mandatum ad solidandum computa, Domino non præiudicat.*
Procurator in materia præiudiciali Domino præiudicare non potest, nu. 23.
24 *Versio pecuniarum concludenter probari debet, dum ex alijs pecunijs fieri potuisset solutio.*
25 *Litteræ scriptæ alicui tertio regulariter non probant, limita vt nu. 29.*
26 *Creditum hypothecarium præfertur credito personali.*
27 *Priuatio præsupponit habitum.*
28 *Versio pecuniarum probatur, quoties traditio illarum semper comitata est negotium, quod erat faciendum iuncta præsertim proximitate temporis, & supra num. 5.*
29 *Epistolæ licet tertio conscriptæ de æquitate canonica num. 25.*
30 *Obligatio Cameralis contracta à præposito æque obligat præponentem, & eius hæredem, ac si cum ipsis negotium fuisset gestum.*
31 *Actionem hypothecariam præstat obligatio Cameralis.*
32 *Debitor gratificare non potest creditorem posteriorem in præiudicium anterioris.*
33 *de Attentatis opponi non potest, quando quis illis causam dedit.*
34 *Attentata non dicuntur commissa si aliquid post extinctam litem gestum sit.*

DE-

DECISIO LXXIII.

IN Decisione edita in hac causa sub die 5. Augusti Anni præteriti, quæque reuidetur, suspensa fuit resolutio super Iustificatione crediti Io. Francisci Gherardi ob discrepantiam suffragiorum, & capta pro exequutione mandati relaxati ab A.C. fauore Petri Nerlii ex eo quod d. Gherardus reputabatur attentate exegisse à communi debitore non citato dicto Nerlio, cuius certum, & inconcussum. Hodiè verò seriè facti multò melius exposita constitit DD. creditum Gherardi æquè subsistere, ac illud d. Nerlii, & exequutionem non citato concreditore fuisse ab eo legitimè factam, proindeque esse recedendum à decisis quod rescriptum iuxta mentem DD. afficit solum exequutionem mandati obtenti à dicto Nerlio cor. A.C. non autem illius creditum, quod nullatenus in dubium reuocatum est.

Iustificatio verò crediti Gherardi in scut. 5600 auri supra quamlibet exceptionem attolli visa est DD. nam Petrus Illudain qui d. summam accepit à Gherardo pro soluendis impensis expeditionum Datariæ huiusmodi negotiis præpositus fuerat ab Antonio Ongao *Summario* Gherardi præsentis *posit. nu.* 1. Quapropter in tali exerci-
1 tio † præponentem, & eius hæredem ritè potuit obligare, per *tex. in l. 1. in princ. cum tot. tit. ff. & C. de instit. act.* Bart. *in l. quicumque §. & non tamen ff. eodem* Grat. *discept. for. cap. 677. num. 23. & 28.* Rota *Ianuen. decis. 14. numer. 1. & pluribus seqq.* Giurb. *decis. 88. num. 9* Buratt. *decis. 239. num. 4.*

Præterea idemmet Illundain relictus fuerat à d. Antonio Ongao exequutor testamentarius cum pleno amplo, libero, & generali mandato d. Summ. num. 1. per quam
2 dispositionem id, quod ab executore gestum est, † censetur à Testatore prouenire, tamquam à causa efficienti, Executore, seu fideicommissario organi partes præstante in rebus spectantibus ad demandatam administrationem in quibus terminis loquitur, Bart. *in l. vnum ex familia, ff. de leg. 2* Bald. *in l. si quis ad declinandum C. de Episc. & Cler. cum aliis adduct. apud* Bart. *cons. 142. num. 3. vers. & si opponit, &* Abb. *cons. 110. numer. 4. libr. 2.* Quibus non ineptè applicatur conclusio, quod etiamsi desideraretur
3 mandatum speciale ad illa negotia: † omninò suppleretur vigore clausulæ, *cum libera &c.* cum non adsit exceptio dilapidationis, aut iuris gratuitæ remissionis, iuxta *l. Creditor 60. §. Lucius ff mandati, leg. filius famil. 7. ff. de donat. l. si Pater, ff. quæ in fraudem credit. glos. in leg. Procur. cui 58. ibique* Bart. *in princip. ff. de procurat.* Gratian. *discept. for. capit. 750. numer. 5.* Mantic. *de tacit. libr. 7. tit. 19. numer. 20. vers. quinimò, & num. 24* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 3. quæst. 101. num. 20.* Add. ad Gregor. *decis. 311. nu. 18.*

Hinc pro stabilienda securitate crediti Gherardi sufficere dixerunt DD. absque alia versionis inspectione, quod Illundain Executor declarauerit in litteris cambii se recepisse pecunias à Gherardo in causam administrationis sibi commissæ, creditæque *d. Summario numer. 4.* & si E-
4 xecutor fidem non seruet, aut illam perdat † totum ex eo detrimentum redundare in præponentem, saluo remanente iure contrahentis cum Executore, *trad. ab* Innocent *in cap. cum quibusdam num. 3. de fideiussor.* Bart. *in authent. hoc ius porrectum, vers. venio ad vltimam partem C. de sacros. Eccles. eumque ibi sequitur* Bald. Cast. *in l. si pretium vers. sed plus videtur ibique* Curt. Iun. *numer. 5. C. de procurat. idem* Bart. *in l. Ciuitas num. 7. ff. si cert. pet. in l. 1. §. non autem nu. 2. &* Castr. *nu. 4. ff. de exercit act.* Gutt. *post quæst. Canon. alleg. 1. num. 3. cum seqq.* Stracc. *de mercat. tit. de mandat. num 7. & seqq.* Dec. *cons. 329. nu. 2. & in proposito casu Executoris Testamentarii firmauit* Rot. penes Pacif. de Salu. *dec. 16. nu. 12. vsque ad 15.*

Attamen pro vberiori iustificatione crediti d. Gherardi versio benè probatur, dum illicò, & confestim apparet
5 ex datis *in Summario numer. 4. 8. & 9.* † satisfactum fuisse causæ, propter quàm Executor mutuatus erat pecunias à Gherardo, prout communiter tenent *DD. in l. Ciuitas, ff. si cert. pet. & præcipuè* Roman. Rimin. Senior. Alex. & alii relat. per Menoch. *de arbitr. cas. 432. numer. 38 & præsumpt. 55. numer. 8.* Merlin. *de pignor. tit. 1. quæstion. 5. numer. 71. & 72.* Surd. *decis. 55. numer. 9.* Buratt. *decision. 920. numer. 4. in final.* Adden. *ad eumdem decision. 546. numer. 10. &* Rota post Salgad. *in labyr. cred. decision. 16. numer. 28.*

Huicque veritati cedendo Sebastianus Guessa nepos Blasii Ongaii hæredis Antonii agnouit erogationem dictarum pecuniarum in expeditiones Datariæ, & vti Procurator d. Blasii solidauit computa in supradicta summa
scut. 5600. auri *d. Summario numer. 12.* † ex qua solidatio- 6
ne resultat etiam plena probatio crediti, Rebuff. *de lit. oblig. art. 6 glos. 3. num. 37.* Grat. *discept. 391. & discept. 728. vtrobique numer. 1.* Alex. *cons. 141. num. 4. libr. 6.* Rota *dec. 169. cor.* Eminentiss. Card. Otthob. *in Leodien. Pecuniaria 28. Iunii 1647. cor. bon. me. Bichio §. 1. & in Romana seu Marsicana pecuniaria 12. Maii 1662. §. iustitia verò coram me.*

Quam Iustificationem crediti d. Gherardi tot argumentis in facto, & in iure suffultam nequeunt subuertere quædam responsiones æquiuocæ pro parte d. Nerlii, & Ongai adductæ; Non quidem illa, qua prætendunt nullam facultatem institoriam d. Petro Illundain fuisse à Testatore attributam, sed vel Testatorem habuisse in
mandatis facultatem substituendi, & † substituendo Il- 7
lundain non teneri de illius facto cum censeatur constitutus à Domino mediante persona Procuratoris substituentis, vt notat *Gloss. in cap. 1. de procurat. in 6.* Salyc. *in leg. quod quis in 5. quæst. C. de procurat.* Io. Vinc. de Anna *alleg. 107. num. 3.* Franc. *dec. 212. per tot.* vel talem facultatem
substituendi non habuisse, † & substitutionem morte sub- 8
stituentis expirasse, *ex l. si quis alicui §. morte ff. mandat. & in §. item si adhuc instit. eod. tit.* Mantic *de tacit. libr. 7. tit. 23. num. 1.* Papon. *arrest. lib. 6. tit. 4. quæst. 15.* Capell. Tolos. *dec. 370. cum aliis apud* Golim. *de procurat. part. 4. cap. 4. nu. 31.*

Omissa enim quæstione de nomine † quæ saperet so- 9
phisticam definitionem in Iure periculosam, *ex leg. omnis definitio, ff. de reg. iur.* satis superque compertum habuerunt DD. Petrum Illudain fuisse præpositum expeditionibus Datariæ à Testatore per hæc verba: *Tam in negotiis extraiudicialibus &c. Petrum Illudain substituit, & in eius loco posuit cum omnibus facultatibus sibi attributis &c. dicto*
Summ. num. 1. † quæ significanter ostendunt, ac compro- 10
bant qualitatem institoriam, *iux. tex. in l. institor. cum l. seqq. ff. de instit. act.* Abb. *cons. 74. num. 2 par. 2.* Paris. *cons. 93 nu. 1. vol. 1.* Rota *Ianuen. dec. 14. nu. 2.* & censuerunt aduertendum conclusiones oppositas super facultate substi-
tuendi procedere in procuratoribus ad lites, † non autem 11
in procuratoribus ad negotia, qui ex iuris dispositione alios sibi substituere possunt, per *tex. in c. 1. §. procur. de procur. in 6. & in l. si procuratorem, §. si quis mandauerit, ff. mandat.* & quoties illud faciunt iure proprio penes illos resi-
dente, & non mandato ab homine, † talis substitutio ce- 12
dit periculo substituentis, vt distinguunt Archid. Io. Andr. Anchar. Gemin. Franch. & alii *in d. cap. 1. § procurator. in 6.* Io Vinc. de Anna *alleg 107. sub num. 5.* Grat. *discept 395. num. 8. cum duob. seqq* Barbat. *cons. 92. num. 5. lib. 5.* itaut actio detur contra eum qui negotia principaliter
gessit, & † non aduersus substitutum, *glos. in l. quod de-* 13
betur 52. in verb. præstatione ad med. ff. de pecul. per Tex. in l. nam & Senius 22. §. vltimo, ff. de negot. gest. l. non aduersus C. si cert. pet. l. petenti, ff. de pignor. act. relat. apud Grat. *d. discept. 395. nu. 16.*

Nec ista qua obiicitur facultatem Executoris effræna-
tam sub clausula *cum libera*, † restringendam esse ad spe- 14
cificata in dispositione Testamentaria, & non vltra operari posse, Ruin. *cons. 59. num 3 lib. 5.* Seraph. *dec. 831. nu. 5.* Buratt. *661. nu. 1.* & Gherardo imputandum esse quod
contraxerit † cum Illundain absque præuia inquisitione 15
illius conditionis, & qualitatis *l. qui cum alio, ff. de regul. iur. vbi* Dec & alii Alex. *in l. si procurator nu. 4. & 5. ff. de condit. & demonstr.* Rota *decis 134 nu. 17 p. 4. tom. 2. decis. 122. nu. 10. part. 7. rec. & apud* Zacch. *de oblig. Cam. dec. 37. num. 7.*

Cui replicari posset, quod etiam si aliquid ambiguè dispositum esset à Testatore circa facultatem commissam D.
Petro Illundain super expeditionibus Datariæ † regulan- 16
dum foret ab assueto viuendi genere Testatoris cum d. Illundain fiduciariam omnium illius negotiorum curam gerente, vt deposuit alter Executor *Summario* Nerlii præsentis positionis *numero vltimo*, & ab aliis argumentis vrgentem verisimilitudinem præstantibus, *l. cum in testamento 15. & l. quem hæredi 16. ff. de reb. dub. vbi* Paul. de Castr. *num. 1. & seq.* Barr. *in l. Theopompus, ff. de dot. præl.* Ruin. *cons. 21. num. 10. vol. 3. cum adduct. à* Couar. *in c. cum tibi in fin. de test. illius oper. tom. 2.* sicuti in non absimili cen-

setur

17 setur permissum Tutori exercitium † negotiationis visitatæ à patre pupilli, *arg.* 8. *in l.* 1. *§ si defunctus, ff. de reb. cor. & in l. idemque vers. sed hoc, ff. de soc.* Bart. *in l. Titium & Meuium §. alteram, ff. de administr. tut.* Socc. *cons.* 24. *nu.* 44 *lib.* 1. Ludou. *dec. Perus.* 37. *nu.* 31. *&* 34.

Verum enim verò superfluum est recurrere ad coniecturas proposito casu quia commissio negotiorum Datariæ non solum animo, sed & oculis cernitur demandata Petro Illundain per expressa verba Testamenti supra adducta *in §. omisso enim*, & propterea Iura allegata pro restringenda efficacia clausulæ *cum libera* in vsum transeunt prætenso contrarium. Quia Blasius hæres Testatoris agnouit, & approbauit creditum Gherardi in scut. 1500. in quadam ipsius epistola nepotibus conscripta, ibi: *Pietro Illundain mi dice ancora, che per dispacciar l'Ordinario che partì alli 4. di Giugno pigliò scudi* 1500. *dal Fratello cugino Mauritio Giribaldi*, qui est præfatus Gherardus *d. Summ. Gherardi num.* 6. in quo procedit conclusio, quod agnitio
18 partis † arguit agnitionem totius *ex Theoric. Bart. in l. & duobus, & si is qui res, ff. de leg.* 2. *quam sequitur* Afflict. *dec.* 13. *n.* 21. *& post eum* Menoch. *præsump.* 135. *n.* 15. *lib.* 3. que-
19 madmodum qui partem debiti soluit † totum illud agnouisse reputatur, *l. cum fidem*, *vbi* Bald. *nu.* 2. Salycet. *num.* 3. *C. de non num. pec.* Duran. *dec.* 324. *n.* 5. Buratt. *dec.* 486. *vbi plenè per* Adden. *num.* 8 *& seqq.* & in materia cambio-
20 rum qui acceptauit litteras, & promisit solutionem, † prout fecit d. Blasius non potest ampliùs pœnitere, ex notatis, apud Scacc. *de camb. §.* 2. *glos.* 7. *nu.* 69. *&* 76. & demum quia in positionibus datis cor. Eminentiss. Card. Celso 1. Aprilis 1658. creditum d. Gherardi Blasius approbauit, vti
21 contractum nomine hæreditatis Antonii, vnde † habetur plenissima probatio contra ipsius confessionem, Bart. & Ias. *in l. cum tale, §. falsa, de condit. & demonstr* Crauett. *cons.* 20. *n.* 11. Rot. *dec.* 38. *n.* 4. *p.* 7. *rec.* & interdicitur facul-
22 tas impugnandi, † quod in iudicio approbatum est, *l. si seruus §.* 1. *ibique* Bart. *nu.* 2. *& alii communiter*, *ff. de leg.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 53. *nu.* 33. *cum seqq.* Rota *dec.* 213. *nu.* 1. *par.* 8. *rec.*

Neque magis infensæ sunt supra firmatæ iustificationi crediti dicti Gherardi quatuor aliæ obiectiones. Prima quod confessio Blasii non respicit debitum contractum cum Illundaino, sed aliud diuersum cum Sebastiano Guessa, vt apparet ex quamplurimis reclamationibus emissis à Blasius illius, *Sum. dat.* 28. *Martii* 1664 *nu.* 1. 2. *&* 4. & in alio præteritæ posit. *nu.* 1. *&* 2. *& Sum. Nerlii eiusdem posit. n.* 4. vbi leguntur implacabiles comminationes contra Illundain cum declaratione non satisfaciendi credito prouenienti ex eius persona, nisi instante Gherardo in carceres detrudatur, & peiora ipsi accidant ibi videnda, & præcipuè *Sum. Gherardi hodier. posit. nu.* 7 Secunda quod Sebastianus Guessa sufficiens mandatum non habebat pro soli-
23 dandis computis, † vnde non potuit obligare Dominum in materia præiudiciali, Grat. *discept.* 948. *n.* 15. Rot. cor. Pen. 250. *n.* 22. *& penes* Merlin. *de pignor. dec.* 87. *nu. quoque* 10. Tertia, quod non constat de versione pecuniarum in expeditionibus Datariæ certa, & indubitata probatione vti re-
24 quiritur, † dum solutiones, & impensæ fieri potuerint ex aliis pecuniis, Rot. cor. Andr. *dec.* 33. *nu.* 11. *post* Fenzon. *ad stat. Vrb. dec.* 83. *§.* 1. *dec.* 169. *n.* 20. *&* 31. *p.* 10. *rec.* & Quarta quod assertiones fauore crediti Gherardi emissæ à Blasio in Epistolis ab eo scriptis Sebastiano Guessa, & Petro On-
25 gao nepotibus non debeant attendi, † quia litteræ scriptæ tertio regulariter non probant *alleg. in dec.* 717. *n.* 6. *p.* 2. *rec.* quodque in omnem euentum si qua probatio admitteretur pro sustinendo credito Gherardi inducere solum posset actionem merè personalem de in rem verso, & negotio-
26 rum gestorum, † vnde creditum d. Nerlii, vt supra hypothecarium semper esset præferendum per trad. à Merlin. *de pignor. lib.* 4. *qu.* 14. *nu.* 1. *& seqq.*

Quoniam DD. reiiciendam esse cuiuslibet consequentiam existimarunt, & quidem prima, dum in facto colligitur d. Gherardum nullam adhuc pecuniam subministrasse Sebastiano Guessæ quando Blasius agnouit creditum Gherardi in partitis memoratis in *d. Sum. Gherardi n.* 6. *&* 7. nam ibi Blasius respondet Epistolis ei scriptis de mensibus Iunio, & Iulio 1655. & Gherardus incepit dare pecunias d. Sebastiano Guessæ die 24. mensis Augusti sequentis *d. Sum. n.* 16. Et quoad reclamationes fulminatas à Blasio in Epistolis contra Illundain cognouerunt DD. illas non continere realem negationem crediti Gherardi, sed esse indolis iracundæ motus, & fragiles accensæ bilis igniculos ad conquassandam dictam iustificationem prorsus ineptos, cui rei benè conscius ipsemet Blasius postea se humaniorem ostendit *d. Summ. Gherardi nu.* 15. itaque ex sola facti inspectione remouetur prima obiectio.

Secunda tollitur eodem modo, patet enim Blasium dedisse mandatum pro solidandis computis *d. Sum. nu.* 11. & de hoc nullatenus ambigendum, quia d. Blasius ad subtrahenda iustificationum Gherardi fundamenta sollicitè, iniunxit Sebastiano Guessæ, & Petro Ongao nepotibus curam mandata procuratoria cremandi *d. Sum nu.* 13. † quæ 27
priuatio præsupponit habitum *l manumiss. ff. de Inst. & Iur* Rot. *dec.* 307. *n.* 4. *p.* 2. *dec.* 145. *n.* 3. *& dec.* 118. *nu.* 1 *p.* 8. *rec.*

Tertia optimè etiam refutari visa DD. ex eo quod traditio pecuniarum semper comitata est negotiorum expeditionem, vt videre est *in d. Summ. Gherardi nu.* 4. fasciculos dd. expeditionum Tabellioni Hispaniæ commissos, receptos fuisse à d. Blasio eodem *Sum. nu.* 5. *cum aliis sub nu.* 8. *&* 9. † quæ maximè inseruiunt ad probandam versionem 28
in vtilitatem Blasii, & in negotia Datariæ, iuxta rerum conuenientiam, & proximitatem temporum, vt præter *adduct. in §. Attamen*, concludunt in terminis versionis probandæ, Ripa *in l. si ventri §. fin. col. vlt. vers. secundus nu* 10. *de priuil. credit. glos. in auth. hoc ius porrectum in verb. probat. ibique* Bald. *n.* 8. *de sacros. Eccles.* Grat. *discept.* 94. *nu.* 11. 107. *nu* 20. *&* 360. *nu.* 32. Vbald. 221. *nu.* 6. *& seq.* Greg. *dec.* 31. *nu.* 2.

Quarta denique euincitur ex conclusione communiter approbata, quod Epistolæ licet tertio scriptæ † de æqui- 29
tate Canonica plenè probant contra scribentem Abbat. *in c.* 2. *n.* 8 *de fid. instr.* Put. *dec.* 12. *per tot. lib.* 2. Rot. *in rec. dec.* 153. *sub nu.* 9. *par.* 8. *in Romana pecuniaria* 18. *Iunii* 1658. *cor. Eminentiss. Card Celso, & in Romana, seu Caleritana Cambiorum* 28. *Iunii* 1666. *§. Altera verò cor. me.* Tum etiam ex eo quod suffragetur Gherardo obligatio Cameralis contracta à Petro Illundain Præposito, † quæ præponentem, & eius 30
hæredem æquè afficit, ac si negotium gestum fuisset cum Domino, *l. Prætor ait §. sed si seruus, ff. de eden. l. hæres absens §. apud* Labeonem *ff. de iud.* Rota *Ianuen. dec.* 14 *nu.* 1. *cum aliis supra recensitis in §. iustificatio*, ex quo sequitur Gherardo competere actionem hypothecariam, † quam 31
præstat obligatio Cameralis, Zacch. *de oblig. Cam. qu.* 5. *nu.* 37. vltra quod animaduertebant DD. non licuisse Blasio Ongao gratificari d. Nerlium creditorem posteriorem † in præiudicium Gherardi anterioris; Salgad. *labyr. cred.* 32
par. 3. *cap.* 13. *nu* 4. *&* 5

Quo credito Gherardi ita firmato DD. dixerunt exactionem ab eo factam attentatorum redargui non debuisse à Nerlio sub prætextu, quod denentum fuerat ad exactionem, eo non citato vti creditore, quia dum Nerlius ipse postquam Gherardus admissus est ad causam primus inciderit in plures actus attentatè gestos, videlicet præstando consensum, vt Sebastianus Guessa, & Petrus Ongaus è carceribus egrederentur *d. Sum. nu.* 27. *&* 28. & reuocarentur sequestra apposita super pluribus creditis communis debitoris *nu.* 30. hæcque omnia non citato Gherardo, & in illius graue præiudicium illicitè faciendo, † ne- 33
quit opponere de attentatis, quibus ipse causam dedit, iuxtà *Textum in l* 1. *ff. quid quisque iur. l.* 2. *§ idem ait*, *ff. nè quid in loc. pub. l. sed & paruus*, *§.* 1. *ff. de eo quod met. caus. ibi quod fecit passus est cum concordan. congest. apud* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 27. *à num.* 20. *vsque ad* 38. Lancell. *de attent. par.* 3. *c.* 24. *qu.* 25. *nu* 44. *& c. fin. nu.* 14. *&* 289. Vermigl. *cons.* 318. *nu.* 7.

Et ad præseruandam dictam exactionem à vitio attentatorum, ponderabant etiam D. Gherardum exegisse postquam d. Nerlius recessit à lite mediante conuentione inita cum Petro Ongao, de qua in *d. Sum. nu.* 28. ideoque post extinctam litem † nulla attentata commisisse, Lancellott. 34
de attent. par. 3. *cap.* 4 *limit.* 6. *nu.* 1. Surd. *cons.* 451. *num.* 16. *vers. & impedit*, Rota *dec.* 693. *n.* 1. *par.* 4. *diuers. & cor.* Caual. *dec.* 317. *nu.* 1. *cor.* Greg. *dec.* 354. *nu.* 1. *& post* Salgad. *labyr. cred. dec.* 25. *nu.* 1.

Et ità vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. EMERIX.

Romana Census.

Lunæ 28. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Cùm census perpetui, & irredimibiles ante Constitutiones Summorum Pontificum; & in specie Bullam san. mem. Pii V. in vsu frequentissimè forent; eorum assignatio de eo tempore facta, vtique quod irredimibilis præsumenda est, maximè quando prout hic, irredimibilis etiam à contrahentibus fuit illa enunciata.

SVMMARIVM.

1 *Census regulariter præsumitur irredimibilis, amplia vt nu. seq sed limita vt nu. 5.*
2 *Census eo magis de iure præsumitur irredimibilis, si talis à contrahentibus fuerit denominatus.*
3 *Censuum irredimibilium ante Constitutiones Summorum Pontificum erat frequentissimus vsus.*
4 *Constitutio fa. me. Pii V. super modo, & forma creandi census loquitur de censibus in futurum creandis, non autem de præteritis.*
5 *Census præsumitur redimibilis attenta exiguitate pretii, pro quo fuit emptus.*
6 *Census præsumitur irredimibilis si in instrumento impositionis illius nulla fit mentio redimibilitatis.*
7 *Hæres præcisè tenetur seruare factum defuncti sui auctoris.*
8 *Censuum redimibilitas non rectè desumitur ex redemptione alterius eorum ex partium consensu secuta.*
Census irredimibilis potest etiam de partium consensu redimi, nu. 8.
9 Rota decis. 194. par. 13. r. c. *& aliæ etiam in eisdem terminis auctoritates declarantur.*
10 *Census ante Bullam Pii V. iuxtà veriorem, & magis communem opinionem, perpetuus, & irredimibilis esse poterat.*

DECISIO LXXIV.

DOMVM, quam indiuisim pro medietate possidebant Moniales S. Mariæ Campi Martii, ac pro vna quarta parte PP. S. Mariæ suprà Mineruam, ac pro altera quarta parte PP. SS. Ioannis, & Pauli emit vsque de anno 1519. Elena Vrsina, quæ solutis ad computum pretii ducatis 400. de carolenis eodem contextu assignare promisit infra annum venditoribus annuos perpetuos census ducatorum 120. in recompensationem, ac augumentum annuæ illius pensionis tunc ascendens ad ducatos 110. adhoc, vt adesset euidens Ecclesiæ vtilitas, iuxtà formam beneplaciti Apostolici sumptibus emptricis expediendi. In cuius obligationis adimplementum eadem emptrix exbursatis ducatis 220. PP. Sanctæ Mariæ supra Mineruam pro redemptione annui census ducatorum 30. eorum quartam partem tangen, ac solutis ducatis centum Monialibus Campi Martii pro extinctione annuorum ducatorum 8. ad computum annui census ducatorum 60. pro eorum medietate ad ipsas spectan. consignauit etiam PP. SS Ioannis, & Pauli pro altera eorum quarta parte annuum censum ducatorum 30. quem pretio ducatorum 200. acquisiuerat à q. Laurentio de Iacobatiis. Sed postmodum detecta huius census inexigibilitate Elena per viam transactionis se obligauit annuatim soluere iisdemque PP. perpetuis futuris temporibus ducatorum 30. donec censum vt supra assignatum exigibilem extitisset, vel alium similem consignasset. Cumque cum huiusmodi transactione Patres exegerint tam ab Elena, quàm ab eius hæredibus annuatim summam promissam, tandem de anno 1656. moderni hæredes prætendentes ab exactione prædicta se liberare mediante solutione scutorum 200. egerunt coram R. P. D. Vicesgerente pro redemptione dicti census, & fauorabile decretum reportarunt, successiuè in secunda instantia confirmatum; subindè verò cùm per duas alias contrarias sententias extra Rotam latas pronunciatum fuit non esse locum prætensæ redemptioni. Causa demùm in Rota commissa contingit hodie coram me suffecto in locum Eminentiss. D. Cardinalis Vicecomitis. Dubitaui, an census, de quo agitur sit redimibilis, & pro summa, & non esse redimibilem DD. responderunt, quia in venditione domus non fuit constitutum verum pretium, quod propterea Elena emptrix susceperit ad censum, sed solutis scutis 400. in contanti ipsa promisit consignare venditoribus annuos perpetuos census ducatorum 120. in recompensationem, ac etiam in augumentum annuæ pensionis, quæ ex domo vendita annuatim percipi solebat; vnde non solùm intrat præsumptio † pro irredimibilitate ex doctrina Angeli, & aliorum quam refert, & sequitur Couar. *var. res. lib. 3. c. 10. sub nu. 5. vers. 1. vsque in fin.* Auedan. *de cens. cap. 18. nu. 5. & pluribus sequentibus.* 1

Sed vlteriùs illa satis elicitur ex ipsammet denominatione contrahentium, quæ census assignans loco annui redditus semper vocauit annuos perpetuos census; qualitas enim perpetuitatis in instrumento venditionis domus sæpè repetita † plurimùm vrget ad inferendum census irredimibilitatem, Couar. *var. resol. lib. 3 cap. 10. sub num. 5. vers. 4. quoties*, quem refert, & sequitur Auedan. *de cens. c. 18. nu. 4. &* Bart. per Cenc. *eodem tract. dec. 349. nu. 1.* Præsertim inspecto tempore contractus, quo censuum irredimibilium vsus erat frequentissimus, † & à iure permissus non repugnantibus Constitutionibus Apostolicis Martini V. & Calixti III relat. *Extrauag. cap. 1. & 3. de empt. & vendit.* nec minus refragante superuenta Constitutione sa. me. Pii V. vti loquenti † de censibus in futurum creandis, non de præteritis, vt aduertit Rota *in 1. alleg. dec. 394. nu. 4. & 5* 2 3 4

Nec redimibilitatem suadet assignatio census acquisiti à Iacobatio pretio scutorum 200. qui vti impositus ad rationem scutorum 8. pro quolibet centenario, & anno † eius pretii exiguitate attenta in dubio præsumendus est redimibilis, *ad tradit. per* Auedan. *de censib. d. cap. 18. numer. 3.* 5

Quia prætermisso, quod pretii exiguitas euitatur, inspecto tempore impositionis d. census secutæ de anno 1519 paulò post excidium Vrbis, quo maxima aderat pecuniarum indigentia, & quod propterea dum in instrumento illius impositionis nullum fit verbum † de redimibilitate, ille etiam præsumi debet irredimibilis, ad firmata per eumdem Auedan. *loc. cit. dicto num. 5. vers. contra quos*, & cum aliis supra adductis Rota *d. decis.* 394 *num. 2. post* Cenc. de Censib. 6

Respondetur, quod quatenus etiam census Iacobati fuisset redimibilis, tamen cum Abb. Elena fuit assignatus pro perpetuo, & in instrumento transactionis ipsa se obligauerat soluere dictos ducatos 30. perpetuis futuris temporibus, non possunt modò eius hæredes sub hoc prætextu se liberare à solutione prædictorum ducatorum 30. † cùm teneantur præcisè obseruare factum defunctæ eorum auctricis, *vulgata l. cum à matre, Cod. de rei vendicat.* 7

Minus redimibilitas desumi valet ex ass. obseruantia redemptionis secutæ cum PP. Dominicanis, & Monialibus Campi Martii, quia (vt ex instrumento redemptionis apparet) extinctio non fuit coactè facta, sed de consensu creditorum, imò ad ipsorum requisitionem ideò non rectè ex ea desumitur qualitas redimibilitatis, † cùm census etiam irredimibilis possit de partium consensu redimi, Cenc. de Cens. *d qu. 59. sub n. 18 vers. quia tamen, &* Rot. *penès ipsum d. decis. 394. nu 2. vers. nec releuant repetita post* Riccard. *eod. tract. dec. 596. sub nu. 2.* 8

Neque prædictis obstat *decisio in Romana census 19. Aprilis* † 1660. *coram R. P. D. meo Vriolo*, quia illa non tractat de censu perpetuo, & redimibili, sed loquitur de censu ad quinquennium redimibili, cum pacto, quo elapso fiat pro eodem pretio irredimibili, subdens huiusmodi pactum esse iniustum, & illicitum, ex quo irredimilitas census debet compensari cum prætio, & in eisdem terminis procedunt, *& decis.* 152. *post* Cenc. de Censib. & aliæ auctoritates in contrarium adductæ, quæ idcircò non applicantur proposito casui, vbi agitur de censu à principio,

cipio, & ante Bullam Pii V. promisso de partium consen-
10 su perpetuò duraturo, † & irredimibili, qui iuxtà veriorem, & communiorem opinionem iustus, & licitus erat vt firmat Felic. *de cens. lib. 1. cap. 7. num. 18. vers. neque obstant argumenta*, Cenc. de cens. *d. quæst. 59. num. 18.* veraque tamen Auedan. *eodem tract. c. 18. nu. 7. per tot.* Corrad. *de contr. qu. 83.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. BEVILAQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Attentatorum.

Lunæ 28. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Cùm plures & diuersæ conclusiones in præsenti Decisione cumulentur, omnes ad concedendam manutentionem primo possessori, qui per sententiam nullam, & iniustam non fuerat sua possessione priuatus; Duæ magis principalitèr hic adnotandæ sunt; Altera, quod Procurator ad exigendum in iudiciis comparere non possit; Altera verò de prælatione concedenda vxori pro sua dote, vel à die contracti matrimonii, vel à die suorum capitulorum matrimonialium.

SVMMARIVM.

1 *Possessio rei conuenti ad effectum manutentionis probatur ex confessione partis in actis iudicialibus emanata.*

2 *Possessio capta in executionem sententiæ à qua admittitur appellatio, dicitur nulla, & attentata, neque habetur in consideratione.*

3 *Possessio nulla, & attentata manuteneri nequit.*

4 *Ægidiana Constitutio non habet locum in bonis de directo dominio Ecclesiæ, etiamsi lis fuerit solùm inter laicos.*

Amplia vt nu. seq.

5 *Sententia, à qua est appellatum à die notitiæ, non transit in iudicatum infra decem à die pronunciationis illius.*

Manutentio datur etiam aduersus sententiam, à qua est appellatum à die habitæ notitiæ, nu. 5.

Sententia, cuius citatio est tantummodò domi dimissa copia non transit in iudicatum infra decem, cùm possit appellari à die notitiæ, num. 5.

6 *Procurator ad exigendum dumtaxat constitutus, non autem ad lites, neque citari, neque comparere potest in iudicio, & nu. 8 vbi amplia.*

7 *Sententia lata contra Procuratorem illegitimum dicitur ipso iure nulla, & substineri non potest.*

8 *Procurator ad exigendum etiam cum clausula,* ad agendum, *non proinde ad lites dicitur constitutus, & sup. nu. 6.*

Clausula, ad agendum, *& similia famulantur, & sequuntur naturam mandati procuræ, numero 8.*

Procurator etiamsi habeat clausulas generales non potest excedere fines mandati, nu. 8.

9 *Saluianum non intrat contra possidentem pro credito anteriori.*

10 *Hypotheca mulieris pro sua dote contra virum, an incipiat à die capitulorum, vel à die contracti matrimonii; quid autem vbi agitur contra promissorem, & nu. seq.*

11 *Mulier pro sua dote contra promissorem habet hypothecam incipientem ab ipsa die dotis promissæ, quamuis matrimonium postea fuerit secutum.*

12 *Manutentio quoties concedenda non sit, nisi prius terminata causa super bono iure.*

Manutentio etiam in gradu restitutionis in integrum semper conceditur nullitèr, & attentatè spoliato, num. 11.

DECISIO LXXV.

PRÆVIA Decisione R.P.D. mei Carpinei sub die 23. * Ianuarii 1666. resolutum fuit contra Solindium constare de bono iure fratrum de Ægidiis, & eorum matris Marthæ indè lata sententia super petitorio, & commissa mihi causa appellationis assumpto iudicio possessorio dubitaui; An eisdem dandum esset mandatum de manutenendo in possessione vineæ, & Hospitii, de quibus agitur, & DD. affirmatiuè responderunt.

Constat enim de illorum possessione, nedum ex acquisitione per viam deliberationis fauore Oribatii patris, ac ex instrumento locationis, vt in Summario Solindii *nu. 4.* verum etiam ex confessione eiusdem, dum illos vti possessores monuit, & reliquum iudicii direxit, quæ confessio contra confitentem † maximè ad hunc effectum probat possessionem rei conuenti, vt fuit ponderatum in *dec. R.P.D. mei Carpinei §. ex quibus*, & antea dixerat Rota *decision. 115. numer. 1. coram Eminentissimo Domino meo Cardinal. Ottbobono, & decision. 458. à numer. 1. ad 7. cor. PP. Greg. XV.* 1

Nec DD. habuerunt in consideratione possessionem Solindii, etiamsi authore Prætore adeptam, quia cum à sententia, cuius vigore illam appræhendit, tamquam nulla, & iniusta daretur appellatio, † possessio inde secuta dicitur nulla, & attentata, Rota *in Auximana prætensi fideicommissi 25. Iunii 1640. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. secunda nullitas, & in Senogallien Bonorum, seu attentatorum 12. Maii 1651. coram bo. me* Peutingerio, *§. maximè quia*, † & per consequens non manutenibilis, Rot. *dec. 225. nu. 4. par. 5. rec. & dec. 148. nu 3. apud* Posth. *de manut.* 2 3

Sententiam verò fuisse appellabilem, licèt actum fuerit iudicio possessorio Saluiani, patet, quia Ægidiana Constitutio prohibens in huiusmodi iudiciis appellationem † non habet locum in illis bonis de directo dominio Monasterii S. Pauli, etiamsi lis fuerit super solo dominio vtili, & inter solos laicos, iuxtà famigeratam *decision. in Romana domus de Scapuccis coram bon. mem. Coccino penès* Pacific. de Salu. *238. per tot.* non obstante, quod sententiam ob non interpositam appellationem prætendatur transiuisse in iudicatum, indèque peti non possit manutentio, quia cùm citatio ad illam audiendum dom. dim. cop. fuerit executa † satis est ad hoc, vt Ægidii, & Martha non censeantur se pro spoliatis, quod à die habitæ notitiæ reclamauerint, & petierint manutentionem, *Clem. vnic. de dol. & contum.* Eminentissimo Otthobono *decision. 155. numer. 20.* Rota *decision. 248. in fin. post tract. de manut.* 4 5

Nullitas eiusdem sententiæ, præter adducta in *decis. R.P.D. mei Carpinei*, augetur ex defectu citationis, cum in toto processu citatus fuerit Carolus Conculus vti Procurator fratrum de Ægidiis, & Marthæ, † qui ad munus exactionis dumtaxat, non autem ad lites constitutus non poterat in causa comparere, Pen. *dec. 528. num. 2. & dec. 374. num. 2. par. 5. rec.* ideò sententia remansit † ipso iure nulla, Vant. *de nullit. ex defect. mand. ad comparen. num. 61.* Rota *dec. 370. num. 3. par. 9. recent.* & in fortioribus dictum fuit in *Romana census 3. Iulii 1662. coram Eminentissimo Domino meo Card. Vicecomite §. neque excludi*, & clausula *ad agendum* in mandato apposita non operatur, † quia hæc, & similes clausulæ famulantur, & semper restringuntur ad exactionem, & ea, quæ superius fuerunt demandata, ne Procurator mandati fines excedat, vt firmat Rota cor Duran. *dec. 50. num. 7.* Pen. *dicta decis. 528. nu. 5. & in rec dec. 374. nu. 24. par. 5.* 6 7 8

Iniustitiam demum DD. desumpserunt ex eo, quia contra Ægidios, & Martham possidentes titulo prædictæ deliberationis fauore Oribatii patris pro creditis anterioribus creditis Solindii, non intrabat remedium Saluiani. † quod regularitèr non competit contra anteriori iure possidentem, per *tex. in l. 2. ff. qui pot. in pign.* Mantic. *dec. 69. nn. 1.* & decisum fuit *in decis. huius causæ cor. R. P. D. meo Carpineo.* 9

Nec

Nec aduersatur, quod anterioritas crediti dotalis Marthæ, cuius occasione emanauit deliberatio contra Cicalottum communem debitorem meriti debeat à die contracti matrimonii, non autem subscriptionis capitulorum, quoniam quidquid sit respectu viri, illiusque creditorum medio tempore inter capitula, & matrimonium cum eo
10 contrahentium, † in quibus terminis loquuntur Gratian. & alii in oppositum citati, contra quos est communis opinio Rotæ, *vt in decis. 8. nu. 4. apud* Rodriguez *de concurs. credit. & in Romana, seu Perusina donationis 17. Martii 1662. & 29. Ianuarii 1663. cor. Reuerendiss. D. Gerunden*, in præsenti tamen cessat omnis scrupulus, dum non versamur in hipotheca acquirenda contra virum pro dotis sibi
11 traditæ restitutione, † sed agimus de hipotheca contra promissorem dotis pro solutione dotis promissæ, quo casu attenditur dies promissionis, vt distinguit Rouit. (licèt contra virum ab hac opinione dissentiat) *cons. 57. num. 7. lib. 2.* Christoph. Mart. Medic. *decis. Senen. 76. num. 12.* Paschal. *de vir. patr. potest. cap. 4. num.* 109. & in terminis immissionis denegatæ creditori, qui contraxerat cum promissore dotis post capitula, & ante bonorum traditionem.

Non obstat, quod Ægidiis, & eorum matri non competat manutentio, donec causa super bono iure terminata non fuerit, quia obiectum procederet quoties manu-
12 tentio peteretur primario ex capite iniustitiæ, † secus prout in proposito, quando postulatur per viam nullitatis, & attentatorum, & solùm incidentèr, & secundariò ad maiorem aliorum corroborationem deducitur iniustitia, tunc enim eiecto nullitèr, & attentatè semper etiam in gradu restitutionis in integrum datur manutentio, vt distinguit Rota *dec. 458. num.* 8 & ibi Adden. *nu. 10. cor. sa. me. Greg. & in rec. dec. 45. nu. 18. par. 9.* & fuit dictum in *Romana census 26. Maii 1654. coram R. P. D. meo Albergato, § nec resistere.*

Alias verò nullitates, vtpote respicientes iudicium petitorium ad illud DD. examinandas reiecerunt.

Et ità vtraque &c.

Supradictam Decisionem in hac causa emanatam coram Eminentiss. Card. Carpineo habes impressam in præcedenti parte XIV. dec. 388 & infrà in hac eadem parte sub die 11. Maii 1668. Alia in eadem causa adest decisio cor. eodem Reuerendiss. D. Beuilacqua.

REVERENDISSIMO P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 28. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Statutum fori Mercatorum Bononiæ de Mercatore decocto disponens, plenè, & luculentèr in præsenti decisione declaratur ad intellectum, an, & quando dicatur sequuta decoctio, eaque probata; quodque in huiusmodi iudicio per illius creditores agitato, non executiuè, sed ordinariè agendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Concursus creditorum suspendit remedia executiua, & singuli creditores coguntur agere ordinariè, & nu. seqq.*

2 *Creditores separatim concurrentes ad rem particularem sui debitoris differunt à creditoribus vniuersalitèr concurrentibus ad omnia bona sui debitoris, & nu. seq.*

4 *Statutum fori mercatorum Bononiæ rubr. 68. quid disponat, & an debeat seruari.*

Statutum loci tamquam lex particularis seruari debet, num. 4.

5 *Statutum fori mercatorum Bononiæ rubrica 46. & 47. quas qualitates requirat.*

6 *Decoctionem ad probandum non consideratur clausula Banchi, sed cessatio satisfaciendi creditoribus.*

7 *Statutum generaliter loquens generaliter est intelligendum, nec aliquam patitur restrictionem.*

8 *Statutum loquens de decoctione debitoris habet locum, & æquè procedit in decoctione dolosa, ac illa, qua per mortem eiusdem debitoris succedit, & vid. sup. ante nu. 7.*

9 *Statutum mandans creditores mercatoris decocti insimul concurrere per æs, & libram, voluit, quod omnes communem, & æqualem sortem haberent.*

Vtilitas publica consideratur in statuto demandante creditores mercatoris decocti debere insimul concurrere per æs, & libram, nu. 9.

10 *Statutum fori mercatorum Bononiæ 72. & 73. non tangit materiam concursus creditorum, ac proindè non tollit, nec limitat præcedens statutum 68.*

11 *Statutum loquens in suo casu speciali seruari debet, nec tollitur ab alio statuto, quod de eo particularitèr non loquitur.*

Buccaferr. cons. 105. declaratur num. 10. & successiuè à Rota improbatur nu. 12.

13 *Cessionarius clerici non vtitur priuilegiis personalibus ipsius clerici, & nu. seqq.*

Priuilegium Clericale cum dicatur priuilegium personale non transfertur in cessionarium, numer. 13. & seqq.

14 *Priuilegium clericorum personale extinguitur cùm persona illorum, eadem persona mutata, & nu. seqq.*

Bona clericorum, vbi non subiiciuntur Statutis laicorum ratione personæ, tunc mutata persona extinguitur priuilegium, nu. 14. & seq.

15 *Cessionarii sola persona attenditur in iis, quæ personalia sunt inter ipsum, & cedentem, & sup. nu. 13. cum seqq.*

16 *Clausulæ accessoriæ ad contractum regulari debent secundum naturam illius, nec possunt, vel habent vltra aliquid operari.*

DECISIO LXXVI.

ITERVM Domini dixerunt Comiti Albergato non esse dandum mandatum executiuum, neque de associando ad bona q. Caroli Catalani Bononiæ nummularii stante illius morte cum decoctione, & concursu Creditorum super dd. bonis; † In hoc enim Iudicio suspenduntur 1
remedia executiua, & singuli Creditores agere debent via ordinaria licèt habeant credita iurata cum obligatione Camerali, vel aliis pactis executiuis, vt præter relatos in prima decisione sub die 5. Iulii proximi præteriti firmant Castill. *in l. Tauri n. 65.* Guttierez *in repet. l. nemo potest nu. 390. & 391. ff. de legat. 1.* Rodriguez *de execut. sent. cap. 8. nu. 2. & 3. & tit. de concursu, & priuil. credit. in genere par. 1. nu. 2. & 4.* Salgad. *labir. credit. par. 1. c. 16. nu. 28 31. & 32.*

Nec obstant Parlador. *rer. quotid. lib. 2. par. 5. §. 11. num. 61.* & Salgad. *vbi supra cap. 4. § 1. num. 30. & seqq. & dicto ca. 16. num. 46* † Loquuntur enim in casu concursus in- 2
ter Creditores separatim agentes ad rem particularem, quod hic secùs est cum præsens concursus sit ad ad instantiam maioris partis Creditorum † ad omnia bona Catala- 3
ni decocti, & per consequens omnes vnitim concurrere debent, & sic etiam D. Comes, vt explicat idem Salgad. *par. 1. cap 3. nu. 2. cum seq. & dicto cap. 4. §. 1. nu. 30. vers. sit exemplum & p. 3. c. 5. nu. 18.* Giurb. *dec. 61. n. 19.* Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 12. nu. 7.*

Clariùs ex Statuto fori mercatorum Bononiæ rubr. 68.
† cum illius reformationibus. Ibi enim demandatur ex- 4
pressè, quod omnes Creditores quadriennii ante decoctionem concurrant per æs, & libram, quod Statutum tamquam lex particularis loci, seruari debet Bald. *in leg. Gallus §. Sciens in secundo notab.* Roland. *cons. 72. nu. 3. cum seqq. lib. 3. & in specie* Rota *decis. 207. num. 21. & 26. penes* Posth. *de subhast. tom. 2.* & in aliis relatis in principio præteritæ decisionis.

G De-

Decoctio autem, in qua fundatur Statutum, non fuit
in dubium reuocata, licèt bancum Catalani non steterit
clausum per tres dies, & fuerunt completæ nonnullæ ce-
dulæ bancariæ vsque ad illius obitum, quia Domini non
considerarunt decoctionem ex apparenter subsecutis in
5 vita Catalani iuxta † *rubr. Stat.* 46. quæ requirit istam
clausuram ad tradita per Rotam *in Bonon. Spolii* 14. *Iunii*
1599. *coram Lancellotto*, sed considerarunt decoctionem
ex subsecutis post obitum Catalani iuxta *rubr.* 47. quæ
ampliatiuè admittit decoctionem probari quatuor Testi-
bus mercatoribus fidedignis, vel solo iuramento Credi-
torum, siue maioris partis illorum, imò & vnius ex illis
vel declaratione Officialium, quæ omnia concurrunt in
præsenti. Imò Capserius Banchi post obitum Catalani
dimisit plures Creditores insolutos ob non existentiam pe-
cuniarum, vt in præterita decisione §. *Quod agatur*, &
omnes Creditores prout etiam Montistæ auctores Comi-
tis deputarunt eorum. Assumptos ex causa dictæ deco-
ctionis eorum præterito *Summario num.* 1. qui Creditores
certè non conuenissent simul agere per æs, & libram si
possibilis esset eorum satisfactio sine concursu. Vnde de-
coctio palpatur manibus etiamsi hodiè Bancum staret
6 apertum, † quia non consideratur clausura principaliter,
sed cessatio in satisfaciendis Creditoribus, & impossibili-
tatis satisfactionis detecta post obitum Catalani, vt in
terminis similis Statuti considerat Caball. *resolut. crimi-
nal. cas.* 705. *num.* 1. *vers. licet mensam bancariam*, & *nu.* 25.
& *seqq.*

Nec aduersatur extraiudiciale bilancium Capserii nu-
per exhibitum ad probandum, quod Catalanus habuit in
libris negocii maiora credita quàm debita, quia loquitur
per verbum: *Si figura da me possa essere lo stato*, &c. *per
quanto all'incirca*, &c. *hodierno Summario* Comitis *num* 9.
& sic nihil concludit cum nec minus considerauerit in bi-
lancio quod credita Catalani eiusque debitores possunt
esse exacti, non idonei vel hodiè insufficientes inspecto
pariter ære alieno Catalani, nedum in dd. libris, sed
etiam in Instrumentis, quæ Capserius non considera-
uit, & tamen adsunt Creditores Instrumentarii, vt pa-
tet etiam ex graduatoria hodierno *Summario* Creditorum
num 1.

His stantibus non iuuat repetitum obiectum, quod
Statutum non compræhendat, nisi Creditores fraudolen-
tos, & casum decoctionis cum fraude, quæ hic dicitur
non adesse, neque in Credito Montistarum neque in de-
coctione Catalani, nam Statutum relatum in *Summario*
Creditorum *num.* 4. exceptis dotibus, & Creditis Came-
ræ Bononiæ compræhendit in verbis quosuis Creditores
etiam instrumentarios, & habentes quasuis hypothecas,
& credita cuiusuis conditionis, & qualitatis, & priuile-
gii licet digni speciali nota, & proindè non recipit ali-
7 quam † restrictiuam, sed indistinctè intelligendum de
omnibus exceptis tamen creditis dotalibus, & Cameræ
prædictæ Ruin. *cons.* 96. *numer.* 11. *libr.* 3. Rimin. Senior.
cons. 575. *num.* 5. & 18. Roland. *cons.* 37. *num.* 8. & 9. *libr.* 2.
Andreol. *controu.* 132. *num.* 12. & *in dicta decis.* 207. *numer.*
18. & 30. *penes* Posth. *de subhast.* & *in Bonon. Discussionis*
14. *Decembris* 1654. *cor. bo. me. Bichio*, §. *vt propterea*, &
quod compræhendat casum decoctionis etiamsi non dolo-
sæ patet ex *rubr.* 47. in verbis, ibi: *dicta cessazione del non
pagare detto Cussante, fallente, fugitiuo, ò morto*, & in
rubr. 82. ibi: *Habbia luogo ne falliti, fugitiui ò morti*, &
hæredi de morti. Dum enim statuentes ordinant concursum
super bonis etiam mortui non soluendo, & contra hære-
des, quæ non solutio causari potest ex sola impotentia si-
8 ne fraude, † proculdubio Statutum dicitur compræhen-
dere decoctionem siue prouenientem dolo debitoris, siue
vitio fortunæ, vt benè Caball. *dicto cas.* 105. *num.* 24. &
seqq.

Vlteriùs visa fuit irreleuans ponderatio fraudis, quia
dictum Statutum non emanauit ad tollendas fraudes; sed
præcipua intentio statuentium fuit conseruare commer-
9 cium, maximè cum mercatoribus exteris, † & ad pu-
blicam vtilitatem fuit ordinatus concursus per æs, &
libram, vt omnes Creditores haberent communem sor-
tem, nec vnus consequeretur integrum creditum, alius
verò nihil Mandell. Alb. *cons.* 586. *num.* 26. *ad* 29. & *in di-
cta Bonon. Discussionis* 14. *Decembris* 1654. *cor. bon. memor.
Bichio*, §. *vt propterea*, & in alia decisione huius causæ
§. *Nec dicatur*, in quibus decisionibus potissimè conside-
ratur ratio publicæ vtilitatis.

Nec aduersatur Buccafer. *cons.* 105. Pan. *decis.* 742. *nu.*
9. & *decis.* 1151. *numer.* 8. *nec minus decisio* 157. *post consil.
Farinacc. lib.* 2. quia non tangunt materiam concursus per
æs, & libram ad tenorem Statuti *rubr.* 68. sed loquuntur
de Statuto 72. & 73. † quod præsumit fictos, & simulatos 10
contractus venditionum intra annum ante decoctionem
stipulatos, qui non est casus noster, quapropter per hæc
posteriora Statuta non tollitur nec in aliquo limitatur an-
tecedens sub *rubr.* 68. † quin in suo casu speciali non serue- 11
tur Bero. *cons.* 7. *num.* 31. *lib.* 2. Andreol. *controuer.* 60. *nu.* 9.
& contra sententiam Buccaferri volentis nihilominus sub
stineri impositionem census factam à decocto † respondit 12
Rota coram Vbaldo *in decis.* 240. *impressa etiam post* Cenc.
de Cens. *decis.* 85.

Denique non obstat, quod D. Comes sit Cessionarius
Ecclesiasticorum, qui non subiacent Statuto laicali, † 13
quia priuilegium Clericale inhærens personis cedentium
tamquam personale transire non potuit in Cessionarium
cum Iure cesso, Olea *de cess. Iur. tit* 6. *quæst.* 3. *numer.* 13.
latè Gallerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 52. *vers. nam
priuilegium* Noal. *de transmiss. cas.* 23. *nu.* 2 & *seq.* & *nu.* 26.
Quando enim bona Clericorum non subiiciuntur Statutis
Laicorum ratione personę ipsorum Clericorum, † priui- 14
legium extinguitur vti personale illorum persona mutata
cap. priuilegium de reg. Iur. in 6. Bald. *cons.* 31. *num.* 2. *vers.
quia mutato lib* 1. Tiraquell. *cess. caus. nu.* 217. Graff. *de ef-
fett. Cleric. effect.* 2. *n.* 367. & attenditur sola † persona Ces- 15
sionarii Rota *dec.* 480. *nu* 9. & 10. *post* Cenc. de Cens. Nul-
latenus subsistente, quod D. Comes agat procuratorio
nomine. Vltra quod enim nullo modo liquidauit quanti-
tatem debitam istis Ecclesiasticis quorum nomine agere
intendit, certum est quod in instrumento relato *in Sum-
mario* Creditorum *num.* 2. verè & propriè apparet Cessio-
narius, & emptor Iurium pro certo pretio cum biennali
dilatatione ad illud soluendum, & pacto quod quidquam
repetere non valeat à Cedentibus, casu quo non recupe-
ret à debitore cesso, quæ conuentiones contradicunt man-
dato procuræ, licèt in eo adsit clausula Constituens, &c.
& aliæ similes importantes constitutionem Procuratoris,
cum enim stent accessoriè ad contractum dictæ cessionis,
† regulari debent secundùm illius naturam, nec habent 16
vltra operari Bald. *in l. ex Testam. nu.* 4. *in fine C. de fideicom.*
Grat. *discept.* 730. *nu.* 43. Rot. *dec.* 57. *num.* 12. *post* Merlin.
de legit.

Et ita standum esse in decisis conclusum fuit vtraque,
&c.

Supra in præcedenti part. 14. alia est decisio in hac eadem
causa emanata cor. eodem Reuerendiss. D. Beuilacqua
503. in ordine.

REVERENDISSIMO ALBERGATO
Decano.

Romana Domus.

Lunæ 28. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Vocatio Statuti de filiis in conditione po-
sitis procedit etiam in ea substitutione,
quæ duabus personis facta in altero ex
iis locum habere non potest, quia tam-
quam Sacerdos filios nec habeat, ne-
que habere permittatur; quidquid se-
cus esset secundum aliam vocationem,
quæ ex dispositione iuris succedit; plu-
raque etiam de hærede grauato, qui
non confecit inuentarium, & cui de-
tractiones competebant, in eadem de-
cisione discutiuntur; ad quem scilicet
spectet onus probandi easdem detractio-
nes fuisse consumptas.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum super anteriori fideicommisso factum non sustinetur, nisi ratione detractionum secundo fideicommittenti competentium.*

Detractiones, super quibus prætenditur fideicommissum, probare debet, qui in eodem fideicommisso se fundat, nu. 1.

2 *ex Fideicommisso anteriori, qui retinere prætendit, quid probare teneatur, & debeat.*

3 *Filii in conditione positi ex Statuto Vrbis dicuntur dispositiuè vocati, amplia vt numer. 5. cum seqq.*

4 *Substitutione facta duobus fratribus si sine filiis decesserint, quorum alter esset Sacerdos.*

Sicuti in illius persona locum habere non potest, ità ratione æqualitatis non habet locum in altero, & num. seqq. vbi vide.

5 *Filii in conditione positi secundum iuris dispositionem non censentur vocati si alter ex iis, cui substitutio facta sit filios habere non poterat.*

Contrarium verò vbi agitur de vocatione, quæ ex Statuto procedit, nu. 6.

Filiorum defectus vnius substituti, qui illos habere non potest, non operatur exclusionem filiorum alterius, qui à lege, vel Statuto vocantur, nu. 6.

Vocatio Statuti perindè est ac si ab ipsomet testatore fuisset expressa, nu. 6.

7 *Fideicommissum cessat dum nullus superest substitutus, cuius respectu filii possint facere conditionem.*

Substitutio facta duobus fratribus altero sine filiis defuncto, quando purificata in vno ob præmorientiam alterius dicatur penitùs caducata, & cesset omne grauamen, num. 7. 8. & seqq.

9 *Filii in conditione positi stante Statuto, ex quo illi censentur vocati, non attenditur an substitutus prædecesserit, vel nè.*

Filii in conditione positi eo in casu, quo dicuntur vocati, censentur esse in conditione, vt excludatur substitutus; ad propriam verò vtilitatem reputantur in dispositione, nu. 9.

10 *Hæres fideicommisso grauatus si non confecit inuentarium, & alienationes concurrunt, præsumitur suas consumpsisse detractiones.*

Detractiones fuisse consumptas, quis probare teneatur nu. 10. & nu. seqq.

11 *Possessori bonorum fideicommissi sufficit excipere omissionem inuentarii ad effectum impediendi detractiones.*

12 *Fideicommissarius bona alienata in suas detractiones elegisse præsumitur.*

13 *Emptor bonorum fideicommissi, in quibus venditori detractiones competebant, potest earum ratione suam possessionem defendere donec præcedens consumptio fuerit concludentius probata.*

14 *Possessori bonorum fideicommissi quoties detractiones competebant, non præiudicat omissio inuentarii, etiam cum aliquibus alienationibus, & quandò.*

15 *Alienationes necessariæ non imputantur in detractiones.*

16 *Possessori in dubio fauendum est, quoties probatio actoris est dubia.*

Possessor habet intentionem in sua possessione fundatam num. 16.

17 *Immissio vigore legis finalis non impeditur fideicommissario propter exceptiones detractionum, & liquidationis, quæ deteguntur turbidæ, & vide num. seq.*

DECISIO LXXVII.

CONTRA D. Marchionissam Vitellescam controuersæ domus posseditricem Immissionem obtinuerat Modesta Actrix ex prætenso fideicommisso, disputatoque dubio in Rota de cuius bono Iure constet etiam ad effectum manutentionis id fuit ad fauorem Marchionissæ resolutum, vt in decisione coram me edita sub die 7. Iunii 1662.*quam hodie DD.cōfirmandam esse censuerunt.

Fundamentum potissimum fuit, quod Modesta non probat, quæ & quot detractiones competerent Octauio in vim quarum sustineri possit fideicommissum super bonis anteriori fideicommisso subiectis † hoc enim tanquam 1
fundamentum suæ intentionis venit concludenter probandum ab ea quæ est Actrix, vt latè probat Argel. *de acquir. possess. quæst. 8. ex num. 958. cum pluribus seqq.* Couar *var. resolut. lib. 2. cap. 6. numer. 6.* Peregr. *de fideicom. artic. 39. numer. 13. & 14. & consil. 52. num. 37. lib. 1.* Rota *in recent. decis. 432. num. 4. par. 4.* & in fortioribus fuit dictum *in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martii 1649. §. Hæc enim cor. bon. me. Verospio, & in Perusina Bonorum 30. Maii 1650. §. per intelligentia coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Informantes pro Modesta acriter insistebant in eo, quod ad obtinendum ex fideicommisso anteriori tria illa concurrere debeant † nempe quod fideicommissum sit cla- 2
rum, quod possessio non sit vitiosa, & quod nihil sit detrahendum ex Rota *in recent. decis. 115. num. 10. & seqq. par. 1. decision 94. numer. 5. part. 5.* coram Eminentissimo Otthob. *dec. 176. nu. 20. & dec. 198. nu. 3. & 4. aliisque allegatis.*

Sed primum visum est DD. satis probari ex eo, quod Benardinus instituit Alexandrum, & Octauium eosque ad Inuicem substituit, quatenus sine filiis decederent dum enim Octauius obiit cum Ascanio filio, † is tan- 3
quam positus in conditione dicitur ex Statuto Vrbis dispositiue vocatus Gabr. *consil. 115. nu. 1. & seqq. libr. 1.* Rota *in rec. dec. 248. nu. 1. par. 7. cum aliis in antecedenti decisione §. fideicommissum.*

Parum obstante, quod Alexander esset Canonicus, & proindedum ipse non erat grauatus ad fauorem filiorum quos habere non poterat † idem æque dicendum sit in O- 4
ctauio cuius filii propterea non dicuntur dispositiue vocati ob rationem scilicet æqualitatis in fideicommissis seruandæ ex Soccin. *in l. 1. sub 4. not. de reb. dub.* Rustic. *ad l. cum Auus lib. 2. c. 1. nu. 19. & seqq.* Rota *in rec. decis. 8. num. 11. par. 7.*

Quoniam vltra quod potiùs inde colligitur vocationem necessario intelligi de filiis Octauii tantum cum iuxta sensum Testatoris verificari non posset in filiis Alexandri, quem supponebat incapacem.

Obiectum procederet, quando versaremur in terminis Iuris Communis nimirum in tacita ac † coniecturata vo- 5
catione filiorum in conditione positorum tunc enim per aliam coniecturam æqualitatis seruandæ licet arguere ad non vocationem, & sic desumere voluntatem Testatoris, vt benè per Soccin. & Rustic. *aliosque mox citatos*, secus est vbi versamur in terminis Statuti Vrbis filios in conditione positos expressè vocantis, † tunc enim con- 6
iecturæ in contrarium non suffragantur neque carentia filiorum vnius substituti operatur exclusionem filiorum alterius, qui à lege inueniuntur vocati, & qui perinde est, ac si à Testatore fuissent expressè substituti, vt pienè tradit Gabr. *dicto consil. 115. nu. 11. lib. 1. Idem* Rustic. *lib. 6. cap. 5. nu. 18. & firmauit* Rota cor. fa. me. Greg. *dec. 337. nu. 34. per tot.*

Ex quo benè tollitur obiectum, quod hæc fuerit vnica tantum substitutio filiorum ad inuicem quatenus vnus sine filiis decederet, qua purificata in Octauio ob præmorientiam Alexandri iam cessset omne grauamen † dum 7
nullus superest substitutus cuius respectu filii possint facere conditionem ex Peregrin. *de fideicomm. artic. 28. sub nu. 12.*

Quoniam Testator hic diuersa est vsus verborum formula à casu Peregrini. Ibi enim substitutio erat facta alternatiue, & ex verborum necessitate vni tantum, qui primus sine filiis decederet; vnde non mirum si per illius præcedentiam omne grauamen in cæteris expirauerit. At hic substitutio legitur facta verbis communibus, & ambobus fratribus sine filiis decedentibus. Ibi. *Eosque ad inuicem substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum quatenus sine filiis decederent*, † quo in casu 8
idem Peregrin contrarium sensit. Ibidem *sub nu. 24 vers. Nec quidquam*, & ita eum interpretando, ac declarando alias respondit Rota *in Romana de fideicommissi de Quinque 11. Ianuarii 1636. coram Pirouano, §. Quoniam ex sola diuersitate, & iterum sub die 2. Maii eiusdem anni, §. fuit etiam responsum post* Pedroc. *consil. 145. num. 22.* Honded. *consil. 65. num. 18. & seq. lib. 1.* Fusar. *consil. 144 nu. 14. aliosque ibi allegatos.* Et vbi viget Statutum vocans filios in conditione posi-

9 positos non attenditur an substitutus prædecesserit, † quia licet respectu illius filii censeantur esse in conditione ad effectum illum excludendi, attamen proprio respectu, & ad propriam vtilitatem reputantur in dispositione, & censetur Testatorem non ea potissimum ratione illos in conditione posuisse, vt excluderent substitutum, sed vt ipsi filii bona habeant, ad quæ Pater vocabatur, vt doctè respondit Gab. *dicto conf.* 216. *n.* 11. *lib* 1. *quem sequitur*, ac comprobat Rustic. *d. c.* 5. *nu.* 18. *eadem* Rot cor. Sanctiss. Greg. *d. dec.* 337. *n.* 4. & in specie ad obiectum respondendo *in dicta Romana fideicom. de Quinque* 2. *Maii* 1636. *§. finali.*

Ponderando vlterius pro exclusione dictæ inæqualitatis, quod si Alexander erat melioris conditionis in non grauamine respectu filiorum quos habere non poterat in alio erat deterioris, quia scilicet non succedebat Octauio prius cum filiis decedenti, & sic inæqualitatis in vno casu rectè cum altero compensatur.

Secundum requisitum non controuertitur in Marchionissa titulo emptio is Hyppoliti eius Patris Posseditrice. Tertium verò dixerunt DD. probari. Tum eo ipso, quod Modesta non docet quid & quantum sit detrahendum, cum ipsi tanquam Actrici hoc onus incumbat firmandi statum hæreditatis, & detractiones super quibus deinde prætensum fideicommissum Octauii fundare possit, vt supra dictum est. Tum & consequenter ex eo quod ipsa non docet Octauium Inuentarium confecisse imò constat eum

10 bona alienasse, † quo casu præsumit Lex aduersus huiusmodi Inuentarium non conficientem alia bona adfuisse in hæreditate, quæ pariter ipse subtraxerit, & alienauerit, in quibus suas detractiones fuerit consequutus, iuxta *cons. Natt.* 199. *n.* 12. *& cons.* 338. *nu.* 9. Giouagnon. *cons.* 20. *num. fin. vers. attamen* quia non confecto *lib.* 2. & est verissima sententia vbi maximè excipiens de omissione Inuentarii

11 † ac alienationibus est Reus, & Possessor Argel. *dicta qu.* 8. *nu.* 795. *vers. saltem* quando excipitur, *& n.* 992. *& seqq.* Rota cor. Duran. *dec.* 213. *nu.* 2. *in Romana fideic. de Candidis* 10. *Martii* 1649. *§. Hæc enim obiectio cor. bo. me. Verospio, & in dicta Perusina Bonorum* 20. *Maii* 1650. *§ legitimam cor. Reuerendiss. D. meo Decano*, quidquid sit & conuersò vbi fideicommissarius ipse id obiicit contra hæredem in quibus terminis loquitur Rota *in Senogallien. successionis* 29. *Ian.* 1652. *§ Non enim cor bo. me. Card. Corrado: in Bonon. fideic. de Barberiis* 9. *Iunii* 1654. *§. prout consistunt cor. bon. me. Bichio in Bonon. hæreditatis* 11. *Febr.* 1658. *§. Immissio cor. Reuerendiss. D. meo Decano*, & in aliis in contrarium adductis, & ita egregiè distinguendo firmatum fuit *in dicta Perusina Bonorum sub §. Pro intelligentia cor. Reuerendiss. D. meo Decano*, & prius *in dicta Romana de Candidis dicto §. Hæc enim cor bo me. Verospio*, & aliis relatis *in Bononien. Bonorum* 27 *Febr.* 1669. *§. Quod autem, attinet ad deductiones* confirmata 19. *Ian.* 1661. *§. Placuit cor. R. P. D. meo Taia.*

Ex eodem fonte promanat aliud fundamentum, cui nititur Marchionissa, quod quando, & quatenus status hæreditatis Bernardini, & detractiones Octauii firmatæ fuerint adhucdum Ascanius filius controuersam domum

12 alienauit † præsumitur illam elegisse pro legitima dote materna, & aliis detractionibus sibi in hæreditate Octauii competentibus; adeout Marchionissa ab eo causam habens rectè cum his detractionibus suam possessionem

13 tueatur donec † ab Actore plenè, & concludenter probetur omnes detractiones Ascanio venditori competentes iam fuisse consumptas, & quidem antecedenter ad hanc alienationem, vt latè innumeris relatis probat Argel. *de acquir. possess. dicta quæst.* 9. *n.* 964 *& nu.* 1015. *cum pluribus seqq.* Rota cor. Martino Andrea *dec* 80. *num.* 4. *&* 5. *coram sanct. me.* Greg. *dec.* 135. *nu.* 1. & penes Merlin. *de legit. dicta dec.* 1. *nu.* 9. & in his inuidualibus terminis loquitur Rota *in dicta Romana de Candidis cor. bo. me. Verospio, §. Hæc enim obiectio*, & præcisè firmatur in sæpe allegata *Perusina cor. Reuerendiss. D. meo Decano: sub § Pro intelligentia.*

Absque eo quod in hoc casu præiudicet omissio Inuentarii etiam cum aliquibus alienationibus nisi simul per

14 Actorem probetur negatiua coarctata, † quod nullæ ampliùs competant detractiones, Rota *in recent. dec.* 116. *nu.* 2. *vers. Attamen par.* 3. *cor.* Eminentiss. Orthobono *dec.* 198 *nu.* 12, *cum aliis in Romana fideic. de Cæsiis* 14. *Martii* 1657. *cor. bo. me. Dunoz. §. Tum demum.* Adeout solus fumus imò sola possibilitas aliquid detrahendi in hoc casu sufficiat ad tendum Possessorem, Maresc. *var. resolut. libr.* 1. *capit.* 2. *num.* 33. *& seqq.* Rota *decis.* 520. *num.* 15. *par.* 1. *diuers. & in recent. dicta decis.* 115. *nu.* 12. *&* 17. *par.* 1 & firmat Adden. ad sanct. mem. Greg. *decis.* 206. *numer.* 11. *&* 12. Royas *decis.* 267. *numer.* 9. *in Bonon. bonorum* 24. *Ianuarii* 1646. *coram bon. mem. Dunozett.* & in his terminis suffragantur decisiones *in dicta Senogallien. cor. bon. mem Cardinali Corrado*, *§. Quoniam in dicta Bonon. de Barberiis*, *§. Prout non consistunt in fin.* & in eadem *Romana fideicommissi de Cæsiis*, *§. Quinimo.*

Quamquam ex abundanti hic constet etiam de Inuentario facto per Tutorem, ac obiectas alienationes pro maiori parte cessisse in causa dotium, & sic in causam neces-

sariam, † quæ proinde in detractiones non imputantur, 15 vt in *prima decisione istius causæ*, *§. Nec in contrarium, & in Romana fideicommissi de Capite Ferreo* 19 *Februarii* 1646. *§. Minus obstat coram bon. mem. Cardinali Corrado*, & quotiescumque redditur dubia Actoris probatio semper fauetur possessori, qui † habet suam intentionem fundatam 16 in ipsa possessione, *§. Commodum instit, de interdictis* in specie Argel. *de acquir. possess. dicta quæst.* 8. *numer.* 955. *& seqq. & num.* 964. *vers. ad Primum*, *& numer.* 1026. *& seq.* Rota cor. Martin. Andrea *dicta dec.* 80. *nu.* 6. Peregr. *dicto cons.* 51. *nu. finali.*

Recurrebant tandem Informantes pro Actrice ad Priuilegium Iudicii exequutiui allegantes eiusmodi exceptiones detractionum, ac liquidationis reiicienda in aliud Iudicium † interim autem impediri non posse immissionem 17 fideicommissario ex remedio *leg. fin.* Cum sufficiat aliquid coloratum per eum opponi adhoc, vt non retardetur immissio, vt in *dicta Senogallien. §. Non enim* releuat *in dicta Bonon. de Barberiis*, *§. Prout non consistunt in dicta Romana fideicom. de Cæsiis*, *§. Nec releuat*, *& in Bonon. Hæreditatis* 11. *Febr.* 1658. *§. Immissio.*

Sed vltra quod Rota mandauit videri de bono Iure etiam ad effectum manutentionis, quo casu nihil impedit quominus Iure hinc inde ad dictum effectum deduci possent id procedit, vbi agitur de Immittendo hæredes Possessoris in bonis defuncti contra fideicommissarium,

† qui ea præmature occupauit; tunc enim potiùs agitur 18 de manutenendo Possessore, vel eius hærede, qui continuet in Iuribus defuncti, cui propterea sufficit aliquid etiam coloratum opponere contra fideicommissarium tunc vices Actoris subeuntem, vt præcisè in his terminis loquuntur decisiones omnes mox in contrarium adductæ.

Et ita partibus hinc inde informantibus resolutum, &c.

In Appendice decisionum prætermissarum erit supra notata decisio huius causæ emanata cor. eodem Reuerendiss. D. meo Decano sub die 7. Iunii 1661.

R. P. D. TAIA.

Romana Domus.

Lunæ 28. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Quod res emphyteutica per vxorem marito in dotem tradita, siue æstimata, siuè etiam inæstimata, semper incidat in commissum ob non solutionem canonis plenè in hac Decisione tractatur.

Vbi etiam ad terminos legum examinatur, cuius in hoc culpa consideranda sit; mariti nempè, vel vti Domini subtilitate earumdem legum, vel etiam vxoris similiter Dominæ ex benignitate Iustiniani, vel potiùs vtriusque amborum quomodocumque Dominorum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Leges à iudicibus custodiendæ sunt.*

2 *Tutor dare non potest pupillæ dotem æstimatam, & numer. 8.*

3 *Vxor in subsidium, marito existente non soluendo, habet actionem ad bona data in dotem æstimata.*

4 *Maritus si cessat in solutione canonis rei sibi in dotem datæ, res incidit in commissum, & vide per tot.*

5 *Manticæ, & sequacium Doctrina in tract. de tacitis, &c. super deuolutione rei dotalis incursa ob non solutum canonem à marito traditur, & declaratur, nu. seqq.*

6 *Maritus qui se reuocari fecit de bonis Emphyteuticis pro canone non soluto dicitur fuisse in dolo, & fraude.*

Viris non debet dari materia fallendi, & circumueniendi vxores suas, nu.6.

7 *Baldus consil. 476. lib. 4. quo in casu consuluerit.*

Doctores licèt reprobatos allegare licèt ad corroborationem, & ornamentum, nu.7.

8 *Æstimatio in dote facit emptionem, & venditionem.*

9 *rei Dotalis æstimatæ Maritus dicitur Dominus subtilitate legum, Vxor verò Iustiniani benignitate.*

10 *Emphyteusis rei in dotem datæ semper incidit in commissum, siuè culpa mariti, siuè vxoris, siuè autem amborum simul canon non fuerit solutus, & ferè per totam, vbi vide.*

Commoditas sola bonorum Emphyteuticorum in dotem assignatorum censetur per vxorem in virum facta translatio, nu.10.

Vsusfructus rei in dotem datæ sola commoditas censetur marito concessa, nu.10.

11 *Tutores ità dicuntur quasi tutores atque defensores, & num. 12.*

Ædes qui tuentur æditui nuncupantur, nu. 11.

13 *res Dotales plerumque interest viri inæstimatas recepisse.*

14 *Instrumentum per productionem dicitur approbatum, etiam si illa fuerit facta à procuratore, & cùm clausula in parte & partibus.*

Productio instrumenti à procuratore facta dicitur ei tacitè à principali demandata, nu 14.

15 *Iustrumentum, in quo quis fundauit intentionem suam, in omnibus tenetur approbare, amplia vt nu.seq.*

D E C I S I O LXXVIII.

PER restitutionem in integrum ad restitutionem domus Emphyteuticæ ademptę marito vti spoliata dudum agens pluſquam viginti litigat annis Eugenia, & commissa mihi demum Causa *constito de tribus*, & hoc ipso dubio proposito DD. tenentes cum moderamine pietatis Iustitiam actione spolii protracta, adeòque suspensa fructuum quæstione pro restitutione aut potius pro vindicatione domus constare iam responderant 10. Decembris 1663. Non acquiescente Eugenia, & forte bonis conditionibus, causaque reproposita, quamuis maiori semper difficultate spolii adbuc redactis ad dictam decinonem sententiis constare de tribus, & standum in decisis visum est rursus 11. Iunii 1665. Minus acquiescente Eugenia pro decisionibus reformandis ad spolium, & fructus, proposui dubium 7. Iunii, & 24. Ianuarii proximis, & hodie DD
1 custodiendo leges *ad §. Omnis autem Iudex Auth. de Iudicib.*
responderunt non constare de tribus, & sic in decisis.

Quia contra spolium deuolutio domus aduersus maritum Eugenię res iudicata iam diù est itaut ambobus agentibus actione spolii Congregatio domina fuerit bis absoluta 26. Martii 1640. & 9. Decembris 1642 & mortuo marito committi denuo causam Eugenia impetrauerit iam hoc dilemmate alias dicebatur, domum vel inæstimatam
2 datam marito à Tutore, † & à fratre vxoris, qui æstimatam dare non possent *§. Iste autem Curator, l. siue generalis 61. ff. de Iur. dot.* & mansisse vxoris, aut datam æsti-
3 matam, & in subsidium † vxorem adhuc habere vtilem actionem, quando vir alias non est soluendo, *l. in rebus 30. C. de Iur. dot.*

Sed hæc vt verè trahebantur ad spolium, & quamcumque restitutionem, verius non subsistunt, & reducuntur ad suas actiones; & quod attinet ad spolium nunquam spoliatam Eugeniam DD. inuenerunt semper enim deuoluta est domus ad Dominam suam, siue nullatenus data fuisset in dotem nunquam soluto Canone ab Eugenia, siue data fuit extimata, non soluto opportune Canone à Domino domus marito, siuè data inæstimata, quia si vir
cui res data est in dotem † cessat in solutione, res incidit 4
in Commissum Specul. *de Emphyt. quæst. 111. mihi nu. 136. 137. cum ibi allegatis, & annotatis, & cum pluribus* Corbul. *de caus. priu. ob non solut. Can. tota ampl. 22.* Amic. *de Emphyt. tota qu. 17.* Boss. *de Dot. cap. 16. num. 58.* Surd. *dec. 102. num. 20.*

Nec obstitere contrarii Bald. & Menoch *quos secuti sunt*
† Mant. *de tacit. & ambig. conuent. tit. 17. nu. 70. libr. 22. & 5
distinguendo* Costa *de fact. scient. inspect. 51. nu. 4.*

Quia responderat iam Amicus maximè obseruando antesignanum, Baldum *cons. 476. lib 4.* cum quo transeunt ac transeunter, Menoch. & Mantic. agere non solum de
culpa sed etiam de dolo, & fraude mariti, † qui durante 6
matrimonio fecit se renouari de bonis emphyteuticis pro canone non soluto, &c. *in princ. consil.* & machinationem retentionem declarat, Bald. *nu. 2. vers. & quia habet causam,* & denique concludit Bald. *in fine cons.* & ne detur viris materia fallendi, & circumueniendi vxores suas, nempè cum & quod ille fefellisset, & circumuenisset. Et adhuc obseruando Baldum consuluisse coram arbitris in compromissoria causa inter sororem siue vxoris hæredem, & ma-
ritum, † non autem inter vxorem vti emphyteuticam, 7
& monasterium Dominum directum atque ita Baldus non consuluit in isto casu diceret, Gozad. *cons. 28. num. 32 vers. ad decimum*, vbi & licet allegare doctrinas scribentibus licèt alias reprobatas ad corroborationem, & ornamentum, vt declarat Corn *cons. 7. nu. 1. lib. 4.* & Socc. Iun. *cons. 93. nu. 62. vers. Et si contra prædicta libr. 3.* & alii arte sua, & Iudicium causa & quia non nunquam Iudices, &c. prosequitur Cornel & incongruit distinctio Costæ in rem datam inæstimatam, & rem datam æstimatam, cum
res æstimata † sit insuper empta, & vendita, *§. Si ante* 8
matrimonium l. 10. ff de Iur. dot. §. cumque ex stipulatu, l vnic. C. de rei vxor. act. atque ita non possit dari minori à Tutore, vel Curatore *dicto §. Siue autem Curator*, & in ipsa re
inæstimata siue Dominus fuerit maritus legum † subtili- 9
tate siue Domina fuerit vxor benignitate Iustiniani *dicta l. in rebus* semper canone non soluto deuoluitur Emphyteusis siue culpa mariti vti Domini siue culpa vxoris vti Dominæ nisi culpa amborum quomodocumque domino-
rum, & præfertim vxoris, † quæ solam transtulit com- 10
moditatem in maritum, & in dubio ad hunc modum videtur facta translatio etiam verba impropriando, vt actus valeat sicut dicitur de translatione vsusfructus pro sola commoditate ipso vsufructu in dotem dato, qui admittitur marito non vtente, itaut dotis actione teneatur Maritus *§. Quod si mulier vers. quod si alienauerit l. cum in fundo 78. ff. de Iur dot.* Barb. *ad l. vsufr ff. sol. matr. nu. 28. cum alleg.*

Quæ si ita non sint frustranea sit facta caducitas, & abusus Dominus Emphyteutica re in dotem data in qua nemo cadat à Iure suo non vxor, quæ dedit in dotem, quia teneatur soluere Canonem maritus nec maritus per quem non cadat vxor.

Et pars Dominorum institit etiam authoritati Io Baptistæ Fratris, & Iulii Cæsaris Tutoris Eugeniæ contrahentium etiam si Iulius Cæsar minus videretur Tutor tutela legitime non suscepta, vel legitime finita dum Eugenia, viri potens desponsaretur, cum Tutor intelligeretur qualis datus fuerat, videlicet executor Testamenti ac omnium & singulorum in eo contentorum ad tuendum Iura prædicta Eugeniæ, &c. & quatenus appellantur Tu-
tores quasi Tuitores, atque defensores † sicut æditui di- 11
cuntur qui ædes tuentur, *§. Tutores instit de tutel. l. 1 ff.
eodem*, & sicuti dicitur tutela † pro tuitione, *§. impendia* 12
l. 7. alias l. 8. ff. solut. matrimon. & ibi glos. in tutelam quo pertinet antiqua formula in tutelam suam perueniendi *l. cum filio familias 50. l. seq. ff de legat. 3.* & facere ad hæc visa est Rot. *decis. 89. num. 7. & 8. & 9. par. 2 diuers.* & melius
actum est cum muliere in re æstimata, † & plerumque 13
interest viri res non esse æstimatas, *d. leg. 10. cum ibi not.* maximè cum iudiciaria approbatione ipsius Eugeniæ per productionem instrumenti licet per Procuratorem, & licet sub parte tantùm, & partibus fauorabilibus, &c.

14 cùm † tacitè fuerit hoc mandatum eo ipso, quod cautio,
& instrumentum sic erat traditum *Glos. ratihabitione l. vlt. C. de pact. conu. cum pluribus annotatis ad* Buratt. *dec.* 593. *num.* 13. & cum in dicto instrumento Eugenia fundauerit
15 intentionem suam, & illud teneatur † in omnibus approbare Rota *decis.* 361. *num.* 3. *par.* 4. *recent cum annotatis* Ludouis. *dec.* 238 *ad fin. vers. Item non suffragatur*, præ-
16 cipuè ad possessionem mariti iam deductam † in Iudicium
licèt alienum, & ibi vti rei propriè approbatam, *vt in decis.* 263. *par.* 5. & alia iudiciaria approbatione comprobatam ab ipsa Eugenia simul agente cum marito cum debuisset ager sola.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISSIMO DOMINO ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Martii* 1667.

ARGVMENTVM.

Duobus hæredibus institutis; altero particulari, & cum onere soluendi debita testatoris, altero vero vniuersali, qui eiusdem testatoris creditor existat. An solutio illius debiti ab hærede particulari facienda sit, vel potiùs de remanenti hæreditate ab ipsomet hære vniuersali compensanda.

SVMMARIVM.

1 *Solutio non præsumitur, sed venit ab allegante probanda.*

2 *Solutio probata in certa summa, pro ea tantùm liberat soluentem, & pro remanenti quantitate non releuat, & supra nu.* 1.

3 *Testes de vaga, & incerta confessione deponentes non concludunt.*

Confessio vaga, & incerta non præiudicat, nu. 3.

4 *Solutionis præsumptio inducta etiam ex cursu longissimi temporis non præiudicat stante lite.*

5 *Præscriptio non currit non valenti agere.*

6 *Præscriptio, ac vna simul solutionis præsumptio cessant ex actibus positiuis in contrarium.*

Præscriptio, ac etiam solutionis præsumptio in sola negligentia creditoris fundantur, nu. 6.

7 *Testator instituendo sibi hæredem suum creditorem, cum sibi de suo credito à sua hæreditate satisfactarum cogitauit.*

8 *Testator si hæredi particulari solutionem suorum debitorum iniunxit, non censetur intellexisse de credito cohæredis, & super nu.* 7.

Hæres particularis habeatur loco legatarii, nu. 8.

9 *Hæres particularis non habeatur loco legatarii, suum relictum ab hærede vniuersali consequi debet, & sup. nu.* 8

10 *Circuitum ad euitandum omnis interpretatio sumenda est.*

DECISIO LXXIX.

NVPSERAT Mariettina Petro vsque de anno 1665 cum dote sibi à Cæsare patre promissa scutorum 2000. quæ cum non apparent soluta, Cæsar autem decessisset condito testamento in quo particularem hæredem in quibusdam bonis instituit Alagonam vxorem cum onere soluendi eius debita, in cæteris verò hæredem vniuersalem vocauit d. Mariettinam filiam, hæc post diù controuersum testamentum succubuit, Iudicium instituendo pro exactione suæ dotis, pro qua mandatum esse relaxandum vna cum interusuriis bis Rota me præponente responderat sub diebus nempè 26. Iunii 1665. & 15. Ianuarii 1666.

Verùm quia sub die 9. Aprilis præteriti ex adductis probationibus super solutione eiusdem dotis Rota à decisis recesserat, hodie causa repropofita censuit roformandam esse decisionem, & mandatum pro scutis 805. vna cum debitis interusuriis relaxandum esse respondit.

Siquidem testes in propositione præterita adducti ad
probandam d. solutionem deponunt tantummodo de scu-
tis 1195. Vnde pro summa quam non deponunt nimirùm
vsque ad scuta 2000. remanet instrumentum promissionis
in suo robore pro quo venit relaxandum mandatum cum
regulariter solutio tamquam quid facti non præsumatur,
† & plenè ac concludenter sit ab allegante probanda *vulg.* 1
l. quinquaginta ff. de probat. & leg. 1. *Cod eod.* Menoch. *de*
præsumpt. lib. 3. *præsumpt.* 135. *numer.* 1. *& seqq.* Rota *in*
recent. decis. 373. *nu.* 14. *par.* 4. *cor.* Eminentissimo Orthobono
decis. 28. *num.* 24. & in terminis, quod probatio solutionis pro certa summa ab ea tantummodo liberet soluen-
tem, & pro vlteriori non releuet est text. † *in leg. quidam* 2
æstimauerunt, ff. si certum pet. & in l. siquidem C. de transact. & post Bald. *cons.* 424. *nu.* 2. *vers. si enim decem libr.* 2. *dixit* Rota cor. bo. me. Merl. *dec.* 322. *nu.* 2.

Eiusmodi autem probatio visa non est resultare ex iisdem testibus deponentibus in dicta summa scut. 1195. non esse compræhensa nonnulla mobilia, quia non ideò infertur, hæc à Mariettina, vel eius viro habita fuisse, nec dicti testes deponunt eum confessum fuisse dd. mobilium
receptionem, quemadmodum de dicta summa scutorum
1195. affirmarunt, † vnde talis depositio tamquam super 3
confessione vaga, & incerta non concludit, aut quoquomodo præiudicat *leg. si quis intentione, ff. de iudic.* Rota coram Durano *decision.* 337. *numer.* 37. *& seqq.* cor. Mantica *decis.* 199. *numer.* 6. *& decis.* 206. *num.* 2. *cum aliis in rec. decis.* 218. *num* 9. *par.* 6. *& cor.* Eminentissimo Orthobono *dec.* 64. *nu.* 11.

Minus visa est releuare solutionis coniectura, ac præsumptio ex lapsu triginta annorum, & vltra deducta. Quoniam id contigit ex causa diuturnæ, ac longissimæ litis super testamento prædicto postmodum à Rota canonizato tamquam facto inter liberos, & ex priuilegio militari, vt in *decision.* 806. *&* 862. *l. prima coram bon. memor. Merlino*, nec non posteà coram Reuerendissimo Carillo
decision. 262. *& apud me sub die* 27. *Nouembris* 1658 † quo 4
stante cursus temporis nocere non potuit Mariettinæ, quæ dum prætendebat annullato testamento esse hæres in totum, sibi præiudicasset in petendo dotem ab alio, maximè ab Alagona, quam cohæredem esse impugnabat, vnde benè intrat regula, quod non valenti agere
† nulla currit præscriptio *vulg. authent. mater.* Rota co- 5
ram Buratt. *decision.* 519. *numer.* 2. *&* 620. *numer.* 24. *& coram* Merlin. *decision.* 2. *num.* 11. *& dec.* 487. *num* 16. & alibi sæpè.

Addito in facto, quod statim post sequutam mortem Cæsaris, & videlicet de anno 1630 Petrus tamquam dotis creditor, curauit sibi in computum assignari nomen debitoris, quod deindè sibi ab eadem aduersaria euictum fuit, & quod insuper de eodem anno 1630. idemmet Petrus in iudicio se declarauit creditorem dictæ dotis, producendo ipsum dotale instrumentum, quibus stantibus
eo magis cessat præsumptio solutionis, ac ipsa præscriptio 6
quæ tota in creditoris negligentia fundatur Bald. *in d. auth. nisi triennale, num.* 1. *de bon. mater.* Rota penès Merl. *dicta dec.* 487 *nu.* 16. *& dec.* 811. *nu.* 10. Eminentiss. Orthob. *dec.* 51. *num.* 10.

Nullius tandem releuantiæ est altera coniectura ex eo desumpta, quod Cæsar si hanc dotem non soluisset, eam inter cætera debita in testamento enunciata expræssisset, eamque per Alagonam solui mandasset, quemadmodum ei cœterorum solutionem imposuit. Nam ea alioquin leuissima coniectura eò fortiùs eluditur, quo constat ipsum alia debita habuisse, quæ nihilo magis in testamento enunciauit, & inter cætera debitum scut. 600. cum eadem Alagona Summario Petri num. 10. & vltra quod potius colligitur Cæsarem voluisse describere ea debita, quæ aliundè probari non poterant, non autem ex publicis documentis resultantia.

Adhuc diuersa vigebat ratio istius debiti ex causa dotis erga Mariettinam filiam quam dum hæredem vniuersalem instituerat, mirum non est si onus ei soluendi Alagonæ non imposuit, vt benè per DD. animaduersum fuit,
† etenim cogitauit Testator filiam hæredem sibi de hoc 7
cre-

credito satisfacturam, iuxta *text. in l. ei cui 41. §. 1.* Ibi: *tamquam ipsa hæredicas hæredi soluerit ff. de euict. & in l. Stichum 96. §. Aditio, ff. de solut.* Rota *in diuers. dec. 680. num. 1. par. 1. & cor. Caualer. decis. 367. num. 2.* Non autem quod ipsa ordine inuerso id peteret à coherede particu-
8 lari, † quæ loco legatarii est *l. Quoties 13 ff. de hæredib. institut.* Cyriac. *contrThe ouers. 46. num. 7.* Rota coram Buratt. *decis. 257. numer. 4.* & quæ potiùs suum relictum consequi
9 † debebat à Mariettina *l. legatum 119. ff. de legat. 1.* Rota coram Eminentissimo Otthob *decis. 203. num. 10.* Vnde
10 factus fuisset circuitus, † ad quem euitandum in Testatore tamquàm absurdum omnis sumi debet interpretatio, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 7. nu. 1. & per tot.* Rota cor. Merl. *dec. 685. nu. 16.*

An autem in dicta summa scut. 1195 computanda sint scuta mille, vt supra eidem Mariettinæ euicta quemadmodum per eam opponebatur super hoc nihil DD. censerunt.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Interamnen. fideicommissi.

Lunæ 28. Martii 1667.

ARGVMENTVM.

Immissio in bonis fideicommissi non retardatur ex capite alterius fideicommissi, quoties bona ad alterum fideicommittentem vigore suarum detractionum peruenerunt, neque eadem impeditur per exceptionem melioramentorum minus concludenter probatam. Quæ autem probatio in hac materia necessaria sit respectu identitatis bonorum, quæque etiam coniecturæ in hac fideicommissorum materia attendantur; quæ autem reiiciantur ex ipsa Decisione cum sequenti Summario consulito.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ succedunt in fideicommisso in quo per defectum lineæ masculinæ vocatur linea fœminina.*
Fœmina dicitur caput, & principium lineæ fœmininæ num. 1.

2 *Fœminarum pro vocatione inducenda sufficit sola ordinatio, quod fœminis masculi præferantur.*

3 *Filios non reliquisse probatur, quoties eos numquam habuisse nequaquam docetur.*

4 *Fideicommissum in fauorem alicuius ordinatum satis dicitur purificatum, si alius non comparet, qui vti primo loco vocatus instet præferri.*

5 *Identitas bonorum fideicommissi concludenter probatur ex possessione capta ab hærede grauato tamquam de bonis fideicommissariis.*

6 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex depositionibus testium.*

7 *Identitas bonorum probatur ex instrumentis acquisitionum illorum cùm clausula constituti.*

8 *Bona fuisse hæreditaria, vel fideicommissaria, quando non agitur contrà tertium, sed contrà hæredis leuioribus probationibus probatur.*

9 *Fideicommissario docto de vocatione, eiusque secuta purificatione, atque de identitate bonorum fideicommissi conceditur immissio.*

10 *Immissio conceditur fideicommissario, siue ex remedio leg. finalis, siuè ex remedio vtilis Saluiani.*
Remedium l. finalis, ac etiam remedium Saluiani dantur fideicommissario, nu. 10.

11 *Immissionem ad obtinendam in remediis possessorii sufficit sola probatio possessionis, nec est opus assumere probationem dominii.*
Testator bona quæ tempore mortis possidebat præsumitur possedisse tamquam propria, donec contrarium probetur, nu. 11.

12 *Bona fuisse à testatore possessa non sufficit ad effectum obtinendi immissionem vigore fideicommissi secundum sententiam Alexandri, sed ea tamen communiter improbatur, & vide sup. numer. 8. & seqq.*
in Legatis, & fideicommissis particularibus non est sufficiens probatio solius possessionis testatoris, sed etiam requiritur probatio dominii, numer. 12.

13 *Melioramenta in plantandis vineis, & oliuis non reficiuntur.*
Plantationes vitium, & oliuarum non sunt perpetuo in fundo duraturæ, sed fiunt ad vberiorem fructuum ideoque non reficiuntur, nu. 13.
Melioramenta, quæ perpetuo non durant, sed fiunt ad vberiorem recollectionem fructuum non reficiuntur, num. 12.

13 *Testes super melioramentis deponentes referre debent statum antiquum.*
Status antiquus rei probari debet in materia melioramentorum, nu. 13.

14 *Melioramenta, vt reficiantur probari distinctè debet quid impensum, & quid melioratum.*
Melioramenta semper reficiuntur in eo, quod est minimum, num. 14.

15 *Retentio pro melioramentis non datur sine certa probatione quantitatis tam impensi, quàm meliorati.*

16 *Melioramentorum prætentio redditur illiquida ex fructibus perceptis saltem à die motæ litis.*
Fructus ex re meliorata percepti saltem à die motæ litis compensari debent cum ipsis melioramentis, num. 16.

17 *Fideicommissum nouum constitui potest super bonis ab antiquo fideicommisso prouenientibus, quoties illa deuenerunt ad manus filii ratione suæ legitimæ.*

18 *Contradictor legitimus non dicitur veniens ex antiquo fideicommisso, quando bona fideicommissaria deuenerunt ad manus filii ratione suæ legitimæ, & nu. seq.*

19 *Detractiones fuisse coloratas sufficit adhoc, vt primus fideicommissarius non dicatur legitimus contradictor & sup. nu. 18.*

20 *Fideicommissarius vltimus immittendus est, quoties veniens ex antiquiori fideicommisso deducit suam vocationem à facto, vel à iure ambiguo.*

21 *Coniecturæ pro inducendo fideicommisso à Rota reiectæ, vel dubietatem important, vel potiùs illud non extare conuincunt.*

22 *Fideicommissum tunc solùm ex coniecturis admittitur, quandò vltrà illas concurrit tractus temporis successiuus.*
Item digressus ad plures gradus substitutionum, & ratio conseruandi agnationem.
Coniecturæ quæ sufficientes reputentur ad inductionem fideicommissi, quæ autem reiiciantur, num. 21. & 22. 24. & 26.

23 *Digressio ad plures gradus substitutionum quando facta dicatur.*
Substituti si aliis restituere grauantur, tunc dicitur facta digressio ad plures gradus substitutionum, secus si plures personæ simpliciter substituuntur, numer. 23.
Substitutio plurimum personarum etiam sub diuersis conditionibus facta pris hæredibus institutis non importat digressum ad plurium gradum substitutionum, num. 23.

24 *Substitutio vulgaris dicitur respectu hæredum, & successorum si fuerint vocati substituti, eorumque hæredes, & successores.*
Substitutio vulgaris intelligitur si primo institutus non viueret, vel non adiret, nu. 24.

25 *Digressus ad plures gradus substitutionum ad effectum*

ctum inducendi fideicommissum ab aliquibus reiicitur.

26 *Coniecturæ debiliores, etiam simul iunctæ non sufficiunt ad inductionem fideicommissi.*

27 *Immissio ex fideicommisso claro, & litterali non retardatur per coniecturas alterius fideicommissi, quoties illæ minus concludentes.*

DECISIO LXXX.

MARTÆ Gazzolæ petenti Immissionem in bonis Ioannis Baptistæ vti vocatæ in eius fideicommisso se opposuit Cæcilia Soror, & hæres Hieronymi Iunioris prætendens partem dd. bonorum tanquam liberam, & obuentam in diuisione facta anno 1565. Hieronymo Seniori, cuius ipsa est vnica neptis, partim verò vti suppositam antiquiori fideicommisso Iacobi Philippi, ac delatam in Franciscum, cuius fuit Cessionarius Hieronymus Iunior eius auctor, & respectu omnium excipiens de retentione ob factas in eisdem bonis diuersas meliorationes. Cum autem huic Immissioni pariter se opposuisset Ioseph & Philippus, qui prætendebant prædictum antiquius fideicommissum fuisse in fauorem Francisci Patris Purificatum, in hac alteratione dedi dubium an Marthæ danda esset Immissio, quod prædictis oppositionibus non attentis fuit resolutum affirmatiuè.

Illa enim exhibuit testamentum Ioan. Baptistæ literale fideicommissum continens fauore filiarum Constantini, qualis ipsa est in illis verbis, *e non essendoui figli maschi, ne femine di detto Girolamo debbano succedere i figli maschi di Constantino Gazzola mio Parente, & essendo estinta la linea masculina debba succedere la fœminina.* Quæ certè in controuersam illius vocationem præseferunt, † cùm
1 illa dicatur Principium, & caput lineæ fœmininæ iuxta receptam Doctrinam Castr. *in l. si maritus nu. 5. C. de pro-*
2 *cur.* Cum tantum pro illa inducenda sufficeret † sola ordinatio, quod fœminis masculi Præfererentur ex congestis *in dec. 152. par. 6. rec.*

Dum enim non controuersa illius filiatione probauit vlterius Laurentium, & Hieronymum præcedenter vocatos sine filiis obiisse, minusque Constantinum mascu-
3 los reliquisse, quorum † omnium deficientia eo ipso dicitur Iustificata quo non docetur eorumdem præcedenti successione iuxta *Doctr. Bart. in l. ex facto §. si quis autem ff. ad Trebell.* quem sequuntur cumulati *in decis. 468. num.*
4 *8. part. 5. recentiorum* nec aliquis comparet, † qui vti de comprehensis instet præferri purificatio redditur in sui fauorem indubitata idem Bart. *in leg. si certus §. Si vnus numer. primo ff. ad Sillan.* cui concordant adducti *in decision. 79. numer. 12. par. 5. recent. & in decis. Comituli 71. numero 1.*

Prout etiam satis Iustificata fuit bonorum identitas.
5 † Tum ex possessione quam ab anno 1635. tamquam de bonis Ioan. Baptistæ Testatoris insimul apprehenderunt Dionysius Castellius illius hæres vsufructuarius ac Pompeius Pater ac legitimus Administrator hæredis proprietarii iuxta adducta *in decision. Coccin. 120. numer. 2. & in decis. 29. numer. primo par. 5. recentior.* tum ex depositio-
6 nibus † testium ad tradita per Peregrin. *de fideicommissis artic. 44. num. 13. ac per* Rota *decision. 312. numer. 12. par.*
7 *7.* tum demum ex ipsis acquisitionum † instrumentis cum clausula constituti *l. quod meo 18. ff. de acq. hæredit. l. 2. ff. de acq. possessione idem* Peregr. *citat. artic. 44. num. 4.* dum præsertim quæstio non est aduersus tertios Possessores, sed aduersus eos qui causam habent ab hæredibus graua-
8 tis, † quo casu rem fuisse in bonis Testatoris leuioribus probationum speciebus solet comprobari iuxtà distinctionem, quam pluribus exornat idem Peregr. *art. 44.* vnde his omnibus concurrentibus meritò concessa fuit Immis-
9 sio † siue ex remedio *l. fin. C. de edict.* Diu. Adr. tollen. siue
10 † ex remedio vtilis Saluiani, quod competit fideicommissario Buratt. *dec. 379. nu. 2. ac in dec. 378. numer. 1.* & alias passim.

Nec releuare visæ sunt exceptiones deductæ à Cæcilia, nam quatenus ipsa prætendebat ex bonis obuentis in diuisione Iacobi Philippi, & Hieronymi possessionem istius illi vti nepti liberè pertinere, aliam vero Iacobi Philippi pariter spectare vti suppositam fideicommisso eiusdem, ac delatam Francisco ob cessionem ab Hieronymo Iuniore, cuius ipsa est hæres reportata, facilis fuit responsio, quod scilicet hæc eadem corpora reperta sunt penes Ioannem Baptistam tempore sui obitus, vt apertè demonstrat possessio de illis capta ab Herede vsufructuario, ac comprobant dicta Testium, ac instrumenta acquisitionum, quæ vt dictum est probant rem fuisse in bonis Testatoris, quod sufficit ad obtinendum in his remediis † in quibus non est opus assumere probationem Do- 11
minii, vel quasi, quod enim Testator tempore mortis plena possessione tenuit præsumitur fuisse proprium donec contrarium probetur inquit, Bald. *consil. 352. in fine libr. primo*, & confirmat Barbat. *consil. 37. numer. 9. & 10. libr. 3.* Natt. *consil. 400. numer. 5. vers. ex prædictis*, & refellendo Alexandr. *qui in cons. 171. volum. 6.* † contrarium 12
sentiebat tradit Peregrin. *de fideicommiss. artic. 44. numer. 14.* cuius Alexandr sententiam procedere in legatis, & relictis particularibus notat Panzirol *consil. 109. in princ.*

Quatenus verò prætendebat retinere bona prædicta ob melioramenta quamplura facta ab Hieronymo Iuniore eius auctore, quæ vt referunt testes *Summario Cæciliæ à numer. 5. vsque ad numer. 10.* consistunt in plantandis vitibus, & oliuis responsum fuit ex sententia Rotæ, † quod 13
similes plantationes, quæ in fundis non sunt perpetuò duraturæ sed factæ pro vberiori fructuum recollectione non sunt reficie dæ *l. Diuortio, §. impendia*, vbi notant *omnes ff. solut. matrimonio* Florian de S. Petro *cons. 1. num. 8.* Rota *decis. 398. sub num. 6. par. 1. diuers. & eor.* Reuerendissimo Royas *decis. 216. num. 8* cum aliis *decis. Durani 88. num. 10.* respectu verò reparationis domorum, dum testes non referunt illarum statum antiquum, † vt monet A- 13
lexandr. *in l. prætia vers. 73. numer. 6. vers. item poter. ff. ad l. Falcid.* & considerat Curt. Iun. *cons. 165. numer. 20. in fine, & num. 22. vers. sed difficultas libr. 2.* ac Rota apud Seraphin. *decision. 952. numer. 3. decision. 1453. numer. 5.* cum aliis adductis *in decision. 218* Merlin. *numer. 14.* nec distinctè, ac lucidè probant quid impensum in illis fuerit, & † quid melioratum, vt ex indè quod est 14
minimum refici possit iuxta *disposit. text. in leg. si fundo 38. versic. & si plus, ff. de rei vindicac.* procul dubio insubsistens fuit † prætentio retentionis Castr. *cons. 270.* 15
post med. num. 3. vers. item quod dixi lib. 2. Rota coram Seraph. *decis. 547. num. 6. & decis. 1051. num. 1. & apud* Reuerendissimum Abulesi *decis. 116. num. 6.* quæ magis illiquida redditur ex fructibus perceptis saltem à die motæ litis, † qui cum meliorament is quatenus essent reficien- 16
da compensandi forent *l. sumptus, ff. de rei vendicat. cum aliis in dicta decis.* Merlin. *118. num. 15. & 547. num. 22. p. 5 recent.*

Nullum denique huic immissioni præbuit impedimentum exceptio antiquioris fideicommissi siue illa proponeretur à Cæcilia siue à Iosepho & Philippo, quia cum non docuerint bona omnia fuisse à Iacobo Philippo testatore profecta; quinimò & aliqua probentur proprio ære Ioan. Baptistæ acquisita, & alia ipsi liberè nullique subiecta oneri fideicommissi pro sua legitima competere † po- 17
tuit equidem super illis nouum constitui fideicommissum ex congestis in *decis. 151. la secunda num 3 post* Merlin. *de legitim. & in decis. 203. ante numer. 10. par. 8. recent.* adeo vt veniens ex priori fideicommisso non † dicatur legitimus 18
contradictor Arg. *de legitim. contrad. quæst. 2. artic. 5. numer. 160. & seqq. ac* Rota *decis. 94. numer. 10. & 12. par. 5. rec.* vbi quod sufficit detractiones † esse coloratas, & la- 19
tiùs *in Bonon. fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647. §. 2. quia cor. bo. me. Bichio.*

Cumque omnes veniant ex iuribus Francisci non expressè in dicto fideicommisso vocati, sed interpretatiue tantùm, tanquam positi in conditione, succedit alia non minus clara conclusio, † quod vbi iam constat de poste- 20
riori fideicommisso, & antiquius altiorem exposcit indaginem, tanquam vel à facto ambiguo, vel à subtili articulorum Iuris examine dependens, vltimus fideicommissarius sit immittendus non attenta prioris fideicommissi contradictione, ita ex auctoritate Decii *cons. 424. numer. 19. & 20.* Soccin. Iunior. *cons. 75. numer. 19 vers. secundo etiam lib. 1. ac* Rolan. *consil. 1 numer. 73. lib 1.* resoluit sæpius Rota *vt signanter in decis. 755. numer. 2. par. 3. recent.* cor Pen. *decis. 486. nu. 20. & 503. nu. 4. & 5. & in Placentina bonorum 4. Febr. 1656. ac in Bononien. bonorum de Grassis 13. Iunii sequentis anni cor. Reuerendissimo D. meo Decano*, & alii passim.

Nec

Nec contrarium suadent plures, quæ in proposito casu pro inducendo vocatione Francisci ponderatæ fuerunt coniecturæ, quinimò illæ vel dubietatem ipsam magis confirmant, vel potius ostendunt fideicommissum nullatenus
21 extare † dum omnes vti leues paruique ponderis fuerunt singillatim à Rota reiectæ *in Bononien. fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647. §. Coniecturæ autem coram bo.me. Bichio in Auenionen. fideicommissi 22. Aprilis 1652. §. Pro recessu, & pluribus seqq. coram Eminentissimo D. Cardinali Celso*, & nuper *in Auximana prætensi fideicommissi 29. Nouembris 1666. §. Inter plures vsque ad finem coram me*. Præsertim dum non agitur ad portionem Patris sed Patrui, & tunc
22 solum admissæ fuerunt † quando vltra concurrebant tractus temporis successiuus, digressus ad plures substitutionum gradus, & ratio præcipua conseruandæ agnationis quibus deficientibus aliæ nullius roboris reputantur, vt aduertit Giouagn *cons. 82. num. 24. lib. 1.* ac Rota *in adduct. decis.* ac *in decis. 287. num. 3.* Buratt. 123. *num. 1. & 2. Reuerendissimi Royas*.

Nec vnum ex istis in præsenti concurrit, quia substitutio facta à Iacobo Philippo nil aliud continet quam reciprocam inter filios in casu quo alter illorum moreretur sine filiis, & substitutione Portiæ in medietate casu, quo omnes prædicti filii instituti sine filiis decederent, vnde patet nec verbum vllum adesse denotans successiuitarem temporis, nec ad plures gradus Testatorem fuisse progressum neque agnationi prospexisse.

Et licèt prætendatur adesse digressum ad plures gradus hoc tantum nullo modo subsistit, quia tunc dicitur facta
23 digressio, quando substituti grauantur aliis restituere † non autem quando primis hæredibus plures substituuntur sub diuersis conditionibus, vt benè explicat Gabriel. *cons. 93. num. 37. lib. 2.* vt contingit in hoc casu, quo substituitur solùm filiis primo institutis, vt ponderat in puncto Giouagnon. *cons. 82. num. 22.* ac Rota in prædictis *decis. Bononien. fideicommissi de Sanctis coram Bichio, & in dicta Auenion. §. Digressus ad plures coram Eminentissimo Celso, ac Auximana prætensi fideicommissi § Digressus verò coram me*.

Nihil obstante, quod in substitutione facta fratribus ad-
24 dantur verba, *& eorum hæredes, & successores* † quia ex illis solum inuitari dicuntur per vulgarem, quando scilicet tempore euenientis conditionis fratres substituti non viuerent, vel non adirent Rota *decis. 221. num. 6. par 5. dec. 401. num. 18. & seqq. par. 9. recent.* ac in dictis *Auenionen. & Auximana locis adductis, vbi in §. sequen. respondetur contrariis*, vltrà quod non desunt, qui hanc coniecturam sumptam ex digressu dicant esse communiter reiectam, vt
25 † ex illa tantum recedi non debeat ad opinione Glos. *in l. Lucius la secunda, ff. de hæredit. institut.* vt ex Claro Rustic. & Menoch. latè probat Criuell. *decis.* Rolan. 125. *num. 67.* & de opinione huius Tribunalis testatur Giouagnon. *consil. 92. num. 22.* eamque parui fecisse *Papinianum in l. hæredes mei §. cum ita, ff. ad Trebell.* obseruat cum Fabro eadem Rota *in dicta Auximana, §. Imò subtiliter coram me*.

Igitur de ist a, ac de aliis coniecturis vti debelioribus
26 nullam rationem habendam Domini existimarunt † easque licèt simul iunctas non sufficere ad inducendam vocationem concluderunt se conformantes cum opinione Rotæ de qua in puncto testatur Gabriel. *dicto consil. 93. num 96.* & de qua etiam constat in decisionibus adductis *in §. fin. dicto Auximanæ coram me*. Maximè ad impediendum
27 Immissionem † ex fideicommisso Claro, & Literali, vt alias egregiè firmatum fuit in dicta *Bononien. fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647 §. Secundo quia in alia Bonon. fideicommissi de Barbettis 19. Iunii 1650. §. Facilius coram bon. me. Bichio, in Bononien. bonorum de Graffis 13. Iunii 5657. cor. Reuerendiss. D. meo Decano*.

Et ita resolutum fuit omnibus informantibus, &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die prima Februarii subsequentis anni 1668. quam infra suo loco, & tempore adinuenies.

REVERENDISSIMO DOMINO CERRO S. R. DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali,

Ferrarien. pecuniaria.

Vener. 22. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Tota præsens Decisio consistit in eo quod mandatum suspicionis fugæ pro maiori summa relaxatum, si illius vigore ad executionem deuentum sit, non solùm remaneat nullum, sed vlterius etiam executio tamquam excessiua, reuocanda sit. Hinc plura de qualitate huiusmodi iudicii remanent in eadem decisione cumulata, & discussa.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiussoris de repræsentando debitorem sub pæna debiti corruit ipso iure data nullitate mandati & carcerationis, amplia, vt num. seq.*
2 *Fideiussor de repræsentando debitorem sine præiudicio nullitatis capturæ ad nihilum tenetur docto de nullitate eiusdem capturæ.*
3 *Executio facta vigore mandati excessiui remanet nulla, etiamsi excessus consisteret in minimo, amplia vt num. seq.*
4 *Mandatum excessiuum, siue fuerit ser. ser. relaxatum, siue etiam suspicionis fugæ, semper remanet nullum, si ad executionem fuit deuentum, & sup. num. 3.*
5 *Delegatio inducitur etiam ante solutionem, quoties debitor cessus ipsam cessionem acceptauit.*
Cedens liberatur post acceptationem factam à debitore cessio, num. 5.
6 *Creditum liquidari debet ante capturam etiam in mandato suspicionis fugæ, & n. 7.*
Mandatum fugæ relaxari non potest pro credito illiquido, num. 6. & 7.
7 *Statutum Ferrariæ lib. 1. cap. 23. de debitore suspecto declaratur, & supra n. 6. & infrà n. 9.*
8 *Debitor non potest allegari suspectus nisi prius iustificetur illum suam conditionem deteriorasse.*
9 *Mandatum suspicionis fugæ licèt solo iuramento creditoris concedatur, deindè tamen requirit plenam probationem deteriorationis personæ debitoris.*
10 *Deterioratio debitoris suspecti allegati post carcerationem secuta, non sufficit pro sustinendo mandato suspicionis fugæ eiusdemque carceratione.*

DECISIO LXXXI.

CONTRA Sauionum emanauit resolutio 6. Iunij 1664 coram me ipsum nempe teneri erga Bonettum vigore fideiussionis factæ de repræsentando Passapontem sub pœna debiti, qui fuerat carceratus ad instantiam eiusdem Bonetti vigore mandati suspicionis fugæ relaxati pro summa scutorum 9000. sed cum hodie pro parte Sauioni ostensa fuerit nullitas dicti mandati, & executionis desumpta non ab excessu, verum etiam ab eo quod non fuerit probata deterioratio conditionis debitoris. Ideò putarunt DD. recedendum esse à decisis.

Siquidem data nullitate mandati, & carcerationis, obligatio fideiussoris de repræsentando sub pœna debiti nullius remanet efficaciæ, † & perindè habetur, ac 1
si facta non fuisset Alex. *cons. 19. in princ. lib. 3.* Farinacc *de Carcerat. quæst. 30 num. 64. & 68.* Marchesan. *de Commiss. par. 1. de commiss. appellat. ab obligat. camerali §. num. 178. in fine vers. similiter* fideiussor de repræsentando Rota *in Ianuen*

Pecu-

Pecuniaria 27. Iunii 1661. §. final. coram Eminentissimo Cardinali Celso. Præsertim quia Sauionus cautionem de repræ-
2 sentando præstitit sine præiudicio nullitatis † illius, vt ponderauit Rota *in Interamnen. seu Romana nullitatis mandati 11. Decembris 1652. in fin. coram R. P. Domino meo Albergato*.

Excessus videtur clarus, quia licèt in alia decisione firmetur Creditum Bonetti scutorum 9000. partim iustificari ex solidatione Computorum facta de anno 1647. vbi Passapontes remansit debitor pro capitali, & vtilibus negocii in libris 18592 & partim ex solutionibus factis per eumdem Bonettum post dictam computorum solidationem, ex datis tamen in hodierno Summario Sauioni constat de satisfactione saltem pro maiori parte tam respectu capitalis, & vtilium de quibus in solidatione quam etiam respectu solutionum postea factarum. Etenim quoad capitale, & vtilia desumitur satisfactio ex partitis relatis in dicto *Summario nu. 10. & 11.* vbi patet quod vtilia fuerunt soluta per Sauionum Creditoribus Bonetti in summa librarum 2000. de Iudicis mandato, & capitale fuit in parte restitutum mediante assignatione Fabarum tam in Ciuitate Venetiarum, quàm in Ciuitate Bononiæ existentium, quarum pretium à Bonetto receptum ascendit ad libras 2752. vt in Summario Sauioni *num. 11.* pro rata librarum 3029. eidem Bonetto mediante assignatione Fabarum Venetijs existentium, ad computum verò solutionum factarum post solidationem debuisset Bonettus excomputare nedum libras 250. ac libras 164. vt ex partitis iustificatis in dicto *Summario numer. 13. in fin. & numer. 14.* Sed etiam duas literas Cambii alteram scutorum 424. quam Bonettus ante relaxationem mandati acceptauerat soluendam Passaponti *Summario numer. 12.* alteram verò scutorum 1000. solutam de Bonetti mandato illis de Fantettis dicto *Summario num. 13. in princ.*

Et licèt plura deducantur contra dictas partitas, & signanter prætendatur nonnullas ex eis iam fuisse bonificatas, attamen omissa illarum discussione sufficit, quod partita librarum 2752. ex pretio Fabarum à Bonetto perceptarum controuerti non possit, quodque illa scutorum mille soluta Fantettis verè non reperiatur descripta ad creditum Passapontis, vt informantes non controuertunt, cum enim de realitate huius partitæ dubitari non possit, vtique mandatum relaxatum, & executum pro integra summa scutorum 9000. non potest saluari ab excessu cuius
3 vigore sicut, & ipsum mandatum vitiatur ita, & † executio facta pro summa in eo contenta remanet nulla cum omnibus indè secutis etiamsi excessus consisteret in minimo Rota coram Greg *decis. 196. num. 1. vbi Adden. litera A.* Duran *decis. 30. numer. 4. & in Cesenaten. Census 11. Martii 1644. §. Quia cum, & 27. eiusdem in princip. coram me*.

Idque ratione indiuiduitatis decreti Iudicis procedere
4 tam in mandatis obtentis fer. fer. quam † etiam in mandatis suspicionis fugæ tradit Tuscus *conclus. 71. num 56. litero C.* Caccialup. *de debit. suspic. qu. 6. numer. 29.* Adden *ad decis. Bononien* Gips *140. versic. circa nonum, & in dicta Interamnen. seu Romana §. Præterea coram R. P. D. meo Albergato*.

Nec satisfecit responsio data ab Informantibus, quod hæc partita scutorum 1000. ideò non fuerit posita ad Creditum Passapontis ex quo vice versa fuerat Constitutus Creditor alterius partitæ similis summæ occasione literarum Cambii quas Bonettus eidem direxit soluendas Hieronymo Vaccario.

Obiectum enim posset forsan vrgere si Passapontes noluisset literas sibi directas acceptare, & ob id coactus fuisset ipse Bonettus summam tractam exbursare. At cessare videtur omnis scrupulus in proposito attenta solutione librarum 1700. facta per Passapontem in manibus eiusdem Vaccarii Summario Additionali Sauioni *num. 2.* quæ solutio parum refert, an fuerit facta ante, vel post relaxationem mandati nam satis est, quod Passapontes promiserit soluere summam in literis contentam, & Vaccarius illum acceptauerit in debitorem, vt constat ex eius Episto-
5 la de qua in Summario responsionis Bonetti *num 3.* † quia statim non expectata solutione fuit inducta delegatio fauore Bonetti per quam liberatus fuit ab omni debito, quod habebat, cum Vaccario per *text. in lib. 1. & 3. C. de noua* Merlin. *de pignor. lib. 5. qu. 12. num. 19.* Gregor. *decis. 215. num. 3.*

Sicut etiam excusari non potest huiusmodi nullitas proueniens ab excessu ex dispositione Statuti Ciuitatis Ferrariæ *lib. 1. cap. 23.* dum mandat Debitores posse capi, & detineri ex sola debiti allegatione cum suspicionis iuramento, quo capto procedatur ad solam liquidationem debiti, quia Statutum remittit solum solemnitatem liquidationis Crediti, † quæ ante capturam de iure fuisset ne- 6
cessaria, vt per Bald. *in l. consentaneum 5. num. 25. in fin. C. quomodo, & quando Iudex, &c.* Nihil autem disponit circa excessum. Vnde intelligi debet, vt procedat in casu quo Creditor à principio allegauerit suum Creditum in genere, non autem vbi prout in casu de quo agitur petijt mandatum pro certa, & determinata summa, † nam si hæc de- 7
tegatur excessiua obtinet sibi locum Ius commune cuius vigore mandatum, & executio irritantur, vt præter supra allegatos idem resoluit Rota *Ferrarien. de qua per* Amat. *decis. 141. sub num. 9.*

Subsistit quoque altera nullitas desumpta ex eo quod Bonettus non probauit Passapontem post contractum debitum deteriorasse conditionem suam † prout ad istum ef- 8
fectum debuisset omnino iustificare, iuxta doctrinam Angeli communiter approbatam *in l. si ab Arbitris 10. §. qui ex causa, num. 2. ff. qui satisdar. cog.* Alex. *cons. 241 num. 4 lib. 6.* Roman. *cons. 320. num. 3.* Gratian. *discept. forens. cap. 875. num. 15.* Rota coram Cardin. Caualer. *decis. 329. num. 2. cum aliis congestis in dicta Ianuen. pecuniaria 27. Iunii 1661. §. Libentius coram Eminentiss. D. Cardinali Celso, & 26. Iunii 1665. §. 1. coram bo. me. Leone Verospio*.

Non obstante Statuto Ferrariæ supramemorato secundũ quod videtur sufficere simplex iuramentum Creditoris quia hoc procedit ante capturam propter periculum, quod est in mora ne debitor aufugiat. † At sublato periculo per 9
carcerationem debitoris plena, & concludens probatio deteriorationis exigitur, vt egregiè declarat Alex. *cons. 19. n. 2 lib. 3.* Mascard. *de prob. concl. 435. n. 16 & concl. 825. n. 6.* Buratt. *decis. 531. num. 5. & in dicta Ianuen. coram D. Card. Celso, §. & istam deteriorationem*.

Hæc autem concludens probatio desumi non valet ex duobus testibus inductis pro parte Bonetti de quibus in Summario Sauioni *nu. 8* tum quia fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam absque partis citatione, tum etiam quia deponunt deteriorationem Passapontis longè post carcerationem quinimò ex causa ipsius carcerationis contigisse, & † per consequens potius culpæ ipsius Credi- 10
toris debet adscribi, vt in simili dixit Rota *in Viterbien. pecuniaria 1. Decembris 1659. §. Hac namque decoctio coram bo. mem. Verospio*.

Et ita vtraque &c.

Hæc Decisio quæ supra primo loco in hac causa emanauit coram eodem Reuerendissimo Domino Cerro Decano reperitur impressa in præcedenti parte 14. & est in ordine 196.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Compostellana Parochialis.

Veneris 22. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM

Cum de duobus præsentatis ad beneficium de iurepatronatus ille instituendus sit, in quem maioris partis Patronorum vota concurrunt; hoc idem procedere etiam in præsentato ab vno ex Patronis sustinente vices maioris partis Patronorum in hac præsenti Decisione concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Iuripatronatus existentia probatur si vterque ex collitigantibus venit ex eodem titulo, & vacatione.*
2 *Præsentatus ad beneficium de iurepatronatus ab vnico patrono sustinente vices maioris partis patronorum*

rum instituendus est, *& numer.* 3.

Iurispatronatus Beneficium obtinere debet ille in quem maioris partis patronorum accedit consensus, *num.* 2.

3 *Præsentatio ad iuspatronatus dicitur facta à maiori parte etiam si fiat ab vno tantum patrono maiorem partem repræsentante*, *& sup.n.*2.

4 *Iurispatronatus pertinentia optimè iustificatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis*

Quasi Possessio præsentandi probatur ex præsentationibus effectuatis num. 4.

5 *Præsentatus ad beneficium de iurepatronatus à patrono existente in quasi possessione absque alia probatione instituendus est.*

6 *Iurispatronatus donationes non probant nisi insimul verificetur illas fuisse factas à veris Patronis, ac etiam effectum sortitas.*

Donatio iurispatronatus non impedit institutionem præsentato factam ab existente in quasi possessione præsentandi, *num.* 6. *&* 7. *vbi vide.*

Iurispatronatus donatio dicitur respicere petitorium.

7 *Institutio ad beneficium de iurepatronatus non impeditur præsentatio ab existente in quasi possessione præsentandi*, *per donatione vlterius*, *& quando.*

8 *Præsentatio facta lite pendente*, *& post inhibitionem Rotalem dicitur attentata*, *& nu. seq.*

Attentata dicuntur omnia gesta lite pendente, *numer.* 8.

9 *Textus* in cap. 1. & 2. vt lite pendente *licèt loquantur de institutione habent etium locum in præsentatione.*

DECISIO LXXXII.

AD Parochialem S. Petri de Parada, etiam Marinæ de Castrelo insimul vnitas de iurepatronatus Laicorum fuit ab Alphonso de Reigossa præsentatus Dominicus Fiaiz, cui se opposuit Ioannes Garzias præsentatus à Stephano Munez, & lata ad fauorem Garziæ sententia ab Ordinario, causa deuoluta fuit in gradu appellationis ad Rotam, ibique defuncto Ioseph Tineus præsentari obtinuit ab eodem Stephano, quare dato dubio, quis esset instituendus pro Dominico tantum informante responsum fuit.

Posita enim pro indubitabili existentia iurispatronatus
1 † cum vterque veniat ex eodem titulo, & vacatione, *vt per* Rotam coram Buratt. *decis.* 931. *numer.* 1. institutio de-
2 negari non potest Dominico præsentato ab Alphonso substinente vices maioris partis patronorum, *iuxta text. cap. quoniam de Iurepat.* per quem textum instituendus est ille in quem plurimorum patronorum accedit assensus Rota coram Cardin Seraphin. *decis.* 875. coram Eminentissimo Cardin. Otthobon. *decis.* 77. *vtrobique num.* 1. *& in Cracouien. præpositur æ* 26. *Februar.* 166. *coram R. P. D meo Emerix §. nobilitas.*

Quod autem maiorem partem vocum habeat Dominicus per dictam Alphonsi præsentationem liquet nam sex ex septem vocibus in quibus antiquitus diuisum erat Iuspatronatus accreuerint anno 1592. titulo donationum Ioanni Sieiro ordinario, siue eius Vicario generali etiam approbante, sub conditione, quod in posterum ius præsentandi existeret apud vnicam personam, ab eodem Sieiro nominan͂, qui cum nominasset Ioannem de Reigossa cui successit Gregorius, cuius vnicus hæres fuit Alphon-
3 sus, qui Dominicum præsentauit † vtique eius præsentatio facta dicitur à Maiori parte, *ad text. in Clement. plures de iurepatronat.* Seraphin. *decis.* 875. *num.* 1. Donantes verò fuisse Dominos maioris partis non fuit reuocatum in dubium; de hoc enim deponunt plures testes datur in Summario, & apparet ex ipsismet Instrumentis donationum vbi fit narratiua descendentiæ, & donationes fuisse effectuatas constat, cum post illas semper fuerit admissa præsentatio donatarii, siquidem in prima vacatione sequuta anno 1594. ipse Donatarius præsentauit tamquam Patronus pro maiori parte, & præsentatio per sententiam ordinarii effectum sortita fuit, tum etiam quia Ioannes Reigossa anno 1615. cum denuo vacasset præsentauit quemdam de Balinas pariter ab Ordinario institutum, tum quia dictus Gregorius Ioannis filius eo defuncto fauore Ioannis Quibei prouisi Apostolici cum clausula *accedente tamen consensu Patronorum*, consensum præstitit cum expressa mentione, quod ad ipsum spectabat maior pars, & demum ad eiusdem præsentationem anno 1629. fuit præsentatus, & institutus Gamallus per cuius obitum nuper vacauit beneficium, † hinc enim remanet iustificata pertinentia 4
cum quasi possessione præsentandi ad fauorem Alphonsi successoris, Rota coram Merlin. *decis.* 798. *num.* 1. coram Mantic. *decis.* 86. *num.* 1. *&* coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobon. *decis.* 230. *num.* 4. *&* 5. ita vt Dominico ab illo præsentato † absque alia probatione concedenda 5
sit institutio, Rota *decis.* 446. *num.* 15. *par.* 9 *recent. & dec.* 223. *num.* 13. *&* 14. *coram R. P. D. Roias.*

Non obstant donationes de eodem Iurepatronatus reportatæ per Auctores Stephani anno 1615. quia non constat illas fuisse factas à veris patronis nec à maiori parte, neque de illarum obseruantia, † & in omnem casum cum 6
hoc respiciat Iudicium petitorium interim retardari non potest institutio præsentato ab existente in quasi possessione præsentandi *cap. consultationibus de iurepatr.* Seraphin. *dicta decis.* 875. *num.* 5. nisi notorie constaret de bono iure petentis † aduersus possessionem, vel per confessionem, 7
vel rem iudicatam Rota *decis.* 735. *num.* 9. *pars.* 3. *& decis.* 233. *num.* 18. *part.* 9. *recent.*

Eoque magis censuerunt Domini Dominicum esse instituendum, quia præsentatio Tinei facta fuit lite pendente, & post rotalem inhibitionem, quo tempore citra 8
vitium attentatorum nihil poterat innouari ad *tex. in cap.* 1. *&* 2. *vt lit. pend.* quæ iura licèt loquantur de electione † 9
etiam in præsentatione locum sibi vendicat, Coccin. *dec.* 426. *num.* 1. Buratt. *decis.* 927. *num.* 1. *& fuit dictum in alia Compostellana Parochialis* 9. *Decembris* 1661. *&* 6. *Februar.* 1662. *coram Eminentiss. D Card Celso.*

Et ita Dominico tantum informante decisum fuit Procuratore alterius partis pluries citato &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Bonorum.

Mercurii 27. *Aprilis* 1667.

ARGVMENTVM.

De Dote per maritum ab vxore recepta eaque in testamento declarata quando, & quale legatum importet in præsenti Decisione resoluitur; Prout etiam ibidem firmatur quando periculum, siue damnum fundi dotalis spectet potius ad vxorem quàm ad eumdem virum pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana vt non intret*, *vel requiritur iniustitia sententiæ*, *vel quod bona sit de Domino Ecclesiæ*, *quoties agitur inter laicos.*

2 *Immissio*, *quæ concedenda esset matri pendente lite de functæ*, *conceditur filiis illius hæredibus.*

Iudicium intentatum à matre super immissione in bonis fideicommissi transmittitur ad filios hæredes.

3 *pro Dotis restitutione mulieri*, *eiusque hæredibus non competit actio contra bona mariti*, *quoties ad fundum dotalem illa dirigenda est.*

4 *Maritus declarando in testamento*, *se recepisse dotem ab vxore*, *eamque ab illa consequi posse*, *quando eam dotem legasse dicatur.*

Vxor in iudicio restitutionis dotis potest etiam illam, 5
vt sibi legatam petere, *& quando n.* 5.

6 *Vxor petens restitutionem dotis vigore legati statim illam consequi potest actione ex testamento.*

7 *Legatum restitutionis dotis*, *vt aliquam afferat vtilitatem sufficit*, *vt faciliori exactione vxor d. dotem consequi possit.*

8 *Hæres grauari minus debet*, *quam fieri possit.*

9 *Maritus si fuerit negligens in petendo fideiussorem fundi dota-*

dotalis, eius hæres ad æstimationem tenetur, & n. seqq. vbi vide.

10 *Maritum fuisse in culpa non petendi fideiussorem fundi dotalis probari debet, adhoc vt eius hæres de æstimatione teneatur.*

Culpa probanda est, alioquin non nocet, n. 10.

11 *Fundi dotalis periculum spectat ad vxorem non probata culpa mariti, & nu. seqq.*

12 *Damnum fundi dotalis contingens sine culpa, vel dolo mariti spectat ad vxorem, & supra n. 11.*

DECISIO LXXXIII.

A sententia R. P. D. mei Emerix confirmatoria alterius extrà Rotam latæ per R. P. D. Saluiatum concedente Francisco, & Isidoro filiis, & hæredibus Franciscæ Antoniæ immissionem in medietate bonorum fideicommissariorum qu. Aurelii Thei prouenien. ex portione Laurentii illius filii cum declaratione, quod Petro Paulo competeret pro dote materna retentio in scutis 209. commissa per signaturam mihi causa appellationis cùm clausula constito quod sit locus Ægidianæ, cùi locum esse proposito hodie desuper dubio Domini responderunt.

Agitur enim de sententiis latis in possessorio adipiscendæ merè laicali, & inter personas laicas, nec vsque adhuc ex parte Petri Pauli concludenter probatum fuit domum esse sub proprietate Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Montibus,

1 neque sententiarum nullitas, aut notoria iniustitia, † quorum alterum ex prædictis requiritur ne intret Ægidiana Rot. cor. Buratto *dec.* 441. *& decis.* 780. *vtrobique n.* 1. *& decis.* 166. *num.* 2. *par.* 9. *recent. & in Romana vsusfructus* 5. *Iunii* 1660. *coram Eminentiss. D. meo Cardinali Celso.*

Reciprocum fideicommissum, cuius vigore sententiæ mandant immitti legitur in verbis testamenti eiusdem Aurelii, eiusque purificatio controuerti non potest ex deductis *in Decisione huius causæ* 27. *Ianuar.* 1666. *coram R. P. D. meo Emerix*; Ideò sicuti Franciscæ Antoniæ inter liti-

2 gandum defunctæ, si viueret danda esset immissio; † Ita etiam denegari non potest illius filiis, & hæredibus vt vltrà relatos in eadem decisione firmat Noalis *de transmissione casu* 40. *num.* 1. *&* 2. Argelus *de acquiren. possess. quæst.* 10. *num.* 107. Rota *decis.* 112. *numer.* 1. *coram Reuerendissim. Tarraconen.*

Neque iuuat repetitum obiectum retentionis pro dote materna per Petrum Paulum prætensæ, nam vltrà summam scutorum 219 Domini iterum illam denegarunt, amplectentes denuò motiuum, quod in illius complementum traditus fuerit census scut. 700. in sorte principalis, & quidem in fundum dotalem, vt demonstrant verba, & pacta recensita in prædicta *Decisione R. P. D. mei Emerix*

3 *§. neque refert*; † Inde fit quod ad illum adhuc extantem, non autem ad alia bona hæreditaria mariti vxori, eiusque hæredibus competat actio per *textum in l. finali, ff. de pactis dotalibus Doctores in l. æstimatis, & præcipuè* Barbosa *num.* 35. *ff. de solut. matrimon.* Rota *decis.* 120. *in fine part.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Tudertina Saluiani* 27. *Iunii* 1663. *coram me §. secunda exceptio.*

Prædictis non aduersatur motiuus nuper adductis, quod Aurelius decedens in testamento declarauerit habuisse scuta 1200. pro dote Eugeniæ eius vxoris, cui dedit facultatem vna cum quarto dotali illam rehabendi, & conse-

4 quendi; † Quia inde non infertur voluisse legare hanc quantitatem alternando substantia propriæ obligationis, sed tantum demandare restitutionem dotis quam receperat, & legare dumtaxat portionem in quantitate traditam quam poterat vxor in iudicio de dote petere per *textum in l. Meuia §. à me versic. illic autem, ff. de legat.* 1. Aretin. *in §. sed si vxori num.* 5. *instit. titulo de legatis*, Quod non modicæ vtilitatis vxori fuit commodum exactionis, dum actione ex testamento statim ab hæredibus lucrum nuptiale, & residuum dotis in pecunia consistentis exige-

6 re poterat, † quod alias actione de dote nisi post sex menses consequi valebat, ita mandante statuto Vrbis *cap.* 173.

7 *lib.* 1. † quod sufficit, vt legatum vxori aliquam vtilitatem dicatur afficere per *textum in dicto §. sed si vxori instit. titulo de legatis vbi gloss. in verbo plenius* Oinotom. *num.* 5. *& seqq. & cæteri scribentes*, *& decidit* Rota *decis.* 41. *num.*

8 11. *&* 12. *par.* 9. *recent.* † vt minus grauetur hæres, quàm fieri possit *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat.* 2. *& in nostris terminis* Rota *decis.* 89. *numer.* 16. *&* 17. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Neque ex eo quod Aurelius neglexerit petere fideiussorem à debitoribus d. census promissum dici potuit, quod ille effectus fuerit inexigibilis, † itaut eius hæredes modo 9
ad illius æstimationem teneantur *ex textu in l. in his rebus, ff. solut. matrimonio*; Quoniam cùm ipse non assumpserit in se onus agendi contra debitores pro præstatione eiusdem fideiussoris, neque hoc cùm ipso pactum fuerit, aut ei indicatum, dici non potest negligens, siue in culpa,
† quæ ad hunc effectum probari debet Crauett. *à consil.* 77. 10
n. 11. Olea. *de cessione iurium titulo* 5. *q.* 11. *n.* 23. Ideò ipsa
non probata † periculum ad vxorem spectat, vt probat 11
textus in l. Meuia marito, ff. soluto matr. vbi Roman. *n.* 2. & generaliter de omni damno contingenti in fundo dotali
† sine culpa seu dolo mariti Castrens. *in l. si æstimatis num.* 12
3. *vers. quia de periculo, ff. solut. matrim.* Cyriac. *controu.* 220. *numer.* 10. Rota *decis.* 792. *numer.* 19. *etiam bon. memor. Merlino.*

Et ita partibus hinc inde auditis decisum fuit.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 24. Februar. 1668. coram eodem Reuerendissimo D. Beuilacqua, quæ infra suo loco, & tempore apponetur; Alia verò in hac eadem causa emanata coram bo. mem. Emerix sub die 27. Ianuar. 1666 cum non habeatur impressa erit in Appendice Decisionum prætermissarum.

R. P. D. TAIA.

Auenionen. fideicommissi.

Mercurii 27. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM

Fideicommissum particulare à prohibitione alienationis deductum stare consecutiuè ad præcedentes substitutiones in præsenti Decisione resoluitur; atque ita insimul declaratur ipsum quoque cum eodem fideicommisso vniuersali resolui substitutio vltra tres gradus, quando non obstante statuto contrario fieri possit ex hac eadem Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis consecutiua ad præcedentes substitutiones, non importat fideicommissum particulare, sed ad limites earumdem substitutionum restringitur.*

2 *Prohibitio alienationis quando stat de per se, & per modum nouæ, & separatæ dispositionis nouum quoque fideicommissum inducit.*

Agnationis conseruandæ votum quando inducat nouum fideicommissum à præcedenti vniuersali contradistinctum, num. 1. *&* 2.

3 *Immissio non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, & num.* 10.

4 *Manutentio non retardatur per exceptionem fideicommissi requirentis altiorem indaginem, & n.* 11.

5 *Statutum Auenionense, sub tit. de substit. artic.* 2. & 3. rubrica 60. lib. 1. *adducitur, & declaratur, & num. seqq.*

6 *Statutum vetans fieri substitutiones vltra tres gradus an regulari debeat ad limites iuris communis quoties extraneus extiterit hæres.*

7 *Substitutiones etiam vltra tres gradus in Gallia obseruari consueuerunt non obstantibus particularibus statutis certorum locorum.*

8 *Status Venaissinus non subiacet statutis Auenionensibus.*

9 *Fideicommissarius cui bona fideicommissi restituuntur, quando possit rogari, vt ipse quoque aliis eadem bona restituat.*

11 *Exceptiones turbidæ, & quæ egent discussione non admittuntur in iudicio summarissimo manutentionis.*

DE-

DECISIO LXXXIV.

STANDVM in decisis 28. *Ianuarii proximè præteriti, & dandum mandatum de manutenendo Marchionissæ Franciscæ Domini responderunt cognita, & examinata dudum causa cum primum constare de attentatis Marchionissæ Mariæ, & dandum mandatum de manutenendo Marchionissæ Franciscæ decisum fuerit 2. Decembris 1655. & iterum audita Marchionissa Maria mandantibus Dominis videri de bono Iure etiam ad effectum manutentionis 19 Februarii 1666. decisum posteà fuerit 28. Ianuarii proximè præteriti constare de bono Iure Marchionissæ Franciscæ pierisque Dominorum tunc Sententibus etiam ad effectum manutentionis Instante rursus audiri Marchionissa Maria super vltimo Decisis in puncto boni Iuris audita est etiam Marchionissa Francisca super puncto manutentionis, & mandati de manutenendo propositaque causa Domini, vt supra responderunt.

Nam constare de bono Iure Marchionissæ Franciscæ satis visum fuit Dominis etiam ad effectum manutentionis ex præcedentibus positionibus ac Decisionibus ex qui bus clara resultat possessio eiusdem ex fideicommisso ferè à morte Marchionis Dominici Fratris ex actis Iudicialibus & ex confessione Marchionissæ Mariæ quæ in præcibus pro commissione causæ fassa est se Spoliatam 12. Octobris 1664. Et verè Marchionissa Francisca possideret, ac possideat non vti spoliatrix, sed vti immissa per mandatum Iudicis in partibus, & demum ex sententia in fauore Marchionissæ Mariæ, vtpote condemnante Marchionissam Franciscam ad restitutionem fructuum toto tempore quo possedit perceptorum non obstante prætensa possessione Marchionissæ Mariæ vti attentata, & capta lite pendente in Rota cui causa fuit à Signatura commissa; atque ita non obstante prætensa diuersitate causarum cum eadem Marchionissa Maria obtinuerit causam committi pro vna, & eadem prout vnam eamdemque primum Informantes pro Marchionissa Maria in aliis informantibus scriptis deinde Domini in decisionibus approbarunt pluribus ad resolutionem vtriusque partis dubiis concedentibus latè deductis.

Non obstant, quæ nouiter deducuntur ab Informantibus pro Marchionissa Maria. Et primo quod si & quantum esset clarum fideicommissum Petri, iam decisum, attamen non comprehenderunt in eo bona in Territorio dù Thor vti prouenientia à Gabriele Patre ipsius Petri, qui instituit Petrum Alexandrum, & Franciscum filios, & inuicem substituit si decederent sine filiis, & voluit quod omnia, & quæcumque bona dicti loci dù Thor, non possint per suos hæredes supradictos tam institutos, quàm substitutos casu substitutionis adueniente aliquo modo vendi, alienari, sed semper perpetuò remaneant, & remanere debeant in familia; & cognomine ipsius Testatoris, vt in Testamento Gabrielis quasi prohibitio importet particulare fideicommissum, quod tanquam contradistinctum ab vniuersali vna cum eadem expirasse non videatur.

Nam ex lectura testamenti, & signanter ex iis verbis *tam institutos, quàm substitutos* casu substitutionis aduenientis aliquo modo visum est apparere eam esse consecu-
1 tiuam ad præcedens vniuersale fideicommissum † & per consequens non importare fideicommissum, sed ad limites vniuersalis restringendo ad vberrime allata, & allegata *coram Reuerendissimo Domino meo Cerro nostro Decano in Romana fideicommissi de Coronis Coronabili decisione 7. à numer. 33. part. 10. & in terminis particularis fideicommissi* Rota coram Merlino *decis. 657. num. 17. à vers. non adest fideicommissum particulare, & decis. 890. num. 91.* & opposita dicebantur obstare, quando prohibitio, & votum
2 conseruandæ agnationis † Stant de per se per modum nouæ, & separatæ dispositionis, vt in alio casu coram eodem Merlino *dec. 228. nu. 32. à vers. Secus autem.*

Communiter etiam receptum fuit ex facto quod Henricus filius, & hæres Petri, & nepos fideicommisso vocatus Gabrielis hæc ipsa bona in Inuentario paternæ hæreditatis in loco, & Territorio loci dù Thor, & Iure quia Marchionissa Maria non est in Testamento vocata, & non constat esse de familia, quod etiamsi constaret, tamen non est clarum, quod ex illa causa introductum fuerit fideicommissum in casum mortis, in omnes de fami-
3 lia, & eget altiori indagine † Itaut immissio non sit impedienda apud Rotam coram Seraphin. *decis. 83. numer. 4.* Argel. *de legit. contradict. quæst 3. numer. 169. vers. secundo quia & num. 177. & quæst. 10. numer. 180. & 181. & maximè num. 179* Pæn. *Lugdun. ædict. dec. 486. num. 20. confirmata in dec. 503. à numer. 2.* & multo minus ipsa manutentio, &
mandatum de † manutenendo impedienda non sint Rota 4
apud Posth *de manutenendo dec. 521. nu. 12.*

Pariter non obstat *Statutum Auenionen. † sub tit. de sub- 5
stit. art. 2. & 3. rubr. 60 lib. 1* quod non possint aliquæ substitutiones tam in vltimis voluntatibus quàm in contractibus vltra tres gradus substitutionis fieri post vniuersalem institutionem, & dispositionem &c. cum attestatione Notarii Publici, & Regii Graffarii talia statuta esse in viridi obseruantia.

Sed circa obseruantiæ quæstionem an prædictum Statutum seruandum, & regulandum sit † ad limites Iuris 6
communis si extraneus extiterit hæres ad *§ ea quidem auth. de resciss. fideicomm. seu cap. 2 nouell. 159. ibique* Cujac. *vers. nam, & his detractis* siue ad limites Iuris Gallici seruandum sit cum statuto, & statutariis obseruationibus non obstantibus Curia Auenionen. consueuerit † approbare 7
gradus substitutionis etiam quartum excedentes præsertim fauore descendentium in recta linea, vt testatur de Curia Tolos. Maynard. *decis. 86 nu. 3. lib. 5.* subiiciens in linea directa ita receptum esse in Insubria & Gallia.

Domini in quæstione subiectionis bonorum dù Thor, quam Marchionissa Maria probauit sub Statuto Auenionen. imò vnus ex Dominis retulit pro sollicitudine propria se percunctatum ab Exauditoribus generalibus Auenionen. & ab aliis affirmatum Territorium dù Thor venaisinum esse † nec affectum Statutis Auenionen. & con- 8
tra prædictam obseruantiam sibi relatum ab ipsis Auditoribus generalibùs Iudicantibus Iudicasse ex Iure communi
cum † quoque cui aliquid restituitur ad *§. eum quoque instit. 9
de fideicom. hæred.* indefinitum, nec opposito quidem statuto vltra quod satis visum est huiusmodi nouas exceptiones esse dubias, & requirere altiorem † indaginem ad hoc, 10
vt nequeant impedire Immissionem Marchionissæ Franciscæ ex supra allegatis.

Porrò ad dotem, & alia detrahenda pro quibus Marchionissa Maria intendit retinere, & obtinere bona abunde responsum est in decisione, & plura quæ conferunt, & congerunt hinc inde Informantes visa sunt conferre ad bonum Ius, & ad manutentionem Marchionissæ Franciscæ, vt nulla in hoc Summario Iudicio admittitur exce-
ptio, † quæ sit turbida, & egeat discussione ad Meno. h. 11
retin. possess. remed. vlt. sub num. 43. Posth. *obser. 42. à num. 67.* Rota *dicta dec. 521. d. num. 12.*

Et ita vtraque, &c.

Alia Decisio in hac præsenti resolutione confirmata sub die 28. Ianuarii istius præsentis anni 1667. coram eodem R. P. D. Taya est supra in hac eadem parte in ordine decis.

R. P. D. OTTALORA.

posteà Præside Granatesi.

Bononien. Fideicommissi de Cæsareis.

Mercurii 27. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta de proximioribus legitimis, & naturalibus non adiecta qualitate de legitimo matrimonio natis, comprehendit etiam legitimatos, qui veniunt appellatione proximiorum de aliqua familia, & agnatione; hinc plura de materia legitimationis, eaque etiam quando dicatur facta in præiudicium creditorum ad terminos statuti forum *mercat. Bonon. rubric. 71. de decoctor.* in hac decisione declaratur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus in concursu extraneorum admittitur ad fideicommissum in quo vocati sint proximiores legitimi, & naturales de familia, & agnatione.*

Filius legitimatus dicitur proximior legitimus, & naturalis de familia, & agnatione, n. 1.

2 *Filiatio plenè, & concludenter probari debet quando agitur in iudicio plenario, & ad effectum, vt filius legitimatus possit auocare bona à tertio possessore.*

3 *Filius legitimatus, vt in fideicommisso succedat, requiritur quod venter fuerit custoditus, & mulier retenta in schemate concubinatus, & quando.*

4 *Filius naturalis ex quibus dicatur constitutus in qua si possessione filiationis contra Patrem.*

5 *Filiationis quasi possessio contra patrem acquisita suffragatur etiam contra habentes causam ab illo.*

6 *Pater postquam constituit filium, in quasi possessione filiationis, per assertiones, & negationes contrarias illi præiudicare non potest.*

7 *Filio iam constituto in quasi possessione filiationis contra patre, non præiudicat contraria assertio, vel negatio eiusdem patris etiam, quod illa fuerit iurata.*

8 *Legitimatio non retrotrabitur, & quando vide numer. seqq.*

Creditori an præiudicet legitimatio posteà subsecuta, vide num. 8. & 9.

Filiatio probata non ex sola legitimatione, sed ex fide baptismatis, educatione, & tractatu facit legitimationem præiudicare creditoribus, numero 8. & 9.

10 *Cessio non probat creditum nisi exhibeantur scripturæ continentes credita cedentium*

11 *Legitimatio facta à decocto quando præiudicet creditoribus, & num. seqq.*

Decoctus non habet nec velle, nec nolle num. 11.

Furiosi, vel eius cui bonis interdictum est nulla est voluntas, num. 11.

12 *Statutum fori mercatorum Bononiæ* rubr. 71. *annullat omnia gesta per decoctum intra annum decoctionis, & in quibus terminis loquatur, nu. 16.*

13 *Decoctionis tempore gesta vt dicantur facta in fraudem debent percutere tempus decoctionis, & nu. sequen.*

14 *Tempus decoctioni proximus ad summum dicitur tempus quindecim dierum.*

15 *Contrahens cum aliquo tamquam persona habili non potest posteà negare illum fuisse talem.*

16 *Legitimatio non est contractus.*

17 *Decoctio non præsumitur durasse, & quando, vide nu. seqq.*

Decoctio non præsumitur continuata, dùm posteà noua cessio bonorum fuit necessaria num. 17.

18 *Saluiconductus, seu non grauetur non concludunt per necesse decoctionem.*

Diuites, quando non habent in promptu pecunias etiam ipsis vtuntur saluisconductibus, & non grauetur.

19 *Diuites non dicuntur decocti si quandoque fuerint vsi saluisconductibus, vel non grauetur.*

20 *Proximiorum appellatione de aliqua familia, & agnatione comprehenduntur etiam legitimati, & supra num. 1. cum seqq.*

21 *Qualitas de legitimo matrimonio in prima substitutione expressa, an censeatur repetita in secunda, vel potius fuerit consulto omissa, & sup. n. 20.*

22 *Exclusum fuisse aliquem, & non fuisse inclusum valdè differunt inter se non Inclusus in vna substitutione non prohibetur succedere in alia numero 22.*

DECISIO LXXXV.

ROTALEM sententiam declarantem nullum ius nullamque actionem competisse ac competere Rugerio super bonis fideicommissariis qu. Matthæi de Cæsareis DD. sub die 7. Maii * 1666. dixerunt esse infirmandam, & ratio potissima fuit quia Matthæus in defectum descendentium legitimorum, & naturalium, & de legitimo matrimonio natorum Herculis de Cæsareis vocauit proximiores legitimos, & naturales de familia, & agnatione Cæsarea, atque insuper declarauit suam intentionem fuisse, & esse, & ita nunc disponere quod dicta sua hæreditas in totum, & sine vlla diminutione conseruetur in perpetuum inter descendentes masculos, seù fœminas, masculis non extantibus Ioannis ordine successiuo, ideoque cum non extent descendentes ex Hercule nati de legitimo matrimonio, & agatur in concursu extraneorum factus est locus substitutioni Rugerii, qui licèt si filius legitimatus Ioannis dicitur † proximior legitimus, & naturalis de familia, & agnatione Cæsarea, vt tenuerunt, Giouagnon. *respons.21.num.15.& 16.lib.1.* Soccin Sen. *cons.63. num.20.& seqq.lib.3.* Ruin. *cons.161.numer. 19. & 20 lib.2.* Decian. *cons.33.lib.5.* Fusar. *de substit.quæst.* 408 *num.85 & 87.* Rota post Salgad. *in Labyrint. Credit.decis.25.num.4 & 5.& decis.26.num.17.& 18.* Cumque hodie dubitaretur an sit standum, vel recedendum à decisis informantes pro hæreditate Gandulphi tria obiecta proposuerunt pro exclusione Rugerii à fideicommisso de quo agitur, sed his non obstantibus dictum fuit standum esse in decisis. 1

Primò enim non obstat quod non constet de illius filiatiione plenè, & concludenter prout requiritur, † quando agitur in iudicio plenario ad effectum spoliandi tertium possessorem iuxta distinctionem relatam in *decis.389.nu.1. & seqq.par.1.decis. 583.num.9 par.5.& decis. 167.num 1.& 2.part.8.recent. & in Bononien. fideicommissi de Canobiis* 30. *Ianuarii & 28. Iunii* 1663. *coram R. P. D. meo Albergato*; nempe quod venter fuerit custoditus, † & mulier retenta in in schemate concubinatus de tempore conceptionis Rugerii, ita vt nulli alii, quàm Ioanni patebat accessus, *vt in §. si quis autem Authent. quibus modis natural effic. sui* Rot. *in Farfen. bonorum 23. Ianuarii 1647. §. nam testes coram bon. me. Cardin. Corrado, & in dicta Bononien. fideicommissi de Canobijs 30. Ianuarii 1663. §. non suffragantur coram R. P. D. meo Albergato*, quia responsum fuit in hac facti specie propriè non agi contra tertium ex proprio Iure veniente, in quibus terminis procedunt supradictæ auctoritates. Sed contra creditores habentes causam à Ioanne Patre respectu cuius filiatio satis probata conuincitur ex relatis in decisione huius causæ sub die 16. Ianuar. * 1662. coram R. P. D. meo Albergato, scilicet ex fide Baptismatis, ex qua apparet Rugerium fuisse Baptizatum vti filium Ioannis cum impositione nominis, & cognominis Auiti, & ex testibus deponentibus de educatione tractatu, & communi reputatione item ex tribus enunciatiuis repertis in Instrumentis celebratis cum Auctoribus dd. Creditorum in quibus Rugerius appellatur filius Ioannis, & vti talis fuit admissus ad publica officia Ciuitatis Bononiæ ac demum ex legitimatione ab eodem Patre obtenta, † quæ omnia simul iuncta sicut constituunt filium in quasi possessione filiationis contra Patrem, qui ampliùs id negare non posset, vt tradunt Alexand. *cons.157.num.2.lib.5.* Surd. *cons.1. num. 43.& seqq.* Giouagn. *cons.21.num.2.* Spad. *cons. 250. numer.2.lib.8.* Noguerol. *allegat.25.num.58.* Menoch. *præsumpt. 53.libr. 6.* Rot. *in Florentina Oratorii 2. Maii 1661. coram Reuerendissimo meo Decano*, ita etiam contra habentes † causam ab eo Crauett. *cons.29.num.1.* Gratian. *discept.655.num.72 & seq.* Theodor. *allegat. 18.num. 48. & seqq.* Rota coram Coccino *decis. 120. num. 2. & decis. 152. numer. primo cum pluribus aliis allegatis in dicta decis.16. Ianuar. 1662. §. quæ fortiora coram R. P. D. meo Albergato*, neque obesse potest testamentum Ioannis datum in hodierno *Summario num. 2.* in quo prætereundo Rugerium nominauit illum ass. filium, & iurauit se erga eum non teneri ad quidquam ex diuersis causis cuilibet ex Parentibus benè noti, quia postquam ex actibus supradictis Rugerius, fuerat constitutus in quasi possessione filiationis † subsequens contraria assertio vel negatio Ioannis eidem præiudicare non potuit Aretin. *in cap. per tuas 15. n.29.& seqq.* vbi dicit id procedere etiamsi negatio patris † esset iurata Butrius *ibidem numer. 9. vers. Sed si concurrat* Felin. *num. 14. & omnes communiter* Rauden. *de Anolog. cap.30.num.17.* Franc. Maria Poratus *disc. 40.num.29.tom.1.* Prout non releuat, quod Creditores habeant causam à Patre legitimante ante ipsam legitimationem quæ proinde non retrotrahitur † in priudicium habentis ius quæsitum ex contractu Bald. *cons.19 num.3.lib.4.* Natt. *cons.470.num.20.* Gabriel. *cons.30 num.30.lib.1.* Cacheran. *cons.68.num. 36.* Ruin. *cons. 79.numer. 12.lib.3.* maximè quando, vt in præsenti illa emanauit cum expressa præseruatiua cuiuscumque Iuris quæsiti alicui personæ, † 9

Quo-

Quoniam probatio filiationis non deducitur in hoc casu ex sola legitimatione, sed vlterius fide Baptismatis, educatione, tractatu, aliisque actibus superius recensitis, nec in facto subsistat credita esse anteriora, nisi in parua summa nempè in libris 700. ad fauorem Herculis de Adamis, qui legitimationi consensit, & pro ea obtinenda propriam pecuniam subministrauit *Summar. præt. num. 6* & in libris 968. ad fauorem Alexandri Franceschini, qui remansit satisfactus ex fructibus bonorum, de quibus agitur perceptis spatio 40. annorum ex ratione deducta in decisione, quæ reuidetur §. Officere; Cætera verò credita resultantia ex cessionibus reportatis de annis 1627. & 1630. sunt posteriora legitimatione obtenta 20. Aprilis 1623. & non dicuntur
10 plenè iustificata nisi exhibeantur † scripturæ continentes credita cedentium Gregor. *decis. 579. numer. 1. & ibi* Adden. *numer. 4.*

Secundò opponebatur Inualiditas legitimationis quæ tanquam facta à Ioanne decocto dicitur facta in fraudem
11 Creditorum, & præiudicare non potest, † quia decoctus non habet nec velle, nec nolle *l. Furiosi, ff. de reg iur. ibi furiosi vel eius cui bonis interdictum est nulla est voluntas* Rota *Ianuen. decis.* 83 *num.* 12. Buratt. *decis. 9. num.* 3. resistente maximè statuto fori Mercatorum Ciuitatis Bononiæ rubr
12 71. † annullante omnia gesta per Decoctorem intra annum decoctionis, vtpote fraudulenta, sed placuit responsio data in vltima mea decisione, quod scilicèt decoctio non probatur, nisi de anno 1610. legitimatio autem fuit facta de anno 1623. & sic tanquam emanata post plures annos cessionis bonorum non potest dici facta in fraudem,
13 † quia ad hunc effectum actus decoctionis debent percutere tempus decoctionis, vel paulo ante, vel paulo post Stracc. *de decoct. quæst. 3. num. 30.* Franc. Rocch. *eodem tract. num. 108 & tribus sequentibus*, vbi quod ad summum tem-
14 pus † potest extendi ad 15. die Gratian. *discept. 39. num. 10.* Rota coram Eminentissimo Otthobon. *decis. 169. num. 10. & seqq.* Accedit quod Ioannes post decoctionem plures celebrauit contractus cum Auctoribus Gandulphi, in quibus se fundant Informantes pro eius hæreditate; ideoque dum illi contraxerunt, cum eo tanquam persona habili,
15 † non possunt modo negare illum non fuisse talem Vrseil. *conclus. 153. num. 20.* Altograd. *cons. 45. num. 45. tom. 2.* Rot. *decis. 78. num. 10 part. 7. recent.* Statutum verò fori Mercatorum procedit solum quando decoctus est Mercator, qua-
16 lis non fuit Ioannes, † & loquitur de contractibus qualis non est legitimatio, vt firmatum fuit *in dicta mea decisione minus iuuat.*

Neque decoctio præsumitur durasse ex alia cessione bonorum facta 14 Augusti 1623. & ex saluisconductibus, quibus Ioannes vtebatur sub diebus 2. Martii, & 12. Apri-
17 lis, † quia imò ex illa comprobatur eumdem tempore legitimationis non fuisse decoctum, dum noua opus fuit cessione bonorum, quæ tamen non fuit propriè cessio bonorum, sed tantum cessio Iurium fideicommissi, citra caducitatem pro congrua satisfactione Creditorum *Summar. num.* 10. Prædicti autem Saluiconductus non concludunt
18 per necesse decoctionum † quia etiam Diuites bona possidentes illis vtuntur, quando non habent pecuniam in
19 promptu, nec † proinde dicuntur decocti Tondut. *resolut. ciuil. lib. 2. quæst. 22. numer. 7.* Rota *Lunen. decis. 168. num. 8. in fin.*

Tertium denique obiectum versabatur in eo, quod cum Testator vocasset descendentes Herculis legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, Rugerius tanquam non natus de legitimo matrimonio, sed tantum legitimatus dicatur expressè exclusis. Sed huic obiectio fuit plenè satisfactum in dicta decisione quæ reuidetur, cum responsione quod qualitas de legitimo matrimonio fuit solum à Testatore desiderata in primis substitutionibus factis fauore descendentium Herculis, & vbi illam expressè non addidit semper apposuit aliquam dictionem respecti-
20 uam. Sed Rugerius non voluit tanquam descendens, sed tanquam proximior de familia, & agnatione Cæsarea vocatus in casu quo fuisset defecta linea tam masculina quàm fœminina primò Institutorum, sub quibus verbis comprehenduntur etiam legitimati, qui dicuntur proximiores de agnatione, & familia, vt probant Giouagnon. *resp. 21. n. 8. lib. 1.* Ciriac. *contr. 208 n. 1.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2 qu 8. n. 5.* Rot. *post eum decis. 77. num 5. & decis. 78. n. 2.* Cumque in hac substitutione Testator non expressèrit hanc qualitatem quod proximiores essent nati de legitimo
21 matrimonio † censetur illam consultò omisisse Surd. *cons. 200. nu. 23.* Bardellon. *cons. 21. num. 50.* Rota *dec. 299. n. 5. par. 3 rec.* Eminentiss. Otthob. *dec. 252. num.* 8.

Neque vrget replicatio, quod exclusus vel descendens non possit succedere vti proximior, quia Testator nunquam exclusit nec odio habuit legitimatos; sed eos non inclusit in primis substitutionibus, valdè autem differunt inter se aliquem esse exclusum, & aliquem non esse inclusum, † quia non inclusus in vna substitutione non prohibetur succedere in alia Giouagnon. *consil. 21. num. 88. & cons. 26. num. 4. lib. 1.* Rot. *Diuers. decis. 72. num. 57. vers. quia respondetur part. 1. & in recent. decis. 609. nu. 2. part. 4 tom. 3. & dec. 235. num. 8. par. 6.* 22

Ex quibus, & aliis deductis in dicta mea decisione DD. steterunt in decisis.

Vtraque &c.

Decisio in hac eadem causa emanata, & hic confirmata 7. Maij 1666. cum non habeatur impressa erit in appendice decisionum prætermissarum; cumque aliæ plures etiam contrariæ resolutiones per antea emanauerint omnes reperias impressas in præcedenti parte 14. coram Reuerendissimo Domino Albergato Decano, & R. P. D. Taya.

REVERENDISSIMO DOMINO CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Casalis.

Mercurii 27. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Transactio inita ab hærede grauato intuitu, & contemplatione fideicommissi, cum non nomine proprio, sed fideicommissario facta dicatur, quidquid ea mediante acquisiuit hæres, non sibi, sed fideicommisso quæsiuit; quodque etiam in solutione facta de pecuniis hæreditariis procedit, vt quacumque cessione ab hærede reportata, illa in nihilo suffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario non datur in ea portione, quæ non spectabat ad hæredem grauatum, sed ad alium substitutum pertinebat.*

2 *Hæres fideicommisso grauatus si quid ab alijs fideicommissarijs acquisiuit, neque sibi, neque suæ hæreditati acquirit, sed totum cedit commodo fideicommissi.*

Transactio inita intuitu fideicommissi nullum ius tribuit transigenti nomine proprio, sed totum cedit lucro eiusdem fideicommissi num. 2.

3 *Legatario quæritur Dominium rei legatæ etiam ante secutam acceptationem.*

Hæres adeundo hæreditatem bona hæreditaria vigore aditionis sibi appropriare dicitur, n. 3.

4 *Hæres non remanet debitor legatariorum de aliqua parte bonorum hæreditariorum, sed solum de pecunia, si in pecunia fuit relictum legatum.*

5 *Bona semel extracta à fideicommisso pro satisfactione legatorum, si posteà fuerunt ab hærede recuperata, an reincidant in fideicommissum, & num. seqq.*

6 *Ius quod competit pro recuperatione rei, eidem rei æquiualere videtur.*

7 *Bona extracta à fideicommisso ex causa adiudicationis, adiudicatione resoluta certum est, quod in fideicommissum reincidunt.*

8 *Cessio reportata ab eo qui soluit de pecuniis alienis non suffragatur cessionario.*

Hæres soluens de pecuniis hæreditariis inutiliter cessionem acquirit, num. 8.

Solu-

Solutio facta de pecuniis hæreditariis debitum extinguit, & liberat hæreditatem, n. 8.

DECISIO LXXXVI.

FVIT resolutum coram me, *sub die 18. Iunii* 1660. non esse locum Ægidianæ, attenta iniustitia sententiæ concedentis immissionem Puellis S. Euphemiæ, vt hæredibus Iacobi Ptolomæi in possessionem partis Casalis S. Pauli possessi ab Arthemisia, & Maria de Petrucciis filiabus, & hæredibus Lucretiæ Vacchiæ, & hodie, dubio, iterum discusso DD. resolutionem confirmarunt.

Cum enim Petrus Antonius Pater dicti Iacobi, super portione Casalis, de qua agitur, ordinauerit fideicommissum, quod per mortem eiusdem Iacobi, sine filijs fuit purificatum, ad fauorem Lucretiæ Vacchiæ eius matris, non poterat concedi immissio puellis, in possessionem di-
1 ctæ portionis fideicommissariæ, † quæ non ad hæreditatem Iacobi hæredis grauati, sed ad Lucretiam substitutam pertinebat, per Text. *in l. sin autem sub condition. C. commun. de leg.*

Nec vrget repetitum obiectum, quod Iacobus hanc portionem sibi acquisiuerit, mediante transactione inita, cum Michaele de Groffis, & Oliua de Blondis legatariis Pauli fratris, & auctoris Petri Antonii, quia placuit responsio aliàs data, quod cum ad huiusmodi transactionem deuenire non potuerit, alio nomine, quàm hæreditario Petri Antonii Patris, qui per aditionem hæreditatis dicti Pauli
2 eius fratris effectu fuerat debitor legati; † acquisitio facta per Iacobum, non auget eius hæreditatem, sed quidem cedere debet ad commodum hæreditatis, ac fideicommissi eiusdem Petri Antonij, cuius intuitu transactum fuit, vt præter allegat. in dec. tradunt Mierex *de Maiorat. part. 1. qu. 10. num. 172.* Mugier. *alleg. 19. num. 31.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 126.* Rot. *in Bononien. Prædii 16. Iunii 1662. in fin. coram R. P. D. Albergato*

Nec obstat replicatio, quod Petrus Antonius non potuerit hanc portionem Casalis subiicere fideicommisso, cum iam esset debita legatarijs, ex testamento Pauli, quia animaduerterunt DD. quod Paulus non legauit in specie dictam portionem Casalis, quo casu, non potuisset Petrus Antonius illius hæres aliter de illa dis-
3 ponere, in præiudicium legatariorum, † quibus fuisset acquisitum dominium, etiam ante eorum acceptationem, iuxtà *decis.* 189. *numer. 5. part. 7. recent.* sed reliquit simpliciter quantitatem pecuniarum scut. 1900. quo fit, vt Petrus Antonius, adeundo hæreditatem Pauli fratris omnia bona hæreditaria sibi appropriauerit, vigore aditionis, *ex gloss. singul. in l. 1. §. veteres verbo reliquorum vers.*
4 *tu dic, ff. de acquir. poss.* & dumtaxat euasit † debitor erga legatarios, in simplici pecunia legata *l. si pecun. 13. ff. de leg. 2.* Syluestr. Aldobrand. *cons. 115. lib. 1. num. 3. & seq.* Rot. *dec. 966. num. 1. par. 1. rec.*

Nec releuat, quod legatarii, post duas sententias obtinuerint dictam portionem Casalis sibi adiudicari pro satisfactione eorum legati, subsequuta etiam actuali pos-
5 sessione, † ideòque cum semel fuerit ab eodem fideicommisso exempta, licèt posteà ab hæreditate recuperata, non debuerit ampliùs ad fideicommissum redire, Cephal. *cons. 683. num. 7. cum seqq.* Crauett. *cons. 295. num. 4.* Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 5 glos. 1. part. 1. num. 49.* Rota *decis. 209. num. 3. part. 1. rec.*

Siquidem authoritates præfatæ, vti loquentes in casu, quo res fideicommissaria irreuocabiliter exiuerit à fideicommisso, & fuerit, ex nouo titulo ab hærede acquisita, non procedunt in proposito, vbi aduersus sententias obtentas à legatariis, fuerit commissa causa restitutionis in integrum, & per Cap. Appellationum fuerat quoque lata sententia tam super d. reuocatione dictæ adiudicationis, quàm etiam super eo, An legata deberentur d. Instr. impress. litt. G ideò nullo modo dici potest portionem controuersam irreuocabiliter exiuisse à fidei-
6 commisso, † nam Ius, quod pro recuperatione competit, videtur ipsi rei æquiualere, per *text. l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. Dom. l. qui actionem, vbi glos. ff de Reg. Iur.* Minusque dici potest fuisse recuperatam ab hærede, ex nouo titulo, cum transactio legatur facta, propter litem, quæ tunc vigebat, super insubsistentia le-
7 gati, ex nullitate adiudicationis, † qua resoluta, negari non potest, quin portio Casalis redierit ad priorem causam fideicommissi, vt aduertit *decis. §. certius in proposito.*

Quo verò ad immissionem prætensam à puellis, pro medietate scut. 300. quæ asserebant Iacobum de proprio soluisse Ecclesiæ B. Mariæ Puritatis, ex causa legati relicti à Mario Ptolomæi, cessasse videtur quælibet difficultas, ex quietantia facta à Ministris dictæ Ecclesiæ, & pro parte puellarum producta, vbi clarè constat Iacobum non de proprio, sed quidem soluisse de pecuniis hæreditatis Marii retractis, ex alia rata eiusdem Casalis vendita illis de Victoriis, vt in calce informationis facti Puellarum, ex qua † quidem solutione non potuit Iacobum 8
reportare aliquam Iurium cessionem contra hæreditatem Marii, de cuius pecuniis soluit, sed exindè debitum legati remansit extinctum, & hæreditas pleno iure liberata Rota post Pacif. de Saluian. *decis. 164. num. 9. & in Bononien. fideicomm. de Luparis 14. Ianuar. 1661. in fine coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. OTTALORA.

posteà Præside Granatensi.

Fauentina Successionis.

Mercurii 27. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM

Filius, qui primogenituram à Patre viuente recepit, quando illam pro sua portione inter fratres imputare teneatur hìc plenissimè declaratur. Vbi etiam traditur, quibus in casibus sit locus imputationi, vel nè; Cumque hæc materia tota à voluntate Patris dependeat, quamplura simul adducuntur ad declarationem voluntatis non solum ipsius Patris, verùm etiam cuiuscumque contrahentis.

SVMMARIVM.

1 *Bona obuenta filio non ex persona patris, sed patrui, & sic ab extraneo non veniunt in collatione.*
2 *Primogenitura regulariter non recipit diuisionem, & separationem.*
Bona, quæ obuenerunt filio ex primogenitura constituta à patre, an veniant sub collatione, nu. 2. & vide per totam decis.
3 *Filius veniens titulo hæreditario patris illius factum, & declarationem impugnare nullo modo potest.*
4 *Relatio importat specificam scientiam omnium contentorum in scriptura relata.*
5 *Relatio operatur repetitionem in instrumento referente perinde ac si omnia in eo nominatim fuissent expressa.*
6 *Relatio inducit approbationem eorum, quæ in scriptura relata continentur.*
7 *Inuentarium factum à Tutore probat bona fuisse hæreditaria.*
8 *Pater dum aliquid dat filio inter viuos, nullo donationis expresso titulo, semper censetur illud, voluisse filio imputari.*
Imputare debet filius quodcumque inter viuos recepit à patre nullo titulo donationis expresso, n. 8. & seqq. & per totam, vbi plenè de imputatione.
9 *Filius quidquid habuerit à Patre viuente ex causa necessaria imputare debet, & vide per totam decisionem materiam imputationis.*
10 *Collatio inter filios semper fit quoties alioquin resultaret inæqualitas, & de materia collationis, seù imputationis, vide per totam decis.*
Inæqualitas inter filios semper euitari debet, numer. 10. & 13.
Imputare tenetur filius quodcumque à patre recepit, si alioquin maxima inter fratres resultaret inæqualitas, num. 10.

11 *Im-*

11 *Imputatio semper fit quoties concurrit voluntas patris.*

12 *Voluntas patris ad effectum imputationis sufficit tacita etiam ex coniecturis, & præsumptionibus elicita.*

14 *Epistola responsiua interpretari debet secundùm epistolam præcedenter scriptam.*

Interpretatio fieri debet secundùm præcedentem propositionem, num. 14.

15 *Consensus interpretatur secundùm tractatum, & propositionem præcedentem; & supr. num. 14.*

16 *Consensus intelligi debet secundùm subiectam materiam.*

17 *in Contractibus attenditur tempus præcisum conclusionis, non autem præcedens tractatus, vel subsequens, & quando hoc procedat, vide numero sequent.*

18 *Voluntas dubia contrahentis optimè declaratur ex actibus, & declarationibas factis ante dispositionem.*

Amplia etiam ex subsequentibus, num. 19.

19 *Animus disponentis æquè declaratur ex antecedentibus, ac subsequentibus, & supr. num. 18.*

Declaratio voluntatis, & animi contrahentium rectè desumitur ex ijs, quæ antecedenter, ac subsequenter ab eisdem gesta sunt, numero 18. & 19.

20 *Pactum reuersiuum, quod bona per filium à patre recepta in certo casu reuertantur ad patrem; an & quando imputationem impediat, & numero sequent.*

Imputatio fieri debet etiam, quod bona aliquo in casu reuerti debuissent ad patrem, quia quatenùs non reuertantur, filius potest petere supplementum, num. 20.

Primogenituram quando filius imputare tenetur, imputationem non excludit, etiamsi illa aliquo casu ad patrem reuersura sit, numero 20. & per totam, vbi de materia huiusmodi imputationis.

21 L. hæreditatum, ff. ad l. falcidiam *traditur, & declaratur, & num. 22.*

22 *Officiorum vacabilium non proprietas, sed vtilitas ex eis percepta cadit sub imputatione.*

DECISIO LXXXVII.

EXISTIMARVNT Domini die 5. Aprilis 1666.
Marchionem Gregorium Spadam in diuisione bonorum patrimonialium facienda cum fratribus non
teneri primogenituram conferre, eamque in suam
portionem imputare, & decisio duobus nitebatur fundamentis, quorum primum fuit, quod bona dictæ
primogenituræ obuenerunt in Gregorium ex persona
bon. mem. Cardinalis Bernardini eius Patrui non autem
1 ex persona Iacobi Philippi Patris, & sic tamquam †
prouenientia ab extraneo cadere non poterant sub collatione, iuxtà text. *in l. vt liberis, & l. final. ibique DD.
Cod. de collat.* Paris. *cons.* 130. *num.* 6. *lib.* 1. Surd. *cons.*
219. *num.* 7. Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 27. num.*
3. Mangil. *de imput. quæst. 12. num.* 30. Thes. *decis.* 45.
num. 9. Thom. *decis. 50. num. 145. cum seqq. & num.* 165.
Alterum quod licet immediatè prouenirent à Patre saltem pro medietate, ea tamen vti delata in filium titulo primogenituræ, quæ diuisionem, ac separationem
2 regulariter non † recipit, erant ex propria natura exempta à collatione, vt tenuerunt Bald. *in Auth. ex testam.
sub num.* 39. *C. de collat.* Cephal. *cons.* 3. *num.* 55. *& cons.*
174. *per tot.* Surd. *cons.* 427. *num.* 53. *& seq.* Menoch.
cons. 1166. *num* 6. *& seq.* Ciriac *contr.* 312. *num.* 67. Intrigl. *de fæud. cent. 2. art. 5. num.* 388. Tiraquell. *de primog. quæst. 51. num. 1. & seqq. cum alijs adductis in eadem
decis. §. neque obstare*; Verùm causa bis reproposita visum fuit DD. vtrumque cessare ex nouiter in facto deductis, & sic à decisis recedere.

Et quidem facti serie maturiùs considerata, liquido
constat huiusmodi primogenituram fuisse pro medietate
constitutam ex proprijs pecunijs, seù bonis Iacobi Philippi, ideòque deficere primum decisionis fundamentum, quod illa immediatè, & integralitèr prouenerint
ex substantia Cardinalis Bernardini; licèt enim in apoca matrimoniali confecta cum Federico Fantuccio solus
Cardinalis interuenerit, & primogenituram Gregorio
promiserit, etiam sub obligatione propriorum bonorum
nihilominus promissio fuit talitèr concepta, ex quo
antecedentèr præcesserat reciproca intelligentia, & tractatus inter eius fratres, vt omnes contribuerent nempè Cardinalis pro vna, P. Virgilius pro duabus, & Iacobus Philippus pro tribus sextis partibus, vt patet ex
epistolis datis in nostro *Summ.* R.P.D. Sigismundi *num.* 1.
vsque ad 4. Ideòque etiam ex pluribus suadetur, & primò ex tenore eiusdem apocæ matrimonialis, in qua
Cardinalis non promisit absolutè primogenituram de
proprio constituere, sed impersonaliter loquendo dixit,
che il Sig. Gregorio dentro il termine d' otto anni debba hauere in testa sua vna primogenitura. Quæ verba si reducantur ad personalitatem referri nequeunt ad Cardinalem, nisi pro sua sexta parte stante præcedenti intelligentia, & tractatu, & pro alijs duabus concurrere deberet P. Virgilius, & pro alijs sextis partibus Iacobus Philippus, prout apertiùs declararunt ipsi fratres in apoca
confecta eadem die, qua emanarunt Capitula matrimonialia cum Federico Fantuccio, ibi enim nedum fuit
conuentum, *che tutto quello, che nella capitulatione col
Sig. Federico Fantuzzi si riferisce al Sig. Cardinale, s'intenda egualmente riferito al Sig. Giacomo figliolo, & al P. Virgilio actiuè, & passiuè*, sed vlteriùs fuit dispositum expressè
de modo faciendi contributionem iuxtà præcedentem intelligentiam, ibi, *alla qual primogenitura si dichiara, che il
Sig. Cardinale debba concorrere per vna sesta parte, il P.
Virgilio per due seste parti, & il Sig. Giacomo Filippo per
tre seste parti, d. Summ. num.* 5. quam declarationem impugnare non potest Gregorius, † qui venit titulo hæreditario Iacobi Philippi sui Patris, *vulg l. cum à matre, C. de rei 3
vindic.* maximè postquàm illam facto proprio approbauit
in subsecuto Instrumento erectionis primogenituræ, vbi
tàm in casu non effectuati matrimonij, quàm in casu obitus sine descendentibus masculis ex matrimonio promisit bona restituere D. Cardinali P. Virgilio hæredibus,
& successoribus Iacobi Philippi his præcisis verbis,
ibi, *nel modo, e forma, e per le rate conuenute frà detti
Sig. fratelli sotto l'istesso giorno 30. Maggio 1631. per scrittura à parte, alla quale s'habbia relatione.* Virtus enim huiusmodi relationis † non solùm importat specificam 4
scientiam omnium contentorum in scriptura relata, Seraph. *decis. 1496. num. 3. & 4. & decis. 504. num. 5. part. 3. &
decis. 432. num. 6. & 7. part. 4. recent.* ac illorum specialem
repetitionem in Instrumenro referente, † perinde ac si in 5
eo nominatim fuissent expressa, Rota *decis. 152. num. 2.
part. 3. diuers.* Buratt. *decis. 61. num. 6. & in recent. num.* 13.
part. 10. sed etiam operatur † eorumdem approbationem, 6
Bald. & Imol. *in l si prior, ff. solut. matrim.* Soccin Sen. *cons.*
62. *num* 9. *lib.* 4.

Comprobantur prædicta ex effectiua contributione ipsius Iacobi Philippi, qui in emptione bonorum primogenituræ pro medietate propriam pecuniam expendit, *d.
Summ. num.* 9. & post eius mortem, Cardinalis tutorio nomine filiorum eamdem vti hæreditariam eiusdem descripsit in Inuentario allegato *Summ. num.* 7. quod † ad 7
hunc effectum plenam facit probationem, Rota coram
Gregorio *decis. 575. & decis. 290. num. 5. part. 8. recent.*

Vnde cum ex his dubitari nequeat quin primogenitura proueniat pro medietate ex substantia paterna, proculdubio Gregorius filius tenetur illam in suam portionem imputare, quia tàm in capitulis matrimonialibus, &
in apoca eadem die confecta inter fratres, quàm etiam in
Instrumento primogenituræ numquam legitur Patrem
filio voluisse primogenituram donare, sed in omnibus
semper dictum fuit, *che il Marchese Gregorio debba hauere
in testa sua vna primogenitura &c.* Ideòque dum Pater simplicitèr dat aliquid filio inter viuos nullo donationis expresso titulo † semper de iure censetur illud voluisse filio 8
imputari, Bart. *in l. 1. §. sed si parens nu. 1. ff. si quis à Parent.
fuer. manumiss.* Alex. *in l. illud nu. 5. vers. limita tamen prædicta, C. de collat. & in cons. 142. n. 22. vers. tamen secus quando
Pater non expresso lib.* 2. Comeus *cons. 64 nu. 8. lib.* 2. Crass.
de success. §. legitima qu. 22. n. 13. Peregr. *de fideicomm. art. 3.
nu.* 125. Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2 qu. 20 nu. 25. & 29. nu.* 30.
Seraphin *decis. 568. num* 3 *&* 4. Add. ad Greg. *decis. 568. &
decis 242. num. 17. part. 8. recent.*

Augetur illa præsumptio non solùm ex eo quod primogenitura fuit promissa contemplatione certi, & determinati matrimonij, vt expressè protestati sunt omnes
fratres, *d. Summ. num 5. littera L.* ibi, *auertendo di dichiarare,
che la primogenitura si fà solamente in gratia del sudetto matrimonio con la Sig. Camilla*, & sic tamquam ex causa necessaria

9 cessaria † debet imputari, vt distinguit Cutell. *de donat. tract.2. discept. 1. special.5.num. 5.* Hodiern. ad Surd. *decis.322.num. 37.* Merlin. Pignatell. *contr.forens. centur. 2.cap. 34. num.6.* latè Michalor. *de fratribus part. 1. cap. 26.num.16.vsque ad 24. & pluribus cumulatis*, dixit Rota *in Auximana donationis 28. Iunii 1658. §. resolutionis fundamentum coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Sed etiam ex quo aliàs maxima inter filios resultaret
10 inæqualitas, ad quam euitandam semper in dubio † fit collatio, siuè imputatio, *vt de collat. est text. in l. vt liberis 17. C. de collat.* & tenuit Rota *in dicta Auximana donationis, §. & faciliùs*, & de imputatione loquuntur Anchar. *cons. 365.num. 9.* Menoch. *cons. 153.* Merlin. *de legit. lib.2. tit.2. quæst. 29. num. 5.* Rota *in Bononien. Separationis bonorum 5 Iunii 1662. §. hæc verò, & 15. Iunii 1665. §. altera verò coram bon. mem. Verospio.*

Cessat pariter alterum decisionis fundamentum, quod bona delata in filium titulo primogenituræ vti diuisioni, ac separationi non subiectæ non cadant sub collatione, quia præter quod hic propriè non agitur de collatione, cum fratres Marchionis non instent, vt bona prædicta diuidantur, sed tantùm vt in eius por-
11 tionem imputentur conclusio limitatur † quotiescumque concurrit voluntas Patris, vt fiat imputatio, & admittit eadem *decisio, quæ reuidetur in §. & quamuis*, & dictum fuit coram Merlino *decis. 586. num. 3 et in dicta Bononien. Separationis bonorum 5. Iunii 1662. et 15 Iunii 1665. coram bon. mem. Verospio.*

Voluntas autem Iacobi Philippi, quæ ad hunc ef-
12 fectum sufficit etiam tacita, † ex coniecturis, & præsumptionibus elicita, vt sensit Rota *in dicta decis. 586. num. 3. coram* Merlino, clarè colligitur ex illius epistola nouiter data in d. *Summar. num. 1.* vbi requisitus à P. Virgilio constituere primogenituram, de qua agitur fauore Marchionis filij expressè sub his verbis differmit: *Non voglio tratanto lasciar di dire, che non approuo punto, anzi dal tutto escludo il scritturare col Sig. Federico à nome mio, perche non vorrei incontrare, come incontrarei senz'altro l'indignatione, et odio de gl'altri miei figlioli etc. quando ponderassero, che io hauessi voluto fare delle nouità, e disparità in danno, e pregiudicio loro*, & ibi, *non voglio anche lasciar di dire, e di humilmente supplicare il Signor Cardinale, e V. Rev. ad hauer riguardo di non volermi angustiare, et impouerire in vita mia, perche di 10. maschi, che io mi trouo habbia ad impinguare, et arricchir vn solo*; Si igitur Pater summoperè abhorruit inæqualitatem inter filios, necessariò dicendum est voluisse imputationem admittere tamquam eiusdem
13 inæqualitatis exclusiuam, pro qua † euitanda semper in dubio fit imputatio ex supra firmatis.

Eaque euidentiùs comprobatur ex quadam epistola P. Virgilij, de qua fit mentio in alia epistola Cardinalis *d. Summ. num. 2* ibi, *V. R. mi scrisse il mercordì 2. Aprile d'hauer proposto al Sig. Giacomo figliuolo, che V. S. poteua dare à Gregorio suo figliuolo in gratia della primogenitura quella portione che li saria toccata post mortem ne beni d'esso Giacomo figliolo*, & inferiùs in eadem epistola Cardinalis, ibi, *Scrissi hauer detto à Giacomo Filippo, che potrebbe assegnare à Gregorio la sua portione, che li toccarebbe morendo esso Sig. Giacomo figliolo.* Vndè cum præcesserit d. tractatus, & postea Iacobus Philippus consenserit constitutioni primogenituræ, & contributioni pro medietate ad euitandam maiorem inæqualitatem, & filiorum indignationem, ad quam adeò enixè respexerat consensus censetur præstitus eo animo, vt eius pars contributa caderet in portionem, quam Gregorius potuisset prætendere in hæreditate paterna, maximè quia talis erat, intentio tàm Domini Cardinalis, quàm P. Virgilij, cum qua se conformasse desumitur, nedum ex eadem epistola Cardinalis, ibi, *Sì come V. Reuerenza così il Sig. Giacomo figliuolo per il medesimo Corriero, che portò la morte del Sig. Padre mostrorono di restar con molta sodisfattione di quest'vltimo accordo*, sed etiam ex alia responsiua Domini Iacobi Philippi data in *Summ. num. 4.* ibi, *dissi, dico, e confermo, che se il Sig. Cardinale, e V. R. vogliono, che io contribuisca per la metà, deuo contentarmi, & acquietarmi, come mi contento, & acquieto al loro volere*, quæ licèt non faciat mentionem de portione hæreditaria satis est, quod ea fuerit expressa in literis
14 Cardinalis, & Patris Virgilij, † iuxtà quorum propositionem, & instantiam interpretari debet responsio, & consensus *§. præterea instit. de inutil. stipul. l. Titia, §. 1. ff. de verb. oblig* Ias. *in l si stipulatus, § Grisogonus num. 64. ff. eodem.*

Non obstat, quod Iacobus Philippus in consensu præstito erectioni primogenituræ nullum habuit respectum ad inæqualitatem inter filios, sed potiùs expressè declarauit nolle obtemperare mandatis Domini Cardinalis, & P. Virgilij, ibi, *tuttauia se altrimente place à loro facciasi come più li piace, che con gl'altri miei figli bastante scusa mi sarà il dirli d'hauer stimato seruitio loro l'obedire come deuo, e come loro douranno sempre à i comandamenti del Sig. Cardinale, e di V. Reuerenza*, etenim exindè non videtur permissa inæqualitas respectu imputationis, † 15
quia consensus præstitus pro obtemperando Cardinali, & P. Virgilio intelligi debet iuxtà propositionem ab eisdem factam, quæ erat vt Iacobus Philippus traderet Gregorio portionem eidem obuenturam post eius obitum, eique assignaret vtilia, & lucra negociorum non autem vt Gregorius illam non imputaret, sed ad summum verba prædictæ importare possent eam inæqualitatem, quæ poterat contingere ex præuentiua assignatione, † quia 16
illa semper intelligi debent secundum subiectam materiam, de qua tractatur *l. si quis domum, § quod tamen ff. locat. l. profectitia, §. finali. ff. de iur. dot.* Aymon. *cons. 9. num. 21* Greg. *decis. 511. num 24.*

Minus vrget, quod epistolæ, ex quibus elicitur voluntas Patris faciendi imputationem conscriptæ fuerint ante, & post capitula matrimonialia, ideòque non suffragentur, cum in contractibus attendatur tempus præcisum conclusionis, non autem præcedens tractatus, vel subsequens † obiectum namque procedere posset, 17
si Iacobus Philippus in capitulis, vel in apoca ex post confecta aliquid expressisset, quod repugnaret præcedenti tractatui, quo casu stante repugnantia potiùs esset attendenda conclusio, quàm tractatus; secùs verò est, quando (vt hic) simpliciter promisit concurrere ad primogenituram nulla facta expressione, An filius teneretur illam in suam portionem hæreditariam imputare nec ne; † tunc enim ad eliciendam voluntatem dis- 18
ponentis plurimum faciunt declarationes factæ ante dispositionem Bald. *in l. cum præcibus num. 10 C. de impub. & alijs subst.* Menoch. *de præsumption. lib 6 quæst. 36. num. 13.* Surd *decis. 34. num. 6.* Rota *decis. 644. num. 6 part. 1. recent.* & suffragantur etiam declarationes posteriores, † 19
cum in assignatione facta à Patre non fuerit expressus titulus donationis, vt in specie dixit Rota *decis. 242. num. 22 part 8. recent.*

Denique non subsistit, quod voluntas imputandi penitùs tollatur ex pacto reuersiuo in apoca apposito, ibi, *di modo che mancando in qualsiuoglia tempo la linea masculina procedente dal matrimonio sudetto, li detti beni contribuiti tornino pro rata al Sig. Cardinale, al Sig. Giacomo Filippo, & al P. Virgilio, e loro heredi, e successori*; quia vltrà quod casus reuersionis non euenit, ex quo Gregorius filios suscepit, qui adhuc supersunt, pactum † præ- 20
dictum, nil aliud operari potest quam quod portio à Gregorio recepta sit minoris æstimationis, itaut eueniente casu valeat ab eo peti supplementum ex Patris hæreditate, quatenùs non sit facienda imputatio, vt in his terminis relato Surd. *cons. 427. num. 46. & seq.* & tradit Ciriac. *contr. 316 num. 27.* Imò ponderatum fuit, quod fratres Gregorij non prætendunt imputari proprietatem ipsius primogenituræ, sed tantùm commoditatem ab eo receptam, & ab eius descendentibus percipiendam, facta computatione ad formam † *l. hæreditatum, ff. ad leg. 21*
falcid. prout in simili obseruatur in officijs vacabilibus, † quorum non proprietas, sed vtilitas ex eis percepta 22
imputatur, Castrens. *in l. omnimoda, §. imputare C. de inoff. testam.* Seraph. *decis. 100. num. 1.* Buratt. *decis. 24. num. 1. & 2* Merlin. *decis. 273. num. 3. cum pluribus seqq.*

Et ita vtraque &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Ottalora sub die 14. Iunij 1669. cuius resolutio suis locis, & tempore apponetur.

R. P. D.

R. P. D. EMERIX. DECISIO LXXXVII.

Romana Pensionis.

Mercurij 27. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Dapipheriorum indulta transferendi pensiones etiam cum clausulis generalibus concepta nequaquam compræhendere pensiones reseruatas super beneficijs nullos alios prouentus, seu fructus habentibus, quam solas distributiones quotidianas, quales sunt beneficia Basilicæ Principis Apostolorum, in præsenti decisione concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Indultum generale transferendi pensiones super quibuscumque fructibus, & prouentibus reseruatas, non compræhendit pensionem reseruatam super beneficijs S. Petri de Vrbe.*

Beneficia S. Petri de Vrbe in solis distributionibus quotidianis consistunt, num. 1.

Distributiones quotidianæ non augent corpus beneficij, seu Prebendæ, num. 1.

Distributiones quotidianæ dantur ratione operis, & ministerij personalis, ideòque non veniunt appellatione fructuum beneficij, num. 1. & 3. & num. 6. cum seqq.

2 *Indultum concessum sub clausulis vniuersalibus compræhendit ea omnia, quæ illis deficientibus, non compræhenderentur in eo, Declara vt num. seq.*

Clausulæ vniuersales compræhendunt ea omnia, quæ aliàs incompræhensa remanerent, num. 2. & seqq vbi vide.

Clausulæ quamuis vniuersales restringuntur ad ea, quæ sunt eiusdem speciei, non autem ad illa, quæ sunt diuersæ naturæ.

Distributiones quotidianæ nullam habent communionem cum præbenda, & corpore beneficij, num. 3. & supra num. 1. & seq.

4 *Pensionis translatio dicitur odiosa, quia prorogat seruitutem.*

5 *Decisiones plures in materia translationis pensionis declarantur, & num. seq.*

6 *Distributiones quotidianæ quando veniant sub nomine prouentuum Ecclesiasticorum.*

Indultum generale transferendi pensiones reseruatas super quibuscumque prouentibus Ecclesiasticis compræhendit etiam distributiones quotidianas num. 6. & vide supr. num. 1. & per totam.

7 *Appellatione fructuum, & prouentuum beneficij numquam veniunt distributiones quotidianæ.*

Distributiones quotidianæ dicuntur fructus laboris, & operæ, num. 7.

8 *Condemnatus ad restitutionem fructuum alicuius beneficij non habentis, nisi distributiones quotidianas, easdem distributiones compræhendit.*

9 *Dotatio beneficij non habentis nisi distributiones quotidianas in ipsis distributionibus quotidianis consistere dicitur.*

Distributiones quotidianæ in beneficio nil aliud habente nisi solas distributiones prædictas, succedunt loco præbendæ, num. 9.

10 *Pensiones reseruatæ super certis beneficiis non habentibus nisi distributiones quotidianas super dictis distributionibus substinetur.*

11 *Indultum generale transferendi pensiones, prout est illud Conclauistarum, non extenditur ad casus speciales, cum in sua generalitate, suum habere possit effectum.*

12 *Indultum transferendi pensiones numquam compræhendit illas reseruatas super distributionibus quotidianis attento stylo Summorum Pontificum.*

Stylus Summorum Pontificum attenditur, num. 12.

Pontifex si quid in gratia compræhensum esse voluerit exprimere soleat, hoc censetur denegatum quando illud non expressit, num. 12.

FVIT aliàs reseruata pensio scutorum triginta monetæ super beneficiatu Basilicæ S. Petri nunc possesso ab Andrea Oddo, fauore Francisci Ghetti, qui cum vigore Indulti concessi Conclauistis à fel. rec. Vrbano Papa VIII. illam nuper transtulerit in Hiacynthum eius nepotem, contigit dubitari, an huiusmodi translatio sustineatur, & negatiua prodijt resolutio, quia licèt Indultum tribuat facultatem transferendi quascumque pensiones eisdem Conclauistis reseruatas, & reseruandas vsque ad summam ducatorum centum super quibuscumque fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum, nihilominus non compræhendit pensionem, de qua agitur, quia † Beneficiatus S. Petri nullos habent fructus, redditus, vel prouentus, sed iuxtà *notorias Constitutiones Summorum Pontificum, & signantèr Iulii II. & Pii IV.* consistunt in solis distributionibus quotidinianis, quæ non veniunt appellatione fructuum, redditunm, & prouentuum Beneficiorum, ex quo non augent corpus Beneficij, & Præbendæ, sed dantur ratione, operæ, & ministerij personalis, *cap. vnic. de cler. non residen. in 6. & cap. vlt. §. in illis de concess. preben. eod.* Felin. *in cap. ad aures num. 14. de rescript.* Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 1.* Monet. *de distrib. quotid. part. 1. qu. 6. num. 12. cum pluribus aliis adductis per* Rotam *in Reatina Pensionis 10. Iunii 1588. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in Rom. pensionis 23. Maii 1644. & 24. Martii 1645. coram Reuerendissimo Meltio Episcopo Papien, & in alia Romana pensionis 23. Martii proximi præteriti coram R. P. D. meo Taia.* 1

Non obstantibus clausulis vniuersalibus, *quascumque, quibuscumque, & quorumcumque* † quæ sunt aptæ compræhendere omnia, quæ illis deficientibus, indultum non compræhenderet, vt inquit Monet. *d. tract. part. 3. quest. 3. num. 11.* quia, vt responsum fuit in proximè allegata *Romana pensionis coram Reuerendissimo Meltio*, illæ clausulæ restringuntur ad illa tantùm, quæ sunt eiusdem speciei, neque compræhendunt ea, quæ sunt diuersæ naturæ, † quales sunt distributiones quotidianæ nullam habentes communionem cum Præbenda, & corpore beneficij, sed respicientes dumtaxat personam, & operam Beneficiati, vt benè Oldrad. *consf. 118. sub num. 1. vers. & sic, & per tot.* quem refert, & sequitur Gonzal. *super reg. 8. Cancell. §. 7. probem. num. 186.* Maximè in materia odiosa, qualis est translatio † pensionis, prorogans seruitutem Beneficij, Gonz. *vbi proximè num. 191.* Lotter. *de re benef lib. 1. q. 36. n. 113. cum pluribus aliis adductis in dicta Rom. pensionis 13. Maii 1644. § quia quoad dictionem cor. Reuerendiss. Papien.* 2 3 4

Neque prædictis aduersantur Rota † Toletana pensionis relata per Garz. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 392. & aliæ auctoritates in contrariis decisionibus coram Reuerendissimo Ninot Episcopo Gerunden, in simili Romana pensionis sub diebus 15. Februarii 1664. & 20. Martii 1665. & coram R. P. D. meo Ottalora sub die 1. Iulii eiusdem anni 1665. adductæ.* 5

Quia Rota in Toletana pensionis loquitur in terminis Indulti transferendi pensiones reseruatas super quibuscumque prouentibus Ecclesiasticis, non alicuius Beneficij particularis, sed absolutè, & generalitèr, † in quibus terminis distributiones quotidianæ, quæ ratione seruitij ab ipsa Ecclesia quodammodò prouenire dicuntur, transeunt sub nomine prouentuum Ecclesiasticorum, vt inquit Text. *in extrauag. vnic. de decim. inter communes col. penult. ante med. vers. & quia non occurrit,* quem in his etiam terminis sequuntur Monet. *de distribut. part. 1. qu. 7. num. 10.* Garz *sub eod nu. 392. vers. secundo fundatur;* At secus est in Indulto generali loquente, vt hic, de fructibus, redditibus, & prouentibus Beneficiorum, † quorum appellatione numquam veniunt distributiones quotidianæ, quæ non sunt prouentus istius, vel illius Beneficij, sed tantùm acquiruntur ex labore, & præsentia in diuinis, ac ob id dicuntur fructus laboris, & operæ, vt benè distinguendo docent Monet. *d. tract. part. 3. num. 11. & 12.* Garz. *d. part. 1. cap. 5. sub d. num. 392. vers. quia aut loquitur,* Rota *in dicta Romana pensionis 23. Maii 1644. §. fin. coram Reuerendiss. Papien,* & nouissimè *in alia Romana pensionis 23. Martii proximè præteriti, §. At Domini coram R. P. D. meo Taia.* 6 7

Auctoritates verò adductæ in prædictis decisionibus Reuerendissimi Gerunden, & R. P. D. mei Ottaloræ

omnes procedunt in dispositione, vel gratia particulari loquente de certo, & particulari Beneficio, vt apparet
8 ex distincta eorum lectura † Gonzalez *enim ad reg.* 8. *Cancell.* §. *7. probem. num.* 157. & Monet. *de distribut. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 16. loquuntur in terminis condemnationis alicuius ad restitutionem fructuum certi beneficij non habentis nisi distributiones quotidianas, quæ condemnatio, vt in aliquo verificetur, tunc distributiones ve-
9 niunt nomine fructuum; † Discursus, & *decis.* 285. *num* 99. & 411. *num.* 7. *coram* Durano, ratiocinatur de dotatione beneficij pariter non habentis, nisi distributiones quotidianas, quo casu reddetur canonia sine præbenda, & dotatio remaneret aerea, præsumitur dos con-
10 stituta in ipsis distributionibus, † quæ tunc succedunt loco præbendæ, *decis.* 8. *de probat. coram* Cæs. de Graff. loquitur de pensionibus reseruatis super certis beneficijs non habentibus nisi distributiones quotidianas, & in ijsdem, vel similibus terminis particularis gratiæ, seù dispositionis procedunt omnes aliæ authoritates aliàs in contrarium adductæ. Quæ propterea non benè applicantur in
11 dispositione, seù gratia generali, vt hic, † quæ si locum non habuit ad fauorem vnius Conclauistæ in vno Beneficio, vel pensione, potest tamen effectum sortiri super alio & ad fauorem alterius, ac proinde dum gratia Papæ non remanet inutilis, & sine effectu, quia suffragatur reliquis Conclauistis obtinentibus pensiones reseruatas super Beneficijs fructus, redditus, ceriosque prouentus habentibus, immò etiam huic Conclauistæ quoad alias pensiones super alijs Beneficijs reseruatas, non rectè infertur, quod Indultum hoc generale extendi debeat etiam ad pensiones reseruatas super Beneficijs non nisi distributiones quotidianas habentibus, quæ sub nomine fructuum Beneficiorum non compræhenduntur, vt in proximis terminis benè distinguendo tradit Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 10. *num.* 25. *vers. ad primum motiuum*, quam distributionem approbauit Rota *Theanen̄ pensionis* 5. *Maij* 1655. §. *postremò non obstat coram* R. P. D. *meo Priolo*, & in terminis recedendo à sæpè dictis contrarijs *decisionibus coram* R. P. D. *meo Ninot* & R. P. D. *meo Ottalora, in dicta Romana pensionis* 23. Martij *proximi præteriti*, §. *quia placuit coram* R. P. D *meo Taia*.

Tantò magis attento peculiari stylo Summorum Pon-
12 tificum † exprimendi distributiones quotidianas, quando nolunt illas in similibus Indultis compræhendere, de quo stylo fit mentio in sæpè citata *Romana pensionis* 23. *Maij* 1644. §. *pro quorum confirmatione coram Reuerendiss. Papien.*

Et ità Andrea tantùm, &c.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore, nunc autem Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Bononien̄ Emphyteusis.

Mercurij 27. *Aprilis* 1667.

ARGVMENTVM.

Quoniam in emphyteusi ex pacto, & prouidentia non substinetur alienatio, quæ à primo acquirente facta non sit; ideò personæ in inuestitura compræhensæ conceditur immissio, quæ ad instar legis finalis competit etiam in bonis emphiteuticis.

SVMMARIVM.

1 *In Emphyteusi ex pacto, & prouidentia docto de identitate bonorum, & de compræhensione in inuestitura conceditur immissio.*

Immissio ad instar legis finalis competit etiam in bonis emphyteuticis, num. 1.

2 *Alienatio bonorum emphyteuticorum ex pacto, & prouidentia non præiudicat compræhensis in inuestitura, & quando.*

3 *In Emphyteusi ex pacto, & prouidentia successor non tenetur pactum sui antecessoris seruare, si non fuerit illius hæres.*

4 *Inuestitura antiqua censetur de medio sublata, si ei renunciatum fuerit.*

Inuestitura noua concedi quidem potest, si antiquæ fuit renunciatum, num. 4.

5 *Inuestitura approbata non potest amplius impugnari ex capite inualiditatis illius.*

DECISIO LXXXIX.

BONA, quæ de anno 1513. à Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ Bononien. obtinuerat in emphyteusim Petrus Maria de Sartis pro se, suisque filijs masculis, & descendentibus per lineam masculinam tantum in perpetuum, fuerunt ab eisdem Capitulo, & Canonicis præuia renouatione inuestituræ concessa Paulo Cornelio, & Marco Antonio Fratribus filijs d. Petri Mariæ cum repetitione vocationis masculorum, & aliorum pactorum primæ inuestituræ. Ex quibus cùm Marcus Antonius alienauerit tornaturas nouem ex sexdecim illi obuentis in diuisione facta cum Paulo, & Cornelio fratribus, easque vendiderit Fracassatis, necnon tornaturas septem, quas vendidit Tubertinis, qui deinde illas cesserunt Cattulis; Annibal de Sartis filius d. Marci Antonij alienantis vti in inuestira compræhensus immissionem in dd. tornaturas alienatas obtinere conatus per binas sententias in partibus reiectus est; eoque postmodum lite pendente defuncto, causa deuoluta ad Rotam ad instantiam Marci Antonij Iunioris, & aliorum filiorum d' Annibalis, emanauit dubium, an eis esset danda immissio, quod cum non fuerit resolutum coram bon. mem. Verospio hodie coram me in eiùs locum subrogato DD. affirmatiuè resoluerunt.

Quoniam cum prædictus Marcus Antonius, & alij actores docuerint de identitate bonorum emphyteuticorum ex instrumentis renouationum, & alienationis, in
quibus concordant confinia: † & de eorum descenden- 1
tia à Petro Maria primo acquirente ex testium depositionibus debetur illis immissio ad instar *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. iuxta text. in cap.* 1. §. *inter filiam si de feudo fuerit, contro.* Bald. *in cap. cæterum num.* 11. *de iudicijs*, Rolan. *cons.* 1. *num.* 51. & *seqq. lib.* 1. Cald. *de iur. emphyt. lib* 2. *quæst.* 8. *num.* 33. & firmauit Rota *decis.* 220. *num.* 3. *part.* 4. *diuers. decis.* 204. *num* 8. & *decis.* 242. *num.* 3. *part.* 7. *recent.* & *in Fanen seu Senogallien. Bonorum* 14. *Martij* §. *exhibuit coram Reuerendiss Papien.*

Et quamuis tàm Cattuli possideant dicta bona titulo emptionis factæ per Tubertinos eorum authores, quàm Fracassati simili titulo emptionis possideant ex venditione sibi facta à Marco Antonio; tamen cum alienatio non fuerit facta à primo acquirente, & inuestitura sit
ex pacto, & prouidentia, † nullum potuit præiudicium 2
inferri cæteris in ea compræhensis, Bartol. *in l. si patroni, ff. ad Trebell.* Rot. *decis.* 32. *num.* 15. & *decis.* 343. *num.* 4. *coram* Coccino, & *decis.* 93. *num.* 2. *coram* Vbaldo. Tantò magis, quia non probatur Annibalem adiuisse hæredi-
tatem dicti Marci Antonij alienantis, † & propterea non 3
tenebatur illius factum seruare, vt in simili firmauit Rot. *decis.* 363. *num.* 40. & *seqq part.* 10. *recent.*

Nec subsistit allegata nullitas primæ concessionis factæ de Anno 1513. Petro Mariæ tunc infanti tanquam illi præiudicialis, ex quo fuit concessa pro descendentibus masculis tantùm, licèt de Anno 1493. præcessisset altera inuestitura fauore Turrizzani pro se, & hæredibus quibuscumque; quoniam cum idem Turrizzanus mediante transactione renunciauerit præd. inuestituræ
ad sui fauorem factæ ea vtique sublata remansit; † & 4
consequenter ad nouam inuestituram validè potuit deueniri. Bursatt. *cons.* 127. *num.* 129. Rota post Paitel. *decis.* 19. *num.* 1. & *in Fanen seu Senogall. en. bonorum* 14. *Martij* 1646. §. & *licèt coram Reuerendiss. Papien.* præsertim quia in quadam antiquiori inuestitura de Anno 1441. fuerant eadem bona concessa Petro Ghellio, eisque filijs dumtaxat, & propterea hæc fauorabilior alijs detegitur, cum prætendatur ad descendentes per lineam masculinam in perpetuum.

Cessat vlterius obiectum attenta approbatione eiusdem inuestituræ factæ à Petro Maria in maiori ætate constituto, dum illius renouationem recepit, & approbauit;

5 bauit; † ideoque ex capite assertæ inualiditatis hodie amplius impugnari non potest, ad *text. in l. fin. C. si maior fact. alienat. rat. hab.* Menoch. *de recuper. poss. rem.* 15. *num.* 171. & 179. Rota *decis.* 81. *num.* 6. *part.* 6. & *decis.* 306. *num.* 53. *part.* 7. *recent. decis.* 110. *num.* 6. *coram* Eminentissimo Dom. Cardin. Otthobono, & *in Bononien. indemnitatis* 30. *Ianuarii* 1651. §. *at omnis coram Reuerendiss. P. D. meo Albergato confirmata* 22. *Maij eiusdem anni* §. *fin. coram eodem.*

Et ita vna tantum parte informante resolutum fuit altera sæpiùs citata.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 9. Decembris huius præsentis anni 1667. quo loci sua quoque adnotabitur resolutio.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Fanen, seù Senogallien Emphyteusis.

Veneris 29. *Aprilis* 1667.

ARGVMENTVM.

Declarat præsens Decisio Constitutionem san. mem. Vrbani VIII. super reseruatione emphyteusis in statu Vrbini, quæ habetur impressa post Decis. septimam apud Paithellum, quod scilicèt ex ea, stante proximiori, Dominus directus bona deuoluta pro se retinere non possit, nec debeat.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus in Statu Vrbini non potest pro se retinere bona deuoluta, quia contrarium ei interdicitur à Constitutione Vrbani Octaui.*

2 *Proximiori vltimi emphyteutæ renouari debet, si nullus alius magis proximior compareat.*

3 *In emphyteusi concessa etiam pro generatione masculina fœminis in defectum masculorum competit renouatio.*

4 *Solemnitates non sunt necessariæ in bonis in emphyteusim dari solitis.*

5 *Solitum probatur etiam ex duobus actibus diu obseruatis.*

In emphyteusim quod bona sint dari solita etiam ex duobus inuestituris probatur effectum sortitis, numero 5.

6 *Consensus superioris in concessione emphyteusis præsumitur ex lapsu temporis annorum triginta.*

7 *Constitutio Pontificis super renouatione emphyteusis paratam habet executionem.*

8 *Renouationis ad effectum sufficit, quod prima inuestitura habuerit implicitum statum validitatis.*

9 *Canon non augetur ob auctum bonorum valorem, si illa à principio erant sterilia.*

10 *Laudemium, & ingressus differunt inter se.*

11 *Constitutio san. mem. Vrbani Octaui super renouatione emphyteusis in Statu Vrbini habet locum in omnibus habitatoribus Ditionis temporalis Ecclesiæ.*

DECISIO XC.

DEFVNCTO absque prole masculina D. Comite Hieronymo Martinotio Bona emphyteutica, que de Anno 1620. q. Vincentius illius Pater obtinuerat ab Eminentissimo Domino Cardinali Barberino Commendatario Commendæ S. Marci de Fano deuoluta sunt ad dictam Commendam, ex quo D. Comitissa Violantes Martinotia vti filia d. Vincentij petijt renouationem iuxta formam Constitutionis san. mem. Vrbani VIII. quascumque Terras emphyteuticas in Statu Vrbini pro pretio renouationis vinculo fauore laicorum addicentis interdicta Dominis directis retentione in casu deuolutionis; sed D. modernus Commendatarius bona deuoluta pro mœniis suæ Commendæ retinere prætendens instantia pro renouatione facta noluit acquiescere, vnde lite super hoc excitata contigit dubitari coram me, an D. Comitissæ Violanti sit concedenda renouatio, & à DD. affirmatiuè rescribi.

Præcipuæ resolutionis fundamentum in eo positum est, quod arbitrium retinendi bona deuoluta iuxta dispositionem iuris communis in Statu Vrbini † prorsus 1
abrogatum est à præfata Constitutione, quæ quibuscumque Dominis directis necessitate imposuit finita emphyteusi renouandi illis, qui de iure, vel ex æquitate sunt præferendi, *Summ. Comitissæ num.* 2.

Ex æquitate verò præferenda est in renouatione D. Comitissa, quia cum illa nemo concurrit † proximior vlti- 2
mo emphyteutæ, iuxtà communem opinionem DD. fundatam *in §. permittitur, ff. de acq. quot.* & *est. u.* Clar. *in §. emphyteusis q.* 43. *n.* 2. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de renouat. qu.* 1 *nu.* 1. & *seq.* eamque sæpissimè amplexa est Rota, & signantèr *decis.* 198. *nu.* 4. *p.* 2. *diuers. decis.* 66. §. *quo verò, post* Fenzon. *ad statut. vrb.* & *in Foroliuien. emphyteusis* 30. *Ianuarij* 1663. *coram me confirmata* 23 *Martii prox. præt.*

Et quamuis emphyteusis, de qua agitur sit concessa pro generatione masculina † proximiori tamquam fœ- 3
minæ in defectu masculorum renouationem competere latè probat Paris. *cons.* 22. *num.* 36. *lib.* 1. Fulgin. *dicto tit. de renouat. eadem qu.* 1. *nu.* 54. Gratian *discept. forens. cap.* 88. *nu.* 25. quam opinionem passim admisit Rota *decis.* 610. *nu.* 1. & 6. *coram* Seraph. *decis.* 334. *num.* 2. *vers. non obstat coram* Durano, & *in recent. decis.* 176 *num.* 30. *part.* 5. *decis.* 143. *part.* 10. & *in dicta Foroliuien. emphyteusis* 23. *Martij proximi præt. coram me*, & *in terminis renouationis faciendæ de bonis emphyteuticis* 4. *Maii* 1657. *coram Eminentiss. D. meo Cardinali Celso*, & 6. *Iunii* 1659. *coram R. P. D. meo Triolo.*

Nec obstat, quod vltima inuestitura ob defectum beneplaciti Apostolici, & consensus Religionis nullitatis vitio obnoxia remaneat ac proinde non possit dici compræhensa sub dispositione constitutionis, de qua agitur; visum est enim DD. cessare obiectum, tum quia cum agatur de bonis in emphyteusim dari solitis † solemnitates 4
prædictæ non erant necessariæ, Cirocc. *pluribus allegatis disc.* 56. *nu.* 50. Rota *decis.* 261. *nu.* 2. *part.* 4 *tom.* 2. & *decis.* 689. *nu.* 1. *part.* 4. *tom.* 3. & *decis.* 155. *nu.* 4. *part.* 8. *recent.* solitum autem satis deducebatur duobus præcedentibus inuestituris concessis de anno 1540. & 1624. † quæ cum fue- 5
rint obseruatæ tanto temporis spatio, licèt essent informes, adhuc effectum sufficiunt, Honded. *cons.* 55. *nu.* 41. *lib.* 1. Rota *decis.* 160. *nu.* 5. *part.* 2. *diuers.* & *d. decis.* 689. *nu.* 2. *par.* 4. *tom.* 3. *et decis.* 155. *nu.* 5. *par.* 8. *rec.* Imò quoad consensum magni Magistri, & Capituli generalis intrat præsumptio, † quod ex lapsu triginta, & vltra annorum in- 6
teruenerit etiam in hac vltima concessione dicti anni 1628. Rota *in Romana domus* 13 *Ianuarii* 1662. §. *et licet coram R. P. D. meo Albergato.*

Tum quia id potissimum suadetur ex narratiua contenta in prædicta constitutione san. mem. Vrbani VIII. ex qua colligitur huiusmodi bona esse potius laicalia, & per ipsosmet laicos submissa protectioni Ecclesiæ ad effugiendas..... Industria fuisse ad culturam redacta; Ideoque fuerint solita in renouatione concedi, itaut Ecclesia numquam pro se retinere consueuerit, vt in *Summ.* Comitissæ *d. nu.* 2. quæ Constitutio dum præsupponit, & confirmat consuetudinem prædictam, & mandat fieri renouationem de bonis quomodocumque concessis, reiecta hac prætensa nullitate, debet executioni demandari, † cum paratam 7
habeat exequutionem, vt in his terminis dictum fuit in *dicta Eugubina emphyteusis* 20. *Aprilis* 1634. *coram Eminentiss. Celso.*

Quod quidem rationi congruit cum ad effectum renouationis † sufficiat quod prima inuestitura habuerit im- 8
plicitum statum validitatis, Marescott. *var resol. lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 9 Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de renouat. q.* 1. *n.* 13. Rota *in Romana relocationis domus* 3 *Iulii* 1593. §. *non obst. t coram Gipsio*, in qua respondetur ad *decis.* 38. *post Pic. exaduerso adductam.*

Præter quod enim in præsenti concessione anni 1628. non augetur Canon ob auctum bonorum valorem, † dum 9
in initio erant sterilia, Rot. *dec.* 11. *n.* 5. *p.* 2. *ac* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de solut. Canon. qu.* 13. *nu.* 1. augumentum valoris non rectè deducitur ex solutione scutorum 15. pro prima vice, cùm non fuerit pro simplici laudemio, sed pro ingressu, & laudemio. † Ingressus autem à laudemio differt, 10
Fulgin. *d. tract. tit. de laudem q.* 1. *n.* 9. *et* 10. *vers. contraria.*

Eo minus officit, quod Constitutio loquatur fauore possessorum ab eis causam habentium, necnon fauore com-

commorantium in Statu Vrbini; quo enim ad primum D. Comitissa docet se habere causam à Vincentio possessore bonorum, de quibus agitur, & inuestitura ei concessa de anno 1628. Imò idem Vincentius habuit cessionem ab hæredibus, & proximioribus aliorum primo inuestitor vt in *Summario* Comitissæ *num.* 3. Quo verò ad secundum tollitur omnis difficultas ex verbis Constitutionis prædictæ, cùm sufficiat quod petens
11 renouationem commoretur in ditione † temporali Sedis Apostolicæ, ibi: *In ditione tam temporali Sedis Apostolicæ habitantibus*, vt latiùs *ex dicta Constit. impressa post decis.* 7. *apud* Paitell.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Arimineñ bonorum.

Veneris 29. *Aprilis* 1667.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, filijs, & nepotibus descendentibus per lineam rectam, præsertim ex consuetudine Ciuitatis Ariminensis, compræhendit etiam nepotes ex fœmina, eo magis si nullus alius compareat nepos ex masculo, qui petat præferri.

VMMARIVM.

1 *Res iudicata excluditur, si à sententia appellatum sit infra decem, & infra mensem commissio ad bancum Cursorum peruenerit, quod amplia vt ibidem.*

Pro Apostolis licèt non fuerit reditum, attamen non incurritur res iudicata, si appellatum sit infra decem, & commissio peruenerit ad bancum cursorum infra mensem, num. 1.

2 *Immissio in bonis emphyteuticis conceditur in omnibus ad instar* l. fin. C. de edicto Diu. Adrian. tollen.

3 *Emphyteusis concessa pro se, filijs, & nepotibus per rectam lineam descendentibus compræhendit etiam nepotes ex fœmina.*

Nepotes ex fœmina veniunt appellatione nepotum per rectam lineam descendentium, num. 3.

4 *Masculi ex fœminis ex consuetudine Ciuitatis Ariminensis admittuntur in emphyteusi concessa pro se, filijs, & nepotibus per rectam lineam descendentibus.*

5 *Nepos ex fœmina faciliùs admittitur ad emphyteusim, vbi nemo alius concurrit nepos ex masculo.*

6 *In emphyteusi concessa fœminis in defectum masculorum, sicuti admitterentur eædem fœminæ si viuerent, ita & eorum filij, & quando.*

7 *Proximior in gradu in emphyteusi excludit remotiorem.*

8 *Masculi ex fœminis iure proprio ad emphyteusim vocati non egent aliqua præsentatione.*

Masculi ex fœminis licèt remotiores præferuntur fœminis proximioribus, si ipsi iure proprio fuerint ad emphyteusim vocati, num 8.

9 *Primus acquirens emphyteusim titulo oneroso potest in ea fideicommissum imponere, limita vt num. sequanti.*

10 *Emphyteusis primus acquirens quando non possit successoribus præiudicare.*

11 *Filij an repellantur ab emphyteusi per renunciationem matris facta pro se, & filijs.*

12 *Renunciatio facta à muliere non seruatis solemniatibus Ægidianæ, est ipso iure nulla.*

Ægidiana Constitutio in contractibus mulierum requirit vna simul interuentum proximiorum, & insinuationem, num. 12.

DECISIO XCI.

EQVES Philippus Bonadrada prætendens sententiam Rotalem, qua pronunciatum fuit ei dandam esse immissionem in bonis emphyteuticis, de quibus agitur transitum fecisse in iudicatum expediuit in gradu appellationis mihi commissæ solitam commissionem exequutionis, vigore cuius disputato Dubio; *An constet de re iudicata, vel potius sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda;* quoad primam partem DD. negatiuè responderunt; quo verò ad secundam censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam.

Ratio resolutionis primæ partis fundatur in eo, quod appellatum fuit à sententia diffinitiua intra decennium, & citatio infra mensem peruenit ad bancum Cursorum, † vnde exclusa remanet res iudicata, licèt olim Procurator causæ ad terminum iuris non redierit pro Apostolis, Scacc. *de appellat. quæst.* 13 *num.* 53. *& qu* 14. *num.* 26. Add. ad Ludou. *decis.* 573. *& ad* Buratt. *decis* 556. *num.* 11. Rota coram Durano *decis.* 43. *num.* 5. *& in recent. decis.* 339. *num.* 3. *part.* 9. *& decis* 545. *num* 8 *part.* 10. *cum adductis in Lauden. iurispatr.* 1. *Iulij* 1652. *§. hæc tamen ratio, & seq. coram bon. mem. Bichio.* 1

Secunda verò innititur validitati, & iustitiæ resultan. ex inuestituris bonorum emphyteuticorum, de quibus agitur, concessis Amato Bonconti, & alijs fratribus de Boncontibus Authoribus Equitis Philippi, † quarum 2 vigore in omnibus alijs passim decernitur immissio ad exemplum *l. fin. C. de edict. D. Adrian tollen. vt post* Cens. Aluar. Roland. à Valle, & alios consuluit Surd. *cons.* 572. *num.* 5. quem & plures alios refert, & sequitur Rota *recent. decis.* 204 *num.* 8 *&* 9. *part.* 1. *& alij sæpè.*

Comprehensio autem Equitis Philippi in eadem inuestitura elicitur ex eadem lectura: In illis enim concessis de anno 1582. à Capitulis Ariminen. & ab Abbate S. Iuliani tanquam concessis à prædictis fratribus pro se ipsis, & eorum, ac cuiuslibet eorum filijs, & nepotibus legitimis, & naturalibus, & nasciturisde legitimo matrimonio per rectam lineam descendentibus ipse tanquam natus ab Eleonora filia Boncontis alterius ex acquirentibus dicitur compræhensus, † quia appellatione 3 nepotum per rectam lineam descenden. veniunt etiam nepotes ex fœminis, Menoch. *cons.* 205. *num.* 2. *&* 3. *cum seqq.* Corbul. *de caus. priuat. ob lin. fin. num.* 4. Rota in *recent. decis.* 224. *sub num.* 1. *vers. linea autem appellat. part.* 1. *decis.* 382. *coram bon. mem. Greg. XV.* & in simili casu responsum fuit in alia *Arimineñ emphyteusis* 14. *Martij* 1629. *§. non enim coram* Durano *decis.* 295. *num.* 3 *&* 5. Stante præsertim consuetudine Ciuitatis † admittendi in similibus in- 4 uestituris masculos descendentes ex fœminis, de qua testantur *dd. decisione, & coram* Durano *num.* 6. & facilius, † quia non concurrit alius nepos ex masculis, vt ponderat 5 eadem *decisio coram* Durano *§. & quando.*

In alia vero inuestitura de anno 1609. à Rectore S. Fortunati concessa Amato stipulanti pro se, ac Boncontee eius fratre germano, & pro eorum, & cuiuslibet eorum filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio per rectam lineam descendentibus, vel non extantibus pro filiabus, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus natis, & nascituris; Ita tamen quod pars præmorientis, seu præmorientium deueniat ad superstitem compræhensio Philippi deducitur ex ipsamet stipulatione, cuius vigore sicuti post defectum masculorum admitteretur Eleonora filia Boncontis, & respectiuè eius matris, si viueret, † ita & 6 ipse non extante aliquo nepote ex masculo admitti debet, Galuan. *consil.* 11. *num.* 22. *ante fin. cum seqq. & num.* 33. *vers. dum ponderabamus, & num.* 35 *vers. & in casu nostro, & num* 36. *in fin.* & idem non obscurè sensit Rota *in supracitata Arimineñ molendini coram* Duran. *dec* 295 *n.* 4.

Nec à petita immissione excluditur Philippi per Violantem nunc sororem Constantiam appellatam alteram filiam Boncontis, quia etsi iuxta veram opinionem in emphyteusim, de qua agitur † proximior in gradu suc- 7 cedat, excluso remotiore, vt firmauit Rota *in recent. decis.* 71. *num.* 2. *&* 3. *part.* 10. *& coram D. meo* Otthobono *decis.* 145. *num.* 5. nihilominus cum ipsa sit fœmina non potest hodie cum Philippo eius nepore masculo concurrere, siue vti semel exclusa à fratribus masculis, de quibus in arbore, siue allegata consuetudine exclusiua fœminarum propter masculos, siue etiã inspecto pacto, quod fœminæ succedãt

post

8 post masculos, † qui tamquam vocati iure proprio non egent aliqua præsentatione, & veniunt præferendi, licet sint remotiores, Galuan. *d. conf.* 11. *num.* 19. *cum seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *num.* 34. *&* Rota coram Caual. *decis.* 383. *num.* 2. *&* 5. *&* *num.* 10. *& seqq.*

Nec pariter obstat, quod Amatus de Boncontis in inuestitura S. Fortunati disposuerit per fideicommissum in quo Philippus non est vocatus, quod ei tamquam
9 primo acquirenti titulo oneroso licuisse ex mente Anchar. tradit Cirocc. *disc.* 1. *num.* 43. *cum seqq.* & firmauit Rota *in recent decis.* 741. *num.* 4. *& seq. part.* 3. *tom.* 3.

Quia obiectum non procedit in hoc casu, vbi inuestitura concessa fuit cum iure, & fauore superuiuentis,
10 eiusque descendentium, † quibus nec etiam primus potest præiudicare, Bald. *conf.* 176. *num.* 39. *part.* 5.

Denique non obstat repetita exceptio amplissimæ renunciationis factæ ab Eleonora Philippi matre pro se,
11 & filijs, ex qua inferebatur, quod † sicuti repellitur mater renuncians, si viueret, ita quoque repelli debent filij eius hæredes, Rota *decis.* 206. *num.* 14. *vers. sed ex abundanti cum seqq. & decis.* 440. *num.* 27. *& seqq. part.* 9. *recent. & in Rauennaten. hæreditatis* 24. *Ianuarij* 1661. §. *penult. & vlt coram R. P. D. meo Albergato.*

Placuit DD. responsio data in tribus præcedentibus decisionibus* huius causæ R. P. D. meo Beuilacquæ, nempè quod cum in instrumento renunciationis non interuenerint proximiores, & deficiat quoque insinuatio in contractibus mulierum, & minorum copulatiuè
12 requisita ab Ægidiana, † eadem renunciatio nullius est roboris, & momenti, vt in terminis renunciationis factæ à muliere Ariminen. respondit Rota *in decis.* 29. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. cum alijs congestis in dd. decisionibus huius causæ.*

Et ita vtraque &c.

Plures in hac causa emanarunt Decisiones coram Reuerendissimo Domino Beuilacqua almæ Vrbis Gubernatore, quæ habentur impressæ in præcedentibus partibus, scilicet decimatertia decis. 224. & 361. & in alia decimaquarta decis. 323.

REVERENDISSIMO D. CERRO S. R. DECANO,

Nunc autem S. R. E. Cardinali.

Cæsaraugustana Beneficiorum.

Veneris 29. *Aprilis* 1667.

ARGVMENTVM.

Quia prouisis Apostolicis denegari non potest immissio ad instar *l. fin. C. de edicto Diu. Adrian. tollen.* quoties, vt hic, omnia contenta in literis sunt plenè iustificata, merito pro executione literarum Apostolicarum concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Prouiso Apostolico danda est immissio, quoties contenta in illius Breui sunt plenè iustificata, & num.* 2.

Clausula, Constito, *apposita in Breui Summi Pontificis si est iustificata, executioni demandari debet, num.* 1. *&* 2.

Prouisus Apostolicus probare tenetur obitum in possessione, & mense Summo Pontifici reseruato, num. 1.

2 *Immissio ad instar* legis fin. C. de ædicto Diui Adrian. tollen. *datur prouiso Apostolico.*

3 *Obitus probatur ex partita libri mortuorum extracta, prout iacet.*

Amplia etiam ad effectum reseruationis beneficiorum, vt ibidem d. num. 3.

4 *Vacatio probatur ex confessione collitigantis venientis ex eadem vacatione.*

Confessione propria nulla datur melior probatio, numero 4.

5 *Priuilegia etiam Apostolica conferendi quæcumque beneficia, non attenduntur ad effectum impediendi prouisionem Apostolicam.*

in Iudicio executionis literarum Apostolicarum non attenduntur facultates præsentandi, & conferendi, quæ ad petitorium reiiciendæ sunt, num. 5.

6 *Reseruationem iustificare sufficit prouiso Apostolico, nè illi denegari possit immissio, & quando vide etiam supra num.* 5.

DECISIO XCII.

ADVERSVS Christophorum Nauarro, Michaelem Farto, & Bernardinum Muizam prouisos auctoritate ordinaria de tribus simplicibus beneficijs patrimonialibus Ecclesiæ S. Saluatoris vulgo dellos Caualeros loci de Exea Cæsaraugustanæ Diœcesis ad præsentationem Prioris; & Monachorum Conuentus S. Engrasiæ, insurrexerunt Petrus Araguez, Ioannes Palatios Presbyteri, & Ioannes Caluisan Clericus, & obtinuerunt prouisiones à S. Sede Apostolica dictorum beneficiorum vti vacantium in mensibus reseruatis, ac expeditis literis in forma Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, dubitaui, An Prouisis Apostolicis sit danda immissio, & affirmatiua prodijt resolutio.

Nàm cum omnes conditiones, quæ continentur in dispositiua Breuium † sub clausula, *Constito*, sint plenè iustificatæ, nempè obitus in possessione, & mensis, 1
iuxtà *decis.* 45. *num.* 1. *part.* 2. *diuersor.* meritò paratam habent executionem, † illarumque vigore conceden- 2
da est immissio, ad instar *legis final. Cod. de edict. Diui Adrian. tollen.* vt responsum fuit alijs omissis *in Bononien. Archipresbyteratus* 23 *Martij* 1648. *coram bon. mem.* Cardinali Corrado *decis.* 168. *num. vlt. part.* 10 *recent. & in Placentina Beneficij* 15. *Iunij eiusdem anni coram Eminentissimo* D. Card. Celso, *decis.* 210 *num.* 3. *d. part.* 10. *recent.*

Quod illi per quorum obitum vacarunt beneficia, decesserint mensibus Nouembris anni 1661. Februarij, & Augusti 1662. Sedi Apostolicæ reseruatis, concludenter probatur ex partitis eorum obitus extractis, prout iacent ex libris mortuorum dictæ Ecclesiæ à Vicario Curato, † qui est verus modus probandi mortem etiam 3
ad effectum reseruationis, vt in his terminis dixit Rota coram San. mem. Greg *decis.* 78. *vbi Adden. litera A. &* Buratt. *decis.* 11. *num.* 2. *&* 3. *vbi pariter* Adden. *num. allegat concordantes.*

Deindè, quod in dictorum beneficiorum possessione omnes respectiuè decesserint constat ex confessione collitigantium venientium ex eadem vacatione, vt probatur in *Summario num.* 5. 6 *&* 7 † qua nulla datur melior 4
probatio, Rota *decis.* 691. *num.* 1. *part.* 2. *& decis.* 36. *num.* 4. *part.* 10. *recent. & in Lucana Prioratus* 24. *Martij* 1664. §. 1. *coram R. P. D. meo Albergato.*

Ideò cum vtraque conditio sit plenè iustificata, modo non est agendum de eo an Priori, & Monacis suffragentur priuilegia Apostolica præsentandi, & conferendi beneficia in quibuscumque mensibus vacauerint, & è conuerso an fuerint sublata per regulam octauam, & decimam Cancellariæ, nec de alijs, si quæ forsan deduci possint, † cùm hæc omnia veniant reiicienda ad Iu- 5
dicium ordinarium, iuxtà *consilium Ancherani* 297. *nu.* 7. *vers. & hoc maximè verum, num.* 8. *vers. & proximè dicta, & num.* 9. *vers. si ergo Domino Auditori, sæpiùs à* Rota *approbatum, vt in dicta decis.* 45. *num.* 2. *part.* 2. *diuers. in Papien. Præposituræ* 10. *Decembris* 1610. *&* 30. *Maij* 1613. *coram Ortembergo, in Vrgellen. Abbatiæ coram* Coccino *decis.* 484. *num.* 1. *vers. nec obstaret part* 2. *recent.* vbi firmatur satis esse iustificare reseruationem de facto,
† saltem in casu, quo Papa, vt in præsenti, præseruauit tantùm prouisus ab ipsomet, stante clausula, *amotis,* 6
&c. non tamen à nobismetipsis prouisis, itaut noluerit habere rationem aliorum, nisi ab eodemmet Papa prouisorum, *vt ex alijs decisionibus allegatis num.* 2. *ibidem.*

Atque ità, &c.

REVERENDISSIMO ALBERGATO Decano.

Auenionensi Pecuniaria.

Veneris 29. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Eadem materia, quæ in præcedenti Decisione in hac eadem causa superiùs emanata 27. Februarij præteriti de simplici cessione in fauorem creditoris facta ad exigendum in genere plures indeterminatos effectus, quod numquam operare possit aliquam dationem in solutum in præsenti Decisione reperitur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum transactionis habet executionem paratam.*

Executio publici instrumenti non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, numero 1.

2 *Cessio quando potiùs importet simplicem assecurationem creditoris, quam dationem in solutum.*

3 *Verba*, ad satisfaciendum, *important simplicem cessionem.*

4 *Datio in solutum fit indefinitè, non autem vsque ad satisfactionem creditoris.*

5 *Cessio facta in genere de pluribus corporibus numquam dationem in solutum importat, & num. sequenti.*

Datio in solutum requirit assignationem certorum corporum, num. 5.

6 *Cessio in genere facta non de certo, & particulari corpore, sed de pluribus bonis, non tribuit aliquod ius ad rem.*

Sed solùm operatur commoditatem percipiendi fructus, ibidem.

7 *Immissio in commoditatem percipiendi fructus, non secuta satisfactione non liberat cedentem.*

Cedens non liberatur, nisi satisfacto creditore, numero 7.

8 *Cedens, si non probat satisfactionem sui creditoris, contra illum relaxatur mandatum.*

DECISIO XCIII.

SOLIDISSIMA visa sunt Dominis fundamenta Decisionis coram Me æditæ sub die * 7. Februarij præteriti ad fauorem Alexandri creditoris in vim publici instrumenti transactionis, quod habet executio-
1 nem † paratam, nec retardatur per exceptiones altiorem indaginem requirentes, vt dixit Rota penès Zacchiam *de oblig. Camer. decis. 252. num. 5. in recentiorib. decis. 86. num. 9. part. 6. & decis. 312. num. 10. part. 10. cum alijs in præallegata decisione huius causæ, §. fundamentum.*

Talis autem præ cæteris visa fuit exceptio per Alfonsios adducta circà assignationem redditus annui scutorum sexcentum, quam potiùs Domini censuerunt simplicem creditoris assecurationem ad effectum sibi fa-
2 ciliùs satisfaciendi, † quàm dationem in solutum ex ijs verbis, ibi: *ad satisfaciendum solutioni Alphonsus cessit Blanco similem summam scutorum nouem millium exigendorum per quindecim annos sequentes, videlicèt scuta sexcentum quolibet anno super redditibus, & pensionibus hæreditatis q. Alphonsi eius Patris, quas annuatim percepit in Ciuitate Romana incipiendo ab anno 1636. & continuando percipere vsque ad realem solutionem dictorum*
3 *scutorum nouem millium*. Verba enim illa † *ad satisfaciendum* clarum est, quod simplicem cessionem important; Rota coram Durano *decis. 266. num. 17 vers. qua distinctione sic præmissa, & num 18.* Et aliàs si fuisset datio in solutum debitor purè assignasset dictos annuos
4 redditus per annos † quindecim, non autem insuper, & indefinitè addidisset vsque ad realem solutionem dictorum scutorum nouem millium.

Et cessat difficultas dum fuerunt assignati redditus super varijs corporibus, non autem super † re certa, pro- 5
ut omninò requiritur ad hoc, vt ex cessione resultet datio in solutum, Buratt. *in puncto decis. 372. num. 2. & 3.* Cum enim tunc Cessionarius non possit iure proprio dictam summam exigere, quia scilicèt in eum non fuit translatum aliquod ius ad rem certam; Talis † ces- 6
sio respectu fructuum propriùs dicitur immissio in commoditatem, quæ non secuta satisfactione † non libe- 7
rat cedentem, vt benè per Fontanell. *decis. Cathalon. 167. num 3. & 4.* Rota penes Cencium de censib. *decis. 332. num. 4.* Salgadus *Labyrint. creditor. part. 1. cap. 10. num. 21. cum pluribus sequentibus alijs in antecedenti decisione allegatis, §. & fuit.*

Igitur non probata per Alphonsios huiusmodi exactione, & consequenter satisfactione creditoris, † re- 8
ctè subsistere transactionem, & mandatum eius vigore relaxatum, iterùm responderunt Domini.

Altera tantum, &c.

Alia decisio sic vt supra in hac eadem causa emanata coram eodem Reuerendissimo Domino Albergato Decano sub die 7. Februarij istius præsentis anni reperitur ibidem suo ordine adnotata decis. 26.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Domus.

Veneris 29. Aprilis 1667.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam fœnerationem, & vsuram in pacto redimendi tota innititur præsens Decisio; vbi vltrà plura, quæ in ea continentur notabilia circa contractus huiusmodi, qualia sunt pacta in similibus venditionibus fieri solita; declaratum quoque habes, quandò Scriptura producta censeatur approbata per ommissionem factam à Reo illius vulgaris clausulæ *Generalia contra*, vt in principio eiusdem Decisionis videbis.

SVMMARIVM.

1 *Sacra Rota ad effectum desertionis causæ, vel executionis semper inquirit de validitate, & iustitia sententiarum.*

2 *Sententia nulla, & iniusta numquam transit in iudicatum.*

3 *Restitutionis in integrum iustam causam habere dicitur, qui per sententiam nullam, & iniustam fuit condemnatus.*

4 *Sententia, quæ innititur simplicibus copijs Scripturarum, dicitur nulla.*

Copiæ simplices Scripturarum nullum gradum probationis faciunt, num. 4. & 5. vbi amplia.

5 *Protestatio partis nolle stare simplicibus copijs, quid operetur.*

6 *Copiæ simplices non dicuntur approbatæ ex ommissa protestatione fieri consueta,* Generalia contrà.

Protestatio Generalia contrà *si non fuerit facta in productione Scripturarum, quid indè resultet, numero 6.*

7 *Scripturæ informes productæ, si non fuerit oppositum* Generalia, *licèt probent, à Reo tamen negatæ non fundant intentionem actoris.*

Clausula, Generalia contrà, *in productione Scripturarum, quando, & qualiter sit necessaria, nu. 6. & 7.*

8 *Pactum de retrouendendo est ab vtroque iure permissum.*

9 *Pactum de retrouendendo non reddit venditionem simulatam, nisi cùm eo concurrat modicitas pretij, & qui-*

& quidem vltrà dimidiam.

10 *Locationis instrumentum non probat verum valorem ad effectum declarandi contractum simulatum.*

11 *Relatio periti non probat si remanet conquassata à relatione alterius periti contraria.*

12 *Pactum redimendi indefinitè stipulatum diminuit de valore pro tertia parte.*

13 *Valor diminuitur pro sexta parte si bona sunt Emphyteutica.*

Valor rei ex quibus remaneat diminutus, num. 12. 13. & seqq.

14 *Impensæ reaptationis tam domorum, quam viarum valorem diminuunt.*

Venditio domus facta in parte, non autem in totum facit diminuere dè illius pretio, num. 14.

15 *Vsura non adest in contractu emptionis factæ cùm pacto redimendi, quoties vt hic rei valor ex illius qualitatibus diminuitur.*

Læsio non consideratur, vbi concurrunt qualitates verum valorem diminuentes, num. 15.

16 *Coniecturæ pro inducenda læsione, & vsura in pacto redimendi, quoties excluditur modicitas pretij, non attenduntur nisi sint efficaces, & dilucidæ.*

17 *Pactum redimendi, quamuis contineat intimationem faciendam ante redemptionem, non ideò dicitur vsurarium, nisi talis intimatio fuerit negatiuè concepta.*

Intimatio negatiuè concepta redolet vsuram, numero 17.

18 *Pactum quod ante redemptionem fieri debeat intimatio solùm operatur, vt interim emptor nouum inuestimentum inueniat.*

Emptor cum pacto redimendi dum ipse fruitur re uendita, Venditor gaudet commodo pecuniarum, num. 18.

19 *in Censibus valet pactum, quod debitor volens censum redimere, teneatur intimare redemptionem creditori.*

in Pacto redimendi, quæ conuentiones dicantur vsurariæ, quæ autem non, num. 19. cum seqq. & suprà à num. 17.

20 *Canon quod solui debeat à venditore non sapit vsuram, & quando.*

Venditor cùm pacto redimendi ad euitandam caducitatem rei venditæ, cum pacto redimendi, potest in se assumere onus soluendi canonem, numero 20.

21 *Melioramentorum refectio prohibita in pacto redimendi non importat vsuram, & quarè.*

22 *Melioramenta respicientia perpetuam vtilitatem repeti possunt ab emptore in venditione facta cum pacto redimendi.*

Refectio murorum, & solariorum dicitur respicere perpetuam vtilitatem, num. 22.

23 *Laudemij reintegratio ad fauorem emptoris facienda per venditorem in casu retrouenditionis secutæ non inducit vsuram.*

Venditor cùm pacto redimendi, non autem emptor tenetur soluere Laudemium, num. 23.

24 *Simulatio excluditur quoties non aderat causa simulandi.*

Contractus coram Iudice gestus, & cùm solemnitatibus non præsumuntur simulatus, neque fœneratitius, num. 24.

25 *Simulationis, fraudis, & Vsuræ præsumptio excluditur in Viro nobili, Ecclesiastico, & non solito fœnerari.*

Personæ qualitas excludit præsumptionem fraudis, vel rei similis, num. 25.

26 *Præsumptio simulationis, & fraudis cessat ex obseruantia venditionis, & si res empta alijs posteà fuerit vendita.*

27 *pro Fructuum restitutione agendum est contrà illum, qui fructus percepit.*

Successor singularis non tenetur ad fructus ab antecessore perceptos, num. 27.

Possessor bonæ fidei facit fructus suos, num. 27.

28 *Fructuum restitutionem ad euitandam sufficit, quod absit mala fides.*

DECISIO XCIV.

CHERVBINVS Vincentiæ hæres prætendebat in iudicatum transiuisse sententiam in Tribunali A. C. latam declarantem venditiones Domorum ab eadem muliere factas Abbati Vffreduccio cum pacto redimendi fuisse nullas, & fœneratitias, & proindè Andream, qui illas ab Vffreduccij hæredibus emerat teneri ad restitutionem omnium pensionum. Proposui ideò dubium, an de re iudicata, seu potiùs de causis restitutionis in integrum constaret, & de his, non autem de illa constare decisum fuit.

Et quoniam hoc Sacrum Tribunal ad effectum de-
sertionis causæ, vel exequutionis sententiæ extra ip-
sum latæ † semper de validitate, & iustitia inquirit, 1
vt in decis. 42. *num.* 4. *apud* Scacc. *de Appellat.* & passim
in alijs, propterea cum in præsenti sententia appareat
nulla, & iniusta † in iudicatum transire non potuit, 2
l. 4. *§. condemnatum, ff. de re iudicat.* Indeque Andreas
iustam habuit causam † restitutionis in integrum, 3
Card. Seraphin. *decis.* 251. *num.* 2. Eminentissimo Ot-
thobon. *decis.* 161. *num.* 2.

Nullitas resultat ex quo sententia nititur simplicibus
copijs scripturæ † nullum gradum probationis facien- 4
tibus, Buratt. *decis.* 543. *num* 1. attenta maximè pro-
testatione Andreæ illis stare nolle declarantis, † qui- 5
bus proindè citra nullitatis vitium fides aliqua adhi-
beri non poterat, Rota *decis.* 210. *num.* 4. & 5. *part.*
7. *recent.* & *coram* Buratt. *decis.* 584. *num.* 4. nihil ob-
stante, quod in termino citationis ad dicendum contra,
non fuisset oppositum generalia, † nam huius omis- 6
sio non dat robur scripturis informibus, sed tantùm
operatur, quod si illæ aliquem defectum patiantur ad-
huc probent non autem facit, quod illæ ante senten-
tiam à Reo negatæ † intentionem Actoris fundent, 7
vt sequendo distinctionem, Soccini dicit Put. *decis.*
116. *lib.* 2. *cum quo pertransit* Mantic. *decis.* 127. *nu-
mer.* 2.

Iniustitia quoque visa fuit patens, quia pactum
de retrouendendo in contractibus prædictis appositum
tum † tanquam ab vtroque Iure permissum, vt per 8
*text. in cap. ad nostram de empt. & vendit. & in l. si
fundum Cod. de pact. inter Empt. & vendit.* non reddit
illas simulatas, & fœneratitias † nisi etiam cum eo 9
concurrat modicitas pretij vltra dimidium, Honded.
cons. 33. *num.* 62. *l.* 2. Gratian. *discept.* 600. *num.* 2. Ro-
ta coram Andr. *decis.* 109 *num.* 7. & *in Prænestina simu-
lationis contractus* 29. *Maij* 1665. *§. & autem coram bon.
mem. Leone Verospio, &* 19. *Ianuarij præteriti coram
R. P. D. meo Ottalora, §. neque officere.* Talis quip-
pè modicitas in præsenti visa fuit non probari, neque
ad illam probandam admitti debet Instrumentum lo-
cationis, † quia ad hunc effectum non probat verum 10
valorem, qui nec desumi valet à relatione Periti pro
Cherubino illas æstimantis in scutis 932. tum quia con-
tinet alias Domos præter has de quibus agitur, tum † 11
quia conquassatur à relatione Periti Andreæ referen-
tis esse tantùm valoris scut. 579. quinimò admisso pro
nunc etiam valore in dictis scutis 932. ex illis detra-
henda sunt scuta 311. † pro tertia parte valoris dimi- 12
nuti per pactum de redimendo indefinitè stipulatum,
vt sentit Gratian. *dicta discept.* 600. *num.* 8. Rota co-
ram Andrea *dicta decis.* 709. *num.* 8. & *in citatis Præ-
nestina simulationis contractus coram bon. mem. Verospio,
§. ad exclusionem, & coram R. P. D. meo Ottalora, §.
Præterea.* Vlterius habenda est ratio scutor. 151. pro
sexta parte † in qua valor demitur à qualitate Em- 13
phyteutica Domorum, Surd. *cons.* 432. *num.* 76. &
77. Gregor. *decis.* 573. *num.* 2. & *ibi Adden. num.* 12. *lite-
ra B. & in Roman. Domus de Prouanis* 31. *Ianuarij* 1611.
coram bon. mem. Coccino, §. huic responsioni. Rema-
net igitur valor in scutis 470. à quibus detractis impen-
sis fieri solitis in reaptatione tam domorum, quam
viarum, & cæteris oneribus, quibus in dies Domus
subijciuntur, † ac etiam animaduerso, quod vna 14
pars tantum Domus in secundo contractu vendita
fuit ex quibus omnibus cum rei valor extenuetur, vt
per Gregor. *decis.* 553. *num.* 12. Seraphin. *decis.* 952.
num. 5. *cum alijs congestis per* Ciroc. *discept. forens.* 76.
num. 4. apparet Domus fuisse iusto pretio venditas,
nec vllam adesse vsuram, seu læsionem, † quæ sem- 15
per excluditur, quoties concurrunt qualitates rei va-
lorem minuentes, Honded. *consil.* 33. *num.* 23. & 64.
lib. 2. Surd. *consil.* 217. *num.* 32. Gregor. *dicta decis.*
553. *num.* 14.

Nec vrgere visæ sunt coniecturæ in contrarium allatæ,

16 latæ, nam quoties pretij modicitas excluditur, † non attenduntur, nisi sint efficaces, & dilucidæ Caren. *resolut.* 22. *num.* 3. Rota *decis.* 253. *in fine part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *in dicta Prænestina simulationis contractus* 19. *Ianuarij* 1667. *coram R.P.D. meo Ottalora*, §. *minus vrgere*. Talis enim dici non possunt adductæ in casu nostro, nam illas sigillatim examinando quantum attinet ad primum fundamentum in pacto intimationis per Vincentiam faciendæ per sex menses ante re-
17 demptionem, † cum explicitè pactum huiusmodi non legatur negatiuè conceptum minimè redolet vsuram, Honded. *dicto consil.* 33. *num.* 35. & 74. Adden. ad Buratt. *decis.* 761. *num.* 14. Rota *decis.* 57. *num.* 3. *post primum vol. cons.* Farinac. Sed tantùm censetur appositum, vt interim Emptor consulendo Indemnitati propriæ nouum pecuniæ restituendæ Inuestimentum pa-
18 rare possit, † & dum ipse fruitur re. Venditor gaudet commodo pecuniæ, Decian. *respons.* 2. *num.* 163. Leotard. *de vsur. quæst.* 15. *num.* 11. quod licere etiam
19 † in censibus notat Genc. de Genc. *quæst.* 103. *num.* 19. Pactum quod Canon solui deberet per Venditricem æquè benè sustineri potest non solùm quia sic commodius ipsi esse poterat dum etiam pro alijs Domibus
20 simul iunctis illum soluere tenebatur, † verum etiam potuit de Iure in se tale onus suscipere ad euitandum caducitatem, vt hanc coniecturam refellendo tenuit, Rota coram Coccino *in dicta Romana Domus de Trouanis*, § *sed isti*, vbi etiam reprobatur alia desumpta, ex prohibitione melioramentorum tanquam ten-
21 dens in fauorem Venditricis, † ne difficilior per illorum refectionem redderetur redemptio, & eadem ratione visum fuit posse saluari altera conuentio circa
22 refectionem murorum, & solariorum, nam † hæc tanquam perpetuam rei vtilitatem respicientia si facta fuissent ab Emptore cum pacto redimendi vtique repeti poterant, iuxta *consil.* Bald. 303. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. artic.* 50. *num.* 64. Gratian. *discept.* 193 *num.* 8. Decian. *dicto consil.* 2. *num.* 140. *lib.* 1. Et demùm, quod Emptore retrouenditionis deberet reintegrari de
23 Laudemio non potest importare simulationem † cum sit conforme Iuri de quo tenetur Venditor cum pacto redimendi illud persoluere, Burg. *de Laudem. part.* 3. *inspection.* 5. *per tot.* Fulg. *de Iure Emphyt. tit. de Laud. quæst.* 4. *num* 4. Leotard. *de vsur. quæst* 15. *num* 11.

Præterea ad simulationis, & fœneris exclusionem considerarunt Domini non adfuisse causam simulandi,
24 † contractum æquè fuisse palam gestum coram Iudice adhibitis solitis solemnitatibus, vt aduertit Gratian. *discept.* 600. *num.* 14. ad fauorem viri nobilis non soliti
25 fœnerari in dignitate Ecclesiastica constituti † in quo difficilior redditur præsumptio fraudis, & vsuræ, Christoph. Mart. Medic. *decis. sen. examinat* 20. *num.* 18. Caren. *resolut.* 21. *num.* 23. Cardin. Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *num* 4. & 9. & denique ex obseruantia viginti, & vltra annorum, & venditione pro eodem pre-
26 tio facta Andreæ, ac alijs supra recensitis, † quæcumque simulationis, & fraudis vmbra fugatur, Caren. *resol.* 14. *num.* 10. & *resolut.* 21. *num.* 22. *cum alijs per* Ciroc. *d. discept.* 76. *num.* 7.

Firmata igitur validitate contractus consequenter non sine iniustitia A.C. damnauit Andream ad omnium fructuum restitutionem, tum quia pro perceptis per Abbatem ab anno Emptionis vsque ad annum 1648. quo Domos emit Andreas, quatenus debitum fuisset, agendum erat contra illius hæredem non autem contra
27 Andream singularem successorem, qui † etiam alios indè citra decursos suos fecit possidendo bona fide, & iusto titulo, Rota *decis.* 320. *per tot. part.* 2. *recent.* imò
28 ad illos lucrandos sufficit, † quod absit mala, Merlin. *decis.* 163. *num* 10. & 11. & *decis.* 74. *num.* 1. & 5. *vbi* Adden. coram Papa Gregor. XV.

Et ità constare de causis restitutionis in integrum non autem de re iudicata conclusum fuit vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Meleuitana Mercium.

Lunæ 2. *Maij* 1667.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac Decisione de probatione Dominij Mercium, quæ vel ex ipsarum possessione, vel quod illæ in alicuius nauigio fuerint repertæ, vel quod in libris Dohanæ ad eiusdem creditum fuerint adnotatæ benè resultat maximè contrà eos; qui easdem merces deprædasse conuincuntur.

SVMMARIVM.

1 *Merces repertæ in alicuius nauigio illius esse præsumuntur.*

Dominium mercium illius esse præsumitur in cuius faciem illæ descriptæ fuerunt in libris Dohanæ, num. 1.

Dominium est difficilis probationis, & ideò admittit etiam indicia, & coniecturas, num. 1 *& quando num. seqq.*

2 *Dominium plenè, & concludenter probandum est ad effectum rei vindicationis.*

3 *Dominium mercium contra Prædatorem probatur leuissimis probationibus, quinimo ex sola possessione resultat.*

4 *Interrogatoria testium de stylo Ciuitatis Venetiarum fiunt à Consule illius Reipublicæ non autem à Partibus.*

5 *Dominium probatur à testibus, qui viderunt possidere aliquid vti proprium, & quando sup. num.*

6 *Testes deponentes de ijs, quæ cadunt sub eorum sensu plenè probant quamuis non reddant causam scientiæ.*

7 *Testibus interessatis non est deferendum.*

DECISIO XCV.

CONFIRMARVNT DD. decisionem in hac causa emissam 28. Iunij proximi præteriti coram me, quia dominium Hæbraim respectu mercium, de quibus agitur remanet sufficienter probatum ex testium depositionibus, alijsque attestationibus diuersarum insignium personarum, ac officialium Commorantium in partibus orientalibus de quibus in prætérito *Summario num.* 8. & 9. quibus adstipulatur nondum iuris præsumptio desumpta, ex eo quod merces fuerunt repertæ in eius nauigio, † sed etiam quia tanquam propriæ de- 1
scriptæ fuerunt in libris Dohanæ Ciuitatis Damiatæ, vt ex partita relata in calce informationis facti eiusdem Hæbraim, quæ omnia videntur exuberare, cum ad probandum dominium, quod est difficilis probationis sufficiant indicia, & Coniecturæ, vt probant auctoritates *in decisione relata* §. *Cum.*

Et licèt plenæ, & concludentes iustificationes requirantur, vbi non agitur incidenter de dominio, sed quid principaliter ad effectum rei vindicationis, † vt do- 2
cet Bart. *in l. quidem in suo num.* 4. *ff. de Condit. instit.* in præsenti tamen limitatur Conclusio, cum agatur contra eum, qui merces controuersas deprædauit; hoc enim casu sufficere indicia, & Coniecturas; quinimò dominium † ex sola possessione probari in his præcisis 3
terminis dictum fuit in vna *Meliten. Nauis* 20. *Iunij* 1625. *coram Remboldo*, *relata per* Adden. ad Buratt. *decis.* 236. *num.* 13.

Non obstant deducta contra testes, quod non reddant causam scientiæ, & quod fuerint examinati sine Interrogatorijs † primo quoad Interrogatoria satisfacit 4
iurata attestata Consulis Serenissimæ Reipublicæ Venetæ, qui fatetur illa recepisse, & super eis interrogasse

rogasse iuxta stilum illarum partium *Summario* responsionis Hæbraim *num.*1.

Causa verò scientiæ non est necessaria cum iidem te-
5 stes viderint Hæbraim possidere merces vti proprias, † & circa hoc audiuerint ipsius declarationem factam coram alijs mercatoribus in Ciuitate Damiatæ, ibi: *Parimente quest' vltima, che fù preso fece in mia presenza, & altri mercanti nella Dogana di Damiata vna dichiaratione sopra il carico di essa Sacca præterito Summario num.* 8. *in fin.*
6 vbi enim testes deponunt † de actu sub eorum sensu cadente optimè probant quamuis non reddant causam eorum scientiæ Salicet. *in l. sola in secunda col. C. de testam.* Nascard. *qui loquitur*, de probatione dominij *conclus.* 547. *num.* 6. & 7. & dictum fuit *in Calagna Beneficij de Clauixo* 26. *Iunij* 1654. §. *Nec subsistit coram me*.

Neque subsistit, quod tam testes examinati quam alij, qui fecerunt iuratas attestationes sint Hæretici, & Scismatici, quia in facto nulla super hoc datur iustificatio, nec cessare videtur suppositum ex ipsa lectura attestationum, vbi excepto Consule Holandæ omnes sunt Christiani dicto præterito *Summario num.* 9.

Testes denique deponentes de confessione Hæbraim, quod merces erant Turcarum, vltra quod sint Piratæ eiusdem Nauigij, qui Saccam deprædarunt quibus pro-
7 pterea vti interessatis † non est deferendum ex allegatis in *Barbastren. Decimarum* 31. *Maii* 1666. *coram R. P. D. Taia*, §. *quibus*, præsertim in concursu tot probationum factarum pro parte Hæbraim coniunctarum de mendacio, dum asserunt merces spectasse ad Turcas de Bergi quorum alterum obijsse decendio ante sequutam deprædationem alterum verò nunquam exercuisse mercaturam deponunt alij testes dati in *Summario* responsionis Hæbraim *num.* 2.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 2. *Maij* 1667.

ARGVMENTVM.

Quod instrumentum viam continens executiuam exequendum non sit donec pendet iudicium validitatis, vel inualiditatis contractus in hac decisione tractatur; maximè quando prout hic eadem via executiua vlteriùs remansit præscripta.

SVMMARIVM.

1 *Castra vendita vigore Bullæ sanct. mem. Clementis VIII. super erectione Congregationis Baronum transeunt in emptorem libera, & exempta à quibusuis oneribus & hypothecis.*

2 *Emptor qui soluendo creditoribus in eorum locum successit dicitur opponere potius retentionem, quam compensationem.*

Retentio, & compensatio differunt inter se, numero 2.

3 *Via executiua agi non potest pendente quæstione super validitate, vel inualiditate contractus.*

Validitas, vel inualiditas contractus prius discutienda est, antequam agatur via executiua, num. 3.

4 *Via executiua præscribitur spatio annorum* 30. *vel* 40. *amplia, vt ibid.*

Fides mala vbi non intrat, semper habet locum præscriptio, num. 4.

5 *Executiuè agi non potest ex instrumento vltrà annos triginta, vel quadraginta, etiamsi illud haberet executionem paratam.*

6 *Restitutionem in integrum contrà præscriptionem trigenariam, vel quadragenariem ex capite ignorantiæ competere, probari debet aliundè quam ex generali præsumptione.*

DECISIO XCVI.

DOMINI in relatione huius causæ mandarunt mihi expeditionem Breui addita decisione, & non insueta præsertim ad satisfaciendum pluribus obiectis in facto, & in iure deductis ab informantibus pro D. Comite Marco Antonio.

Et cum partes conuenerint super dubio, an & de cuius bono iure constet etiam ad effectum attentatorum, & manutentionis, illudque disputauerint * 11. Februarij præteriti DD. respondentibus constare de bono iure D. Principissæ etiam ad effectum manutentionis ex fundamentis in decisione collatis. Nihilominus ne vlterius dubitandi causa sumatur, declaratur iterum id, quod in decisione §. *ex quibus* DD. disceptando declaratum fuit, bonum ius D. Principissæ non fuisse solidatum super puncto contractus empti, & venditi celebrati inter Ioann. Cæsarem, & Fædericum, an fuerit validus, vel nullus, perfectus vel imperfectus, resolutus; vel irresolutus DD. licèt collatis ex vtraque parte rationibus in neutram partem inclinarunt, & quæstionem reliquerunt in decisam probatis, & placitis cæteris fundamentis in decisione deductis.

Quod attinet ad opposita in informatione pro noua audientia contra Decisionem §. *patuit nullitas*, adducebatur pro saluando erroneo excessu decreti assignantis octauam partem pro nona, quod A. C. ideò decreuerit consignari octauam partem, quia Marcus Antonius actor non instabat pro nona parte totius pretij castrorum videlicet scut. 262550. sed pro octaua, postquam detracta fuisset à tota dicta integra summa. Nona pars tangens Baldassarem, & sic pro octaua parte scut. 233377. ⅞ quæ est scutor. 29172.

Sed prædicto calculo, & discursui non congruunt, verba decreti A. C. ibi: *Scut.* 29921. *valore octauæ partis status, & bonorum Carpineti, Gabignani, & Casalis Turriculæ venditorum sine tamen præiudicio maioris summæ*, adeòque pro octaua parte respectu totius pretij, non autem ex pretio residuali post asser. detractionem Baldassaris, & nimium excedit etiam octauam calculatam à Marco Antonio *in scutis* 29172 qui neque potest compleri ex fructibus, qui omninò sunt illiquidi.

Contra § *accedit*, vbi firmatur excessiua executio super his locis montium, qui tantùm pro nona parte essent obligati, ob jciebatur quod pretium aliorum Castrorum hodiè non extat ex facto auctoris D. Principissæ adeòque licuerit actori persequi loca montium empta ex pretio Castri diruti Turriculæ pro integro suo credito.

Sed DD. visum est primo disceptandum qui, & quales sint isti auctores D. Principissæ, & posteà, an eorum culpa non extet supradictum pretium præsertim secuta Castrorum distractione mandante Congregatione Baronum seruata in omnibus forma præscripta in Bulla sanct. mem Clementis VIII. super erectione dictæ Congregationis, † adeò vt ex eiusdem Bullæ dispositione 1
Castra transiuerint in emptorem libera, & exempta à quibus vis oneribus, & hypothecis vltrà alia in decisione deducta à dicto §. *item accedit* vsque ad §. *iniustitia etiam*.

Contrà §. *Iniustitia etiam*, vbi iniustum dictum fuit decretum A. C. vtpotè non admittens compensationem illius summæ, quæ fuisset soluta ab auctoribus D. Principissæ, aut Ioann. Cæsari venditori, aut in extinctionem æris alieni eiusdem vendiroris cùm credito Marci Antonij opponebatur incertam, & ignotam esse quantitatem solutam creditoribus ab emptore, & compensationem locum non habere de quantitate ad speciem vti sunt hæc loca montium.

Verùm præter præoccupata in decisione §. *Non subsistente replicatione*, constant ex facto solutiones ex editione instrumentorum, & ex ipsa accollatione æris alieni in emptione pro pretio suscepta. Compensatio verò in hoc casu videbatur admittenda de quantitate à D. Principissa, vel ab eius auctoribus soluta creditoribus ad quantitatem soluendam pro valore octauæ partis, vt in Decreto mandatur, licèt potiùs hìc agatur de retentione, quam de compensatione, † cum eisdem 2
creditoribus soluendo successerint in priorum creditorum locum ad rubricam, & *l.* 2. & 3. *C. de his, qui in priorum creditor*, Capic. *decis.* 88. *num.* 3. Gratian. *discept.*

diſcept. 179. *num.* 8. *&* 9. vbi de differentia compenſationis, & retentionis.

Demùm contrà §. *Ex quibus*, de via executiua, quæ ſi fortè competijſſet ab initio, non tamen poterat agi pendente quæſtione ſuper validitate, aut inualiditate contractus, † quæ prius diſcutienda erat Rota coram Achill. de Graſſis *deciſ.* 116. *alias de reſtitut. ſpoliat. deciſ.* 15. *ſub num.* 2. Buratt. *deciſ.* 136. *num.* 27. Cui etiam præſcrſptum fuiſſet vltrà 30. & 40. annos coniun-
4 ctos, & etiam 70. ab anno 1572. † præſertim, quod obici non poteſt mala fides, vt notanter declarat Abbas *in cap. fin. de præſcript. num.* 30. *&* *num.* 32. *verſ. in contrarium* Rota coram Achill. *deciſ.* 212. *ſeu de præſcript. deciſ.* 5. opponebatur præſcriptionem non fuiſſe completam viuente Comite Cæſare, neque viuente Comite Euandro, qui continuauit litem vſque ad annum 1608. & obijt anno 1633. & quatenus eſſet completa competeret Marco Antonio reſtitutio in integrum ex auctoritatibus allegatis.

Sed de multis allegatis nihil adducit, quod firmet reſtitutionem in integrum ad agendum via, executiua
5 cum omnes dicant executiuè agi non poſſe † ex inſtrumento vltra annos triginta, & quadraginta celebrato eſto, quod paratam executionem contineret, quod eſt argumentum *deciſ.* 125. *part.* 1.

Et nihilominùs ordinariè agenti primum pro reſtitutione contrà præſcriptionem trigenariam, & qua-
6 dragenariam ex capite ignorantiæ; † Iſta tamen tamquam intentionis fundamentum probandum eſſet aliundè quam ex generali præſumptione Rota *deciſ.* 238. *num.* 20. *part.* 8. *&* *deciſ.* 293. *num.* 16. *part.* 10.

Supra in hac eadem parte deciſione 32. * adeſt, & reperitur, quæ primo in hac eadem cauſa emanauit Deciſio coram eodem R.P.D. Taia.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana locorum Montium.

Lunæ 2. Maij 1667.

ARGVMENTVM.

Se obligauerat mater pro liberando filio à pœna, & moleſtijs eidem per fiſcum illatis, pro quibus adhuc illum carcerari potuiſſe prætendebatur, ſed obligationem fuiſſe nullam in præſenti Deciſione reſoluitur, tam ob ſublatas moleſtias mediante præcedenti compoſitione cum fiſco contracta, quàm etiam ex eo quod filius nec carceratus reperiebatur, nec aliquod contrà illum fuerat relaxatum mandatum, & tamdem quia omnis ſpes conſequendæ releuationis in effectu ceſſabat.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitus à matre pro liberando filio à carceribus etiam ſine ſolemnitatibus ſubſtinetur, & vide num.* 9.

2 *Conſenſus querelantis, quoad intereſſe fiſci ratione publicæ vindictæ non requiritur.*

Compoſitio facta cum fiſco etiam ſine conſenſu, querelantis parit exceptionem rei tranſactæ, & finitæ, num. 2.

Compoſitio facta cum fiſco ſuccedit loco pœnæ, numero 2.

3 *aduersùs Compoſitionem factam de ordine, & mandato Summi Pontificis nemo venire poteſt, aut de ea conqueri valet.*

4 *Moleſtiæ illatæ à fiſco poſt ſecutam confiſcationem ſunt ipſo iure nullæ, & proindè attendendæ non ſunt.*

5 *Iudex ſi decretum facere noluit, & inſtantiam actoris reiecit, declarat nullum ius illi competere.*

Moleſtiæ dicuntur nullæ ſi à iudice fuerunt reiectæ, num. 5

6 *Decretum Iudicis in contractu mulieris remanet imperfectum ſi cauſa narrata debitam verificationem ſortita non eſt.*

Amplia vt ibidem.

Cauſa narrata in contractu mulieris ſi non fuit vera, Decretum iudicis ſuper ea interpoſitum non ſuppletur, ex alia num. 6.

7 *Cauſa expreſſa in contractu mulieris ſufficit, quod ſolùm ex parte ſit falſa ad hoc, vt contractus corruat in totum.*

8 *Contractus mulieris, vt ſubſtineatur de illius vtilitate, non autem alterius conſtare debet.*

6 Textus in auth. ſi captiui C. de Epiſcop. & Cleric. *adducitur, & declaratur.*

Carceratum fuiſſe filium, vel patrem, requiritur, aut aliquo mandato executiuo grauatum, ad hoc, vt intret diſpoſitio text. in auth. ſi captiui C. de Epiſcop. & Clericis, *num.* 9.

in Contractibus mulierum non eſt recurrendum ad ius commune, dum verſamur in terminis Statuti., numero 9.

10 *Obligatio mulieris pro liberando marito, vel filio à carceribus non tenet quoties, vel maiori parte dotis læderetur mulier.*

Vel nullum haberet releuatorem, ibidem & numero ſequenti.

11 *Mulier dicitur non habere releuatorem ſi is, qui pro ea fideiuſſit hæredem non habuit.*

Releuationis ſpes ceſſare dicitur, vbi debitor ſine hærede deceſſit, num. 11.

Decoctus quis obijſſe dicitur ſi eius hæreditas hæredum inuenire non potuit, num. 11.

12 *Obligatio mulieris vltrà dimidiam non ſubſtinetur, nec minus pro liberando marito, vel filio à carceribus, & ſupra, num.* 10.

13 *Contractus mulieris, vel minoris copulatiuè requirunt cauſam, & ſolemnitates.*

Solemnitatum defectus in contractibus mulierum non ſanatur, ex eo quod non interuenerit fraus, & circumuentio, num. 13.

Cauſa in contractibus mulierum, vel minorum non ſupplet defectum ſolemnitatum, num. 13.

Amplia quia nec ſolemnitas ſupplet defectum cauſæ, ibidem.

DECISIO XCVII.

ADVERSVS binas * deciſiones firmantes nullitatem obligationis Catherinæ emanatæ in Inſtrumento Cenſus ex defectu cauſæ, & ſolemnitatum iterum Andreas Sarauczzius hæres Mariæ Sarauezziæ præ alijs duo opponebat. Alterum, quod cauſa expreſſa pro liberando Ludouico filio à quadam pœna, & moleſtijs illatis, & inferendis occaſione de qua in actis Fonthiæ, & pro cauſa pendente coram A. C in Criminalibus eſſet vera, alterum verò, quod Cenſus iſte tanquam impoſitus ad liberandum filium à carceribus † 1
abſque ſolemnitatibus ſubſiſtere valeat *Auth. ſi captiui C. de Epiſcop. & Cleric.* quibus tamen non obſtantibus DD. in deciſis perſtiterunt.

Veritas enim dictæ cauſæ expreſſæ non ſufficienter iuſtificari viſa eſt ex obiecta nullitate compoſitionis cum fiſco fundata in defectu conſenſus Villæ querelantis, quia quidquid ſit de conſenſu iſto quoad intereſſe priuatum ipſius Villæ, proculdubio quoad intereſſe fiſci ratione publicæ vindictæ non requiritur, † & compoſi- 2
tio ſine illa eſt validiſſima, paritque exceptionem rei tranſactæ, & finitæ quoad pœnas, & moleſtias quas importaret cauſa Criminalis remiſſas per compoſitionem, quæ ſuccedit loco pœnæ, ad Text. *in cap. de bis criminibus de accuſat. l. licet*, *§. fin. verſ. ſed ſi abſolutus*, *ff. de naut. caup. &* Stabul. *l. ſi cui*, *§. iiſdem Criminibus*, *ff. de accuſat. & inſcript. l. fin. C. de gener. abolit.* cum relatis apud Farin. *in prax. crimin. de inquiſit. quæſt.* 5. *num.* 4. *&* 12. *part.* 1. Ghirlan. *in tract. de relaxat.* Carcer. *tit. de pœnar. compoſ. quæſt.* 5. *num.* 1. *&* 3. *&* Spad. *conſ.* 121. *nu.* 1. *&* 2 *lib.* 1.

Stante præſertim ordine, & mandato Summi Pontificis *Summario* Impreſſo *num.* 2. ibi: *Habito prius verbo de Suæ Sanctitatis ordine, & mandato, &c.* quæ etiam firmitatem præfatæ compoſitioni valent imperti-
ri, † vt nemo aduerſus eam licitè audeat conqueri ex 3
traditis à Peregrin. *de Iure Fiſc. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 15. *&* 16. Boſſ.

16. Boss. *in tractat. crimin. tit. de remed. num. 23.* Paris. *consil. 1. num. 67. & sequent. lib. 4. &* Farin. *consil. 46. numero 16.*

Nec prædicta turbantur ex molestijs illatis à fisco post dictam compositionem dicto *Summario num. 3. & 4.* quia vti de facto illatæ, & absque Iuris fundamento
4 † nullius erant momenti, Rota *decis. 615. part. 2. recent.* Et re vera fiscus non amplius poterat molestare dictum Ludouicum attenta compositione stabilita, quod Iudex benè agnouit dum ad aliquod decretum deuenire noluit,
5 † imò potiùs instantiam fisci reiecit dicto *Summario* impressorum *3. in fin.* Rota *decis. 367. num. 40. & decis. 368. num. 4. apud* Posth. *de manut.* multoque minùs à molestijs ciuilibus, quæ suscitari potuissent, vel à fisco respectu scutorum 1000. debit pro residuo compositionis, vel à Spada, qui alia scuta 1000. fisco soluerat ad computum compositionis dicto *Summario num. 6.* quia in expositione causæ nulla legitur facta mentio dictarum molestiarum Ciuilium, sed solùm timendarum in criminalibus, vndè cognitio Iudicis remansit imperfecta, & non potuit influe-
6 re inualiditatem gestorum, † dum causa narrata tantummodò super Criminalibus debitam verificationem sortita non est in molestijs ciuilibus prout erat necessarium ex firmatis, *in prima decisione edita coram Reuerendissimo Gerunden. § quo verò ad Iudicem relata in Bononien. Censuum 15. Iunij 1665. §. Omisso enim coram R. P. D. meo Albergato, & in secunda coram me, §. non obstat.*

Nec releuat, quod saltem causa verificetur in scutis mille, quæ fisco soluta sunt pro satisfactione compositionis Ascendentis ad scuta 2000. nam respondebatur sufficere, quod causa sit in parte vera, & in parte falsa
7 † prout in præsenti casu detegitur ad hoc, vt contractus in totum vitietur, & corruat vltra allegata in præcedentibus decisionibus *in Romana locorum Montium 19. Iunij 1655. §. Falsitas autem vers. certum est cum §. sequent. coram Reuerendissimo Papien. in Romana Saluiani 23. Iunij 1653. §. & quamuis vers. certi Iuris coram R. P. D. meo Beuilacqua, & coram eodem in Romana pecuniaria 19. Iunij 1656. §. euidens apparet, & §. fin.*

Et quatenus vrgebatur hoc obiectum subsistere posse ob versionem, dixerunt iterum DD. totam vtilitatem versionis spectare ad Ludouicum, non autem ad Cathe-
8 rinam, † de cuius locupletatione, & commodo constare deberet, vt præter adducis *in secunda decisione §. hinc non obstat aduertit* Fenzon. *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 113. num. 18. & seq.* Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. *decis. 18. num. 31.*

Quæ verò deducebantur *ex auth. si captiui C. de Episcop. & Cleric.* nullo modo applicari visa sunt DD. Tum quia Ludouicus ante census impositionem non reperiebatur in vinculis nec minus aliquo mandato exequutiuo
9 grauatus, † ad quas circumstantias tota vis æquiparationis, *Auth. prædictæ extenditur, vt in specie dixit* Rota *decis. 63 num. 20. 21. & 22. part. 2. diuers. declarata in decis. 153. & seq. part. 1 recent.* vbi monetur non esse recurrendum ad Ius commune, dum versamur in terminis Statuti. Tum etiam quia optima est limitatio, quod
10 obligatio mulieris pro † liberando marito, vel filio à Carceribus non teneat quoties, vt hic in maiori parte Dotis læderetur, nullumque haberet releuatorem, Marescot. *var resolut. cap. 5 num 21. lib. 2* Gratian. *disc for. cap. 108. num. 9. & seq. & cap 723. num. 12.* Rota coram Martin-Andr. *decis. 79. per tot.* Pic *ad Stat. Vrb decis. 17. num. 4.*

Hic autem nulla adest spes releuationis ex manifesta Ludouici decoctione dum nullus voluit esse illius hæ-
11 res, & hæreditati fuit deputatus Curator † ad Instantiam Mariæ, & respectiuè Iosephi Sarauezzij illius hæredis contra quem Creditores sua Iura experiri potuissent, *l. Si hæres 3. ff. ad l. Falcid. l. Libertus, qui soluendo 36. ff. de bon. libert.* Cyriac *controuer. 327 num. 8.* Rota *in vna Montis Falisci, seu Viterbien. Supplementi legitimæ 4. Decembris 1634 §. fin. vers. 1 quia coram* Coccino, & læsio est vltrà dimidiam ex quo dos Cathærinæ consistit in scutis
12 1200. illius verò obligatio in scut. 2500. † vnde etiam ex hoc capite contractus remanet nullus, & inualidus ex deductis *in Bononien. Inuestituræ 14. Aprilis 1660. § Quæ eo facilius coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Ex quibus sequitur defectum causæ, & solemnitatum sanari non posse etiamsi cessarent fraus, & circumuen-
13 tio, † nam causa, & solemnitates copulatiuè requirun-tur, itaut alterum ab altero non suppleatur, & sæpissimè admisit Rota *in recentior. decis. 153. num. 15. & decis. 177. num. 5. part. 1 & decis. 77. part. 6 & post* Pic. *ad Statut. Vrb. decis. 60. num. 13. & coram* Merlin. *decis. 444.*

Cætera obiecta abundè fuerunt sublata in præcedentibus decisionibus, & propterea vlteriori, aut repetita refutatione non indigent.

Et ita decisum est pro tertia vice, &c. vtraque, &c.

Supra in præcedenti * parte 14. recentiorum habetur altera ex decisionibus præsentis causę, & est Decisio 378. cuius in calce adnotatur alia in eadem causa emanata coram Reuerendissimo D. Gerunden.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Foroliuien. Dotis.

Lunæ 2. Maij 1667.

ARGVMENTVM.

Contracto per mulierem Florentinam secundo matrimonio cùm Ciue Foroliuiensi nulla facta conuentione de lucro Dotis, quale ex eorum Statutis quoad dictum lucrum seruandum sit in hac Decisione plenissimè declaratur, vbi etiam traditur quando domicilium ipsius mariti, vel etiam vxoris attendendum sit, non solùm respectu lucri, verùm etiam respectu restitutionis eiusdem dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dos soluto matrimonio restitui debet hæredibus coniugis prædefunctæ dempto lucro in fauorem coniugis superstitis.*

2 *Dotis restitutio fieri debet soluto matrimonio etiamsi de restitutione nihil fuerit actum*

3 *Lucrum dotis debetur ad formam Statuti domicilij viri, & quando vide per totam decis.*

4 *Statutum de lucro dotis habet locum etiamsi super eo nullum pactum factum sit.*

5 *Lucrum dotis in primo matrimonio conuentum non censetur in secundo repetitum, & vide per totam.*

Dos data primo viro non censetur repetita secundo stante discrepantia constitutionis illius inter vtrumque matrimonium, num. 5. & seqq.

6 *Lucri dotis ad effectum potentius est ius habitationis quam originis.*

7 Text. in l. exigere dotem ff. de iudicijs *traditur, & declaratur, ac num. seq.*

8 *Statutum domicilij vxoris, in quo contractum fuit matrimonium attenditur, vbi maritus se traduxit ad domum eiusdem vxoris.*

9 *Domicilium viri attenditur quoad lucrum dotis quando vxor, & maritus sunt diuersi fori, & vide per totam.*

10 *Dote simpliciter constituta, lucrum censetur conuentum secundum Statutum domicilij viri, & quando vide per totam decis.*

11 *Statutum vnius fori quoad restitutionem dotis, alterius verò fori quoad lucrum inuicem attendi possunt.*

Restitutio dotis quoad tempora, & fructus conueniri potest secundum vnum Statutum, quo verò ad lucrum secundum aliud num. 11.

12 *Dotis restitutio promissa iuxtà formam vnius Statuti, non comprehendit casum contrarium superlucrationis eiusdem dotis.*

Dos diuersimode à marito restituitur in casum obitus vxoris cum filijs, ab alio casu prædecessus illius sine filijs, quo eadem superlucratur, num. 12.

Statutum simpliciter loquens de lucro dotis, nihil agit de restitutione eiusdem dotis, num. 12.

13 *Capitula matrimonialia, & instrumentum si fuerint con-*

contraria, attenduntur potius capitula, quam instrumentum.

Scriptura confecta à partibus potius attenditur, quam instrumentum super ea deindè à Notario extensum num. 13.

14 *Mulier constante matrimonio non potest aliter paciscendo dotis suæ conditionem facere deteriorem.*

15 *Testis ab alio ex coniugibus constitutus ad tractandum matrimonium non probat & quando, vide numero seq.*

16 *Mediatori matrimonij quando credatur.*

17 *Procurator ad negotia constitutus quando pro partibus probare possit.*

18 *Testis de facto proprio deponens remanet suspectus, si aliqua ex parte illius depositio veritati repugnat.*

19 *Testes deponentes de confessione extraiudiciali si sunt singulares de loco, & tempore nihil probant de æquitate canonica.*

20 *Dos de iure communi non habet viam executiuam.*

21 *Obligatio cameralis non suffragatur illi, qui instrumentum impugnat.*

22 *Obligatio cameralis licèt non inserta in apoca, in ea tamen dicitur contineri, si fuit deindè apposita in instrumento in illius executionem confecto.*

Apoca, & instrumentum in illius executionem celebratum habentur pro vna eademque scriptura, numero 22. & 23.

Clausulæ in posteriori instrumento appositæ in præcedentem apocam transfusæ intelliguntur, num. 22.

Correspectiuorum natura est, vt quod in altero ex illis habetur expressum, in alio similiter intelligatur, num. 22.

23 *Instrumentum celebratum in executionem apocæ dicitur pars eiusdem apocæ, & pro eademmet apoca reputatur, & supr. num. 22.*

Conuentio facta in apoca, quod de ea celebretur instrumentum operatur, quod apoca, & instrumentum habeantur pro vna eademque scriptura, numero 23.

24 *Pacta apposita in instrumento confecto in executionem apocæ censentur inita à principio, & vide num. seqq.*

25 *Pactum quod super scriptura conficiatur instrumentum operatur superaddi posse ea omnia conducentia ad confirmationem rei gestæ, & quando.*

Substantia scripturæ mutari non potest per instrumentum posteà celebratum, cætera verò addi non prohibentur, num. 25.

Instrumentum quando continere possit plusquam contineat apoca super qua illud fuit celebratum, numero 25.

26 *Per obligationem cameralem appositam in instrumento, quæ in apoca non legitur partes grauari dicuntur, & quando vide num. seq.*

27 *Obligationem cameralem apponere in instrumentis in toto Statu Ecclesiastico viget consuetudo.*

28 *in Ciuitate Bononiæ non viget consuetudo apponendi obligationem cameralem in instrumentis.*

DECISIO XCVIII.

SECVNDAS Nuptias cum Petro Martyre de Astis Ciue Foroliuiesi contraxerat. Anno 1642. Francisca de Bardis Florentina, quæ illi in dotem scuta 4000. promiserat recuperanda ab hæredibus Maximiliani Mercurialis primi viri nulla tamen in apoca matrimoniali habita conuentione de lucro dotis.

Sed dissoluto per obitum Franciscæ Matrimonio indeque exacta per Petrum Martyrem dote hæredes Franciscæ egerunt coram A.C. ac obtinuerunt mandatum exequutiuum pro duobus ex tribus partibus, altera hæredibus secundi viri ad tenorem Statuti Foroliuiesi reseruata Hinc commissa appellatione in Rota cum clausula, *Si quid exequendum*, dubitaui, an prædictum mandatum esset exequendum, & fuit responsum affirmatiuè, quia non controuertebatur creditum dotale, de cuius constitutione constabat ex dicta apoca, necnon ex instrumento recuperationis ab hæredibus primi viri; vnde sequebatur, quod cum veniret casus restitutionis per obi-
1 tum Franciscæ † dos esset hæredibus illius dempto lucro restituenda, *l. Dotis actione, ff. solut. matrim.* licèt de re-
2 stitutione † nihil esset actum, *l. si duo Patrui, 16. §. Marcellus, ff. de Iust. Iur. l. 1. in princip. C. de rei vxor. act. cum alijs in decis. 397. num. 2. part. 9. recent.*

Hoc potissimum suadente Statuto Ciuitatis Foroliuij, quod tertiam tantummodò partem pro lucro viri superstitis reseruat, † quod Statutum tanquam Domicilij 2
viri attendendum esse ex Text. *in l. exigere dotem, ff. de iudic. dicit ibidem* Cagnol. *num. 4. ac tradit* Alex. *cons.* 100. *num. 13. vol. 3. & censuit* Rota *in decis.* Seraph. 504. *num. 5. &* 3
272. *apud* Zacch *de obligat. camer. num. 1. & 3. & in Romana Dotis 22. Iunij 1661. § Lucrum verò coram bon. mem. Verospio*, licèt hoc pactum † non sit expressum Fulgos. *cons.* 4
204. *ante num. 1. vers. quamquam.*

Nec placuit argumentum desumptum à Text. *in l. dotem 30. ff. de Iur. dot.* quia licèt ipsamet Francisca cum Maximiliano primo viro conuenisset, quod in casu suæ præmorientiæ ille dotem integram lucraretur secundum ordinationem Statuti Florentini, † nihilominus admissa 5
non fuit præsumptio repetitæ huius qualitatis in secundo Coniugio dum in illo dos longè à priori discrepanter constituta legitur, vt innuit idem Text. *in finalibus verb.* ibi: *Nisi probetur aliud conuenisse, ac voluit* Rota *in decis.* 59. *num. 6. part. 5. & decis. 16. num. 3. part. 8. recent.*

Multæ, & quidem releuantes discrepantiæ inter vtrumque contractum consideratæ fuerunt, quæ omnem prorsus elidebant præsumptionem, quod contrahentes voluissent in hoc secundo Coniugio repetere qualitates adiectas in primo, & præ cæteris ad propositum lucri DD. obseruarunt, quod in primo habitus fuit vir pro Ciue, & Incola Ciuitatis Florentiæ, *come se detto Massimiliano fosse Cittadino, ò Fiorentino, & habitasse di continuo in detta Città*, quo certè casu seruandum erat prædictum Statutum, nam ad hunc effectum potentius est forum habitationis, † quam originis, vt declarant 6
Alex. *in l. cum quædam puella 19. num. 11. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. tradit* August. *Cost. 12. num. 2. in fine lib. 5. ac* Ciriac. *controuer. forens. 273. num. 47. & voluit etiam idem* Alexan. *dicto consil. 100. num. 13. lib. 3.*

Prætereà in Priori matrimonio aderat sequens conuentio, *che Francesca non sarà leuata da Fiorenza per habitare fuori dello Stato*, ex qua benè inferebatur maritum animum habuisse proprios lares deserere, & se traducere ad Patriam, & domicilium vxoris, quo pariter casu cessat ratio illa † prædicti Text. *in l. exigere dotem*, 7
ff. de iudic. quod mulier per conditionem matrimonij itura esset ad domum viri, † ac inspicitur Statutum domi- 8
cilij vxoris in quo contractus fuit celebratus, secundum Bald. *in l. vlt. num. 4. C. si à non competenti Iudic.* Dec. *cons.* 283. *num. 8.* Rimin. Iun. *cons. 23 num. 122. ac adductis concordand.* Roland. *de priuil. dot. quæst. 16.*

Non interuenerunt prædictæ circumstantiæ in secundis nuptijs, quia illæ initæ fuerunt cum Petro Martyre tanquam Ciui Foroliuiesi, & mulier statim se contulit Foroliuium, vbi matrimonium celebratum fuit; idcircò non erat in isto sicuti in illo recedendum à regula attendendum Domicilium viri, † quam firmam, & indubita- 9
tam profitentur scribentes omnes in dicta *l. exigere, & signanter* Fulgos. *num. 9.* qui dicit hoc sibi contigisse, qui cum esset Placentinus vxorem duxit Papiæ, neque ab illa recedendum tradit in specie Succin. Iun. *cons. 14. num. 8.* Tiraquell. *post leges connubiales num. 46.* alijque plena manu congesti per Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 14. num. 1. ac per* Rot. *decis. 272. post* Zacch. *de oblig. Camer. num. 1.*

Deducebant vlterius aliqui ex DD. ex ipso Statuto Foroliuij aliam inter vtrumque casum notabilem discrepantiam, nam cum illud deferat marito lucrum tertiæ partis dummodo verbis expressis illi non renuncietur constabat equidem in primo matrimonio de voluntate contrahentium attendendi diuersum Statutum Ciuitatis Florentiæ, & consequenter recedendi ab isto Foroliuij Ita de hac voluntate non constabat in secundo in quo cum nihil pacto fuisset expressum, sed simpliciter data dos † tacitè 10
intelligitur conuentum de lucro loci, vbi maritus habitat iuxta doctrinam Bart. *in l. hac edictali in princip. C. de Secund. nupt. quam seq.* Fulgos. *consil. 204. ante numerum primum vers. quamquam, & seq.* Rota *in d. decis. 272. num. 4. & 5. post* Zacch. *de oblig. Camer. & decis. 250. num. 9. part. 6. recent*

Hinc dici non potest in Instrumento dotali post x. menses confecto, fuisse à capitulis recessum, licet ibidem promissa fuerit dotis restitutio iuxta formam, & dispositionem Statutorum Ciuitatis Florentiæ, quia talis promissio non repugnat cum lucro dotis debito secundum Statutum Foroliuij compatiuntur enim inter se, quod respectu lu-

ex lucri attendatur Statutum vnius fori, & tamen quod
11 fiat restitutio iuxta dispositionem alterius, † & proeuitanda contrarietate inter capitula matrimonialia, & instrumentum dicendum est, quod in casu restitutionis attendi debeat Statutum Florentiæ nempè circa modum, & tempora, vel fructus dotales non autem in casu lucri, vt in indiuiduo ponderat, Rota *in decis.608.coram bon.mem.* Merlin.*à num.16.vsque ad num.24.*

Comprobatur hic intellectus ex verbis ipsius instrumenti in quibus maritus in casu tamen restituendæ dotis constante, vel soluto matrimonio promittit istam reddere iuxta dispositionem, & formam Statutorum Floren-
12 tiæ † vnde dici merito potest verba prædicta non comprehendisse casum contrarium præmorientiæ, vxoris sine filijs in quo dos non restituitur, sed à marito lucratur, vt ponderat Corn. *consil.270 num.2.lib.3.* Dec.*cons.194. nu. 3. vers. & ideò consonat, & apertius cons.402. num.4. vers. non obstat in contrarium*, & clarius indicat *rubrica 129.eiusdem Statuti*, quæ nihil agit de restitutione, sed tantùm de successione in dotem vxoris præmortuæ.

Et re vera à Capitulis recedi non poterat, quia cum ad celebrationem Instrumenti deuentum esset in comprobationem, & executionem Capitulorum matrimonialium, vt explicitè partes declararunt, & in vltima infirmitate per 13. dies ante mortem explicitè confirmauit Francisca, quod scilicet à dictis Capitulis matrimonialibus nunquam intellexerit recedere non poterat aliter, quam in Capitulis conuentum erat stipulari ita vt data
13 inter illam, & instrumentum contrarietate † capitula potius, quæ fiunt à partibus, quam instrumentum, quod extenditur à Notario attendi debent, Cardin. Zabarell. *cons.111.num.1.* Alex.*cons.156.num.8.lib.6.ac* Rota *in decis. 59.num.12. part.4. recent. & in Romana Casalis veteris 5. Maij 1653.§. minus obstat, & 4.Iulij 1655. §. sed bis coram R. P. D. meo Albergato.*

Præcipuè post Ius quæsitum mulieri in Capitulis, cui illa non poterat constante matrimonio taliter paciscendo
14 præiudicare, † nec dotis suæ conditionem deteriorem facere ad verba Text. *in l. Attilicinus 17. ff. de pact. dotal.* Cancer.*var.resolut.lib.3.cap.15.num.10.* Fontanell.*de pact. nupt.glos.9.part.5. num.18. & præclare* Giurba *ad consuetud* Messan *cap.1.glos.8.part.1. num.24. ac ita voluit* Rota *in adducta decis.* Merlin.*608.num.26.ac coram* Royas *decis. 113 num.13.*

Non obstiterunt denique Testes inducti ad probandum voluntatem partium obseruandi Statutum Florentiæ, nam primus qui est ipsemet Aleottus Procurator à marito constitutus ad tractandum matrimonium fidem ex
15 hoc capite † non meretur, vt de magis communi, & veriori opinione Testatur Soccin.Iun.*cons.12.num.17.vol.*
16 *2.* nisi vtraque pars depositioni illius vti † mediatori consensisset Alex.*pluribus adductis cons.14.num.14.* qui eadem
17 ratione ampliat in Procuratore † ad negotia, ac Rota *in Romana donationis 28.Iunij 1655. vers.asser. promissio coram R.P.D.meo Albergato.* Conuincitur insuper idem Testis, vel mendax, vel parum memor rei per ipsum gestæ dum nullam super hoc tractatu exaratam fuisse scripturam asseuerat; Et tamen patet apocam cum ipso tanquam Procuratore fuisse confectam, & de verbo ad verbum in instrumento insertam; sicut etiam affirmat hoc secundum matrimonium fuisse conclusum cum dote primo viro constituta, & tamen ex combinatione apocarum apertissimè deprehenditur tam in quantitate, quàm in qualitate hanc secundam dotem longè à priori discrepa-
18 re, † quapropter illius depositio ad hanc etiam rationem reddebatur suspecta ex deductis *in Romana seu Veliterna affictus 29.Nouembris 1652.§. testium enim coram bon. mem. Bichio.*

Alij verò duo vltra particulares, quas vtrique exceptiones attribuunt informantes deponunt de extraiudiciali confessione Franciscæ, sunt que in loco, & tempore
19 singulares † itaut de æquitate Canonica nihil omninò probent iuxta latissimè deducta *in cons.40.* Gabr. *num 20. lib.2.& per* Rota *in Sabinen.fructuum dotalium 10. Februarij 1656.§. non obstat coram R. P. D. meo Albergato, & nouissime in Romana Pecuniaria 14.Martii præteriti, §. quantum enim coram me.*

Minor fuit difficultas de competentia actionis executiuæ, quæ de Iure communi † non datur pro dote, vt plu-
20 ries respondit Rota, *& signanter in decis.67.num.1. part.9. in Romana Dotis 11.Februarij 1657. in princip. coram bon. mem.Bichio, & nuper in Romana seu Ianuen. Dotis 2. Decembris 1665.§.existimarunt Domini coram R.P.D.meo Ottalora.*

Aliqua verò in apoca matrimoniali adiecta non fuit clausula, quæ mereretur executionem, & obligatio Cameralis in instrumento apposita dicebant aliqui iuuari non posse illos de Bardis, † qui tale instrumentum impu- 21
gnabant vti continens promissionem restituendi ad formam Statuti Florentini.

Verùm in hoc etiam præualuit sententia eorum, qui respondebant pro executione mandati innitentes huic obligationi Camerali, quæ licèt in apoca non apposita tamen cum relatiuè ad ipsam, quinimò in illius præcisam executionem, & obseruantiam emanauit instrumentum illam habens insertam hæc duo pro vnica Scriptura reputantur † adeout clausulæ omnes posterius in- 22
strumentum roborantes in ipsammet apocam transfusæ dicantur siue ex argumento correspectiuorum ex deductis per Giurb. *decis 85.num.20.& per* Rota *decis.95. par. 1.diuers.* siue & fortius, quia in eadem apoca conuentum extitit, vt de contentis celebraretur instrumentum in bona forma, † quo fit vt vna Scriptura censeatur pars al- 23
terius, Rota *decis.39.num.8.& 9.part.9. recent.* ac pacta in secundo instrumento licèt ex interuallo apposita † viden- 24
tur inita à principio, iuxta *cons.* Oldrad.*265.num.8.&* Anchar.*7 num.2. vers.non obstat*, imò in vim huius facultatis addi poterant in secunda Scriptura ea omnia, quæ conducerent ad confirmationem rei gestæ, † ad hoc vt effica- 25
cius intentio consequeretur dummodò non mutetur substantia negotij principalis, vt benè firmat idem Oldrad. *cons.139.num.13.ac latius* Marcell.Marcian *cons.65. num. 2.3.& 5.* & licèt ex additione huius Cameralis obligationis partes in aliquo grauentur † dum illis tollitur pro- 26
cessus per tres sententias, iuxta *decis.* Pen. *in Bononien. Census relata post* Zacch. *de obligat. Camerali 57.num.6.* nihilominus vbi viget consuetudo illam apponendi † sicut 27
vigere in toto Statu Ecclesiastico firmat Marian. *de confess cap.1.num.38* non dicitur ex illo partes in plus obligari, sed efficacius, vt in specie respondendo huic decisioni, † quæ fundabatur in consuetudine in Ciuitate Bononiæ 28
vigente similem obligationem in contractibus non apponendi firmat, Grat. *cap.22.num.26 & seq.* Zacch post Galles *de obligat.Camerali quæst.28.num.7. & 8. & hoc etiam videtur sensisse* Rota *decis.195.num.9 part.4. tom.2.*

Et ità vtraque, &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 27. Februarij 1668. coram eodem Eminentissimo Carpineo præterquam quoad viam executiuam, quam infra suis locis, & tempore apponere curabimus.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Toletana Decimarum horti.

Lunæ 4. Maij 1667.

ARGVMENTVM.

Decimas ex noualibus ad culturam redactis, & religiosis concessis, quando ijdem Religiosi soluere non teneantur, vel quia proprijs manibus ea incolant, vel quia ex illis per antea nullus fructus recipiebatur.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi non tenentur ad decimas noualium, quæ proprijs manibus incolunt.*

2 *Nouale dicitur terra de nouo ad culturam redacta, nunquam per antea culta.*

3 *Testes probantes immemorabilem quomodò deponere debeant.*

Immemorabilis probatio ab exclusione decimandi non requiritur ità rigorosa in terrenis nullum aptis producere fructum, num.3 & 4.

5 *Terra inutilis Religiosis ad proprium vsum concessa vt exclu-*

excludatur à decimis, sufficit, quod considerabilem fructum non reddat.

Terra vt dicatur inutilis, & infæcunda non ideò ità sterilis esse debet, sicut arena maris, num. 5.

Nouale non desinit esse terra, ex qua modicus fructus recipitur, num. 5.

6 *Testes interessati non probant.*

Decimas fuisse solutas non probant Parochus, Beneficiatus, & Affictuarius decimarum, num. 6.

7 *Testes etiam super negatiua deponentes præferuntur testibus super affirmatiua, si meliorem habeant rationem, & adminiculati reperiantur.*

8 *Religiosi pro noualibus per ipsos ad culturam redactis sunt immunes à decimis omnium fructuum illorum.*

Nouale recipiens plus dispendij, quàm vtilitatis habere non debet, num. 8.

9 *Decimæ soluuntur etiam de hortis dummodò non sint noualia.*

10 *Decimæ soluuntur de folijs morum.*

11 *Decimæ soluuntur de grege animalium, quæ religiosi alijs nutrienda concedunt.*

12 *Priuilegium exemptionis noualium à iure decimandi fuerit nè reuocatum à Concilio Lateranensi, & nu. seqq.*

13 *Priuilegium noualium ab exemptione decimandi, à quibus fuerit concessum.*

14 *Decimarum exemptionis priuilegium reuocatum à Concilio Lateranensi, de quibus bonis intelligatur, & supr. num. 12 & seq.*

15 *Ecclesia Parochialis, si ex noualibus anteà nullos fructus habebat, an possit deindè prætendere decimas & supr. num. antecedentibus.*

DECISIO XCIX.

REDACTO situ ad culturam Horti, quem incultum, & infructiferum Patres Discalceati Sanctiss. Trinitatis redemptionis Captiuorum receperunt à Ciuitate Toletana, Officiales Mensæ Archiepiscopalis, alijque Participantes cæperunt prætendere Decimas pro herbis, & fructibus illius. Vndè cum ad eorum instantiam fuerit introductum iudicium, & plures sententiæ inter se contrariæ desuper emanauerint, tandem commissa mihi Causa dubitaui, An Decimæ Horti debeantur? & Rota negatiuè respondit. Quia cum agatur de no-
1 ualibus, † quæ Religiosi proprijs manibus, & sumptibus colunt, certum est eos ad Decimas non teneri, ex clara dispositione *text. in cap. ex parte de decim.* Monet. *eod. tract. cap 4 num. 56. & 57.* Barbos. *de Paroch part 2. cap. 28. §. 3. num. 17.* Giouagnon. *consf. 28. num. 11. lib. 2.* Rota *decis. 645. num 1. part. 3. recent.*

Quod autem terrenum, de quo agitur, sit nouale probatur ex decem, & nouem Testibus datis pro parte Monasterij num. 4. deponentibus illud esse de nouo ad cultu-
2 ram redactum, de † quo non extat memoria, vt aliquandò cultum fuisset, iuxtà diffinitionem præscriptam in *cap. quid per nouale, de verb. sign ficat.*

Et licèt Testes huiusmodi non videantur deponere cum requisitis traditis ab Inncent. *in cap. veniens num. 1.*
3 *eod tit* † nempè quod numquam viderint, vel audiuerint aliquos qui dicerent se vnquam terrena vidisse coli, vel audiuerint ab alijs prædecessoribus sursum in infinitum, coarctando negatiuam, cuius opinionem amplectitur, Rota *decis. 223. part. 1. recent.*

Nihilominùs in proposito casu visum fuit Dominis huiusmodi rigorosam probationem posse euitari, ex quo terrenum anteà non fuerit ex propria natura aptum ad
4 recipiendam culturam, † quia ratione situs consistentis in quibusdam foueis, erat inutile ad producendum fructum, iuxtà sensum *gloss in cap. commissum, verb. pascuis, de decim.* ibi, *& quæ priùs erant quasi inutilia, vt montana, paludes, &c.*

Quod verò antecedenter fuerit infæcundum, & inutile probatur, quia Patres in supplicatione petierunt sibi concedi foueas, & situm existentes retrò eorum domum, & Periti desuper electi pro Communitate retulerunt situm malum esse, & sine aliqua herba etiam in anno bono *Summ. impress. liter. A. in fin.* Quod etiam comprobarunt Commissarij, tàm in eorum primo voto, *cum sit terra tota deuastata, eod. Summ. liter. B.* quam in secundo lato post ortas differentias inter Patres, & Capitulum Iuratorum, sub prætextu quod terrenum consistens intra leucam Ciuitatis fuisset destinatum pro pascuis animalium *dicto Summ. num 2. liter. A.* ibi, *dictæ foueæ non habent aliquod pasculum, nec produxerunt herbam, cum sit terra infructifera, & est situs intractabilis, & non est ager*, à qua prætensione re maturiùs inspecta Capitulum Iuratorum posteà recessit *d. num. 2. liter. B.* Quibus omnibus accedunt quoque attestationes Decurionum Ciuitatis *d. liter. B. in fin.* ibi, *cum dictus situs, & foueæ nullum pasculum produxerint;* ac etiam depositiones plurium Testium hoc idem expressè firmantium, *vt in d. Summ. num 3.*

Non obstant Testes inducti pro Mensa, & alijs Participantibus deponentes, quod terrenum ante acquisitionem factam à Patribus deseruiebat pro pascendis animalibus, quia eorum dictum potest verificari in modica quantitate herbæ; Non enim est necessarium ad istum effectum, vt Terra esset adeò infæcunda, vt est arena Maris, † sed satis est vt fructum in considerabili quantitate 5
non faceret, cum aliàs ex tenui fructu non desinat esse nouale, vt colligitur ex *d. cap. quid per nouale*, & explicat *gloss. in d. cap. commissum de decim.* ibi, *vel ita modicum quod sine læsione poterat amittere illud*, & tradunt Guttier. *pract. quæst. lib. 1 quæst. 18. num. 11. & seqq.* Rebuff. *de decim. quæst. 14. num. 43.* Monet. *eodem tractat. cap 4. num. 50.*

Quatenùs verò ijdem Testes conantur probare Decimam fuisse solutam ante concessionem, eorum depositio nunc non videtur attendenda, cum alter sit Curatus, alter Beneficiatus, & alter Affictuarius Decimarum, † 6
qui proindè ratione interesse non probant ex allegatis in *Barbastren. Decimarum 31. Maij 1666. §. quibus, coram R. P. D. Taia.*

Cùm præsertim in contrarium vrgeant tot alij Testes deponentes de non solutione, † qui cum nitantur rationi 7
infæcunditatis, eorum depositio præferri debet tamquam adminiculata ex tot alijs probationibus supra relatis, Soccin. Sen. *consf. 12. sub num. 20. vers. secundum quia*, Rota *decis. 363. num. 12. part 9. recent cum alijs in Bononien. Trinitiarum 30. Ianuarij 1665. §. fin coram R. P. D. meo Albergato.*

Nec vrget, quod saltèm talis exemptio suffragetur dumtaxat pro oleribus, & alijs herbis, quæ deseruiunt pro vsu, & victu Religiosorum Quia † cum ipsi reduxe- 8
rint situm ad culturam proprijs expensis, & laboribus, censeri debent indistinctè pro omnibus fructibus exempti, ex ratione adducta per *text. in cap. fin. de priuil.* nè scilicèt aliàs contingat eos plus dispendij, quam vtilitatis recipere, quam rationem ponderat Rebuff. *vbi supra quæst. 14. num. 28 vers. de quibus, &* Rota *in Ferrarien. Decimarum 11 Ianuarii 1658. §. supra dictis accedit coram R. P. D. meo Albergato.*

Authoritates in contrarium allegatæ non applicantur, aut enim simpliciter loquuntur de Hortis, † nulla fa- 9
cta expressione quod terrenum prius esset infructiferum, de quo Abb. *in d. cap. ex parte num. 3. &* Rebuff. *vbi supra num. 58.* Aut agunt de fratribus arrendantibus folia Morum, † in quibus non potest considerari ratio *textus in* 10
d. cap finali, vt in decis. Card Seraph. 827. *num. 6. & 7 &* Pen. *decis. 1272 num. 3.* Aut demùm de grege animalium,
† quæ Religiosi alij nutrienda concedunt, vt est *decisio in* 11
Corduben. *decimarum post* Tamburin. *de iur. Abbat. 94. num. 2.*

Sicut etiam non facit, quod huiusmodi priuilegium Noualium fuerit reuocatum per Concilium Lateranen-
se † *in cap nuper de decim.* & sic allegari non possit pro bo- 12
nis acquisitis post dictum Concilium. Nam præterquod
exceptio pro Noualibus non solùm † decernitur *in cap.* 13
ex parte de decim. sed etiam in *d. cap. vltimo de priuil.* quod fuit æditum à Greg IX. post Concilium Lateranense celebratum de anno 1215. sub Innocent. III. vt aduertunt Abb. *in eodem cap. nuper num. 3. circa fin. &* Anchar. *num. 7.* Adhuc videtur remoueri difficultas, ex quo d. Conciliaris
dispositio agit de ijs bonis, de quibus anteà Decimæ sol- 14
uebantur, ibi, *Decimas persoluant Ecclesijs, quibus ratione prædiorum anteà soluebantur.* Ideòque non applica-
tur, cum Ecclesia parochialis † nihil vnquam perceperit, 15
vt sequendo Abb. tradit R. P. D. Fagnan. *in d. cap. nuper num. 23.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granateñ.

Varmieñ Distributionum.

Mercurii 4. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Cùm nemo teneatur propriam vitam periculo exponere tempore Belli; excusantur proindè Canonici, qui propter timorem huiusmodi residentiam omiserunt suorum beneficiorum; itaut nihilominus debeant superlucrari eorum distributiones quotidianas vsque ad diem quo bellum in effectu cessauit.

SVMMARIVM.

1 *Residendi causa iusta reputatur tàm bellum, quàm illius timor.*
Distributiones quotidianæ superlucrantur etiam ab iis qui non residerunt tempore belli num. 1.
2 *Vitam suam periculo exponere nemo tenetur.*
3 *Canonici legitimè impediti residere, non excluduntur à consequendi distributionibus quotidianis.*
Impedimentum legitimum habetur pro causa iusta quousque durauit, num. 3.
4 *Bellum eiusque timor dicitur cessasse publicatis capitulationibus pacis.*
5 *Inter Bellum, & pacem datur medium, quæ est tregua.*
Tregua, quæ est medium inter Bellum, & pacem, dicitur securitas, quæ datur rebus, & personis discordia durante, num. 5.
6 *Treguæ tempore, vt quis ad residentiam redire teneatur quæ requirantur.*
Bellum, vt per aliquod tempus cessasse dicatur, requiritur quod furor bellicus acquieuerit, & tutus omnibus patuerit accessus, num. 6.
7 *Tregua regulariter fieri solet per instrumentum, & publicari.*
Tregua potiùs dicitur Bellum, quàm pax, n. 7.
8 *Canonici propter bellum absentes, Ecclesia secularizzata, non tenentur redire, nisi ea in pristinum restituta.*
9 *Testes examinati lite pendente absque literis remissorialibus attendendi non sunt.*
10 *Fides simplex nullam facit fidem.*

DECISIO C.

SOLIDISSIMA visa sunt Dominis fundamenta *decis. editæ* * *23. Iunii 1666.* qua resolutum fuit Laurentio Ludouico Adomut, & Io: Baptistæ Iacobello Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Varmieñ absentibus à Residentia tempore belli vexantis Regnum Poloniæ deberi omnes distributiones decursas vsque ad annum 1660. ac proinde dictum fuit standum esse in decisis.

Indubitata est enim iuris conclusio, quod nedum bel-
1 lum, † sed etiam eius timor reputatur causa iusta non residendi ad effectum consequendi distributiones quotidianas, vt benè afferunt Barbos *in collect. ad* Concil Trident. *sess. 24. cap. 12. num. 100. de reformat.* Monet. *de distribut. quotid. par. 2. glos. 5. num. 73. aliisque relatis in decis. edita in hac causa 22. Iunii 1659. coram bo. me. Verospio*, quia nemo
2 tenetur vitam † suam periculo exponere, *cap 1. de Cleric. non resid. cap. cum personæ de priuil in 6. vbi gloss in verbo secum l. sed sciendum, ff. ad Trebellian.* Gail. *lib. 2. obseruat. cap. 109. num. 9.* Scacc. *de comerc. part. 1. quæst. 7. §. 1 num. 11.* Vndè Canonici prædicti tamquam legitimè impediti resi-
3 dere † excludi nequeunt à distributionibus nisi à die, quo penitùs impedimentum cessauerit, *cap. vnico de Cleric. non resid.* Monet *de distribut. quotid. part. 2. qu. 5. num. 3.* vt Bellum autem non fuisse sedatum nisi de anno 1660. ex eo patet quod dicto tempore fuerunt publicatæ capitulationes
4 † pacis, quæ fuerunt finis belli, & timoris cuiuscumque hostilis periculi, vt firmant quamplures relati *in decis. quæ reuidetur, §. fundamentum fuit*, quibus concordat Bart. *cons. 66. num. 1. lib. 2.* Bald. *cons. 95. num. 3. & lib. 11. & in Rubrica de Tregua, & pace numer. 1.* quos allegat Farinac. *qu. 107. num. 7.* Caball. *cons. 271. 204. cent. 3.*

Nec valet dicere hostile successiones ab initio truculentas non fuisse tales vsque ad vltimum, itaut Canonici absentes absque discrimine propriæ vitæ potuerint ad residentiam redire, cum, & inter bellum, pacem detur medium
† nempè tregua, quæ est securitas data rebus, & personis 5
discordia durante *gloss. 1. cap. 5. de treguâ, & pace, & glos. penultima cap. significauit de Iudæis*, quia non probatur quomodo, & quo tempore bellicus furor acquieuerit, & tutus omnibus patuerit aditus ad redeundum, prout requiritur, Monet. *de distribut. quotid. part. 5. num. 73.* qui loquens de 6
bello ait dummodo tutum non sit in patriam redire Boer. *decis. 40. num. 10. & seqq.* minusque constat adfuisse treguam, quæ regulariter solet fieri per Instrumentum, & publicari † nihilominus ea dicitur potius bellum, quàm 7
pax, vt vltra adductos in *d. decis. Firmana* Guglielm. de Benedict. *in cap.* Raynutius *nu. 233. de testam.* Ias. *in l. vel proponas n. 6. C. de pactis*.

Non obstat, quo pax inter Regem Poloniæ, & Electorem Brandemburgi conclusa fuerit vsque de anno 1657. etiam cum restitutione omnium hinc inde ablatorum; quia non proinde cessauit bellum, quod principaliter gerebatur cum Sueco, cum quo Rex Poloniæ non concordauit nisi de anno 1660. 4. Maii Summ. præterito Ludouici num. 2. Imò Ecclesia Cathedralis Varmieñ, quæ anteà fuerat ab hostibus secularizzata † restituta non fuit nisi de 8
anno 1663. Inde Canonici absentes non tenebantur redire, dum non poterant medio tempore residere, & Ecclesiæ suæ interesse, vt ponderat *ead. decis. quæ reuidetur, §. nec facit*.

Minus releuant testes nouiter dati in Summ. Capituli num. 1. dicentes bellum non fuisse atrox, vel citò sedatum aliosque Canonicos Residentiam eodem met tempore continuasse; quia quidquid ipsi dicant non sunt † attendendi 9
tanquam examinati lite pendente in Rota absque Remissorialibus Rotalibus, sic, absque iurisdictione, *cap. ad audientiam de consuetud. leg. 1. & tot. tit C. si à non compet. Iud.* Mantic. *decis. 199. num. 1.* prout attendendæ non sunt attestationes super libero commercio, & pluribus actibus capitularibus aliorum Canonicorum; † quia sunt simplices 10
fides, quæ fidem non faciunt Gregor. *dec. 214. nu. 2.*

Et ita, &c.

Plures sunt decisiones in hac causa, quarum altera habetur impressa in præcedenti parte 14. decis. 390 alia verò 23 Iunii 1666. hic confirmata cum non habeatur impressa apponenda erit in appendice decisionum prætermissarum, prout etiam aliæ duæ in hac eadem causa emanatæ sub diebus 23. Ianuarii 1668. & 11. Ianuarii 1669. suis loco, & tempore apponentur.

R. P. D. EMERIX.

Legioneñ Beneficii.

Mercurii 4. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Vnionis materiam, eam nempè quæ ad mentem *Sacr. Concil. Trident. sess. 23. capit. 18. de reformat.* per Episcopum fuerit Seminario facta, præsens complectitur Decisio; eamque ad exclusionem illius ob non seruata requisita necessaria eiusdem Concilij; quæ qualia sint in eadem Decisione traditur, & declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium de iurepatronatus ecclesiastico vacans in mense Pontifici reseruato, & ipsum reseruatum esse dicitur.*
2 *Regula nona Cancellariæ non comprehendit beneficia vnita.*

3 *Vnionem allegans debet illam plenè, & concludenter probare.*
4 *Vnio excluditur, si deficiant requisita necessaria ad formam* Sacr. Concil. Trident. sess. 23. cap. 18. de reformat.
5 *Beneficia de iurepatronatus vniri non possunt.*
6 *Beneficia vt possint seminario vniri ad mentem Sacri Concilii Tridentini, quæ requirantur, & numero seqq.*
7 *Vnio beneficii seminario facta post aliam vnionem sufficientem est ipso iure nulla.*
Vnio beneficii facta sine causa necessaria dicitur nulla num. 7.
9 *Dismembrationis defectum in vnione beneficii Seminario facta supplet Episcopus de proprio patrimonium assignans.*
10 *Assertio illius, qui actum gerit non suffragatur circa interuentum eorum, quæ requiruntur pro forma ipsius actus.*
11 *Iuspatronatus probatur ex enunciatiuis antiquis.*
Enunciatiua dicitur antiqua, quæ excedit metam centum annorum num. 11.
12 *Iurispatronatus pertinentia probatur ex visitationibus Visitatorum totius Diœcesis.*
13 *Iuspatronatus remanet probatum ex præsentationibus, & prouisionibus effectum sortitis.*
14 *Iuspatronatus pertinentia probatur ex testibus deponentibus à quadraginta annis, de auditu à maioribus, & quod maiores ab aliis similiter audiuerunt.*
Iuspatronatus eo magis remanet iustificatum, si plura insimul ad illius probationem deducantur numer. 14.
Iuspatronatus faciliùs probatur, si non agitur contra Episcopum, sed contra inferiorem illius, n. 14.
Vnioni beneficii ius resistere dicitur, n. 14.

DECISIO CI.

VACAVIT in mense Ianuarii 1658. per obitum Sebastiani Bernardi de Quintos beneficium simplex in Parochiali Ecclesia loci de Mansilla maiori Iurispatronatus Ecclesiastici Abbatissæ, & Monialium S. Mariæ de Gradafex Ordinis S. Bernardini, quod vti reseruatum per regulam nonam Cancellariæ impetrauit à Sede Apostolica Lupus de Trelies, cui se opposuerunt Agentes Seminarii Legionesi prætendentes illud vsque de anno 1606. & denuò de anno 1630. vnitum fuisse Seminario, reportaruntque in partibus duas sententias fauorabiles, à quibus interposita appellatione, & causa commissa in Rota dedi dubium, an constet de reseruatione itaut non obstet vnio
1 quod fuit affirmatiuè resolutum, † quia eo ipso quod beneficium est de Iurepatronatus Ecclesiastico, vt apparet ex lectura eiusdem regulæ, & plenè declarat Gonzal. *gloss.* 18. *num.* 5. *cum seqq.* & in terminis nouissimè firmatum fuit *in Meleuitana beneficii 9. Februar. 1666. coram R. P. D. meo Ottalora.*
2 Nec obstat, quod Regula 9. † non comprehendat Beneficia vnita, vt notat idem Gonz *glos.* 5. §. 7. *num.* 1. *& pluribus seqq.* quia Seminarium, quod excipit de vnione debet
3 illam plenè, & concludenter probare, † & quidem in forma valida, prout per Text. *in l. in exceptionibus, ff. de probat.* in specie respondit Rot *dec.* 361. *nu.* 2. *par.* 2. *rec.*
In præsenti autem validitas vnionis non solùm non fuit
4 concludenter probata, sed imò potiùs videbatur excludi † tam ex defectu requisitorum, per Sac. Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* tùm etiam ex eo quod hoc beneficium
5 vti de Iurepatronatus prædictarum † Monialium vniri non poterat, vt notat Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 210.
Defectus requisitorum Concilii apparet, quia vel allegatur vnio anni 1606. & illa legitur facta sine speciali expressione Beneficiorum vniendorum de Capitulo, & duorum aliorum de Clero, & sine dismembratione, seù assignatione redditoum Mensæ Episcopalis, & Capitularis,
6 † quæ tamen omnia requiruntur, vt constat ex lectura Concilii, & de primo notat Garz. *loco proximè citato num.* 104. *de* 2. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 29 *num.* 60. *& decis.* 3. Rota *decis.* 362. *num.* 7. *par.* 2. *recent.* & coram Cardin. Caualer *decis.* 472. *num.* 2. Aut verò allegatur altera anni 1630. & ista pariter laborat defectu tertii requisiti non factę priùs dismembrationis fructuum mensæ Episcopalis, & Capitularis nihil releuante replicatione, quod aliunde Alumnis erat prouisum per Beneficia prius vnita, † quia 7
vel ista sufficiebant pro sustentatione Seminarii, & subsequens vnio controuersi Beneficii vti facta sine causa necessaria est ipso iure nulla, vt aduertit Garz. *dict. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 113. Cassad. *decis.* 8. *num.* 6. *de concess. præben.* vel non sufficiebant, & non poterat deueniri ad nouam vnionem, † nisi seruata ad vnguem forma per Concilium præ- 8
scripta, ex auctoritatibus supra allegatis.
Nec prædicti defectus euitantur fuerit hoc negocium tractatum fuisse cum Decano, & Capitulo, & quod Episcopus Prædecessor obtulerit ducatos bis mille pro emendo annuo redditu, qui † loco dismembrationis sufficere viden- 9
tur pro sustinenda vnione, vt ex mente Sac. Conc. testantur Barbos. *de offic. & pot. Episc. part.* 3. *alleg.* 77. *num.* 7. *&* Lotter. *d. quæst.* 29 *num.* 61. *vers. nisi forte*, quoniam non statur huic assertioni propter regulam, quod non creditur gerenti actum † circa interuentum illorum, quæ requirun- 10
tur pro forma ipsius actus, vt ex Bart. *in l. si fortè, ff. de Castrensi peculio*, tradit in terminis Rota coram Cardinal. Caualer. *decis.* 434. *num.* 6. *& decis.* 294. *num.* 14. *cum duobus seqq par.* 5. *recent.*
Ius autem patronatus Monialium iustificatur primò ex enunciatiuis antiquis, † quarum vna excedit metam cen- 11
tum annorum, Duran. *decis* 83. *num.* 4. Buratt. *decis.* 323. *nu.* 9. secundò ex visitationibus factis † à visitationibus gene- 12
ralibus totius Diœcesis Cardin. Caualer *decis.* 378. *num* 3. Tertiò ex præsentationibus, & prouisionibus huiusmodi effectum sortitis, † quarum vna habet annexam senten- 13
tiam Vicarii canonizantem Iuspatronatus in concursu prouisi ab Ordinario, Mantic *decis.* 318. *num.* 1. & quartò demùm ex depositionibus plurium testium deponentium de visu à quadraginta annis, & de auditu à Maioribus, qui pariter ab aliis Maioribus audiuerunt, & de his omnibus apparet, ex Summ. Lupi num. 5. & seqq. quæ simul iuncta visa fuerunt sufficere pro iustificatione Iurispatronatus † maximè dum nulla ostenditur collatio facta ab Episcopo 14
& non agitur contra Ordinarium, sed contra inferiorem prætendentem vnionem Beneficii, cui ius resistit, ex notatis per Garz. *d. par.* 12. *cap.* 2. § 2 *n.* 208. *&* Rota *in Erauisina de Medulo* 10. *Ian.* 1592. *cor bo me. Orano.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Pecuniaria.

Mercurii 4. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & ex quibus deducatur satisfactio creditoris in præsenti Decisione tractatur, vbi plura ad inducendam huiusmodi satisfactionem deducuntur, & inter cætera si creditor penes se ipsum habuit bona sui debitoris, quæ posteà restituit.

SVMMARIVM.

1 *Releuatio debetur fideiussori eiusque hæredi in bonis debitoris amplia, vt nu.* 11.
2 *Relatio semper fit ad ea verba, quæ principaliter stant dispositione.*
3 *Dictio, respectiuè, singula singulis refert, perinde ac si in vnoquoque esset nominatio, & specificatio facta.*
4 *Inuestire quod quis voluerit summam valde tenuem & infructuosam relinquere notabilem quantitatem admodum inuerisimile dicitur.*
Inuerisimilitudo non compatitur cum viro docto, & sagaci, num. 4.
5 *Comprehensum si quid non esset in aliqua partita, de eo verisimiliter contrahentes particulariter dispo- suissent.*
6 *Creditor habens in manibus bona sui debitoris, illa non*

non præsumitur restituisse ante secutam suam satisfactionem totalem, & num. seqq.

7 *Soluisse quis sibi magis præsumitur de suo credito, dum aliis creditoribus satisfaciebat, & vide suprà num. 6.*

8 *Creditor eo magis præsumitur sibi satisfecisse de bonis sui debitoris penès ipsum existentibus, si ab eodem debitore non ità commodè satisfieri poterat.*

9 *Quietantia generalis comprehendit satisfactionem cuiuscumque crediti.*

10 *Quietantiam generalem non comprehendere aliquod creditum probare tenetur qui hoc allegat.*

11 *Fideiussor, eiusque hæres petit releuationem aduersus creditorem, etiamsi de solutione constaret per solam confessionem de recepto.*

Confessio de recepto probat solutionem factam à fideiussore aduersus debitorem principaliter obligatum, num. 11.

12 *Dictio*, insuper, *facit orationem separatam.*

13 *Solutio probatum ex obseruantia, & taciturnitate creditoris.*

Creditor si post factos fines generales superuixit, & semper tacuit, signum euidens, quod integraliter fuit satisfactus, num. 13.

DECISIO CII.

A DECISIONIBVS coram me emanatis sub diebus 10. Martii 1664. & 23. Februarii 1665. in quibus dictum fuerat non constare de credito Domini Christophori Cincij, hodie facto clariùs ostenso, Domini recesserunt.

Siquidem controuerti non potest quin DD. Christophorus, & Felix germani fratres de Cincijs constituerint Procuratorem Thomam Zaulum eorum creditorem ad exigendum omnes ipsorum redditus, cum ampla facultate tàm sibi de pecuniis exigen. omnes ipsorùm redditus, quàm sibi de pecunijs exigen. satisfaciendi, & soluendi alia debita eorundem constituentium, cum pacto quod mandatum huiusmodi cessare non deberet, nisi ipso Zaulo integraliter satisfacto, cui postmodum cessa fuit à D. Patritio Societas officij scut. 650. inita sub obligatione, qu. Domini Mutij Marerij Senioris, & Fideiussoris d. Felicis, de qua cum Zaulus fuerit ab eodem fideiussore reintegratus, meritò D. Christophoro eius hæredi contrà
1 bona D. Marerij principaliter † obligati debetur releuatio, *per text. in cap. peruenit de fideiuss. l. si fideiuss. C. mandati.*

Satisfactio autem Zauli sufficienter deducitur, ex eo quia sub die 5. Iulij 1622. cum ipse computa solidasset cum prædictis Dominis fratribus in scut. 9400. in quorum computum recepit scut. 5000 in contanti, & pro residuo scut. 4400. contraxit Societatem officii sub obligatione ipsorum fratrum exprimendo esse, *in renouationem diuersarum Societatum ad eius fauorem initiarum, & in satisfactionem fructuum prioris semestris, & aliarum respectiuè ipsi Zaulo cessarum*, inter quas ex prædictis, & mox dicendi, concludendum est ad fuisse hanc, de qua agitur, inde solutio illius negari non potest.

Nec dici potest, quod in renouatione contineantur solùm societates rogatæ per acta Muschæ, non autem rogatæ per acta Vatelli; Tum quia rogatæ à Musca non ascendebant ad hanc summam scut. 4400. Tùm etiam quia apertis verbis legitur, ibi, *sub diuersis temporibus, & officiis*, quæ verba per necesse verificari debent in hac rogata per acta diuersi Notarii, nempè Vatelli, & ex eodem instrumento diluitur alterum obiectum, scilicèt facultatem sibimet Zaulo satisfaciendi non extendi ad hoc creditum, quod nondum acquisiuerat, nam mandatum procuræ amplectitur etiam credita in futurum cedenda, vt manifestant illa verba, & alia forsan eidem Thomæ à *creditoribus dd. constituentium cedenda, in Summ.* prædictæ positionis *num.* 4.

Sicut pariter non subsistit intellectus datus verbis eiusdem instrumenti, quod renouatio sit de fructibus tantùm, non autem de sorte ipsa principali, ex quo ibi dicatur: *in satisfactionem fructuum primi semestris huius societatis, & respectiuè aliarum ipsi Thomæ cessarum*, nàm citrà læsionem recti sermonis sensus iste restringi non potest, quoniam verba illa *aliarum ipsi Thomæ cessarum* coniunguntur, & referuntur, ad illud verbum, *in satisfactionem*, † quod est principale in 2
periodo, ad trad. per Dec. *cons.* 593. *numer.* 3. & 4. Rota coram Pen. *decis.* 51. *num.* 17. & coram Merlin. *dec.* 454. *num.* 11. attendendo potissimè dictionem illam, *respectiuè*, † quæ singula singulis refert, ac si 3
in vnoquoque essent nominatim specificata, Spad. *cons.* 247. *num.* 2. *lib.* 2. Altograd. *cons.* 60. *num.* 6. *lib.* 1. Card. Caualer. *decis.* 581. *num.* 3. Aliàs inuerisimile prorsus esset, quod Zaulus vir sagax, & in Curia Aduocatus voluisse reinuestire quantitatem scut. 15. ad quæ vix ascendebant fructus societatis † prædictæ 4
& illius notabile capitale scut. 650. infructuosum relinquere, vt in proximis terminis considerat Afflict. *dec.* 13. & maioris summæ societatem renouatam constituisset, † si verè illa non fuisset in renouatione 5
comprehensa, vt in simili ratiocinatur Bursatt. *cons.* 72. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. Crauett. *cons.* 129. *numer.* 8. *vers. verisimile*, *est* Merend. *controu. iur. lib* 15. *cap.* 36. *num.* 7.

Quod autem suadet renunciatio ibidem facta mandato procuræ, cui certè Zaulus non renunciasset, si integram satisfactionem non fuisset consequutus, credibile enim non est, quod creditor habens in manibus bona debitoris, ex quibus ad sui habitum satisfieri potest, † velit illa ante totalem satisfactionem dimittere, & restituere, vt arguunt Menoch. *de præsumpt. vbi supra nu.* 17. & *cons.* 457. *num.* 7. 11. & 14. Afflict. *d. decis.* 13. *num.* 20. Capic. Galeot. *controu.* 14 *num.* 4. & 5. *lib.* 2. & eodem modo, quo ex modis administratis soluebat aliis creditoribus, † 7
multo magis censendum est sibi satisfecisse, Menoch. *dicto cons.* 457. *num.* 13. Grat. *discept.* 826. *num.* 51. Maur. *de solut. cap* 4. *num.* 31 Mascard. *de probat. concl.* 983. *n.* 16. præsertim cum à D. Marerio principali debitore commodè satisfieri non † posset, per 8
rationes adductas à Rota coram Bursatt. *dec.* 783.

Demum plenaria satisfactio Zauli Dominis visa fuit iustificari ex bilancio, seù calculo iterum dato in hodierno Summar. D. Christophori, & ex amplissima quietantia de anno 1627. continentes nedum quæcumque credita cogitata, verum etiam credita ipsi Zaulo competen. occasione diuersarum cessionum societatum officiorum, quæ generalis quietantia vigore suæ generalitatis, & verborum † pregnantiæ supponit 9
satisfactionem alterius cuiuscumque crediti, & per consequens etiam præsentis societatis, vt per Rota *decis.* 478. *numer.* 4. & 5. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & coram Pen. *decis.* 811. *num.* 6. & qui contrarium asserit † probare tenetur *ad text. in l. vnic C. de error* 10
calcul. Rot. *decis.* 188. *sub numer.* 7. *part.* 8. *recent.* Ideò sicut ipse Zaulus stante hac quietantia, & confessione negare non posset solutionem, ita etiam in vim illius agere potest D. Christophorus fratris hæres pro releuatione indemnitatis contra Dominum Marerium principale obligatum, † etiamsi per solam 11
confessionem de recepto constet de solutione creditoris vt firmant Hering. *de fideiussor. c.* 26. *n.* 3. Cenc. de cens. *qu* 71. *num.* 20. Magon. *decis. Florent.* 94. *in fine*, Afflict. *decis.* 24. *n.* 3. Olea *de cess. iur. q.* 10. *tit.* 6. *num.* 63.

Nec obstat, quod quietantia generaliter concepta restringi debeat ad societates descriptas in folio, ad quod habetur relatio, quoniam obiectum cessat in facto, aduertendo, quod prius facta fuit generalissima quietantia, nulla habita relatione ad folium deinde per orationem separatam, † vt ostendit dictio 12
illa, *Insuper*, Zaulus cessit Iura Cincijs pro societatibus descriptis in folio, ad quas fuit habita relatio solùm quoad cessionem, non quoad quietantiam.

Id ipsum comprobat obseruantia ipsius quietantiæ, dum Zaulus per septem annos superfuit, & semper tacuit, † signum euidens, quod ille quæcumque credita, & prætentiones æquauerat, vt sensit Menoch. 13
sæpè citat. præsumpt. 135. *nu.* 3. Altograd. *cons.* 53. *nu.* 36. *lib.* 2. Andreol. *contr.* 318. *n.* 13. & 14.

Et ita decisum vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

posteà Præside Granatesi.

Ferrarien. Fideicommissi.

Lunæ 9. Maii 1667.

ARGVMENTVM

Singularis est Decisio in materia vocationis à testatore factæ de certo genere personarum sub certis qualitatibus requisitis, quibus deficientibus aliud proinde genus cum eisdem qualitatibus similiter substituitur; An eæ scilicèt qualitates in primo loco vocatis exigantur, de tempore successionis, vel illas etiam posteà interuenire posse sufficiat; Et hoc in specie ad eum casum, quo testator instituerat sibi hæredem Doctorem, & Procuratorem, eiusque filios similiter Doctores, & Procuratores, quibus deficientibus alium pariter Doctorem, & Procuratorem substituerat; Hinc plura de suspensione hæreditatis, & fideicommissi dicuntur pluraque etiam de qualitatibus à testatore requisitis, de vocatione facta sub conditione negatiua, de vi, & effectu conditionis, & modi, alijsque plurimis ex subsequenti Summario colligendis.

SVMMARIVM.

1 *Testator si vocauit personas qualificatas putà Doctorem seù Procuratorem, tali persona deficiente, aut reddita inhabili statim successio defertur habenti qualitates requisitas, & num. seqq. & vide per totam.*

Fideicommissum non potest stare in suspenso, & quando num. 1. 15. 16. 60. & seqq.

Amplia idem esse in hæreditate, vt in supradictis num. vbi vide.

Successio debetur personæ habenti qualitates à Testatore requisitas, nec expectatur quod eædem qualitates alteri personæ possint superuenire, nu. 1. & seqq. & vide per totam.

2 *Qualitates à Testatore requisitæ interuenire debent de tempore delatæ successionis, nec posteà superuentæ suffragantur, & n. seqq. ac per totam, vbi vide.*

in Linea iam ad successionem admissa, si non adsint qualitates à testatore requisitæ non expectatur, quod illæ adesse possint in futurum, n. 2.

3 *Qualitates à Testatore requisitæ interuenire debent actu, & sic tempore successionis, nec sufficiunt in potentia, si posteà superuenire possint, & sup. nu. 2. & num. seqq.*

4 *Substitutio facta de Ciue, vel legitimo requirit ciuilitatem, vel legitimitatem de tempore delatæ successionis, & vide num. 16.*

5 *Iuspatronatus deferendum Primogenito, vel Clerico defertur iis, qui actu habent huiusmodi qualitates, etiamsi fuerint remotiores.*

Habilitas à Testatore requisita requiritur de tempore delatæ successionis, nec posteà superuenta suffragatur, n. 5. & seqq & sup. à num. 1.

Remotior in gradu si habeat qualitates à testatore requisitas admittitur etiam excluso proximiori, num. 5. & vide sup à num. 1.

6 *Verba generalia, & indefinita restringuntur ad tempus, quo dispositio suum habere debet effectum.*

7 *Testator si considerauit effectum, ille requiritur de tempore successionis, neque expectari debet, quod posteà superueniat.*

Exercitium à Testatore requisitum inesse debet eo tempore, quo defertur successio, aliàs non suffragatur, num. 7.

Præceptum Testatoris deferendi ipsius cognomen, & arma suspendi non debet, n. 7.

8 *Proximior de linea si fuerint à Testatore sub certis qualitatibus vocati, attenduntur potiùs qualitates, quàm ipsa proximitas.*

9 *Conditio per Testatorem sub his verbis apposita, ibi,* se ve ne saranno, *refertur ad tempus mortis grauati.*

Dispositionem per Testatorem ad certum tempus restrictiuam indeterminatam accipere, est contra mentem, & voluntatem eiusdem testatoris num 9.

Voluntas Testatoris executioni demandari debet secundum tempus præordinatum ab ipso, nu. 9.

10 *Qualitas à Testatore requisita non conueniens cuilibet de genere, sed iis tantùm in quibus illa reperitur, ad eos solùm censetur restricta, qui tempre successionis eadem qualitate potiuntur.*

11 *Qualitas Doctoratus, & exercitii à testatore iniuncta per verba præsentis temporis, intelligi debet secundum tempus verbi, & sic de tempore successionis.*

Verba, che siano, *& verba,* che attendino, *verificari debent de tempore successionis, nu. 11.*

12 *Vocatio facta sub conditione negatiua non dicitur purificata, nisi reducatur ad impossibile, & quando vide num. 36.*

13 *Qualitas exercitii censetur à Testatore repetita inter personas à Testatore expressas, & dispositiuè vocatas.*

Repetitio qualitatis non fit inter personas diuersas, num. 13.

14 *Contradictio interuenire non debet inter dispositionem, & conditionem.*

Exclusionem qui facere non possunt vti vocati, nec minus illam facere permittuntur vti positi in conditione, num. 14.

Conditionis effectus considerari debet, ad quod dirigitur ipsa conditio, num. 14.

15 *diù Suspendere voluntatem Testatoris enixè ab eo declaratam maximum absurdum est, & vide sup. à num. 1. cum seqq.*

Voluntas Testatoris eo minus suspendenda est, si suspensio esset diuturna, & perpetua, n. 15.

16 *Suspensio admittitur etiam in dispositione qualificata, quoties voluntas testatoris non repugnat.*

Masculus si fuerit à Testatore vocatus, donec illius natiuitas possibilis est numquam admittitur substitutus num. 16. & vide sup. num. 4.

17 *Ciuilitas à Testatore requisita, donec possibilis est superuenientia illius, substituti non admittuntur, & sup. num. 16. & 4.*

18 *Dispositio Testatoris ordinata pro Commendatario militiæ Sanctissimæ Conceptionis, quæ plures requirit qualitates.*

Si possessor decesserit cum filio infanti expectari debeat, quod talis filius easdem qualitates acquirat, ibidem.

Incapacitas, & inhabilitas in vocatis de tempore successionis, quando illos perpetuò excludat, vel potiùs expectandum sit, quod ille ab eis acquirantur, n. 18. & per totam decis.

19 *Incapacitas, & inhabilitas accidentalis, & in progressu temporis resoluibilis non attenditur, & vide per totam.*

20 *Qualitas Doctoratus à Testatore requisita, si solum accidentaliter deficiat ob defectum ætatis, non præiudicat personis sub dicta qualitate vocatis, & vide num. 41. & per totam, & num. 52.*

21 Rota decis. 17. num. 25. post Censal. ad Peregrin. *declaratur.*

Conditio per Testatorem restricta ad tempus mortis instituti, de eo tempore verificari debet, non autem postea, num. 21.

22 Rota in Bononien. fideicommissi de Cataneis 12. Septembris 1662. §. fin. coram R. P. D. Bourlemont. *declaratur, & sup. sub num. 1.*

23 *Decisiones plures declarantur nempè.*

Decisio 206. par. 3. rec.

Decisio Emin. Otthob. 270.

Liciesi Bonorum 7. Febr. 1653. coram bon. me. Card. Celso, &

Bononien. Primogenit. de Luparis 15. Mart. 1666. coram

ram R. P. D. Bo urlemont, *ac numer. 24. & etiam sup. num. 1. & 2.*

Qualitatem habens de tempore successionis quamuis remotior præfertur proximiori, quoties agitur de iure vitalitio, & inter easdem personas, n. 23.

Secus autem si tractatur de iure perpetuo, & diuerso genere personarum, ibid.

Ius perpetuum si vnam lineam fuerit ingressum, nisi ea euacuata ad aliam transire non potest, num. 23. in fine.

25 *Decisio, quæ reuideri debet, non potest allegari ad decisionem causarum.*

26 Consilium Gargiarei 16. *traditur, & declaretur, & suprà num. 3.*

Consilium alicuius Doctoris si non probatur, qualis fuerit exitus causæ super qua ille consuluit, parum attenditur, num. 26. in fine.

27 *Onus à Testatore post hæredis institutionem iniunctum semper per viam modi, non autem conditionis adiectum fuisse censetur.*

Amplia hoc etiam in qualitate à Testatore requisita procedere ibid. & vid. per totam.

28 *Onus, vel qualitas à Testatore etiam per viam expressè conditionis demandatum, intelliguntur per viam modi, si priùs præcesserit institutio.*

29 *sub modo relicta purè relicta dicuntur, & statim debentur, amplia, vt num. seqq.*

Institutio, vel legatum sub modo relictum debentur etiam si modus non sit adimpletus, num. 29. & 30. vbi amplia.

30 *Conditio resolutiua, & modus idem sunt.*

31 *Conditio resolutiua non impedit actum, & dispositionem esse puram ab initio, neque illius acquisitionem, seù effectum suspendit.*

Conditio resolutiua expectat implementum post acquisitionem factam, illudque posteà resoluit nisi impleatur, n. 31.

32 *Præceptum Testatoris quando illicò, & incontinenti adimpleri non debet, tunc à Iudice constituendum est tempus illud implendi.*

Iudex qui constituere debet tempus adimplendi præceptum Testatoris quid obseruare teneatur, n. 32.

33 *Verba*, se sarà Dottore, ò Procuratore, *idem important, quod verba*, si fuerit Doctor, vel Doctorabitur.

34 *Conditio*, si Consul fuerit, *vel alia similis, de quo tempore intelligatur.*

Conditio quando censeatur restricta ad tempus mortis Testatoris, vel potiùs de quocumque tempore indeterminatè accepta, n. 34.

35 *Locutio Testatoris indeterminata ad omne tempus est referenda.*

36 *Conditio negatiua tunc solùm dicitur purificata, posteà quàm certum est illam adimpleri non posse, & sup. n. 12. & num. 45. cum seqq.*

Conditio, si hæres legitimabitur, *vel capax fuerit, quomodo verificetur, num. 36.*

37 *Filius natus post mortem patris dicitur fuisse in rerum natura statim post obitum eiusdem patris.*

Doctor, vel Procurator effectus, post plures annos à morte Patris, an dicatur Doctor, & Procurator à die obitus eiusdem Patris, nu. 37.

38 *Conditionis implementum in futurum contulisse Testator dicitur, si respexit ad verba futuri temporis.*

Verba, se ve ne saranno, *latinè verò*, si aderint, *cum dicantur verba futuri temporis, in futurum dicuntur à Testatore collata, n. 38.*

39 *Qualitas adiectæ dispositioni verificari debet secundum tempus eiusdem dispositionis.*

40 *Dispositio qualificatur ab eo tempore, quo suum habere debet effectum, & supra n. 39*

41 *Qualitas Doctoratus, & exercitii à Testatore requisita sufficit, quod habeatur à vocato etiam tempore futuro, & vide sup. n. 20. & per totam.*

42 *Qualitas à Testatore expressa cum verbo præsentis temporis sufficit, quod interueniat in futurum, si dispositio habet tractum ad tempus futurum.*

43 *Verba præsentis temporis ratione adiuncti mutant naturam, & trahuntur ad futurum, & sup. nu. 40. cum seqq.*

44 *Substitutio facta sub conditione negatiua, scilicèt*, & mancando la descendenza, *idem importat, ac si diceret quando non adesset d. descendentia, & numer. 51.*

45 *Conditio negatiua tunc solum dicitur adimpleta quando certum est affirmatiuam naturaliter adimpleri non posse, & num. seqq.*

46 *Substitutus vocatus in casum deficientiæ filiorum non admittitur donec extat spes, quod filij nasci possint, & num. 47. cum seqq.*

48 *Spes probabilis, quod filij nasci possint semper sufficit ad exclusionem substituti, & suprà num. 56. & pluribus seqq.*

50 *Liberorum carentia indeterminatè considerata, donec verificari non potest, & sic ad impossibile fuerit redacta, non facit esse locum substituto, & sup. num. antecedentibus, cum sequentibus.*

52 *Deuolutio ordinata in casum, quo deficerent filii alicuius, qui essent Doctores non dicitur purificata, si existant filii, Doctoratum autem non habeant, & vide sup. nu. 20.*

Substitutionis casus non dicitur euenisse ex eo solùm quod in vocatis actu deficiant qualitates, quæ temporis progressu potorunt interuenire, num. 52. & vide per totam.

53 *Existentia personæ, quæ potest habere qualitates requisitas impedit, nec facit esse locum substituto, & vide per totam.*

54 *Suspensio successionis eo magis admittitur concurrentibus coniecturis suadentibus, quod ita testator voluerit.*

Coniecturæ deseruiunt pro declaranda voluntate testatoris, num. 54.

55 *Dilecta magis præsumitur linea primi hæredis instituti.*

56 *Dilectionis præsumptio eo magis insurgit, si quis fuit per Testatorem à Sacro Fonte susceptus, eique proprium nomen impositum.*

57 *Successione, vel hæreditate non priuatur iam admissus, si propter infirmitatis defectum implere non possit ea, quæ à Testatore demandata sunt.*

Priuatio non datur in eo, qui propter infirmitatem aliquid facere impeditur, n. 57.

Modus habetur pro impleto cessante culpa implere debentis, ibid.

58 *minor Ætas præstat impedimentum accidentale, & impedito excusationem tribuit.*

magis Dilectus non præsumitur à testatore exclusus propter minus Dilectum, ob solum accidentale impedimentum in illo, n. 58.

Extraneus à Testatore incognitus non præsumitur ab ipso prælatus lineæ à se primo loco vocatæ, n. 58.

59 *Habilitas acquirendi qualitates à Testatore requisitas sola sufficit ad excludendum substitutum, & vide per totam.*

60 *Successio non debet remanere in suspenso, & vide nu. seq. ac etiam suprà n. 1. 15. & 16.*

61 *Dispositio pura non potest stare in suspenso, secus autem dispositio conditionalis, & vide sup. num. 1. 15. 16. & num. 60.*

in Dispositione conditionali suspensio fieri dicitur Testatoris, nu. 1 15. 16 60. & 61.

62 *Hæres potest institui sub conditione, & tunc hæreditas debet remanere in suspenso etiam ex voluntate testatoris.*

63 *magis Dilectus dicitur priùs nominatus.*

ad priùs Nominanti fauorem in dubio pronunciandum est num. 63.

DECISIO CIII.

HIPPOLYTVS de Franchis condidit Testamentum in quo his verbis Hæredes instituit, *Instituisce herede vniuersale il Sig. Gio. Battista Botti Procuratore publico Ferrarese, mentre però attendi alla procura, e li di lui figliuoli, e descendenti, se ve ne saranno de Dottori, ò Procuratori, che attendino alla professione dell'auuocare, ò procurare; con questo però che detto Sig. Procuratore Botti, ò dd. suoi figliuoli, e descendenti si nominino de Franchi, e si seruino dell'Arme d'esso Signor Testatore, e mancando detta descendenza de Botti, che siano Dottori, ò Procuratori, esso Signor Testatore sostituisce il più pouero Dottore dell'almo Collegio delli Signori Dottori Leggisti di Ferrara, che attendi, & essercitila professione tanto di letura, quanto d'Auuocato*

Februarii 1661. coram R. P. D. meo Albergato, confirmata 6.
18 *Februarii 1662. coram R. P. D. meo Emerix*, vbi † agebatur
de dispositione ordinata pro Commendatario Militiæ
Sanctissimæ Conceptionis, quæ per necesse exigit ætatem
aliasque qualitates ex dictæ militiæ stabilimentis pro
Commendarum capacitate necessarias, cumque decessis-
set possessor superstite filio infante, & incapace decisum
fuit huius capacitatem expectandam esse, neque bona
posse facere transitum ad aliam lineam fratris defuncti
(qui casus fortior est, quia neque bona exibant de eodem
19 genere) ibique firmatum, † quod incapacitas accidentalis
& per aduentum ætatis resolubilis non attenditur, vt vi-
dere est in *prima decisione emanata coram R. P. D. meo Al-
bergato à §. nec vrget cum seqq.* & in indiuidualibus termi-
20 nis de qualitate † Doctoratus à Testatore requisita lo-
quuntur *decis. 6. par. 4. recent. tom. 2.* Buratt. *decis. 322. nu. 13.*
Adden. ad Gregor *dec. 338. n. 16.*

Neque faciunt decisiones, & authoritates pro Doctore
Contrio adductæ; Nam Rota post Censal. ad Peregrin.
21 *decis. 17. num. 25.* † non applicatur, quia ibi conditio non
erat in futurum tempus dilata, sed ad tempus mortis in-
stituti restricta, quo adesse debebat qualitas maioris æta-
tis à Testatore requisita, & hoc præcipuè fundamento ni-
titur decisio sub *num. 25. vers. ac proinde, & num. 26.* nec
firmat ex eo solùm, quod substitutus habere debeat cer-
tam qualitatem indifferenter subsequi, quod conditio ha-
beatur purificata, si non adsit ea qualitas tempore mortis.

22 Rota etiam in † *Bononien. Fideicommissi de Cataneis 12.
Septembris 1662. §. fin.* loquitur casu, quo Testator restrin-
xit vocationem proximioris ad obitum vltimi hæredis le-
gitimi non expectata natiuitate aliorum, & sic sine diffi-
cultate procedit, & longè distat à nostris terminis.

23 Decisio verò † *206. par. 3. rec. &* Eminent. Otthob. *dec.
270. & Licien. Bonorum 7. Febr. 1653.* procedunt quando
dispositio continent Ius vitalitium, & personale intra
idem genus, eiusque personas certam qualitatem haben-
tes, & tunc attenditur qualitas de tempore facti casus, il-
lamque habens, quamuis remotior præfertur proximiori
vltimi morientis, qui eam non habet, & hæ resolutiones
duplicem rationem habent, vnam quod Ius merè perso-
nale non debet stare, alteram quia nullum resultat perpe-
tuum præiudicium ipsi generi vocato, dum ab illo bona
non exeunt, & proximiori, qui ob remotiorem ex defectu
qualitatis exclusus fuit adhuc superest spes post mortem
admissi assequendi idem emolumentum, quarum neutra
concurrit in præsenti, vbi agimus de Iure perpetuo, quod
si ingrediatur vnam lineam, nisi euacuata ad aliam tran-
sire non potest.

24 Bononien. Primogenituræ de † Luparis coram *R. P. D.
meo Bourlemont* eo minus videtur obstare, quia inhæret
contrauentioni Marchionis Magnani, per quàm admittit
25 substitutum, & cum † reuideatur non potest allegari ad
decisionem causarum, vt dixit Rota in *Romana Successio-
nis 15. Nouembris 1630. coram bo. me. Card. Verospio Iuniore.*

26 Consilium verò Gargiar. 16. † nihil habet commune
cum præsenti quæstione, vel quia qualis fuerit Testamen-
taria dispositio, super qua consuluit, quibusque verbis con-
cepta, nec ipse narrat, nec ex progressu consultationis in-
tegrè percipi potest, vel quia maius exclusionis Pupilli fun-
damentum figit in eo, quod non descenderet à Patre, qui
qualitates à Testatore requisitas haberet, vt ex *n. 14. vsque
ad 63.* latè insistit, *& nu. 45. & 55.* præsertim explicat, &
quamuis ab initio vsque ad *num. 14.* excludat etiam pupil-
lum, quia tunc non habebat qualitates perfecti literati,
hoc euenit ex mente Testatoris, qui hanc qualitatem præ-
cisè requisiuerat tempore obitus instituti, quo deferri de-
bebat successio, & sic conuenit cum supra adductis, nec il-
le refert qualis fuerit exitus causæ, super qua consuluit.

Secundò respondebatur supradicta planiùs procedere in-
trospecta Testatoris voluntate, ibi, *lascia suo herede vni-
uersale il Sig. Gio. Battista Botti Procuratore publico Ferra-
rese*, post factam autem hæredis institutionem, conditio-
nem adiecit, *mentre però attendi alla procura*, eumdemque
ordinem seruauit etiam in substitutione filiorum, *e li di lui
figli, e descendenti*, idest hæredes instituit, & sic in his quo-
que post factam institutionem, conditionem oneris subiun-
xit, ibi, *se ve ne saranno de Dottori, ò Procuratori*; vndè
cum in hac dispositione prius hæredi institutio legatur, po-
27 steà † verò onus adiectum, tunc semper per viam per mo-
di qualitatem, vel onus adiecisse censendum est, vti se-
quentes Bartolum tradiderunt Dec. *in l. debitori de pact.*
Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 10 tit. 5. num. 15. & 16.* Pere-
grin. *de fideicom. art. 11. num. 113.* Altograd. *cons. 84. num. 6. lib.
1.* Rota *decis. 39. num. 1 part. 1. diuers.* quod procedit etiam si
onus sub expressa conditione fuisset demandatum, † quia 28
nihilominus per viam modi, non autem conditionis cen-
seri debet adiectum, *l. Mæuia 44. de manumiss. testam & ex
eo* Bart. *in l. quibus diebus 40. §. Thermilius, ff. de condit. &
demonstr. nu. 4.* ibi, *Quod si Testator dicat lego tibi centum ea
conditione, vt aliquid facias, certè hoc non obstante erit mo-
dus.* Sub modo autem relicta tamquam purè relicta statim
competunt, † etiamsi modus non sit adimpletus, *l. Titio* 29
*71. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. Cerdonem 42. ff de oper. li-
bert. l. si tibi 29. ff. de legat. 3. l. 2. C. de his, quæ sub mod.* & be-
nè explicat Molin. *de Hyspan. Primog. lib. 2. cap. 12. à num. 4.
& cap. 14. num. 12.*

Id quoque procedit etsi per viam resolutiuæ conditionis
† onus consideretur adiectum, conditionem namque reso- 30
lutiuam, & modum idem esse in omnibus tenuerunt Me-
noch. *consil 262. sub num. 9.* Galganet. *part. 2. cap. 102. sub n.
4. vers. item modus,* Peregrin. *de fideicomm. art. 43. sub num.
14. & art. 16. sub num. 100.* conditio verò resolutiua non
impedit actum, & dispositionem esse puram ab initio, nec
illius acquisitionem, seù effectum suspendit, † sed expe- 31
ctando suum implementum post acquisitionem factam il-
lud posteà resoluit nisi impleatur, Gabriel. *cons. 5. num. 31.
lib. 1.* Menoch *cons. 338. num. 16.* & fusius *cons. 131. num. 4.*
Peregrin. *de fideic. art. 43. num. 21.* Galganet. *vbi supra nu-
mer. 4. & 5.*

Nec onus illicò adimplendum est, sed tempus ad adim-
plementum erit constituendum à Iudice † quantum suffi- 32
ciat ad commodè explicandum actum, qui ex qualitate
personarum, earumque ætate, & rerum statu, alijsque cir-
cumstantiis dijudicare poterit, ac debebit infrà quod tem-
pus commodè præceptum Testatoris adimpleri valeat,
Castill. *lib. 5. quotid. controu. cap. 115. num. 25. & 27.*

Cæterum licèt per viam conditionis, non autem modi
qualitas Doctoratus, vel Procuræ fuerit à Testatore re-
quisita, non ex eo quod tempore obitus Ioannis Baptistæ
Patris in Antonio Hippolyto non reperiatur, est à succes-
sione repellendus; verba enim, *e li di lui figli, e descenden-
ti, se ve ne saranno de Dottori, ò Procuratori*, idem † im- 33
portant, ac si diceret, *si fuerit Doctor, vel si doctorabitur l.
intercidit 58. ff. de condit. & demonstr l. si quis hæredem 7.
C. de instit. & substit.* † vbi de conditione, *si consul fuerit*, 34
& sicut in dd. legibus conditio non censetur determinata,
& restricta ad tempus mortis Testatoris, sed intelligitur
indeterminatè de quocumque tempore, ità dicendum est,
quod Antonius Hippolytus admittendus sit statim ac Do-
ctor fuerit; indeterminata † enim locutio testatoris ad om- 35
ne tempus est referenda, *l. si item 2 ff. de condit. & demonst.
l in substitutione 31. ff. de vulg.* cum adductis per Peregrin.
de fideicomm. art 29. num. 13. & ideò conditio negatiua, sub
qua vocatus est substitutus indefinitè adiecta, † tunc so- 36
lùm verificabitur, postquam certum est adimpleri non
posse, vt in conditionibus, *si hæres legitimabitur, vel capax
fuerit* Cephal. *cons. 638. num 57. & 639 numer. 11.* Menoch.
cons. 473. numer. 11. 12. 13. & sic etiam si nati sint, vel fiant
Doctores post plures annos decursos à morte Patris verum
erit dicere, † quod erunt in rerum natura Doctores, vel 37
Procuratores post obitum Patris, vt benè Surd. *cons. 125.
sub num. 20. vers. responderi etiam potest,* & clarius *sub num.
41. vers. responderi etiam posset, & cons. 110. num 8. & sub
num. 9.* ibi, *quandocumque enim nascantur illi fratres, sem-
per eis operata erit via succedendi, quia semper dicuntur na-
ti post Stephani mortem, & defectus Stephani semper durat,
licet per illius mortem impleta sit conditio fideicommissi*, quod
conditionis implementum in tempus futurum Testator
videtur contulisse † ibi, *Se ve ne saranno de Dottori, ò Pro-* 38
curatori, vt ait Bolognett. *cons. fin. n. 95. & 96.* super verbo,
si aderint, & in proprijs verbis, *se ve ne saranno*, allegatur
Surd. *cons. 110. num. 8. & 9.*

Cum ergo ex superioribus appareat verba illa, *se ve ne
saranno*, futurum tempus respicere, & sat esse in eo con-
ditionem adimpleri, qualitates frequentes, *di Dottori, ò
Procuratori, che attendino alla professione dell' Auocare, ò
procurare*, non mutant naturam dispositionis † & sufficit, 39
quod illæ adsint de eo tempore, quo dispositio substitutio-
nis habeat suum effectum, ex doctr. Bart. *in l. ex facti 43. sub
num. 1. lit. E. ff. de vulg.* quem referunt Menoch. *cons. 97.
ex numer. 106. & seqq.* Casal. ad Peregrin. *art. 29. vers. 2.
obseruatur* ideò verba *di Dottori ò Procuratori, che attendi-*

no, intelliguntur adiecta illis, *se ve ne saranno*, vt qua-
40 lificetur ex his ipsa dispositio eo tempore, quo † verba in-
duunt effectum significationis suæ, quia hic est finis, &
intentio disponentis, vt dispositio tunc habeat effectum
cum illis qualitatibus, Bolognett. *d. cons. fin. num.* 26. 28. &
ideò sufficit, quod tempore futuro, in quod dispositio col-
41 lata est † qualitas doctoratus, vel procurationis, & exer-
citium habeatur à vocato, Soccin. Sen. *cons.* 81. *num.* 7. *lib.* 3.
Valenz. Velasq. *cons.* 123. *num.* 58. 59. Surd. *cons.* 110. *num.* 1.
quod procedit etiamsi qualitas cum verbo præsentis tem-
42 poris sit expressa, † quia, cum dispositio habeat tractum
ad futurum tempus in qualitate adiecta, inspici debet il-
lud tempus futurum, nempè, vt qualitas præsens adsit
illo tempore futuro, in quod dispositio confertur Casa-
43 natt. *cons.* 44 *nu.* 39. cum ratione adiuncti † verba præsen-
tis temporis mutent naturam, & trahantur ad futurum;
latè apud Grat. *discept.* 497. *num.* 18. Eugen. *cons.* 15. *num.* 42.
lib. 2.

Hoc clariùs redditur ex illis verbis, *e mancando detta de-
scendenza de Botti, che siano Dottori, ò Procuratori, esso Si-
gnor Testatore di sua propria bocca sostituisce*; vbi Doctor
pauperrimus substituitur indeterminatè sub conditione
44 negatiua, ibi, *E mancando detta descendenza*, † quæ idem
important, ac si Testator diceret, quando non adessent fi-
lii Doctores, aut Procuratores, vt declarat Franch. *decis.*
169. *sub num.* 13. & conditio negatiua tunc solùm adimple-
45 ta † dicitur, quando certum est affirmatiuam (*se ve ne sa-
ranno*) naturaliter esse non posse, & sic ad impossibile re-
ducatur, *ex doctr.* Bald. *in l. Mæuia in fin. ff. de condit. & de-
46 monstr.* † & in terminis substituti vocati in casu deficientiæ
filiorum tradit Ruin. *cons.* 115. *num.* 4. *lib* 3. *& num.* 7. & sic
47 donec extat spes probabilis quod filij nascantur, non † ad-
mittitur substitutus, Paris. *cons* 18. *num.* 43. *lib.* 2. Alexand.
cons. 101. *numer.* 14. *lib.* 7. Rolan. *cons.* 39. *numer.* 55. *in
quarto* Gail. *obser.* 136. *lib.* 1. *num.* 3. *vers. fallit*, Franch. *alleg.
decis.* 199. *num.* 13. ibi, *Quia Marchio vocabatur in defectum
48 lineæ descendentium ex filiis Testatoris*, † *quandiù erat spes,
quod ex filiis Testatoris orirentur filii, non poterat fieri locus
substitutioni in ipsorum filiorum deficientiam factæ, & num.*
49 14. concludit, *& sic est conditio negatiua † quæ tunc adim-
pletur quando certum est esse non posse, & ad impossibile redu-
citur*, latissimè Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 10. *ex num.* 16.
vsque ad 38. & præcipuè *num.* 19. 20. 32. 33. 38. 39. *&* 40. Pe-
regrin. *de fideicomm art.* 29. *num.* 9. ibi, *quando liberorum ca-
rentia indeterminatè consideratur, tunc donec potest esse spes
50 liberos extare, non est locus substitutioni*, † *hæc enim est na-
tura conditionis negatiuæ, vt tunc impleatur, quando certum
est esse non posse, & ad impossibile reducitur, & cons.* 38. *nu.*
27. *in princ.* Cancer. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 224. & in
51 proposito substituti sub his verbis, † *E mancando*, tradit
videndus Surd. *cons.* 110. *num.* 7 8. 9. & cum hac conclusione
transit Rota *decis.* 593. *num.* 1. *part.* 2. *rec.* optimè conducit
ad propositum Rot. *in Romana Pecuniaria de Busalinis apud*
Buratt. *decis.* 322. vbi Testator instituerat hæredem parti-
cularem in quodam Palatio illum ex filiis Iulii Cæsaris,
qui tamen sit Doctor, & post eius mortem, vel talibus fi-
liis, qui prædictam qualitatem habeant, non extantibus,
52 Palatium deuoluatur, † & ibi Rota *tenuit num.* 12. *&* 13.
quod licèt tunc non extaret aliquis ex filiis vocatis actua-
liter Doctor, & qui in studiis publicis saltem per quinque
annos studuerit (vt disposuerat Testator) tamen quia ade-
rat filius, qui tractu temporis poterat fieri Doctor, non
erat locus substituto vocato indeterminatè in defectum fi-
liorum dictas qualitates non habentium, & concludit ca-
sum substitutionis non posse dici euenisse, ex eo solùm,
quod hodie actualiter non extet aliqua ex dictis personis;
sat enim est quod adsit spes huiusmodi existentiæ, quæ
53 † durat donec adsunt personæ, quæ possunt dictas quali-
tates assumere, quæ decisio fuit confirmata, vt legitur *de-
cis.* 480. *coram eodem Buratto in fine decisionis vers. ex quibus*,
quàm refert, & sequitur additio *ad decis.* 338. *Ludouisii
num.* 19.

Qui intellectus pro indeterminatione temporis, & sus-
pensione successionis, donec filius primi instituti possit
54 Lauream Doctoratus accipere faciliùs procedit † concur-
rentibus coniecturis suadentibus, quod ita Testator volue-
rit Cyriac. *controu.* 205. *num.* 74. *& seqq.* Rota *in Bononien.
fideicommissi de Burberiis* 5. *Decemb.* 1650. §. *quoniam obiecta
coram bon. mem. Cardin. Corrado, &* 19. *Februar.* 1652. §. *fin.
coram bo. me. Bicho*, Coniecturæ autem hæ sunt, quia agi-
55 tur de primi instituti linea, † quàm Testator prædilexisse
præsumitur Surd. *cons.* 110. *num.* 13. *vers.* 4. & præsumptio
prædilectionis augetur in Antonio Hippolyto, qui à Te-
statore susceptus fuit è Sac. fonte, † cuius nomen assum- 56
psit, & quemadmodum semel admissi ad successionem,
ea non priuaretur, si per infirmitatem Procuratoris mu-
nus exercere impedirentur, † quia modus pro impleto ha- 57
betur cessante culpa implere debentis Bald. *Nouell. de Dot.
part.* 6. *priuil.* 76. *num.* 2. *post princ.* Aym. *cons.* 57. *nu.* 7. ita col-
ligi potest, quod Testator permiserit suspensionem, ob mi-
norem ætatem, quæ pariter præstat impedimentum acci-
dentale, & impedito excusationem, † & sic noluerit hæ- 58
reditate priuatum esse magis dilectum, minusque dile-
ctum, & Testatori incognitum eam consequi, vt ex plu-
rium authoritate obseruat Castill. *quotid. controu. lib.* 5. *cap.*
91. *sub num.* 48. *vers. redditur quoque opinio ipsa dubia*: Ma-
ximè cum Antonius Hippolytus nunc Grammaticæ in-
cumbat, & in eo concurrant aptitudo ingenii, † proposi- 59
tum studendi, gradumque Doctoratus consequendi, vt
constat ex Summar. nu. 3.

Hinc quoque cessare videtur inconueniens, quod inte-
rim donec Antonius Hippolytus habeat qualitatem à Te-
statore † requisitam successio in suspenso remanet contra, 60
Text. *in l. fin. ff. commun. Prædior.* Quia respondet Molina
de Primogenitur. lib. 3. *cap.* 10. *ex num.* 26. 27. *vsq. ad* 34. illud
procedere in dispositione pura non conditionali, † cum na- 61
tura conditionis sit, vt actum suspendat, & ideò cum Te-
stator sub conditione disposuerit, necesse est, vt hæredi-
tatis acquisitio suspendatur, donec conditio impleatur, &
tunc pendere potest, & ista suspensio à voluntate Testato-
ris dimanat Bart *in l. Pomponius num.* 3. *ff. de negot. gest.* Mol.
d. cap 10. *num.* 31. & si aliter dicendum esset, maius seque-
retur absurdum, † quod numquam hæres posset institui 62
sub conditione, vt animaduertit Menoch. *cons.* 105. *nu.* 61.
& num. 58. obiectum sic soluit, *Quia* (inquit) *hæreditas
repræsentat certum quodam tempus, nempè hæredis in rerum
natura nondum existentis, vel existentis, sed impediti ob adie-
ctam conditionem suæ institutioni, qua sanè eueniente retro-
fingitur, quod scilicet ab initio hæres is fuerit l. hæres quan-
doque* 54 *ff. de acquir. hæred.* & idem repetit *consil.* 473.
num. 19.

Tandem in dubio fauore prius nominati tamquam † 63
magis dilecti pronunciandum esse tenent Roman. *cons.*
134. *sub num.* 5. *in fin. vers.* 3. Surd. *cons.* 125. *num.* 27.

Ex quibus cessantibus obiectis Domini steterunt in de-
cisis vtraque parte acerrimè informante.

Alia supradicta Decisio præsentis causæ habetur impressa in præcedenti parte 14. decis. 43. cumque hæc Decisio admodum singularis existat vt supra dictum est placuit etiam diffinitiuam sententiam eiusdem Sacræ Rotæ hic pariter adnotare.

SENTENTIA DIFFINITIVA.

In eadem Causa

FERRARIEN. FIDEICOMMISSI.

CHRISTI NOMINE INVOCATO Pro Tribunal sedentes, & solùm Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quàm de Coadiutorum nostrorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ coram Nobis in prima, seù alia veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia, inter D. Gratium Contrium assertum Doctorem pauperrimum Collegii Iurisperitorum Ciuitatis Ferrariæ actorem ex vna, & D. Antonium Hippolytum Bottum de Franchis hæredem Fideicommissarium bo. me. Hippolyti de Franchis I. V. D. reum conuentum, de & super prætensa immissione ex remedio *l. final.* in possessionem bonorum hæreditariorum de D. Hippolyti, rebusque aliis, &c. partibus ex altera. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, atque diffinitiue sentiamus dicto D. Gratio, quo supra nomine prætensam immissionem non competere; Et ideò præfatum D. Antonium Hippolytum absoluendum, & liberandum forè, & esse ab impetitis per eumdem D. Gratium, pro vt eum absoluimus, & liberamus, & pro absoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus: molestationesque vexationes, & impedimenta, quæcumque eidem D. Antonio Hippolyto, quo supra nomine per d. Gratium præstitas, &

illa-

illata fuisse, & esse nullas, illicitas, iniustas de facto datas, & præstita, illasque, & illa inferre minimè licuisse, neque licere, super quibus perpetuum silentium imponendum fore, & esse, pro vt imponimus; victumque victori in expensis condemnamus, illarum taxationem, & liquidationem Nobis, vel cui de Iure imposterum reseruamus; Et ita dicimus, pronunciamus, declaramus, atque diffinitiuè sententiamus non solum prædicto, sed & omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciaui, EGO IOANNES ANTONIVS OTTALORA S. R. A.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granateñ.

Bononien. Censuum.

Lunæ 9. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Cùm contractus initi cùm minore ex causa necessaria non alia ratione subsistant quam si pecuniæ fuerint erogatæ in causam expressam certum est quod tali non secuta versione iidem remanent nulli; De qua tamen contrahentes cùm ipso minore solliciti esse tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ab non interpositam appellationem in tempore.*

2 *Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa factis.*

3 *Contrahens cum minore quando teneatur probare versionem, & numer. 5. cum seqq. & per totam.*

Versio pecuniarum expressa in causa obligationis minoris, si est in conditione deducta concludentissimè probari debet, nu 3.

4 *Clausula non aliter nec alio modo est resolutiua, & adimit consensum ab actu non impleta conditione.*

5 *de Versione sollicitus esse debet contrahens cum minore ex causa necessaria, & nu. seqq.*

6 *Sollicitus si quis esse debet de versione intelligitur eo modo, quo moraliter fieri potest, & numer. seqq.*

7 *de Versione qui sollicitus esse debet an sufficiat quod eligat personam idoneam pro dicta versione facienda.*

8 *Versio in contractu inito cum minore probari non debet, quoties pro dicta versione facienda fuit electa persona idonea iudicem approbata.*

9 *Decius cons 36. num. 8. traditur, & declaratur, & supra nu. 7.*

9 *Versionis sollicitudo euitari non potest per electionem mercatoris idonei etiam à iudice approbati ad eiusdem versionis effectum.*

10 *Versio in contractu Ecclesiæ facilius probatur, quam contractibus minorum.*

Contractus minorum sunt magis suspecti quam contractus Ecclesiæ, ideoque strictiùs in illis proceditur, nu. 10.

Versio in contractibus minorum ex causa necessaria probari debet plenè, & concludenter, num. 10. & per totam decis.

11 *Depositum pecuniarum ad effectum faciendi versionem in contractu minoris per iudicem approbari debet, de quo etiam vide supra, nu. 7. cum seqq.*

12 *in Contractu minoris inito ex causa necessaria versio pecuniarum semper probari debet, & per totam decision.*

DECISIO CIV.

RESPONSVM fuit constare de re iudicata, quia sententia R. P. D. mei Albergati, tanquam valida, & iusta fecit transitum in iudicatum † ob non interpositam appellationem in tempore, *cap. Romana §. si verò de appellat. in 6. capit. quoad consultationem de re iudic. Auth. hodie C. de appell.* Rota *decision. 5. de sent. excom. in nou decis. 69. num. 1. part. 6. recentior. & in Romana domorum 11. Decembris 1645. §. bis tamen coram bon. mem. Bichio*, Validitas non fuit in controuersiam deducta, sed tota difficultas versabatur circa iustitiam, † quam DD. resultare dixerunt ex fundamentis *decisionis R. P. D. mei Albergati die 1.* Februarii 1666.* Vbi latè ostensum fuit Census impositos à Vincentio Marescotto minore ad fauorem; Assumptorum Abbatiæ Sanctorum Naboris, & Felicis pro soluendis dotibus Christinæ, & Lucretiæ eius sororum non posse substineri, quia non constat de versione Pecuniæ in causam expressam, prout probandum est duplici ratione. Primo ex quo licentia obtenta à Dominis Antianis, & Vexilliferis Iustitiæ, & Tribunis Plebis requisita ex dispositione statuti est conditionalis dummodo omnes Pecuniæ erogentur in extinctionem dicti æris alieni, nec aliter, nec alio modo, † & sic versio in causam expressam, tamquam in conditionem deducta concludenter probari debet, Surd. *consil. 181. numer. 11. & 12. libr. 2. & decision. 268. numer.* 8. Gratian. *discept 45. numer. 2.* Rota *decis. 178. num. 18. & seqq. par. 7. recent. & in firmana Census 3. Iunii 1658. §. & ad hunc effectum coram R. P. D. Priolo*, maximè stante clausula, *& non aliter nec alio modo*, † quæ est resolutiua, & adimit consensum ab actu non impleta conditione, Alex. *cons. 3. num. 4. & 5. libr 7.* Natta *cons. 372. nu. 5.* Socc. Sen. *cons. 251. nu. 4. libr. 2.* Grat. *discept. 532. nu. 21. & 835. nu. 5* Rota *dec 115. num 6. par. 1. recent.*

Secundo quia agitur de impositione census facta ex causa necessaria pro soluendo ære alieno, † quo casu contrahens cum minore debet esse sollicitus, vt pecuniæ erogentur in causam expressam Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 27. num. 3. adden. ad decis. 81. nu. 117. part 8. recent.* Rota coram Eminentissimo Otthobono *decis. 125. nu. 6. & 7. cum aliis adductis in dicta decis. coram R. P. D. meo Albergato, §. duplici autem.*

Non obstat quod sollicitudo debeat intelligi eo modo † quo moraliter potest adimpleri, vt aduertit Merend. *controuers. iur. lib. 20. cap. 10. num. 3.* ac proinde satis sit, quod Assumpti emptores qui sustinent vices publici magistratus, & propter alias grauiores curas proprii officii, non ita de facili poterant esse de versione solliciti, elegerint in depositarium virum idoneum, † nempe Cyrum Marescotum cum onere conuertendi pretium in causam expressam solutionis dictarum dotium, vt in specie aduertit Decian. *Consil. 36. numer. 8. circa med.* præsertim cum tale depositum fuerit approbatum à Iudice, qui ratione suæ Authoritatis interpositæ dicitur subire onus sollicitudinis, † & facit substinere contractum cum minore absque alia necessitate probandi versionem, Innoc *in cap. grauis numer. 1. ante finem vers. sicut mutuo de deposit. ibique* Hostien. *col. 2. ad med. vers. sicut dictum est* Butr. *nu. 13. post med.* Anchar. *nu. 10. ante finem.*

Quia huiusmodi modus se eximendi à sollicitudine versionis, non est in iure † subsistens, & Decian. *in dicto cons. 36. num.* 8. non firmat Assumptum, sed solum dicit quod pecunia depositata potest deseruire pro vna ex coniecturis probandæ versionis, & loquitur in contractu gesto cum Ecclesia, in quo conatur ostendere probari posse versionem per coniecturas, cum lex confidat de Prælatis, & aliis administratoribus, † secus tamen est in contractibus minorum, in quibus tamquam magis suspectis strictiùs proceditur, & versio probanda est plenè, & concludenter, *vt distinguendo firmauit* Rota *in Perusina oblationum 4. Maii 1643. §. nec dicatur coràm Reuerendissimo P. D. meo Decano.*

Cæteri verò DD. nempe Innoc. Hostien. Butr. & Anchar. dicunt esse necessariam authoritatem Iudicis in faciendo depositum, † sed non excludunt necessitatem probandi versionem, immò positiuè admittunt illam requiri vltra Iudicis Authoritatem, vbi agitur de contractu minoris facto ex causa necessaria, & ita semper tenuit Rota, *vt videre est in decision. 8. numer. 11. & 12. & decision.*

sion. 25. num. 2. decis. 287. nu. 5. dec. 463. nu. 13. post Cenc. de Censibus *adden. ad* Greg. *dec. 511. nu. 33. in fine, & alibi passim.*

Neque pro concludenti probatione versionis sufficiunt aliàs deducta coram Reuerendo Patre Domino meo Albergato. Quia tamquam insubsistentia, & optimis responsionibus reiecta in dicta decisione prima Februar. 1666 habita non fuerunt in consideratione in præsenti disputatione.

Et ità vtraque &c.

Alia Decisio in hac causa facta prima Februarii anni 1666 coram Reuerendissimo Domino Albergato Decano habetur impressa in præcedenti parte XIV. & est Decisio 407. in ordine.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Canonicatus, & Personatus.

Veneris 20. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Mors etiam ad effectum reseruationis dicitur plenè, & concludenter probata ex partita libri mortuorum formiter extracta; atque ita cùm huiusmodi probatione conceditur executio Breuis Apostolici non obstante opposita exceptione vnionis quando, vt hic illa detegitur turbida.

SVMMARIVM.

1 *Obitus probatur ex fide extracta ex libro mortuorum.*

Reseruationis ad effectum mors dicitur concludenter probata ex extractione facta ex libro mortuorum, num. 1.

2 *Liber mortuorum plenè probat obitum eo magis si fuerit adminiculatus, & supra nu. 1*

Testes de publica voce & fama, deponentes certum est quod coadiuuant probationem abitus deductam ex libris mortuorum, nu. 2.

3 *Vnitam esse Ecclesiam, & beneficia ibidem existentia esse reseruata, insimul stare possunt.*

Reseruationem beneficii non impedit vnio de illius Ecclesia Abbatiæ facta nu. 3.

4 *Patronus Ecclesiæ, quod aliquis sit non ex inde resultat quod sit Patronus Beneficiorum illius.*

Iuspatronatus beneficia alius potest habere facultatem conferendi, alius verò potest esse Patronus Ecclesiæ num. 4.

5 *Beneficii extincti nulla est vacatio.*

6 *Beneficia æquè principaliter vnita cadunt sub reseruatione sicuti per antea cadebant.*

Vnio æquè principaliter facta non immutat naturam beneficiorum, sed illam præseruat, ac etiam eorum iura tam actiuè quam passiuè, nu. 6.

Reseruationis ius dicitur præseruatum per vnionem æquè principaliter factam, nu. 6.

7 *Breuis Apostolici executio non retardatur per exceptiones turbidas.*

Exceptiones turbidæ non retardant executionem litterarum Apostolicarum, & in specie Breuis de capienda possessione nomine Cameræ nu. 7.

8 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ non impeditur per exceptionem vnionis turbidæ.*

DECISIO CV.

Ex defectu probationis obitus Antecessoris in Canonicatu, ac Personatu de quibus agitur, denegata fuerat immissio Francisco sub die 10. Decembris Anni præteriti, quo hodie iustificato DD. recesserunt à decisis.

Siquidem allata fuit partita de verbo ad verbum ex libro mortuorum extracta, per Notarium recognita, ac publicè legalizata, continens Ioannem Antecessorem prædictum obiisse de anno 1664. septima Septembris, & sic in mense reseruato in vim Concordatorum Germaniæ † huiusmodi autem probatio omnes aliàs antecellit, eamque suffragari etiam ad effectum reseruationis tradit Rebuff. *tract. de Decimis, quæst. 2. sub numer. 10. & dixit* Rota coram sanct. mem. Gregor. *decision. 78 numer. 2. & dec. 563. num. 1. in recent. dec. 700 num. 4. par. 1. dec. 62. num. 1. & seqq. & decis. 250. nu. 9. par. 10. ac alibi sæpè.* Quod facilius procedit concurrentibus adminiculis, † & videlicet Testibus de publica voce, & fama deponentibus, de quibus in præterito Summario Francisci *num. 2.* vt in his terminis Rota *in Cæsaraugustana Portionis penes* Marchesan. *de commiss. part. 1. fol. 340. sub nu. 3. in recent. dec. 670. nu. 1. p. 3.* Beltramin. *ad dicta dec. 78. lit. A. cum aliis per* Buratt. *decis. 407. sub nu. 5. vers. & Amplius.* 1 2

Non obstat exceptio partis prætendentis Ecclesiam Collegiatam in qua dicta beneficia existunt, esse vnitam, ac de pertinentiis Abbatiæ Regularis Ordinis Sancti Benedicti, eamque proinde non cadere sub reseruatione; Quia visum est DD. talem vnionem non probari ex Enunciatiuis, & aliis datis in præterito Summario *num. 3. & seqq.* & insuper ea non suffragari ad effectum de quo agitur, cum stet simul, quod Ecclesia sit vnita Abbatiæ, † & quod nihilominus beneficia ibidem existentia sint Apostolicis reseruationibus obnoxia, vt in specie Rota *in recentior. decision. 578. numer. 1. & 5. part. 1. & decision. 569. numer. 1. part. 2.* Quemadmodum diximus in Iure conferendi, cum non ex eo, quod quis sit Patronus Ecclesiæ, † dicatur etiam Patronus beneficiorum in ea existentium, Barbos. *de officio, & potestate Episcopi alleg. 57. num. 89.* Rota coram Duran. *dec. 14. num. 12. & decis. 92. num. 4. & 5.* 3 4

Tolliturque difficultas animaduertendo, quod vnio dd. Beneficiorum aut prætenditur accessoriè, & per modum suppressionis, & tunc Abbas non potuisset conferre, † cum beneficii extincti nulla sit vacatio; Aut verò prætenditur æquè principaliter, quia scilicet beneficium non extinguitur, sed retinet suam denominationem, ac titulum, † & tunc nil vetat quominus ea cadant sicut antea sub reseruationibus, cum talis vnio non immutet eorum propriam, ac primæuam naturam, sed omnia ipsorum iura, tam actiua, quam passiua conseruet, & consequenter etiam ius passiuum reseruationis, vt post alios notat, Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 5 sub numer. 55. & seqq. & pluribus aliis adductis firmatum fuit in Vasionen. Prioratus 21. Iunii proximi preteriti §. 1. vers. Nec obstaculum infert &c. cor. me.* 5 6

Quod comprobatum fuit in facto ex pluribus Prouisionibus Apostolicis datis in primo, & secundo Summario Francisci, vnde tanto magis turbida visa est dicta exceptio, † quæ propterea retardare non potest exequutionem Breuis Apostolici, vt dixit Rota post Viuian. *de Iurepatronatus decis. 53. num. 8. & latius decis. 102. numer. 16. coram* Buratt. *dec. 805. num. 10. in recent. decis. 381. num. 1. part. 1. & dec. 31. num. 5. par. 10.* & in terminis similis exceptionis, † quod non impediat exequutionem Breuis de capienda possessione nomine Cameræ *in Salamantina Beneficii de Duennas penes* Marchesan. *de Commiss. part. 1. fol. mihi 343.* 7 8

Ex quibus cum præsupposito quod Ioannes Antecessor prædictus obiierit in possessione dd. Canonicatus, & Personatus, quod etiam constitit nedum ex Testibus de publica voce, & fama deponentibus, sed etiam ex confessione partis venien. ex eadem vacatione, vt in eius Prouisione, necnon ex Commissione Rotali DD. vt supra recesserunt à Decisis, Renier pluries citato, & informare recusante &c.

R.P.D.

R. P. D. TAIA.

Romana Salarii.

Veneris 20. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Continuationis locationis materia tempore conductionis finito ad l. item quæritur 13. ff. qui impleto ff. locati in præsenti Decisione discutitur, an ea scilicet procedat in famulo pro certo tempore certaque mercede conducto, qui si finito tempore in eodem seruitio continuauit pro eadem mercede continuasse concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Salarium conuentum tempore conductionis censetur etiam repetitum pro eo tempore, quo quis seruitium continuauit.*
Famulus qui post finitum tempus suæ conductionis remansit in seruitio cum eodem Domino, censetur sub eisdemmet conuentionibus continuasse, numer. 1.
2 *Seruitii continuationem probant testes de visu eiusdem continuationis deponentes.*
3 *Famulus locans operas suas vt stet in fundo ad custodiendum illum pro certa mercede, si finito tempore remaneat in fundo, non ideò tamen videtur reconductus.*
Patientia sola non implet contractum ex parte conducentis, nu. 3.
Dominus conducens famulum pro certo tempore, non ideo illum reconduxisse censetur, si finito tempore eum continuare permiserit, nu. 3.
4 *Nouatio non admittitur, nisi expressa conuentione, vel noua dispositione in contrarium facta.*
5 *Famulo qui in seruitio continuauit, si nouus fuerit adiectus labor, nouum quoque illi augeri debet præmium.*

DECISIO CVI.

CVM dubitaretur an, & in qua Summa debeatur Salarium Sebastiano DD. responderunt deberi ad rationem scut. 25. pro singulis mensibus.

Quia ex apoca 19. Aprilis 1656. ibi *scudi 162. per mia prouisione di Mesi sei, e mezzo, che l' hò seruito*, videtur Conuentum in tali quantitate, vnde si finito tempore
1 Conductionis, † continuauit in seruitio pro eodem prius Conuento Salario censetur continuare. Inquit doctrina supra ætatem Patris, & Patrui similis noster Aduocatus Zacch. *de Salar. qu. 10. nu. 4. præcipuè ex adnotatis de famulo ad* Buratt. *dec. 508. nu. 5.*

Et ex facto continuatio seruitii DD. probatur per testes, non de auditu, vt opponebatur, sed de visu testan-
2 tes † Sebastianum non tantum seruiisse in seruitio pannorum, quod erat speciali Conuentione Concordatum, sed etiam aliarum Mercium Risi, Sommacchi, Sorre &c. & ex eo tempore nauigasse bis in Siciliam, & semel in Sardineam pro arduis negotiis Ioannis Francisci.

Nec obstare visa est nouatio, quæ proponebatur ex solidatione, & noua Conuentione inter ipsos contrahentes facta eadem die 26 Ianuarii 1659. dum Sebastianus scripsit, *esser intieramente sodisfatto della mia prouisione, e salario, e spese di viaggio, & altro che possa pretendere dal S. Gio: Francesco di tutto il tempo, che l' hò seruito fino al presente*, & in alia apocha scripserint ambo, *esser conuenuti che di tutte le pannine, che mandarà il S. Gio: Francesco, e farà mandare à Palermo &c. dalla data delle presenti fino all'anno 1661. &c. con che però non venghi leuata altra prouisione di pagare à Sebastiano, la prouisione di due per cento*, ex qua contemporanea solidatione præteriti seruitii cum noua conuentione scutorum duorum pro centenario in distractione pannorum inferatur totalis recessus à prima conuentione, & noua inita reconductio præsertim quod si quis locat operas suas, vt stet in fundo ad custodiendum fundum cum certa mercede, si finito tempore remanet in fundo ad custodiam fundi, non videtur reconductus, quia
† sola patientia non implet contractum ex parte conducentis, Bartol. *in l item quæritur 13. §. quo impleto nu. 5. ff. locat.* Socc. Sen. *cons. 196. n. 1. vers. 3. ista lib. 2.* Carocc. *de locat tit. de renouat. locat. qu. 4. nu. 2.* Mantic. *de tacit. tit. vlti. mo nu. vlt. vers. præterea si famulus lib. 5.* 3

Nam DD. insistentes primum generali regulæ nouationis non admittendæ † nisi expressa conuentione, vel noua dispositione §. *Præterea nouatione Instit. quib. mod. toll. oblig. l. vltim. C. de nouat.* obseruarunt deinde ex facto nouationem omninò excludi, quia post conuentum seruitium, & lucrum in distrahendis pannis vsus est Ioan. Franciscus opera Sebastiani in aliis negotiis, & præcipuè ad concludendum cambium scutorum 20 mill. cum Mercatoribus Panormitanis, & ad exigendum credita tam in Sicilia, quàm in Insula Sardineæ, vt in epistolis Ioannis Francisci in Summario Sebastiani *nu. 12.* † Adeoque continuatione 5 probata antiqui seruitii, nouum Conuentum pro distrahendis pannis erat additamentum laboris, quod augmentum merebatur præmium, idque exprimitur in Apoca ipsa ibi: *E questo si contenta di fare il sudetto Gio: Francesco per la recognitione douuta ad esso Sebastiano delle sue fatiche, e spese hauendo d' assistere à Roma à riceuere dette pannine, e quelle inuiate da esso Gio: Francesco, ò da altre persone in Palermo colà consegnare &c.* 4

Et addidit vnus ex DD. incertitudinem dicti lucri cum penderet ex venditione, quæ poterat non sequi, vel ex mala qualitate mercis, vel ob alia Impedimenta, illudque non prouenire à voluntate Ioannis Francisci, sed à Mercatoribus Panormitanis, qui cum possent ex stylo subducere prouisionem duorum pro centenario à pretio pannorum emptorum, voluerunt cedere Sebastiano talem vtilitatem, & Ioannes Franciscus benè conscius dictæ negotiationis sibi cauit in apoca, *con che non venghi leuata altra prouisione da medemi Signori Bissosi, e Verano &c.* nec potuit aliena largitate proprium seruitium compensare opera Sebastiani semper in dies pretiosiore.

Corroboratur præsumptio pro Sebastiano, quia Ioan. Franciscus declarauit medio Iuramento, se non retinuisse libros Giornale, e Maestro ab anno 1657. vbi adnotabatur vtrumque seruitium, & Inuerisimile videtur ex fide Mercatorum testantium sine dd. libris non posse negotiari cum Cambiis, & mercibus more Romano vti negotiatus est communiter Io: Franciscus.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. Bonorum.

Veneris 20. Maii 1667.

ARGVMENTVM.

Notabilia plura ad substinendam transactionem in præsenti Decisione deducuntur. Primo enim traditur regula generalis, quod transactio vbi non detegitur læsiua, & quidem vltrà dimidiam seruari debeat etiam ab infantibus quoties, vt hic, illa cum solemnitatibus fuit celebrata. Secundo quod tutore legitimo absente alius tutor in specie ad ineundam transactionem possit, & debeat infantibus deputari. Tertio quando Ægidiana constitutio seruari debeat insimul cum Statuto particulari loci. Quarto demum similiter traditur, an & quando Emphyteusis præsertim Ecclesiastica comprehendat fœminas.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Transactio obseruari debet, amplia, vt num. seqq. & per totam Decisionem.*
Controuersiæ semel per transactionem extinctæ instaurandæ non sunt, nu. 1.
2 *Transactio eo magis attendenda venit si fuerit inita inter personas sanguine coniunctas.*
Obseruantia præbet robur transactioni, nu. 2.
3 *Causa in transactione satis adfuisse dicitur si aderat sententia, ac etiam imminebat executio.*
4 *Causa vtilis dicitur ad euitandam executionem vigore sententiæ.*
5 *Lucrum satis consequi dicitur, qui à litibus eximitur, & infra nu. 31.*
6 *Transactionis causa finalis sola est recessus à lite ab expensis, & iurgiis.*
7 *Timor futuræ litis sufficit pro sustinenda transactione.*
8 *Transactionem ad sustinendum sufficit, quod narrata pro illius causa remaneant dubia.*
Transactionem impugnans debet incontinenti docere de iure suo incontrouertibili, nu. 8.
9 *Transactio inita inter infantes si neque solemnitatibus destituitur, neque læsiua detegitur, obseruari debet non autem rescindi, & sup. num. 1. & per totam.*
Decretum iudicis, præsentia tutoris, & interuentus consanguineorum faciunt præsumi transactionem, etiam cum infantibus initam fuisse ritè, & rectè factam, num. 9.
Tutor ad certum actum infanti deputari potest stante absentia legitimi tutoris, nu. 9. & supra in principio dec. & infra nu seqq.
10 *Tutore legitimo absente quomodo alius tutor infanti dari debet, particularis nè ad certum actum, vel vniuersalis ad omnem rem, & nu. seqq.*
11 *Infanti vbi prouideri debet in expeditione certi negotii, & tutor vniuersalis sit absens, deputatur tutor particularis de consanguineorum.*
12 *Tutor ad certum actum satisdare tenetur, & quando vide num. seqq.*
Amplia etiam in curatore ad rem certam procedere, ibidem.
13 *Tutor, & Curator deputati ad actum impliciter transactionis satisdare tenentur, sed vide num seq.*
14 *Speculatoris opinionem, tit. de curatore, §. vt autem versic. & hoc reuocato, sequitur Rota, ac vniuersa Curia Romana.*
15 *Satisdare non tenentur tutores, & curatores particulares non solùm de stilo Curiæ Romanæ, verum etiam de obseruantia plurimorum Parlamentorum, quamuis de iure caueatur contrarium.*
16 *Ægidiana Constitutio habet locum in toto Statu Ecclesiastico.*
17 *Insinuatio non requiritur in contractibus minorum, vbi adsunt Statuta particularia, quæ certam formam constituunt.*
Ægidiana constitutio non habet locum vbi adsunt Statuta particularia, nu. 17.
18 *Statutum speciale loci potiùs attendendum est, quam Constitutio generalis Prouinciæ.*
19 *Statutum vbi est compatibile cum Constitutione Ægidiana vtrumque seruari debet.*
Statutum Perusinum insimul compatitur cum Constitutione Ægidiana, nu. 19.
20 *Statutum Ariminense, & Constitutio Ægidiana ad inuicem compatiuntur.*
21 *Statutum dicitur incompatibile cùm Constitutione Ægidiana etiam ex sola implicita Statuentium assertione.*
Negatiuæ due quod contractus nisi seruata forma Statuti non valeat, operantur illius validitatem, quoties ea sola forma seruetur, nu. 21.
22 *Statuentes si voluerunt, quod seruata forma Statuti, contrahentes sint tuti, & securi, aliam non requiri solemnitatem dispofuisse dicuntur.*
23 *Transactio, vt rescindatur ex capite læsionis, requiritur læsionem excedere dimidiam.*
24 *ad Læsionem in transactione excludendam considerari etiam debet dubius litis euentus.*
25 *in Emphyteusi Ecclesiastica, quando non est hæreditaria, repræsentatio non datur.*
26 *Emphyteusis dicitur materia indifferens.*
Masculinum concipit fœmininum in materia indifferenti, nu. 26.
27 *Bona Emphyteutica in Ciuitate Rauennæ redacta sunt ad instar allodialium, & efficiuntur transitoria ad quoscumque etiam extraneos.*
Fœminæ in Emphyteusi Ecclesiastica in defectum masculorum non dicuntur exclusæ, & quando numer. 27.
Filiæ fœminæ non debent esse peioris conditionis, quam aliæ fœminæ extraneæ, nu. 27.
28 *Obseruantia tam prima, quam subsequens præbet robur inuestituræ intermediæ, illamque interpretatur.*
in Emphyteusi maximè attenditur consuetudo, numer. 28.
Consuetudo, & obseruantia plurimum præualet ad interpretationem actus, nu. 28.
29 *Emphyteusis concepta pro filiis, & nepotibus eo magis comprehendit fœminas si ita se habet obseruantia.*
30 *Transactio facta pro certo modico præsenti sustinetur, quamuis multum quod est futurum sed incertum fuerit dimissum.*
Oua ad præsens cras pullis meliora dixit, gloss. in leg. eùm hi verbo modicum ff. de transact. numero 30.
31 *Transigentes magnum commodum reportasse dicuntur ex eò solùm quod à lite recesserunt, & supra num. 5.*
32 *sola Lite vexatur animus, & facultates dilabuntur, & supra nu. 5. cum seq.*

D E C I S I O CVII.

TRANSACTIONEM initam anno 1643. inter Iacobam Aldobrandinam Vxorem Io: Baptistæ Gambæ, ac Petram, & Franciscam de Aldobrandinis infantes mediante persona Ioan Francisci de Cupis in absentia legitimi Tutoris adhunc actum deputati viginti post annos infringere conata est Francisca altera dictarum Infantium postquam se matrimonio collocauit cum Ludouico Suptio; Et quia præcipuè nitebatur defectui Consensus, sine quò possessio non transfertur ideo coram Locumtenente Ciuili Romandiolæ instituit Iudicium manutentionis, ac reintegrationis ad bona per Transactionem dimissa, in quo contrariam reportauit Sententiam, cui non dissimilis in gradu appellationis successit *resolutio Rotalis sub die 7. * Iunii præteriti coram me*, sed adhuc non acquiescens, dùm acritèr instabat pro concessione nouæ audientiæ, placuit Dominis suspenso pro nunc articulo prædicto cognoscere de Viribus Transactionis; Itaque disputato dubio an illa sustineretur, præualuit opinio affirmatiua.

Illa enim visa fuit nec causa legitima transigendi, neque solemnitatibus necessariis destituta; Cumque ab ea omnis, vel imaginaria læsio ex infra dicendis excludatur hinc fit, quod veniat omninò obseruanda, † nè controuersiæ semel Transactionibus extinctæ restaurentur, vt 1
inquit, *text. in l. causas, C. de Transact.* Maximè quod facta fuit inter personas sanguine coniunctas, † quæ diu- 2
turno viginti annorum interuallo illam obseruarunt ad *text. in cap. contingit de transact.* cum alis adductis per Rota apud Ludouis. *decis.* 354. *num.* 2. *apud* Caual. *dec.* 407. *numer.* 9. & latè *in decis.* 86. *numer.* 1. *& pluribus seqq. par.* 6. *recent.*

Iustam transigendi causam subministrault lis præcedens mota contra prædictas infantes à Iacoba repetente dotem sibi assignatam ab Hippolyto infantium Parente, in qua cum fauorabilem sententiam reportasset, & immineret executio, † vt in ipsa transactione narratur, eo ipso dici- 3
tur causam inesse iuxta dictum Pauli *in leg. in summa 65.* ibi, *Nàm si lis fuerit hoc ipsum, quod à lite discreditur causam videtur esse*, vbi *Glos. in verbo nulla ff. de condit. indeb.* † & quidem vtilem per *text. in l. 1. C. de pact. l. si ea la secunda* 4
C. de vsuris, vbi satis lucrari dicitur † qui à litibus eximitur 5
Glos. in cap. penult. de empt. & vendit. Ac recessum à lite, ab expensis, ac iurgiis solam, † & finalem esse causam 6
tran-

transactionis pluribus firmat Eminentis Otthob. *dec.25. nu.9. cum duobus seqq.ac* Rota *in Bononien. de Tostinis 2. Decembris* 1647. *§ quia respondetur in fine*, *ac in eadem 5.Iunii* 1648. *§.fin.* vbi quod pro substinenda transactione sufficit
7 † timor futuræ litis cor.bo. me. Peutingerio

Hinc inutiliter scribentes pro Francisca impugnabant iustitiam dictæ Sententiæ, & mandati obtenti à Iacoba contra bona hæreditaria Æneæ, sub prætextu, quod solum ille pro dote Iacobæ legasset scut.octoginta,ac reliqua scuta mille, & ducenta illi deberentur ex legato Iacobi Patris, cuius nec ipsæ infantes, nec Hippolytus eius Pater hæredes extiterant. Præterquam enim contrarium constat ex Inuentario bonorum Æneæ facto ab Hippolyto Patre, de quo in processu fol.44. à tergo,& ex alio facto per Tutorem Infantium de bonis Hippolyti eodem processu fol. 169. relat. in *Summ.* Franciscæ *nu. 7. & 8.* responsum fuit, quod pro substinenda transactione satis est,quod super præmissis controuersiæ, & lites inter Coniunctos ex
8 oriri possent, quibus partes cautè occurrere voluerunt, † ac sufficit, quod narrata pro causa illius remaneant dubia & quod illa impugnans incontinenti non doceat de iure suo incontrouertibili, vt benè firmat *d. decisio Bonon. sub dio 5. Iunii* 1648. *in §. igitur cum ex bis cor. bo. me. Peutingerio*, *confirmata cor. Reuerendiss. D.meo Decano* 31. *Martii* 1549. *§. alterius*, vbi concordantes referuntur.

Validitatem verò huius transactionis demonstrat eiusdem lectura ex qua apparet interuenisse decretum Iudicis, & præsentiam consanguineorum, ac infantium personas auctorizasse Tutorem adhunc actum deputatum, ob absentiam legitimi Tutoris, qui ad Patriam reuersus
9 illam etiam approbauit; † Vndè vt obseruauit decisio,& considerat Bald. *cons.* 448. *in fine vol.* 1. Insurgit ex his præsumptio, quod omnia ritè, & rectè gesta fuerint, vt pluribus adductis Surd. *cons.* 451. *num.* 27. *ac* Rota cor.Caual. *dec.* 407. *nu.6.*

Hanc validitatis præsumptionem non substulit repetitum obiectum, quod ob absentiam Tutoris legitimi deueniri non poterat ad electionem alterius pro vnico actu
10 tantum, † sed dandus esset Tutor vniuersalis ad omnem rem *iuxta text. in l. certarum*, *ff. de testam. Tut.* Dec.qui loquitur in præciso casu *cons.*479. *nu.*3. licet etiam legitimus abesset causa Reipublicæ iuxta alium *text. in l. in omnem rem*, *ff.de Tutor. & Curat.* Quia Dominis placuit responsio *decisionis in §. & licet*, quod dum agebatur dumtaxat de prouidendo Infantibus de persona, quæ illarum iura con-
11 seruaret, † in expeditione memorati contractus, poterat Iudex in defectum Tutoris legitimi alium de consilio Coniunctorum deputare ad certam rem,vt ex Bart.firmat Osasch. *dec.*89.*nu* 6. ac resoluit Rota cor.Caual. *dec.*207.*n*
12 2.non obstante,quod ille non satisdederat, † vt in Curatore etiam ad vnicum actum videtur requirere *text. in l. non quasi in princ.vbi Glos.in verbo per satisdationem*,*& in l.& si ad species*,*ff.rem pup. Salu.fore*, & in terminis deputati ad
13 actum transactionis † Alex. *cons.*163. *numer.*2. *&* 3. *vol.* 5. Quoniam recepta est in Rota opinio Specul. *in tit. de Cur. §.vt autem vers & hoc reuocato*, quod non admittitur talis
14 exceptio † aduersus Curatorem datum ad certam rem, vel litem,quemadmodum de stylo Curiæ testatur Achill. *dec.* 89. *alias* 1. *de Iudic.ac* Put.*dec.*130.*n.*5 *&* 6. *vol.*3.& de Curatore ad certum negotium in *dec.*216. *nu.*6 *&* 7. *par* 4. *diu.*
15 † quod in omnibus etiam Curiis, & parlamentis obseruari tradit Beltrand. *cons.*121. *vol.* 3. ac testantur adducti per Ioseph. Ludou. *decis.Perus.*48. *nu.*2. *lib.*1. *ac per* Grat. *dec. Marcb.*75.*nu.*3. *& seqq.*

Minusque prædictæ validitati resistit defectum insinuationis in contractibus minorum omninò requisitæ à Con-
16 stitutione Ægidiana, quæ † per extensionem Pauli III. locum obtinet in tota Ecclesiastica dictione ex *adduct. dec.*
17 191.*nu.*15. *&* 610. *nu.* 1. *p.*4. *to.* 3. *rec.* Quia † ex concursu particularis Statuti Ciuitatis Rauennæ dantis præcisam formam in Contractibus minorum excluditur generalis constitutio iuxta *cons. Bald.* 201. *nu.* 1. *vers. contrarium lib.* 1. vbi ex *text. in l fin C. de test.* firmat potius attendi debere
18 Statutum speciale loci, † quam Constitutionem generalem Prouinciæ, illumque sequuntur plures adducti in *decis.*343. Seraph. *nu.*2 *ac* 333. Buratt *nu.*5.

Nec dici potest Statutum prædictum esse compatibile
19 † cum Constitutione Marchiæ ex quo disponat tantùm circa formam, & solemnitates adhibendas in Contractibus, non autem circa insinuationem, de qua loquitur Constitutio, adhibendam post Contractum, vt in Statuto Perusino obseruauit Rota *in dec.*8.*post Picum ad Statut. Vrb. & dec.*385.*nu.*5.*p.*2.*rec.* & de † Ariminensi *dec.* 610. 20
*nu.*3. *& seq.p.*4. *to.*3. *rec. & in Ariminen. Bonorum* 12. *Iunii* 1665.*§ non releuat cor. R.P.D. meo Beuilaqua*. Quia ad tenorem Statuti,de quo agitur in *Summ.* Franciscæ *nu.* 6. Incompatibilitas est clara, dùm vult, *quod seruatis prædictis solemnitatibus Contrahentes cùm minoribus tuti sint*, *& securi*, *ac si cum maioribus contraxissent*. Quod si ex implicita statuentium assertione, † ducta ex duabus negati- 21
uis, quod Contractus nisi seruata forma statuti non valeant, Rota *in dicta decis. Seraph.* 343. *nu.*3 & in alia *Buratti* 333 *nu.*7. non dubitauit de incompatibilitate,quanto minus de ea est dubitañ, quando Statuentes, vt hic explicitè voluere, † vt taliter contrahentes sint tuti, & secu- 22
ri, vt fuit in puncto conclusum in *dec.* 145. *nu.* 28. *part.* 6. *rec. & in Bonon. Indemnitatis* 30. *Ian.* 1651.*§.nec refragatur cor. R.P.D. meo Albergato*.

Plura denique, quæ in argumentum læsionis adducebant informantes pro Francisca visa sunt tolli ex ipsius transactionis accurata examinatione. Quandoquidem licèt ex illa prima facie videretur Tutorem omni ferè substantia infantes priuasse, nihilominùs ponderatis obligationibus, & oneribus, quæ in se assumpserunt prædicti Iugales de Gambis, protinùs constitit illa, vel bonorum omnium æstimationem superasse, vel saltem adæquasse,
& † tamen, vt ex capite læsionis transactio rescindatur 23
oportet eam longè e cedere dimidiam Dec. *in l.cum se nu.*1. *C.de transact & cons.*303.*nu.*4.*post med.vers.sed concludo*,*& cons.*479 *n.*11.*vers.ex quibus patet* Card. Mant. *de ta. it. lib.* 26.*tit.*9. *nu.*29 ac Rota sæpissimè,*vt in dec.*625. *nu.*7.*par.*1. *dec* 715 *nu.*1.*vers.cum recipitur*,*&* 281.*nu.*2.*p.*6. *rec & cor.* Merlin. *dec.*92.*n.*8. *&* 9 *& in Romana Transactionis* 15. *Decembris* 1659.*§. sententiarum verò*,*& in Bonon.fideicomm.de Bonfiliis* 5.*Maii* 1662.*§. nec læsionis cor bo.me. Verospio.*

Et re vera bona in Transactione iugalibus assignata concordi calculo non pluris æstimata sunt quam in scutis sex millibus quingentis, & sexdecim, pro quibus excomputatum fuit creditum dotale Iacobæ scutorum duorum millium, necnon dicti Coniuges in se accollarunt tot capitalia Censuum,quæ ascendebant in sorte ad scuta 1950.vltrà fructus decursos, quos soluere pariter promiserunt vna cum scutis annuis octo Monialibus de Aldobrandinis, ac vlterius se obligarunt alere ipsas Infantes,eisque in dotem constituerunt scuta mille pro qualibet; si nuberent, si verò profiterentur dotem dari solitam cum necessariis mobilibus, & apparatibus. Vndè patet prædictas infantes longè plus consequutas esse, quam de rigore prætendere possent, quamuis in prædictis Corporibus nulla lis, vel molestia extitisset,† ad cuius dubium euentum pro excluden- 24
da læsione respici etiam solet iuxta theoricam Bart *in l.cum aliter nu.*5. *ff de verb.oblig.* quem sequitur Rota cor.Caual. *dec.*407. *n* 3. *ac in dicta Bonon. de Bonfiliis*, *§.nec læsionis cor. bo.me. Verospio*.

Nec obstat, quod Pupillæ prædictæ domum Rauennæ haberent præcipuam, & tutam aduersùs omnes Creditores tanquam illis post mortem Hippolyti Patris sine filiis masculis, præuia noua Inuestitura concessam à Capitulo Rauennati, ad quod, vt supposuit, ob lineam finitam reuersa fuerat, quia responsum fuit, quod domus huiusmodi renouata anteà fuerat anno 1611. Hippolyto seniori, stipulanti pro se filiis; & nepotibus tantùm, vndè non terminauit per obitum Hippolyti Iunioris interfecti, dùm adhuc superstes erat Iacoba illius Soror, qui vel neptis compræhensa in illa succedebat ad omnimodam exclusionem Pupillarum non compræhensarum in dicta renouatione, & quæ neque poterant repræsentare personam Patris, † cum in 25
Emphyteusi Ecclesiastica quando non est hæreditaria repræsentatio non detur iuxta copiosè deducta in *decision.* 219. *parte* 4. *diuersor. & in Vrbinaten. Emphyteusi* 7. *Iunii* 1647. *§ nam vbi agitur co. Reuerend.Imolen.*

Idque non obstante, quod regulariter in materia differenti, qualis est emphyteusis, † maximè Ecclesiastica 26
masculinum non concipiat fœmininum iuxtà opinionem Guidi de Suz *in l veteribus in princ ff.de pact.* quam sequitur Archid. *in Can.si quis suadente vol.* 3. *vers aut sunt verba* 17. *quæst.* 4. aliique relati per Iulium Clarum *in §. Emphyteusis qu.*32. *nu.* 3. *& per* Rota coram Seraph. *dec.* 607. *numer.* 2. & post innumeros quos adducit, testatur de veriori Rota *dec.*125. *nu* 2.*vers.& banc sententiam par.*2. *diu.* Quoniam attenta Concordia Ciuitatis Rauennæ, per

quam

quam bona Emphyteutica redacta sunt ad instar allodia-
27 lium, & efficiuntur transitoria ad quoscumque extraneos, limitatur hæc regula, & fœminæ in defectum masculorum exclusæ non dicuntur, nè sint peioris conditionis propriæ filiæ quam fœminæ extraneæ, vt distinguendo tradit Valasc. *de Iur Emphyt.qu* 41. *sub nu.* 3. Fulgin. *eodem tract. tit. de success. in bon.Emphyt.qu.*9. *nu.*6. *& *7. & singulariter limitat eadem *dec* 125. *nu.* 35. *& seqq. p.* 2. *recent.* & Reuerendissimus D. meus Decanus *in Rauennaten. bonorum* 27. *Martii* 1651. §. *quia præterquam*.

Preterea visa fuit cessare quælibet difficultas ex consuetudine huius Capituli inuestiendi etiam fœminas, quemadmodum anno 1543. inuestiuit Hippolytam Vxorem Leonelli Pii, & postremò has ipsas Pupillas, ex qua obseruantia sumere debent interpretationem Inuestituræ
28 intermediæ, † cum in Contractibus Emphyteuticis consuetudo maximè dominetur iuxtà *text. in l.* 1. *C. de iur. Emphyt.* Ità vt hoc casu non dubitetur quin Emphyteusis re-
29 cepta pro filiis, † & nepotibus comprehendat etiam fœminas, vt voluere Bald. *in l. quoties nu.* 5. *C. de suis, & legit ae* Socc. Sen. *in l.Gallus*, § *nunc de lege nu.* 5. *vers. post etiam limitari de liber. & posth.* ac ità consuluit Roland. *cons.* 76. *nu.* 20. *&* 21. *lib.* 3. *ac* Cephal. *cons.* 185. *nu.*26. *lib.* 2.

Similiter non subsistit prætensio, quod infantes prædictæ possent à quorumcumque creditorum molestiis defendere Prædium Sauarnæ tamquam proueniens ab Equite Aldobrandino, qui fœminis descendentibus in defectum lineæ masculinæ scuta 1200. auri pro dote reliquerat quasi quod illis pro hoc legato competeret hypotheca cum anterioritate à die testamenti ad exclusionem omnium creditorum, qui super bonis eiusdem testatoris hypothecas acquisiuissent. Quia quidquid esset de viribus huius prætensionis, illas funditus excludebat prætensio eiusdem Iacobæ quæ, vti pariter descendens ab eodem Equite, ac in gradu proximior, erat anterior in consequutione huius legati.

Præterea ad exclusionem infantium poterat Iacoba vti iuribus dotalibus Franciscæ Rasponæ Vxoris ipsius Equitis Aldobrandini, nec non Petræ de Spretis nuptæ Hippolyto eius filio, quarum dotes, vtpotè ab Equite receptas hodierno Summ. Iacobæ num. 5. & 6. restituere tenebatur illius hæreditas Æneæ, ac Hippolyto Iuniori, qui dotem Iacobæ promiserunt. Nec deerant alia debita hæreditatis eiusdem Equitis à Iacoba in transactione accollata, & signanter Census scutorum mille cum Dominis de Sora Venetis fauore Iugalium cum cessione iurium posteà retrouenditus. Vnde facili cognosci potuit, quam vanum esset educere læsionem à dimissione huius prædii, in quo aut nullum, aut modicum ius habebant infantes, & è contra, quanta illis vtilitas resultauerit à consequutione certa alimentorum per plures annos vna cum futura obligatione
30 consequendi dotes, & necessarios apparatus. Nàm † pro modico præsenti vtiliter despicitur multum, quod est futurum, sed incertum iuxtà illud Claudiani, quod iunctum cum vulgari axiomate refert in terminis transactionis *gl. in l. cum hi in verbo modico*, *ff. de transact.*

Cætera, quæ prolixiori calamo ad elidendam hanc transactionem deducebantur, vti minus subsistentia Domini respuerunt, iterum aduertentes, quod eo solum, quod
31 à lite receditur, † magnum commodum reportant transigentes, vt disertè tradit *glos. in cap. cum causa verb. restituerent vers. est ratio de Empt. & vendit l. si ea la secunda*, *C. de vsuris*, & solet etiam ad hoc allegari bonus *text. in l. Lucius*, §. *fin. in vltimis verbis*, *ff. ad Trebell* Etenim ex sola
32 lite animus vexatur, † & facultates dilabuntur, vt inquit Rota cor. Merlino *dec.*766. *nu.*10. *& cor*. Caualer. *decis.* 407. *nu.* 5.

Et ità conclusum est Transactionem substineri vtraque &c.

Præsens Decisio * fuit confirmata sub die 14. Martii 1668. cor. eodem Eminentiss. D. Card. Carpineo, quam inferius suo loco pariter adnotabimus. In præcedenti verò parte XIV. adest alia in hac eadem causa emanata cor. eodem Eminentiss. Carpineo, & est Decisio 473.

R. P. D. VARESIO.

Postea Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in præsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Lucana Appartamenti.

Veneris 1. *Iulii* 1667.

ARGVMENTVM.

Cùm ad effectum paritionis sola patientia sufficiat, quando, prout hic; mandatum nullum continet præceptum per actum positiuum parere debentis adimplendum, de ea satis dicitur constare, si nulla contradictio sequatur; eoque magis si cum patientia aliqua protestatio, seu oblatio, & fortiùs, si aliquis actus positiuus interueniat.

SVMMARIVM.

1 *Paritio ex non contradictione resultat, quando præceptum seu mandatum non importat actum positiuum parere debentis.*
Patientia sola quando pro paritione sufficiat, numer. 1.
2 *Patientia parere debentis remanet sufficienter probata, eo ipso quod non docetur de aliquo illius actu in contrarium.*
ad Paritionem sufficit declaratio, & protestatio partis se esse promptam ad faciendum actum ab actore petitum, nu. 2.
3 *Paritio resultat ex relaxatione clauium, & supra nu.* 1. *cum seqq. vbi ex quibus illa dicatur concludenter probata.*
Clauium relaxatio probat dimissionem possessionis, numer. 3.
*Possessionis translatio probatur per dimissionem, & relaxationem clauium, nu.*3.
4 *Paritionis recusatio non resultat ex impedimentis ab aliis præstitis.*
*Impedimenta alterius non præiudicant ei, qui obedire tenetur, nu.*4.
Parere qui tenetur non obligatur remouere obstacula aliarum personarum, nu. 4.
5 *Collusio non præsumitur inter parere debentem, & alium, qui præstiti impedimentum.*
6 *Simulandi, & colludendi causa cessante, cessat ipsa simulatio, & collusio.*

DECISIO CVIII.

OBTINVIT Margherita Sarda in Tribunali A. C. sententiam immissionis ex remedio Saluiani in possessionem secundi appartamenti Domus quondam Iacobi Galganetti pro satisfactione scutorum 900. contra Canonicos Regulares Sancti Saluatoris Ciuitatis Lucanæ illius tertios possessores. At quoniam ob impedimenta præstita ab iis, qui primum appartamentum tenent non potuit prædictæ sententiæ consequi executionem, ideò curauit expediri mandatum ad factum pro solutione dictæ summæ contra ipsos Canonicos Regulares. A quo commissa causa appellationis bo. me. Verospio fuit coram me, in eius locum subrogato dubitatum an constaret de sufficienti paritione, & de ea constare Domini responderunt.

Nam cum mandatum non contineat aliquod præceptum positiuum, quod per actum pariter positiuum sit adimplendum, satis est quod Canonici non contradicant,
† & illorum patientia sufficit, vt paruisse dicantur iuxta 1
distinctionem de qua Adden. ad Buratt. *dec.* 17. *nu.* 7. *&* 8. Rota *decis.*329. *num.*1. *par.*2. *dec.* 596. *num.*2. *par.*3. *recent. cor.* Buratt. *decis.*52. *numer.*6. Caualer. *dec* 364. *nu.*2. *&* 3. Merlinus *decis.*20. *num.*4. *& fuit dictum in Leodien. Canonicatus* 2. *Decembris* 1654. *cor. bo. me. Verospio*, *& in Marsicen.*

cen. Iurisdictionis 28. Ian. proximi præteriti cor. Reuerendiss. D. meo Decano.

Hæc autem patientia in præsenti probatur non solum ex eo quod non docetur de aliquo eorum actu in contra-
2 rium; † verum etiam ex declaratione facta se esse promptos dimittere, Soccin. Sen. *cons.* 118. *num.* 5. *libr.* 1. Rota cor. Pen. *decis.* 597. *num.* 4. Cardin. Seraph. *dec.* 244. *num.* 1. Cavaler. *decis.* 364. *num.* 3. *& penes* Posth. *de manutent. dec.* 614. *num.* 6. Sed vlterius ex relaxatione clauium apparta-
3 menti de quo agitur in actis Curiæ Episcopalis, † ex qua proinde probatur dimissio possessionis, illiusque translatio ad fauorem Margheritæ, Grat. *discept. forens. ca* 505. *nu.* 3. Posthius *de manut. obseru.* 22. *n.* 5. *& seqq.* Afflictus *decis.* 299. *nu.* 32. *adden. ad* Buratt. *dec.* 32. *nu.* 7. *&* 8. Rota cor. Seraph. *dec.* 717. *nu.* 1.

Non obstat, quod à possessoribus primi appartamenti præstetur impedimentum, quia ex hoc non potest agi
4 contra Canonicos, † cum adhunc effectum requiratur, quod impedimenta ab ipsis proueniant, nec tenentur remouere aliorum obstacula, vt firmauit Rota cor. Penia *dec.* 597. *nu.* 7. *& dec.* 179. *nu.* 4. *cor. Merlin.*

Nec potest in præsenti suspicio haberi de collusione in-
5 ter Canonicos, & possessores primi appartamenti, † quoniam cum ea non probetur non præsumitur, vt in similibus terminis firmauit Rota *dicta dec.* 199. *nu.* 4. *cor. Merlin.* Cessante præsertim qualibet causa simulandi, & collu-
6 dendi, † cum tali casu simulatio non præsumatur Rota *dec.* 401. *nu.* 15. *cor. Greg. & in rec. dec.* 5. *nu.* 4. *& decis.* 344. *nu.* 3. *par.* 4. *tom.* 1.

Et ita vnica tantùm parte informante resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Asten. Canonicatus.

Veneris 1. *Iulii* 1667.

ARGVMENTVM.

Quia etiam in iudicio particulari debentur alimenta, & sumptus litis, quoties, illorum requisita concurrunt; Ideò pro subministratione eorumdem in præsenti Decisione resoluitur, eo in casu, quo quis beneficium resignauerat, conditione à Pontifice adiecta, quatenus aliunde commode viuere posset, prout illum se substentare minimè valere fuit compertum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis debentur etiam in iudicio particulari.*
2 *Clausula, quatenus Episcopo constiterit, quid operetur, & nu.* 12.
3 *Patrimonium ipsum, non autem solam ordinationem ad illius titulum probari debet, & quando.*
4 *Patrimonium, quatenus irreuocabile, resolui potest per assecutionem Canonicatus.*
5 *Patrimonium perire potest ex causa Bellorum.*
6 *Oblatio an sufficit, vbi est opus obligatione.*
Obligatio sine causa non substinetur, nu. 6.
7 *Oblatio facta pro alio loco, in quo aliquid debetur non suffragatur.*
Oblatio Serotina, & post litem contestatam non attenditur, nu. 7.
8 *ad Alimentorum effectum sufficit præsumptio boni iuris resultans ex sententia, etiam appellatione pendente.*
9 *Alimenta extraneis denegantur omnino, secus autem sumptus litis*
10 *Litigans an plus grauetur præsumptione boni iuris Aduersarii antè sententiam, quam post sententiam.*
Paupertas cùm culpa, vel absque culpa consideratur in alimentis, & sumptibus litis, nu. 10.
11 *Alimentorum maior dicitur fauor, quam expensarum.*
12 *Viuere quod quis commodè posse dicatur, intelligitur de proprio patrimonio, non de alio.*
14 *Clericus habens fratrem diuitem, & ipse etiam suum commodum patrimonium habere præsumitur.*
15 *Paupertas ad effectum se eximendi à præstatione alimentorum probari debet in specie.*
Paupertas vbi est fundamentum alicuius, probari debet ab allegante, nu. 15.
Præsumptiones iuris non sufficiunt in his, quæ sunt de fundamento intentionis alicuius, nu. 15.
16 *Alimenta, & sumptus litis debentur arbitrio Iudicis, qui in hoc procedere debet consideratis considerandis.*

DECISIO CIX.

INTRARE arbitrium pro subministratione alimentorum, & sumptuum litis in summa scut. 25. annuorum Domini responderunt etiam si non sit iudicium vniuersale, sed † particulare ad allegata à D. Rubeo *in adnotat*: (& magis ampliatione vsque ad nouum opus huius materiæ *in nu.* 231. & ferè omnibus absolutum) *ad decis.* 217. *n.* 28. *& vers. propterea notand. tom.* 3. *par.* 4. *rec. & posterius dec.* 50. *nu.* 10 *par.* 9. 1

Quia Petrus Franciscus Canonicatum Theologalem resignauit, & Summus Pontifex mandauit Ordinario, vt conferret *SECVNDO*, † *quatenus Episcopo constitisset*, 2 quod Petrus Franciscus aliundè commodè viuere valeat, nec valet, vt probat tresdecim testibus adhoc examinatis, & aliis retractantibus testimonia contraria ad relationem *SECVNDI*.

Néc satisfacit Ordinatio Petri Francisci ad titulum Patrimonii prima Iunii 1624. cùm oporteat probare non ordinationem ad titulum Patrimonii, † sed Patrimonium 3 ipsum, & vndè Petrus Franciscus commodè viuere valeat ad formam supradictam, vtpotè quod Patrimonium irreuocabile, † resolui potuit assecutione Canonicatus ad 4 Sacrum Conc. Trid. *cap.* 2. *de reform. ibi donec beneficium sess.* 21. *& ibi* Barbos. *nu.* 63. *cum aliis allegatis*. Vel perire causa Bellorum, † vt perierunt aliæ lineæ aliarum ordi- 5 nationum ipsius Petri Francisci ex eadem attestatione Actuarii Episcopalis Astensis, aliisque causis.

Minùs satisfacit oblatio fratris ipsius *SECVNDI* subministrandi alimenta Petro Francisco in domo offerentis propria Taurini, vel permittendi vsumfructum Prædii 50. annuorum prima Maii 1663.

Quia visa est quidem oblatio, sed non obligatio, † vt- 6 potè sine causa, *§. sed cum nulla lege 7 ff. de pactis*, & sine iuramento, imò sine consensu Petri Francisci, & deindè in alio loco extrà patriam Astensem, † quin etiam obla- 7 tio Serotina videbatur propter defectum conditionis, temporè collationis canonicatus secutæ anno 1658. & post litem contestatam etiam super alimentis, & sumptibus litis aliter debitis ab altera parte, signanter sub suo Iudice, quam à tertio.

Præsumptio boni Iuris controuersa, & controuertibilis fuit non solùm ex vna, sed etiam ex altera sententia nullitatem resignationis præseferente etiam appellatione pendente, quin † etiam ab vna sententia, *§. vltimo leg. si* 8 *instituta* 27. *ff. de inoffic. test. & ibi Gloss. Decerni, &* Bartol. Surdus *de alimentis qu.* 120. *nu.* 10. *à vers. denique obstat titulo primo abundè cum aliis apud* Dominum Rubeum *d. adnotat. ad dec* 217. *n.* 125. *à vers. quo verò* Rota cor. Buratto *dec.* 15. *nu.* 3. *à vers. boni iuris, & dec.* 906. *nu.* 6. *& recentius dec.* 50. *à nu.* 6. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.* & passim vsque ad terminos disputandi non solùm, sed quærendi rationem, & relinquendi legem *dicto §. vltimo*, imò rationem manifestam. Nam aut valet sententia pro bono iure; adeoque pro alimentis, & sumptibus litis pendente appellatione. Aut non appellatione pendente valet ipsa sententia pro extinctione litis ortæ iudicata.

Difficultas fuit, quod hæc alimenta pro modo facultatum iudicantur, & decernuntur. Et *SECVNDVS* fuit ordinatus ad titulum huius canonicatus, cuius fructus, redditus, & prouentus 24. Ducatorum auri de Camera valorem annuum non excedunt, maximè ad alimenta extraneis denegans omninò, † secus in litis sumptibus 9

secun-

secundum Costam *subsidiar, remed.* 100. *nu.* 13. *vers. temporalis modo* Couar. *practicar. quæst.* 6. *num.* 51. *versic. constat*, sanè *vbi de consuetudine Hispana cùm pluribus apud* Leocell. *pauper. priuileg.* 22. *num.* 61. & alios, qui primo requirunt, quod is sit filius, vel nepos, & mihi placebat, ne litigans adeò vltrà litis expensas, plus grauaretur præsum-
10 ptione boni iuris Aduersarii † ante sententiam, quàm probatione, & condemnatione post sententiam Merenda *controuers.* 28. *qui à num.* 6. distinguit primo inopiam cùm culpa, vel absque culpa alterius *lib* 5.

Tamen quia in generali comparatione, & maiori fa-
11 uore alimentorum, † quàm expensarum, (licèt ad alimenta Statuta, quàm ad statuenda, magis attinent) aliud placuit Surdus *dicta quæst.* 120. *nu.* 9. *vers. non etiam obstat, aliique se ita conferunt apud* Leoncell. *dicto priuileg.* 22. *dicto num.* 61. *vers. sed quod & sumptus*, & Rota *dicta dec.* 50. *nu.* 14. & Iustius in huiusmodi casu, vbi Aduersarius Aduersario prouidet tàm in expensis litis, quam in sumptibus alimentorum, quod ista prouisio fuit hic illi de rebus oblatis cui prouidetur, &c. nempè defectu dictæ
12 condicionis, † *quatenus Episcopo constitisset*, quod Petrus
13 Franciscus aliundè commodè viuere valeat, &c. † tamquam de proprio patrimonio, non de alio *l. vlt. C. de ordinat. cognit. & ibi ad litteram* Bald. *nu.* 4. *cum aliis apud* Surd. *dicta quæst.* 120. *nu.* 5. *vers. & ad text.* qui contendit adhuc eamdem subesse materiam, quando bona non fuere oblata agenti, sed constat de bono illius iure præsumptiuè *nu.* 9. *vers. nec mouet solutio Bald.*

Nec visus est probasse suam paupertatem *SECUNDUS* per ordinationem ad titulum canonicatus, qui potest ha-
14 bere suum laicum, & liberum Patrimonium, † & habere præsumitur cum diuite fratre alimenta quoque vt supra offerente. Et paupertas ad effectum se eximendi à præ-
15 statione alimentorum † probari debet ab allegante plenè, & concludenter, nec sufficiunt iuris præsumptiones, cum sit fundamentum exceptionis, vt adnotat Adden. ad Buratt. *decis.* 708. *numer.* 7. & *dicta decis.* 617. *numero* 14. & 15.

Denique Domini arbitrio etiam dato à Signatura arbi-
16 trati sunt dictam summam † consideratis considerandis ad benè notata à Domino Rubeo dicta *decis.* 217. *nu.* 103. *cum aliis allegatis*.

Et ità vtraque, &c.

In hac eadem causa alia est Decisio coram eodem R. P. D. Taia sub die 4. Februarii 1669. in qua supradicto Petro Francisco Resignanti fuit concessa reintegratio ad d. Canonicatum controuersum.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granatesi.

Regineñ Parochialis.

Veneris 1. Iunii 1667.

ARGVMENTVM.

Vniones beneficii cùm fieri debeant ad formam Sacri Concilii Tridentini non solùm non substinentur illæ, quæ eidem Sacro Concilio repugnant; verùm etiam possunt eædem absque solemnitatibus retractari ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato, quando prout hic illæ sine sufficienti, & necessaria causa factæ deteguntur, prout ex sequenti summario colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*
2 *Restitutio in integrum datur aduersus sententiam iniustam.*
Restitutio in integrum conceditur propter læsionem, numer. 2.
3 *Ecclesia præsumitur esse in suo Statu libertatis.*
4 *Ecclesiam esse de iure Patronatus declarare non potest Iudex, nisi de eo concludenter constiterit.*
de Iure Patronatus constare debet, vel ex fundatione, vel ex dotatione, vel ex possessione immemorabili, nu 4.
5 *Vnio repugnans dispositioni Sacri Concilii Tridentini substineri non potest.*
Sac. Conc. Trid. sess. 25. *cap.* 9. *de reform. traditur, & declaratur, nu.* 5. & 6.
6 *Ecclesiarum liberarum accessiones ad Ecclesias patronatus prohibentur à Sac. Conc. Trid.*
Ecclesiæ liberæ seruæ efficiendæ non sunt, nu. 6.
7 *Vnio sine causa quamuis facta sit attendi non debet.*
Vnio non substinetur sine euidenti necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, nu. 7.
8 *Vnionis causa non probatur ex sola assertione Ordinarii sed aliundè iustificari debet.*
Legis prohibitionem eludendi via aperienda non est num. 8.
9 *Vnionis causam sufficientem non efficiunt maior decentia Ecclesiæ, & incommoditas Parochi, & nu. seq.*
Necessitas ad effectum vnionis debet esse præcisa, & talis vt aliundè, ei prouideri non possit, numer. 9.
Parochiam, quod quis nolit acceptare, & Ecclesiæ in seruire sufficit pro causa vnionis eiusdem Ecclesiæ, num. 9.
10 *Cura animarum si antè factam vnionem fuit exercita in Ecclesia vnita, hoc ipsum excludit causam eiusdem vnionis factæ propter defectum exercitii eiusdem curæ.*
11 *Vnione secuta, Ecclesia vnita dismembrari non potest sine consensu, & citatione interesse habentium.*
12 *Sac. Concil. Tridentin. sess.* 7. *capit.* 6. *de reformat. traditur, & declaratur etiam supra, numer.* 11.
Episcopo vti delegatus Sedis Apostolicæ si non procedit per viam dismembrationis, potest Ecclesiam in suum pristinum statum reducere, numero 12.
Vnio facta sine causa potest ab Episcopo absque solemnitatibus retractari, nu. 12.

DECISIO CX.

PAROCHIALEM Ecclesiam S. Mariæ de Candelora, quæ asseritur fuisse de Iure patronatus Familiæ de Filocamis, Archiepiscopus olim Reginesi. in visitatione peracta de anno 1631. suppressit, & vniuit Ecclesiæ S. Andreæ cum translatione ibidem Curæ Animarum omniumque redditouum, & Iurium Parochialium. Propter quam vnionem prætendentes illi de Filocamo fuisse quoque translatum Iuspatronatus in ipsam Ecclesiam S. Andreæ, præsentarunt ad dictam Parochialem postremò vacantem Paulum Filocamum; sed denegata institutione per Modernum Archiepiscopum, imò declarata nulla dicta vnione, & omnibus in pristinum statum redactis, causa deuoluta fuit ad A. C. qui in primis declarauit Ecclesiam S. Andreæ esse de Iurepatronatus Familiæ de Filocamus, & mandatum de manutenendo in quasi possessione præsentandi concessit, & deinde omnia gesta per Modernum Ordinarium reuocauit, cum autem fuisset mihi per Signaturam commissa causa appellationis cum clausula de præfixione termini proposui de more dubium, an constet de re iudicata, vel potius de Causis restitutionis in integrum, & Domini responderunt non constare de re iudicata, sed de Causis restitutionis in integrum.

Quia Sententia A. C. laborat notoria iniustitia, † 1
quæ impedit rem iudicatam Eminentissimo Otthobono *decis.* 89. *numer.* 5. & *decis.* 43. *numer.* 1. & 2. *par.* 6. *recent.* & aduersus eam ratione læsionis † semper datur restitutio 2
in integrum, Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 34. *artic.* 7. *numer.* 37. & *quæst.* 36. *numer.* 10. Rota coram Reuerendissimo Royas *decision.* 114. & *decis.* 46. *numer.* 1. *part.* 10. *recent.*

Iniustitia est euidens, quia cum ex instrumento vnionis, in quo Paulus se fundat appareat Ecclesiam S. Andreæ ante factam vnionem fuisse in suo primæuo statu libertatis

3 bertatis prout † etiam in dubio præsumendum est Rocc. de Curt. *de Iurepatr. verb. Ecclesia quæst.* 1. *num.* 1. Put. *dec.* 192. *nu.* 3. *lib.* 1. *dec.* 349. *nu.* 1. *cor. Penia*, *& dec.* 611. *nu.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *recent.* Non poterat A.C. declarare illam esse de Iurepatronatus Familiæ de Filocamis, nisi prius de il-
4 lo constaret plenè, & concludenter, † vel ex fundatione, vel dotatione, vel possessione immemorabili præsentandi, vt dixit Rota coram Seraph. *decis.* 312. *numer.* 6. *& decision.* 1367. *numer.* 5. *& coram Penia decision.* 349. *num.* 3.

Neque ad hunc effectum suffragari visa fuit vnio facta
5 per Archiepiscopum Antecessorem de anno 1631. † Quia illa non potest substineri vti repugnans dispositioni Sacr. Conc. Trid. *sess.* 25 *cap* 9. *de reform.* vbi expressè prohibentur accessiones de Ecclesiis liberis, ad Ecclesias patrona-
6 tas, † ne quæ liberæ sunt efficiantur seruæ, vt notat Barbos. *in Collect. ad d. Conc. d. c.* 9. *sess.* 25. *de reform. nu.* 83. Leon. *in Thes. for. Eccles. p.* 2. *c.* 16. *nu.* 14. Viuian. *de Iurepatr. par.* 3. *lib.* 14 *c.* 5. *nu.* 8. *& nu.* 40. Rot. *dec.* 318. *nu.* 5. *& seq. par.* 5. *rec. & in Mediolanen. Beneficiorum* 10. *Februarii* 1659. §. *Minus cor. Eminentiss. Celso*. Eoque fortius, quia fuit effectuata absque causa præcisè necessitatis, vel euidentis vtilitatis
7 Ecclesiæ, † sine quibus vnio non substinetur ex latè congestis per Adden. *ad dec.* 576 *nu.* 81. *& seq. p.* 4. *tom.* 3. *rec. & firmatum fuit in Lucana Vnionis* 15. *Iun.* 1650. *& in dicta Mediolanen. Beneficiorum* 26. *Ian.* 1654. 31. *Maii* 1658. *&* 10. *Febr.* 1659. §. *si quidem cor. Eminentiss. Celso*.

Non obstant causæ expressæ in ipsa vnione, nempè quod Ecclesia S. Mariæ de Candelora carebat Sacrario, erat exigua, & incommoda pro exercenda Cura Animarum. Quia vltrà quod prædictæ qualitates non probantur ex sola assertione Ordinarii, sed aliundè sunt iustifi-
8 candæ, † ne aperiatur via eludendi prohibitionem legis Card. Otthob. *dec.* 6. *num.* 13. *& in Narnien. Vnionis* 1. *Iulii* 1643. *cor. bon. me. Bichio, & in dicta Mediolanen. Beneficiorum* 26. *Ianuarii* 1654. §. *Quod adeò cor. Eminentissimo Celso*, illæ non respiciunt vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ, sed tantùm eius maiorem decentiam, & Parochi incommoditatem, quæ satis non sunt ad vnionem substinendam,
9 sed adhunc effectum necessitas debet esse præcisa, & talis, vt non inueniatur, qui velit Parochiam acceptare, & Ecclesiæ inseruire Menoch. *consil.* 402. *nu.* 87. *&* 88. *lib.* 1. Lotth. *de re benef. lib* 1. *qu.* 28. *nu.* 39. *cum seqq. & alii relati per* Adden. *ad dec.* 576. *nu.* 81. *cum seqq. par* 4. *tom.* 3. *rec. & in dicta Lucana Vnionis* 15. *Iunii* 1650. De hoc autem in præsenti non constat, imò contrarium apparet ex eo, quod à mul-
10 to tempore ante factam vnionem † Cura Animarum fuit exercita in dicta Ecclesia S. Mariæ, vt aduertit Rot. cor. Greg. *dec.* 419. *ibique* Adden. *nu.* 6. *& perpensum fuit in dicta Lucana Vnionis* §. *in præsenti*.

Minus releuat, quod post effectuatam Vnionem non potuerit Modernus Archiepiscopus Ecclesias coniunctas
11 dismembrare † absque consensu Capituli, citatione rectoris, & aliorum interesse habentium Rota cor. Card. Otthob. *dec.* 6. *nu.* 6. *& seq. & dec.* 224. *pa.* 10. *rec.* Quia is non processit per viam dismembrationis, in quibus terminis procedunt dd. decisiones, sed per viam reductionis in pristinum statum Ecclesiarum; quæ nulliter vnitæ fuerant,
12 vt patet ex eius decreto, † quo casu tanquam Sedis Apostolicæ delegatus potuit absque aliis solemnitatibus, & causa vniones retractare ex dispositione Sacr. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. *de reform. & tradunt* Oldrad. *consil.* 262. *nu.* 1. *&* 5. Ciarlin. *controu. forens. cap* 213. *nu.* 5. Tamburr. *de Iure Abbat. disput.* 15. *nu.* 2. Lotther. *de re benef. qu.* 28 *nu.* 146.

An autem Iuspatronatus probetur saltem respectu Ecclesiæ S. Mariæ de Candelora de qua loquuntur omnes præsentationes in Summ. Pauli datæ Dixerunt Domini non cadere sub præsenti disputatione.

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R.P.D. Ottalora sub die 11. Maii 1668. quę infra suo loco, & tempore apponetur.

REVERENDISSIMO ALBERGATO DECANO.

Perusina Dotis.

Veneris 1. *Iulii* 1667.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo congrua dicatur Dos, in hac Decisione resoluitur, vbi primo loco illius competentia desumitur à quantitate legitimæ; deinde verò à consuetudine familiæ, quæ plurimum in hac materia attenditur, maximè quando, prout hic concurrit solitum familiæ vtriusque Sponsi.

SVMMARIVM.

1 *Dos congrua iudicatur, si correspondet portioni legitimæ, & nu. seq.*
Amplia & fortius si secedit eamdem legitimam ibidem.
2 *Dotis congruitas etiam attento statuto Perusino desumitur à quantitate, & portione legitimæ.*
3 *Dotis competentia desumitur ex consuetudine ipsius familiæ.*
Amplia, & fortius si concurrit consuetudo familiæ vtriusque Sponsi, ibidem.
4 *Dos eadem debetur vni filiæ, quanta alteri filiæ fuerit tradita.*
Æqualitas seruanda est inter filios, nu. 4.
Inuidia vt non sit inter sorores, dotatas Pater efficere debet, nu. 4.
5 *Relatio periti allegati suspecti remanet nulla.*
6 *Iudex quando possit eligere peritum ex officio.*
Peritus eligendus est ad formam statuti, nu. 6.

DECISIO CXI.

AD terminos statuti Perusiæ, exclusa Philena à successione Patris, prout in Decisione, * & sententia coram me, alterius in partibus confirmatoria, assumpta fuit disputatio super congruitate Dotis, quam hodie Domini in scutis tribus millibus, computatis tamen bonis maternis taxandam esse censuerunt.

Congruitas huius summæ ex duobus potissimum fundamentis deducta fuit; Primò ex eo, quod attento valore status firmato per peritos vtrinque electos in scut. 17279. dicta quantitas visa est satis superque legitimam excedere; cùm tamen congrua æstimari soleat ea dos, quæ † ipsi le- 1
gitimæ correspondet *ad textum in auth. res quæ C. commun. de legat.* Decian. *consil.* 181. *sub nu.* 5. Mantica *de tacitis, & ambiguis conuention. lib.* 12. *titul.* 22 *num.* 31. & in terminis
† statuti Perusini Laderch. *consil.* 135. *num.* 5. Eugen. *cons.* 2
3. *num.* 14. *lib.* 2. & dixit Rota coram Buratto *dec.* 844. *num.* 11. *in recent. dec.* 331. *numer.* 7. *parte* 10. *& in Romana rescissionis transactionis* 14. *Ianuarii* 1653. §. *Patrimonium, & in Auximana dotium sub eadem die* §. *primo cor. me, & nouissimè in Verulana bonorum* 23. *Iunii* 1666. §. *tamen in taxanda cor. R.P.D. meo Triolo*.

Secundo ex solito, & consuetudine familiæ tàm ex parte ipsius mulieris, quàm ex parte Viri; siquidem probatum fuit Adrianam sororem ipsius Philenæ in dotem paritèr computatis maternis habuisse scuta tria millia; Familiam verò Geloniam, in qua natus est Alexander Vir, scuta tantummodò duo millia, & trecenta; Ex solito autem, & consuetudine familiæ † competentiam 3
dotis desumi tradiderunt Decius *consil.* 26. *num.* 4. *versic. & satis arguitur*, Soccin. Iunior. *consil.* 55. *num.* 6. *&* 7. vbi tantam ait deberi dotem filiæ, quantam pater alteri filię tradidit, † vt non sit inter sorores inuidia, & seruetur 4
æqualitas, quod dictum reassumpsit Peregr. *cons.* 71. *num.* 10. *lib.* 1. Fontanell. *de pact. nuptial. clauf.* 5. *gloss.* 8. *part.* 1. *sub nu.* 21. *&* 80. *fol. mihi* 98. *&* 104. *volum.* 2. Borgnin. *decis.* 5. *nu.* 99 *parte* 3. Thesaur. *decis.* 192. *num.* 1. Fusar. *de substitution. quæst.* 531. *nu.* 166. & pluriès seruauit Rota, & si-

gnantèr

gnanter apud Merlin. *dec.249. num.17. & decis.293. num.6. in recentior. decis.49. nu.2. & seqq. parte 6.* & pluribus aliis adductis in *Romana Dotis 14. Iunii 1658. §. penultimo, & in Rauennaten. Dotis 21. Iunii 1660. in princ.cor.me.*

Non obstat vnicum obiectum partis, quod nempe Lancellottus Peritus, qui pro ea retulit fuerit allegatus suspectus, † & sic æstimatio remanserit nulla.

5 Quoniam de hoc nullibi constat, sed solùm quod Philena in suum peritum elegerat Hectorem extraneum, recusando omnes alios, cui hæc pars se opposuit indicando tres attinentes ad formam statuti Perusini eligendos, qui deindè non fuerunt recusati, sed alter eorum, nempè dictus Lancellottus fuit à Iudice deputatus, & deindè citata parte confirmatus cum præfixione termi i vnius mensis, *vt in Summ. num.7.* quod quidem Iudex ex officio facere potuit, non † obstante generali recusatione, dum Philena, vt supra, induxerat Hectorem, qui non erat de attinentibus, prout requirebatur ex statutaria dispositione sub *rubr.25. §. item dicimus.*

6

Et ità vtraque, &c.

Decisio, quæ supra in hac causa emanauit cor eodem Reuerendiss. D. Albergato est in Decimatertia parte Recentiorum in ordine decis.200.

R. P. D. CARPINEO.
Postea S. R. E. Cardinali.

Petusina Dotis.

Veneris 1. Iulii 1667.

ARGVMENTVM.

Quoniam statutum Perusinum *rubrica 45. titulo de dotibus, & dotatis mulieribus* excludit dotatas à successione dotantium; huiusmodi qualitatem de tempore exclusionis requiri in præsenti Decisione tractatur. Hinc plura de dotatione mulieris ex bonis fideicommissi ad vulgatam *auth. res quæ* in eadem Decisione discutiuntur, prout etiam quando legatum Dotis relictum ab auo nepti, dicatur potius factum contemplatione neptis, quàm ipsius patris.

SVMMARIVM.

1 *Dotationis qualitas requisita à statuto ad effectum excludendi fœminas debet necessariò existere de tempore delatæ successionis.*
Fœmina, vt à statuto dicatur exclusa, debet esse dotata de tempore successionis, & quando, numer. 1. & seqq.
2 *Fœmina non dotata de tempore successionis, si non exindè à statuto excluditur, non amittit ius successionis ex superuenienti dotatione.*
Dotatio superueniens an sufficiat ad exclusionem fœminæ à successione, nu.1. & seqq.
Successionis ius quæsitum non amittit fœmina ex superuenienti dotatione, nu. 2.
3 *Lex, vel statutum si vetant aliquid de nouo acquiri, non prohibent acquisitionem iam factam retinere.*
Statutum Perusinum rubrica 45. tit. de dotibus., & dotatis mulieribus traditur, & successiuè declaratur per totam decis.
5 *Qualitas, quæ est causa exclusionis mulieris, quando inesse, vel cessare sufficiat.*
6 *Infans dicitur adire hæreditatem matris, si pater dotem penès se retineat.*
Aditio hæreditatis maternæ ex quibus in infante deducatur, nu. 6.
Hæreditas matris in illius dote consistit, nu 6.
7 *Pater intelligitur dotem filiæ constituere de suo patrimonio, quamuis aliud in dotando expresserit, & nu 9.*
8 *Patris inopia non dicitur probata ex sententia reportata à filiis contra creditores illius super existentia, & subiectione bonorum fideicommissi.*
9 *Pater diues probatur etiamsi sola bona fideicommissi possideat, quoties illi detractiones competunt.*
Pater possidens bona fideicommissi, super quibus detractiones habebat, constituendo dotem filiæ, de suis bonis illam dotasse dicitur, num. 9. & supr. numer. 7.
10 *Pater non dicitur inops etiamsi sola bona fideicommissi possideat, quia ex illis filiam dotare non prohibetur.*
11 *Pater an possit ex bonis fideicommissi dotare filiam habentem dotem maternam, vel alia bona aduentitia, & nu.seqq.*
13 *Dos assignari debet filiæ ex bonis fideicommissi, etiamsi illa bona propria possideret, quoties ex præcepto Testatoris dotatur.*
14 *Dos ex præcepto Testatoris constituenda non dicitur debita ex remedio subsidiario.*
15 *Bona assignanda filiæ pro dote ex præcepto Testatoris non compræhenduntur in fideicommisso ab eo postea instituto.*
Dos ex præcepto Testatoris constituenda subtrabitur ex bonis fideicommissi tamquam legatum, nu. 15.
16 *Dos legata ab auo non dicitur profectitia.*
Dos vt dicatur profectitia legari debet patri non filiæ, nu. 16.
17 *Legatum à semetipso præstandum non substinetur.*
18 *Legatum Dotis nepti ab auo relictum, & à patre præstandum, vt substineatur, aduentitium dicitur.*
Dotis legatum relictum ab auo nepti, eique à patre præstandum, dicitur relictum contemplatione ipsius neptis, nu.18
19 *Legatum Dotis relictum ab auo nepti, quando potius contemplatione ipsius neptis, quàm patris censeatur factum.*
20 *Statutum mandans, quod si pater dotat filiam ex bonis paternis, & maternis, hoc intelligatur pro dimidia, quomodo explicetur, & nu seq.*
21 *Filia à patre dotata de bonis paternis, & maternis, intelligitur pro medietate de bonis vtriusque, si dotatio viuente matre fuerint secuta.*
22 *Decisio 590. par.1. recent in quibus terminis procedat.*
23 *Statutum loquens de successione patris, & aui non habet locum in successione matris.*

DECISIO CXII.

SENTENTIA lata à Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, in qua concessa fuerat immissio Com. Scipioni de Oddis nepoti ex Irena filia Contessinæ Borboniæ super bonis in vocabulo Pescara, à Iacobo de Vbaldis pro restitutione dotis eiusdem Comitissæ auiæ hipothecatis tamquam valida, & iusta, & in iudicatum exinde transacta fuit mediante alia sententia Rotali coram R. P. D. Verospio executioni demandata. Cum autem de Iuribus istius in tertia instantia per me in locum Reuerendiss. Episcopi Gerundesi, hodie dubitatum fuit Domini pro confirmatione responderunt.

Quoniam illius validitate à DD. Carolo, & Iacobo Iuniore de Vbaldis informantibus non impugnata, minusque controuersis legitimatione personarum, & extremis ad hanc immissionem in Saluiano obtinen. requisitis, solùm excitata fuit differentia super intelligentia *Statuti Perusini in tit. de dotibus, & dotatis mulieribus rubrica 45.* in cuius principio disponitur, quod quælibet mulier dotata à patre, vel à matre, vel alio quocumque ascendente de bonis, vel rebus propriis dotantis, non possit admitti, vel reuerti ad hæreditatem, vel successionem alicuius personæ dotantis; inferentes ex hoc, quòd cum Irena, à qua causam habet D. Scipio de Oddis, & successiuè D. Marchio Franciscus de Cappulis fuisset à Iacobo patre vsque ab anno 1623. in scutis 5000. de bonis paternis, maternis, & auitis dotata succedebat, Dilemma ab ipsis informantibus habitum pro ineuitabili, quod vel illa, quæ vigore statuti ob dotem, & per existentiam Tibetii fratris remanserit ab hæreditate patris penitùs exclusa, vel si attenta patris inopia, nihil præter bona fideicom. subiecta possidentis ex dispositione ipsiusmet statuti in *§. item si quis*, dici potuerit fuisse pro medietate in bonis maternis, & pro alia medietate dotata in auitis; sequeretur, quod immissio concessa pro scut. 4390 remanserit excessiua, quia ex scut. 5000. in dotem habitis attribuendo ratam scutorum 2500. bonis maternis,

ternis, non poterat deindè consequi, nisi reliqua scuta
1890.

Sed vtriusque argumenti in dilemmate contenti facilis
fuit dissolutio; nam primum dissoluebatur ex iis, quæ
in proposito scripsit Roman. *in consf. 442. numer. 1. & seqq.*
& in terminis huius statuti Corn. *consf. 74. numer. 7. libr. 1.*
1 *& 300. numer. 2. libr. 4.* † vbi quod qualitas dotationis à
statuto requisita ad effectum excludendi fœminas debet
necessariò existere de tempore delatæ successionis; Cùm-
que per obitum Contessinæ secutum de mense Maii 1615.
Irena non solùm dotata non existeret, sed nec esset certa
2 de dote † non poterit ex superuenienti dotatione perdere
ius quæsitum in dicta Matris hæreditate, vt videtur sen-
sisse Bald. *in l. non siue 5. numer. 2. Cod. de bonis, quæ à li-
ber.* & notat Angel. *in l. sciendum, §. fin. ff. qui satis dar.*
3 *cog.* † Dispositio enim legis, vel statuti vetant aliquid de
nouo acquiri, non prohibet iam acquisitum retinere, vt
ponderat in proposito Iason. *in l. 1. §. veteres numer. 33. ff.
de acquir. poss.* & consuluit Bart. *consil. 31. numer. 33. in*
4 *fin. lib. 1.* Cornel. *consf. 94. numer. 13. lib. 2.* † & in punctua-
libus terminis articulo plenè discusso Rota *in Perusina
successionis de Alphanis 1. Februarii 1634. coram bon. me-
mor. Dunozett. relat. post* Gilian. *ad statutum Perusinum in
verbo successio pagin. 266. & inter recent. decision. 264. par-
te 6.*

Et quamuis in terminis statutorum; quidquid forsàn
dicendum esset de iure communi, sufficiat, quod tem-
5 pore delatæ successionis cesset illa qualitas, † quæ est cau-
sa exclusionis, vt declarat Corn. *dicto consf. 94. nu. 13. vers.
sed tandem libr. 4.* nihilominus in casu nostro cessat etiam
omnis difficultas, quia dubitari non potest, quin Irena
6 tunc infans maternam hæreditatem adiuerit † pater do-
tem, in qua tota hæreditas consistebat penes se retinuit,
*ad text. express. in leg. qui in aliena, §. si non adierit, ff. de
acquir. hæred* Bart. *in l. gerit num. 38. §. eodem, & consil.
129. numer. 2. lib. 1.* Natt. *consf. 74. numer. 10.* Corn. *dicto
consil. 94. numer. 8. libr. 2.* Rota *decis. 421. numer. 7. coram
san. mem. Greg. XV. & decis. 127. num. 3. par. 4. tom. 3. rec. &
latius in Interamnen. vsusfructus 18. Iunii 1649. coram Re-
uerendissimo Decano relat. post* Salgad. *in ordine 30. nume-
ro 18.*

Maiori facilitate diluitur altera pars dilemmatis con-
sistens in eo, quod consecuta fuit Irena portionem ma-
ternæ hæreditatis; repugnat enim clara iuris dispositio
7 sancientis † patrem de suo patrimonio intelligi dotem
constituisse, quamuis aliud in dotanda expresserit, iuxta
notabilem *tex. in l. fin. C. de dot. promiss.* & quamuis tunc
demum dicta Iustiniani decisio procedat, quando iste pa-
ter substantias idoneas possideat, quod contendunt in
proposito casu Scribentes pro DD. de Vbaldis; tamen
non applicatur responsio, quia afferta patris inopia dici
non potest sufficienter probata ex sententia à filiis eiu-
8 sdem reportata contra illius creditores, † in qua etiamsi
declaratum fuerit bona ibidem expressa ex fideicommisso
per Tiberium seniorem ordinato ad filios Iacobi tam-
quam vocatos spectasse; nihilominus hoc non concludit
Iacobum alia bona, quam fideicommissaria tempore do-
tationis non possidere, imò ex hoc ipso satis diues appa-
ret, dum ex pingui fideicommisso dotis maternæ, & le-
9 gitimæ, illi detractio competebat; † itaut locus esse
possit dictæ decisionis Iustiniani, vt ibidem tradunt com-
muniter *Scribentes*, & dixit Afflict. *decision. 179. numer.
1.* Ioseph. Ludouic. *decision. Perusin. 20. numer. 16. & seqq.*
Matt. *med. dec. Senensi 57. num. 2.* & alii relati per Ciriac.
contr. 40. nu. 10

Insuper quando etiam alia bona libera pater non habe-
ret; tamen ad effectum, de quo agitur, constituendi
scilicet dotem filiæ à fideicommittente descendenti nun-
10 quam inops reputabitur, † quia facultate illi à lege tri-
buta *in Auth. res quæ*, poterat bona fideicommisso sup-
11 posita distrahere, vel in dotem assignare, † licèt filia bo-
na materna, vel alia aduentitia possideret, vt benè exami-
nato articulo firmat, & contrariis iudicat Fusar. *in consf.
7. ferè per tot.* & repetit a *quæst. 531. num. 144. cum pluribus
seqq.*

In qua conclusione si aliquis fortè suspectus adesset ob
12 auctoritatem Rotæ *in decis. 737. part. 1 diuers.* † cui co-
natur respondere Fusar. *locis allegatis*, & in *decis. 49 par.
6. recent.* remaneret penitùs sublatus ex præcepto à fidei-
committente Iacobo filio iniuncto Irenam supradictam
13 competenter dotandi, † hoc nempè casu etiam dotanda
foret, quamuis haberet bona materna, vel aduentitia,
quia ex bonis fideicommisso suppositis deficientibus bonis
liberis patris, dos esset detrahenda, vt declarat idem Fu-
sar. *dicto consf. 7. nu. 18. vers. respondetur*, & clariùs *in cita-
ta qu. 531. nu. 151.*

Et ponderarunt etiam DD. quod dos in proposito casu
non erat debita remedio † subsidiario, de quo loquuntur 14
dictæ decisiones 737. part. 1. diuers. & 49. par. 6. recent. Sed
ex voluntate fideicommittentis, quæ Irenam neptem à
se cognitam; nominatim à Iacobo patre de bonis ipsius
mandauit competenter dotari; & proinde bona in dotem
assignanda non comprehenduntur in fideicommisso postea
instituto; † sed ad instar legatorum veniebant subtrahen- 15
da, *ad text. in l. mulier, §. cum proponeretur, vbi gloss. in
verbo decedere, ff. ad S. C. Trebell.* Castrens. *consf. 102. sub
numer. 2. vers. sed hic Testator mandauit lib. 3.* Cephal. *consf.
445. numer. 48.* & apertiùs Simon. de Pret. *de interpret.
vltim. volunt. dubit. 12. numer. 2.* & voluit Rota *in casu for-
tiori decision. 477. numer. 2. vers. vltim. non obstat parte 4.
diuers.*

Additur præsertim, quod Testator instituto Iacobo fil.
hærede vniuersali ab eo dotem nepti legauit, tunc enim
dos non dicitur profectitia, † quia si talis esset patri intel- 16
ligeretur relicta, *l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg.
& pupill.* & legatum exinde corrueret, † cum à se ipso 17
pariter legatum esset, *l. planè la prima, §. si duobus, ff. de
legat. primo*; sed vt legatum substineatur, aduentitium
dicitur, † & ipsiusmet neptis contemplatione relictum, 18
& ex bonis fideicommissariis eiusdem aui debitum, vt
subtiliter ponderat in his præcisè terminis Ruin. *consf. 73.
num. 3. & 4.* & dicit, & præclarissimè ad coniecturam Ce-
phal. *consf. 485. nu. 52. vsque ad 60.* & sequitur Mangil. *de
imputat. qu. 22. nu. 13.*

Quod continuatur etiam ex eo, quod voluit Irenam
de bonis Testatoris quidquam petere non posse etiam ex
capite reintegrationis in defectum lineæ masculinæ illis
ex iure municipali competentis; † hoc enim modo lega- 19
tum dotis potiùs in comprehensione exclusionis, quam
intuitu filii censetur relictum, & aduertit idem Cephal.
consil 475. numer. 34. vers. secundo coniectura, & sequi-
tur Honded. *consil. 90. numer. 10.* & ista pro vera, & soli-
da post Menoch. *de præsumpt. libr. 3. præsumpt. 17. numer.
13.* sequitur Merlin. *de legitima libr. 2. tit. 3. quæst. 9. num.
10. & 11.*

Huic denique iuris dispositioni ex facto recensito con-
firmatæ non aduersatur altera eiusdem statuti dispositio
in d. rubr. 45. §. item si quis &c. † declarans, quod si pater 20
asserat dotasse de bonis paternis, & maternis, dos intel-
ligatur pro dimidia quorumcumque constituta, adeò vt
dotata ab hæreditate vtriusque excludatur, quia vt benè
respondet *decisio Reuerendi Patri Domini Verospii in §. fin.*
hoc totum procedit quoties dotem filiæ pater constituit
viuente matre, quod † etiam sequentia verba eiusdem 21
statuti videntur innuere ibi: *declarantes tamen, quod per
hoc non intelligatur, quod mater, vel auia cogantur in ea-
dem vita aliquid dare, & in his terminis procedit* † *dec. 590.
par. 1. rec.* vt ponderauit in specie Rota *in sæpè citata Pe- 22
rusina successionis de Alphanis 264. par. 6. rec.*

Nec contrariùm disponit idem statutum in alio §. *eius-
dem rubricæ item si aliquis &c.* permittendo fratribus etiam
fœminas in vita dotandi, & illas sic dotatas omni succes-
sione ascendenti, ac etiam à facultate petendi fructus pro
rata hæreditatis excludendi, quia placuit responsio eiu-
sdem *dec. 264. nu. 19.* † quod ibi statutum loquitur de suc- 23
cessione patris, & aui, & proinde neque ex ratione in-
demnitatis extendi debeat ad successionem matris, ad
tradita communiter per *Scribentes in l. illam, C. de collat.*
& in his terminis, scilicet paternæ successionis procedit
*decisio Perusina successionis 26. Aprilis 1660. §. 1. cum seqq.
cor. R. P. D. Albergato*, vt distinguendo inter vtrumque
casum obseruatum fuit *in dec. R. P. D. Verospii, §. nec dis-
positio.*

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISSIMO DOMINO CERRO
S. R. Decano.

Postea S.R.E. Cardinali.

Aquilana Beneficii.

Veneris 1. Iulii 1667.

ARGVMENTVM.

Materiam liquidationis fructuum à die motæ litis fauorem gratiosè subrogati Apostolici præsens Decisio complectitur, etiam in eo casu, quo quis post suam subrogationem obtentam non statim litem fuerat prosecutus, sed per plures annos siluerat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus à die motæ litis debentur ab eo, qui ad illorum restitutionem fuit in sententia condemnatus, & num. seq.*

2 *Condemnatio ad fructus à die motæ litis fit in omni iudicio.*

Possessor efficitur malæ fidei propter motionem litis, num. 2.

3 *Fructus à die primæ litis debentur gratiosè subrogato, etiam quod ille non immediatè litem fuerit prosecutus.*

Lis per mortem possessoris beneficii non extinguitur sed transit in gratiosè subrogatum, nu.3.

4 *Testibus optimè informatis, & reddentibus optimam causam scientiæ deferendum est.*

5 *In liquidatione fructuum leuiores requiruntur probationes.*

DECISIO CXIII.

INtroducta coram me lite in Rota pro parte Iulii Cæsari Iannutii Prouisi Apostolici contra Seminarium Aquilanum super beneficio, de quo tunc agebatur, ille præuia decisione * edita sub die 17 Maii anni 1662. obtinuit sententiam pro adiudicatione beneficii, per cuius obitum fuit gratiosè subrogatus Kalendis Octobris eiusdem anni 1662 non solùm ad ius, & possessionem, sed etiam ad prosequutionem litis Ioannes Baptista Valicastrus, qui præcedente alia decisione sub die * 13. Maii anni 1655. à me obtinuit sententiam super executione eius gratiæ, & respectiuè immissionem cum condemnatione Seminarii ad restitutionem fructuum à die motæ litis, super quibus hodie restringitur tantùm disputatio; Ideò super hoc proposito à me dubio, An, & pro qua summa sit relaxandum mandatum, ipso solum informante, responsum fuit relaxandum esse, & pro summa scutorum 49. 65.

Etenim dubitari non potest quin fructus debeantur, cùm Seminarium fuerit expressè in sententia condemna-
1 tum ad illorum restitutionem, † & est regulare in omni
2 iudicio fieri condemnationem in fructibus à die motæ † litis, cùm ex hac possessor in mala fide, *l. certum 22.C. de rei vindicat. l.2. C de fructib. & litium expensis, l. sed etsi lege §. ante*, vbi *gloss. ff. de petit. hæredit.* & dixit Rota coram Buratt. *dec 449. nu 2.*

Debentur autem à die prouisionis Valicastri, quæ fuit prima Decembris anni 1662. vsque ad diem quintam Iulii anni 1665. qua adeptus fuit possessionem, non obstante quod ipse non fuerit litem prosequutus, nisi de dicto an-
3 no 1665. † ea ratione, quia lis non fuerit per obitum Iannutii extincta, sed in eum transierat vigore subrogationis factæ etiam ad litis prosequutionem, vt latè firmat Mohedan. *dec.3. nu 2. vt lite pendente*, & tradit etiam Loter. *de re beneficiar lib.2. qu.20. nu.169.*

Quo verò ad summam sufficiens probatio resultat ex testibus relatis *in Summario num.2.* qui deponunt, Seminarium à dicto tempore, vsque ad dictam diem exegisse in pecunia scuta tresdecim, & ba. 20. pro affictu vnius prati, & vineæ, & similitèr ab Alberino affictuario aliorum stabilium Beneficii recepisse nonnullas salmas frumenti, & leguminum, quorum valor ascendit ad scuta triginta sex ba. 35. *dicto Summ. nu 5.* † Quibus testibus, vti 4
benè informatis, & reddentibus optimam causam scientiæ tàm circa quantitatem, quàm circa valorem eorumdem fructuum apprimè deferendum est in hac materia,
† vbi etiam leuiores probationes admittuntur Rota cor. 5
Card. Seraphin. *dec. 955. nu. 3. & 8. cum aliis allegatis in Comen. beneficii 18. Febr. 1661. cor. R.P.D. meo Priolo, & in Callien. Prioratus 1. Iulii 1663. cor. R.P.D. meo Emerix in §. valor verò &c.*

Et ità altera tantùm.

Alterà tantùm Decisio ex duabus in hac Causa emanatis habetur impressa in præcedenti parte XIV. Recent. quæ est in ordine dec.278. Aliam verò editam sub die 17. Maii anni 1662. in Appendice Decisionum prætermissarum apponere curabimus.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Beneuentana Vicariæ.

Veneris 1. Iulii 1667.

ARGVMENTVM.

Quod executio sententiæ concessa infra termini ad appellandum fuerit attentata, in præsenti Decisione resoluitur; etiam si agatur de sententia lata super Beneficio Parochiali, quæque ad huc fuerit pronunciata in vim literarum Apostolicarum, & demùm quod causa fuerit commissa cum clausula, *sine præiudicio earumdem literarum.*

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta infra terminum ad appellandum dicitur attentata.*

2 *Appellatio suspensiua non admittitur à sententia lata ab Executore literarum Apostolicarum, & num. 4. vbi vide.*

3 *Appellatio suspensiua non admittitur in causa Beneficii Parochialis, & quando, vide num. seq. & nu. 10. cum seq.*

4 *Literæ Apostolicæ* in forma dignum, *an recipiant appellationem.*

5 *Clausula*, dummodo alteri non sit ius quæsitum, *& clausula*, amoto, *quid operentur, & infra nu. 14.*

6 *Executor efficitur mixtus ex clausula*, dummodo, *& ex clausula*, amoto &c.

7 *Appellatio suspensiua datur à sententia mixti Executoris.*

8 *Executio concessa ab Executore mixto pendente appellatione dicitur attentata.*

9 *Executor merus, efficitur mixtus vbi alius etiam est prouisus in possessione existens.*

Possessor Beneficii dicitur legitimus contradictor, numer. 9.

10 *Parochialis Ecclesia vbi confertur, an, & quando detur appellatio suspensiua, & sup. num.3. & 4. & infra nu. seq.*

Appellatio suspensiua non datur mala electione examinatorum, nu.10.

11 *Sententia super Parochiali pronunciata, quando recipiat appellationem, & supra numer. 3. 4. & 10.*

12 *Appellatio admittitur etiam in casu prohibito, quoties fuerit processum mediante tela iudiciaria.*

13 *Decisio Bichii 275. traditur, & declaratur.*

14 *Clausula*, dummodo alteri non fuerit ius quæsitum, *facit Executorem mixtum, & vide supra nu.5.*

15 *Executio sententiæ facta infra terminum ad appellandum quomodo reuocari debeat stante commissione causæ* sine præiudicio literarum Apostolicarum.

Clau-

Clausula, sine præiudicio litterarum Apostolicarum, *quando impediat reuocationem executionis factæ infra tempus ad appellandum*, nu. 15.

DECISIO CXIV.

ANDREAS Frisella prouisus ab Ordinario Beneuentano de Vicaria perpetua Parochialis Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciatæ Terræ Petræ fusorum vacante per obitum Camilli Villani extra Romanam Curiam defuncti de mense Septembris 1565. & postquam adeptus est illius possessionem, aduersus eum insurrexit Guglielmus Pastor, ex eo quod eadem Vicaria sub nominatione Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Bartholomei Beneuenti auctoritate Apostolica ipsi collata fuerat, & coram Reuerendissimo Nuncio Neapoli degente, cui litteræ Apostolicæ erant directæ, obtinuit sententiam fauorabilem, quod intra tempus, quod datur ad appellandum cum possessione subsequuta, executioni demandari procurauit, à quo iudicio causa mihi commissa, antequam super meritis procederetur proposui dubium, An constet de attentatis, quod affirmatiuè per DD. resolutum est.

Cum enim sententia prolata fuerit die 3. Martii 1666. Summario Andreæ *num.* 2. & die 10. eiusdem capta possessio, d. Summ. *num.* 6. pendente termino ad appellandum,

1 † absque dubio inexcusabili attentatorum vitio facta fuit obnoxia, iuxta *text. cap. non solum, vbi gloss. in verbo innouata de appellat. in 6.* Rota cor. Greg. *dec.* 91. *co.* Buratt. *dec.* 59. *vtrobique nu.* 4. *cor.* Mantic. *dec.* 324. *num.* 2. *& 3. & in recent. decis.* 45. *num.* 11. *decis.* 60. *num.* 2. *dec.* 466. *nu* 1. *par.* 9.

Non obstat, quod à sententia executoris litterarum

2 Apostolicarum regulariter non † detur appellatio suspensiua, Carill. *dec.* 15. *nu.* 2. *& dec.* 112. *num.* 6. *&* 24. eoque

3 magis, quod agitur de Ecclesia Parochiali, † quo casu denegatur appellatio suspensiua ex decreto S. Conc. Trid. *cap.* 18. *sess.* 24. *de reform. & ex Constitut.* 5. *san. mem. Pii V. Bull. nou. tom.* 2. *in ordine la* 33. §. 8.

Quia prædicta locum habent, vel in beneficio reseruato, vel in mero Executore, vel in litteris, quæ emana-

4 runt motu proprio; † At in præsenti casu nullum ex prædictis adest, sed solum agitur de litteris Apostolicis, quæ fuerunt commissæ *in forma dignum*, & habent in ventre clausulas, *dummodo de tempore datæ præsentium non sit al-*

5 *teri ius quæsitum &c. & Amoto &c. d. Summ. nu.* 3. quæ † faciunt Executorem mixtum, vt in simili respondit Rota coram Greg. *dec.* 413. *nu.* 4. *cor. Buratt. decis.* 651. *num.* 4. *vbi adden. & coram Duran. dec.* 414. *num.* 2. à cuius senten-

6 tia † datur appellatio suspensiua, Staphil *lit. grat. in tit. de nou. forma mandat. num.* 3. *cum deduct. apud* Adden. ad Greg. *dec.* 91. *& cor. Mantic. dec.* 324. *nu.* 3. quapropter executio

7 ab eo emanans pendente appellatione † dicitur attentata & nulla, vt præter allegata pluribus cumulatis probant Garz. *de benef. par.* 6. *cap.* 2. *n.* 126. *&* 127. Gonz. *ad reg.* 8. *in adnotat. nullit. & attent. nu.* 236. Rota cor. Duran. *dec.* 437 *nu.* 2. *& 3. & cor.* Seraph. *dec.* 1045. *nu* 4.

Et quamuis Executor esset merus, effectus tamen fuisset mixtus ex eo quod aderat prouisus ab Ordinario,

8 † qui cum esset in possessione adhunc effectum dicitur legitimus contradictor, Adden. ad Greg. *dec.* 413. *vers. maximè, vero & in rec. dec.* 42. *nu.* 9. *par* 9.

Quod verò dicebatur non dari appellationem, quando agitur de Parochialibus Ecclesiis, nequaquam subsistere visum est DD. quia obiectum admitti posset in Parochiis

9 per concursum collatis, † vbi à reprobatione, & mala electione examinatorum non datur appellatio, ex Conc. Trid. *d. cap.* 18. *sess.* 24. *de reform.* Verùm quando ex aliis causis orta est controuersia super Parochiali, si in ea da-

10 tur sententia † licet appellare, vt optimè contra distinguendo casum consideratum à Concilio, & à Bulla præfata declarauit Rota *dec.* 656. *nu.* 2. *par.* 1. *decis.* 197. *num.* 9. 10. *&* 11. *par.* 5. *rec. cor. Buratt. decis.* 625. *num.* 5. *cum aliis in Reatina Vicariæ* 10. *Maii* 1647. §. *quia prædicta coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quibus pro maiori corroboratione optimè subnecti potest in præsenti casu processum fuisse cum tela indiciaria, vt ex pluribus datis *in d. Summ.*

11 *nu.* 4. † quod sufficeret pro admittenda appellatione, Rot. cor. Greg. *dec.* 515. *nu.* 1. *&* 2. *& dec.* 60. *nu.* 7. *par.* 9. *rec.*

Nec aliquid in contrarium suadere potest Decisio *in*

12 *Gerunden. Parochialis* 26. *Octobris bon. me. Bichio*, † quia in ea solum aderat clausula, *amoto &c.* apposita in parte executiua; hic autem versamur in litteris non motu proprio, sed in forma dignum expeditis, & in parte dispositiua habentibus clausulam, *dummodo alteri non fuerit ius quæsitum &c.* vt supra, † quæ proinde Executorem mi- 13
xtum reddunt, *ex supra relatis, & aliis apud* Barbos. *de clausulis vsufreq. claus.* 44. *nu.* 12. *&* 13.

Prout nec aduersatur clausula, *sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum*, † sub qua causa est commis- 14
sa, quia licèt Rota olim eorum Vbaldo inclinauerit in illam opinionem, quod executio † sententiæ Iudicis, à 15
quo reuocari non deberet à Iudice, ad quem nisi via ordinaria, firmior tamen remansit in contraria, quia n. mpè Iudex ad quem non obstante prædicta clausula reuocare potest per viam attentati, vel manutentionis id, quod Iudex à quo executus est, vt testatur Adden. ad Gregor. *dicta dec.* 91. *nu.* 13. vbi allegantur Marta *de claus. claus.* 160. *nu.* 4. Garz. *de benef. par* 1. *cap... nu.* 533. *& plures alii*, & hoc idem fuit dictum cor. Duran. *dec.* 414. *nu.* 3. *& in dec.* 151. *nu.* 7. *&* 8. *par.* 9. *rec.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Beneuentana Iuris conferendi.

Veneris 1. *Iulii* 1667.

ARGVMENTVM.

De concessione remissoriæ in præsenti Decisione discutitur, etiam in eo casu, quo probatio adhuc per scripturas fieri potuisset, quando prout hic, cessat suspicio calumniæ, ex eo quod per illius concessionem alteri parti in sua possessione non præiudicatur.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur prophana vbi non agitur de titulo Beneficii.*
Remissoria in prophanis conceditur etiam sine fumo stante releuantia materiæ articulatæ, *nume ro* 1.
2 *Remissoria conceditur vbi articuli sunt releuantes.*
Articuli dicuntur releuantes, quoties materia articulata tendit ad victoriam causæ, *nu.* 2.
3 *Remissoria vt concedatur sufficit releuantia vnius tantùm articuli.*
4 *Probatio per testes denegari non potest quoties non omnes articuli probari possunt per scripturas.*
5 *Remissoria conceditur, etiamsi probatio fieri possit per scripturas, vbi cessat suspicio calumniæ.*
Calumniæ suspicio cessat, si reus in possessione reperitur, *nu.* 5.

DECISIO CXV.

DE Anno 1657. inita est concordia inter Reuerendiss. Archiepiscopum Ciuitatis Beneuenti, & Capitulum illius Cathedralis, qua conuentum est collationem Canonicatuum in posterum transacto iure simultaneo alterius vicibus obseruatum iri, itaut D. Archiepiscopus in prima vacatione, & Capitulum in secunda prouideret, & sic deinceps, dato autem casu primæ vacationis dictus Archiepiscopus vigore dictæ concordiæ Canonicatum vacantem contulit Aloysio Antonio Ayello; Capitulum verò illam impugnare prætendens de eodem Canonicatu prouidit Ianuarium Collem; vnde deuoluta causa ad Rotam, & mihi commissa, D. Archiepiscopus productis Articulis, petiit Remissoriam, quam hodie concedendam esse DD. censuerunt.

Versamur enim in prophanis, cum non agatur de titulo beneficii, & Articuli sunt releuantes, † quo casu 1
passim etiam sine fumo conceditur remissoria, Rota cor. Puteo *dec.* 324. *in fine lib.* 2. Greg. *dec.* 163. *n.* 1. & ibi Adden. *nu.* 10. *dec.* 102. *nu.* 1. *par.* 1. *diu. & in rec. dec.* 279. *nu.* 1. *par.* 3. *dec.* 22. *n.* 1. *&* 2. *par.* 8 *& in Barbasten. Decimarum* 28. *Maii* 1663. *cor. R. P. D. meo Taia.*

Releuantia autem Articulorum euidenter apparet, ex eo quod probato legitimo Canonicorum consensu in tractatu, & conclusione concordiæ, de qua agitur, & illorum ratihabitione post expeditionem Breuis Apostolici non potest amplius dubitari de validitate transactionis prædictæ, & substinetur collatio à D. Archiepiscopo facta de Canonicatu controuerso; ac proinde cum Articuli continentes hanc materiam concludant ad victoriam causæ,
2 † Remissoria deneganda non est, vt præter allegatos firmauit Rota *dec.79. nu.11.p.8. & dec.51. nu.8.p.10. recent.*
3 Quamuis cæteri Articuli non essent releuantes, † cum ad hunc effectum sufficiat releuantia vnius, Rot. cor. Cocc. *dec.22. nu.1. in fine*, Greg. *dec.124. nu.1. dec.493. pa.9. rec. & in Florentina Oratorii 27. Iunii 1663. cor. Eminentiss. D. Vicecomite.*

Nec obstat, quod prædicta ex libris Capituli possint probari, & ideo non sit necessaria remissoria, quoniam cum in secundo Articulo contineatur accessus nonnullorum Canonicorum de ordine Capituli ad Archiepiscopum qui dictam concordiam ad eorum instantiam acceptauerit, & in quarto, & quinto contineatur desiderium, & cura eiusdem Capituli in obtinendo beneplacito Apostolico,
4 quæ omnia ex scripturis nequeunt iustificari † probatio per testes denegari non solet, Rota *dec 196. nu.9. p. 6. dec. 80. nu.11. par.8. & dec.233. n.14. & 15. par.10. rec.*

Cessante præsertim suspicione calumniæ, dum Prouisus à Capitulo est in possessione beneficii, † quo casu etsi
5 probatio possit fieri per scripturas Remissoria conceditur, Adden. ad Greg. *dec.253. nu.3. in fine* Rota *dec. 70. num. 10. par.6. rec. & dec 579 nu. 4. cor. Merlin.*

Et ità Domino Archiepiscopo tantùm informante conclusum &c.

R. P. D. TAIA.

Pisauren. Census.

Veneris 1. Iulii 1667.

ARGVMENTVM.

Constituerat quidam censum in pecunia numerata, quæ in eodem actu de sua voluntate suo fuerat creditori soluta; eumque deinde constitutionem ex defectu numerationis impugnaret contra illum præsens, atque altera emanauit Decisio.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qui habet, dicitur habere casum legis.*
2 *Testes de numeratione pecuniæ in censu deponentes non præiudicant, si dicant illius partem creditori imponentis fuisse consignatam.*
Census in pecunia numerata dicitur constitutus, etiam si pecunia pro aliqua parte creditori venditoris fuerit consignata, nu.2.
3 *Pecunia in certam causam creditore recepta, de illius voluntate potest incontinenti in aliam causam erogari.*
4 *Census resolutio, seù restitutio rectè facta dicitur, etiamsi pecunia de voluntate creditoris alteri fuerint soluta.*
5 *Verba* habuit, & recepit, *dicuntur iustificata, etiamsi pecuniæ ad manus alterius de voluntate ipsius confitentis peruenerunt.*
6 *Solutio dicitur facta in pecunia non solùm si fiat ipsi cui solutio debetur, sed etiam aliis de voluntate illius.*
7 *Instrumentum extractum non citata parte, nec per compulsum non dicitur in forma probanti.*
Amplia vt nu. sequenti.
8 *Honesta etiam, non tantùm licita deducenda sunt, maximè si non essent vndique necessaria.*

DECISIO CXVI.

IOANNES Maria constituit Procuratorem Sebastianum ad constituendum censum scut 64. monetæ Vrbinatis, pro similibus scut. 800. ad fauorem cuiuscumque 21. Maii 1647. Quatriduo postea Sebastiano vti Procurator constituit, & vendidit censum Ludouico Procuratori Antonii Patris dicti Sebastiani, 25. sequentis deindè Io: Maria ratificauit, & potiùs confirmauit per Instrumentum 20. Decembris sequentis, mortuo Antonio, Sebastianus, & alii fratres filii, & hæredes Antonii cesserunt censum, sed renuente post multos annos soluere Ioanne Maria Prætor Pisauri mandauit exequi Instrumentum vti purum, liquidum exequendum 24. Iulii 1657. & appellante Io: Maria, A. C. pronunciauit censum esse rectè impositum, & esse validum, & mandatum exequendum, 3. Decembris 1657. Rursus appellante Io: Maria, & commissa mihi causa, hodie instantibus pro effectu cessionis, & vt cessionario soluatur, proposui dubium, An fructus debeantur, & Domini responderunt pro informantibus.

Quia nota est vis publici Instrumenti, nec minus ex iure quam ex facto, † qui habet Instrumentum pro se, 1
habet casum legis, vt in simili *Romana Census dixerat* Rota *dec.286. nu.3. par.11. rec.* maximè adiecta confirmatione instrumentaria, variisque solutionibus censualium fructuum.

Neque visa est DD. probata simulatio aliqua ex Testibus coram A. C. examinatis, qui etsi dicant pecuniam numeratam quidem, sed traditam Sebastiano Procuratori in summa scutor. 50. tantùm, † tamen dicunt pro Io: 2
Maria solutam Iacobo creditori Io: Mariæ pro quadam pœna conuentionali, & nihil obstat quo minus in hanc causam potuerit erogari, & vendi † census ceteris concur- 3
rentibus, & pecuniæ cesserunt in commodum Io: Mariæ, vt inquit Rota apud Cenc. de Cens. *dec. 134. num.4. eodem loco repetita apud* Duard. *eod. tract.* sicut in resolutione † 4
census Rota apud ipsum Cenc. *dec.415. nu.3. similitèr repetita apud* Duardum.

Et testes mendaces conuincuntur ex facto, & ipse Io: Maria conuincit iam ipsos speciali sua instrumentaria confessione, vt expressè fassus est † verè habuisse, & realitèr 5
accepisse in eadem moneta, de qua in Instrumento censùs à dicto Sebastiano &c. quæ vera sunt, vel naturalitèr, vel saltèm legitimè vtpotè soluta pecunia Iacobo Creditori Io: Mariæ, † solutam enim pecuniam accipiendum non 6
solùm si ipsi cui obligata res est, sed etsi alii sit soluta voluntate eius &c. *§. solutam autem l. solutum non videtur 11. ff. de pignoratitia actione, & ibi glos. experiri vers. numquid autem* Rota *in decisionibus supradictis.*

Ità nec ex diuerso, siuè contrario visa est probata extinctio aliqua ex quodam transumpto 28. Februarii 1666. cuiusdam Instrumenti 11. Iulii 1657.

Quia fuit publicatum à filio Notarii, nec vnquam vsque Rota productum, etiamsi sæpè ac semper requisitum, nec esset in forma probanti, † non extractum ci- 7
tata parte, & per compulsum *ad cap. 1. de fid. instr. & ibi glos. vlt.* Rota *in nouis d. tit. dec. 1. nu.3. & passim cor.* Buratt. *dec.381. n.2. vers. quod tamen, & dec.361. nu.15. & 16. p.10.* quin etiam non citata parte † quantumlibet per compul- 8
sum *dicta decis. 1.*

Et adhuc suspectum fuit Dominis, & transumptum, & Instrumentum multis argumentis in Summario, & in informationibus facti, & Iuris, quæ minus necessaria, & opportuna huc vsque magis licitum † quam honestum 9
esset adducere.

Et ità altera tantùm.

Præsens Decisio fuit confirmata vtraque parte informante sub die 5. Martii sequentis anni 1668. cor. eodem R. P. D. Taia, quæ erit infra suo paritèr adnotata tempore in hoc eodem volumine.

R. P. D. TAIA.

Anglonen. Archipresbyteratus.

Veneris 1. Iulii 1667.

ARGVMENTVM.

Beneficio vt propter absentiam priuari possit Archipresbyter debet priùs personalitèr de necessitate citari, non obstante dispositione Sac. Concilii Tridentini, quod contra absentes procedatur per editum, quia & illa non procedit in dignitatibus, qualis est Archipresbyteratus, & habet solum locum in absente dolosè latitante, non autem in eo, qui habet iustam causam absentiæ, qualis dicitur prosecutio litis super proprio beneficio; Quomodo autem, & vbi vacare dicatur beneficium illius, qui residens in Curia, in partibus fuit priuatus ex præsenti Decisione satis remanet declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in priuatione sui beneficii citari debet, & quomodo vide per totam decis.*

2 *Clericus habitans in aliqua Ciuitate non dicitur latitare.*

Citatio per ædictum fit tantummodò contra clericum malitiosè latitantem numer. 2. 6. cum seqq. & numero 35.

3 *Clericus absens ex causa litis tamdiù abesse præsumitur, quamdiù durat lis.*

4 *Episcopi, eiusque Vicarii idem esse dicitur Auditorium.*

5 *Residere coguntur Clerici beneficiati sub pœna priuationis.*

6 *Canones sacri quoad necessitatem citationis personalis contra non residentes fuerint nè per Sacrum Concilium Tridentinum correpti, & num. seqq.*

7 *Concilium Tridentinum quoad non residentes qualitèr disponat, & nu. anteced. cum seqq.*

8 *de Parochialibus iura loquentia non habent locum in Collegiatis Curatis.*

9 *Archipresbyteratus est dignitas non compræhensa, sub dispositione Concilii Tridentini de reformat.*

10 *Parochus si propter absentiam priuari debet, quomodo contra eum procedatur, & vide per totam decisionem.*

11 *Absens Clericus si per absentjam priuandus sit, & scitur quo loci commoretur, debet personaliter citari, & vide per totam decis.*

12 *Rota semper seruat saniorem, & mitiorem sententiam, maximè ad effectum priuationis.*

Opinio æquior, & mitior seruari debet in materia priuationis, nu. 12.

13 *Vicarius Episcopi non procedit ad priuationem clerici absentis sine speciali mandato.*

14 *Ædicta citationum à clericis priuatis fieri nequeunt & ab eis facta, vel affixa nulla sunt.*

Clericus vt validè affigere possit ædicta citationum debet esse specialitèr electus, ac etiam iuratus, nu. 14.

15 *Sphingis Ænigma est, quod homo fuerit mane quadrupes, meridie bipes, iam vesperè tripes.*

Homo manè dicitur quadrupes, quia infans incedit manibus, & pedibus, meridie bipes, quia vir factus, solis pedibus ambulat, Vespere tripes, quia senex, assumpto Scipione, procedit, nu. 15.

Senex morbo laborare dicitur, nu. 15.

16 *Senex longum iter vix facere potest citrà periculum vitæ, numer. 15.*

17 *Licentia Episcopi non requiritur quoties clericus absens in morbum incidit.*

18 *Priuatio beneficii facta contra clericum absentem, & infirmum dicitur iniusta, & proinde reuocanda.*

Sententia priuationis iniusta reuocari debet, numero 18.

19 *Absentia ex causa litis super beneficio non requirit licentiam Episcopi.*

Licentia superioris non est necessaria, vbi adest licentia iuris, nu. 19.

20 *Causa iusta, & honesta reputatur prosecutio litis proprii beneficii.*

21 *Clericus ex causa studii Theologiæ abesse potest etiam sine licentia Episcopi.*

22 *Licentia probatur ex permissione, & tolerantia.*

23 *Beneficium vacare dicitur in eo loco, in quo quis per sententiam priuatur.*

Decisio 71. titulo de præbend. in antiquis traditur, & declaratur, num. 23.

24 *Sententia priuationis beneficii facit illud vacare in loco sententiæ, si in eodem loco reperitur persona priuanda, & nu. 23.*

25 *Priuatio beneficii an fieri possit in partibus, & deinde in Curia illius obtineri prouisio, & num. anteced. & seqq.*

26 *Beneficium ob delictum alicuius prouideri potest in Curia, si in eadem Curia priuatio successit, & num. anteced. & seqq. vbi vide.*

27 *Vacatio beneficii in loco commissi delicti successisse dicitur, & vide nu anteced. cum seqq.*

28 *Vacatio beneficii alia fit per modum negatiuum, consistentem in non faciendo, vel in ommittendo, alia verò, quæ per actum positiuum committitur, & nu. seqq.*

Beneficia in Curia vacare dicuntur, si inibi residentes pensionem non soluant in partibus, vel infrà annum promoti non sint, nu. 28.

29 *Actus positiui distinguuntur ab actibus negatiuis, & suprà nu. 28.*

Actus qui dicantur positiui, qui autem negatiui, num 28. & 29. & seqq.

30 *Hæresis Beneficiati dicitur commissa in loco existentis beneficii.*

31 *Ædictum Curiæ Romanæ contra non residentes, quomodo faciat vacare beneficia.*

Episcopus an possit procedere ad priuationem beneficii stante ædicto Curiæ Romanæ contra non residentes, num. 31.

Priuationis sententia, vel potiùs simplex declaratoria proferenda nè sit ab Episcopo contra absentes, & residentes in Curia stante ædicto eiusdem Curiæ, numer. 31.

32 *Vacatio beneficii dicitur secuta in partibus, si præsens in Curia priuatur beneficio per delictum in partibus commissum.*

33 *Beneficium si vacauerit ipso iure, & postea per sententiam, qualis vacatio attendatur, & supra nu. 32.*

34 *Vacatio per priuationem beneficii neque dicitur successa in partibus, si in partibus quis non fuit personaliter citatus.*

Amplia quia nec etiam in Curia, si in eadem Curia deficit quoque citatio ad sententiam, ibid.

35 *Concilium Tridentinum cap. 1. de reformat. pertinet ad absentes, & latitantes, & vide supra num. 6. cum pluribus seqq.*

DECISIO CXVII.

A Decisis 29. Nouembris proximi recedendum, adeoque manutenendum Leonardum Antonium malè priuatum, & spoliatum Archipresbyteratu DD. responderunt.

Et primò ex nullitate, & defectu citationis personalis
† omninò requisitæ, *cap. 8. & cap. sequenti de Cleric. non* 1
resident. quia non latitabat fraudolentèr. Sed habitabat
in Vrbe, & litigabat in Curia cum Capitulo pro suo
Archipresbyteratu, † & contra latitantem malitiosè 2
tantùm procedatur per trinæ citationis ædictum, capit.

pit. tuæ de Cleric. non residen. cum pluribus in decisione.

Nec valuit, quod replicabatur ex facto fuisse probatam scientiam Ordinarii, quod Leonardus Antonius permaneret in Vrbe.

Quia sublatum visum fuit obiectum ex litteris Episcopi respondentis super tenore præcum præfatarum, & ex testibus contra dictum Leonardum Antonium examinatis anno 1663. super ipsius absentia dicentibus, siuè dicendo, *che sia in Roma, &c. & intese dire da molti, che sia in Roma*, contestantibus etiam super eo publicam vocem, & famam.

Neque valuit etiam alia replicatio, quod literæ scriptæ sint anno 1660. & 1661. priuatio autem Leonardi Antonii successerit anno 1664. quo tempore non conuincitur scientia, ex quo per triennium antea sciuisset Episcopus, cum debebat probari tempore priuationis.

Nam cum abesset causa litis, & lis duraret præsumen
3 dum saltem ibi esse, † vbi lis agebatur, nec abesse à residentia sine causa, dum ob eam tantùm litem, & iustam causam aberat.

Demùm neque valuit obseruatio de diuersitate personarum, quod Episcopus scripserit, Vicarius verò priuauerit, & poterit Episcopus scire locum vbi habitaret Leonardus Antonius Vicarius verò ignorans ritè, & rectè priuauerit.

4 Quia idem est auditorium vtriusque † & Vicarius pene dicatur idem Episcopus *cap. 2. de consuetud in 6.* & insuper Vicarius erat capitularis, & Capitulum erat altera pars litigans cum Leonardo Antonio, imò cum remissæ fuissent præces Capituli ad Episcopum, Episcopus respondit audito priùs Capitulo, atque Vicario.

Neque satisfacit ædictum anniuersariæ solitæ publicari, vt Clerici beneficiati discedant ab Vrbe, & ad suas
5 Ecclesias reuertantur † cum pœna priuationis ipso facto, & absque alia sententia ipso iure, ad Grat. *discept. forens.* 990. *nu. 25. vers. quidquid tamen*, quod promulgatum præcedente anno 1663.

Quia sententia non est fundata in ædicto, sed in absentia, nec est declaratoria priuationis ipso facto, & iure incursæ, sed priuatoria, ibi, *fuisse, & esse priuandum*.

Quod autem dixerunt Domini Sacros Canones quoad
6 necessitatem citationis personalis fuisse correctos † per Sac. Conc. Trid. *cap. 1. de reform.* ibi, *quod si per ædictum citari &c. sess. 23.* & notauit D. Fagnan. *ad cap. ex tuæ de Cleric. non resident.* 232. *&c.* Dixerunt Domini pertinere
7 ad Parochiales, & Parochos, cum quo ad obtinentes † dignitates aliud prouisum constat *ex ipso Concilio cap. 12. §. præterea obtinentibus*, ibi, *iuxtà Sacrorum Canonum constitutiones procedatur de reformatione sess. 24. & ibidem* Barbos. 273. *&* 74. notauit ipse D. Fagnan. *ad d. caput ex tuæ*
8 231. & generaliter iura loquentia de Parochialibus non † habent locum in Collegiatis Curatis, *cap. licet 14. ca. Statutum 22 de elect.* & ibi latissimè Barbos. maximè *num. 12.* Hoc dubium visum fuit ex *nominatione Archipresbyteratus*, & aliis prouisionibus esse dignitatem, † nec compræ-
9 hensam sub *cap. 1. de reform.*

Quid quod Concilium, neque correctum videbatur
10 etiam in Parochialibus, & Parochis siue † absentibus de licentia Episcopo, siuè absque licentia, Barbos. de Sacr. Concil. *d cap. 1. d. nu. 73. & de officio, & potestate Parochi cap. 8. n. 275. cum allegatis*, nam Rota in simili casu respon-
11 dit, quod quando priuandus est absens, & scitur, † quo loco moraturum, & tunc ante priuationem est citandus, ex allegatis cor. Penia Lugdun *editione* 1051. vbi enunciatur etiam *dec. 137. nu. 21. p. 3. rec.* & sanior, & mitior vi-
12 detur hæc sententia † etiam post Concilium probata à Rota, & aliis allegatis intelligendo ædictum de Clerico latitante malitiosè vt supra.

Hoc loco insuper visa fuit sententia nulla ex defectu
13 Iurisdictionis, quia Vicarius, qui illam † tulit non poterat hoc facere sine speciali mandato, *cap. 2. de offic. Vicarii in 6.* & altera pars non solùm non producit mandatum speciale Vicarii; sed proponit potiùs Vicarium ignorasse absentiam Leonardi Antonii Romæ degentis, qui per necesse scire illum debuisset ab Episcopo, si habuisset speciale mandatum ad illum priuandum occasione absentiæ diuturnæ, & culpabilis reputatæ.

Ità placuerunt hodie Domini aliæ nullitates, tàm ex defectu affixionum duorum ex tribus ædictis, cum factæ fuerint à priuato Clerico, non autem à publico Notario,
14 † nihilo suffragante allegato stylo vti non probato, nec admodum probabili in Clerico, & qui specialiter ad hoc non fuit decretus, nec iuratus, quam ex alio defectu citationis ad sententiam, quæ etiamsi sufficeret minus solemnis tamen hic omninò deest.

Porrò ad iniustitiam quoque huius sententiæ approbarunt Domini excusationem, imò necessitatem Leonardi Antonii Romæ detenti legitimo impedimento, ex morbo senectutis, imò decrepitatis annorum 73. (quoad Sphingis 15
enigma, vt fuerit mane quadrupes, meridie bipes, iam vesperè tripes est,) & probatum est constitutione Phisicorum iam est, *che non può far viaggio longo senza pericolo della vita*

Nec requisita visa est licentia Episcopi, quando Parochus etiam absens † extrà locum beneficii in morbum in- 17
cidit ad allegatum Canonem *distinct. 7. qu. 1. &c.* D. Fagnan. *ad caput Clericos de Cleric. non resident. 29.* adeout priuatio ob dictum † impedimentum secuta reuocetur, *d Can. 3.* D. 18
Fagnan. *ad cap. ex parte d. tit. 2. n. 7.* maximè quod absentia fuit causa litis super beneficio cum Capitulo, quæ † licen- 19
tiam superioris propter licentiam Iuris non requirebat secundùm Garz. *de benef. c. 2. n. 10 p. 3.* vt inquit contra Nau. sed fortè non contrarium *de Cleric. non resident. cons. 14.* vtpotè cui visa est causa iusta, & honesta d. † absentiæ prose- 20
cutio litis super iuribus beneficii, *c. ex p. 13. d. t. t.* Idemque admittit, quod studens Theologiæ possit abesse sine licentia
† Prælati, quia eam ius concedit, *c. vlt. de Magistris &c. in* 21
manuali c. 25. n. 121. & insuper licentia ex permissione, † & 22
tollerantia constare pariter videbatur ex litteris Episcopi respondentis Leonardo Antonio. *Hò riceuuto l'Indulgenze in quanto poi all'interessi con questi del Capitolo penso starmene da parte.*

Acutè, & accuratè etiam vnus ex Dominis respondit non substineri collationem Ordinarii factam Io. Antonio obstante resignatione Leonardi Antonii in manibus Sanctiss. fauore Io: Baptistæ cum certa pensione duc. 10. anno, imò præualere ipsam Apostolicam prouisionem, vti beneficio vacante in Curia, vbi promulgatum erat ædictum, & vbi Leonardus Antonius erat imputatus, reputatusque delinquens, & licèt cum quis priuatur † beneficio, videatur 23
illud vacare in loco, vbi per sententiam fit priuatio, ad Rotam *in antiquis de præbendis dec. 71.* tamen hæc decisio † in- 24
telligenda est quando est ibi persona, quæ priuatur, vt apud Gomes *ad reg de impetrat. benef. vacant per obitum famuli Cardinalis, qu. 7 in fine.*

Placuit Dominis in decisione reuocata §. vltimo præfatę obseruationi respondere prouisionem Apostolicam substineri, † si sententia priuationis lata esset in Curia, vt de- 25
clarauit Lotherius *de re benef. qu. 27 n 30. vers. & secundum d. dec. l 2.* Et tantùm approbare doctrinam Lotherii, quantùm ageretur de sententia lata in Curia, &c. † & in hunc 26
sensum venisse Garz. *de benef. c. 1. n. 75. p. 1.* Lother. *d. q 27 d n. 30* & maximè obseruanda visa fuerat *dec. 728. lib. 3. p. 5. diu.* vbi etsi sententia priuationis lata fuisset in Curia, † 27
& delictum commissum in partibus, vacatio tamen beneficii iudicata fuit in partibus ratione delicti.

Sed hodie ex allegatis in *dec. d. §. penult.* & præcipuè Garz. *d. cap. 278. incipiendo à n. 72. vers. quia respondetur, & ibi alleg.* inspectis, cognitisque responsum est aliud procedere in vacatione inducta ob modum † negatiuum consistentem 28
in non faciendo, seù in omissione, quo casu solùm consideratur vbi est persona, & in exemplis residentium in Curia priuatorum, quia non soluerint pensionem in partibus, aut quia non promoti fuerint intra annum, adeòque beneficia vacauerint in Curia apud Garz. &c. † aliud in vaca- 29
tione inducta in iure per actum positiuum, & inde conciliata fuit *d dec. 728.* quæ concludit illud beneficium vacasse in partibus, quia hæreticus hæresim incurrit † in parti- 30
bus, vt in *d. dec. & præcedenti dec. 707. ab initio, & Garz. d. cap. 2. nu. 80.* sanè autem positiuum, & pertinacem hæretici, & hæresis consistentis in faciendo, & malè faciendo.

Et vacationi per modum negatiuũ compar videtur vacatio per priuationem ipso facto & iure ex ædicto in Vrbe contra non residentes, & reuertentes; vndè non potuit in partibus in fraudem Curię Romanę Iudex ordinarius pro- 31
cedere per sententiam priuatoriam, cum vix debuisset procedere per declaratoriam, *d. dec. 728.* atq; ita si pręsens in Curia priuatur suo beneficio, dicitur beneficiũ vacare in partibus, † intelligendo tamen quando beneficium non vaca- 32
uit ipso iure, apud Gonz. *ad reg 8. Glos. 15. §. 2 n. 18. cum alleg. & aliis in dec. d. §. penult.* nam, & si per sententiam quoque vacasset, si priùs vacasset ipso iure, vacatio † prima est at- 33
tendenda, cum prouisione præpostera, *c. 6. de rescript. in 6.*

Et

Et superaddebant informantes etiam in sententia priuatoria Leonardum Antonium certè non fuisse personaliter citatum, adeòque non verè comparentem in facto, nec verum contumacem ex iure, & proinde beneficium non
34 vacasse in partibus, † quodque neque vacasset in Curia, si talis sententia sine citatione lata esset in Curia, Rota coram Verall. *dec. 64 part. 1. & dec. 49. & dec. 322. p. 3.*

Quibus contrarium non videbatur Concilium *d. cap. 1.*
35 † vbi quod si per ædictum citati etiam non personaliter contumaces fuerint, &c. quæ pertinent primò ad absentes & latitantes, vt supra, deinde ad processum quidem, & priuationem, non autem ad vacationem, & locum vbi vacatio sequatur.

Et ita vtraque, &c.

Plures in hac causa emanarunt Decisiones. Altera, & prima coram R. P. D. Verospio 1. Iunii 1665. alia, & deinde coram eodem Reu. P. D. Taya impressa in præcedenti parte 14. decis. 506. omnes in hac Decisione reuocatæ; Præsens autem resolutio fuit confirmata coram R. P. D. Ottalora, sub die 25. Iunii 1668. quàm infrà suo pariter ordine apponemus.

R. P. D. EMERIX.

Troiana Canonicatus, seù Attentatorum.

Vener. 1. Iulii 1667.

ARGVMENTVM.

Possessionem beneficii captam infrà terminum ad apellandum, & maximè post appellationem secutam, eamque partibus intimatam, esse de iure attentatam in præsenti Decisione resoluitur, quoties agitur de sententia executoris mixti, qualis dicitur executor mediante clausula *vocatis vocandis*; non obstante alia clausula in fine literarum Apostolicarum apponi solita, & consueta *contradictores compescendo &c.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, vocatis vocandis, *facit executorem mixtum*.
2 *Appellatio datur à sententia executoris mixti*.
3 *Possessio capta post appellationem, eademque intimatam dicitur attentata*.
4 *Clausula*, contradictores appellatione postposita compescendo, *quid operetur*, *& n. seq.*
Clausulæ apponi solitæ in parte executiua literarum Apostolicarum, non alterant earum naturam, *num. 4.*
5 *Clausula*, contradictores compescendo, *non comprehendit contradicentes de iure, sed solùm contradictores de facto*, *& sup. num. 4.*
6 *Malum ius partis ad impediendam reuocationem attentatorum, debet esse clarum, & notorium, aliàs non suffragatur.*
7 *Attentata reuocantur officio Iudicis, etiamsi constaret de malo iure ipsius partis.*

DECISIO CXVIII.

MOTO in partibus iudicio inter Blasium de Viso, qui Canonicatum, & Præbendam Terræ Foggiæ resignatum Iosepho Quintio impetrauerat à Sancta Sede Apostolica ob non publicatam resignationem intrà tempus à Constitutione Gregoriana præfixum cum narratiua valoris non excedentis ducatos viginti quatuor auri de Camera, & Alexandrum Caluanesium, qui eumdem Canonicatum ab eadem Sancta Sede impetrauit ex capite non expressi per Blasium veri valoris, lata fuit sub die decimaquarta Augusti anni 1665. sententia fauorabilis Alexandro, à qua licèt Blasius die decimanona eiusdem mensis, & anni appellasset, & appellationem tàm Alexandro aduersario, quàm Capitulo intimari curasset; ipse nihilominus eadem die possessionem adeptus fuit; vndè causa introducta in Rota, emanauit dubium, An constaret de attentatis, affirmatiuè hodie resolutum.

Quia cum literæ Alexandri habeant in ventre clausulam *vocatis Blasio, aliisque qui fuerant vocandi*, † Vicarius Troianus, cui illæ fuerunt directæ, non erat executor 1
merus, sed mixtus, & ab illius sententia dabatur † appellatio, ac propterea possessio capta non solùm pendente termino ad appellandum, sed etiam post appellationem interpositam, & ipsimet Alexandro intimatam, † sine dubio est attentata *toto titulo, ff. nihil innouari appellatione interposita cap non solùm de appellat. in sexto*, & in his terminis aduertit Rota *in Mediolanen. Parochialis 16. Martii 1588. coram Platto relata per* Marchesanum *de commission. lib. 1. fol. 310. num. 7.* Card. Mantic. *decis. 324. num. 1. 2. & 3. san. mem.* Greg. *decis. 91. num. 3. & ibi Addent. nu 12.* 2 3

Nihil suffragante alia clausula in fine earumdem literarum Apostolicarum adiecta, † *contradictores appellatione postposita compescendo*, quia illa vt apponi solita in parte executiua earumdem literarum Apostolicarum, non alterat naturam præcedentis, quæ facit executorem mixtum, † nec comprehendit contradicentes de iure, sed refertur solum ad contradicentes de facto, vt notat *glos. in verbo contradictores, & Abbas num. 9. in cap. pro illorum de præbend. cum aliis adductis per* Gonzalez *ad regul. octauam glos. 9 titulo de nullitate, & attentatis num. 242. &* Rota *in præallegata Mediolanen. Parochialis coram Platto num. 8.* 4 5

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit non attentis ijs, quæ deducta fuerunt circa malum ius supradicti Blasii, quia non docetur de malo iure claro, & notorio, 6
prout requiritur; Et nihilominus quando etiam de isto constaret, † possent attentata ex officio iudicis reuocari, prout respondit Rota *decis. 235. num. 7. part. 1. recent.* & notant Adden. ad san. mem. Greg. *d. decis. 91. num. 12.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Domus.

Lunæ 14. Nouembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Exceptio melioramentorum non benè, & concludenter probata, quod non impediat immissionem, præsens Decisio resoluit, vbi quamplura ad eadem melioramenta probanda, & quomodo probari debeant in eadem Decisione cumulantur.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum exceptione quando retardari non possit immissio.*
Melioramentorum ad effectum, quæ iustificari debeant, vt sit locus refectioni eorum, num. 1.
Melioramenta semper reficiuntur in eo quod minus est, num. 1.
2 *Status antiquus rei non probatur ex instrumento venditionis illius, & num. 3.*
3 *Instrumentum venditionis fundi non probat quid pretiosum eidem fundo fuerit adiectum.*
4 *Testis singularis non probat statum antiquum rei.*
5 *Testis qui non deponit valorem rei ante meliorationem, & postea nihil probat.*
6 *Periti relatio innixa depositioni, & dicto alterius attendenda non est.*
7 *Peritus referens de valore cæmentorum non probat valorem domus.*
Peritus referre debet non de solo valore cæmentorum, sed quanti domus communiter vendi, aut locari possit, num. 7.

Valor

Valor domus valdè differt à valore materiæ, n. 7.
Ædificium, & materia ex qua illud componitur valdè differunt inter se, n. 7.
8 *Melioramenta compensantur cum fructibus perceptis à die motæ litis.*
Fructus percepti post motam litem dicuntur malè percepti, & proindè imputantur in creditum melioramentorum, num. 8.
9 *Fides mala licèt ex solo monitorio non resultet, resultat tamen ex aliis actibus posteà factis.*
Fides mala deducitur ex scientia possessionis rei alienæ num. 9.
Fides mala oritur à quacumque denunciatione possessionis rei alienæ ad partis notitiam deuenta, n. 9.
10 *Cautio de reficiendo melioramenta quando sufficiat, ad hoc vt non retardetur immissio.*

DECISIO CXIX.

RETENTIONEM controuersæ Domus pro melioramentis à fratribus de Petroniis obiectam ad impediendam immissionem Gottifredo aliàs decretam non obstare, & proinde procedendum ad vlteriorem legitimam exequutionem, iterum hodie decisum fuit.

Regulare quidem est immissionem retardari non posse exceptione melioramentorum, nisi de illis liquidò constet iustificando antiquum statum rei, & distinctè quid fuit
1 impensum, & quid melioramentum † vt dignosci possit quantum sit reficiendum cum tritum sit in hac materia spectandum esse, quod minus est iuxta dispositionem *text. in l. in fundo vers. etsi plus, ff. de rei vindic.* Castren. *cons. 270. sub num. 3 circa med. vers. vbi patet lib. 2.* Negusant. *de pign. 4. mem. 5. part. num. 11.* Rota *decis. 547. num. 8.* coram Seraph. *& 181. num. 6.* coram Royas, *& in Romana Apothecarum 9. Maii 1659. §. prout etiam coram R. P. D. meo Albergato.*

Nec ad prædictorum liquidationem visæ sunt sufficere probationes à Petronijs nuper allatæ, quoniam cum præ cæteris constare debeat de pristino statu domus hic non resultat ex Instrumento venditionis eiusdem, de quo agitur in *Summar. num. 1.* licet enim ibi vendatur domus cum Ca-
2 saleno, Cortile, Tinello, & Stabulo, † non tamen inde colligi valet qualis in indiuiduo fuerit status Domus ante factas meliorationes, vt dixit Rota *in Romana Domus, seù Appartamenti de Capranica 17. Decembr. 1635. §. non obstat quod Status coram bo. me. mem. Dunozetto*, vt omnino pro-
3 bandum est, † vt innotescat quid pretiosi veteri fundo additum fuerit, Buratt. *dec. 834. nu. 11.* Rot. *in rec. dec. 206. nu. 1. par. 4. & dec. 118. nu. 25. par. 9.*

Nec minus id apparere potest ex depositione testis in eodem Summario fratrum de Petroniis *num. 2.* affirmantis, *che il Casalino era vn pezzo di sito, che non conteneua altro,*
4 *che la facciata d'auanti*, † Nam vltrà defectum singularitatis, & quod est de auditu, vt aduertit *vltima decisio huius causæ coram me sub die 1. Februar. 1666. §. imperfecta*, non dicit quantus esset valor istius Casaleni, nec quid impor-
5 tet fabrica inibi constructa, † & propterea nihil probat, vt vltra relatos *in eadem decis.* Rota *in Bononien. fideicommissi de Vizzanis 7. Iunii 1647. §. final. coram bo mem. Bichio*, & priùs *in Romana de Thesauris 11. Ianuarii 1613. coram Sacrato.*

Eodemque defectu censuerunt Domini laborare relationem tertii Periti æstimantis in scutis 3536. 53. quamuis etiam ipse referat super priori statu, tamen se fundat in dictis quorumdam testium, ibi, *con il ricontro del detto delli Testimonii sopra di ciò esaminati rispetto allo stato primiero*, & non ex certa scientia, aut propria peritia deponat, vt opus est ad effectum, de quo agitur, ideò nullum gradum
6 probationis facit, † vt de similibus relationibus innixis alterius tantummodò dicto decidit, Rota *decis. 319. num 19. part. 9. recent & in Auenionen. Saluiani 25. Maii 1657. §. 1. quia coram Reuerendissimo Papien.*

Præterea eius peritia respectu meliorati manifestè detegitur insubsistens, dum tantum cæmenta, & materialia domus discussit, illaque secundùm se accepta æstimauit, non autem retulit quanti domus sic meliorata communi-
7 ter vendi, aut locari poterat, † nam valor domus valdè differt à valore materiæ, ex qua ipsa domus, & ædificium componitur, Marescot. *var. resolut. lib 2 cap. 114. num. 12.* Cyriac. *contr. 453. num. 72. vers. quod certè* Rota *decis. 319. num. 20. & seqq. part. 9. & decis. 317. num. 23. & 24. part. 10. recent.*

Augetur vlterius illiquiditas ex eo quod tàm Lelius ab anno 1614. quàm ipsi fratres de Petroniis post intentatam anno 1652. contra ipsos litem, pensiones exegerunt † quas 8
stante mala fide ex lite resultante in creditum melioramentorum tenentur computare *l. sumptus, ff. de rei vindic.* Corn. *cons. 69. numer. 14 in fin. vers. tamen aduertendum, & consil. 167. pariter in fin. vers. quo autem ad melioramenta lib. 1.* Merlin. *decis. 118. n. 15 vers. quo magis, & dec. 548. num. 22 part. 5. tom. 2. recent.* & probatur in citata *Romana Apothecarum §. prout etiam, & in præterita decis. §. illiquiditas.*

Non obstat repetita obiectio, quod mala fides in Lelio ex præsentatione solius monitorii nata non fuerit, nam præter monitorium intercesserunt plures actus iudiciales, vt in præterito Summ. Gottifredi num. 2. à quibus Lelius satis potuit certiorari de petitione actoris, † quod sufficit 9
ad inducendam malam fidem, quæ aliud non est quàm scientia possessionis rei alienæ, & oritur à quacumque denunciatione quomodolibet facta dummodò ad Partis notitiam deueniat, *l. item veniunt, §. petitam, vers. à quo, ff. de petit. hæred.* Merlin. *decis. 702. num. 38.* & fuit dictum in *Romana repetitionis 5. Maii 1664. §. non obstat, & 24. Nouembr. 1666. §. siquidem, & §. quia ad effectum coram R. P. D. meo Priolo.*

Denique in omnem casum quatenùs melioramenta venirent reficienda satis Domini putarunt Petronijs fuisse consultum per cautionem iam præstitam † coram Emi- 10
nentiss. D. meo Celso tunc Sac. Rotæ Auditore de illis reficien. si & dum fuerint liquidata, & interim non esse denegandam Immissionem Gottifredo, vt consuluit Castr. *cons. 270. num. 3. lib. 2. & passim seruat.* Rota *vt in dec. 17. num 6. post* Pacific. de Saluian. *& in decis. 7. num. 11. & 12. par. 9. recent. & in decis. 116 in fin. coram Royas & in Auenionen. fideicommissi 26. Iunii 1665. coram Reu. P. D. meo Emerix.*

Et ità vtraque parte informante &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. Bonorum.

Mercurii 16. Nouemb. 1667.

ARGVMENTVM.

Curiosa quidem non minùs, quàm non inutilis materia in hac decisione tangitur, quisnè scilicèt priùs obijsse præsumatur vxor nempè, vel maritus, si ambo insimul putà naufragio, vel ruina decesserint; quod hic in specie probandum esse concluditur ad statutum deferens viro lucrum vxore præmortua; Pluraque etiam de excludenda identitate bonorum, ex diuersitate confinium, & inuentario ab alio confecto alteri non suffragante, minusque hæredem iuuante in eadem decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pater habet vsumfructum in bonis filio ex matris successione delatis.*
Bona materna, quæ acquiruntur filiis in potestate patris existentibus, mediante successione matris, quoad proprietatem remanent penes eosdem filios, n. 1.
2 *Statutum Mediolani* lib. 1. cap. 298. *declaratur, & num. seqq.*
Statutum de lucro dotis respectu proprietatis, intelligitur non existentibus filiis, n. 2. & seqq.
3 *Lucrum dotis à statuto delatum existentibus filiis, illis, non autem Patri, quoad proprietatem applicatur, & num. seqq.*
4 *Maritus existentibus filiis dotem quoad proprietatem non lucratur, sed illa remanet eorundem filiorum.*
5 *Lucrum quod aufertur alicui contemplatione alterius,*

rius applicatur illi, cuius contemplatione aufertur.

6 *Lucrum dotis à statuto delatum in casum præmorientiæ alterius coniugis, vt debeatur, probari debet euentus non solius mortis, sed præmorientiæ eiusdem coniugis, & num. seqq.*

7 *Stipulatio Statutum, vel dispositio si fuerint concepta in casum præmorientiæ alicuius, non sufficit probare omnes insimul puta naufragio, vel ruina periisse.*

Sed necessario verificandum, est alium per prius emisisse spiritum, ibidem & num. seqq.

8 Textus in l. quod de pariter cum duabus legibus seq. & in l. qui duos §. si maritus, ff. de rebus dubijs *declarantur.*

9 *Lucrum dotis delatum viro vxore decedente in matrimonio, debetur etiam si vxor insimul cum viro decedat.*

10 *Stipulatio dotis concepta ad fauorem mariti in casum præmorientiæ vxoris, vt purificata dicatur, constare debet vxorem ante virum decessisse, & supra nu. 7. & seqq.*

11 *Exequutionis actus habet semper præsumptionem pro se.*

Excessus executionis debet ab allegante plenè, & concludenter probari, n. 11.

12 *Confinium varietas inducitur ex diuersitate, & longitudine temporis.*

13 *Confinium diuersitas inducit diuersitatem bonorum.*

Identitas bonorum excluditur ex diuersitate confinium, num. 13. & seqq.

14 *Bonorum identitas non resultat ex identitate vocabuli, nisi insimul duo confines, vel demonstrationes interueniant.*

15 *Inuentarium iuuat conficientem, eiusque hæredem, non autem suffragatur tertio.*

16 *Fides, seu Attestatio communitatis alicuius loci obtenta lite pendente nullam probationem facit.*

17 *Scriptura extracta lite pendente etiam ex libris alicuius Communitatis absque compulsorialibus Rotalibus non probat.*

18 *Legitima dicitur consumpta ex alienationibus quoties hæreditas sine inuentario adita sit.*

19 *Immissio non retardatur per exceptionem detractionis legitimæ, quoties illa per alienationes, & omissionem inuentarii probatur consumpta.*

Excessus exequutioni non resultat per exceptionem detractionis legitimæ ab alienationibus, & omissione inuentarii consumptæ, num. 19.

20 *Inuentarii confectio à lege requisita personalis esse dicitur, itaut ab alio facta minime suffragetur, & vide num. seqq.*

Descriptio, seu notula bonorum hæreditariorum facta ab executore legatorum piorum non releuat hæredem num. 20.

21 *Inuentarium vbi est confectum ab ipso testatore antè illius mortem an suffragetur hæredi, & num. seq. vbi vide.*

22 *Hæres si vult iuuari inuentario ab aliis confecto, debet illud infra tempus à lege statutum approbare.*

23 *Legitima si per alienationes fuit in parte consumpta, datur tantummodò actio ad illius supplementum.*

pro Supplemento legitimæ non datur actio neque competit hypotheca, num. 23.

Actio sola personalis competit pro consecutione supplementi legitimæ, num. 23.

Condictio ex lege datur pro supplemento legitimæ, quæ est sola actio personalis, num. 23.

DECISIO CXX.

TRIBVS conformibus sententiis quarum vltima prodiit ab hoc Sacro Tribunali Decreta fuerit immissio Carolo littæ, tamquam Capellano à Francisco Bernardino Crucio præelecto ad Capellaniam B. Mariæ Assumptæ loci Gorlæ post Obitum omnium vocatorum in suo Testamento substitutam, & harum vigore expedito mandato de immittendo, Capta fuit possessio diuersorum Corporum, quam excessiuam prætendentes Hieronymus, & alii de Medis, dubitatum est an constaret de excessu, ita vt illi danda esset manutentio, & resolutum de illo solum constare respectu vineæ in Contrata legnani.

Cum enim Vinea prædicta appareat in solutum tradita hæredibus Magdalenæ Burræ vxoris eiusdem Testatoris quatuor post annos, quo dicti Coniuges vna eademque die ab hac vita decesserunt, vt ex instrumento celebrato die 12. Augusti 1636. vtique non potuit inter bona hæreditaria Testatoris connumerari.

Nec obstitit quod illa tradita fuerit in satisfactionem Dotis Magdalenæ promissæ Testatori in quantitate, vt ex indè, quemadmodum hoc Creditum spectabat ad hæreditatem Francisci Bernardini, ita pro ipsius hæreditate vinea in solutum tradita, acquisita censetur; Præterquam enim contrarium deducebatur, ex enunciato Instrumento, in quo Cæsar Cruceus nomine, etiam Ambrosij non vti hæres Magdalenæ Burræ, quietat hæredem promissoris. Dotis, obiectio cessabat etiam, ex eo quod res matris successione deuolutæ in Parentum, ita sunt, potestate vt vtendi, & fruendi, duntaxat habeant in diem vitæ facultatem † dominio videlicet earumdem ad liberos pertinenti, vt ad litteram disponit, Text. *in l. 1. C. de* 1
bonis mater. itaque cum ex Bernardino superstes extitisset Carolus Aurelius filius, creditum Dotis, & vinea ex illo prouenienS non ad Patris hæreditatem, qui substituit Capelliam, sed ad hæreditatem dicti filii cuius mediati hæredes sunt isti de Medis pertinebat.

Pariter nec obstitit Statutum *Mediolani* † deferens *in* 2
cap. 298. lib. 1. Marito superstiti lucrum integræ dotis, licet adhuc non solutæ, quia illud locum habet non existentibus communibus liberis, quapropter dum Matri, vt supradictum est, superuixerit, Carolus Aurelius filius illi, † & non Patri lucrum applicatur, Bald. *conf. 443. num. 13.* 3
lib. 2. Curt. Iun. *conf 93. num. 1. & seqq. qui num. 16.* non solum ponderat, quod hoc casu verba à contrario sensu disponunt; † ita vt Maritus si filios habuerit Dotem non lu- 4
cretur, sed lucrum filiis applicatur, *ex Theorica* Bart. *in leg. 2. ff. ad sen. consil. Tertulli*, quod si alicui lucrum aufertur contemplatione alterius † debeat illi applicari, cuius con- 5
templatione aufertur, & prosequitur, *vsque ad num. 10 late* Phanuc. *in tract. de lucr. Dot. glos. 5. verbo superstitibus filiis num. 1.*

Præterea cum dictum Statutum deferat Viro lucrum sub conditione præmorientiæ vxoris, † oportet quod hære- 6
des viri, vt illud consequantur, doceant non solum mulierem obiisse, sed etiam quod mortua esset ante virum, quotiescumque enim stipulatio, vel aliqua dispositio concepta est in casu præmorientiæ, non sufficit probasse aliquem simul in eadem forte ruina, vel naufragio periisse, † sed vt 7
constet opus est, alium prius emisisse spiritum ita *Diuum Pium rescripsisse refert* Martian. *in l. quod de pariter, ff. de reb. dub.* & per quinque exempla declarat, ibi *gl. ac subiungit* Paul. *idemque* Martian. *duabus legibus seqq.* † nec con- 8
trarium dicitur *in l. qui duos §. si maritus eodem tit.* quia vt ibi benè obseruat Castren. diuersa, & non contraria est vtriusque textus ratio nam in hoc §. *si maritus* dabatur † 9
Viro lucrum Vxore decedente in matrimonio quod verificatur? etiam si illa simul cum Viro decedat, in casu verò prædicto legum concepta fuit stipulatio in casu præmorientiæ, † in quo maritus debet superuixisse Couarr. *Va-* 10
riarum lib. 2. cap. 7. ante nu. 8. vers. 1. & hoc infertur Phanuc. *in tract. de lucr. dotis glos. 4. nu. 2.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 50. num. 17.* qui adducit concord. & in terminis huius statuti ad dictum *cap. 298. num. 55.*

Circa illa verò corpora exequutata visum fuit DD. non constare de excessu, qui ob præsumptionem, quàm semper habet pro se actus exequutionis † debet ab allegante 11
concludentissimè probari ad tradita per Lancellott. *de attentat. appell. pend. limit. 53. num. 25. & per* Rota *in decis. 45. num. 1. de appellat. in nouis & in Placentina bonorum 1. Iulii 1661. coram R. P. D. meo Priolo*, Quinimo ex combinatione Instrumenti Possessionis cum Instrumento acquisitionum, quæ illi de Medis pro fundamento huius prætensi excessus afferebant fuisse de Corporibus executatis, ad Diamantem Crucium fratrem Bernardini spectan.; Excessus penitus excluditur, quandoquidem circa quantitatem perticarum, quàm circa demonstrationes confinium, hæc Corpora inter se totaliter discordant, & tamen inter acquisitiones factas anno 1627 & 1628. & possessionem captam anno præterito, non intercessit tanti temporis spatium, † quod excusaret ab hac confinium varietate *ex de-* 12
ductis à Hieronymo de monte in tract. de finibus cap. 21. & 22.

& d

& à Peregrin. *de fideicommiss. articul.* 44. *numer.* 53. Inter corpora enim contenta in sententia, & mandato de immittendo describuntur petia Terræ nuncupata la Casinazza, & illius confines exprimuntur ab vna parte accessiuum ab alia Capellam à dicto Diamante Institutam, & ex aliis partibus illos de Almasijs, & Franciscum Mariam Terzagum, & hæc dicuntur esse pertic. 4. Petium verò Terræ quod sub hoc vocabulo la Casinazza dicitur emptum à Diamante est pert. 15. illique cohærent ab vna hæredes Francisci Terzaghi, ab alia Franciscus Bernardinus Terzagus, & ab alia Georgius, & fratres de Masettis.

Similiter in sententia, & mandato de immittendo describitur petium terræ alla volta, cui dantur pro confine à duabus partibus Franciscus Maria Terzagus, & ab alijs via, & Franciscus Origonus; in asserto verò Instrumento acquisitionis, non legitur hæc demonstratio alla volta, & illa quæ prætenditur ead. della Capra habet diuersos confines, nempè Ioannem Vicecomitem, & Petrum Antonium Dauerium.

Demum mandatum Rotale continet illam petiam perticarum sex in vocabulo la Brera, cui à duabus lateribus adhæret via, & ab alio Ecclesia Sancti Laurentij, & ab alio Andreas Tretius, & Ambrosius Masetta, productum verò Instrumentum sub hoc vocabulo la Brera, nil aliud continet quam petiam duarum perticarum cohærens Angelo Mariæ de Monetis ab vno, & ab alio Ioanne Baptista Vetio, vnde ex hac diuersitate confinium,
13 plenè constat Corpora executata † esse diuersa, & nihil habere commune cum Corporibus acquisitis à Diamante, & ex illa penitus excludi identitatem *ad Text in l. forma, vbi* Glos. *in verbo vicinos, ff. de Censibus*, Bart. *in l. demonstratio falsa numero* 18. *in fin ff. de condit. & demonstr.* Ruin. *consil.* 143. *numero* 2. *lib.* 1. Hieronym. de Monte *in tract. de finibus cap.* 22. *numero* 1. Rota *decis.* 796. *numero* 3. *part.* 4. *diuers. &* 313. *numero* 5. *part.* 5. *in recent.* Nihil obstante, quod conueniant in vocabulis, quia
14 hoc solum non reddit rem certam, † sed vltrà nomen requiruntur duo confines, vel demonstrationes *iuxta doctr.* Bart. *vt in l. demonstratio falsa numero* 18. *in fin in 7 quæst.* Alex. *cons.* 72. *num.* 6 *lib.* 3. *ac* Rota *decis.* 94 *post* Postium *de manutentione num.* 6. *cum aliis per* Peregr. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 48.

Pariter non iustificatur excessus circa alia sex Corpora descripta in Summario illorum de Medio *num.* 7 quæ prætenduntur fuisse Communia inter Franciscum Bernardinum Testatorem, & Diamantem eius fratrem quoniam hoc congruè non probatur, neque ex Inuentario à Iacobo Crucio 20. post annos confecto, quod poterit qui-
15 dem Iacobo conficienti eiusque hæredibus iuuare, † non autem tertio qualis est Capellanus iuxta traditionem Bartoli *in l. Tutor qui repertorium num.* 16. *ff. de administ. Tut. ac tradit specul in tit de instr. edit. §. fin. vbi sub num.* 2. & multo minus ex fide extraiudiciali Consultum, & Syndici Castri Laconagi, quod bona prædicta descripta, & allibrata reperirentur in Catastro dicti loci sub nomine Petri Pauli Crucij, qui pariter fuit frater prædictorum Diamantis, & Francisci Bernardini, quoniam huiusmodi de-
16 positioni lite pendente extortæ nulla † fides est adhibenda, Cæsar. de Graff. *decis* 2. *num.* 13. *de spons. cum aliis in dec. Lodouis.* 214. *num.* 2. & Merlin. *decis.* 715. *num.* 4. cum maxi-
17 mè partita Catastri vigore † compulsorialium Rotalium in meliorem formam extrahi potuisset.

Excessum denique non concludebat prætentio detractionis legitimæ in bonis Francisci Bernardini debitæ Carolo Aurelio, & Annæ filijs Testatoris, & ex illorum personis Diamanti, & Capellæ ipsius hæredi; nam vltra mul-
18 tas alienationes, ex quibus consumpta dicebatur, † maximè quando vt hic hæreditas fuit addita absque confectione Inuentarij, iuxtà Text. *in §. Sancimus Auth. de hæred. & falcid.* Natt. *Cons.* 199. *num.* 11. *cum aliis per add. decis. Ludouisij* 266. *num.* 16. obseruabant DD. quod corpora pro dicta legitima assignata à Iudice ad Signum Galli fuerant à Iacobo Cæsare, & Ambrosio de Crucijs distracta, erroneo sub pretextu, quod ad ipsos pertinerent, vt indicat sententia ad fauorem Promotoris legatorum Priorum lata à R.D. Federico Vicecomite tunc Primicerio, & Iudice Delegato postmodum à Vicario Generali Laudensi Confirmata: Vndè vel super istis Corporibus iam
19 distractis nullus considerari poterat excessus, vel saltem † hæc prætensio sicut non erat apta impedire immissionem ex adductis, *per add. ad* Greg. *decis.* 185. *num.* 5 ita non inducebar excessum.

Defunctum verò Inuentarii non suppleuit descriptio, seu notula ad instantiam Promotoris Legatorum piorum facta de bonis tempore obitus relictis à qu. Francisco Bernardino, quia vbi à lege confectio Inuentarii exigitur hæc
† confectio personalis est, ita vt ab alio facta non releuet 20
ad sensum Bart. *in l. in ratione la* 1. *§. quod vulgo num.* 9 *ff. ad leg. falcid.* Borgn. *de tut. & curat. numer.* 108. Bald. *in l. fin. §. cum agitur num.* 18. *C. de iure del. b.* qui ampliat licèt Inuentarium ante mortem factum esset ab ipso Testatore, † & 21
quamuis contrarium sentiant Imol. *in l. cum hærede, ff. de acquir. hæred.* tamen omnes in hoc conueniunt; quod si
hæres vult iuuari inuentario ab aliis facto † debeat il- 22
lud coram Iudice ratificare intra tempus præscriptum à Iure ad conficen. &c. Inuentarium, *ut ex Text. in l. bonorum, ff. rem rat. haberi tradit.* Bermond *in tract. de tut. fol.* 19. *col.* 4. *num.* 19. quem sequitur Excobar. *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 22.

Cæterum quando etiam descriptio prædicta suffragaretur adhuc cum admittantur alienationes saltem. In aliqua parte sequitur, quod amplius prætendi non posset legitima, sed illius supplementum, † pro quo non competit 23
actio ob defectum hypothecæ, sed datur tantum condictio ex *l*, & sic sola personalis contra hæredes Riminald. Iun. *cons.* 539. *num* 35. Maresc. *var. resol. cap.* 121. *num.* 72. *& seqq.* Rota *decis.* 184. *num.* 11. *part.* 4. *diuers.* 291. *num.* 7. *part.* 7. & *dec.* 11. *n* 2. *& seqq. post* Merlin. *de legit. &c.*

Ex quibus Domini resoluerunt non constare de excessu in illis Corporibus, quàm in vinea, Itaut fuerit in illa tantum concessa manutentio illis de Medis vtraque &c.

In hac causa aliæ duæ emanarunt Decisiones, Altera sub die 27. Aprilis 1668. quàm inferius inuenies suo loco, & tempore astnotatam, alia verò sub die 14. Ianuar. 1669. omnes confirmatoriæ istius præsentis resolutionis, prout etiam aliarum primo loco factarum.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Eugubina fideicom missi.

Mercurii 16. *Nouembr* 1667.

ARGVMENTVM.

Hæredi scripto docto de testamento, & alijs *à l. finali* requisitis immissio conceditur etiam aduersus fideicommissarium, qui in hoc non dicitur legitimus contradictor, nisi insimul sine vitio possideat, doceat de fideicommisso claro & indubitato, quodque etiam nullæ grauato competerent detractiones, quæ omnia quomodo ad hunc effectum excludantur in præsenti decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Immissio hæredi scripto ex remedio* l. fin. C. de ædict. diu. Adriani tollendo *conceditur, & quando*
2 *Fideicommissarius vt dicatur legitimus contradictor aduersus hæredem scriptum quid probare teneatur.*
3 *Possessio capta per fideicommissarium propria auctoritate non autem de manu hæredis dicitur vitiosa.*
4 *Possessionem capiens bona fide propria auctoritate, excusatur à pœna, non autem à restitutione.*
Fides bona excusat à pœna, non autem à restitutione, num. 4.
Possessio capta bona fide propria auctoritate comparente persona legitima ei statim restituenda est n. 4.
5 *Bona alienata vt computentur in detractiones probari debent acquisita ex pecuniis fideicommissi.*
6 *Detractionum sola possibilitas sufficit ad hoc vt fideicommissa-*

commissarius non dicatur legitimus contradictor aduersus hæredem petentem immissionem.

7 *Prælegatum quando non cadat sub restitutione fideicommissi.*

Prælegatum vnico hæredi factum inutiliter dicitur factum, num. 7.

8 *Fideicommissarius probare tenetur quæ bona fuerint fideicommisso subiecta.*

Hæres habet intentionem fundatam in possessione bonorum à testatore habita, num. 8.

9 *Immissio ratione incertitudinis fideicommissario non datur.*

10 *Retentio non datur ei, cui denegatur immissio.*

Retentio non datur pro prætensionibus incertis, & illiquidis, num. 10.

Retentio non datur contra hæredem petentem immissionem, & quando, num. 10.

11 *Retentio quoties est illiquida reicitur ad petitorium.*

12 *Immissio hæredi scripto conceditur eo ipso quod exceptio fideicommissarii redditur disputabilis.*

DECISIO CXXI.

AD impediendum Immissionem petitam à Ioanne Baptista de Callio hærede Testamentario Francisci Mariæ vltimi grauati Guidus Antonius, & alii de Benamatis de Cantiano excipiebant de fideicommisso Marii ad eorum fauorem purificato per obitum eiusdem Francisci Mariæ, sine filiis, sed per duas decisiones nempe 28. Iunii 1663. coram Eminentissimo Vicecomite * & 6. Iunii 1664. coram me dictum fuit huiusmodi exceptione non obstare hæredi scripto cumque causam repropofuissem 22. Aprilis 1665. fuit ordinatum, vt videretur de bono Iure etiam ad effectum immissionis * & 2. Aprilis 1666. vt firmaretur status hæreditatis, vnde hodie reassumpta iterum disputatione Domini censuerunt dandam esse immissionem Ioanni Baptistæ.

Ipse enim docuit de Testamento valido aliisque requisi-
1 tis *à l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Tollen.* † quibus concurrentibus hæredi scripto, numquam denegatur immissio ad bona per defunctum possessa de tempore obitus, vt firmant Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 368.* Peregrin. *de fideicomm. art. 48. per tot aliique relati in praceden. decisionibus.*

Neque ad illam impediendum fideicommissarius dici-
2 tur legitimus contradictor † nisi in continenti constare faciat, & quidem copulatiuè de fideicommisso claro de possessione, sine vitio, & quod hæredi nihil supersit detrahendum iuxta firmata in *decis. 520. part. 1. diuersorum, & apud* Salgad. *in labyrint. Credit. decis. 42. numer. 10. & in Bononien. successionis de Barletis 17. Maii 1651. §. non obstat confirmata 11. Martii 1652. coram R. P. D. meo Albergato, & in Bononien. hæreditatis 11. Februar. 1658. §. Nec Barberius coram bo. me. Cardin. Corrado.*

In hac autem facti specie duo ex his requisitis absolutè deficiunt; Nam possessio sine dubio vitiosa fuit eo ipso,
3 † quod non fuit capta de manu hæredis, sed propria auctoritate, & nemine citato, *vt firmat prima decis. §. Immissionem*, & quamuis fideicommissarii allegarent ignorantiam hæredis, & Testamenti, & propterea, vti in gradu, successibiles potuissent bona fide capere hære-
4 ditatem † hæc tamen bona fides excusat, quidem à pœna, non autem à restitutione, quæ statim ac hæres comparuit facienda est vt in specie probat Surd. *decis. 333 num. 12. vers. non etiam.*

Quod autem competere possint, detractiones oculariter demonstratur ex calculo hæreditatis Marius enim de cuius fideicommisso agitur possedit pro indiuiso, cum Ioanne Baptista, bona valoris scutorum 5627. vnde instituendo fideicommissum grauare non potuit dicta bona sic confusa nisi pro medietate ascendendo ad scut. 2813. hoc autem grauamen cedere debet partim in portione Decii, & partim portione Alexandri, qui tanquam filii Io. Baptistæ successerant in bonis liberis, quàm fideicommissariis ac proinde portio fideicommissaria Alexandri purificata per obitum Francisci Mariæ eius filii erat scutorum tantum 1406. 50. Cumque modo sit in confesso fideicommissarios detinere sex corpora valoris scutorum 2556. clarè Patet illos teneri restituere saltem scuta 1150. Et quamuis contendant esse adscribenda inter bona Marii, & Io: Baptistæ tria loca montium, & officium Equitis Pii à grauatis alienata, † & tamen vel non probantur acqui- 5
sita ex pecuniis Marii, & Io: Baptistæ *vt firmat secunda decisio §. turbiditas*, vel quatenus essent computanda non intelligerentur supposita fideicommisso nisi pro medietate, & fideicommissariorum prætensio non augeretur, nisi in scut. 225. quare manifestè conuincitur omne id quod superest esse hæredi restituendum imò sat esset † sola 6
possibilitas detractionum Adden. ad Gregor *decis. 206. num. 11. & 12.* Rota *in recent. decis. 115. numer. 12. & 17. part. 1. decis. 116. num. 3. post med. part. 3. &* coram Reuerendissimo Royas *decis. 367. numer. 8. & seqq. & in Bononien. Bonorum 24. Ianuarii 1646. coram bon. mem. Dunozett. & in Senogallien. Successionis 29. Ianuarii 1652. §. fin. coram Cardinali Corrado, & in Romana hæreditatis 23. Ianuarii 1664. §. non obstat coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Præterea valdè Dubitari potest an ex fideicommisso detrahendum sit prælegatum factum à Mario fauore Ioannis Baptistæ eius hæredis de bonis à Fisco recuperatis, quia quando, vt hic, prælegatum præcedit, & subsequitur institutio in aliis bonis limitata, illud non cadit sub restitutione fideicommissi, † ne Testator videatur 7
vnico eius hæredi grauato restituere inutiliter prælegatum *l. si Titius ex part. 93. ff. de legat. 3.* Peregrin. *de fideicomm. art. 7. num. 44. & cons. 27. in fin. lib. 1. & cons. 44. num. 1. lib. 3.* Fusar. *de substit. quæst. 650. num. 24.* Rota *in terminis in Romana legati 1. Martii 1660. coram Reu. P. D. meo Beuilacqua.*

Non obstat, quod Io: Baptista Actor non probet quæ sint ista bona prælegata, quia onus pertinet ad fideicommissarios; qui tenentur probare identitatem, & digito demonstrare quænam sint bona fideicommisso † 8
supposita; hæres namque satis fundasse dicitur suam intentionem quotiescumque docuit se esse hæredem, & bona fuisse detenta, vel possessa à Testatore de tempore obitus; fideicommissarius verò, qui excipit dicta bona esse fideicommissaria vti Actor in hac exceptione indiget identifica, & concludenti probatione, vt in specie distinguendo declarat Angelus *de acquir. possess. quæst. 8. nu. 958 & seqq.* Rota *decis. 116. p. 3. rec. cum aliis adductis in 1. decis. §. vnde cum*; eoque fortius, cum prælegatum ex vniuersalitate verborum, ibi, *omnia, & quæcumque bona tam mobilia, quam stabilia, ac semouentia recuperata à fisco &c.* posset esse magni valoris, & probabiliter esse commixta inter illa corpora modò controuersa; vnde tantò magis fideicommissarius probare tenetur quæ pra legata; aliàs ratione incertitudinis, † sicut non posset obtinere im- 9
missionem, iuxtà *doctrin. Iacobini de S. Georgio in rubr. ff. de rei vindicat. num. 23 & 24.* quàm commendat, & sequitur Surd. *cons. 151. num. 49.* Roland. *cons. 82. numer. 17.* Ger. Spin. *cons. 60. per tot.* Rota *in recent decis. 295. num. 11. & seqq. part. 1. decis. 175. num. 3. & 4. part. 6.* Duran. *decis. 201. num. 3. & 4. in Romana Saluiani 25. Iunii 1640. coram Panzirolo.* Ita † multò minus retentionem, quæ non da- 10
tur pro prætensionibus incertis, & illiquidis, præsertim; contra hæredem petentem immissionem; † sed illæ reii- 11
ciuntur ad petitorium, vt *in d. decis. 201. num* 4. coram Duran. *& decis. 116. num. 3 & 4 part. 3. & decis. 94. num. 12. par. 5. & in Bononien. fideicommissi de Barbettis 19. Iunii 1654. §. prout consistunt coram bo me. Bichio.*

Verùm quatenus articulus comprehensionis dicti prælegati sub fideicommisso esset disputabilis, † hoc sufficeret pro concedenda interim immissione hæredi scripto, vt in specie dixit Rota *dec. 115. n. 12 p. 1. recent.* 12

Et ita vtraque, &c.

De supradictis Decisionibus in hac causa emanatis sola Decisio 25. Iunii 1663. coram Eminentiss. D. Cardinali Vicecomite reperitur impressa in præcedenti parte 14. quæ est Decisio in ordine 100 Alias verò in Appendice Decisionum prætermissarum apponere studebimus.

R. P.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S.R.E. Cardinali.

Cotronen. Censurarum.

Mercurii 16. Nouemb. 1667.

ARGVMENTVM.

Anceps non minus, quàm ardua quæstio in præsenti Decisione disceptatur de excommunicatione ab Episcopo fulminata contra non subditum, vt prætenditur inuasorem bonorum suæ Mensæ in alieno territorio existentium; in qua quidem causa; licèt suus Vicarius processerit, an ritè & rectè processisse dici possit; Et vlterius doctissimè etiam in ea examinatur articulus, an & quando potuerit Episcopus per vim eumdem inuasorem repellere, idque potius fecerit vti priuatus, quàm vti iudex; Hincque plura de iudiciali processu, ac de naturali defensione remanent quoque in eadem decisione declarata.

SVMMARIVM.

6 *Prælatus potest violentiam sibi factam à sæcularibus, armis spiritualibus coercere, & n. seqq.*

2 *Vim vi repellere licet etiam personis Ecclesiasticis, & supra num. 1. & seqq.*

3 *Episcopus potest se defendendo vim vi repellere etiam contra non subditum, & supra nu. 1. cum seqq.*

4 *Arma spiritualia purificata sunt armis temporalibus, & quando.*

5 *Gladius Ecclesiasticus, & gladius temporalis suadente necessitate sibi ad inuicem suffragantur.*

6 *Inuasores bonorum etiam si non fuerint subditi armis tam sæcularibus, quàm ecclesiasticis coerceri possunt.*

7 *Excommunicatio ferri non potest ab Episcopo contra non subditum, etiam quod ille inuasor extiterit, & vide sup. ac per totam.*

8 Textus in cap. dilecto de sent. excommunicat. in 6. *plenissimè declaratur, per totam dec.*

Prælatus iura sua tuendo potest procedere contra non subditum, si procedit vt pars, secus autem si procedit vt iudex, num. 8.

9 *Episcopus cui denegantur iura sua, quæ possidet, si procedit vt pars, non adstringitur ad iuris ordinem seruandum.*

10 *Episcopus si contra vsurpantes iura sua statim deuenit ad excommunicationem, dicitur processisse vt pars, non autem vt iudex.*

Extraiudicialiter processisse dicitur Prælatus, etiamsi pro sui animi instructione partes monuerit.

Citatio partis etiam in extraiudiciali cognitione haberi potest ad instruendum animum procedentis, numer. 10.

Actus non desinit esse extraiudicialis ex sola citatione partis facta ad instruendum animum superioris, numer. 10.

11 *Episcopus procedens ad excommunicationem contra vsurpantis bona sua, citando partes, vrbanius procedere dicitur, & sup. n. 10.*

12 *Iudicialis præsumitur processus, si instantia actoris interuenit.*

Iudicium formatur ex actore, reo, & Iudice, n. 12.

13 *Defensio vbi sola naturalis existitit non requiritur petitio, neque instantia est necessaria, & n. 15.*

Ad defensionem naturalem statim deuenitur vel incontinenti, vel flagrante adbuc delicto, non autem post temporis interuallum, num. 13.

Iniuria si fit personæ quomodo illa per viam naturalis defensionis propugnetur, n. 13.

14 *Iniuria illata circa rem quomodo purgetur.*

15 *Defensio naturalis nunquam cum actibus iudicialibus fieri debet.*

16 *Iudicialiter dicitur processum, si pars fuerit citata ad comparendum, & dicendum causam, quare excommunicari non debeat.*

Iudex petendo exceptiones à reo, iudicialiter dicitur processisse, num. 16.

17 *Prælatus vt possit extraiudicaliter procedere contra non subditum inuasorem, requiritur, quod in sua possessione extiterit, & n. 31.*

18 *Possessionem suam vnusquisque per vim defendere potest, recuperare autem non.*

19 *Vicarius Episcopi procedat ne validè in causa, in qua bursale emolumentum applicatur mensæ Episcopali, & num. seqq.*

20 *Episcopus non est iudex competens in causa suæ mensæ, etiam quod non fuerit recusatus, & vide n. 22. & 30.*

Episcopus satis dicitur suspectus, si suum agit interesse suæ propriæ mensæ, n. 20.

21 *Episcopus in causa suæ mensæ dicitur iudex competens si non fuerit recusatus.*

22 *Causa mensæ Episcopalis an dicatur causa deuolutionis bonorum, quorum fructus applicantur Episcopo.*

23 *Decisio intelligenda est iuxta auctoritates in quibus se fundat.*

24 *Prælatus vt possit esse iudex in causa suæ Ecclesiæ considerari debet id, quod est principale, & attenditur causa propinqua non autem remota.*

25 *Episcopus dicitur vsufructuarius in vita, & vsuarius in morte*

26 Textus in l. vnica, C. ne quis in sua causa &c. *traditur, & declaratur, & sup. n. 21. cum seqq.*

Iudex in causa propria nemo, nec etiam incidenter iudicare potest, num. 26.

27 *Episcopus an possit iudicare in causa suæ Ecclesiæ inspicitur instantia, cuius nempe nomine fuerit facta, mensæ scilicet, vel potius eiusdem Ecclesiæ.*

28 *Vicarius Episcopi, licèt idem babeat tribunal cum Episcopo, non eamdem tamen retinet affectionem, & commodum.*

Vicarius Episcopi an dicatur iudicare in causa propria si non iudicat in causa mensæ Episcopalis, n. 28.

29 *Vicarius Episcopi iudicare prohibetur in ea causa, in qua Episcopus iudicare non permittitur.*

Recusatio non requiritur in Vicario Episcopi in iis causis, in quibus nec ipse Episcopus iudicare potest, & vide supra num. 20.

30 *Iurisdictio Episcopalis egredi non potest fines propriæ Diœcesis.*

31 *Inuasor non subditus ad hoc, vt excommunicari potuerit, requiritur, quod Episcopus in possessione extiterit, & supra num. 17.*

32 *Absolutio excommunicationis non denegatur quoties censurarum validitas in dubium reuocatur.*

33 *Satisfactio non requiritur quando offensa est dubia, & an per depositum, vel cautionem sufficiat.*

34 *Depositum supplet obligationem satisfacere debentis, & quando.*

Absolutio ab excommunicatione non denegatur ob defectum satisfactionis, si ad illius depositum fuerit deuentum, n. 33. & 34. vbi etiam amplia.

Cautio de parendo mandatis Rotalibus quando sufficiat ad obtinendam absolutionem ab excommunicatione, num. 34.

DECISIO CXXII.

INSTANTE Procuratore, & Oeconomo mensæ Episcopalis Cotronen. de iustitia prouideri contra Baronem Insulæ, qui oues pascentes in Tenimento Bucciafani de pertinentiis eiusdem mensæ detinere fecerat sub prætextu non solutionis Fidæ Vicarius dictæ Ecclesiæ Baronem cum suis ministris denunciauit incurrisse in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ, ob quàm declarationem causa ad Rotam delata, dictum fuit, non substineri ob duplicem defectum iurisdictionis; Ex quo scilicet non potuisset Tribunal Episcopi in causa propria procedere, & multò minùs erga non subditum extra propriam Diœcesim, *vt in dec. coram me edita* * *sub die 4. Maii proximi præteriti*, pro cuius recessu obiiciebant † Agentes pro Episcopo dispositionem *cap. dilecto de sent. excomm. in 6.* 1

Vbi

Vbi Prælato permissum est vim repellendo, se defendere, ac iniuriam, & violentiam sæcularis potestatis armis spi-
2 ritualibus coercere, † quod etiam videtur permissum à D. Thom. 2. 2. qu. 108. art. 1. in resp. ad 4. argum. Idque etiam
3 contra non subditum † ex eadem ratione vim vi repellendi posita in Proemio eiusdem Text. quæ potius militat in fo-
4 rensi, quàm in subdito, & ex eo, quod arma spiritualia † parificata sunt in hoc *text. & in cap. 2. de priuileg.* cum armis temporalibus, itaut hi duo gladii consueuerint, exi-
5 gente necessitate, † sibi ad inuicem suffragari. Ideoque sicut licèt vnicuique se armis temporalibus tueri contra inuadentes bona sua, licèt propriæ iurisdictioni non subie-
6 ctos, † ita hoc etiam Prælatis permittitur mucrone Ecclesiastico, vt videtur sentire Butr. *in cap. Venerabili sub num. 10. vers. octauus casus ante finem 4. coll ibique* Anchar. *num. 8. vers. & prædicta de cen. ac ex mente Sac. Congreg. pluribus comprobat* Ricciull. *de iur. person. lib. 4. cap. 61. numer. 3. vsque ad num* 50.

Verum quidquid esset de secunda parte huius conclusionis, in qua grauissimi Auctores contrarium, & fortè melius sentiebant, limitando hanc facultatem vtendi pro
7 sua defensione gladio spirituali † in illis solùm, qui sub iurisdictione excommunicantis existunt, vt expressè notat Innoc. *in dicto cap. dilecto num. 2.* Dominic. *num. 10. & seq.* Anchar. *num. 1. vers. & ille gladius*, Io. Andr. *num. 2. vers. dum tamen Ecclesiam*, Franch. *n 7. ac vitalin. in Clement. præsentium. 51. de cens.* Butr. *in cap. ex par. n. 11 in fine vers. Item iste de verb. signific.* ac prosequitur Borgnin. Caualcan. *in decis. Fiuizzan. 28. num 39.* Certum, & indubitatum est omnes in
8 hoc conuenire, quod dispositio † *d. cap.* tunc demum procedat, quando Prælatus iura sua spirituali gladio tuetur, vt pars, non vt iudex, iuxtà celebrem doctrin. Innoc. *in cap. venerabili ante n. 5.* ibi: *Prudenter facit Prælatus, cui denegantur iura sua, quæ possidet, vt pars si procedit, non vt iu-*
9 *dex, † quia tunc non adstringitur ad iuris ordinem seruandum*, ac prosequitur *nu. 5. vers. si enim* Abbas, *& vers. v. gr. Episcopus de censibus*, quem sequitur communiter *Scribentes*, & præcipuè Io. Andr *in eod. cap n. 2.* Abb. *n. 2. & in cap. cum venissent. nu. 10. vers. si verò extraiudicialiter*, vbi etiam Fœlin. *sub num. 7.* Dec. *num. 57. & seqq. vers. vlt. scias*, Anchar. *nu. 5.* Butr. *nu. 8. de iud.*

Oportuit itaque pro applicatione huius *cap.* exquirere, an Episcopus Cotronensis iudicialiter, vel solùm extraiudicialiter processerit, & sanè quod ipse extraiudicialiter tantùm, & vti pars processerit arguebant Informantes ex eo, quod statim habita notitia ab Oeconomo de captura
10 ouium deuenit ad censuras, † non obstante quod monuerit, ac citauerit Baronem ad deducendum causas, quare ille, cum suis ministris, non debuisset excommunicari, quia hoc actum fuit ad instruendum animum suum vtque illi melius constaret de vsurpatione, quod fieri posse absque eo quod actus desinat esse extraiudicialis docet idem Innoc. *in prædicto c. Venerabili, nu. 5. vers. licèt tanquam quilibet*, quem sequitur Abb. *sub nu. 3. vers. dicit. enim* Io. Andr. *nu. 8. vers. licet tanquam*, Butr. *sub nu. 10. in princ 4 col. vers sed & hoc*
11 *non placet*; hocque vrbanius fieri, † ne de nimia properantia redarguatur obseruat in proposito Ricciul. *de iur. person d lib. 4. cap. 61. nu. 2.*

Sed è contrario iudicialiter processisse plura suadebant, & primo in instantia Oeconomi, qui gerendo partes actoris, dum Baro pro reo habebatur, ac Vicarius assumpse-
12 rat illas iudicis, † adfuit proculdubio concursus trium personarum, ex quibus iudicium formatur, iuxtà diffinitionem Bald. *in rub. ff. de iud. ac* Abb. *pariter in rubr. eiusd. tit.* vbi enim agitur de sola naturali defensione necessaria non
13 est petitio, nec † instantia, sed statim ad eam deuenitur, vel incontinenti, vel flagrante adhuc maleficio, si sit iniuria personæ, *ad text. in l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi arm. & ad verba gl in l. 1. in verb. moderamine, C. vnde vi*, vel quam-
14 diu fuerit purgata iniuria, † si illa inferatur circa rem, vt benè explicat Anchar. *in d. cap. Dilecto nu. 2. vers. 7 nota. de*
15 *sent. excomm.* semper autem hoc fieri debet † absque iudiciali Procuratoris instantia, Enric. *in cap. ex parte n. 12. vers. si verò sit causa Ecclesiæ, de verb. signif.*

Secundo ex forma citandi, quia præuio examine super non tuto accessu citatus fuit Baro per ædictum ad comparendum infra sex dies, & dicendum causam, quare non de-
16 buisset excommunicari, quæ forma certè iudicialis † fuit. Quia ex illa petiit Vicarius exceptiones, de quibus non poterat cognoscere, vt benè ponderat idem Innoc. *loc. cit. sub n. 5. vers. si enim*, Abb. *ac in cap. ex par. sub nu. 3. vers. vtrum autem exemptus*, ac præcisius Io, Andr. *in cap. venerabili nu. 3. in fin. vers. nec debet admittere exceptionem*, ibique Anchar. *sub nu. 8. vers. non obstat lex* Butr. *in eodem cap. sub nu. 10 in med. 3. col. vers. in eo tamen de cens.*

Tertio, accedebat, quod hæc pro instantia iudiciali canonizata fuit in sententia confirmatoria A. C. ac præcisiùs in commissione reformatoria obtenta ab eodem Episcopo *1. Summ.* eiusdem *n. 4 & 6.*

His addi poterat, quod nec Episcopus, si voluisset, potuisset Baronem innodatum Ecclesiasticis censuris denunciare extraiudicialiter iuxtà facultatem sibi tributam in præfato *cap. dilecto*, † cum illa tunc vti possit, quando Præ- 17
latus turbatur in sua possessione, secus autem si in possessione non est, & rationem differentiæ assignat idem Innoc. *in sæpè citato cap. venerabili nu. 5. post med. vers. ratio diuersitatis*, quod vnicuique licet defendere possessionem suam, & vim vi repellere, † sed suam per vim recuperare non 18
licet; & hanc doctrinam licèt ab omnibus pro inuoluta, & obscura habeatur, tamen omnes eam amplectuntur, & signanter Io. And. *ibidem sub nu. 10.* Felin. *in cap. 1. n. 3. vers. 3. limit. de appellat.* Franch. *in cap. auaritiæ n. 6. de elect.* Calder. *cons. 6. de iud. & for. compet.* ac prosequitur aliis adductis Caualc. *cit. dec. 28. nu. 4.*

Igitur eo ipso, quod ex supradictis constat iudicialiter fuisse processum, cessat primum obiectum ductum ex dispositione, *& in dicto cap. Dilecto*, & accedit alia non minus ardua quæstio, an validè potuisset procedere Vicarius in causa, † in qua bursale emolumentum applicatur mensæ 19
Episcopali, in quo articulo recepta fuit distinctio, *gloss. in can. si quis erga, verb. priuetur 2. qu. 7.* quod autem agitur de causa mensæ, & in ea Episcopus † non sit iudex competens 20
neque procedere possit, licèt non recusatus, quia satis suspectum se redit ex quo proprium tractat interesse, ita Abb. *in c cum venissent sub n 9. vers. item si causa, de iud.* vbi etiam Belarm *nu. 2. ac* Butr. *nu 9. in fine vers. si causa spectat*, Dec. *nu. 55. idem* Abb. *in cap. 1. col. fin. de pœn. in 6.* vbi etiam Gemin. *in col. pariter fin. post princ. vers. posset tamen, & n. 59. & seqq.* Bald. *in cap. quoties enim n. 10. vers. quæro numquid Episcopus de test. & in cap. literas nu 1. de præsumpt.* Natt. *cons. 174. nu. 7.* Alexand. *cons. 79 nu. 2. lib. 1.* cum aliis congestis per Surd. *cons. 50. n. 11.* & hanc distinctionem agnouit Sperell. licèt in suo casu contrarium defendat in *dec. 93. nu. 19. vers. secundus est casus*, & ante *n. 20. vers. secundo est.*

Aut verò principaliter agitur de causa Ecclesiæ, & non prohibetur quin possit episcopus esse iudex competens † 21
antequam recusetur, iuxtà Theor. Bald. *in l. vnic. n. 3. vers. quæstio stat. in hoc, C. ne quis in sua causa iudex*, quam sequitur idem Salicet. *n. 6 ac* Angelus *de Perus. n. 3.* Felin. *in cap. cum venissent n. 7 de iud. & in cap. insinuante n. 3. de offic. Deleg.* Cald. *d. cons. 6. in fin. de iud.* Boer. qui loquitur *in exactione subsidii charitatiui dec. 136. per tot.* Oldrad. *cons. 156. n. 1. vers. sed in casu nostro, cum adnotat. à* Capic. *dec. 137. n. 2. & 3.* quibus accedit authoritas huius Tribunali *in dec. Cæs. de* Graf. *4. de except.* Coccin. *79. ac Eminentiss. Ottboboni 52.* iunctis iis, quæ *in eadem causa Vladislauien. Villæ 13. Aprilis 1646. §. non obstat*, deducuntur *à Reuerendiss. D. meo Decano, & à bo. me. Bichio in Carpentoraten. Decimarum 1. Iulii 1647.* quibus non dissentiunt deducta *in Ceruien. Bonorum cor.* Reuerendiss. Imolen. *dec. 36. n. 15 par. 10.* licèt ibi forsan inaduertenter dictum fuerit, Episcopum posse esse iudicem competentem in causa mensæ antequam recusetur, † dum 22
in suo casu agebatur de deuolutione bonorum emphyteuticorum, quæ secundum Sperell. *dec. 93. nu. 24.* non dicitur causa mensæ, licèt illorum fructus Episcopo applicentur, ac Felin. Oldrad. & Coccin. qui ab ea alegantur, loquuntur omnes in causa Ecclesiæ; ideò non aliter intelligenda est prædicta decisio, † quàm secundùm auctoritates, in 23
quibus se fundat, iuxtà monitum Bart. *in l. enim solum 9. §. si liberationis n. 7. in fin. vers. & gl. ista, ff. de liber. legat.*

Sed maior fuit difficultas in applicatione facti, nam Baro Insulæ non contendit de dominio Tenimenti, sed solùm ex quo illud exigere fidam animalium forensium ex causa ingressus in Territorium; hinc inferebatur, quod vel nullo modo agitur de interesse Episcopi, seu eius mensæ, cum nihil de iuribus illius detrahatur, vel si ex hac prætensione exigendi fidam Episcopus cogeretur viliùs vendere herbas forensibus, quàm vendidisset, si Tenimentum prædictum esset ab hoc onere exemptum, hoc totum redundaret in ipsius præiudicium, & per consequens ista diceretur causa propriæ mensæ. E conuerso verò prætendebat Episcopus, quod ius istud exigendi fidam inferat serui-

feruitutem fundi Ecclesiæ aliàs libero, & per consequens vulneret libertatem, ac ipsam Ecclesiam afficiat, quo circa si cum Abb. *in d. cap. si eum venissent ante numer.* 12. ad
24 sciendum, an Prælatus possit esse Iudex † considerari debet id, quod est principale, & regulariter etiam inspiciatur causa propinqua, & non remota, ex hoc ipso magis anceps, & dubia redditur ampliatio facti, quia cum Epi-
25 scopus sit vsufructuarius in vita, † & vsuarius in morte, putant aliqui in similibus causis interesse magis principa-
26 le, & propinquum esse ipsius, itaut fatret dispositio † *tex. in d.l.vnica ne quis in sua causa*, nec posset ille etiam incidenter iudicare, vt docet Abb. *loc.cit.num.* 10. *vers. item video* Alexand. *cons.* 79. *num.* 2. *lib.* 1. Natt. *cons.* 174. *nu.* 7. Surd. *cons.* 50. *nu.* 10. *&* 19. vbi obseruat, instantiam factam fuis-
27 se, vt hic nomine mensæ Episcopalis, & non Ecclesiæ. † Alii verò contrarium sentiunt, quorum auctor fuit Bald. *in d.l.vnic.num.*3. *C.ne quis in sua causa*, Lapus. qui loquitur de annua præstatione *allegat.* 37. Boer. loquens de subsidio charitatiuo *decis.* 136. *per tot.* Sperell. *decis.* 39. Sed vtcumque res se habeat prætendebat Episcopus versari se in re certa, & extrà omnem difficultatem posita, quia non ipse pronunciauit in hac causa, sed eius Vicarius, qui nullum habuit interesse, quique licèt ob præsumptum obsequium & affectionem potuisset recusari, nihilominus non fuit incapax iudicandi, cum dici non possit eum in causa propria
28 iudicare, & quamuis sit idem Tribunal, † tamen non est eadem affectio, vel commodum consideratum in Episcopo vt probat Dec *in cap.* 1. *num.* 81. *de iudic.* & benè ratiocinatur Riminald. Senior. *cons.* 539. *n.* 4. *& pluribus seqq. & ipso adducto* Sperell. *d.dec.* 93. *n.* 25.

Et in hac etiam propositione non defuerunt contradictores tenentes *ex cap. insinuante de offic. iud.delegat.* in illa
29 causa, in qua non potest Episcopus cognoscere, † nec posse ipsius Vicarium, vt innuit *gloss. in cap. Officialis*, ibique Io Andr. & Abb. *num.* 2. *& Imolen.num* 10 & in specie licèt non fuerit recusatus Crauett. *cons.* 6. *num.* 33. Surd. *d.cons.* 50. *num.* 13. *cum plur.bus seqq.* cum cæteris adductis per Grat. *discept* 809 *num.* 18. *& pluribus seqq.*

In tanta igitur iuris, & facti dubietate, anceps circa primam difficultatem remansit DD. sententia, & circa alteram fundatam in defectu iurisdictionis ex quo Baro, neque ratione originis, neque delicti esset subditus Episcopo excommunicanti, licèt admitteretur conclusio *in dec. firma-*
30 *ta in §. qui notabatur*, quod iurisdictio Episcopalis † egredi non poterat fines propriæ Diœcesis, iuxtà illud Deuteronom *Ne trasgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui*, relatum *in cap. nullus* 9. *quæst.* 2. *& in cap* 2. *de constit. in* 6. tamen in dubietate supra excitata, an hoc etiam procederet quando ad propulsandam iniuriam deuentum esset ad promulgationem censurarum, animaduersum fuit, quod
31 etiam iuxtà opinionem illorum, qui tenent † inuasorem non subditum posse excommunicari, hoc tamen procederet, quando Episcopus tempore vsurpationis fuisset in possessione rei, vel iuris vsurpati, vt notat Innoc. *in d. cap. venerabili num.* 5. *de censib.* ac ferè omnes ibidem *Scribentes*, & præcipuè Abb. *num.* 2. Butr *num.* 10. *&* Soccin. *in tract. de iustit.* 3 *quæst.* 14. *num.* 16. *vers. sed iuxtà materiam*. Ideò in præsenti non iustificata per Episcopum quasi possessione libertatis non soluendi, quàm asseruit violatam, meritò non potuit à DD. dignosci, an validè contra Baronem Insulæ, ac Ministros illius non subditos processerit.

Super vtroque igitur præteritæ decisionis articulo resolutionem pro nunc suspendentes, in hoc tamen DD. conuenerunt, quod interim absolutio Baroni, & Ministris concederetur, quotiescumque enim validitas censurarum
32 in dubium reuocatur † non solet petenti absolutio denegari, iuxta claram dispositionem *text. in cap. solet, vers. in prima igitur, & in cap. venerabili, §. porrò, vers. similiter si Suffraganeus de sent. excomm. in* 6. Franch. *in cit. cap. solet num.* 1. *&* 6. *vers. in ea gloss. &* 8. *vers. in sententiis, qui sub num.* 6. testatur etiam de opinione Rotæ Abb *in c. per tuas num.* 6 *vers. aut est dubium, & num.* 10. *vers. aut dubitatur*, & ibi Butr. *num.* 26. *&* Alex de Næuo *in cap propos uit num.* 1. *&* 2. *eod.tit.* Rot. *in antiq. decis.* 7. *vers. secus esset si super possessione*.

A qua sentententia non potuit DD. remouere, quod Baro, prius Ecclesiæ non satisfecerat, quia vltra responsionem datam *in alia decis §. ab hac verò*, visum est satisfactionem
33 non requiri, † quando offensa, vt hic, fuit dubia, Enrich. Boich. *in cap* 1. *num.* 10. *de iudic. ac* Rot. *dicta decis.* 3. Put. & coram Bellam. *decis.* 174. nec in proposito defuit satisfactio tum ex quo Baro iuxtà ordinem Rotæ summam exactam promptè deposuit, † tum ex quo modo offert 34
cautionem de parendo mandatis Ecclesiæ, *ad text. in cap. per tuas, vers. quod si absolutionis extrà eod. tit.* vbi Innoc. *num.* 3. *vers. tamen si velit credere meo consilio*.

Et ità vtraque, &c.

Præsens Decisio emanauit in eadem causa, de qua superius alia extat resolutio supra in præsenti parte sub die 4. Maii proximè præteriti in ordine dec.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Tropien. Pecuniaria.

Sabbati 26. *Nouembris* 1667. *Rota Martiniana*.

ARGVMENTVM.

Plura in præsenti Decisione deducuntur tam super probatione testium, quàm super validitate eorum examinis; quod nempè illa resultet ex eorum contesti depositione; hæc autem probata dici debeat etiam ex vnica citatione ad videndum illos iurare, & examinari, quando, prout hic, ita de stylo loci seruatur; pluraque etiam de iurisdictione A. C. in causis obligationum cameralium tàm intra, quàm extra Vrbem; ac etiam de extinctione census inducta per viam compensationis, in eadem decisione declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Testes vbi sunt contestes plenam probationem faciunt.*
Testes Sacerdotes eo magis probant, n. 1.
2 *Testes, quorum vnus deponit de visu, alter verò fuit adhibitus ad scribendum, contractum plenè probant.*
3 *Creditum remanet probatum ex solidatione computorum*
Solidatio computorum plenè probat inter ipsos solidantes, num. 3.
4 *Probatio facta per testes eo magis corroboratur, si concurrant adminicula.*
Testes cum adminiculis eo maiorem probationem faciunt num. 4.
5 *Testes dicuntur validè examinati, etiamsi vna tantùm citatio præcesserit tàm ad videndum iurare testes, quàm ad illorum examen faciendum, si ita de stylo loci seruatur.*
6 *Stylus plenè remanet probatus ex attestatione Notariorum, & Curialium.*
Fides Notariorum, & Curialium sufficit ad probandum stylum loci circa examen testium, n. 6.
7 *Confessio, & agnitio debiti, etiamsi fuerit simplex, & extraiudicialis plenè probat de iure canonico.*
8 *A. C. auocare non potest causas obligationis Cameralis extrà Vrbem introductas, benè tamen illas motas in eadem Vrbe.*
A. C. est Iudex obligationis Cameralis priuatiuè quoad omnia alia Tribunalia Vrbis; secùs autem extrà Vrbem, num. 8.
9 *Obligatio Cameralis potest intentari coram A. C. vel alio Iudice, non obstante iudicio pendente coram Ordinario.*
10 *Testes examinati post appellationem, sed ante præsentatam inhibitionem dicuntur validè examinati, & quando.*
Appellatio in obligatione Camerali non causat attentata ante præsentationem inhibitionis, n. 10.
Inhibitionis præsentatio necessaria est in obligatione Camerali, vt dicantur commissa attentata, n. 10.
Attentata non committuntur in obligatione Camerali ante præsentationem Inhibitionis.
11 *Census extinguitur quoties illius creditor remanet debitor*

bitor debitoris eiusdem census in summa eidem censui coæquali, vel etiam vltra.

Compensatio de credito ad debitum, & è contra inducitur ipso iure ex ipso ministerio legis, absque alia partium oppositione, num. 11.

12 *Vsurarum cursum ad euitandum eò faciliùs inducitur compensatio ipso iure.*

DECISIO CXXIII.

CENSVS in solidum impositus fuerat ducat. mille in sorte à Carolo Carbonara, & Francisco Nomicisio, hicque illius bonam fidem recognouerat pro tota summa, cum promissione eum indemnem conseruandi.

Progressu temporis Franciscus Nomicisius ratam d. Census in ducat. 400. & reliqua in ducat. 600. Carolus extinxit, versuram tamen faciendo vtpotè qui creauit duos alios Census vnumquemque in sorte duc. 300. acceptorum ab Annibale de Afflicto, & Portia Carbonaria; Idemque Franciscus postea summam debitam Annibali persoluit, & remansit solus Census cum Portia Carbonaria contractus, pro cuius sorte, & fructibus Monasterium S. Mariæ Pietatis Trogeæ veniens ex persona Portiæ agit aduersus hæredes d. Caroli, qui pulsarunt etiam Nomicisium vtì obligatum ad damna, & interesse vigore Indemnitatis promissæ in instrumento primi census.

Sed Nomicisius exceptoriam compensationis factæ vsque de anno 1651. in maiori summa duc. 446. sibi debita à Carolo, quam DD. reprobarunt in decisione, quæ reuidetur, eo præcipuo fundamento, quod testes inducti ad iustificandam illam compensationem fuerant examinati ad perpetuam rei memoriam pendente lite in Rota, sine remissoria, & absque partis citatione. At hodie veritate facti in contrarium detecta DD. recesserunt à decisis.

Quam resolutionem libentèr amplexi sunt DD. obseruantes inter scripturas nouitèr ex processu decerptas dd. testes rectè, ac formitèr fuisse examinatos in prima instantia vertente coram Ordinario Tropeano, Summario hodierno posit, *num.* 1. & consequentèr ab eorum depositione optimè probari, quod Nomicisius in solidatis computis per schedulam datam *d. Summ. num.* 7. remansit creditor Caroli in summa duc. 446. dum ambo sunt con-
1 testes † Sacerdotale munus professi, atque ideò fide dignlores ex ijs, quæ notat *gloss. in cap. Monaci vers. quorum 77. distinctione*, Ruin *cons.* 35. *num.* 16 *lib.* 4. Mascard *de probat. conf.* 316. *num.* 3. Rota *decis.* 351. *num.* 10. *coram* Gregor. & *decis.* 194. *coram* Merlino. Eoque magis quod alter deponit de visu; alter verò adhibitus est ad scribendam schedulam solidationis computorum inter d. Nomi-
2 cisium, & Carolum, † ex quibus omnibus habetur plena, & indubitata probatio, vt in his terminis dixit Rota *decis.* 775. *num.* 6. *vers. alius verò coram* Buratto, &
3 ex ea solidatione computorum † probatur creditum inter solidantes in summa ibidem firmata Alex. *consil.* 141. *num* 4. *lib.* 6. Rota *in Ferrarien. Pecuniaria 6. Iunii 1664. §. etenim coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Hæcque probatio ex pluribus adminiculis partitas in dicta schedula contentas iustificantibus Summ. præceden-
4 tis posit. num. 3. 4. 5. 8. 11. & 13. & seqq. † potentiori authoritate corroboratur, *cap si testes* 4. *quæst.* 9. Abbas *in cap. in nostram de testib.* Gabr. *concl.* 4. *nu.* 28. *de testib.* Aym. *conf.* 73. *num.* 4. Rota *decis.* 31. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 70. *num.* 13. *coram* Merlino.

Non obstat, quod vnica tantùm citatio præcesserit tàm ad videndum iurare testes, quàm ad illorum examen faciendum, quoniam in Ciuitate Tropeæ illa praxis inoleuit, vt attestantur Notarius; & alij Officiales Curiæ Episcopalis Summ. hodierno posit. num. 1. in calce
6 examinis testium, † qui stylus benè probatur ex illorum fide, Rota *decis.* 34. *num.* 18. *penes* Posth. *de subbast.* & *decis.* 64. *num.* 19. & *decis.* 92. *num* 2. *part.* 11. *recent.*

Neque refert, quod agnitio d. debiti in summa ducat. 446. sit confessio simplex, & extraiudicialis facta
7 à Carolo, † siquidem illa plenè probat ex equitate canonica, Felln. *in cap. si cautio num.* 23. *de fid. instrum.* Soccin. Iun. *conf.* 532. *num.* 28. *lib.* 2. Rota coram Gregor. *decis.* 408. *num.* 2. *coram* Coccin. *decis.* 170. *num.* 10. & *in rec. decis.* 158. *num.* 11. *post med. part.* 1.

Minusque vrget exceptio declinatoria apposita coram Ordinario Tropiesi vigore obligationis Cameralis ad subterfugiendam illius iurisdictionem; Compertum enim est DD. Iudices in partibus legitimè cognoscere de instrumentis obligationem Cameralem gerentibus, & A. C. similes causas ab illis auocare non posse, † 8
quia prærogatiua auocationis tantummodò locum habet in Vrbe, vbi A. C. est Iudex obligationis Cameralis priuatiuè quoad alia tribunalia non autem extrà, vt in puncto declarat Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. & 114. Scaccia *de Iud. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 29. Zacch. *de oblig. Camer. qu.* 7. *num.* 48. Rota *decis.* 462. *per totam ibique Adden. litt. A.* vltrà quod hæredes Caroli benè poterant intentare Iudicium executiuum vigore obligationis Cameralis coram A. C. vel alio Iudice † non obstan- 9
te litis pendentia coram Ordinario, ex pluribus cumulatis apud Grat. *discept. forens. cap.* 118. *num.* 43. & 44. & *cap.* 669. *num.* 4. Antonin de Amat. *resol* 36. *num* 6.

Quocirca licèt testes se examini subiecerint post appellationem ad A. C. exaduerso interpositam ab vlteriori processu; non tamen indè censetur examen vitio attentatorum obnoxium, dum nulla † ante examen 10
legitur præsentata inhibitio A. C. sine qua appellatio in hac materia non operatur attentata, vt in specie respondit, Rota coram Vbaldo *decis.* 13. *num.* 1. & 2. & *in Carpentoraten hæreditatis* 28. *Iunij* 1647. §. *primo quia coram bon. mem. Bichio.*

Hinc collabuntur omnia obiecta, quæ moueri possent super damnis prætensis vigore promissionis indemnitatis ab hæredibus Caroli; dum enim vsque de anno 1651. in solidatis computis Carolus, se debitorem Nomicisij confessus est in summa duc. 446. vt supra, quæ excedit sortem Census creati cum Portia in ducatis 300. † profectò sequitur eodem tempore, tàm 11
pro sorte, quàm pro fructibus, si qui tunc debebantur compensationem inductam fuisse ipso iure, seù legis ministerio, absque alia partis oppositione, aut protestatione, quæ minimè est necessaria † præcipuè vbi 12
agitur prout in præsenti casu, de impediendo cursu vsurarum, & in hoc proprio sensu respondit Rota *decis.* 53. *num* 1. *part.* 1. *diuers. decis.* 483. *num.* 4. *par.* 3. & multo meliùs *decis.* 109. *num.* 22. *part* 9. *recent.*

Cùm ergo ex præfatis constet d. Carolum fuisse debitorem Nomicisij in ducat. 446. de anno 1651. & compensationem factam fuisse ipso iure cum eo, ad quod Nomicisius teneri poterat ob indemnitatem promissam Carolo DD. existimarunt non opus esse refricari quæstionem an ratione damnorum, & interesse Nomicisius possit compelli ad releuandum Carolum, indemnem etiamsi nulla præcesserit interpellatio, quia in simili controuersia diuersæ habentur regulæ, quæ vti extrà rem, & superfluæ, suis locis, & casibus sint relinquendæ.

Et ità altera tantùm &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Rauennaten Fideicommissi.

Sabbati 26. *Nouembris* 1667. *Rota Martiniana.*

ARGVMENTVM.

Testator si ad suum fideicommissum vocauit lineas plurium institutorum, quia illas secundùm ordinem intestatæ successionis vocasse dicitur; Ideò non omnes simultaneæ, sed cum prælatione proximiorum admittendæ sunt; Filius autem quomodo præmortuo Patre ad fideicommissum vocetur, An per viam repræsentationis, An per viam substitutionis vulgaris Anomalæ in præsenti Decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *In Fideicommissis proximior excludit remotiorem.*
Fideicommissum regulatur secundum ordinem intestatæ successionis, num.1.

2 *Lineæ omnes, & descendentiæ censentur vocatæ per portiones in stirpes, quando Testator mandauit, quod deficiente linea vnius, succedant descendentes lineæ alterius.*

3 Peregrin. de fideicomm. artic. 40 num. 7. & Fusar. de subst. quæst. 484. num. 68. *declarantur, & supr. numer. 2.*

4 *Fideicommissi successio regulari debet à gradus proximitate, maximè inter descendentes eiusdem lineæ.*
Proximitas semper attenditur præsertim inter descendentes eiusdem lineæ num. 4.

5 *Pluralitas graduum de necessitate requiritur ad constituendam lineam.*
Linea dicitur collectio plurium personarum ab vno, & eodem stipite prouenientium, num. 5.

6 *Lineæ quot fuerint vocatæ vt attendatur non inspicitur enumeratio descendentium, sed numerus primo loco institutorum.*
Instituti primo loco, dicuntur stipites, qui sunt caput omnium cæterorum descendentium, num. 6.

7 *Testator vocando descendentes ordini successiuo, non censetur omnes insimul admittere voluisse, sed vnum post alium.*
Descendentes vocati ordine successiuo non simultaneè, sed cum prælatione proximiorum censentur fuisse vocatos, num. 7.
Verba ordine successiuo proximiorum prælationem important, num 7.

8 *Filius post mortem patris ad fideicommissum vocatus, patre præmortuo, aut per viam repræsentationis admittitur, aut proprio iure in vim vulgaris anomalæ, & vide num. seq.*
Repræsentat filius personam patris in fideicommissis, & quando num. 8 & 9.
per Vulgarem anomalam, quando admittatur filius ad fideicommissum patre præmortuo, num 8. & 9.

9 *Repræsentatio non admittitur in transuersalibus vltrà primum gradum.*

10 *Subingressus filij in locum patris quoad certas personas à Testatore ordinatus, quoad alias personas censetur denegatus.*
Testator si aliquid ordinauit respectu certarum personarum, idem in alijs casibus non expressis probibuisse censetur, num. 10.

DECISIO CXXIV.

CONFIRMARVNT hodie Domini decisionem in hac causa editam coram me sub die 7. Februarij præteriti, vbi firmatum fuit successionem in bonis Caroli prædefuncti vigore fideicommissi per Cæsarem Seniorem ordinati competere Eminentiss. D. Cardinali Rasposo, eiusque fratri, non autem Cæsari Antonio colliti ganti, quia cum ijdem Dominus Card. & frater sint in gradu proximiores vltimo defuncto, veniunt præferendi nedum ex voluntate Testatoris, qui mandauit seruari graduum prærogatiuam respectu vltimi grauati; Sed etiam ex iuris dispositione per quam in fideicommissis
1 proximior † remotiorem ex ludit iuxta ordinem intestatæ successionis *text. in l peto §. fratre vers vt proximos ff. de leg. 2* Dec *cons. 185. num. 4. vers 2. quia* Merlin. *decis. 520. num. 21 cum allegatis in decis. §. cum enim.*

Non obstat, quod proximitas attendi non debeat quando Testator pluribus institutis, & reciprocè substitutis, mandauit vt deficiente linea vnius, succedant descenden-
2 tes e. alijs, quo casu † omnes lineæ, & descendentiæ censentur vocatæ per portiones in stirpes, iuxta tradita per Peregrin. *de fideicomm. art. 20. num. 7. &* Fusar. *de substit. qu. 484. num. 68.*

Quoniam in proposito non versamur in casu quo per deficientiam vnius lineæ cæteri substituti ex alijs descendentijs inter se contendant de successione in portione li-
3 neæ † defectæ, in quibus terminis loquuntur Peregrin. & Fusar. mox relati; Sed quidem in casu longè diuerso, cum agatur de succedendo grauato ex vna eademque linea. Nam licèt Cæsar Testator à principio duos filios, nempè Iulium, & Rasponum instituerit, eosque ad inuicem substituerit, Iulius tamen sine filijs prædecessit, & integra eius portio delata fuit ad Rasponum superstitem, qui postmodum tres filios suscepit ex quibus descendunt tàm D. Cardinalis, & frater, quàm Cæsar Antonius collitigans, nec non Carolus de cuius hæreditate nunc agitur. Ideòque cum omnes sint de linea ipsius Rasponi, succes-
sio † regulari debet à gradus proximitate, quæ absque difficultate semper attenditur inter descendentes eiusdem lineæ, vt benè declarat Peregrin. *cons. 51. num. 15. lib. 3.* Bellon. *cons. 61 num. 8. post med.* & admisit Rota *in Bononien. fideicommissi de Blancossis 1. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Taya in fin.* 4

Neque dicatur Testatorem substituendo filios, nepotes, pronepotes, & descendentes masculos institutorum, voluisse constituere plures, ac diuersas lineas in illis verbis recensitis in alia decisione: ibi, *sostituisco l'altro, e gl' altri di detti figli, & i figli, nepoti, e pronepoti, e descendenti &c. di quello, ò quelli.* Siquidem huiusmodi expressio filiorum nepotum, & pronepotum solùm præsefert illorum successiuam vocationem, in casu deficientiæ filiorum Testatoris, non autem importat constitutionem tot linearum quot sunt personæ expressæ. Cum enim pluralitas graduum de necessitate requiratur ad constituendam lineam, † quæ dicitur collectio plurium personarum ab 5
vno, & eodem stipite prouenientium *l. stemmata ff. de grad. affin. cap. quod dilectio de consang. & affinit.* Vtique ad dignoscendum quot lineæ fuerint vocatæ non inspicitur enumeratio descendentium, † sed quidem numerus pri- 6
mo Institutorum à quibus tamquam à stipite cæteri descendentes emanant Paul de Castr. *in l. Maritus num. 5. vers si enim Pater C. de procurat.* Ruin. *cons. 98. num. 3. post med. lib. 1. & cons. 23. num 4. lib. 3* Paris *cons. 74. num. 2. lib. 3.* Mart. *de success. legal. part. 4. quæst. 21 art. 16. num 3.* Giurb. *de success. feud. cap. 18 §. 2 gloss. 6. num. 13* Rota *decis. 105. num. 20. & seqq. & dec s. 190. num. 4. coram Carillo.*

Præterea remouetur obiectum ex quo verba præfata fuerunt adiecta substitutioni factæ in casu mortis alterius ex filijs Testatoris primò institutis, qui casus iam euenit per Iulij prædecessum vt supradictum est; At in alia substitutione facta pro descendentibus superstitis, de qua modo est quæstio, idem Testator adiecit hæc alia verba ibi, *sostituisco l'vno in l'altro sino in infinito, ò l'vno, ò l'altro reciprocamente, attiuamente, e passiuamente per ordine successiuo,* † ex quibus dicendum est nullo modo voluisse in- 7
simul admittere ad successionem omnes descendentes cum dicta verba *per ordine successiuo* proximiorum prælationem importent, vt pluribus congestis tradit Sim. de Præt *de interpr. vlt. volunt. lib. 3. so. ut. 2. num 4.*

Denique non releuat prætensio quod Cæsar Antonius possit concurrere cum D. Cardinali aut ex persona sui Patris per viam repræsentationis, † aut proprio Iure in 8
illius locum subintrando in vim vulgaris anomalæ, iuxta doctr. Bart. *in l. quandiu num. 10. vers. item facit de acq. hæred.*

Etenim quoad repræsentantem subsistunt responsiones datæ in decisione, quia cum agatur de successione transuersalis verè non est locus repræsentationi, † quæ in 9
transuersalibus non admittitur vltrà primum gradum, vt probant relati per Peregr. *art. 21. num. 8.* Subingressus verò per vulgarem anomalam admitti non debet in præsenti, non solùm, quia Testator expressè declarauit in fideicommisso succedendum esse seruata semper graduum prærogatiua; Sed etiam quia subingressum restrinxit ad personas literaliter expressas: ibi, *che il figlio entri in luogo del Padre rispetto del descendente, e del Patruo,* & propterea † 10
in alijs casibus non expressis censetur prohibitus ex tacita mente Testatoris vt in his terminis dixit Rota *in Reatina fideicommissi 29. Maij 1665. coram R. P. D. meo Emerix §. etenim cum seqq.*

Et ità altera, &c.

Prima decisio sic vt supra in hac eadem causa emanata sub die 7. Februarij istius præsentis anni 1667. & successiuè in hac præsenti Decisione confirmata reperitur superiùs impressa, & est in ordine Decisio 24.

R.P.D.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien Fideicommissorum.

Sabbati 26. Nouembris 1667. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Tota versatur præsens Decisio ad probandam filiationem in articulo successionis, quam etiam præsumptionibus, & coniecturis verificari posse concluditur, maximè respectu Patris, ad quem effectum probatio directa haberi non potest, & vbi agitur de filio suscepto ex mulieri nobili, quæ neque in schemmate concubinatus; neque sub particulari custodia haberi permittitur.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio ad effectum successionis requirit concludentes probationes.*

2 *ad Filiationem paternam probandam præcisa, & directa probatio haberi non potest, & num. seq.*

3 *Filiatio respectu Patris probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

4 *Præsumptiones, & coniecturæ in vnum collectæ, & vnitæ examinari debent.*

5 *Præsumptiones sufficiunt in materia antiqua, in qua testes haberi non possunt.*

6 *Fama cum adminiculis in antiquis facit plenam probationem.*

7 *Filiationis quasi possessio acquisita à consanguineis aliàs successuris plenam probationem facit, & num. 27.*

8 *Filiationis quasi possessio quando sufficiat etiam ad petitorij decisionem.*

9 *Filiatio remanet probata si quis tamquam consanguineus fuit admissus ad integrandam personam sui consanguinei minoris contrahere volentis.*

10 *Dispensatio Apostolica probat filiationem.*

11 *Fama etiam sola sufficit ad quasi possessionem filiationis.*

12 *Filiatio concludentèr probatur ex fama cum adminiculis, & supra num. 11.*

13 *Enunciatiuæ antiquæ obtinent vim famæ.*

14 *Tempus annorum 60. ad effectum probandi filiationem dicitur tempus antiquum.*

15 *Fama filiationis quomodo probetur.*

16 *Filiationem impugnare non potest successor illius, qui eamdem filiationem approbauit.*

Enunciatiuæ emanatæ ab auctore alicuius illius successori plenæ preiudicant num. 16.

17 *Filiationem deductam ex scripturis, vel testibus impugnare non valet, qui easdem scripturas, vel testes produxit.*

18 *Productio scripturæ etiam limitatè facta præiudicat producenti, si ille suam fundat intentionem in eisdem scripturis.*

19 *Epistola in qua quis se facit consanguineum alicuius licèt plenè non probet, facit tamen semiplenam probationem, & num. 20.*

21 *Filiationis potentissima coniectura est, si quis ab eius Patre fuit tamquam filius datus ad educandum.*

22 *in Hæresis crimine condemnantur non solùm auctores illius, verùm etiam progenies eorumdem.*

Filiatio non excluditur si Pater fuit de hæresi condemnatus, & proinde abstinuit ab agnoscendo filium in suum, num. 22.

Pater de hæresi condemnatus cautè agit si filium non agnouit in suum, ne illum tanti criminis participem faciat, num. 22.

23 *Filius naturalis natus ex muliere nobili etiamsi nomen matris taceatur, non ex indè excluditur, quod sit talis.*

Mulieribus nobilibus maximè conuenit castitatis obseruatio, num. 23.

Mulier nobilis maxima iniuria afficitur ex crimine impudicitiæ, num. 23.

24 *Filius naturalis susceptus ex muliere nobili, non exigit probationem, quod eius mater de tempore conceptionis fuerit in potestate sui genitoris, & num. seqq.*

Filiationis probatio redditur æquiuoca ex defectu probationis, quod mulier de tempore conceptionis non esset in potestate viri, & quando hoc procedat num. 24. & seqq.

25 *Mulier nobilis non retinetur in schemate concubinatus, & num. 24.*

26 *in Muliere nobili excluditur præsumptio, quod alijs se prostrituerit.*

27 *Consanguinei propter interesse successionis solent esse rigorosissimi in agnoscendo aliquem in filium naturalem sui consanguinei.*

28 *Filius naturalis vt quis probetur, non semper requiruntur illæ rigorosæ probationes, sed sufficit, quod de iis aliquid releuans Iudici constet.*

29 *Ventris custodia, & agnitio Patris non semper de necessitate exiguntur in probatione filiationis naturalis.*

Filiatio probatur ex communi reputatione, & gestis consanguineorum etiam sine alijs requisitis, num. 29.

Filiatio eo magis dicitur ex coniecturis probata, si nihil releuans adducitur in contrarium numero 29.

30 *in Filiatione suscepta ex fœmina coniugata ob resistentiam iuris requiritur exquisitissima probatio.*

Filius præsumitur mariti, non adulteri nisi absentia, vel impotentia viri concludenter probetur, numero 30.

31 *Filiatio ex fœmina ad quam alijs facilis patebat accessus concludentissimè probanda est.*

32 *Filiationis materia tota coniecturis, & indicijs innitur.*

DECISIO CXXV.

POSSIDET in ditione Bononiensi familia de Victorijs bona quamplura, quæ à maiorum fideicommissis deriuata, modo detinentur à Victorio vltimo legitimorum descendentium, ad quorum successionem in casu obitus istius absque masculis aspirans Benedictus ortus ex Fabio, si illi superuiuat, sin minus filij illius, prouocatus à Victorio in vim *l. diffamari*, iudicium instituit coram Vicelegato, à quo prodijt sententia illi in totum fauorabilis, præterquam in bonis fideicommissi Leonelli, à qua delata appellationis instantia ad hoc Sacrum Auditorium, ante omnia disputandum censuit. An constaret de filiatione Fabij, pro cuius faciliori resolutione DD. præmittebant, quod licet ad grauem successionis effectum in probanda filiatione † tamquam principale fundamentum intentionis agentis concludentes exigantur probationes *iuxta distinct. Butrij rel.* à Bald. *in l. 1. numero 2. vers. dic* Iacobus *in lectura ff. de probat.* ac Angel. de Perus. *in l. liberorum numero paritèr 2. ff. de his qui not. infam.* quam communem, & veriorem in his terminis profitetur, Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. ante numero* 1

3. & admisit Rota in decis. 105. numero 10. parte 9.
recent. in Bononien. de Canobiis 28. Iunii 1662. §. nec
probationes coram R. P. D. meo Albergato, & alibi
passim; Attamen cum respectu filiationis paternæ di-
2 recta, † & præcisa probatio afferri non possit l. Lu-
tius ff. de condit. & demonstr. recurrendum est ad præ-
3 sumptiones, & coniecturas, † aliasque facti circum-
stantias, quæ illam possint arguere, glos. in l. quia
semper vers. item quod dicit ff. de in ius voc. & in l.
1. in verbo quoties vers. vel non est impossibile ff. de
probat. & in cap. Michael. verbo constiterit de fil præ-
stit. cum aliis add. in Bononien. fideicomm. de Bologni-
nis 12. Maij 1645. §. quia cum non agatur coram Re-
uerendissimo Imolensi, & in eadem causa decis. 251.
numero 17. & seqq. coram Eminentissimo Otthobon.

Secundò, quod præsumptiones, & coniecturæ præ-
dictæ, quando præsertim non ab vno fonte dima-
4 nant, non sint singulariter examinandæ, sed † in
vnum collectæ, & vnitæ, vt fieri in omni mate-
ria coniecturali, & præcisè in hac probandæ filia-
tionis obseruauit Rota in decis. 530. numero fin. &
725. numero 14. coram Buratto, & decis. 59. numer.
10. coram Comitulo, & coram Eminentiss. Otthobon.
in prædicta decis. 251. numero 14. & seqq.

Tertiò, quod ortus Fabij supponitur euenisse an-
teacto iam sæculo anno 1560. Vnde cum probatio fi-
liationis eruenda sit ex scripturis antiquis, nec in-
ueniantur testes ita annosi, qui de illa possint con-
5 gruè deponere, † satis est, quod ex præsumptioni-
bus desumatur Mandell. Alb. cons. 83. numero 8. &
seqq. Rota coram Put. decis. 506. numero 2. lib. 2. in
recent. decis. 430. numero 13. part. 5. & coram Burat-
to decis. 147. numero 5. imò publicam famam cum
6 aliqualibus adminiculis † constituere plenum gradum
probationis resoluit in his terminis, Rota in Bono-
nien. Fideicommissi de Bologninis 5. Iunii 1662. §. præ-
sertim coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Quibus ità præmissis facilis fuit propositi dubij re-
solutio, tot enim concurrunt efficacissimæ coniectu-
ræ, tot euidentes ex communi tractatu, & ex te-
stium dictis eruuntur demonstrationes, vt visum sit,
filiationem Fabij ex Hieronymo poni extra omnem
controuersiam.

Quandoquidem illæ, quæ primum locum obti-
nent, desumptæ sunt ex gestis Consanguineorum,
aliorumque qui interesse in dictis successionibus spe-
rabant, & nihilominus fuit ab illis habitus semper,
& denominatus Fabius pro filio Hieronymi. Hinc
Antonius eiusdem Hieronymi Frater germanus sta-
tim post illius discessum à Bononia Fabium à domo
Nutricis, vbi illum Pater detinebat reuocauit, ac
in propriam excepit, eumque in Nepotem agnoscen-
do educauit, ac in morte honorauit legato alimen-
torum; Cum illo Vincentius super bonis à commu-
ni Patruo relictis transegit, partem illorum assigna-
uit, ac demùm substituit in defectu lineæ legitimo-
rum; Demùm Andreas vltimus ex linea Leonelli,
huic Fabio tamquam filio Hieronymi vt pariter Be-
nedicto tamquam filio Vincentij bona, quæ posside-
bat, vel liberè donauit, vel potiùs ex causa fidei-
commissi præuentiuè restituit, qui actus iterato ge-
sti procul dubio illum constituerunt in quasi posses-
7 sione filiationis, † ex quo consanguinei talia in eo-
rum detrimentum non egissent, si certo illis non in-
notuisset, Fabium esse filium Hieronymi, vt ex
text. in l. non nudis C. de probat. infert Bart. numero
1. ac tradit præ cæteris Dec. cons. 54. numero 2. vers.
2. quia videtur, Abb. cons. 83. numero 24. cum aliis
pluribus relatis per Mascard. de probat. conclus. 790.
numero 16. & seqq. & Noguerol. alleg. 25. numero 79.
& 86. Rota decis. 59. Comituli numero 5. 6. 7. & seqq.
Seraphin. decis. 1331. numero 8. vers. & pro tali Mer-
lin. decis. 388. sub numero 8. & Vbald. decis. 90. sub
numero 8. vers. & præter interesse, in Florentina Ora-
torii 30 Ianuarij 1665. §. sed etiam, & §. præterea
Iacobus coram R. P. D. meo Emerix Redenasch. qui
etiam plures citat, & testatur de comm. cons. 62.
numero 18. & seqq. qui ex communi DD. placito ex-
8 tendit hanc quasi possessionem † sufficere etiam ad
petitorij decisionem, quod voluit idem Abb. in eod.
cons. 83. numero 27. vers. & hoc procedit, & in cons.
293. numero 12. vers. & ex dicta assignatione cum alijs
per Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 89.

His accedunt duo alij non dissimiles actus, in qui-
bus Fabius tamquam proximior admissus fuit ad in-
tegrandam personam Benedicti, quando paternam
hæreditatem adiuit, & quando adhuc minor dotem
à Iulia Calderina illi in Coniugem destinata recepit,
qui pariter concludunt hanc filiationem, nam aliàs
non esset satisfactum Statuto sub rubr. de contract.
lib. 3. exigente interuentum proximiorum † vt in si- 9
mili de eo, qui admissus fuit ad præsentandum vo-
luit Rota in præd. decis. 251. Eminentiss. Otthobon.
numero 8. & in d. Florentina Oratorii d. §. præterea
Iacobus, vbi pro vrgenti coniectura fuit habita illa,
quod inuitatus fuerat Iacobus ad Conuiuium, in
quo inuitabantur solùm illi de familia.

Subsequitur alia non minus efficax probationum
species, quæ ducta fuit ex gratia Summi Pontificis,
in qua Fabius vti filius Hieronymi reintegratur ad
honores, & officia, nec non ad successionem bono
rum, quorum omnium causa paterni criminis effe-
ctus fuerat incapax, † vt in simili Apostolica dis- 10
pensatione aduertit Rota in præcitata Florentina Ora-
torij 2. Maij 1661. §. 2. illa confirmata 19. Iunij 1662.
coram Reuerendissimo Decano, & in eadem causa 30.
Ianuarij 1665. §. Laurentius vers. Horatius verò coram
R. P. D. meo Emerix, ponderando præsertim, quod
gratia prædicta emanauit in vim precum, quas d.
Pontifici vnà cum Fabio porrexerant Benedictus, ac
Vincentius filius, ac respectiuè Nepos Andreæ pari-
ter delinquentis, à quibus causam habet Victorius
nunc possidens.

Tertium, quod etiam valdè vrget probationis ge-
nus, desumptum fuit ex fama, & communi opinio-
ne, qua Fabius ab omnibus reputatus fuit pro filio
Hieronymi, nec vnquam ab aliquo habitus pro filio
alterius, † quæ si sola sufficeret ad quasi possessio- 11
nem filiationis, cap. per tuas de probat. glos. in cap.
transmissæ verbo Vicinia ibidemque DD. qui fil. sint le-
git. Iacob. Butr. in l. qui dum ff. de probat. cum alijs
doctissimè congestis per Cardin. Paleott. de not. &
spur. cap. 23. numero 3. vers. contra quos, ac per Me-
noch. de arbitr. lib. 2. cap. 89. numero 86. & de præ-
sumpt. lib. 6. præsumpt. 53. numero 43. Multò magis
prodest, † quando, vt hic, tot concomitantur ad- 12
minicula Mascard. de probat. conclus. 791. Rota in de-
cis. Vbaldi 155. numero 7. & 310. numero 6. part. 11.
recent. & apud Cesar. de Grass. decis. 6. numero 8.
qui fil. sint legit.

Quæ fama resultat tàm ex antiquis enunciatiuis
† vim illius obtinentibus, ad tradita per Bald. Sa- 13
lyc. Alex. & Ias. in l. cum aliquis C. de iur. delib.
Mandell. Alb. cons. 64. numero 21. & seqq. & in his
terminis Soccin. Sen. cons. 89. numero 4. vers. præ-
terea, vbi numero 7. vers. nemo autem arbitratur, tem-
pus annorum 60. † ad hunc effectum esse antiquum, 14
& voluit etiam Rota in decis. Put. 506. lib. 2. & in
dicta Florentina Oratorij 2. Maij 1661. §. secundo, nec
etiam obstat coram Reuerendissimo Decano, quam ex
dictis Testium, qui postquam retulerunt, Fabium
fuisse à Hieronymo susceptum cum quadam fœmina
nobili, & soluta, & postea ab eodem educationi
traditum concorditer subdunt, quod in vicinia, &
apud personas, quæ domum Hieronymi frequenta-
bant, publicè pro filio illius reputabatur, † qui 15
est modus inducendæ probationis per famam, iuxtà
doctr. Bart. in l. de minore §. plurium sub numero 30.
vers. idem dico ff. de quæst. & in l 3. §. eiusdem ff.
de testibus in not. in cap. Veniens de verb. signif. Soc-
cin. Sen. d. cons. 89. numero 5 Dec. cons. 54. nume-
ro 2. post med. Rota coram Put. decis. 606. lib. 2. &
in cit. Bononien fideicommissi de Bologninis coram Ot-
thobon. 251. numero 7. & coram Reuerendiss. Decano
§. verum in proposito.

Et hanc communem reputationem siuè ex anti-
quis documentis, siuè elicitam ex Testium dictis im-
pugnare modò non valet † Victorius non solùm quia 16
enunciatiuæ in maiori parte emanarunt à Vincen-
tio, & Benedicto Auo, & Patre eiusdem Vincen-
tij, & consequenter ab Auctoribus illius Rota de-
cis. 172. numero 1. Gregor. & Caual. decis. 624. nu-
mero 2.

mero 2. *&* 305. *numero* 9. *parte* 8. *recent.* *&* *in Viterbien. fideicommissi quæ est decis.* 310. *num.* 7. *parte* 11. sed & fortiùs, ex quo ipse ferè omnia Instru-
17 menta, in quibus filiatio Fabij † enunciatur, &
ipsas quoque testium depositiones produxit ad tradita per Bart. *in l. scripturæ* 14. *numero* 2. *C. de fid. instr.* Valenz. *in his terminis consil.* 169. *num.* 81. *& sequent. cum aliis in præcit. decision.* 251. Eminentiss. Otthobon. *numero* 10. Quæ productio licet facta limitatè, & ad effectus, ad quos scripturæ produce-
18 bantur, fuit † nihilominus apta nocere Victorio,
qui in illis fundabat suam intentionem, *iuxtà decis.* Ofasch. 38. *numero* 29. Buratt. *decis.* 611. *numero* 11. *cum aliis in Romana, seù Veliterna affictus* 22. *Martii* 1662. *§. & licet coram bon. mem. Verospio.*

Correspondet huic tacitæ approbationi expressa eiusdem Victorij confessio, dum in Epistola transmissa Benedicto Fabij filio, seriò tractat cum illo de reciproca promissione accomodandi scripturas familiares,
19 & in subscribendo se facit consanguineum, † quæ
licèt plenè non probet per *text. in l. non epistolis C.*
20 *de probat.* tamen probat semiplenè, † vt explicat ibi
gloss. in verbo coniungitur, & tradit Ger. Spin. *consil.* 62. *numero* 15. *ac* Rota *Bononien. diuers. decis.* 30 *sub numero* 35. *vers. sed etiam manifestè.*

Non obstat, quod omnes supradicti tractatus prouenerint ab extraneis, nec vllus detur actus Hieronymi Patris, qualis profectò esset, si Fabius fuisset illius nomine baptizatus, vel si ipse legitimationem pro filio impetrasset; præterquam enim alter ex testibus refert, Hieronymum Fabium infantem educa-
21 ri fecisse in domo eiusdem Matthæi, † quæ solet esse
potentissima coniectura ad probandam filiationem, Castr. *consil.* 151. *numero* 1. *vers. & istud tractare lib.* 1. Cardin. Paleott. *de not. & spur. cap.* 25. *numero* 8. *& in Florentina Oratorii* 30. *Ianuarij* 1665. *§. Laurentius namque coram R. P. D. meo Emerix*. Plures non dantur tractatus paterni, quia Hieronymus ex causa damnati criminis paulò post ortum Fabij coactus fuit proprios lares deserere, quod in causa fuit, vt erga illum toto tempore absentiæ nullum aliud Paterni officij genus contulerit, quia cum tam Ciuili Iure, quam Canonicis sanctionibus in crimine
22 hæresis vitio † non solùm in Auctorem sceleris, sed
etiam in progeniem damnati feratur, cap. Vergentis *de hæret. & Auth.* Gazzaros *Cod. eod. tit.* cum alijs adductis per Farinac. *in tractat. de hæres. quæst.* 9. *numero* 1. *&* 31. cautè Hieronymus abstinuit ab agnitione Fabij in filium, ne illum participem faceret tantæ iniquitatis.

Prout etiam non sine misterio Testes omiserunt nomen Matris, ex qua Hieronymus Fabium susceperat, quia, vt duo ex ipsis referunt, qualitas Mu-
23 lieris ex nobili genere hoc exigebat, † mulieribus
enim ingenuis, & illustribus, quibus Castitatis obseruatio præcipuum debitum est, talis nominatio in iuriosa satis, & acerba videtur, vt inquit Iustinianus *in l. si qua illustris C. ad sen. cons. Orfic.*

Pariter non obstat, quod Testes non concludant, matrem tempore conceptionis Fabij fuisse in potestate Hieronymi, & ab eo in schemate concubinatus retentam, quia obiectum procederet, si Fabius prætenderetur procreatus ex Pedissequa, seù alia vilis
24 conditionis fœmina, † in qua caderet præsumptio,
quod alijs ad illum pateret accessus, quæ solet reddere filiationem æquiuocam, in quibus terminis procedunt *decis. in Bononien. fideicommissi de Canobiis coram R. P. D. meo Albergato*, & aliæ pro obiectoadductæ; secus verò in hac Illustris generis fœmina, quæ in schemate Concubinatus retineri non poterat,
25 † & quæ non aliter, quàm ex furtiuis amplexibus
hunc filium generauit, vt aduertit in his terminis Cagnol. *in prædicta l. si qua illustris numero* 5. Ex hac
26 enim circumstantia excluditur etiam dubium, † quod
alijs se prostituerit, & exinde quod Pater Fabij fuerit incertus, vt obseruat Alber. de Rosato *in l filium eum ad fin. ff. qui sunt sui, vel alieni Iuris*, quem sequitur Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 37. *sub numero* 3. *vers. & propterea*, ac Cardin. Paleott. *de not. & spur. cap.* 28. *numero* 6. *vers. si tamen.*

Demum nihil obstat, quod omnes tractatus Con-
sanguineorum subsecuti sint legitimationem, quæ vti obtenta à Fabio patre non postulante prætendebatur nulla; Quidquid enim sit de veritate huius conclusionis, contra quam consuluit Angel. *consil.* 87. *sub numero* 2. assumptum in facto non subsistit; quia Antonius Patruus ante hanc legitimationem obtentam Anno 1584. Fabium in testamento condito Anno 1578. in Nepotem agnouerat, & eodem Anno obtenta fuit gratia habilitationis, in qua affines in præcibus Sanctissimi porrectis illum nominarunt filium Hieronymi; Vndè patet, hos actus non prouenire ex erronea credulitate legitimationis, quæ adhuc impetrata non fuerat, & in nihilo applicari decisionem Merlini 716. *numero* 7. *ad hoc alleg.* Reliqui verò actus licèt posteriores nullam habent cum legitimatione dependentiam, nec verisimile est, consanguineos in illis explendis diligenter non inquisiuisse, an verè Fabius esset filius Hieronymi, † cum propter in- 27
teresse successionis soleant in hoc esse diligentissimi, vt aduertit Rota *in decis.* 90. Vbald. *Sen. numero* 8. *vers. & propter interesse.*

Præterea licet inter præcipua probandæ naturalis filiationis argumenta recenseri solent, quod is de quo agitur natus fuerit ex soluta, vel domi, vel aliundè sub arcta custodia retenta; quod vti filius agnitus sit à Patre, & nominatus, & quod pro ta-
li publicè inter vicinia reputetur; † Hæc tamen om- 28
nia ita coniunctim probare necesse non erit, sed satis fuerit eorum aliquod Iudici constare, ita ex Butrio *in cap. transmissæ qui fil. sint legit. not.* Alexan. *consil* 51. *numero* 2. *vers. & si Aduocatus*, & sequitur alijs adductis Paris. *consil.* 10. *numero* 72. *libr.* 2. *ac* Cardin. Paleott. *cap.* 23. *numero* 5. *vers. hæc tamen*; Igitur quando etiam circa custodiam ventris, vel tractatus paternos probationes in aliqua parte de-
ficerent, † sufficit quod sola communis opinio ex 29
gestis consanguineorum, & ex dictis Testium benè, vt hic, concludatur, quando præsertim nihil in contrarium adducitur, ita concludit Butr. *in d. capit. transmissæ vers. quandoque adest qui fil. sint legit. & sequitur ibi* Panorm. *numero* 10. *vers. aut probatur sola fama cum aliis per* Alex. *add. consil.* 51. *numero* 3.

Hinc nullum huic resolutioni obstaculum præstiterunt plures huius Tribunalis Contrariæ resolutiones, quia perpensis singulorum Casuum indiuiduis circumstantijs visæ sunt nullatenus aduersari; nam aliquæ earum loquuntur de filijs susceptis ex fœmi-
nis Coniugatis, † in quibus ob resistentiam Iuris, 30
de qua in *l. miles*, *§. Defuncto ff. ad l. Iuliam de Adult.* quando vel absentia, vel impotentia Viri non iustificetur, exquisitæ, & pernecesse concludentes exiguntur probationes, & in hac classe ponendæ sunt illæ *Rom. Fideicommissi de Bonellis* 161. *&* 135. *coram* Vbaldo, Romana *de Catalanis coram bon. me.* Merlino 716. *Bononien. fideicomm. Bartholomæi de Bologninis* 8. *Ianuarii* 1648. *coram Reuerendissimo Imolen.* à qua fuit etiam recessum coram Eminentiss. Otthobon. *& Reuerendiss. Domino meo Decano Bononien. fideicommissi de Victorii* 5. *Maii* 1655 *coram Reuerendiss. Zarate Romana filiationis decis.* 167. *part.* 8. *repet. inter impressas bon. mem. Carilli* 136. Aliæ verò loquun-
tur de filijs susceptis ex fœminis, ad quas † facilis 31
erat aliorum accessus, vt est *decis. Romana filiationis* 4. *Februarii* 1611. *coram* Marquemontio apud Marches. *parte* 1. *fol.* 1182. *numero* 3. *repet. in part.* 1. *recent. decision.* 289. *numero* 16. *& seqq. parte* 8. *&* 105. *parte* 9. *Farfen. Bonorum* 22. *Ianuarii* 1647. *coram bon. mem. Cardinali Corrado*, *& illa Bononien. fideicommissi de Canobiis* 30. *Ianuarii*, *&* 28. *Iunii* 1662. *coram R. P. D. meo Albergato*, & in omnibus illarum, vel non concurrebant coniecturæ, tam vrgentes, vel à contrarijs suffocabantur, vt præ cæteris animaduersum fuit in illis *Bononien. de Canobiis*, in quibus Bartholomæus Sen. in suo testamento asseruit Bartholomæum iuniorem fuisse vulgò quæsitum, & in simili *Bononien. de Victoriis*, in qua tam ipse Galeatius scribendo Coniugi Caterinæ Matri se fecit illius filium *in §. alia Coniectura*, quod etiam fassus fuit Dionysius prætensus Pater in supremo vitæ actu, & pro exoneratione conscientiæ, vt *in §. postrema Coniectura.*

Quibus attentis cum tota res coniecturis, & in-
32 ditijs † nitatur, vt notat Card. Paleotr. *de not. & spur. cap. 23. num. 5.* conclusum fuit satis constare de filiatione Fabij ex Hieronymo vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granaten.

Cracouien. Decimarum.

Sabbato 26. Nouembris 1667. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Decimæ cum de iure communi spectent ad Parochos intrà quorum Parochiæ fines inhabitant Parochiani, qui illas persoluunt, & à quibus Sacramenta recipiunt, etiam si ab alio fuerint per aliquod tempus possessæ, attamen Parochus habet in illis suam intentionem fundatam, non obstante quacumque dismembratione Episcopi, vel ineffectuata, vel facta sine consensu interesse habentium.

SVMMARIVM.

1 *Parochus de iure habet intentionem fundatam in exactione Decimarum.*

Parochiani existentes intrà limites alicuius Parochiæ à qua semper Sacramenta receperunt, eidem Parochiæ decimas persoluer tenentur, num. 1.

2 *quasi Possessio sola non sufficit contra habentem pro se iuris assistentiam.*

Decimarum quasi possessio non sufficit contra Parochum habentem de iure fundatam intentionem, num. 2.

Titulus etiam in iudicio possessorio decimarum probari debet, quando agitur contra habentem pro se iuris assistentiam, num 2.

3 *Decimarum concessio non probatur per scripturam neque ab Episcopo, vel eius Cancellario conscriptam, neque testibus præmunitam.*

Scriptura ueque à testibus subscripta, neque à publica persona confecta nullam facit probationem, num. 3.

4 *Sigilli appositio non probatur ex enunciatione in scriptura contenta.*

Enunciatiua non probat contra tertium, num. 4. & nu. 8. vbi amplia.

5 *Decimarum dismembratio probatur ineffectuata, si decimæ loco illarum subrogatæ numquam exactæ fuerunt.*

Inobseruantia tollit fidem scripturæ informi, ac etiam publico instrumento, num. 5. & 6.

6 *Obseruantia sicuti præbet robur scripturæ, ita inobseruantia illi fidem adimit, etiam quod esset publicum instrumentum.*

Instrumentum publicum si remansit ineffectuatum, de fide debilitatur, num. 6.

7 *Episcopus non potest disponere de decimis spectantibus ad Rectores Ecclesiarum sine consensu eorum.*

Decimæ dismembrari non possunt sine consensu eorum, ad quos spectant, num. 7.

8 *Consensus Parochi in dismembratione Decimarum non probatur ex enunciatiua Episcopi.*

Episcopo dismembranti Decimas non creditur, si asserat id fecisse cum consensu Parochi, num. 8.

DECISIO CXXVI.

INTRA limites Parochialis Ecclesiæ Chouiensis adest Villa de Iurkon, Kaiusani, & Dogalini, cuius homines ab antiquissimo tempore Sacramenta receperunt à Rectoribus pro tempore, ijsque semper Decimas manipulares persoluerunt, sed quia paucis ab hinc annis Alexander Irascuski Præbendarius Capellæ in Ecclesia Wieloglouiensi ex quadam prætensa concessione Ordinarij exigere cœpit partim dictæ Decimæ, orta in partibus controuersia inter eumdem, & modernum Rectorem, & deindè causa ad Rotam deuoluta, proposui dubium an Rectori Decimæ debeantur, & fuit affirmatiuè resolutum.

Nam cum Testes dati in *Summario numero 1. 2. & 3.* apertè deponant, Villam huiusmodi existere intrà limites Parochiæ Chouien. eiusque homines ab antiquissimo tempore recepisse Sacramenta ab illius Rectoribus, † Modernus Rector habet intentionem 1
fundatam in dispositioni Iuris Communis super competentia *Decimarum, vt in cap. contingat cap. cum tua de decimis* Barbos. *de potest. Paroch. part. 3. cap. 28. §. 2. numero 8. & 9.* Seraphin. *decis.* 802. *numer. 1. 2. & 10.*

Nec Præbendario Capellæ suffragari potest quasi possessio annorum quinque circiter exigendi ratam Decimæ prædictæ, quia contra habentem pro se Iuris assistentiam, † sola quasi possessio non sufficit, 2
nisi etiam iustificetur titulus particularis, ad Text. *in cap. Decimas de restit. spoliat. in 6. cap. Ordinarii deci. offic. ordin. eodem lib.* Bart. *cons.* 82. *in princ. lib. 1. plenè* Calderin *cons. 10. per tot. de probat.*

Titulus autem desumptus ex concessione facta ab Episcopo Cracouien. anno 1467. assignando Decimas Præbendario, pro Dote suæ Capellæ, non est allegabilis, † quia scriptura quædam desuper exhibi- 3
ta tamquam non subscripta ab Episcopo, vel Cancellario, nec Testibus munita, nec per publicam personam confecta, non probat *Auth. ad hæc C. de fid. Instr. cap. inter dilect. eod. tit.* quamuis ibidem enuncietur appositio sigilli, quia illud non extat, † 4
& simplex enunciatiua non facit probationem in præiudicium Tertij, Mascard. *de probat. concl.* 1302. *num. 7.* Rota *decis. 17. alias 197 de probat. in antiquis, & decis. 535 num. 5. part. 1. diuers.*

Præterea ex tenore d. scripturæ apparet, quod Ordinarius in dismembratione controuersarum Decimarum à proprio Parocho alias assignauit in recompensationem existentes sub Parochia Tuorkouien, quæ tamen nunquam fuerunt exacta à Moderno Rectori, nec à suis antecessoribus; † Hinc desumi- 5
tur ineffectuatio concessionis, siuè inobseruantia, quæ tollit fidem, nedùm scripturæ informi, vt dictum fuit coram Caualerio *decis. 526. num. 6.* sed etiam publico, † & solemni Instrumento, Rota *in* 6
recent. decis. 702. num. 6. & seqq. part. 2. & coram Eminentiss. Otthobono *decis. 40. num. 22. & 23*

Insuper huiusmodi Decimarum dismembratio, quatenus vera esset, detegitur euidenter nulla, cum enim illæ spectarent ad Ecclesiam Parochialem Chouien., & aliæ datæ in recompensationem ad Parochialem Tourkouien, non poterat Episcopus de illis disponere in fauorem d. Capellæ Willoglouien † 7
absque consensu Rectorum dd. Ecclesiarum, Rota *decis. 466. sub num. 2. de probat. in nouis.*

Nec quidquam operatur, quod in eadem scriptura enuncietur consensus Parochi Chouien., quia vltrà quod deficeret consensus alterius Parochi, † il- 8
la reducitur ad meram enunciatiuam ordinarij, cui de Iure non creditur in præiudicium Tertij Bald. *cons. 319. num. 20. lib. 2.* Rota *decis. 17. de probat. in antiquis, & decis. 244. num. 6. part. 4. tom 2. recent.*

Et ita &c.

R E-

REVERENDISSIMO D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana fideicommissi de Alberinis.

Sabbati 26. Nouembris 1667. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

De pluribus detractionibus in bonis fideicommissi hæredi grauato competentibus in præsenti Decisione discutitur; Hinc plura quando duo hæredes etiam quod fauore creditoris in solidum contraxerint, teneantur solum pro rata ad fauorem fideicommissarij, prout etiam quod prohibitio testatoris de non alienando, tamquam ad sua sola bona restricta, easdem detractiones minimè impediat, aliaque etiam quæ ex ipsa Decisione, & sequenti summario videbis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ fecit transitum in iudicatum pro veritate habetur.*

2 *Testes qui deponunt de visu, & actibus possessorijs plenè probant.*

Possessio probatur per testes de visu, actibusque possessorijs deponentes, num.2.

3 *Detractio propriè sumpta dicitur illa, quæ fit ab hærede ex asse hæreditario.*

4 *Bona pro rata creditorum hæreditariorum hæreditaria dici non possunt.*

5 *Obligatio insolidum restricta ad fauorem creditoris extendi non potest ad fauorem fideicommissariorum.*

Hæredes duo vendentes rem hæreditariam insolidum, non ideo tenentur insolidum ad fauorem fideicommissarij, sed tantum vnusquisque pro sua rata, num.5.

Fideicommissarij hæredem grauatum habent solum obligatum ex dispositione iuris, num.5

Hæredes plures ex iuris dispositione omnes obligati sunt pro virili, non autem insolidum, num.5. & num.20.

6 *Prohibitio alienationis etiam ex causa solutionis, vel restitutionis dotis, compræhendit solummodo dotem detrahendam ministerio legis vigore* auth. res quæ.

Non autem dotem à testatore receptam, ibidem.

Fideicommissum etiam cum prohibitione alienationis non præiudicat restitutioni dotis à fideicommittente receptæ, num.6.

7 *Prohibitio alienationis ostendit voluntatem testatoris conseruandi bona in agnatione, itaut si fieri potuisset etiam in casibus priuilegiatis illam seruari voluisset.*

8 *Debitum semel solutum iterum repetendum non est.*

9 *Melioramenta præbent retentionem.*

Immissio actori non conceditur antè quam ab eo persoluta fuerint melioramenta, num.9.

10 *in Cessionarium transeunt omnia iura cedenti competentia.*

Cessionarius repræsentat personam cedentis, num.10.

11 *ex Prohibitione alienationis generaliter facta, an resultet quod testator disposuisse dicatur de re hæredis.*

12 *Testator prohibendo alienationem etiam verbis vniuersalibus dicatur ne disponere voluisse de re hæredis, & supra num.11.*

Testator si declarauit disponere de bonis suis, excludit nullam habuisse intentionem disponendi de bonis hæredis, num.12.

13 *Prohibitio testatoris etiam verbis vniuersalibus facta, & restricta ad bona ipsius testatoris, non impedit detractionem bonorum, & creditorum ad hæredem pertinentium.*

Bona, & credita pertinentia ad hæredem non dicuntur esse de bonis testatoris, num.13.

14 *Testari de bonis alienis nemo præsumitur.*

15 *Prohibitio alienationis regulariter restringitur ad legitimam, & trebellianicam, aliasque similes quotas legales.*

16 *Dictio*, alterius, *de sui natura est repetitiua eiusdem qualitatis antecedenter expressæ.*

17 *Dictio*, alterius, *non desinit esse repetitiua, etiamsi ei adiungatur dictio cuiuscumque, vel alia similis vniuersalis.*

Dictiones vniuersalis adiectæ dictioni repetitiuè illius naturam non immutant, num.17.

18 *Transactio facta bona fide ligat etiam successores fideicommissarios.*

19 *Fideicommissi in restitutione veniunt etiam credita non exacta.*

20 *Pecunia hæreditaria ad manus duorum hæredum perueniuenta, ad vnumquemque pro sua rata peruenisse præsumitur, & supra num.5.*

21 *Cessio reportata ab hærede soluente de effectibus hæreditarijs, resoluitur in meram quietantiam, & liberationem eiusdem hæredis.*

Hæres soluens ex fructibus hæredttarijs mediante præcepto testatoris cessionem ad sui fauorem reportare non potest, num.21.

DECISIO CXXVII.

RESOLVTVM fuit sub diebus 27. Ianuarij * & 7. Iulij 1666. Laurentium, & Angelum immittendos esse in tribus ex quatuor partibus bonorum hæreditariorum qu. Pauli Alberini relicta alia quarta parte retinen. per Clementiam donec super illa in alia disputatione cognitum fuisset, verum quia informantes pro eadem iterum acriter excipiebant de detractionibus sibi debitis ex persona Iacobi sui Authoris ideò illis ad Trutinam hodie reuocatis decisum fuit competere modo tamen inferius exprimen.

Incipiendo enim à quarta parte Equitis Fuluij à Clementia possessa in qua etiam denegata fuit fideicommissarijs immissio coram me sub die 21. * Maij 1663. hæc omninò debetur Clementiæ Donatariæ Iacobi ad quem titulo donationis vocatum habere potuisse disponere resolutum fuit in duabus decisionibus atque pronunciatum in sententia Rotali R. P. D. meo Prioli ad fauorem Clementiæ, † quæ cum transitum fecerit in Iudicatum pro veritate habetur *l.1. ff. de re iudicat. & notatur in vltima decisione huius causæ.* 1

Hanc verò Fuluij portionem visum fuit constare in quarta parte duorum Palatiorum ad Valles, & in via Bancorum, & duarum domorum contiguarum, quæ nunc habitantur à Palutio Notario, & Litttico Sericario, necnon Vineæ, & Canonum in Pratis ac vnius ex quatuor petijs emptis ad Portam Piam à Tiberio communi Patre confinatis ab vno ex lateribus cum via publica, & ab alio cum viculo vicinali, reliquam verò spectare ad hæreditatem Pauli, vti ab ipso post Patris, & Fuluij Fratris Obitum acquisitam, vt in hodierno Summario *num.2.*

Nec controuerti potest quod prædicta bona fuerint possessa à Fuluio communiter, & pro indiuiso vsque ad Obitum cum Paulo, Ioann. Baptista, & Tiberio Fratribus, quoniam probatum remanet tam ex diuisione sequuta inter d. Tiberium Seniorem, & Rutilium de Anno 1559. Summario Clementiæ *num.4.* quam ex petitione associationis facta coram R. P. D. meo Priolo ad eadem bona, sub prætextu quod donatio per obitum Iacobi non expirasset, quam etiam ex Testibus in Summario Responsionis Clementiæ qui deponunt de visu, & actibus possessorijs in eisdemmet bonis, per prædictos Fratres exercitis, † & sic probant possessionem per *text. in l. stipulatio ista §. hæc quoque, & ibi glos. in verbo stipuletur ff. de verborum oblig.* Peregr. *de fideicomm. art.44 n.15.* Mascard. *de probat. concl.1179. num.2.* Posth. *de manut. obser. 29. num. 8.* Rota *post eum decis.444. num.7.* 2

Quo verò ad alias detractiones ex bonis fideicommissarijs, seu potius Credita quod nomen magis conuenire videtur, cum detractio proprie sumpta dicatur illa † quæ fit ab hærede ex asse hæreditario *l. Papinianus §. 4. & §. fin. ff. de inoffic. testam. cum concordan. per* Mangil. *de imput. in prohemio numero 9. fol. 1.* quod non adaptatur Creditis quæ habet hæres cum defuncto pro quorum rata † bona non dicuntur in defuncti hæreditate, & patrimonio *l. bonorum §. Subsignatum, ff. de verb. signif.* 3 4

Ruin. *conf. 25. num. 18. lib. 1.* omissa partita scut. 2. mil. pro quarta parte Casalis Trifusæ, & Trifusellæ, per Paulum traditi Cæciliæ filiæ in dotem, quam partitam non deberi late comprobat *decisio sub die 10. Decembris* 1664. *§. & incipiendo, & §. quare insubsistens* Infrascriptæ tamen visæ sunt DD. competere Clementiæ, & in primis medietas dotis Maternæ scut. 13. mil. quæ eundem locum obtinet in calculo concordato coram Reuerendissimo Domino meo Decano, Hæc licet spectet ad Iacobum in scut 6500. cum altera æqualis portio spectet ad Tiberium Fratrem, & Cohæredem, nihilominus pro portione, Iacobi dixerunt Domini detrahi debere scut. 2500. dumtaxat cum reliqua scut. 4000. remaneant consumpta, & compensata, pro totidem ad eius manus peruentis ex bonis à Tiberio de anno 1607. in solutum datis Paulo Patri in computum d. Dotis, vt in prima partita in eodem calculo posita ad debitum Iacobi, Alia scut. 2000. ex pretio Casalis Fiascalis ab ipso Iacobo, & Tiberio venditi pro scut. 14450. nam cum prorata scutorum 10450. tantum fuerint satisfacti Creditores Pauli fideicommittentis reliqua scut. 4000. remansa in manibus eorumdem Fratrum venditorum æqualiter cedere debent in diminutionem eorum crediti dotalis, quo etiam titulo venditio stipulata fuit, vt in Summario Clementiæ *num. 3.* & alia scuta mille per eosdem Fratres recepta ex retrouenditione Census hæreditarij Pauli scut. 2000. de quo in octaua partita Calculi; Nec ex eo quod hæc alienatio facta fuerit ab ambobus Fratribus insolidum, valet inferri, quod insolidum cedat in extinctionem Iurium, & Creditorum vniuscuiusque; Siquidem obligatio insolidum tanquam restricta ad fauorem illius in quem facta fuit alienatio cen-

5 sus, † extendi non potest ad fauorem fideicommissariorum respectu, quorum intrant sola dispositio Iuris obligans quemlibet cohæredem pro virili *l. 2. vbi DD. C. de hæred. action.* Eminentissimus Otthobon. *decis. 47 num. 2.* Rota *decis. 127. num. 3. post* Merlin. *de pignor. vbi plures allegantur.*

Neque consecutio huius ratæ dotis scut. 2500. vetita censetur à Testatore, per prohibitionem alienationis etiam in causa solutionis, vel restitutionis dotis, nam

6 vt alias dictum fuit huiusmodi prohibitio licet præseferat expressam dotis mentionem; intelligi tamen debet de illis dotibus detrahendis ministerio legis vigore *auth. res quæ*, non autem de receptis à Testatore, ad quarum restitutionem ipsa ex propria obligatione, & iuramento tenebatur, vt firma Ofasc. *decis. 43. num. 9.* Rota coram Royas *decis. 484. num. 3. & in Romana Cambij 24. Martij 1663. §. quod attinet coram me, & in indiuiduo huiusmet dotis decisum fuit coram* Eminentissimo Otthobon. *decis. 110. num. 14.* prohibitio enim supradicta tantum ostendit desiderium Testatoris conseruandi bona

7 sua in agnatione deducto ære alieno, itaut † etiam in casibus quantumuis fauorabilioribus, & priuilegiatis si fieri potuisset illorum alienationem intercederet, ad *text. in leg. cum Pater 79. vbi* Bald. *ff de legat. 2. & notatur in decisione sub die decima Decembris §. Nec detractionem.*

Rursus ad creditum Iacobi illiusque donatariæ, apponenda est tanquam hæreditaria Equitis Fuluij quarta pars dicti pretij scutorum 14450. an dicti Casalis Fiascalis constituendo scuta 3612. & quarta pars pretij pedie delle Morene distracti pro scutis 2325. conficiendo scut. 581. & 33. vt in 6. & 7. partita calculi; Vtraque enim fuit erogata in dissolutionem æris alieni Testatoris, & cum Iacobus tantùm consecutus fuerit scuta 125. remanet Creditor pro dd. duabus quartis in scutis 4068. 33; in nihilo refragante responsione data in eadem decisione 10. Decembris nimirum quod ex dicto prætio remanserit in manibus Iacobi summa excedens eius quartam partem, quia illa fuit recepta etiam à Tiberio, & rata ipsum Iacobum tangens fuit ex supra recensitis imputata in ratam dicti sui crediti dotalis, & propterea non

8 debet iterum † repeti ad impediendum d. detractionem ad Text. *in l. bona fides ff. de reg. iur.*

Vlterius Domini constituerunt Clementiam creditricem in scut. 3589. pro melioramentis factis in Palatio ad Valles, quæ tanquam ex partium confessione liquidata in calculo coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & R.P.D. meo Taya respectiuè præbent retentionem,

9 † & antequam refecta non fuerint non conceditur actori Immissio, *l. Paulus §. Domus pignus, ff. de pignor.* Rota coram Merlin. *decis. 531. num. 1. & decis. 155 num. 24. coram* Eminentissimo Otthobono, *& in Bononien. fideicommissi de Vizzanis 7. Iunij 1647. §. melioramentorum coram bon. mem. Bichio*, non obstante quod pro rata scutorum 1430. facta fuerint à Tiberio, quia cum hic cesserit Iacobo Iura sua vsque ad scut. 3000. quæ consequi debebat à Paulo occasione receptæ dotis Antoniæ eiusdem Tiberij, vxoris vt in Summario Clementiæ præteritæ positionis *num. 9.* eidem non solum vigore d. cessionis competit retentio Palatij verum etiam pro residuo, & sic pro alijs scutis 1570. pro quibus d. cessio suffragatur Clementiæ Donatariæ Iacobi cessionarij, in quem omnia Iura cedentis transierunt, † itaut illius 10
personam representet ad text. *in l. emptor vbi gloss. verb. fungitur C. de hæred. vel action. vendit.* Barbos. *in l. post dotem num. 58. ff. solut. matrim.* Cenc. de Cens. *quæstion. 109. num. 21.*

Minus officit, quod quarta pars debita vigore donationis, Fuluij sicuti, & cætera supranumerata credita, & detractiones detrahi non possint, ex eo quod Paulus Testator prohibuerit omnem detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, & alterius cuiuscumque portionis, vt tota, & integra eius hæreditas perueniret ad substitutos, † ex quo informantes pro fideicommissa- 11
rio inferebant Testatorem virtualiter de re hæredis disposuisse, *iuxta text. in l. cum Pater §. 3. ff. de legat. 2. cum concordan.*; Etenim ex his non elicitur voluntas Testatoris disponendi de re hæredis, quin immò contrarium resultat ex prohemialibus verbis testamenti vbi profitetur velle disponere de bonis suis, † quæ sanè verba indi- 12
cant Testatoris sensum fuisse disponendi de proprijs non autem de bonis hæredis, Bald. *cons. 239. num. 2. vers. maximè quia lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 117. num. 10. vers. declaratur, quarto* Simon de pret. *de interp. vltim. volunt. lib. 2. interp. 2. dub. 2. num. 36. fol. 132. tom. 1.* Cor pazan. *decis. Lucen 4 num. 1. vers. diximus.*

Idque clarius ex ipsa hæredum institutione ibi: *in omnibus autem, & singulis ipsius Testatoris bonis*: & ex ipsamet prohibitione ibi: *prohibuit alienationem bonorum ipsius Testatoris*, & inferius, *quia voluit bona sua integrè peruenire ad substitutos*: dum ergo prohibitio restricta legitur ad ipsius tantum bona, non impedit quin grauatus possit detrahere bona, & credita ad eum pertinentia, † cum illa non dicantur de bonis Testato- 13
ris ad quæ limitatur prohibitio, & restitutio, Crauett. *consil. 144. num. 10.* Fusar. *de substitution. quæst. 649. num. 4. 6. & 11.* Simon. *de pret. de interpret. vltim. volunt. dub. 10. num. 86. fol. 416. tom. 2.* Duran. *decis. 93. num. 7.* Stante maximè Iuris præsumptione, quod in dubio de alienis † nemo Testari præsumitur, *glos. in* 14
l. conficiuntur §. Si post factum verb. testatur in fin. ff. de Iure Codicill. Duran. *vbi proximè num. 3.* & prohibitio ne remaneat otiosa, operatur in legitima, & trebel- 15
lianica, vel similibus quotis legalibus, † præsertim 16
attenta dictione illa, *alterius*, de sui natura repetitiua eiusdem qualitatis, cuius erat illud de quo antecedenter facta fuerat mentio ad Text. *in cap. Sedes de rescript. vbi* Felin. *num. 6. vers. dictio alius* Coccin. *decis. 1444. num. 3.* Rota coram Carillo *decis. 168. num. 18. & in recent. decis. 200. num. 14. part. 7.* quod procedit etiamsi cum dictione prædicta, prout in casu præsenti, † re- 17
periatur adiuncta dictio cuiuscumque, vel alia similis vniuersalis, vt aduertit Rota *d. decis. 200. num. 15. part. 7.*

Firmato igitur ex prædictis credito Clementiæ Domini censuerunt ad debitum eiusdem esse contraponendas infrascriptas partitas, & in primis scut. 200. à Iacobo exacta ex nomine debitoris Turritæ, vigore transactionis initæ cum illius hærede, & in hac tantum summa constituitur Iacobus Debitor quousque fideicommissarij ostendant illum remittendo residuum ipsis præludicasse, vel eius culpa fuisse effectum inexigibile, cum remissio, & transactio stante inopia Debitoris potius fuerit necessaria ne totum Creditum amitteret quam voluntaria, & intrat dilemma, quod vel transactio vti facta bona fide † ligat etiam Successores fidei- 18
commissarios, Rota *in Ferrarien. fideicommissi 22. Iunij 1661. coram R.P.D. meo Bourlemont, & in Romana donationis 13. Martij 1665. coram me*, vel remanet salua actio fideicommissarijs contra Debitorem, cum in fideicom-

19 deicommissi restitutione † veniant etiam credita non exacta, vt post Fulgos. Mantic. Menoch. & alios Fusar. *de substitut. quæst. 625. num. 1.*

Item rata scut. 2000. vt in septima partita calculi pro nonnullis censibus à Tiberio, & Pantha della cithera matre, & per Paulum mediante cessione acquisitis; cumque d. Panthæ duo fuerint hæredes Iacobus scilicet, & Tiberius, sola rata scut. mille cum suis fructibus ponenda est in debitum Iacobi, *vt in eadem decisione*
20 *10. Decembris 1664. §. quoad Census* † cum altera consimilis summa spectet ad debitum Tiberij, *per text. in leg. pro hæreditarijs, & in l. si adulta C. de hæred. action. cum alijs supra allegatis.*

Tertio contraponi debet credito Clementiæ scut. 381. de quibus in 4. 5. & sexta partitis calculi, videlicet scut. 31. Capituli Sancti Marci scut. 250. pretij trium ex quatuor partibus Capellæ, & in scut 100. ex pedica marini.

Præterea quia Clementia percepit à die motæ litis fructus dd. trium partium bonorum Pauli, & è conuerso prætendit pro rata dd. suarum detractionum ex eisdem bonis competentium fecisse fructus suos. Ideò Domini reseruarunt de ijs particulariter, videre in alia disputatione.

Demum ad Clementiæ debitum non visa fuit posse adscribi partita secunda calculi scut. 1600. pro sorte principali, & fructibus censuum debitis à Cæsare Alberino, cuius hæres fideicommissarius extitit Iacobus quoniam cum census prædictos extinxerit Paulus primus hæres Cæsaris qui mandauerat extingui debita sua ex redditibus hæreditarijs, vt in antecedenti Summario Clementiæ *numer. fin.* dicta solutio præsumitur facta, vel de bonis hæreditarijs, vel de fructibus ad formam
21 præcepti Testatoris † itaut cessio per Paulum reportata resoluatur in meram quietantiam, & liberationem hæreditatis ex traditis, per Merlin. *decis. 549. num. 5. & decis. 451. num. 7. post* Cenc. de Censibus, *& in Romana Saluiani 11. Decembris 1652. §. Neque coram bon. memor. Peutingerio, & in Anconitana Pecuniaria 3 Iunij 1665. §. nec illis & 19. Ianuarij 1666. §. Neque illa coram Reuerendissimo Padre Domino meo Carpineo.*

Et ita donec fideicommissarius doceat Iacobum alia bona fideicommissaria distraxisse, vel in alijs esse legitimum eiusdem fideicommissi debitorem conclusum fuit Clementiæ, illius Donatariæ competere detractiones prædictas.

Vtraque parte informante &c.

Decisiones supradictæ in hac eadem causa emanatæ habentur impressæ in præcedenti parte XIV. & sunt in ordine Decis. 65. & decis. 395. in quibus etiam aliæ Decisiones enumerantur.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Reatina Castrorum.

Sabbati 26. Nouembris 1667. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Quod veniens ex iure in transactione reseruato non dicatur impugnare contractum eiusdem transactionis, & per consequens non teneatur restituere accepta, nec periurus dici possit in præsenti Decisione resoluitur, vbi etiam similiter declaratur quando pluralitas in suas singularitates resoluatur, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus præsertim ex voluntate contrahentium, vel testatoris, quæ ex quibus dignoscatur ex eadem remanet Decisione resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones Rotales sufficiunt ad ostendendam iustitiam sententiarum.*
2 *Sententiæ de quarum iustitia constat à Rota confirmari solent post habita nullitate earum.*
3 *Iuramentum repellit agentem à limine iudicij.*
Contra Iuramentum proprium non venire permittitur, num. 3.
Renuncians sub iuramento omni, & quacumque actione remanet priuatus, num. 3.
4 *Transactionem impugnans prius restituere debet quidquid ex dicta transactione recepit.*
5 *Pluralitas quando non resoluatur in singularitates, & de materia vide num. 6. & seqq.*
6 *Transactionem non impugnat veniens ex iure in ea sibi reseruato.*
7 *Pluribus simpliciter, & indefinite nominatis, si agitur de diuersis personis, quæ separatim fuerint in suas singularitates.*
8 *Pluralitas non solum in vltimis voluntatibus, verum etiam in contractibus resoluitur in singularitates, & num seq. vbi amplia.*
9 *Pluralitas eo magis resoluitur in singularitates si constat de præsumpta mente testatoris, aut contrahentium.*
10 *Voluntas renunciantis colligitur ex qualitate summæ pro renunciatione receptæ, & alijs de quibus, ibidem.*
Renunciasse nemo præsumitur bona ingentis valoris pro summa admodum modica, num. 10.
11 *Nullitate pendente suspenditur processus super iustitia meritorum, & quando vide etiam numero sequenti.*
12 *Iniustitia si fuit cum nullitate complicata, & super vtroque causa discussa, super vtroque etiam pronunciatur sententia, & vide supra, num. 11.*

DECISIO CXXVIII.

TRITVM erat biennij tempus, & vltra in sopienda particulari controuersia orta inter DD. Tancredum, & Thomam de Marerijs super expeditione causæ, ex eo quod d. Thomas solummodo super nullitatibus sententiarum, non autem super earum Iustitia, & Tancredes super vtroque capite pronunciandum esse prætendebat; vnde DD. multoties auditis, & diligenter ponderatis expositionibus hinc inde contentiosis ordinarunt disputari dubium an constet de sentiarum Rotalium Iustitia, de quo in hodiernis deliberationibus quæsitum est & affirmatiuè decisum.

Et licet ad ita resoluendum DD. satis induci potuissent, tam plurimis decisionibus fauore d. Tancredis tribus scilicet *coram bon. mem. Dunozz. 22. Iunij 1650. * 27. Februarij, & 3. Iunij 1651.* Duabus coram *R. P. D. meo Albergato 13. Maij 1652. * & 3. Iunij 1656.* & totidem coram me *22. Iunij 1663. * & 21. Iunij 1666.* in quibus omnia obiecta pro parte d. Thomæ toties repetita plenè refutantur, & Iustitia sentiatum de quibus agitur redditur euidens ac inconcussa stabilitate munita ex rationibus ibi congestis, † quas ad ostendendum 1 sententiarum iustitiam sufficere sæpissimè dixit Rota *decis. 395. num. 1. §. & Domini vers. & de Iustitia part. 4. decis. 325. num 4 part. 5. decis. 521. num. 1. part. 5. tom. 2. & decis. 90. num. 3. part. 10 recent.*

Quam ex modo iudicandi, quem obseruat Rota in similibus causis, quod vbi gustauit de meritis, & semel cognouit de Iustitia, & validitate sentiarum † easdem post habita nullitatum rationem confirmare solet 2 cuius rei clara habetur comprobatio *in decis. 382. num. 8. part. 9. recent.* vbi ad hunc effectum allegatur Bart. *in l. si expressum vers. videndum est, ff. de appellat. l. fin. C. de fid. Instrum.* Alex. *cons. 111. vers. viso testamento supradicto, num. 5. lib. 5.* Aymon. Iun. *cons. 561. num. 16. & seqq. vers. Sed vlterius* Rota *in Causa Romana pecuniaria 17. Martij 1645. coram bon. mem. Corrado.*

Ad hoc tamen vt cesset omnis quærimonia, & tam longa contestatio tamdem aliquando possit definiri DD. voluerunt iterum præcipuis oppositionibus adductis pro Thoma super vtroque Capite satisfacere.

Præcipuæ oppositiones aduersus Iustitiam sententiarum in eo consistebant, primò quod d. Tancredes contra iuramentum sub quo bona Patruis renunciauerat,

qua

3 qua de causa per exceptionem periurij † repellendus erat à Iudicij limine, tanquam omni actione priuatus *cap. 1. de lit. contest.* Seraphin. *de priuil. Iur. priuil.* 174. *num.* 10. secundo quod idemmet Tancredes audiri non debebat aduersus transactionem, nisi prius restitutis scut.
4 4100. † quæ vigore illius à Patruis acceperat, *l. si diuersa C. de transact.* Rota coram Gregor. *decis.* 418. *num.* 9. & *decis.* 146. *num.* 13. *part.* 6. *recent.* Et tertio quod mors omnium Patruorum sine filijs erat expectanda quia
5 in casu controuerso pluralitas † non resoluebatur in singularitates, ex allegatis *in decisione*, quæ emanauit fauore d. Thomæ 9. *Iunii* 1659. *coram R. P. D. meo Priolo.*

Quæ omnes obiectiones reiectæ fuerunt à DD. & quidem duæ primæ, ex eo quod Tancredes nullum periurium commissit, nec aliquid aduersus pacta conuenta in transactione molitus est quinimò ipse venit ex iure in
6 causa sibi reseruato † in casum mortis Patruorum sine filijs, vt optimè firmatur *in decisione R. P. D. mei Albergati* 31 *Ianuarij* 1656. *§. penult. & sequent.*

Tertia verò æquè corruere iudicata est ex facti specie benè intellecta, & consequenter ex articulo Iuris congruenter adaptato, aduertebant enim in facto transactionem celebratam fuisse inter diuersas personas, & separatim consideratas à dicto Tancrede iuxta portionem bonorum, quam à singulis prætendebat recuperare, & pactum recessiuum ita in transactionem fuisse conceptum, quod in euentum mortis dd. DD. de Maretijs nullis relictis post se filijs masculis &c. d. Tancredes redeat ad sua primæua Iura &c. in cuius facti contextu nulla enunciatio legitur collectiua, imò potius illa verba dd. DD. vti correlatiua ad cuiuslibet personas aliquam præseferunt distributionem, aut saltem sonant simplicem pluralitatem nulla collectiua vestitam, quæ
7 propterea resoluitur in singularitates iuxta regulam † ab omnibus receptam in hac ardua, & difficili materia, quoties fit sermo de pluribus simpliciter, & indefinitè, ac respicit diuersas personas, quæ separatim fuerunt consideratæ, prout communiter tenent DD. *l. fin. §. filium, ff. de legat.* 2. *quorum copia habetur apud* Alex. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 4. Soccin. *cons.* 94. *num.* 5 *lib* 4. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 17. Menoch. *consil.* 1028. *num.* 27. & *seq.* & *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 186. *num.* 12. & quorum opinionem secuta est Rota coram Seraph. *decis.* 190. *num.* 4. & *decis.* 429. *num.* 9. *part.* 4. *recent. tom.* 2. quod procedere non solum in vltimis
8 voluntatibus, † sed etiam in contractibus non negant ipsi DD. in contrarium adducti in specie, Menoch. *dicto cons.* 1028. *num.* 19. *vers. imò apertè per dictum* Alciat. post Gulielmum de Cuneo *in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Senatus Consultum Trebell.* & Gratian. *cap.* 272. *num.* 18. Castrens. *in l. lucius §. Caius, ff. de vulg. & pupill.* Imol. *in dicta l. vlt. §. filium de legat.* 2. in quo articulo quælibet difficultas eliminatur quoties constat
9 de præsumpta mente testatoris † aut contrahentium, & concordant omnes DD. *in dicta l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad sen. C. Trebell.* & *passim apud scribentes super hac materia, quos recenset* Fusar. *de substit. quæst.* 473. *num.* 117. *ac per totam.*

Hic autem manifestè innotescit præsumpta mens Tancredis renunciantis ex pusilla compositione recepta à Patruis in scutis 4100. respectu bonorum ingentis va-
10 loris † ex læsione enormissima, quam alioquin passus esset ex inuerisimilitudine atque ex æquitate perpensis *in decisione bon. mem.* Dunozzet. 27. *Februarii* 1651. *§. Non obstat, & sequent. & in alijs decis.* subsequenter æditis in hac causa pro parte d. Tancredis.

Similem quoque repulsam mereri visa est alia oppositio data ad restringendum Iudicium ad solam cognitio-
11 nem nullitatis *iuxta decis.* 206. *coram Coccino*, † quoniam sensus habitus in illa decisione fuit, quod suspendatur processus super meritis donec terminetur articulus nullitatum, quando principaliter, & ab initio fuit
12 obiecta, & allegata nullitatis exceptio; † At vbi præcessit plena contestatio, tam super nullitate, quam super Iustitia, & plures decisiones super ipsis emanarunt vtraque parte informante Iudex debet pronunciare super vtroque capite, vt declarando intellectum *d. decision.* 206. *coram* Coccino firmauit Rota *in decis.* 340. *num.* 2. & *seqq part.* 9. *recent. cum aliis pluribus doctrinis cumulatis à vestr. in prax. lib.* 8. *cap.* 1. *sub num.* 11. *vers.* & *cum effectus* Scaccia *de appellat. quæst.* 19. *remed. primo illat.* 6. *num.* 12. *vers. declara primo.*

Alia obiecta fuerunt abundanter in alijs decisionibus dissoluta, & ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit etiam confirmata coram eodem R. P. D. Bourlemont sub diebus prima Februarij, & secunda Decembris 1669. Aliæ verò Decisiones in hac eadem causa emanatæ illæ nempè coram bon. mem. Dunozzetto iuniore habentur inter eius impressas decision.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Damnorum.

Sabbati 26. *Nouembris* 1667. *Rota Martiniana.*

ARGVMENTVM.

Quamuis regulariter teneatur Vsufructuarius præstare cautionem, & inuentarium conficere, hoc tamen communiter limitatur si neque culpa, neque dolus interuenit; maximè, quando, prout hic ex testatoris præcepto ab ijs omnibus ille fuerat liberatus, Ruinam & inuasionem à militibus factam idem Vsufructuarius, ac etiam conductor proprietario, vel Domino denunciare non tenentur, si hæc vtraque à militibus amicis processerat, & adhuc denunciata euitari minimè poterat.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarios non tenetur præstare cautionem, neque conficere inuentarium si ab iis fuit à testatore liberatus.*

2 *ab Inuentarii confectione excusatur vsufructuarius si dolosè non se gessit, vel aliquid penes ipsum retinuit.*

3 *Culpa leuis, vel leuissima an attendatur in vsufructuario omittente, conficere inuentarium.*

Negligentiæ an habeatur ratio ad effectum excusandi vsufructuarium à confectione inuentarii, numero 3.

4 *Vsufructuarium ad excusandum ab inuentario cessante dolo, vel culpa non attenduntur regulæ generales simplicis vsusfructus.*

Sarta tecta satis seruari dicuntur (quod nihil aliud est, quam rem integram, & incorruptam tenere) si vsufructuarius cessante dolo, & culpa excusatur à confectione inuentarii num. 4.

5 *Labor non debet esse maior, quam sit opus.*

6 *Vsufructuarius tenetur denunciare proprietario periculum rei, puta ruinæ.*

Proprietarius probabiliter ignorare dicitur periculum rei ab vsufructuario retentæ, num. 6.

7 *Vsufructuarius an, & quando teneatur denunciare proprietario inuasionem ac etiam combustionem factam à militibus, & exercitu, & num. seqq. vbi vide.*

8 *Conductor teneatur ne certiorare locatorem de incendio, & ruina rei conductæ à militibus factis.*

Militum, & exercitus inuasiones quando per possessores bonorum, eorum dominis denunciandæ, sint num. 7. & *seqq.*

Milites non solum inimici, sed etiam amici sæpè damnificare consueuere, num. 7. & *seq.*

9 *Damnum illatum à militibus quod euitari non potuisset conductor, vel vsufructuarius denunciare non tenentur.*

10 *Dolus resultat in eo, qui protestationi factæ etiam de ordine iudicis parere recusauit, & numero sequent.*

11 *Obedire recusans imperio magistratus non dicitur dolo carere, & vide num. seqq. vbi limit.*

12 Obe-

12 *Obedire qui non tenetur, non dicitur esse in dolo, si obedire recusauit.*

13 *Præcepto superioris obtemperari debet si fuit iustum, alias non.*

DECISIO CXXIX.

BARTHOLOMÆVS reliquit vsumfructum omnium bonorum suorum, & Iurium Magdalenæ vxori cum libera, & absoluta administratione ita, & taliter, vt nemini teneretur reddere vllam rationem, Et vltra reliquit supradictæ Magdalenæ omnia, & singula bona mobilia &c. & hæredem instituit Guilielmum &c. in Testamento 2. Augusti 1630. die functo Testatore hæres interpellauit vsufructuariam ad faciendum Inuentarium, & ad dandam cautionem, & ad assignandas scripturas spectantes ad hæreditatem &c. & vlterius requisiuit ad resarciendum bona, domos, & alia ædificia &c. 9. Martij 1631. & rursus 2. & 3. Octobris 1644. & postea ægit contra ipsam pro Sarciendis damnis, & amisso vsufructu subsequutis varijs sententijs, & mortua vsufructuaria propositum est hodie dubium, An hæreditas Magdalenæ teneatur ad refectionem damnorum. Et responsum non teneri.

Quia de mobilibus legatis quæstio non est vnde magis placuit excusandam vsufructuariam esse ab Inuentario,
1 & cautione † vltra liberam, absolutam administrationem commissam remissamque rationem *ad l. cum neces-*
2 *sitatem* 18. *C. de fideicomm.* & vix nisi dolosè gesserit, † vel aliquid resideat penes administratorem, Gloss. *vltima ibi*
3 *cum alleg.* & saltem culpæ læuis, vel læuissimæ. † Siue negligentiæ ratio non habeatur, *ad l. Si Seruus vetitus* 19. *ff. de leg. primo*, *& cum aliis* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. titul.* 8. *à num.* 29. *libr.* 9. Munoz. *de ratiocin. à num.*
4 3. ex quibus † non sequimur regulam simplicis vsusfructus, & illa Sarta tecta *in §. quoniam igitur leg.* 7. *alias leg.* 8. *de vsufr.* & quemadmodum vsusfructus amittatur,
5 *& leg.* 7. *C. eodem* de quibus maior fuit labor † quam opus esset apud Gratian. *disc.* 778. *à numero* 23. *ad* 36. *& vltimum.*

Dolus autem vel lata culpa quin etiam damna ipsa nulla probata DD. visa sunt, & in specie domorum super quarum deteriorationibus, & ruinis restringebatur præsens controuersia ab Informantibus ipsis.

Et primum de domo in loco Creualcore quæ corruerit, constitit ex ipsa protestatione hæredis 24. Martij 1631. proxima Testamento non solum morti Testatoris illam iam Corruisse, & proinde vetere vitio, & ipsa vetustate parentibus primitus defuncto, & postea hæredi, & hoc amplius excusata ab omni culpa vsufructuaria vti fœmina maximè cum libera, & absoluta administratione, ita & taliter vt nomini teneretur reddere vllam rationem quantumlibet per se vsufructuarium denunciare tenea-
6 tur † proprietario probabiliter ignoranti periculum rei veluti ruinæ &c. Castill. *contr. Iur.* 20. *de vsufruct. à num.* 15. *lib.* 1.

Cæterum ad hanc ipsam, & alias Domos visum est Dominis non probari à Testibus qualitatem, & minus quantitatem damnorum. Si quibus vsufructuaria esset obligata.

7 Et specialiter ad domum combustam † à militibus Stantionarijs, *& textum singularem §. exercitu veniente l. Item quæritur* 13. *ff. locat. &* Soccin. Iun *cons.* 120. *à num.* 19. *lib.* 3. constat ibi agi de Inimico exercitu veniente hoc est repentino, & ignorato prius à Conductore presente,
8 † vt denunciaret absenti locatori, & hic agitur de amicis militibus adstantibus. Ideoque notissimis, & publicè adscriptis adeo non ignoratis neque si denunciasset Con-
9 ductor, aut vsufructuaria † locator, vel proprietarius potuisset tali damno occurrere quod etiam considerauit, Socc. d. loco Caroc. *de locat. tit. de remiss. merced. qu.* 8. *num.* 92. *&* 93. *cum aliis.*

Denique ad dolum vsufructuariæ quod protestationi etiam iteratæ, & ex parte Iudicis de Inuentario, & cau-
10 tione non paruerit, † & faciat eam iam præsumi dolosam Alex. *cons.* 73. *num.* 1. *vers. quinimò protestatio lib.* 3. vt gene-
11 raliter non potest dolo carere qui imperio Magistratus † non obtemperat, *l. non potest* 159. *ff. de regul. Iur.* quan-
13 doque non tenetur † obedire notat, *ibi gloss. vers. quandoque non tenetur*, atque adeò regula secundum *glos.* intelligitur quando præceptum fuit iustum Dec. *ibidem num.* 4. *& amplius* Castr. *ad l.* 3. *sub §. vltimo legis primæ*, *ff. de Iustitia*, *& Iure numer.* 6. *vers. Item procedit* Alex. *cons.* 144. *num.* 2. *l. b.* 2.

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Taia sub die 11. Maij sequentis anni 1668. quam infra suo loco, & tempore adinuenies.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Domus de Vsazzis.

Lunæ 28. *Nouembris* 1667.

ARGVMENTVM.

Tria obiecta præsens dissoluit Decisio. Primum quod donatio causa mortis non remaneat esse talis, etiam si in ea fuerit adiectum pactum de non reuocando. Secundum quod assignatio generalis facta ab vno ex duobus hæredibus intelligatur tantùm de sua portione, non autem comprehendat portionem alterius. Tertium tamdem ex quibus in filio, qui fecit compromissum super hæreditate paterna, illius excludatur aditio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis potest reuocari, amplia vt ibidem.*

Pactum de non reuocando non impedit reuocationem donationis causa mortis, num. 1.

2 *Donatio dicitur causa mortis, si donator motus fuit ad donandum ex causa temporali, qualis est discessus ab Vrbe.*

Causa temporalis dicitur discessus à Ciuitate animo redeundi, num. 2.

3 *Prohibitioni de non donando non dicitur contrauentum ex dispositione facta per testamentum.*

Voluntas vltima non continetur sub nomine contractus donationis, num. 3.

4 *Minor non potest sine legitima causa, & Iudicis decreto, aliisque solemniis donare, & quando.*

Statutum Vrbis lib 1. cap. 151. *prohibet minori quemcumque contractum donationis, & quomodò, num.* 4.

5 *in Donatione onerosa, vel mixta non sufficit stipulatio Notarii pro absente.*

Donatio onerosa, vel mixta antè acceptationem donatarii potest quandocumque reuocari, num. 5.

6 *Cessio generaliter facta, in dubio comprœhendit solam portionem ipsius debitoris cedentis.*

Portio cohæredis non censetur comprœhensa in cessione alteri generaliter facta ab alio cohærede, numero 6.

Cohæres habet semper liberam suam portionem ab obligationibus sui cohæredis, num. 6.

7 *Assignatio generalis incerta ratione loci, & quotæ non sufficit ad acquirendum dominium.*

Dominium non transfertur stante incertitudine loci, & quotæ, num. 7.

Possessionis translatio non impeditur per incertudinem loci, & quotæ, num 7.

8 *Obseruantia subsecuta probat dominium non fuisse translatum.*

9 *Aditio hæreditatis non probatur ex compromisso facto super diuisione hæreditatis, & portionibus hæreditariis, & quando vide etiam, num seq.*

Credita quæ habet filius in hæreditate partis certo modò dicuntur reperta in hæreditate eiusdem patris, num. 10.

10 *Actus*

10 *Actus æquiuocus non sufficit ad inducendam aditionem hæreditatis, amplia vt num.12.*

11 *Protestatio non adeundi non impedit aditionem, & quando vide etiam in num. seqq.*

Hæres suus, non obstante protestatione non adeundi, potest nihilominùs adire infrà triennium, num.11. & 12. vbi vide.

Hæres suus habet multa priuilegia specialia, numero 11.

12 *Aditio hæreditatis etiam in hærede suo requirit actus de necessitate concludentes, stante præcedenti protestatione non adeundi.*

Actus, qui per necesse concludant, requiruntur, stante protestatione in contrarium, num.12.

DECISIO CXXX.

AD impediendam Immissionem super domo controuersa in portione Fabritij de Vfazzi petitam à Cherubino ex persona Vincentiæ Zocchiæ hæredis dicti Fabritij, tria pro parte Pagnini Possessoris alias obiecta fuerunt. Primo quod Fabritius donauerit omnia eius bona Francisco Fratri. Secundo quod cum præcedenter Franciscus cesserit Domum Valeriano Scalzino pro credito scutorum 800. non potuerit in diuisione successiuè facta illam assignare Vincentiæ, & Tertio quod Fabritius adiuerit hæreditatem Iacobi Patris sine beneficio legis, & Inuentarij, & proindè illius hæres non possit, impugnando factum eiusdem Iacobi alienationem Domus reuocare; sed his non obstantibus dictum fuit immissionem esse concedendam *sub die 18 Februarii* * 1664. *coram me*, quam resolutionem hodie DD. confirmarunt.

Quoad donationem insistebant Informantes pro Pagnino super illius irreuocabilitate, stante quod fuerit adiectum pactum de illam non reuocando, sed placuit responsio, quod cum ex tota lectura Instrumenti clarè
1 constet Fabritium voluisse donare causa mortis, † non est dicendum, quod per tale pactum voluerit recedere à natura donationis reuocabilis, *vt ex l.stipulatus de vsur. benè arguit* Gabriel.*cons.96.num.6.& 7. vol.2*

Et verè Contrahentes nunquam habuerunt talem donationem pro irreuocabili; nam Fabritius motus fuit ad
2 donandum ex causa † temporali, nempè discessus ab Vrbe, ibi: *Volendo detto Fabritio andare à Napoli, & altri luoghi, e desiderando prima di partire accommodare le cose sue però hà risoluto fare la presente donatione, &c. & in caso, che lui venghi à morire*. Et Franciscus donatarius post reditum Fabritij ad Vrbem hoc benè declarauit, dum expræssè consensit reuocationi donationis, addita ratione, ibi: *cum cessauerit causa finalis, nempè absentiæ*. Nil releuante quod in huiusmodi reuocatione Franciscus præstiterit consensum conditionalem, dummodò Fabritius aliam donationem non faciat, fauore cuiusuis personæ,
3 exceptis filijs. Quia † per Institutionem factam fauore Vincentiæ, non dicitur huiusmodi pacto controuenisse, cum prohibitio contractus donationis, trahi non debeat ad dispositionem per testamentum, vt à contrario sensu dictum fuit *in Romana donationis 3. Iunij 1658. §. quia coram me*.

Præterea animaduersum fuit, quod pactum de non reuocando quatenus fuit appositum in prima donatione facta præsente Francisco donatario sub die 6. Decembris 1607. suffragari non potest stante nullitate contractus. Cum enim Fabritius esset minor annorum 20. vt enunciatur in principio Instrumenti, † non poterat sine legiti-
4 ma causa, & Iudicis decreto, aliisque solemnitatibus irreuocabiliter donare resistente clara dispositione *Statuti lib. 1.cap.151.*& plenè dictum fuit *in Romana seu Reatina donationis* 28.*Nouembris* 1664 *coram R.P.D. meo Emerix*.

Quatenus verò continetur in secunda donatione facta cum solemnitatibus die immediatè sequenti attendi non debet cum Franciscus donatarius fuerit absens, illamque non acceptauerit, cum enim agatur de donatione onerosa, vt patet ex *Summario* Pagnini *num.1.* vel saltem mixta
5 non fuit sufficiens stipulatio Notarij pro absente, † sed potuit quandocumque reuocari ante Donatarij acceptionem, vt præter allegatos in decis. §. & licet firmauit Rota coram Reuerendissimo Royas *decis.*304 *num.20.& 21. & in Fauentina bonorum 9.Iunii 1664. §. vltra quod & seq. coram me.*

Maior difficultas fuit circa secundum obiectum desumptum ex cessione domus controuersæ facta per Franciscum ad fauorem Scalzini pro summa scutorum 800. qua stante, dicebatur eumdem Franciscum non potuisse in præiudicium dicti Scalzini deindè deuenire ad diuisionem cum Vincentia hærede Fabritij, eique domum assignare. Vnde restricta de ordine Rotæ difficultate, quoad huiusmodi cessionem, & successiuè proposita causa super reseruatis, adhuc visum fuit cessionem non obstare, quià cum in genere fuerit cessa portio domorum pro rata scutorum 800 ad effectum soluendi proprium debitum Francisci, in dubio censetur assignata portio ipsius debitoris cedentis † non autem portio Vincentiæ cohæredis, cui 6
propterea in diuisione remansit libera, & immunis à dicta obligatione Francisci, *vt probant auctoritates relatæ in decisione §.non obstat.*

Maximè quia non solùm post annum à die cessionis Franciscus assignauit eidem Vincentiæ cohæredi integram eius medietatem super hac domo; verùm etiam quia Scalzinus nunquam acquisiuit dominium alicuius certæ portionis domus in vim assignationis præfatæ, vtpotè omninò incertæ, tam ratione loci, qui non fuit particulariter designatus in aliqua parte domorum; quam ratione quotæ, quæ pendebat à deductione pensionum, & æstimatione Peritorum, qui nunquam fuerunt electi † stante autem dicta incertitudine loci, & quotæ, non es- 7
se translatum aliquod dominium probatur in fortioribus terminis de sola translatione possessionis *per text.in l. 3. §. incertam, ff. de acquir. possess.* Tiraquell *de Iur. constitut. possessor.limit.19.num.1.* Merlin.Pignat. *controuer. 53. num. 6.cent.1.* Posth. *de manutentione obseruat.20.num.29.* Cardin.Caual.*decis.391 num.2.*Buratt.*decis.220.num.6.ibi Adden. litera A.*

Quod etiam desumitur ex obseruantia, dum per triginta annos, & vltra, neque Scalzinus neque alius ab eo causam habens, vnquam possedit hanc domum, imò de anno 1639. Antonius Colletta Donatarius Lauiniæ Bussonæ, hæredis dicti Scalzini in cessione facta Authoribus Pagnini Collitigantis expressit Creditum scutorum 800. quod super domibus habebat dicto *Summar.* Cherubini *n. 7.* quod benè demonstrat assignationem non habuisse effectum, minusque ex ea fuisse translatum dominium in Scalzinum, cum aliàs creditum illius fuisset mediante assignatione extinctum.

Denique quoad tertium Aditio hæreditatis Iacobi desumi non valet ex eo quod Fabritius vna cum Francisco fratre fecerit compromissum super diuisione hæreditatis, & super portionibus hæreditarijs vnicuique tangentibus. Quia cum hoc possit verificari, vel in creditis particularibus, quæ dicti fratres habere prætendebant in hæreditate Patris, vel etiam in eisdem bonis fideicommissarijs; † quæ 9
certo modo dicuntur reperta in hæreditate Iacobi hæredis grauati, vt aduertit Crauett.*cons.967.num.9 & seqq.* ipse actus remanet æquiuocus, † & non probat aditionem Bu- 10
ratt.*decis.207.num.3.ibique Adden.*

Præsertim, quia post factum compromissum in diuisione subsecuta fuerunt solum diuisa bona fideicommissaria, & materna tantùm, *vt in dicto Summario* Cherubini *n. 3.* Et vlteriùs hodiè docetur de repudiatione, & protestatione non adeundi facta ante compromissum, † quę licèt 11
non impediat quominùs hæres suus valeat infrà triennium adire ex speciali beneficio, *text.in l.si quis, ff. de Iur. delib. & in l fin. C. de repud. hæredit.* operatur tamen quod ad effectum inducendi aditionem non sufficiant omnes actus, qui forsan non existente repudiatione admitterentur, † sed quidem requiruntur tales, qui de ne- 12
cessitate concludant, vt pluribus allegatis dictum fuit *in Romana seu Vrbeuetana pecuniaria 16. Martij 1646. coram* Reuerendissimo Royas *inter eius impressas decis.285.n.16.*

Et ità vtraque, &c.

Supradicta Decisio * sic vt supra in hac causa emanata sub die 18.Februarij 1664.coram eodem Eminentissimo Cardinali Cerro habetur impressa in præcedenti parte XIV. recentiorum in ordine decis.145.

RE-

REVERENDISSIMO D. CERRO S.R. DECANO,

Nunc autem S.R.E. Cardinali.

Fulginaten pecuniaria.

Lunæ 28. Nouembris 1667.

ARGVMENTVM.

Practicabilis est Decisio super conuentione fructuum compensatiuorum alicuius negotij, & apothecæ venditæ, quæ quamuis in instrumento omissa, & legitimè probata ex partitis librorum fundacalium eorumdem debitorum, ipsi contractui, ac instrumento venditionis dicitur inesse; qui quidem fructus non solùm debentur pro eodem negotio, & apotheca, verùm etiam pro mercibus particularibus posteà in illius executionem similiter venditis; hinc plura quoque de libris mercatorum particulariter discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor negotij potest fructus recompensatiuos recipere absque labe vsurarum.*

Auuiamentum habetur in consideratione, num. 1. & vide num. 14. cum seq.

2 *Fructus recompensatiui debentur etiam non obstante dilatione ad soluendum per creditorem debitori concessa.*

Dilatio ad soluendum, vbi etiam fuit facta conuentio soluendi fructus, non censetur simpliciter concessa, sed cum onere solutionis eorumdem fructuum, num. 2.

Fructuum conuentio compatitur cum dilatione ad soluendum, & propterea non impedit perceptionem illorum, num. 2.

3 *Fructuum compensatiuorum conuentio, quamuis non expræssa in instrumento venditionis, probatur ex partitis librorum eiusdem venditoris, & numero sequent.*

4 *Liber* Memorialis, *probat contrà mercatorem, & quando vide num. seqq.*

5 *Liber mercatoris nuncupato,* Quaderno, *plenam facit probationem contrà eumdem mercatorem, & vide num. seqq.*

6 *Partitæ contentæ in libro,* Memoriali, & Quaderno, *si ad vnguem fuerunt registratæ in libro* Mastro *plenè probant.*

Liber mercatorum nuncupato Libro Mastro *continet omnia negotia, num. 6.*

Socij plures si aliquid ipsi, vel eorum ministri descripserunt in libro sociali, vbi continentur omnia negotia, resultat ex indè contrà ipsos plena, & perfecta probatio, num. 6. & 7.

Liber Socialis continens omnia negotia sociorum contrà ipsos plenè probat, num. 6. & 7.

7 *Scriptura, seu descriptio partitarum facta à deputato nomine Societatis plenè probat contrà ipsos socios.*

8 *Partitæ plures in vno eodemque libro conscriptæ, vna ab altera recipit argumentum veritatis.*

Liber adminiculatus plenè probat etiam in præiudicium tertij, num. 8.

9 *Conuentio solutionis fructuum compensatiuorum, quamuis in instrumento non expræssa probatur ex coniecturis.*

Conuentio, seu pactum, etiam si ex coniecturis probentur, habentur pro expressis in contractu, numero 9.

Coniecturæ legitimæ sufficiunt adhoc, vt aliquid dicatur inter partes conuentum, num. 9.

10 *Liber habens relationem ad apocam, quandò probet sine apoca, & vide num. seqq.*

Obligatio contenta in libro sub his verbis, ci siamo *obligati per poliza, an sufficiat si de apoca non docetur, num. 10. & seqq.*

11 *Relatio, seu potiùs simplex emunciatiua quandò quid dicatur.*

12 *Oratio vbi est perfecta, etiamsi aliquam haberet relationem ad aliud, plenè probat.*

13 *Relatio perfecta probat etiam sine relato.*

14 *Auuiamentum vbi non consideratur non possunt pacisci fructus compensatiui, & num. seqq. ac etiam supra num. 1.*

15 *Merces venditæ pro complemento negotij, & apothecæ dicuntur partes integrales eiusdem negotij, & apothecæ.*

Fructus compensatiui debentur etiam ex mercibus venditis pro complemento alicuius negotij, & apothecæ venditæ, numero 15. & numero 18.

16 *Venditio mercium particularium facta correspectiuè ad aliquod negotium, & auuiamentum antecedenter venditum dicitur facta in executionem eiusdem primæ venditionis.*

Correspectiuitas plurium venditionum ex quibus inducatur, numero 16.

17 *Apoca, & instrumentum eodem die, & coram eisdem Notario, & testibus facta dicuntur inter se correspectiua.*

Actus correspectiui vnus inest alteri, & omnes habentur pro vno, numero 17.

DECISIO CXXXI.

SVB die 6. Maij 1659. præuia narratiua, quod Decius Roncalius donauerat Petro filio, & alijs filijs masculis scuta 30. mil. monetæ ad effectum inuestiendi, prout successiuè inuestita fuerunt in tot mercibus idem Decius tam nomine proprio, quam etiam nomine dicti Petri filij, & aliorum filiorum masculorum vendidit Carolo Camillo, & socijs negotium, quod ab ijsdem vti ministris eiusdem Petri exercerbatur in Ciuitate Fulginei, eisque tradidit merces pro rata scutorum 17935. baio. 8. quæ emptores soluere promiserunt in termino duorum annorum. Eodemmet die, & coram eisdem Notario, & Testibus fuit etiam confecta apoca, in qua partes asserendo, quod venditio fuerat conclusa sub conditione, quod Decius deberet dare ad Cambium dictis Emptoribus scuta 12064. 92. Ideò Decius volens obseruare promissa, ibi: *E fare che detto negotio ascenda in tutto alla somma di scudi* 30. *mil. moneta*, se obligauit dictam summam tradere ad Cambium in termino 18 mensium *Summario* Roncalli *numero primo* quæ promissio fuit ab eodem adimpleta sub die 30. Aprilis 1660. per traditionem tot mercium factam de consensu emptorum dicto *Summario num.* 3. *liter. A.* Cum autem tractu temporis dissoluta societate inter Camillum, & socios egerit Decius pro consecutione sui crediti, tam sortis principalis quam fructuum, & plura mandata de consignando obtinuerit, quæ successiuè fuerunt executioni demandata super mercibus alijsque effectibus debitorum; Et nuper prætenderet se esse creditorem pro residuo sortis in scutis 1120. 24. & pro his mandatum executiuum obtinuerit à R.P.D. Areosto sine præiudicio verioris summæ; hinc commissa mihi causa appellationis per Signaturam, cum clausula *si quid exequendum*. Ideò ad formam rescripti proposito à me dubio, an mandatum A.C. sit exequendum Domini relictis in suspenso tribus partitis concorditer à partibus reseruatis responderunt pro nunc esse exequendi pro scutis 667. 15.

Iustitia namque mandati respectu huius summæ probatur ex eo quod Roncalius vltra capitale scutorum 30. mil. consequi debet scuta 1793. 50. pro fructibus negotij primo loco venditi decursis pro duobus annis, & scuta 737. 29. pro fructibus mercium secundo loco traditarum, & insuper alia scuta 184. 32. pro fructibus totius negotij decursis post biennium vsque ad diem restitutionis, quæ in simul constituunt summam scutorum 32715. 11. & propterea cum non appareat ad eius manus peruenisse nisi scuta 32047. vtique dempta hac summa, remanet iustificatum creditum in scutis 667. 15. vt patet ex calculo concordato.

A quo quidem calculo non sunt demendæ partitæ fructuum tam respectu primæ, quam secundæ consignationis mercium, vt prætendebant informantes pro Camillo. Quia cum Roncalius nullo recepto pretio vendiderit integrum negotium, seu Tabernam fundacalem. Vtique † 1 potest

potest absque vlla labe vsurarum fructus recompensatiuos recipere ratione ipsius negotij, & auuiamenti, vt alias decisum fuit *in Viterbien Transactionis* 18. *Iunij* 1660. *coram R. P. D meo Albergato* 3. *Iunij* 1661. *coram bon. mem. Leone Verospio*, §. *fructuum autem conuentia circa medium confirmata* 14. *Iunij* 1663. *coram R. P. D. meo Taja*.

Non obstant quod pro prima consignatione fructus recompensatiui censeatur remissi ex dilatione duorum annorum ad soluendum pretium, quia cum in proposito non deficiat partium conuentio circa fructuum solutio-
2 nem, verius est illos deberi non obstante dilatione; vbi † enim adest conuentio non censetur data dilatio simpliciter, sed secundum quid cum onere scilicet soluendi fructus, & propterea non valet illorum perceptionem impedire, vt inquit Decius *in cap. cum Venerab. de except.* & *latè probat* Cancer. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 7. *de pact. numer.* 58. & *pluribus seqq.* & Rota *decis.* 132. *numer.* 3. *part.* 4. & *decis.* 13 *num.* 10. & 11 *part.* 5. *recent.*

De qua conuentione dubitari non potest quamuis in
3 Instrumento nulla fiat mentio de fructibus, † quia eademmet *die* 6. *Maij* 1659. qua venditum fuit negotium,
4 emptores in eorum libro memoriali † hoc idem expressè fassi fuerunt describenda partitam eorumdem fructum sub his verbis: *Ci siamo obligati pagare al sudetto Signor Pietro tempo due anni scudi* 1793. *moneta per meta per Anno, e questi sono per interesse di robbe à cinque per cento*, *Summario Roncalli num.* 1. Et clarius declarauerunt in libro
5 nuncupato Quaderno † vbi post transactum primum Annum constituerunt Roncallam Creditorem pro fructibus, ibi: *Pietro Roncalli conto de frutti deue hauere scudi* 896. 75. *per interesse à cinque per cento sopra la partita di robbe venduteci di scudi* 17935. 8. & *à* 6. *Maggio* 1659. *fino al medesimo giorno* 1660. *dicto Summario numero* 2. Et insuper hoc etiam apparet ex alia partita eiusdem quaderni vbi durante adhuc biennio dictus Camillus, & Socij se constituerunt debitores Roncalli pro fructibus integri Capitalis negotij, ibi: *Decio Roncalli conto de frutti deue hauere scudi* 1500. *per interesse d'vn Anno da finirsi à sei Maggio prossimo sopra il capitale di scudi* 30. *mil. à cinque*
6 *per cento*, qua † istæ partitæ videntur ad istum effectum sufficere, ne dum quia tanquam ad vnguem registratæ in libro magistro, in quo omnia negotia socialia continentur probatio exindè insurgit contra ipsos socios *ad text. in l. Instrumenta Domestica vbi glos. verb. Instrumenta C. de probat. cum allegatis in Romana seu Ianuen. Dotis* 12. *Decembris* 1665. §. *Iustitia coram R. P. D. meo Ottalora*, etiamsi non
7 probaretur scriptura facta à socijs, sed † à deputato nomine societatis Rota *decis.* 244. *num.* 3. *part.* 6. *recent.* Verùm etiam quia ex coniunctione dictarum partitarum vna ab
8 altera recipit adminiculum veritatis, † quo casu liber tanquam adminiculatus probat etiam in præiudicium Tertij Rota *decis.* 30. *num.* 9. *part.* 8. *recent. in Anconitana, Pecuniaria* 26. *Ianuarij* 1665. §. *Dum præsertim coram bon. mem. Leone Verospio*, & *alijs congestis in Perusina bonorum Sancti Arcangeli* 19. *Februarij* 1666. §. *Tertio ex libro coram R. P. D. meo Emerix.*

9 Conuentio autem probari potest ex coniecturis, † & habetur pro expressa in contractu si ex legitimis coniecturis argui potest de ea fuisse actum inter partes iuxta Theoricam Bartoli *in l. cum quid num.* 10. *vers. Item si probaretur, ff. si cert. petatur* Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13. *vers. vnde etiam* Buratt. *decis.* 256. *num.* 6.

Nil releuante quod altera ex dictis partitis, nempè il-
10 la descripta in libro memoriali † habeat relationem ad apocam, ibi: *Per poliza ci siamo obligati.* Ideoque sine relato nil probet, nam præter quod non est propriè relatio,
11 sed solùm simplex enunciatiua, † certum est quod in ea parte, qua mentio fit de fructibus eadem partita concordando cum alijs libris continet orationem omninò perfe-
12 ctam, † ibi: *Questi sono per interesse di dette robbe à cinque per cento dicto Summario numero primo*, & quatenus dici posset fuisse habitam relationem ad apocam in hac parte
13 stante pia perfectione orationis † partita probaret etiam sine relato, Surd. *consil.* 540. *num.* 4. Rota *decis.* 24. *num.* 10. *part.* 7. *recent. cum alijs in Romana reintegrationis* 15. *Iunij* 1648. *coram Reuerendissimo Papien.* §. *Nam respondetur impress. in recent. decis.* 213. *part.* 10.

Sicut etiam non releuat, quod in instrumento consignationis mercium 30. Aprilis 1660. dictum fuerit quod fructus primæ partitæ non incipiant currere nisi à die 6. Maij 1660. *Summario* Camilli *num.* 3. Quoniam huiusmodi pactum fuit in hoc Instrumento adiectum non ex eo, quod pro dicto tempore biennij non fuerint conuenti fructus, sed ex quo iam fuerant soluti, vel saltem pro illis soluendis præcedenter Camillus, & socij se obligarant in apoca particulariter enunciata in dicto libro memoriali in illis verbis, *per poliza ci siamo obligati pagare al sudetto Signor Pietro tempo due anni scudi* 1793. *dicto Summario numero primo* Cum enim in hoc secundo instrumento Camillus, & socij se obligauerint indefinitè pro omnibus fructibus totius negotij vtique fuit necessaria declaratio, quod fructus primæ partitæ, pro quibus soluendis confecerant apocam, non currerent nisi post biennium ne alias debitores grauarentur duplicata solutione.

Quo verò ad fructus decursos post secundam consignationem mercium non videtur vrgere vnicum obiectum ab informantibus pro Camillo, & socijs excitatum quod scilicet ex illarum venditione distincta, & separata ab ipso negotio non deberentur fructus, † cum illarum respe- 14
ctu nullum possit considerari auuiamentum.

Quoniam dixerunt Domini secundam consignationem mercium secutam vigore apocæ fuisse † partem in- 15
tegralem totius negotij factam pro complemento Capitalis scut. 30. mil. nam licet venditis mercibus fundacalibus pro scutis 17935. 8. conuentum fuerit per apocam separatam, quod Roncallus deberet tradere ad Cambium scuta 12064. quæ successiuè assignauit in tot mercibus de consensu emptorum, vt supra dictum est; † ex pluribus ta- 16
men apparet huiusmodi conuentionem non fuisse distinctam & separatam à venditione integri negotij; imò potiùs eidem correspectiuam, & factam pro supplendo integro Capitali. Tum quia in eadem apoca idem fuit literaliter expressum, ibi: *E fare che detto negotio ascenda in tutto alla summa di scudi* 30 *mil.* Tum quia debitores ex eorum libris post d. secundam consignationem mercium falsi fuerunt illas in hanc causam recepisse, ibi: *Per supplemento di capitale præterito Summario* Roncalli *num.* 3. *lit. B. C.* Tum etiam quia dicta apoca fuit confecta eademmet die qua fuit stipulatum Instrumentum, & coram eisdem Notario & Testibus; † vnde cum isti duo actus di- 17
cantur inter se correspectiui, perindè censeri debent, ac si essent vnus, & idem actus & contractus, vt dictum fuit *in Romana Censuum* 20 *Ianij* 1663. §. *Non obstat*, & 25. *Martij* 1667. *vers. quod autem vers. Tum ex actorum*, & §. *seq. cor. me*, & per consequens pro secunda consignatione mercium debentur quoq; fructus recompensatiui ratione
† ipsius negotij, & auuiamenti ad terminos Text. *in l. curabit C. de action. empt. iuxta consil.* Rimin. Iun. 177. *per tot.* & *decisiones in Viterbien. Transactionis superius allegatas.* 18

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram Reuerendissimo D. Albergato Decano sub die 23. Iunij 1670.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Ariminen. Censuum.

Lunæ 28. *Nouembris* 1667.

ARGVMENTVM.

Licèt maxima insurgat iuris præsumptio in odium illius, qui scripturas subtraxit. Factum tamen subtractionis plenè, & concludentèr probari debet; ideòque illud non resultat ex depositionibus testium, qui sint famuli, viles, & mercenarij, eo minus si ipsum factum palàm, & publicè secutum sit, ac etiam emanauerit à viro nobili bonæ, & timoratæ conscientiæ, & tandem successerit de scripturis, quas quis cum alio habebat communes, cùm solùm proprias quis amouisse præsumatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subtrahens scripturas magnam habet præsumptionem contra se in odium violentiæ, & vide num. seqq.*
Violentia habet præsumptionem contra se, num. 1. & seqq. vbi vide.
2 *Factum subtractionis scripturarum probari debet concludenter, & num. 4.*
Præsumptio, quæ elicitur contra subtrahentes scripturas non habet locum, nisi subtractio plenè, & concludentèr probetur, num. 3. & 4.
3 *Scriptura, si prætenditur subtracta, probari debet adfuisse in loco, vbi commissum est furtum, & inter ea, quæ fuerunt abrepta.*
4 *Subtractio scripturarum est delictum.*
Delictum habet præsumptionem contra se, numero 4. & 5.
Subtractio scripturarum probari debet concludentèr, & sup. num. 3. cum seq.
Delictum plenè, & concludentèr probari necesse est, num. 4. & 5.
6 *Subtractionem scripturarum, & pecuniarum non probant testes viles.*
Testes si sunt personæ viles, parum eis deferendum est, num. 6.
7 *Testes mercenarij alicuius pro eo nihil probant, & numero 8.*
Famulus testis non probat pro Domino suo, numero 7. & 8.
Auriga testis non facit probationem pro suo Domino, num. 7. & 8.
9 *Subtractio scripturarum non probatur ab vnico teste.*
Testis vnicus nullam fidem meretur, num. 9. vbi & num. 7. amplia si sit mulier, & famula
10 *Testis vnicus vt aliquam probationem faciat debet esse omni exceptione maior.*
11 *Inuentarium plenissimè probat contra conficientem.*
12 *Pecunias in hæreditate non fuisse repertas, ex inuentario probatur.*
13 *Subtractionis scripturarum, & pecuniarum præsumptio cessat in eo, qui amouit scripturas, & pecunias, quas habebat cum alio communes.*
Pecunias, & scripturas proprias, non autem alienas quis amouisse præsumitur, num. 13.
14 *Delinquere neminem lex in dubio præsumitur.*
15 *Delictum non præsumitur in actu palàm, & publicè facto, & supra num. 14.*
Actus factus palàm, & in publico, non præsumitur delictum, num. 15.
16 *Delictum ad excludendum, omnis interpretatio sumenda est.*
17 *Subtractio scripturarum non præsumitur in viro Patritio, & qui in suo testamento nullam de ea fecit declationem.*
18 *Salutis æternæ nemo præsumitur immemor, præsertim homo magnæ æstimationis, & maximè cultor Christianæ religionis.*
Homo magnæ æstimationis, & verus cultor fidei Christianæ, non præsumitur decedere voluisse cum maximo suæ conscientiæ scrupulo, num. 18.
Conscientiam propriam si quis sentiret aggrauatam, non præsumitur cum tali peccato decedere voluisse, num. 18.
19 *Illatio de vno ad alterum fieri non debet.*
20 *Debita Testatoris soluuntur ex substantia, & facultatibus illius, non autem ex fructibus, nisi aliud fuerit ordinatum.*
Hæres quando teneatur soluere debita Testatoris ex fructibus, num. 20.
Fructus bonorum hæreditariorum spectant ad hæredes, & quando, num. 20.
21 *Decisiones emanatæ inter easdem personas iuxtà stylum supponendæ sunt.*
Res iudicata oritur ex tribus sententijs.
Res iudicata pro veritate habetur, num. 22.
23 *Hæres, qui rationem non reddit de bonis hæreditarijs, tenetur de proprio.*
Via executiua, quæ competebat aduersus Testatorem, datur etiam contra illius hæredem, num. 23.
24 *Perito iudicialitèr electo de consensu partium standum est.*
25 *Relationi periti communitèr electi eo magis statur, si ab ea non sit reclamatum.*
26 *Relatio periti facta super alia antiqua relatione quando probat.*
27 *Testes ab aliquo examinati, eo magis probant pro ea parte, contra quam examinati sunt.*
28 *Tempus mortis Testatoris inspicitur in compensando credito proprio hæredis.*
Hæres creditor Testatoris de ipso tempore aditionis præsumitur sibi soluisse, num. 28.
29 *Relationem periti impugnare non potest qui illam acceptauit.*
Æqualitas in iudicijs seruari debet inter actorem, & reum, num. 29.

DECISIO CXXXII.

LAVRENTIVS Gridulphus Maritus Portiæ Battaglinæ per cessionem ipsi factam creditor euasit quorundam censuum ab Equite Battaglino in suis bonis impositorum.

Mortuo postea D. Laurentio, Ludouicus illius filius, ac hæres omnia bona, & iura sua donauit Hyacintho Patruo, & vnitim cum eo pulsauit d. Portiam vti hæredem Equitis Battaglini pro fructibus dd. censuum, & illa renuente, mandatum ab A. C. contra bona hæreditaria Equitis Battaglini relaxatum est, & subindè illius executio concessa contra bona propria Portiæ, ex eo, quod integram rationem bonorum hæreditariorum non reddiderat.

Causa verò per commissionem appellationis ad me delata, eaque proposita sub die 24. Ianuarij anni præteriti, resolutum est, mandatum A. C. non esse exequendum ex duplici præcipuè fundamento; altero videlicèt, quod etiamsi Portia plenam rationem hæreditatis paternæ non reddidisset, illud tamen processerat ex culpa d. Hyacinthi, qui accusabatur subtraxisse pecunias, ac libros spectantes ad statum hæreditarium: Altero quod Laurentius Pater Ludouici quoad vixit administrauit bona Portiæ; Quare cum Ludouicus tàm Laurentij, quàm Hyacinthi esset hæres, contra Portiam agere non posse videbatur, nisi prius reportatis libris, ac pecunijs subreptis, & reddita ratione administrationis Patris.

Sed hodiè nouis consultationibus in facto, & in iure suppeditatis, compertum est, vtrumque fundamentum non subsistere, ideoque DD. recesserunt à decisis.

Etenim quoad subtractionem scripturarum licèt verum sit, † quod vehemens inducatur præsumptio aduersus subtrahentem in odium violentiæ per Text. *in l. si de possessione, C. de probat. l. si quando, C. vnde vi,* & ex notatis per Abb. *in cap. accepimus sub num. 5. vers. Aut non potest de fid. instrum. & in cap. fin. de ijs, qui vi met.* 1

Factum tamen, ex quo dicta præsumptio elicitur, debet esse certum, † & plenè, & concludentèr probandum est, vt arguitur ex verbis *in fin. d. legis, si de possessione, C. de probat.* eiusque *gloss. in figuratione casus in fine,* ibi, *Si probes eam Instrumenta emptionis subtraxisse,* atque ex *glos. in dicta l. si quando, C. vnde vi, verbo patefacta,* quod sic explicatur, idest *liquidò probata,* † itaut constet, rem fuisse in loco, vbi furtum commissum est, & inter ea, quæ fuerunt abrepta, Bart. *in d. l. si quando num. 5. C. vnde vi,* Rolan. *cons. 51. num. 18. lib. 1.* & ita in terminis subtractionis scripturarum sensit Rota *in decis. 292. num. 2. & 3. part. 9. recent.* ex Henric. Boych. *in cap. peruenit il primo num. 2. de testibus cogen.* Bellamer. *eod. loco num. 2. & alijs ibi recensitis;* Iure quidem meritò, quia dolosa, † seu violenta subtractio est delictum, quod habet contra se iuris præsumptionem, ex *l. merito, ff. pro socio,* & propterea concludenter † illam probare necesse est, *l. qui accusare, C. de eden, l. cum pater, §. rogo, ff. de leg. secundo,* Mandos. *cons. 517. num. 2.* Rota *decis. 33. num. 10. & decis. 130. num. 56. part. 6. recent.* 2 3 4 5

Talis autem probatio prætensæ subtractionis scripturarum, & pecuniarum certa, concludens, & liquida hic deficit ex pluribus circumstantijs.

Primò, quia tres Testes principalitèr inducti ad probandam subtractionem scripturarum plures patiuntur exceptiones, † sunt enim viles personæ, sicque parum ipsis deferendum esse censuit Rota *decis. 203. num. 15. part. 7. recent.* Et duo sunt mercenarij, † famula nempè, & Auriga Portiæ, *Summ. Ludouici præsentis positionis num. 3.* qui proinde † non sunt idonei, per tradit. à Doctor. *in cap. in literis, de testib. collect. apud* Gabr. *eod. tit. concl. 10. num. 4.* 6 7 8

Secundò, illa famula, quæ sola audet coarctare factum subtractionis scripturarum, de quibus est quæstio, nullam meretur † fidem, quia est vnica, iuxtà Text. *in* 9
cap.

cap. licet vniuersis, cap. veniens, & cap. in omni negocio de testib. & Rota coram Caualer. *decis. 110. num. 3.* & ad hoc, vt faceret indicium, vel probaret contra Hyacin-
10 thum, deberet esse omni exceptione maior † & persona, quæ nulla opposit.one reijci, nec de fide, ac integritate vllo modo dubitari posset Bald. *consil. 259. verb. Inquisitionis col. 1. ad fin. vol. 1. & consil. 41. præsupposito statuto in fine vol 5.* Alexand. *consil. 124. col. 2 vol 6.* Corn. *consil. 101. vol. 2. cum pluribus apud* Decian. *respons. 93. num. 34. vol. 2.*

Tertiò, iuxtà depositiones eorumdem Testium ad instantiam Portiæ examinatorum perspicuum est, dictum Hyacinthum habitasse in domo dictæ Portiæ, & frequentèr ipsi pecunias, quas ibidem habebat in capsa, obtulisse, *dicto Summario num. 4. & 8.* iuxtàque Inuentaria hæreditatum Equitis Battaglini, & Laurentij Gridulphi colligitur inter huius bona adfuisse notabilem pecuniarum summam, *dicto Summario num. 7.* cuius rei habe-
11 tur plenissima probatio contra Portiam, † quæ Inuentarium confecit, ad Text. *in l. fin. C. arbitr. tut.* Peregr. *de fideicomm. art. 44. num. 2 vers. ex Inuentario ipso*, Rota coram Buratto *decis. 637. num 6. & in Romana hæreditatis 10. Decembris 1660. coram Eminentiss. Cardinali Celso, §. Et hanc*,
12 & inter illius facultates nullam fuisse descriptam, † ex quo benè probatur non fuisse repertas pecunias in hæreditate, *l. fin. §. licentia, C. de iur. deliber.* Iason *in l. si constante num. 120. ff. solut. matrim.* Menoch. *consil. 354. num. 20.* Rota coram Seraph. *decis. 504. num. 6. coram* Caualerio *decis. 246. num 3. & 4. & coram* Durano *decis. 212. num 2.* prout etiam iuxtà dicta aliorum testium comprobatur, Hyacinthum persæpè eidem Portiæ pecunias tradidisse custodiendas, *Summario additionali Ludouici num. 4.* vbi vnus Testis asserit Hyacinthum in capsa exportata, tenuisse scripturas, ex quibus omnibus oritur fauorabilis, & indubitata iuris
13 præsumptio, † quod scripturæ, & pecuniæ, quas amouit Hyacinthus, erant propriæ, & non alienæ, ad Text. *in l. merito, vbi gloss. in verbo inire, ff. pro socio, l. si quis seruum communem in fine, ff. de seru. corrupt. l. cum creditor, ff. de furt. l. nullus videtur, & l. semper in dubijs, ff. de regul. iur.*
14 Quemadmodum dicitur, † quod lex in dubio non præsumitur aliquem delinquere, *d. l. merito ff. pro socio*, præser-
15 tim quando publicè, † ac palàm, prout in præsenti casu, fecit actum, *l palàm, ff. de rit nupt.* Valenz. *consil 169. num. 73.* Menoch. *de præsumpt lib. 3. præsumpt. 29. num. 6. vers. & præsertim.* Et ad excludendum delictum faciendam esse
16 † omnem interpretationem dixit Rota *decis. 56. num. 11. tom. 2. part 4 recent.* attenta potissimè qualitate dicti Hya-
17 cinthi Patritij Ariminensis, † qui nullam in suo testamento fecit declarationem super asserta subtractione librorum, & pecuniarum, *Summario responsionis Ludouici num.*
18 *7.* quod profectò non credendum est, † oblitum fuisse virum optimæ existimationis, & religiosum Christianæ fidei cultorem, si suam conscientiam tali peccato sensisset aggrauatam, vt ad propositum dicunt Castrensis *cons. 301. sub num. 3. in fine vers. tum quia mors cum seq lib. 1* Crauett. *consil. 6 num. 52. & consil. 287 sub num. 7. vers. Tertio respondeo*, Boer. *decis. 105. num. 6.*

Quartò, cessare penitus debere quamlibet difficultatem existimabant DD ex alia potentiori circumstantia nouitèr deducta; Quod nempè depositio famulæ solummodo percutit libros, seu tabulas accepti, & expensi post mortem Laurentij confectas per hæc verba, *Quali libri furono fatti doppo la morte del Sig. Lorenzo Gridolfi, Summario num. 6.* Minimè verò scripturas statum hæreditatis Equitis Battaglini continentes, quæque prætenduntur à dicto Hyacintho subtractæ, ad quas tamen non est trahenda dicta depositio, stante notoria, & euidenti diuersi-
19 tate, nè fiat illatio † de vno ad alterum contra sensum Text. *in l. Papinianus, §. Exuli, ff. de minor.* quam ponderant Ruin. *consil. 174 num. 4 lib. 1.* Rota *decis. 262. num 1. part. 2. diuers. & decis. 142. num. 29. part. 10. recent.*

Quinto denique vltra prædicta aduertebant DD. libros factos post mortem Laurentij nihil aliud complecti posse, quàm redditus, & prouentus bonorum vnius solum anni, quia de anno 1649. mortuus est Laurentius, & anno sequenti Hyacinthus è domo Portiæ dimissus est, vt ex serie facti, quocirca parum referre visus est horum librorum defectus, & quatenus adhuc per plures annos extenderentur, nihil inde resultaret ad excusandam pœnam, & contumaciam non redditæ rationis, attenta regula, quod debita hæreditatis soluantur ex
20 substantia facultatum Testatori, † non autem ex fructibus, qui ad hæredem pertinent, nisi alitèr expressè, aut tacitè colligatur ordinatum, aut hæres constitutus sit in mora, secundùm requisit. *gloss. in l. in fideicommissaria 18. verbo acceptoferuntur, ff. ad S.C. Trebell.* cum concordant. relati à Gabr. *consil. 124. num. 9* Fusar. *qu. 665 num. 7.* Rota *decis. 517. num. 8. part. 4. diuers.* & penès Salgad. *labyrint credit. decis. 58. num. 11. & 12.*

Aliud fundamentum decisionis, quod Portia non tenentur reddere rationem, nisi prius reddatur à Ludouico hærede Laurentij, qui bona Portiæ quoad vixit administrauit, corruere quoque visum est, quia per sex decisiones firmatum est, fructus dictorum bonorum vti dotalium, & extradotalium Portiæ spectasse ad dictum Laurentium illius † Maritum, quæ decisiones e- 21
manauerunt inter easdem partes, & iuxtà stylum supponendæ sunt, Rota coram Greg. XV. *decis. 295. in fine, & decis. 77. num. 3. part. 11. recent.* & per tres sententias inde secutas oritur res iudicata, † quæ pro verita- 22
te habetur, *l. ingenuum, ff. de stat. homin. l. res iudicata, ff. de regul. iur.* Coccin. *decis. 263. n. 4. &* Buratt. *dec. 26. n. 8.*

Ex ijs infertur, dictam Portiam vtpotè, quæ sufficientem rationem de bonis hæreditarijs Equitis Battaglini non reddidit, † teneri in proprijs etiam via executiua, 23
qua illius author tenebatur per theoric. Bald. *in l. fin. §. in computatione num. 3. C. de iur. deliber.* quam Rota sæpius approbauit, vt videre est *in decis. 269 num 12. post* Zacch. *de oblig. Camer. cum plurib. ibi adductis.*

Quod autem dicta Portia plenam, ac integram rationem de bonis hæreditarijs non reddiderit, constat ex relatione periti de consensu † partium iudicialiter electi, 24
cui standum est, *l. si emptione, §. fin. ff. fin. regund. l hac edictali, §. Illud*, ibi, *Quos vtraque pars elegerit, C. de secund. nupt.* Felin. *in cap. Proposuisti num. 6.* ibique Abbas *cum 10. de probat.* Rota *decis. 531. num 1 part. 1. recent. coram* Buratto *decis. 419. num. 9. coram* Caualerio *decis. 488. num. 1. & coram* Carillo *decis. 195. num. 1.*

Et potissimè cum ab ea relatione non † fuerit re- 25
clamatum intrà decendium, Bart *in l. Instar num 10. C. de iur. fisc. lib. 10.* Ruin. *consil 16. ad fin. lib. 5.* Corn. *consil. 43. num. 7. lib. 1.* Rota *decis. 393. num. 2 part. 4. decis. 342. num. 1. & 3. part. 6. recent. & decis 7. nu. 15 coram* Eminentiss. Card. Otthobon.

Nec obstat, quod dictus peritus processerit in calculo absque præuia librorum exhibitione, quodque illum fecerit relatiuum ad alium, qui emanauit vsque de anno 1637. à quo tempore cum rerum pretia mutari potuerint relatio propter æstimationis incertitudinem non est attendenda; Quoniam ex facto melius explicato apparet, dictum peritum suam composuisse relationem super scripturis productis *dicto Summario num. 1. litter B* † Et licèt 26
suam computationem fundauerit in æstimatione hæreditatis calculata de anno 1637. illius tamen relatio optimè sustinetur ex responsionibus hodie datis, quod scilicet dicta æstimatio de anno 1637. non possit redargui à Portia, dum testes pro ea producti asseruerunt, bona Equitis Battaglini ascendere ad valorem scut. 25. mil. † quique 27
potentius pro Ludouico probant *l. si quis Testibus, C. de Testib.* Surd. *consil. 290. num. 18.* Rota coram Mantic. *decis. 274 num. 1. coram* Buratto *decis. 853. num. 6.* cum alijs *in decis 102. num. 28 part. 9. recent* Dumque ipsa hæres fuit præfati Equitis, & creditum dotale prætendebat detrahendum ab illius hæreditate, vndè intrat conclusio recepta, quod spectandum est tempus mortis Testatoris in compensando proprio credito hæredis, † qui de tempore 28
aditionis intelligitur sibi soluisse, & est ratio, quam in simili commendat Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 13. vers. atque illud ex Bart. in l sed si damnum, ff. de pecul.* Paul. de Castr. *in l. peculium autem in princ. eod. tit.* Soccin. Iun. *cons. 170. num. 6 vol. 2.* idemque tradit Peregr. *de fideicomm. art 35 num. 12.* & innuit Rota *decis. 130. num. 2. coram* Caualerio.

Vltra quod Portia acceptauit æstimationem eiusdem periti super ipsius credito dotali relationem habente ad aliam similem factam de anno 1615. Quamobrem exceptionem eiusmodi relatiuæ æstimationis opponere non potest respectu Ludouici † ob regulam 29
æqualitatis seruandæ inter actorem, & reum, quam præscribit Text. *in l. final. C. de fruct. & lit. expens.* & quam passim Rota sequitur, vt coram Vbaldo *decis. 321. num. 8. cum seq. decis. 90. num. 6. part. 1. & decis. 175. num. 4. & duob. seqq. part. 10. recent.*

Quo

Quo verò ad semouentia, quæ naturaliter mortua præsumuntur, & quorum valor ascendere deprædenditur ad scuta 250. *ex Summ Portiæ prædictæ positionis num.* 4. Silere debet omnis controuersia, dum Ludouicus non impedit quominus illorum pretium ab hæreditatis asse, seu æstimatione deleatur.

Et ita vtraque parte, &c.

Plures emanarunt Decisiones in hac causa vltrà primam sic vt supra reuocatam; Altera sub die 11. Ianuarii 1669. Altera verò 27. Iunii 1670. omnes coram eodem R. P. D. Bourlemont, quas infra suo loco, & tempore apponemus.

R. P. D. TAIA.

Romana hæreditatis de Lanuuiis.

Sabbati 26. Nouembris Iulii 1667. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Quamuis insuetum sit apud homines suis proprijs filijs suum quoque nomen imponere, plerique tamen hoc etiam facere consueuere, exemplo Thobiæ, qui & genuit filium, eique suum proprium nomen imposuit; Cognominis omissio, quæ alioquin in libro Baptismatis notam illegitimitatis includit, cùm apud quamplures Ecclesias, huiusmodi seruetur omissio, non ideò semper eiusdem illegitimitatis præsumptionem importat.

SVMMARIVM.

1 *Filio viuente Patre, rarò nomen Patris imponitur.*

2 *Hæres sicuti obsistere non potest confessioni sui auctoris, ita non prohibetur eidem confessioni insistere.*

Pater licèt filio proprium nomen regulariter non imponat, plures tamen adhuc viuentes suo proprio nomine suos quoque filios vocauerunt, n. 1. 2. & 3.

3 *Thobias vocauit suum proprium filium suo quoque nomine Thobias.*

4 *Pater tribuendo filio suum proprium nomen plus tribuere voluisse declarauit, plusque etiam tributurus, si testatus decessisset.*

Nominis proprii in honorem plura homines tribuere consueuerunt, n. 4.

5 *Literas suas vix quandoque quis cognoscere potest, ergo multò minus alienas.*

Scribere homines aliter solent quando sunt iuuenes, aliter verò quando senescunt, n. 5.

6 *Filiatio, Fraternitas, Sororitas, & huiusmodi remanent ex enunciatiuis probata.*

7 *Cognominis omissio in libro sacræ Regenerationis non semper notam illegitimitatis includit.*

Cognomen Patris in aliquibus Ecclesiis in libro Baptismatis omitti consueuit, n. 7.

8 *Patres plerumque adsunt Baptismis suorum filiorum ipsique dicunt, ac dictant partitam Baptismi*

9 *Vxores suas plerique Dominas vocare consueuerunt, & num. seqq. vbi vide.*

10 *Stultitia sit ne potius, vel maritalis honor vocare propriam vxorem Dominam.*

11 *Scriptura dicitur authentica, si fuit ab Archiuista asseruata inter scripturas authenticas, & in forma authentica extracta.*

12 *Identitas personæ in specie probanda est in casu, de quo agitur.*

DECISIO CXXXIII.

RECEDENDVM à decisis 27. Febr. 1665. Domini dixerunt ex nouis probationibus pro coniunctione Io: Baptistæ Actoris R. P. D. Hyeronimo defuncto.

In Decisione reuisa §. *& primo* non modica dubitatio erat, an Matthæus Iunior ass: Pater Hyeronimi fuerit filius Mathæi Senioris, quia posthumus non fuerit, † & rarò, vti Thobiæ filio, Thobiæ Patris nomen imponitur. 1

Tamen hodie propositum est instrumentum 2. Maii 1545. tutelæ susceptæ à Clementia viduæ Matthæi Senioris communium filiorum, & nominatim Mathæi Iunioris, & propositæ sunt claræ literæ patentes anni 1612. Montis secundi Succursus Auenionen. & 1634 & 1635. Sancti Spiritus, in quibus ipse Hieronymus se se profitetur q. Matthæi q. alterius Matthæi, & planè vt non potest hæres obsistere confessioni sui auctoris, † ita potest eiusdem confessioni insistere, qui se prætendit hæredem nullo absurdo Matthæi Patris, & Matthæi filij, sicut & Thobias genuit filium † nomen suum imponens ei, *Tob. cap.* 1. & Patri Celso, Celsus filius successit, §. *vltim lib.* 2. *ff. de orig. iur.* & quisquis alius est nomine Patris vocatus *in l. vxorem* 29 *ff. de manumiss. testam.* & facilè potuit, voluitque bonus Pater minus sperato, magisque felici filio de sex masculis vltimo descripto in dicto Instrumento quasi posthumo suum nomen imponeret, † & plus tribueret tribuendo suum nomen plus etiam tributurus in honorem nominis, si testatus decessisset, vt ille in §. *Pater cum filia*, *l. cum filius* 76. *ff. de leg.* 2. 2 3 4

Item in *d. dec.* §. *& deficiebat* dicebatur deficere probatio concludens in alijs gradibus, nam licèt Octauia probaretur filia Matthæi Senioris adhuc ex Octauia vxore Alexandri natam fuisse Camillam vxorem Delii matrem Io: Baptistæ Actoris non constabat.

Sed hodie propositum est instrumentum 18. Ianuarii 1555. in quo cum Bernardinus q. Matthæi de Lanuuii pro se, & nomine DD. Fabij Mutij Pompilii Matthæi Fuluiæ, & Lauiniæ eiusdem germanorum fratrum, & sororũ respectiuè, ac D. Clementia de Damianis eiusdem, & supradictorum mater maritauerint D. Octauiam eorundem germanam sororem, & filiam respectiuè D. Alexandro Sanctio de Reate, & rursus eadem Clementia eius mater &c. imposuerunt censum super quibusdam domibus sitis in Vrbe in Regione Pontis &c. vbi etiam decessit Hieronymus, cuius successio disputatur,

Hic magna controuersia fuit inter partes, nempè pro Alexandro Sanctio de Reate legente altera Alexandro Sauerio de Reate, & licèt inspectis characteribus, ita primo aspectu videretur legẽdum, vt etiam legebatur in simplici descriptione particulæ descriptæ ab Archiuista prolata, & ostensa ab altera parte, attamen manifestè apparet scriptum fuisse, & legendum fore Alexandro Sanctio de Reate, prout ipse Archiuista in descriptione authentica data descripsit, illeque Notarius antiquus de instrumento rogatus pro suo more solebat scribere; cùm enim ipse nominaretur Curtius Saccoccius de Sanctis apparuit ex eius protocollo dictum postremum cognomen ita sæpè scriptum, vt potius videatur legendum de Saueris, quàm de Sanctis.

Nec alienas literas quis potest cognoscere vt suas, immò etiam quandoque vix suas, † cum aliter iuuenis, aliter senex scribat, *gloss. Eos in fine*, §. *si verò lis agatur*, *Auth. de instr. cautione*. 5

Et fuit confirmatum hoc matrimonium testamento ipsius Octauiæ 27. Septembris dicto anno 1555. vbi testata est vti Octauia filia qn. Matthæi de Lanuuiis Romani, Vxorque Alexandri de Sanctis de Reate, & testamento Clementiæ matris 6. Octobris sequentis, vbi D. Octauiam aliam suam filiam nuptam D. Alexandro Sanctio Reatino instituit &c. promiscuè videtur de Sanctis, & Sanctio de Reate, & Reatino, ne qua dubitatio supersit dicto instrumento 18. Ianuar. 1555. de Alexandro Sanctio, vel Sauerio. Ex quibus multis enunciationibus antiquis probatur † filiatio, fraternitas, sororitas, & alia huiusmodi, Genua *de enunc. verb. quæst.* 33. *ab initio*, & *à num.* 9. & *alia quæst.* 33. *ab init.* & *numer.* 12. *lib.* 2. abundè Rota *dec. s.* 145. *num.* 4. & *dec.* 234 *numer.* 10. *part.* 10. & *decis.* 145. *in fine part.* 11. & amplius *coram Rmo. Cerro Decano in Romana Palatii de Capranica* 6. *Martii* 1665. *à* §. *quo verò ad legitimitatem personarum*. 6

Quę insuper plenè confirmabantur testimoniis testium seruatis seruandis examinatorum tam in Vrbe, quàm in partibus, quorum aliqui dictam Octauiam agnouisse testantur, & alii testantur de auditu, & de publica voce, & fama.

Ex matre Octauia, & patre Alexandro facilè deducta est generatio Camiliæ, vt in libro sacræ Regenerationis constat, videlicet die 13. Iunii 1567. Camilla filia Alexandri de Sanctis, mater verò D. Octauia &c. etiamsi
7 sine cognomine, † non pro nota illegitimorum, sed pro more illius Baptizantis, qui identidem omittebat materna cognomina, & ex matrimoniis legitimis præcipuorum Ciuium Baptizatorum cuiusmodi etiam Romæ in libro S. Laurentij in Damaso legitur descriptio, *Ottauiano Bernardo nato alli 20. d'Agosto 1611. figliuolo del Sign. Girolamo Euangelista, e della Sig. Cleria sua moglie Romani*, exhibita, & adhibita suis probationibus ab ipso Bernardo tunc simili, & nunc post concordiam altera parte.

Atque ita, vt patres adsunt Baptismis filiorum cum
8 suis Compatribus, † facilè præsens ipse Alexander dixit, ac dictauit Baptismum Camillæ filiæ, Camilla filia Alexandri de Sanctis (sine titulo Domini pro more simpliciter se nominantium) mater Domina Octauia gratia honoris, & in honorem vxoris, quàm neque Baptizans, Dominam, vel meretricem, vel concubi-
9 nam descripsisset, † vt etiam antiqui Vxores suas Dominas, vocabant, & Domina Vxor dicitur ab illo in *l. vxorem, & filium 41. in princip. ff. de legat. 3.* & ab alio Domina tantùm in *§. vxori suæ, l. vltim ff. de aur. & arg.*
10 *legat.* cum aliis ad maritalem stultitiam, † nisi fortassis gratia honoris, vxoris apud Tiraq. *leg. 5. à nu. 11.*

Neque potuit Camiliam parere alia incerta Octauia ex eodem certo Alexandro post defunctam hanc Octauiam filiam Matthæi Senioris, & Clementiæ Auorum Hieronymi, quia constat Alexandrum obiisse relicta vidua Octauia, cui adhuc superstiti 29. Maii 1594. Bernadinus frater vti sorori germanæ viduæ reliquit coronam Rosarii.

Cuius testamenti impugnatio, quod esset informe, & positum in Archiuio lite pendente hodie cessauit, quia constat à dicto Bernardino traditum fuisse Francisco Silæ Notario, & ab eodem sui Notariatus signo munitum, positumque in Archiuio Vrbano ante litem, immò ab ipsa Archiuii erectione apparet ex descriptione, seu annotatione in Rubricella antiqua, & ex aliis attestationibus moderni Archiuistæ, eiusque antecessorum in Summario Io: Baptistæ, nec potest de illius veritate du-
11 bitari, † dum ab Archiuista inter scripturas authentica extractum est.

Demum in *decis. §. deficit, & vltimo deficiebat* vltimo probatio in gradu ex paternitate Matthæi Iunioris, cùm non appareret, quod ille Matthæus filius Matthæi esset
12 ille Matthæus Iunior, † qui fuit Pater Hieronymi, de cuius hæreditate agitur ex Dec. *consil. 73. nu. 8. vers. præterea dato.*

Sed hodie relatis iisdem, & reiectis aliis, & præcipuis illis confessionibus Hieronymi in dictis literis patentibus, & testimoniis testium ritè, & rectè examinatorum, omnia suprascripta partim ex publica fama, partim ex certa scientia confirmantium indubitabile visum est & clarum fuit.

Et quantum ad Bernardum plurima ab illo controuerti non possunt, quæ ipse affirmabat agendo contra Monasterium, atque ita quantum ad Monasterium, quæ approbauit transigendo cum Bernardo ex controuersia non tam coniunctionis suæ, quàm renunciatione sororum Hieronymi.

Et ita cæteris incontrouersis vtraque parte informante &c.

In hac eadem causa adest altera Decisio coram eodem Reu. P. D. Taya sub die 20. Aprilis 1668. quæ infra in hoc eodem volumine suo loco, & tempore apponetur.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Calaritana Pensionis.

Veneris 2. Decemb. 1667.

ARGVMENTVM.

Quia pensio non substinetur in petitorio sine concludenti probatione valoris beneficij à pensionario in suis literis expressi. Hæc igitur probatio non resultat ex cursu tempori annorum triginta, quando, prout hic, deficit quasi possessio pacifica exigendi pensionem à lite inter ipsos pensionarium, & titularem interrupta.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius probare tenetur valorem beneficii ab eo in literis expressum, alias pensio non substinetur, ampliæ vt num. seqq.*

2 *Valor beneficii in petitorio probari debet plenè, & concludenter.*

Pensio non substinetur in petitorio, si à pensionario non fuerit plenè, & concludenter probatus valor beneficii n. 2. & seqq. vbi vide.

3 *Clausula, vt assertis, in reseruatione pensionis adiecta eo magis grauat pensionarium ad probationem valoris.*

Clausula, vt assertis dicitur esse conditionalis, numer. 3.

4 *Valor beneficii in materia reseruationis pensionis remanet plenè probatus ex lapsu annorum triginta, limita vt num. 5.*

5 *Temporis cursus annorum triginta non probat valorem beneficii necessarium pro substinenda pensione, stante lite.*

Litis tempus tollit quamcumque præsumptionem ex eodem tempore resultantem, n. 5.

Quasi possessio pacifica exigendi pensionem semper requiritur ad effectum præsumendi valorem beneficii ex cursu temporis, num. 5.

DECISIO CXXXIV.

SVPER fructibus, & prouentibus, ac etiam distributionibus quotidianis Canonicatus, de quo agitur, de quo fuerat prouisus Dominicus Martinus vsque, & de anno 1637. iam antea annuis pensionibus ducatorum mille, & ducentum auri, de Camera, ad fauorem diuersorum grauatis, reseruata fuit annua pensio ducatorum sexcentum vigintiquinque auri de Camera ad fauorem Ambrosij Santucchi, contra quem, vt colligitur ex processu actorum, fuit in partibus introductum iudicium super eiusdem pensionis nullitate; Cùmque post obitum dicti Dominici Titularis ipse Ambrosius obtinuerit de anno 1658. coram Vicario Calaritano mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi dictam pensionem contra Gregorium Martinum successorem in dicto Canonicatu; hinc deuoluta causa per appellationem ad R.P.D. A.C. Bulgarinum, iste reuocauit omnia gesta coram Vicario, absoluendo ipsum Gregorium ab impetitis, & insuper declarauit literas Apostolicas reseruationis pensionis fuisse, & esse subreptitias, & pensionem annullandam: Commissa igitur causa in Rota pro parte Ambrosii, prius dedi dubium super manutentione, quod fuit ad eius fauorem resolutum sub diebus 15. Maii * & 3. Octobris anni 1660. Sed cum ad instantiam Georgii titularis hodie dubitauerim in petitorio, an pensio substineatur, vel nè, negatiuè responsum fuit ipso tantùm informante.

Ratio resolutionis fuit, quia pro parte pensionarii nullo modo fuit iustificatus valor Canonicatus in ducatis trecentum quinquaginta auri de Camera, † prout affirmatiuè 1

per

per ascensum fuit in literis expressus; Cùm enim agatur in petitorio, certum est pensionarium plenè, & conclu-
2 denter ad huiusmodi probationem teneri, † alias pensio non substinetur, *vt aliis allegatis dictum fuit in Romana pensionum 9. Decembr. 1655. §. si quidem defuit, & in Lauretana pensionis 11. Februarii proximè præteriti coram me*; maximè attenta clausula, *vt asseris*, in reseruatione adie-
3 cta, † quæ tamquam conditionalis eo fortius obligat impetrantem ad dictam probationem valoris faciendam, vt prosequitur Rota *in decisionibus mox allegatis*, & firmatum fuit *in alia Romana pensionis 19. Ian. 1646. coram me §. non obstat versiculo, & de clausula*.

Præsumpta autem iustificatio prætendi non potest ex
4 lapsu temporis † triginta annorum à die reseruationis pensionis, ex traditis per Garziam *de benefic par. 1. cap. 5. n. 478. & seq.* quia ex lite mota coram Vicario Caiaritano de anno 1658. & subinde continuata vsque in præsentem diem coram A. C. & in hoc sacro Tribunali prorsus excluditur pacifica possessio exigendi, quæ ad istum effe-
5 ctum est omnino necessaria, vt in his terminis dixit Rota *in Ariminen. pensionis 28. Aprilis 1662. coram R. P. D. Emerix*, & ptius admissum fuit in *Bononien. pensionis 22. Iunii 1663. §. hinc non releuat, vers. quidquid alias coram Eminentiss. Cardin. Celso*.

Et ità vtraque, &c.

Aliæ duæ Decisiones in hac causa emanatæ sub diebus 15. Maii, & 3. Octobris anni 1660. quia non habentur impressæ, erunt in Appendice Decisionum prætermissarum.

R. P. D. BEVILAQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Donationis.

Veneris 2. Decembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Donatione facta contemplatione matrimonii & cum ratione conseruandi bona in familia, dicitur constitutum fideicommissum ad fauorem filiorum donatarii, quibus proptereà licèt per transactionem factam bona fide post motam litem, & super re dubia præiudicatum extiterit, remanet ius saluum, si de adimplemento eiusdem transactionis non docetur, cum teneretur transigens in hoc esse sollicitus de versione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum dicitur constitutum in donatione facta contemplatione matrimonii, & vt bona conseruentur in domo, & familia.*
Antecedens voluisse dicitur, qui vult consequens, numer. 1.
Consequens subsistere nequit sine suo necessario antecedenti, num. 1.
2 *Donatio dicatur ne facta contemplatione familiæ, si fuit facta extraneo, proprio familiæ nomine à donatore vocato.*
Donator si ad conseruationem familiæ vocauit extraneum, illam eo meliori modo, quo potuit conseruare voluisse dicendum est, n. 2.
Familia etiam per fictionem conseruatur, n. 2.
3 *Fideicommissum vniuersale an possit à testatore constitui in bonis, super quibus ipse fideicommissum particulare constituerat.*
4 *Facere non quod voluerit donator, sed quod fecit attenditur.*
5 *Donatio facta ab altero consanguineo vtriusque sponsi diuersam recipit interpretationem, vt suffragetur filiis secundi matrimonii sponsi, vel sponsæ.*
Consanguineus donans contemplatione matrimonii dicitur habere affectionem ad filios vtriusque matrimonii, seu consanguinei, n. 5.
Filii secundi matrimonii dicuntur vocati ad donationem factam à consanguineis patri occasione matrimonii, & quando, nu. 5.
6 *Transactio facta super re dubia, cœpta lite, bona fide, & auctoritate magni viri substinetur, & perpetuum silentium imponit.*
Transactio præiudicat etiam successoribus venientibus ex proprio iure, si fuit facta super re dubia, post motam litem, & bona fide, nu. 6.
7 *Transactionem substinere volens, eique inniti probare debet illius adimplementum secutum.*
Transigens an teneatur probare transactionis implementum, ne aliàs teneatur ad interesse, num 7. & 8.
Transactio in præiudicium vocati ex propria persona non substinetur, si non docetur, quod ille aliquid commodi ex transactione recipiat, num. 7. & 8.
8 *Transactio inita cum hærede non præiudicat legatariis, & fideicommissariis, & num. seqq. & supra num. 6. paritèr cum seqq.*
9 *Transigens cum aliquo, de cuius solum interesse non tractatur, sed etiam illius filiorum, tenetur esse sollicitus de versione.*
Soluens pecuniam, quæ non ad recipientem tantùm spectabat, sed etiam ad alios, tenetur esse sollicitus de versione, & adimplemento, nu. 9.
10 *Fraudandi, & præiudicandi vocatis ad fideicommissum via aperiri non debet.*
11 *Transigens tenetur esse sollicitus de versione, si conuenit pecuniam in transactione solutam inuestire, & de inuestimento sibi fides exhiberi.*

DECISIO CXXXV.

Reproposita hodie causa super resolutis 13. Martii 1665. Informantes pro Carolo iterum asserebant vim, & efficaciam donationis, quam intuitu certi, & determinati cum Helena matrimonii fecerat Franciscus Ptolomeo eius ex Seraphina prædefuncti fratris filia pronepoti colligedo ex toto scripturę contextu binos actus inter se separatos, scilicet promissionem instituendi hæredem Ptolomeum cum conditione perpetui fideicommissi etiam super bonis donatis, aliisque vinculis in eius vltima voluntate latiùs disponendis, quod non fuit ad actum redactum; Alterum erat ipsa donatio quinque millium scutor. quæ de præsenti titulo puræ, meræ, & irreuocabilis donationis eidem Ptolomeo donauit, nedum, vt honorificentius parentela huiusmodi suum sortiretur effectum, verum etiam ob amorem, & beneuolentiam, ac vt res, & bona sua in domo, & familia conseruarentur, ex quibus sanè verbis oriri dicebant fideicommissum, sine quo bona non potuissent iuxta donantis voluntatem conseruari in domo, & familia sua; † qui enim vult consequens, censetur etiam 1
velle omne necessarium antecedens, *l. si fideicommissa 11. §. hæc verba, ff. de leg. 3. l. filiam 17. ff. de aur. & arg. leg.* & in his terminis dixit Rota *dec. 14. n. 1. & seq. p. 1. rec. & in Perusina fideicomm. ssi de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram Litta impress. post 72 consf. Giou. gnon. lib. 1. & in dec. 481. n. 4. cor. Card. Caual. & in Romana census, seu fideicommissi 9. Aprilis 1666. cor. R. P. D. Bouilemont.*

Et propterea nihil obesse, quod donatarius non esset de familia donantis, hoc quidem ipsi notum erat, qui vocando illum de propria familia † eumdem in suam assumpsit, 2
quam voluit meliori modo, quo fieri poterat saltem per fictionem conseruari, vt in simili notat Rota *dec. 12. nu. 37. & dec 864. nu. 24. & 890. nu. 9 cor. Merlin.*

Sicut paritèr non obstare prætendebant, quod donator promissam vniuersalem institutionem cum fideicommisso non fecerit, quia respectu donationis ex discretiuo modo loquendi, nulla resultabat conditio, & dependentia à futuro testamento, cùm illa vndequaque de per se perfecta esset, ex superius deductis, & in omnem casum non repugnare, quod bona ex prædictis iam supposita particulari fideicommisso † iterum supponi potuerint alteri 3
fideicommisso vniuersali, si factum fuisset, vt latè probat Gabr. *consf. 132. numer. 20. & in 3. quæst. libr. 1.* quem sequitur Rota *dec. 418. num. 20. par. 5. tom. 2. rec.* Ideoque non esse attendendum quid gerere volebat donator, † sed 4
quid gessit, vt ad propositum Cyriac. *contr. 340. n. 18. cum aliis in dec. 10. ad fin. coram Eminentissimo Cardinali Ottbobono.*

Donationem autem Carolo, etiamsi genito ex secundo matrimonio suffragari deducebatur ex eo, quod donatio non fuerat facta ab aliquo consanguineo sponsæ, qui verisimiliter magis ad filios eiusdem matrimonii, quàm alterius potuisset respicere, † sed proueniebat à consanguineo viri, qui censetur æqualem habuisse affectionem ad fi-
5 vtriusque matrimonii, & illis donare voluisse, vt post Bald. *in Auth. qui rem numer. 6. & 7. C. de Sacros. Eccles.* Cancer. *var. part. 3. tit. de pact. cap. 7. num.* 105. Fontanell. *de pact. nupt. clau. 4. gloss. 9. par. 1. num* 36. Cutel. *de donat. tract. 2. disp. 1. spec. 36. nu. 9. 12. & 13.* Eminentiss. Otthob. *decis. 99. per tot. & in Meleuitana donationis 12. Decembris 1653. § 2. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nihilominus, Domini steterunt in decisis modo, quo infra ex eo moti, quia super præmissis sequuto obitu Francisci, qui sibi vniuersalem hæredem scripsit Domum Probationis Societatis Iesu, cæptum fuit litigium, & causa fa. mem. Innocentio X. tunc huius Sacri Tribunalis Auditori commissa, eaque semel proposita, & non resoluta, Ptolomeus censuit præuia transactione ab huiusmodi lite, & prætensionibus discedere, prout factum anno 1616. in qua Domus Probationis hæres Francisci persoluit scut. 2000. videlicet 400. liberè, & reliqua 1600. ad effectum inuestiendi in tot. bonis stabilibus, seu censibus pro filiis, & hæredibus ipsius Ptolomei in perpetuum, de quo inuestimento voluerunt, quod ille traderet intra sex menses fidem authenticam, vel indicaret, quatenus fieret in Vrbe Rectori supradictæ Domus, quodque inuestimentum quotiescumque restitui contingeret, toties deberet iterum fieri exprimendo pecunias prouenire à Domo Probationis ex causa antedictæ transactionis, quæ certè transactio tanquàm facta super re dubia, lite incæpta, & non finita bona fide auctoritate tanti viri quemadmodum finem liti ità pariter perpetuum silentium imposuit Carolo etiam ex proprio iure venienti, vt probat Text. *in l. cum hæreditas 36. vbi* Castren. *num. 2. ff. ad Trebell. & firmauit* Rota *in decisionibus relatis in Ferrarien. fideicommissi 22. Iunii 1661 coram R. P. D. meo Bourlemont, & in decisione, quæ reuidetur, § & quamuis.*

Verùm licèt prædicta vera sint, hoc tamen in casu recogitarunt Domini in transactione actum fuisse, quod ex scuta 2000. solutis Ptolomeo, inuestirentur in perpetuum pro illius filiis, & hæredibus scuta 1600. quod cum seruatum non fuerit, si Domus Probationis sustinere vult transactionem eidemque niti, docere debet de illius adimplemento, ostendendo ad eius formam fuisse secutum In-
7 uestimentum † aliàs tenetur ad interesse, & sic ad iteratam prædictorum scuta 1600. solutionem, & quod Carolus Ptolomæi filius, vt supra vocatus in donatione, & super cuius Iuribus transactum fuit aliquid ex transactione percipiat Cyriac. *controuer. 3. num. 33. 74. & 76.* alias
8 tanquam læsiua non esset attendenda, † & intraret regula, quod transactio cum hærede non præiudicat Legatariis & fideicommissariis in iure suo per Text. *in l. si suscepta, § quamuis, ff. de inoffic. Test. & l sententia, § si hæres, ff. de appellat.* & est communis Doctorum sententia, vt testatur Rota *in Imolen. Prædii 6. Iun. 1664. §. ex facto coram R. P. D. meo Emerix.*

Nec excusari valet Domus Probationis allegando in se tale onus inuestiendi non suscepisse, quoniam dum agebatur non de interesse ipsius Ptolomæi transigentis tantùm,
9 † sed etiam tertii quales erant eius filii, ideò ipsa soluendo tenebatur esse sollicita de versione, & implemento iuxtà originalem Doctrinam Bartoli *in l. doli mali nu. 7. vers. nam in præiudicium, ff. de nouat.* Giurba *dec. 79. nu. 7.* Rota *in Romana Census 18. Maii 1654. in fine coram bon. me. Verospio,*
10 ne aperiatur via fraudandi † vocatos, & interesse habentes, vt aduertit Rota *decis. 65. nu. 23. & dec. 325. nu. 5. part. 10. recent.* Quinimò non solùm de Iure, verùm etiam ex conuentione Domum Probationis teneri suadebat pactum, quod Ptolomæus intra certùm tempus obligatus
11 esset tradere Rectori fidem autenticam Inuestimenti, † vel illud indicare, quatenus fieret in Vrbe, quod vtique non curasset, nisi ad id se teneri intellexisset, dubitans de Iuribus filiorum Ptolomæi in donatione comprehensorum, pro quibus, vt tolleretur omnis occasio transactionem impugnandi voluit fieri, vt extaret Inuestimentum subrogatum loco Iurium ex donatione illis competentium.

Et ita ad fauorem Caroli pro scuta 1600. Inuestimento destinatis resolutum fuit vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Romana fideicommissi de Ferratinis.

Vener. 2. Decembr. 1667.

A R G V M E N T V M.

Alterum ex requisitis ad obtinendam immissionem in bonis fideicommissi, quod est possessio ipsius fideicommittentis præsens Decisio complectitur. Adeoque illam ex testibus, ab instrumentis locationum, & à confessione collitigantium plenè, & concludenter probari in eadem Decisione resoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio fideicommittentis probatur ex apprehensione possessionis collitigantis tamquam de bonis fideicommisso subiectis.*
Sententia manutentionis executioni demandata plenè probat possessionem, n. 1.
Manutentio non datur nisi possidenti, n. 1.
2 *Testes deponentes aliquem possedisse, & vidisse illum, vel suos ministros pensiones exigere probant possessionem.*
Pensionum exactio probat exigentem possidere, n 2.
3 *Locationes plures, quando sunt antiquæ, & adminiculatæ probant possessionem, etiam sine perceptione pensionum, amplia vt ibid. & n. seqq.*
Locator si non esset in possessione non est verisimile, quod plures fecisset locationes, n. 3. & seq.
4 *Possessio probatur ex locationibus, si non docetur alium de eo tempore possedisse.*
5 *Identitas bonorum remanet probata ex duabus demonstrationibus, amplia vt n. seqq.*
6 *Confine alterum particulare, & alterum generale sufficit ad probandam identitatem, & vide supra num. 5.*
7 *Confessio probat possessionem tam contra confitentes, quàm contra illius hæredes.*
Diuisio facta de bonis alicuius illius probat possessionem, num. 7.
8 *Confessio probat possessionem etiam contra tertium habentem causam à confitente ex causa crediti cùm eo contracti.*
Creditor ratione sui crediti dicitur habere causam à suo debitore, n. 8
9 *Immissio fideicommissario conceditur docto de existentia & purificatione fideicommissi, ac de possessione fideicommittentis.*

D E C I S I O CXXXVI.

CANONIZZATO per duas decisiones fideicommisso bo. me. Cardinalis Bartholomæi Ferratini illiusque purificatione fauore filiorum Angeli Aueduti fuit in vltima * mea decisione dictum vt quoad immissionem coadiuuarentur probationes super identitate bonorum. Vndè cum in hodierna propositione Alexander & alii de Aueduris pro faciliori resolutione peterent immissionem tantum pro tertia parte in tribus domibus in Vrbe existentibus nempè in domo in Vico D. Ducis ab Altemps, iuxtà domum DD de Burghesijs, in domo ad vsum hospitij in via tenden. ad plateam Flammettam aliàs conductam per Iacobum Flandrum, & in alia domo cum domunculis, fenilibus & Horreis in Platea, vt dicitur, *dell'Oca*, è conspectu Ecclesiæ B. Mariæ Miraculorum DD. concedendam esse dixerunt.

Illas namque fuisse à Cardinal s possessas saltem pro tertia parte conuincitur ex pluribus in facto cumulatis, & primo ex sententia manutentionis eidem concessa vsque de anno 1595. à bon. mem. Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore quàm emanasse identificè super istis domibus probatur ex possessione apprehensa in vim dictæ senten-

sententiæ à Ioanne Ferratino collitigante pro duabus ex tribus partibus, specificatis ijsdem confinibus supradictis
1 *Summario* Alexandri *num.* 1. † sententia enim manutentionis exequutioni demandata plenè probat possessionem quia illa non datur nisi possidenti Posth. *de manut. obseru.* 29. *num.* 10. *&* 11.

Secundo ex pluribus testibus deponentibus Cardinalem possedisse dictas domos sub eisdem confinibus designata, & pluries vidisse Soderinum Præfectum domus
2 pensiones exigere, † qui proindè sufficiant ad probandum possessionem Rota coram Merlino *decis.* 600. *numer.* 1. *& in Cæsenaten. fideicommissi* 3. *Iulii* 1661. *coram Eminentissimo Celso, & in Æsina fideicommissi* 13. *Iun* 1662. *§. identitas coram R. P. D. meo Priolo*.

Tertio ex quatuor Instrumentis locationum de annis
3 1597. 1598. 1602. 1604. quæ cum sint numero plura, † & antiqua, & adminiculentur ex dictis testibus probant possessionem, licèt in ventre non præseferant perceptionem pensionum; quia non est verisimile, quod Cardinalis toties locasset, nisi etiam fuisset in possessione, vt in puncto etiam si agitur contra tertios possessores tradit Adden. ad Buratt. *decis.* 268 *num.* 10. vbi
4 quod hoc indistinctè procedit † quando non probatur alium de eo tempore fuisse in possessione, & dixit Rota coram Seraphino *decis.* 1601. *num.* 3. *& in recent. decis.* 275. *num.* 3. *part.* 1. *& decis.* 146. *num.* 1. *par.* 3. quodque ex dictis instrumentis identificentur domus de quibus agitur suadetur ex pluribus denominationibus, & confinibus ibidem expressis concordantibus, cum il-
5 lis superius recensitis licèt ad probandam identitatem † duo tantùm sufficiant demonstrationes iuxtà doctrinam Bart. *in l. demonstratio falsa* 17. *numer.* 14. *ff. de condit. & demonstrat. cum aliis congestis in Perusina bonorum* 14. *Iunii* 1641. *§. idque efficacius coram Reuerendissimo Domino meo Decano*. Imò sufficit, quod vnum confine sit
6 particulare aliud † verè generale Rot. *decis.* 84. *numer.* 10. *part.* 5. *recent.* Merlin. *decis.* 244. *num.* 12. *& in Rauennaten. bonorum Emphyt.* 27. *Iunii.* 1663. *§. Petium terræ coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Quarto demum ex Instrumento diuisionis factæ inter filios Ioannis, in quo facta expressa mentione, quod bona diuidenda proueniebant tam ex hæreditate paterna, quàm Cardinalis assignatæ fuerunt Fuluio alteri ex filiis eædem domus, nempè domus in Via D. Ducis ab Altemps, Domus in Platea Flammetta, & Horrea aliaque bona in Platea, vt dicitur, dell' Oca, hæc enim diuidentium confessio, quod bona diuisa procedant etiam ex hæreditate Cardinalis, non solùm probat eius possessionem saltem pro
7 tertia parte † contra confitentes, & eius hæredes quales sunt Ferratini, qui modo sunt in causa *ex deductis in dec.* 71. *nu.* 3. *par.* 1. *diuers. & in Fanen. bonorum* 9. *Iunii* 1648. *§. minus coram bo. mem. Arguelles, & in Romana fideicommissi de Rias* 30. *Aprilis* 1663. *coram Reueren-*
8 *dissimo D. meo Decano*, sed etiam contra eundum † habentem causam ab eodem Fuluio ex causa crediti cum eo contracti Rota *in Papien. Census* 3. *Iunii* 1662. *§. nec potest opponi coram Reuerendissimo Gerunden. & in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 18. *Maii* 1648. *&* 4. *Aprilis* 1650. *coram Reuerendissimo Meltio, §. identitas, & in Bononien. fideicommissi de Monterentiis* 22. *Iunii* 1661. *§. quo vero cor. R. P. D. meo Priolo*.

Vndècum ex his satis probetur possessio fideicommittentis, & existentia, & purificatio fideicommissi am-
9 plius non controuertatur, negari † non potest immissio fideicommissariis *ex remed. l. fin. C. de edit.* D. Adran. Tollen. Rot. *decis.* 184. *num.* 2. *part.* 5. *decis.* 298. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 6. *& dec.* 88. *num.* 1 *par.* 7. *rec.*

Et ita vna tantum, &c.

In hac eadem parte 15. adest altera ex duabus decisionibus in præsenti causa emanatis, & est Decisio prima in ordine; prout etiam infra sub die 5. Martii 1668. alia quoque habetur eiusdem causæ Decisio.

R. P. D. TAIA.

Bononien. fideicommissi de Maluetiis.

Veneris 2. *Decemb.* 1667.

ARGVMENTVM.

Trebellianicæ detractio non solùm censetur regulariter denegata ex prohibitione facta filiis, etiam primi gradus, iuxtà communem sententiam istius Sacri Tribunalis, sed adhuc ex inueterata consuetudine Ciuitatis Bononiæ accerrimè in Rota discussa.

SVMMARIVM.

1 *Bona à fideicommisso distracta mediante Breui Summi Pontificis, non seruata forma eiusdem Breuis, semper remanent sub fideicommisso.*
2 *Trebellianica secundum opinionem Rotæ potest à Parentibus probiberi etiam filiis primi gradus.*
3 *Bononiæ adest consuetudo probibendi Trebellianicam à parentibus etiam filiis primi gradus.*
Consuetudo Ciuitatis Bononiæ prohibendi filiis Trebellianicam à parentibus, fuit acriter in Rota ventilata, num. 4.
4 *Remissoria fuit denegata ad probandum contra consuetudinem Ciuitatis Bononiæ super prohibitione Trebellianicæ.*
5 *Mobilia etiam imputantur in legitimam.*
6 *Dotis consignatio facta constante matrimonio, marito ad inopiam non vergenti remanet nulla.*
Dotis consignatio facta constante matrimonio dicitur non babuisse effectum, si eadem mulier bona sibi consignata describat in inuentario tamquam subiecta fideicommisso, num. 6.
7 *Inuentarium magis probat contra ipsum hæredem conficientem, quàm pro ipso hærede.*
8 *Dos priùs est deducenda de legitima filii, posteà verò ex bonis fideicommissi.*
9 *Filia dotari debet de bonis patris, deque ipsius bonis dotata præsumitur.*

DECISIO CXXXVII.

LAVRENTIVS instituit hæredes filios suos masculos, & deficiente eorum linea masculina deuenire voluit bona sua ad lineam masculinam Cæsaris filii Ioannis Fratris, eaque linea pariter deficiente ad lineam masculinam Ioannis filii Camillæ Sororis; finita nunc non solùm linea masculina filiorum Laurentij, in Martio, & Antonio Galeatio Iuniore, sed etiam linea Cæsaris dilatum est fideicommissum lineæ Ioannis in Lucio, qui petiit immissionem in bona fideicommissaria, & obtinuit mandatum de Immittendo factis debitis deductionibus. Vnde delata ad me Causa dubitatum fuit, quæ detractiones competant, & Domini competere secundum infrascripta responderunt.

Comitissa Portia Mater Antonii Galeatii Iunioris, & Comitissa Pannina filia, & eiusdem Antonii Galeatij Soror hæredes ante proprias deductiones intendunt à fideicommisso detrahi Palatium, quod anno 1592. vendiderat Antonius Galeatius Senior illis de Scappis libris 45. mil. pro sua legitima, quæ erat semis hæreditarius, ex personis sex filiorum Laurentii fideicommittentis, & pro Trebellianica, ac etiam pro dotibus Vxoris Laurentii Auiæ Antonii Galeatii. Item detrahi mobilia valoris libr. 12. mil vti longissimo tempore consumpta. Item duo prædia in Communi P. Lumatii optata à Comitissa Pannina Vxore Antonii Galeatii Senioris, vt in Instrumento 22. Iunii 1592.

Sed Domini obseruatis in Instrumento venditionis tenore Breuis, & licentia Summi Pontificis pro alienatione Palatii sententiaque subsecuta pro executione eiusdem Breuis, ac declaratione ipsius Antonii Galeatii Venditoris, quod rata pretii in summa lib. 21338. Subroganda erat in aliquo stabili pro fideicommisso visum est Palatium adhuc manere pro fideicommisso † quia pretium non 1

fuit subrogaum ad formam Breuis. Imò ex eo quod prædictam summam 21338. Scappi non soluerant, Philippus filius Antonilj Galeatii illud ab eisdem recuperauit, & rediit cum sua qualitate, ac vinculo fideicommissi.

De Trebellianica verò expressè prohibita in testamento Laurentii modicum dubium est, vti validè probibita,
2 non tantùm ad sententia Rotæ † opinantis posse prohiberi à Parentibus etiam filiis primi gradus *decis. 85. num. 8. & decis. 274. num. 8. & 278 num. 13. part. 11.* Sed ad consue-
3 tudinem † quoque Bononiæ, *vt in Bononien. Trebellianicæ* coram Eminentissimo Cardin. Otthobon. *decis. 35. ab initio*; itaut disputata quoque acriter quæstione fuerit etiam
4 negata remissoria † pro quacumque contraria consuetudine probanda *dec. 45 n. 1. à vers. in casu autem maximè n. 5. repetitis operosè Bononien. decisionibus ab anno 1587. & recentius in Bononien. fideicommissi* coram Eminentissimo Celso *dec. 185. & 274. vtroque n. 8. p. 11.*

5 Quo verò ad mobilia quia legitima ab omnibus bonis est deducenda, vti quota bonorum visum est Dominis lib. 6000. à fideicommisso demendas, & in legitimam imputandas.

Et quoad prædia optata pro dote visum est Dominis optionem fuisse nullam constante matrimonio, & ma-
6 rito ad inopiam non vergente, † & nullum quoque habuisse effectum eadem Comitissa describente in Inuentario post obitum Viri dicta prædia, vti subiecta fideicommisso Laurentii, & planè Inuentarium magis probat
7 contra hæredem conficientem, quàm † probet pro ipso hæred § *& si præfatum l. vltima C. de Iur. deliber.* quod, & si & quantum ex Inuentario bonorum ipsius Antonii Galeatii Mariti eiusque legitima non posset satisfieri Co-
8 mitissæ Panninæ † deducenda est dos ex fideicommisso controuerso.

Ad proprias verò deductiones DD. Comitissarum quoad residuum dotis Comitissæ Panninæ lib. 9000. visum est Comitissam Panninam vti filiam Philippi, & ab ipso ma-
9 ritatam † ab ipso fuisse dotandam, & faciliè dotabilem siue ex bonis ipsius Philippi siue Antonii Galeatii Iunioris filii dicti Philippi, & hæredis sine Inuentario.

Quoad dotem Comitissæ Portiæ Vxoris Philippi, & Matris Antonii Galeatii Iunioris in summa lib. 46. mil. similiter visum est responderi hanc esse debitam à Philip-
10 po † prius de illius bonis, & posteà de bonis Antonii Galeatii filii plusquam sufficientibus, vt ex Inuentario in *Summario* Lucii *num. 5.*

Quoad dotem Comitissæ Isabellæ alterius filiæ Antonii Galeatii in scutis Venet. 3000.

Vltrà responsionem superiorem, quod primum scru-
11 tanda sit legitima Antonii Galeatii Patris, † & si qua sint illius bona libera adhuc dos illa non spectat ad Comitissas reas nisi doceant se esse hæredes Isabellæ, de quo nihil in actis.

Demum quoad residuum dotium Hippolytæ, & Portiæ filiarum Antonii Galeatii Senioris Monacarum pro lib. 45000. Domini visum est has dotes fuisse solutas citra alienationem fideicommissi, & forte ex parte pretii Palatii, vt supra pro legitima alienati.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Prædil.

Vener. 2. Decembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Mandatum de euacuando, seù vt alii dicunt de exfractando in prima sententia contentum, si in secunda vlterius ei superadditur condemnatio Rei conuenti ad dimittendam rem ipsam ab actore petitam, ex hoc resultat mutatio iudicii, ideoque sententiæ conformes dici non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ non dicuntur inter se conformes si in altera ex illis petitur mandatum de euacuando, in alia verò Reus condemnatur ad dimissionem bonorum.*

2 *Mandatum de euacuando respicit possessorium.*

3 *Sententiæ non dicuntur conformes si in primo iudicio solùm possessorium, in secundo verò etiam petitorium fuit intentatum.*

4 *Iudicium possessorium continet solam restitutionem possessionis, vbi autem petitorium comprehendit rem ipsam.*

Possessorium, & petitorium iudicium ex quibus inuicem distinguantur, n. 4. & per totam dec.

5 *Sententiæ pronunciatæ super diuersis articulis, & mutatis actionibus nequeunt reputari conformes.*

6 *Conformes non esse sententias in dubio pronunciandum est.*

DECISIO CXXXVIII.

PER tres sententias iudicatum fuerat Dominum Marchionem Camillum de Pepulis amouendum esse à possessione certi prædii inter partes controuersi. At quia sententiarum conformitas in controuersiam deducta est, causam mihi Signatura Iustitiæ commisit cum clausula, *constito de tribus*, in cuius consequentiam dubium disputari solitum hodie proposui, quod Domini negatiuè responderunt.

Restringendo tamen rationem resolutionis ad solùm
conformitatis defectum, seclusis exceptionibus super iniu-
stitia dictarum sententiarum motis, existimarunt illas
non esse conformes. Tum quia in prima sententia con-
tinebatur mandatum de euacuando, seù vt dicunt de ex-
fractando, & in posterioribus illud reformatum fuit, &
Reus condemnatus ad dimittendum Prædium; † ex quo 1
difformitatem resultare inter sententias dixit Rota *decis.
211. n. 9. vers. quod corroboratur coram Reuerendiss. D. Ca-
rillo Archiepiscopo Compostellano.*

Tum etiam quia prima sententia respicit possessorium,
† prout ex natura mandati de euacuando colligi potest ex 2
traditis apud Marchesan. *de commissionibus part. prima ti-
tulo de commissione appellationis à mandato de euacuando nu.
primo folio mihi 1072. cum pluribus apud* Scacciam *de ap-
pellationibus quæst. 17. limitat. 6. membro 6. num. 37.* Secunda
verò condemnat Dominum Marchionem Camillum ad
dimittendum Predium petitum per Dominum Comitem
Ioannem. † Quapropter in secundo iudicio dicitur per- 3
cussum petitorium, ex eo quod in possessorio petenda est
solummodò restitutio possessionis, † & in petitorio res 4
ipsa secundum regulam, qua vtrumque iudicium contra-
distinguitur *ex leg. si duo in fine, ff. vt possidetis penes* Ale-
xandr. *consil. 93. num. 6. & consil. 96. num. 13. lib. 5.* Federi-
cus de Senis *cons. 283. cum aliis relatis à* Ruin. *consil. 164. n.
3. lib. 5.*

Vndè cùm dictæ sententiæ sint latæ super diuersis arti-
culis, & mutatis actionibus † conformes nequeunt re- 5
putari *gloss. in Clement. vt calumniis in versicul. tres ex-rà
de sentent. & re iudicat. Didac.* Couarr. *in pract. quæst. cap.
25.* Decius *consil. 385 num. 2. & dixit* Rota *decis. 3. de sent.
& re iudicat. in antiquis decis. 28. num. 1. & 4.* coram Penia
& dec. 30. per totam post Pacificum de Saluiano interdicto.

Vltrà quod etiam si res esset in dubio pronunciandum
esset † sententias non esse conformes ex allegatis per Scac- 6
ciam *in tractat. de appellationib. quæst. 17. limitat. 1. nu. 18.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Romana Locationis.

Lunæ 5. Decembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Declarantur in hac Decisione Constitutio San. mem. Vrbani VIII. super alienatio-

ne

ne bonorum Ecclesiæ, ac beneplacitum illius vigore requisitum; quod nempè illud debeat ante possessionem traditam omninò præcedere, modo tamen de alienatione perfecta translationis dominij tractetur, secus autem si de simplici, & nuda locatione agatur; hinc plura de expeditione eiusdem beneplaciti, ac de rescissione contractus ab eadem Ecclesia præsenti in eadem decisione cumulantur.

SUMMARIUM.

1 *Beneplacitum Apostolicum obtentum ante introductum iudicium super rescissione contractus, suffragatur etiam si fuerit productum solum post motam litem.*
Ecclesia non potest pœnitere, & à contractu recedere post obtentum beneplacitum, etiam quod illud non fuerit productum, n. 1. & seqq. vbi vide.
2 *Gratia sola Pontificis pœnitentiam excludit.*
3 *Gratia Pontificis retrotrahitur ad diem celebrati contractus.*
4 *Supplicationis Beneplaciti Apostolici sola registratio acquirit ius parti, & facit non amplius esse locum pœnitentiæ.*
5 *Beneplacitum Apostolicum attenta constitutione Vrbani VIII. interuenire debet ante translatam possessionem bonorum Ecclesiæ, intellige vt num. 7. & seqq.*
Benaplacitum Apostolicum obtentum post traditam possessionem bonorum Ecclesiæ dicitur subreptitium non facta mentione possessionis translatæ, nu. 5. intellige, vt num. 7. & seqq.
Censuræ fulminatæ contra alienantes bona Ecclesiæ non euitantur ex reseruatione Beneplaciti Apostolici, si ante illius expeditionem fuerit tradita possessio, num 5. intellige vt num. 7. cum seqq.
6 *Derogatio Constitutionis Vrbani VIII. contra alienantes bona Ecclesiæ expressa in Beneplacito Apostolico non remouet censuras incursas ob traditionem factam ante beneplacitum, declara vt num 7. cum seqq.*
Nullitas alienationis bonorum Ecclesiæ non tollitur per Beneplacitum Apostolicum, si de illa in eo nulla mentio facta sit, num. 6. & seqq. vbi vide.
in Supplicatione quod expressum non est, de eo Pontifex nullam habuit notititiam, num. 6. & seqq. vide.
7 *Possessionis translatio ante Beneplacitum Apostolicum prohibita à Constitutione Vrbani VIII. intelligitur respectu proprietatis, secus autem de contractibus simplicis locationis, & nu. seqq.*
8 *Possessionis translatio facta in conductorem, nullum ius, nullamque veram possessionem illi tribuit.*
Locator non conductor rem locatam dicitur possidere, num. 8.
Conductor non sibi, sed Domino possidet, n. 8.
9 *Constitutio sa. me. Vrbani VIII. 51. in ordine contra alienantes bona Ecclesiæ non habet locum in contractu locationis, & vide sup. n. 5. cum seqq.*
10 *Possessionis veræ translatio bonorum Ecclesiæ facta ante Beneplacitum Apostolicum, non autem simplex detentatio, requiritur ad hoc vt dicatur contrauentum Constitutioni Vrbanæ.*
11 *Clausula*, Constito quod narrata sint vera, *apposita in Beneplacito Apostolico alienationis bonorum Ecclesiæ quid operetur.*
Ecclesia non potest ab alienatione recedere donec verificentur clausulæ Beneplaciti Apostolici, n. 11.
Ecclesiæ vtilitas si non verificatur in alienatione bonorum illius efficitur locus pænitentiæ, n. 11.
12 *Ecclesiæ vtilitas in alienatione bonoram illius quomodo verificetur.*
13 *Attestatio periti si fuerit extraiudicialis, & simplex fides nullam fidem meretur.*
14 *Conductor bonorum Ecclesię tenetur ad solutionem pensionum tam ratione contractus, quàm ratione domus retentæ.*
15 *Remissio mercedis facienda nè sit conductori, qui ex facto locatoris non potuit vti re locata, & quando vide etiam num. seqq.*
Pensio domus locatæ promissa an dicatur correspectiua ad membra iam existentia, & habitabilia, vel ad melioramenta in eadem domo facienda, n. 15.
16 *Conductor qui ex facto locatoris meliorare non potuit rem locatam, ad formam licentiæ sibi concessæ, an teneatur ad pensiones, si membra habitabilia possedit.*
17 *Locator qui præstitit impedimenta conductori super melioramentis faciendis ad formam pacti, non potest prætendere pensiones, nisi prius impedimenta remoueat.*

DECISIO CXXXIX.

PRO confirmatione Decis. emanatæ 5. Iul. * 1665. continentis duplicem resolutionem alteram recipientem validitatem locationis, alteram verò relaxationem mandati pro pensionibus decursis ad effectum deponendi etiam si fuerint Domini eisdem rationibus in d. Decisione recensitis respondendo solùm nonnullis obiectionibus nouiter excitatis.

Dixerunt Domini itaque non obesse, quod Beneplacitum in contractu locationis reseruatum, & posteà expeditum ab eisdem conductoribus non fuerit in actis productum, nisi postquam Monaci iudicium instituerunt super rescissione contractus, ac proinde ante reproductionem in actis potuerint pœnitere, & à contractu recedere; † quia 1
effectus Beneplaciti pro validitate locationis non consistit in productione illius ante, vel post cœptum iudicium, sed benè in illius expeditione, quam sufficiat euenisse ante motam litem, & sic ante Monachorum pœnitentiam; † 2
cum sola gratia Papæ pęnitentiam excludit Amayden *de stylo Datariæ lib. 1. cap. 6. n. 7.* Rota *in Viterbien. beneficiorum 26 Iunii 1654. § hinc parum co. Eminent. Card. Celso*; Eaque retrotrahatur ad diem † celebrati contractus, vt præter 3
adductos *in mea decisione §. neque obstare*, dixit Rot. coram Coccino *dec. 374. nu. 5. vsque in fin.* Card. Mantic. *decis. 201. nu. 7. & 8.* imò quod ex sola registratione supplicationis beneplaciti † dicatur ius quæsitum parti, nec admittatur 4
amplius pœnitentia firmat Pirrus Corradus *in praxi dispensat. Apostolicarum lib. 9 cap. 6. sub n. 4.*

Prout nec refert, quod conductores ante impetrationem Beneplaciti existentiam iam in possessione domus locatæ, ideòque inciderint in pœnas, & censuras inflictas in Vrbana Constitutione in ordine *la* 51. irritante contractus factos ab Ecclesia cum translatione possessionis priusquam superueniat Beneplacitum Apostolicum, illudque postmodum obtentum non suffragetur, † imò sit subrepti- 5
tium non facta expressione, quod possessio iam fuerat translata in conductorem, & non petita absolutione à pęnis, & censuris fulminatis in d. Constitutione, vt firmat Nauarr. *cons. 1. nu. 4. de reb. Eccl. non alien.* Riccius *in praxi fori Eccl. resol. 53. nu. 3. eod. tit. Genuens. in praxi Archiepisc. cap. 61. per tot.* Rot. *dec. 275. par. 10. rec.* neque proficiat derogatio d. Constitutionis in eodem Beneplacito adiecta, quæ tantum operari poterit quoad alios effectus, † non 6
quoad nullitatem contractus super capite præcedenti traditionis, de qua tamquam in supplicatione non expressa Pontifex non habuit notititiam, iuxtà tex. *in cap. ex parte de constit. & in cap. dudum de decim.* Felin. *in cap. inter dilectos num. 6. de fideiuss.*

Quoniam prædicta procedunt in contractibus alienationum bonorum Ecclesiæ in proprietate, in quibus ante Beneplacitum transfertur possessio, † & in his terminis lo- 7
quuntur DD. & *dec. 275. p. 10. rec.* Secus verò est in contractibus simplicis locationis, quæ cum nullum ius nullamque possessionem transferat in conductorem, † sed ex inte- 8
graliter penes Ecclesiam remaneat, itaut conductor non sibi sed Domino possidere dicatur Postius *de manut. obseru. 52. n. 13.* Tomat. *dec Macerat. 30. n. 16.* Rota *in Romana locationis 21. Iun. 1653. § tamen poterat coram Cardin. Hieronymo Verospio*, comprehendi nequit in dicta Vrbana † Constitutione, vt in puncto distinguit Ciarlin. *contr. forens. c. 106. n.* 9
22. & 23. & quod ad hunc effectum non sit considerabilis illa sola detentatio, vel nuda facti insistentia, quàm habet 10
conductor in re locata, sed requiratur vt sit translata vera possessio obseruat Thomat. *dec. 30. n. 14.*

Minus vrget, quod Beneplacitum emanauerit in forma commissaria, & cum clausula, *constito quod narrata sint vera*, & locatio cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, quia clausula prædicta non est apta retardare effectum

11 Breuis, ita ut † Ecclesia possit pœnitere donec narrata verificentur, sed solum operari posset in casu, quo verò non est locus pœnitentiæ, Rota coram Duran. *decis.297.nu.14. & plurib. seqq.* Quod autem illa fuerit plenariè iustificata apparet nedum ex instrumento locationis, in quo Monachi fassi fuerunt ruinosum statum domus, & medio iuramento asseruerunt neminem inuenisse, qui pretium
12 scut. 130. annuorum offerret præter Manilios, † sed etiam ex duobus testibus ab eisdem Monachis formiter examinatis deponentibus contractum huiusmodi cedere in euidentem vtilitatem Monasterii, prout in facto.

Non obstantibus sententiam coram Eminentissimo Vicario lata super rescissione contractus, & attestatione Periti data in hodierno Monachorum *Summ. num. 6.* Quia dum Iudex expressè non denegauit executionem Breuis potuit contractum rescindere non ex eo quod non adesset Ecclesiæ vtilitas, quæ ex supradictis iam fuerat concludenter probata, sed ex defectu Beneplaciti Apostolici
13 adhuc in actis non producti; † Attestatio autem Periti tamquam extraiudicialis, & simplex fides nullam facit fidem Greg. *decis. 214. n. 12.*

Subsistit etiam alia pars Decisionis, qua firmatur relaxandum esse fauore Monachorum mandatum executiuum pro pensionibus decursis, & non solutis, quia Mani-
14 lii † conductores ad illas omnino tenentur siue ratione contractus, siue ratione domus retentæ, & habitæ, Rota *decis. 605. nu. 7. par. 4. to. 3. rec.*

Neque prætendere valent remissionem pensionis ex eo quod Monachi impedimenta præstiterint in conficiendis melioramentis, quorum intuitu conductores domum conduxerunt pro exercenda ibidem negotiatione lignaminum, quæ sine membris construendis exerceri mini-
15 mè valet, † huiusmodi namque prætentio cessat ex congrua responsione data in dicta decisione, quod scilicet pentio non fuit promissa correspectiuè ad melioramenta facienda, sed correspectiuè ad membra iam existen-
16 tia, & habitabilia; † Ideoque dum conductores iisdem membris habitabilibus vsi fuerunt, congruum non est vt rem, & pretium retineant, Bart. *in l. coloni, ff. locati* Alex. *cons. 206. nu. 2. lib. 7.* Boer *dec. 309. n. 5.* Cancer. *var. resol. lib. 1. cap. 14. nu. 7.*

Verum quia Monachi concesserunt facultatem meliorandi, & promiserunt non molestare inquilinos in re loca-
17 ta, † iterum Domini dixerunt pensiones deponi, & non consignari quousque non remoueantur obstacula præstita circa confectionem melioramentorum, vt in simili dixit Rota *dec. 602. n. 8. & 9. par. 4. to. 3. rec.*

Et ita vtraque, &c.

Alia supradicta decisio præsentis causæ habetur in præcedenti parte 14. in ordine 372.

R. P. D. TAIA.

Romana Census.

Lunæ 5. Decembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Tota prælegatorum materia non minus plenissimè, quàm methodicè in hac decisione declaratur ad terminos adeò à Nostratibus disceptatæ quæstiones, An & quando prælegata veniant in restitutionem fideicommissi, vel nè; Vbi plura de prohibitione alienationis tàm occasione eiusdem quæstionis, quàm ad effectum nullitatis census super bonis fideicommissi in eadem Decisione discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 Filii in conditione positi tàm ex Statuto Vrbis, quàm ex coniecturis censentur vocati, & n. 2.

3 Prælegata an veniant in restitutionem fideicommissi, vide nu. seqq. vbi latissimè hæc materia disputatur per totam decis.

7 Clausula sequens quando recipiat determinationem à speciali clausula antecedenti.

8 Clausula sequens refertur ad clausulam antecedentem, vbi ad aliam commodè referri non potest.

Prælegata an veniant in restitutionem fideicommissi totum pendet à voluntate testatoris, n. 8.

9 Prælegata veniunt in restitutionem fideicommissi, quando Pater totum patrimonium inter filios iure prælegati diuisit.

10 Prælagata aliquando à Doctoribus diuisoria nuncupantur.

11 Prælegata, vbi præcedunt fideicommissum, includuntur in illo, amplia vt ibidem.

12 Testator si mandauit prælegata remanere debere pro descendentibus, vtique quod voluit illa venire in restitutionem fideicommissi.

13 Bonorum suorum nomine an veniant non solùm institutio hæredis, sed etiam prælegata.

14 Concessio, seù permissio facta in vno, in alio censetur denegata.

15 Prohibitio alienationis facta verbis vniuersalibus æquè institutionem, ac prælegata comprehendit, & num. 16.

Verba vniuersalia, omnia, *nullam restrictionem recipiunt, num. 15.*

17 ex Prohibitione alienationis substitutio præcedens remanet declarata, & n. seqq. vbi de ratione.

18 Testator plus non videtur prohibuisse alienare, quàm anteà fideicommisserit.

19 Prohibitio alienationis domus ipsius testatoris, quid particulariter contineat.

20 tertius Possessor cessionarius fideicommissarij potest excipere de fideicommisso.

Exceptio de iure tertij in possessore admittitur numer. 20. & 21.

21 Possessoris exceptio est potiùs negatio, & defensio, quàm exceptio de iure tertij.

Exceptio de iure tertii admittitur si interest opponentis num. 21.

22 Exceptio rei iudicatæ competens contra auctorem, transit etiam contra singularem successorem.

23 Fructus census non debentur ex contractu nullo.

Census impositus super re fideicommissaria, vel prohibita alienari nullos parit fructus nu. 23.

Prohibitio alienationis, vetat etiam obligationem, & quando num. 23.

Hæres grauatus imponens censum super bonis fideicommissi nihil agit, num. 23.

24 Census emptor quoties detegit illum esse impositum super bonis fideicommissi potest rescindere venditionem, & compellere venditorem ad restituendum pretium.

25 Census creditor probibetur percipere fructus, vt primum agnoscit illum esse impositum super bonis fideicommissi, & nu. seqq. vbi amplia

26 Scientia fideicommissi in constitutione census non est necessaria stante probibitione alienationis

27 tertius Possessor præscribit contra hypothecariam aduersus creditorem per decennium.

Decennij tempus dicitur tempus longum, n. 27.

28 Saluianum præscribitur per decennium, amplia vt nu. seqq.

29 Decoctio an impediat præscriptionem.

DECISIO CXL.

BERNARDINVS cessionarius Christophori in censu pretio scutorum 200. vendito ab Horatio super domo ad Montem Aureum 27. Ianuarii 1616. agebat contra bo. me. Nicolaum Parium Politianum honoris causa nomine politum scientia, & conscientia Curialem nunc autem contra Patriam Communitatem ad hæredem ad pias causas vti possidentem domum ad Sanctum Marcum venditam pretio scutorum 1000. Simoni 4 Iulii 1627. deinde subhastatam venditamque prætio scutorum 1650. d. Nicolao iuxtà depositum 20. Iunii 1654. & ipso Bernardino petente immissionem ex Saluiano interdicto propositoque hodie dubio DD. non dandam esse respondetunt.

Tota machina vt vnus ex DD. dicebat, & alij quoque consenserunt, & tantæ molis redacta est ad potissimam exceptionem fideicommissi, & prohibitionis alienationis, nam Antonius Pater d. Horatii ei reliquit inter alia dictam domum propriæ habitationis, deinde instituit

stituit hæredes dictum Horatium Ioannem Baptistam,
& Augustinum alios filios quos inuicem vulgariter pupil-
lariter, & per fideicommissum substituit, & vno vel
pluribus morientibus sine filiis legitimis, & naturalibus
voluit succedere superuiuentes, vel superuiuentem,
quod si ex moriente, vel morientibus superessent filii ma-
sculi legitimi, & naturales deberent succedere in Stirpes
loco parentum cum Patruis, & hoc habere locum etiam
in Pronepotibus nascituris ex filiis adiecta expressa enixa-
que prohibitione alienationis, ex qualibet causa etiam
priuilegiata cum pena priuationis &c. in testamento 22.
Nouembris 1592

Purificatum est fideicommissum Felici Horatii filio, &
totum quidem prædefunctis Ioanne Baptista, & Augu-
stino sine filiis, & planè substitutum fuisse Felicem fi-
1 lium constabat tum vti positum in conditione † *Stat. vrb.*
2 144. *de fil. in condit. posit. libr.* 1. cum etiam vti vocatum †
coniecturis plurimis, apud Fus. *de substit. tot. quæst.* 437.
quod neque controuertebatur sicuti neque domus expres-
sim fideicommissaria nec aliter præiudicata per diffiniti-
uam sententiam A.C. 22. Ian. 1654.

Vna de multis controuersia disceptata est, & definita
an hæc domus, & alia plura seorsim relicta atque adeò
prelegata veniant in fideicommissaria hereditate, & eius
3 restitutione, & vita regula statuenda sit, † & potius vt
veniant vti prælegata, & ante grauamen, & fideicom-
missum, Iason. *cons.* 5. *num. vlt. cum aliis maximè de com-
muni opinione* Peregr. *de fideicom. art.* 7. *num.* 34. Rota coram
Penia Lugd. *ædit. dec.* 645. *num.* 2. & quando plures sunt
4 filii, † instituti, & reciprocè substituti *ad § quidam liberis
l.* 3. *ff. ad Senatus Cons. Trebell. & præcipuè ex* Mantic *de
coniect. vlt. vol. tit.* 7. *num.* 11. *vers. secundo considero libr.*
7. distinxit Fusar. *de substit. quæst.* 650. *numer.* 14. vbi pro
concordia.

Nec veniant in restitutione proponebantur verba insti-
5 tutionis *in tutti gli altri miei beni &c.* ad sententiam † *Cu-
mani*, & aliorum apud Fusar. *d. quæstion.* 650. *nume-
ro* 24.

Sed hæc sententia per se controuersissima est aliis con-
trarium adhuc sentientibus apud ipsum Fusar. *qu.* 650. *nu.*
18. & præcipuè apud Honded. *cons.* 71. *num.* 44 *lib.* 1. *& ex
eo, & ab eo alleg.* Rota coram Pæn. *d dec.* 645. *in fine*, & de
communi *dec.* 646. *num.* 6. *vers. nam vltra quod par.* 4. *rec.*
Deinde cauendum plerosque contrarios illos sensisse non
6 venire † quando verba in aliis sunt apposita in substitutio-
ne, non in institutione, vt ex Bart. & aliis respondit
Honded. *d. cons.* 71. *d num.* 44. probatus à Peregr. *d. art.* 7.
num. 45. *vers. ibi tamen* Fusar. *d. qu.* 650 *nu* 31. Rota *d. dec.*
646. *d. nu.* 6. *vers. Prætereà prout in casu nostro.*

Proponebantur etiam verba sequentia, *salue però le co-
se dette di sopra, e quelle, che specialmente si dicanno d'a-
basso.*

Sed hæc visa sunt potius ad cautionem, & concordiam
vtriusque dispositionis, nec posterior generalis confun-
deret anteriorem, aut posteriorem specialem, & con-
seruando mentem, & verba defunctus visus est certa bo-
na certis filiis non tam prælegasse, quàm preelegisse nul-
lo prelegati, vel alio titulo, sed reliquisse dumtaxat
præuento iure familiæ cuiuslibet, & ne illa diuisio, &
assignatio singulorum bonorum, singulis filiis generali
filiorum institutioni misceretur dixisse, *in tutti gli altri
&c. e salue però le cose dette di sopra &c.* & notabilitèr *sal-
ue le cose dette*, non autem, *saluo le cose lasciate*, ne dubi-
taretur an inter hæredes rebus hæreditariis diuisis clausu-
7 la † sequens determinaretur per specialem antecedentem
l 10. *C. fam. bercisc.* aut generaliùs ad clara verba, *salue
quelle, che specialmente si diranno d'abbasso*, præsertim cum
illa clausula non posset commodè ad aliam dispositionem
referri &c. Reta cor. Pæn. *d. dec* 645. *nu.* 6.

At verò vt imputatio, & supputatio prælegatorum in
8 fideicomisso pendet à voluntate videlicèt, † citrà, &
contra verba Testatoris, *leg. Lucius Titius* 78. *ff. ad S. C.
Trebell. & ibi glos. legatur* Mant *d. tit.* 7. *num.* 7. Peregr. *d.
art.* 7. *nu.* 21. pro imputatione DD. alia, & certiora, & for-
tiora visa sunt, & primumque ex facto, quod testator
fere totum patrimonium diuisit inter filios in testamen-
to, & eos hæredes instituit æqualibus partibus prout po-
steà constitit ex compromisso iudiciali, & arbitrali sen-
tentia 31. Iulii 1599. in quibus etiam est notanda mani-
festa confessio, seù declaratio compromittentium Mar-
cum Antonium Testatorem bona suæ hæreditatis sub fi-
deicommisso reliquisse &c. & Compromissariorum dene-
gandam fore Trebellianicam in bonis, & hæreditate le-
gitimam verò tertiam partem ascendisse ad summam
scutorum 6250. quoad bona in Vrbe atque ita patrimo-
nium hoc Vrbanum fuisse scut. 1875. fere totum in præle-
gatis, aut potiùs in prædiuisis, & sanè si Testator quasi
totum Patrimonium diuisit inter filios, vt supra † præ 9
legata veniunt in fideicommissum, Bart. *ad d. §. quidem
liberis n.* 1. *& ibi de communi limitatione Modernorum* Alex.
num. 2. *vers. quarto limitauit hic* Bart. Mant. *d. tit.* 7. *num.* 9.
Peregrin. *d. art.* 7. *num.* 61. vbi elegantèr dicit prælegata † 10
hæc diuisoria, & post alios Fusar. *d. qu.* 650. *nu.* 74. Rota
cor. Seraph. *dec.* 381. *n* 8. *à vers.* 3. *quia, & cor. Pæn. d. dec.*
645. *nu.* 4. vbi de prælegatis causa diuisionis, & cor. Buratt.
dec. 845. *num.* 11.

Atque vt clara est coram Pen. *d. dec.* 645. Superiùs con-
sideranda fuit, & considerata vti communis sententia
est, quod quando prælegata sunt, † & præcedunt fidei- 11
commissum in eo includuntur maximè vbi in substitutio-
ne fideicommissaria nulla fit mentio *d. dec.* 845. *nu.* 3.

Item ex facto, quod Testator reliquit prædictis tribus
filiis æquali portione cuilibet 54. loca montium, de quo-
rum fructibus quinquennio continuo à morte ipsius Te-
statoris nihil possent attingere, nec disponere, sed ex ip-
sis post singula quadrimestria, durante quinquennio de-
beret emi alius locus montis non vacabilis; & in euen-
tum extinctionis locorum relictorum eo casu voluit ex
pecunia emi tot loca montium non vacabilium, vel tot
bona stabilia, & in ea impendi † vt remaneant pro de- 12
scendentibus &c. planè pro subsequuto fideicommisso
maximè ex illa æquali portione pro prælegatis causa di-
uisionis factis, ad Rota coram Penia *decision.* 645. *d. nu
mer.* 4.

Quodque Testator voluit vt morientibus supradictis
tribus suis filiis, & hæredibus sine filiis, filia deberet ha-
bere &c. & reliquum suorum bonorum, & hæreditatis
dictorum trium filiorum tali casu voluit transire ad suos
proximiores *del Ceppo*, & linea sua paterna &c. generali
nomine suorum bonorum † non minus prælegatorum, 13
quam institutionis etiam ex eo quod subiecit velle, vt dicti
filii, & hæredes possent vendere omnia loca montium
vacabilium, & disponere nec esse supposita fidiecommis-
so &c. quo fuerant prælegata, quod enim in † vno con- 14
ceditur in aliis negasse, *glos. videtur l. cum Prætor ff. de
Iudic.* Bart. *qu.* 7. *numer.* 2. *vers. octauo probo*, & specialiùs
Paul. Castr. *cons.* 291. *in fine vers. super vltimo lib.* 1. *& post*
Crot. Menoch. *cons.* 86. *nu.* 26. *vers. confert à fortiori, & cum
pluribus* Pret. *vlt. vol. interpr.* 2. *dub.* 4. *à nu.* 32. *maximè nu.*
37. *lib.* 4.

Quod quidem Testator prohibuit alienationem om-
nium suorum bonorum &c. nec minus prælegatorum
quam institutionis, & ampliùs † cum signo vniuersali 15
omnium, quod non recipit restitutionem &c. *§. vxori l.
generali* 32. *ff. de vsuf. leg & ibi* Bart *n.* 4. *vers sed contra præ-
dicta cum aliis* Barbos. *dict.* 241. *n.* 2 *&* 6. Rota *dec.* 303. *num.*
4. *par.* 11. & in prælegatis † ipsis Gaili. *obser.* 135. *nu.* 3. *vers.* 16
item si dixerit Testator omnia bona libr. 2. & quamuis hæc
verba sint apposita in prohibitione alienationis nihilomi-
nus ex prohibitione alienationis † substitutio præcedens 17
declaratur, Fusar. *consil.* 175. *num.* 16. & cum aliis abun
dè pro more authoris, Rota *decision.* 95. *numer.* 15. *vers.
quæ sanè part.* 11. maximè ne Testator magis, & plura
postea prohibuerit alienari quam † antea fideicommi- 18
serit.

Quod si quid certiùs Testator prohibuerit alienari fi-
deique commiserit videtur hæc domus, quam reliquit
Horatio Primogenito descripsitque, *vna Casa in Romanel
Rione de Pignanella Piazza di S. Marco doue al presente io
habito*, quod vestiendæ, & validandæ nudæ prohibitio-
ni satis fuisset † nempe quando est prohibita alienari do- 19
mus solitę habitationis ipsius Testatoris, & maximè si
Testator dixisset prohibeo alienari domum meæ habita-
tionis &c. ex Eugen. *cons.* 81. *num.* 44. *&* 45. *lib.* 1. Odd. *de
prohibit. alien. quæst.* 3. *numer.* 94. *ad textum §. nec verò do-
mum vendere liceat in qua defecit Pater &c. l.* 23. *C. de ad-
ministr. Tutor.*

Non fuit dubitatum, vel dubitabile Ius tertii possesso-
ris excipiendi de fideicommisso, & nullitate, vel resolu-
tione census, cum esset cessionarius Nicolaus possessor
Felicis fideicommissariis † post dictam sententiam 22. Iu 20
nii 1654. ex instrumento cessionis 2. Septembris subseq.

& sa.

& satis superque videbatur citra cessionem non solùm agnitio fideicommissi, sed etiam petitio, & sententia pro Felice fideicommissario contra actorum, vnde possessoris
21 exceptio est potiùs negatio, & defensio † quam exceptio de iure tertii, & tale ius tertii opponi potest quando ipsius opponentis interest, Rota coram Cauaier. *dec.253.num.4.*
22 *& 5.* & potius exceptio rei iudicatæ competens † contra Auctorem transiit contra singularem etiam successorem, *§. vltimo l.9.ff. de except. rei iudic. & ibi gloss. solere, & est summa Bartoli.*

Immissionem vnus ex DD. negabat etiam ex alio capite, quod Creditores census sciuerant nullitatem ex dicta sententia A.C. ipsis citatis promulgata à 22. Iunii 1654.
23 & censuales fructus non debebantur ex contractu nullo † in re non solùm fideicommissaria, sed etiam prohibita alienari, vt neque posset aliquo modo obligari, vt magis communiter concluditur, quod hæres imponendo censum nihil agat, sed quod huiusmodi impositio sit ab ipso initio nulla apud Cenc. de Cens. *qu. 19. à num.5.* Rota cor. Seraph. *dec.757. nu.2. & 5. & cor. Pæn. Lugd. edit. dec.821. num 5. & dec.72. num.6. & 7. p. r. 10. & dec.96. nu.1. part.11.*
24 & possit emptor rescindere venditionem census, † & compellere venditorem ad pretium restituendum, Grat. *disc. 175. num.16.* Rota coram Pæn. *d. dec.821. nu.5. vers. & propterea, & cum pluribus decis. Mangil. de euict. quæst. 84. nu 2.* ita vt proindè prohibeatur emptor percipere fructus postquam habuit scientiam impositionis super ea non libera, Grat. *dicta discept. 175. nu.17.* Mangil. *de euict. quæst.3. n.21.*
25 *& 22.* vbi nec scientia solet haberi in consideratione † stante expressa prohibitione alienationis *nu.25.* Rot. post Cenc. *dec. 197. nu.17.*
26 Aliam exceptionem idem D. obseruabat non minus releuatoriam Possessoris præscriptionem, scilicèt decen-
27 nalem vti tertius possessor † contra hypothecariam aduersus Creditorem præscribit longo tempore siue decennio, *l.1. C. si aduersus Credit.* Cenc. de Cens. *qu.118. nu.18. à vers. Et quamuis* Merlin. *de pignor. qu. 21. à nu.6. lib.5.* & de ipso
28 † Saluiano Pacific. *inspect. 2. cap. 2. à nu. 272.* Rota coram Mant. *dec.291. nu.3. cor.* Coccin. *decis.50. nu. 8. & dec.634.*
29 *num.8. part. 1. rec.* maximè postquam Horatius † notoriè decoxerat quidquid subiecerint, Cenc. *d. quæst. 118. nu.20* Merlin *d. qu.21. num.50. &* Rota coram Vbald. *decis 350. maximè à nu. 5.* vbi neque tunc Domini confidentes consensere.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Diuisionis.

Vener. 2. Decembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Erroneam diuisionem, docto de errore, ad terminos veritatis reducendam esse æquitas omninò suadet, quæ cum admodum ab hoc Sacro Tribunali, commendetur, eaque seruetur, in diuisione hæreditatis facta inter duos hæredes benignè in hac decisione practicatur; vbi propterea plures discutiuntur partitæ; quæ ad vnum, idemque principium reducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Error non præiudicat veritati.*
Probatio facta contra errorem, inficit omninò quidquid gestum est, illudque irritum reddit, nu.1.
2 *Diuisio erronea docto de errore reuocari debet.*
3 *Circuitus euitandi sunt.*
Æquitas seruari debet, nu.1.
Rota semper seruet æquitatem nu 1. & nu.6.
4 *Sententia lata non seruata forma decisionum remanet nulla, & vide nu. seq.*
5 *Sententia excedens terminos resolutionis ad casus non decisos, dicitur nulla, secus autem si illos aliqualiter compræhendit.*
6 *Æquitas iuris emollit rigorem quoad certas formulas, subtilitates, & verborum angustias.*
7 *Filius procurator matris eidem præiudicare non potest, intellige, vt ibid.*
Procuratoris confessio principali domino non præiudicat, nu.7. vbi vide.
de Præiudicio apparere debet, ac etiam constare, vt procurator, vel filius, matri, seu domino præiudicasse dicatur, nu.7,
8 *Filius veniens vti hæres matris factum à matre approbatum, & ipse approbare tenetur.*
9 *Confessio procuratoris quando eidem noceat vti principali, & nu. seq.*
Confessio facti de quo quis plenam cognitionem habebat, quamuis facta nomine alieno adhuc præiudicat confitenti in iure proprio, nu.9. & nu.10.
10 *Confessio emanata in alio iudicio, incidenter, & ad alium finem, regulariter non præiudicat confitenti; secus autem si ex proposito, & vide supr. nu 9.*
11 *Exigibilitas, seu bonitas crediti minimè promissa præstari non debet, amplia vt ibidem, & nu. seq.*
Exigibilitas eo minùs præstari debet, si creditor erat certus qualitatis crediti cessi, nu.9
12 *Creditum cessum sufficit, quod in substantia sit verum, etiam quod creditor efficiatur non soluendo.*
13 *Vinculata bona, & oneribus obnoxia, qui scienter acceptauit, hoc sibi imputare debet.*
14 *Euictio in stipulationem non deducta præstari non debet, amplia vt ibidem.*
Emptor, qui sciens qualitates hypothecæ rei emptæ, & sibi de euictione non prospexit, eamdem euictionem prætendere minùs potest, nu.14.

DECISIO CXLI.

HÆREDITAS Iulii Pocobelli diuisa fuit in duas partes inter Erasmum Nepotem Iulii ex fratre, & Catherinam illius Sororem, hæcque alteram portionem in qua credita negotii Aromatari posita fuerunt ascendentem ad scuta 31. mil. elegit, altera verò scut. 23. mil. consistens in rebus certis, & liquidis illi obtingit. Paulò post diuisionem factam Franciscus Turricella, vti filius, & deindè hæres dictæ Catherinæ actionem intentauit aduersus Erasmum adhoc vt quædam partitæ, vel erroneæ, vel inexigibiles portioni Catherinæ adscriptæ resarcirentur.

Inter iudiciales actus postea secutos iuxta varias facti, & rationum figuras variæque prodierunt resolutiones, & contrariæ latæ sunt sententiæ. Prima enim, & vltima suffragantur Erasmo, & tres aliæ intermediæ Francisco Turricelliæ. Præterea sententiæ, & decisiones fauorabiles Erasmo ob confusas informationum species in aliquibus reperiebantur dissonæ, atque etiam nullitatis, & Iniustitiæ accusabantur.

Vndè DD. ad resecandos dispendiosos litis progressus, dubium, quod proposui in gradu appellationis, an sententia, quam vltimo loco tulit R.P.D. meus Taia sit confirmanda, sequenti modo resoluerunt, scilicet solutis scutis mille, & trecentis Turricellæ in reliquis sententiam esse confirmandam.

Existimarunt enim DD. dictum Erasmum sarcire debere Turricellæ summam scutorum 1320. propter errorem in omnibus partitis detectum, & plenè probatum. In prima est Creditum Mangioli in scutis 600 quod exactum fuerat à Iulio viuente, in secunda scuta 300. pro supplemento summæ scutorum 2500. prouenien. ex Societate officii cum Rosa, quæ solummodò iustificata apparebat in scut. 2200 iuxta notulam ab ipso Turricella confectam, & in tertia scut. 420. pro valore, & pretio trium locorum montis Auenionis, quæ assignata fuerant in portione Catherinæ, & tamen vacauerant per obitum dicti Iulii, quæ partitæ coniunctæ reddunt scutorum 1320. vt optimè colligitur ex calculo attentè discusso in *decisione edita coram R.P.D. meo Taia 22. Maii* * *1662. §. procede, §. tertia partita, & §. quarta partita.* Ideoque hanc summam reficiendam esse Turricelliæ iudicarunt DD. cum error † non præiudicet veritati, cum vt primum quidquid probatur contra eum gestum inficiat, ac irritum contra reddat *l. cum falsa, l. si non transactionis, l. error facti, C. de iur. & fact. ignor. l.1. C de err. Calcul.* Alex. *cons. 156. num.7. vers. non obstat secundum* 1

Instru-

Instrumentum vsque ad fin. lib. 6. Rota coram Mantic. *decis. 199. num. 7. coram* Greg. *dec. 122. num. 14 vers. maximè cum appareat de errore coram* Buratt. *decision. 922. sub numer. 9.*
2 & in casu † diuisionis erroneæ *decision. 148. num. 3. par. 11. recent.*

Eoque libentiùs DD. per viam huiusmodi rescripti processerunt, quod ex eo multiplicatis circuitibus aditus præ-
3 cludatur, & seruetur æquitas, † quam Rota sequi solet & profitetur, *vt in rec. dec. 60. nu. 2. vers. med. 1. 2. & dec. 123. nu. 21. par. 10. recent.*

In reliquis autem confirmandam esse sententiam dixerunt DD. non obstantibus exceptionibus nullitatis, & iniustitiæ pro parte Turricellæ adductis siquidem ad vnicum nullitatis obiectum desumptum ex eo quod sententia R.P.D. mei Taiæ lata fuerit non seruata forma deci-
4 sionum præcedentium, † quodque proindè illa sit nulla vt resolutum est in *Barchinonen. Exemptionis 29. Maii 1661 §. ex vnico, & potissimo cor. me.*

Respondebatur dictam decisionem loqui in casu admodum diuerso nempè quando sententia excedit resolutionis
5 terminos, & ad casus non decisos extenditur, † in præsenti autem sententia de qua agitur nihil simile exorbitans continere videbatur, quia in eademmet conclusum est securitati Turricellæ per depositum ordinatum in maiori summa consignanda quatenus concordia sequeretur, cui R.P.D. meus Taia mandauisset. Vnde potiùs inferebatur, quod hæc summa destinata fuit in solutionem eorum scutorum 1320. in decisionibus R.P.D. mei Taiæ adiudicarur Turricellæ, vt supra notatur, & consequenter nullus intercedit conflictus inter sententiam, & decisio-
6 nes, si attendatur prædicta æquitas; † cuius est emollire iuris rigorem quoad quasdam formulas, & subtilitates & ad relaxandas verborum angustias, vt inquit Mar. Salamon. *in leg. 1. sub numer. 16. ff. de iustit. & iur. quem commendat* Rota *in simili æquitatis proposito dec. 172. nu. 69. par. 6. recent.*

Quæ verò allegabantur super Iniustitia sententiæ, & inter alia quod dictus Turricella non potuerit præiudicare matri sine speciali mandato, quodque confessio illius Procuratoris non ei noceat principali facto, parum vrgere visa sunt.

Nam quoad primum aduertebant DD. conclusionem
7 allatam locum habere quoties apparet de præiudicio, † vt in *Romana pecuniaria 4 Iunii 1666. §. Immorantes enim, & seq. coram me.* At in præsenti casu nullum videtur illatum præiudicium Catherinæ matri Turricellæ, quia illius portio excedebat portionem Erasmi in scutis 3000. vt in Instrumento diuisionis iterum dato hodierno *Summario* Erasmi *numero primo*, & si aliquod damnum passa est illud compensatum est cum dicta maiori summa. Vndè cessante supposito præiudicio Turricella veniens, vti hæres Matris, quæ diuisionem ratam, fixamque habuit
8 † repellendus est exceptione *l. cum à Matre C. de rei vendicat.* Rota coram Gregorio *decis. 661. numer. 11. & 12. in recent. decis. 699. num 23. par. 4. tom. 3. & decis. 216. num. 4. par. 11.*

Quo verò ad secundum dixerunt DD. confessionem Turricellæ dum erat Procurator Catherinæ emissam principaliter, & ad eumdem finem diuisionis, quæ non controuertitur ei nunc principali tantò magis obstare quanto pleniorem cognitionem habuit totius hæredita-
9 tis, cuius bona per tot annos administrauerat. † Quocirca aduersus propriam confessionem non est audiendus per ea, quæ perpendit Surd. *decis. 309. num. 16. ex text. 1. in l. cum profitearis C. de reuocand. donat. cap. inter dilectos de donat. l. generaliter in fin. C. de non numer. pecun.* licet aliter dicendum foret si dicta confessio emanasset incidenter,
10 & ad alium finem, † quo casu facta in vno iudicio non præiudicaret in alio ex relatis apud Hodiern. ad Surd. *dicta decis. 309 numer. 6. & sequentibus*, vbi plures decisiones Rotæ in hoc sensu recensentur sub qua distinctione doctrinæ inter se pugnantes facilè reducuntur ad concordiam.

Inefficax quoque reputata est alia exceptio inexigibilitatis quarumdam partitarum, & præcipuè illius scuto-
11 rum 6000. contra Ressolinum, dum † enim nullibi legitur promissa bonitas seu exigibilitas dd. partitarum, & dùm Turricella, qui negotium Aromatarium intus tractauerat damnosas qualitates illius crediti sciuerit nihil
12 ex eo capite ei sarciendum venit, nam † sufficit in hoc casu quod creditum sit verùm in substantia, licèt debitor efficiatur non soluendo Bald. *in l. si nomen, ff. de hæred. vel act. vendit. & in cons. 72. lib. 3.* Castrens. *cons. 170. num. 1. lib. 2. cum aliis apud* Menoch. *cons. 778. num. 1.* & sibi imputet, qui scienter acceptauit † bona quibusdam vinculis, 13
& oneribus affecta iuxta dictum *Gloss. in l. si fratres, C. communia vtriusque Iudicis in verbo agere potestis*, & in terminis Euictionis in stipulatione non deductæ † super re 14
quam Emptor sciebat hypothecæ obnoxiam ita respondit Rota *decis. 453. num. 12. & 23. & decis. 457. numer. 1. par. 9. recent.*

Cæterùm obiecta iniustitiam sententiæ arguentia tam ex capite vis, & metus à Turricella allegatum quam ex capite falsarum demonstrationum in credito cum Rossolino pleniſſimè sublata sunt in decisionibus coram R.P.D. meo Taia, ita vt aliquid subiungere sit omninò superuacaneum.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Vladislauien. Sponsalium.

Veneris 9. Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Sponsalibus contractis cum non liceat ad aliud matrimonium transire, quomodo coerceri debuisset sponsa, quæ eis posthabitis cum altero matrimonium contraxit in præsenti decisione declaratur; vbi plura notantur de probatione sponsalium, deque consensu vtriusque Sponsi in iisdem sponsalibus requisito.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia probantur ex Syngrapha ab altero ex sponsis propria manu conscripta, & vide nu. seqq.*

Promissio contrahendi matrimonium iure iurando roborata plene probat sponsalia, nu. 1.

2 *Epistola prima, cum epistola responsiua receptionis obligationis petitæ probat obligationem infrà illud tempus fuisse contractam.*

3 *Sponsæ fatuitas, quæ obligationem sponsalium proprio sanguine exare volebat, eamque contractam vt reliquiam custodire, & collo appensam gestare promittebat.*

His tamen omnibus oblita cum alio deinde matrimonium contraxit, ibid.

4 *Sponsalia contracta ab altero ex sponsis corruunt quotiescumque non interuenit consensus alterius, & vide nu seq.*

5 *Consensus vtriusque Sponsi requisitus in contrahendis sponsalibus, an sit necessarius vno eodemque tempore, vel etiam sufficiat ex postea.*

Consensus etiam interuentus ex posteà quando dicatur contemporaneus, & simultaneus nu 5.

Sponsus donec non reuocet suum consensum sponsalibus præstitum, semper dicitur consentire, nu. 5.

6 *Sponsa si recusat matrimonium contrahere, potest remedio censurarum iuxtà Sacros Canones compelli.*

7 *Sponsa quæ contra promissionem factam, cum altero matrimonium contraxit non potest ad pœnam pecuniariam condemnari.*

Pœna excommunicationis tantummodò est permissa ad cogendos sponsos pro effectuatione matrimonii; pecuniaria verò est prohibita nu. 6. & 7.

Textus in cap. gemma de sponsalibus, declaratur nu. 7. & 8.

Pœna conuentionalis, in matrimonio prohibita, extenditur etiam ad pœnam pecuniariam à Iudice impositam, nu. 7.

8 *Matrimonium contrahi non debet metu pœnarum pecuniarum.*

in Matrimonio omnimoda libertas esse debet nu. 8.

DE-

DECISIO CLXII.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in præsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Bononien. Emphyteusis.

Veneris 9 Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Emphiteusis concessa pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, si fuerit ab obtinente renunciata, deueniri potest ad concessionem alterius, etiam sub nouis pactis, & conuentionibus, cum quibus non dicitur alitèr præiudicatum personis, qui in prima inuestitura successissent; Vnde plura simul discutiuntur quando inuestitura dicatur noua, vel antiqua, & an, & quæ præscriptio possit successoribus emphyteusis præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica alienari non possunt in præiudicium aliorum in inuestitura compræhensorum.*

in Emphiteusi compræhensus habet in reuocandi bona emphiteutica ad ipsum spectantia, & ita nulliter alienata, numer. 1. & seqq. vbi declaratur.

2 *Emphyteusis concessa pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, non potest per nouam successionem ad aliquos particularitèr restringi.*

Emphiteutæ, qui aliàs vigore primæ inuestituræ succederet præiudicari non potest vigore secundæ inuestituræ, & quando, nu. 2. & seqq.

Infanti præiudicari non potest in bonis emphiteuticis, num. 2.

3 *Emphiteusis renunciari potest, & sic renunciata dicitur de medio sublata.*

4 *Secunda inuestitura emphiteusis, si sit fauorabilior prima inutilitèr impugnatur.*

5 *Inuestitura noua comparari non debet cum inuestitura antiqua respectu personarum quæ eidem inuestituræ cesserunt.*

Emphiteusis inuestitura antiqua de medio sublata, potest noua concessio nouis pactis restringi, numer. 5.

6 *Pacta inuestituræ renunciatæ trahenda non sunt ad nouam inuestituram postea concessam.*

Emphiteuta nouus, vel secundus, qui non sit hæres primi, vel antiqui, non regulat suam concessionem iuxta primæuam, vel antiquam emphiteusim, numer. 6.

7 *Inuestitura noua iudicatur, si in ea noua forma succedendi fuerit tradita.*

Inuestitura etiam noua esse potest, non obstantibus verbis indicantibus prorogationem præcedentium inuestiturarum nu. 7. & 12.

8 *Emphiteusis inuestitura facta minori dicitur approbata per renouationem ab eodem petitam effecto maiore, & nu. seqq.*

Renouationem inuestituræ petens illam dicitur approbare, nu. 8.

Purificatio inducitur in minore, qui effectus maior aliquid approbauit, nu. 8. & seqq.

Validitatis robur assumit contractus emphiteuticus à minore factus per renouationem petitam ab illo effecto maiore, nu 8 & seqq.

9 *Scientia nullitatis contractus requiritur in minore illum approbante effecto maiore, & ex quibus resultet talis approbatio, vide nu. 10.*

10 *Ratificatio contractus minoris facta tempore maioris ætatis, ex quibus dicatur facta cum sufficienti scientia*

POST sponsalia cum Elerto contracta Constantia matrimonium per verba de præsenti cum Amadeo celebrauit, vnde re in controuersiam deducta, in partibus tres emanarunt sententiæ, quarum duæ sponsaliorum nullitatem canonizarunt; Altera verò quamuis illa per matrimonium prædictum resoluta declaret, nihilominus propter ruptam fidem, & violatum iuramentum damnat Constatiam, eiusque Parentes in florenis mille irremissibilitèr parti soluendum; Sed deuoluta causa ad Rotam Elertus non amplius ad effectum matrimonii, sed pœnæ dumtaxat, & proprii honoris reparationem quæsiuit, An constaret de sponsalibus, adeòut Constantia si tale matrimonium non contraxisset compelli potuisset cum eo ad contrahendum, & responsum fuit de illis constare adeòut cogi potuisset pœnis canonicè permissis.

Sponsalia enim satis probat Syngrapha propria Con-
1 stantiæ manu conscripta † continens firmissimam promissionem iure iurando roboratam matrimonium contrahendi cum Elerto *Can. Nostrates 30. qu. 5. cap. penul de sponsal.* Martin. de Garat. *inter cons. matrim. diuers. 17 n. 1.* Rot. *dec. 73. num. 1. post secundum vol. cons. Farinac. & in Lunen. Serzanen. Sponsalium 19. Nouemb. 1663. cor. me.*

Non obstat, quod Syngrapha careat die mense, & anno, ex quo informantes pro Constantia inferebant non probari illam fuisse in ætate legitima confectam: animaduersum enim fuit ex facti circumstantiis, ac epistolarum
2 hinc inde † transmissarum combinatione apparere, Constantiam die 21. Ianuarii 1661. requisiuisse Sponsum, & copiam obligationis mitteret, *quam proprio sanguine exarare intendebat*, deinde 13. sequentis mensis Februarii in
3 alia epistola fateri similem obligationem ab Elerto recepisse, *quam quasi reliquias custodire promittebat, illamque proprio collo appensam gestare affirmabat*; ex hac enim negocii serie conuincitur syngrapham, & obligationem Constantiæ factam fuisse intra tempus, quod intercessit à die 21. Ianuar. ad 13. Februar. 1661.

Minus ad irritanda sponsalia profuit allegare Elertum statim non repromisisse, ideo ex defectu contemporanei,
4 & simultanei consensus sponsalia corruisse, † quoniam responsum fuit ad illorum perfectionem sufficere alterum ex Sponsis repromittere etiam post temporis interuallum, dummodo is, qui fidem dedit in eadem voluntate tempo-
5 re repromissionis persistat, † quia donec non reuocet suum consensum semper dicitur consentire, & ita superueniens assensus alterius dicitur simultaneus, & contemporaneus, vt probat Surd. *cons. 363. nu. 47. & 48.* Felin. *cons. 39. num. 3.* Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 15. nu. 14. cum aliis ad propositum congestis per Genu. de script. lib. 3. qu. 3. à nu. 5.*

Firmata igitur Sponsaliorum validitate, si Constantia antequam Amadeo matrimonialitèr iungeretur recusabat promissam fidem Elerto seruare poterat id post suasio-
6 nes, † & monita ad Sacrorum Canonum præscriptum compelli remedio censurarum, iuxtà *tex. in cap. ex litteris il secondo de sponsal.* Rota *dec. 73. num. 4. post secundum vol. cons. Farin.* Card. Seraph. *dec. 1112. nu. 1. & dec. 421 num. 2. cor.* Card. Caual. *& dec 376. nu. 1. cor.* Papa Greg XV. non
7 autem damnari ad pœnam pecuniariam, † quæ litteralitèr excluditur *à text. in cap. Gemma de sponsal.* cuius dispositio, quamuis loquatur de pœna conuentionali, adhuc ad pœnam per Iudicem inflictam extendi debet; cum ea-
8 dem ratio militet in vtroque, scilicet, † ne quis pœnarum metu arctetur ad matrimonium, in quo omnimoda libertas consensus esse debet, vt per eumdem *text.* consuluit Abb. *cons. 48. in fin. lib. 1.* Rota *dec. 93. nu. 1. par. 10. rec. & in Carpentoraten. hæreditatis 26. Febr. 1662. §. sed fuit narratum cor. R. P. D. meo Priolo.*

Et ita constare de sponsalibus, itaut Constantia potuerit cogi pœnis canonicè permissis conclusum fuit vtraque parte informante &c.

In hac eadem Causa alia habetur Decisio coram eodem Reuerendiss. D. Beuilaqua sub die 28. Iun. anni 1669. quæ infra suo loco, & tempore apponetur.

scientia nullitatis eiusdem contractus, & supra num. 9.

11 *Scientia specifica, & indiuidua inducitur ex sola relatione ad instrumenta inuestiturae.*

Amplia etiam in minore, ibidem, & numer. 9. & 10.

12 *Inuestitura quando dicatur esse noua, quamuis in ea ordo, & modus antiquus fuerit secutus, & supra num. 7.*

13 *Praescriptio non habet locum, nisi probata scientia sui iuris.*

14 *Emphyteutae antecessoris negligentia non praeiudicat successoribus.*

Praescriptio non currit contra venientem ex iure proprio, nu. 14.

Praescriptio inchoatur post ius quaesitum, non autem antea, & nu. seqq.

Tempus in vita patris decursum non habetur in consideratione ad effectum praescriptionis contra filium, & quando, vide nu. 14.

15 *Praescriptio non currit nisi quando sit locus successioni, & nu. seqq.*

Conditionis, vel diei euentus requiritur ad effectum praescriptionis nu. 15.

16 *Feudum non praescribitur contra successorem, nisi tempore purificatae successionis, & vide numer. seqq.*

17 *Maioratus non praescribitur contra successorem, nisi à tempore successionis delatae.*

18 *ad Emphyteusim, vel feudum vocatus non excluditur licèt praescriptio fuerit completa contra antecessorem.*

19 *Praescriptiones tot requiruntur, quot sunt personae tàm in feudo, quàm in emphyteusi ex pacto, & prouidentia.*

20 *Haeres emphyteutae alienantis illius factum impugnare non potest.*

21 *Filius non probatur haeres patris ex sola possessione bonorum illius, quoties illa retinetur ex credito dotis maternae*

Aditio ex possessione non resultat, dum constat de alio titulo possidendi, nu. 21.

DECISIO CXLIII.

IN Decisione edita coram me sub die 17. Aprilis * praeteriti fuit dictum competere Marco Antonio, & aliis fratribus de Sartis immissionem in nonnullis Tornaturis terrae alienatis à Marco Antonio Seniori. Et hodie reassumpta disputatione super eadem controuersia visa fuerunt DD. subsistere fundamenta resolutionis; Ideoque steterunt in decisis.

Constat enim bona, de quibus agitur fuisse concessa de anno 1513. in emphyteusim Petro Mariae de Sartis pro se, suisque filiis masculis, & descendentibus per lineam masculinam in perpetuum, & proinde alienatio de eis
1 facta à dicto Marco Antonio Seniori non substinetur † in praeiudicium aliorum in inuestitura compraehensorum, vt *per tex. in cap. 1. de success. feud.* probat Bart. *in l. vt ius iurandi, §. si liberi, ff. de oper. Libert.* Soccin. Iunior. *cons. 72. numer. 35. vers. sed pone*, vbi dicit hanc esse communem, & indubitatam opinionem Alexandr. *cons. 106. nu. 80. libr. 4.* Rota *decis. 32. num. 15. coram* Coccino *dec. 398. nu. 1. vers. si verò cor. Caualer. & decis. 55. numer. 11. & 12. par. 10 rec.*

Quibus non aduersatur, quod cum eadem bona fuissent de anno 1493 concessa in emphyteusim Bartholomaeo Turillano pro haeredibus, & successoribus quibuscum-
2 que, vt † non potuerit deinde eorum concessio per subsequentes inuestituras restringi ad filios masculos, & descendentes per lineam masculinam tantùm, praesertim in praeiudicium Petri Mariae tunc infantis, ad tradita per Surd. *cons. 5 num. 69. & 70.*

Quoniam praedicta inuestitura concessa de anno 1493. fuit de medio sublata per restitutionem rei emphyteuticae mediante transactione inita inter Turillianum, & Pau-
3 lum de Sartis, † dum in ea idem Turillanus renunciauit omnibus iuribus sibi competentibus in dictis bonis, *gloss. in cap. vnico de vassall. decrepitae aetatis*, Honded. *cons. 36. numer. 31. & seq.* Cyriac. *controu. for. capit. 4. numer. 35.* Rota *in Fanen. seu Senogallien bonorum 14. Martii 1646. §. Et licet coram Reuerendissimo Papien.* & propterea inuestitura concessa Petro Mariae, vel debuit regulari à forma alterius antiquioris inuestiturae concessae de anno 1441. Berto Ghellio, eiusque filiis dumtaxat, † & hoc casu 4
tamquam illa fauorabilior inutiliter impugnatur, *ad tex. in l. si in rem, C. quando ex facto tutoris*, Fenzon. *ad statut. Vrbis cap. 113. num. 20.* Rota cor. Greg. *dec. 31. num. 1. & in rec. dec. 336. nu. 2. par. 6.* vel in ea tamquam noua nullum potest praeiudicium considerari respectu cedentium inuestiturarum, cum non sit illis comparanda; † Ideoque 5
liberum fuit nouis pactis concessionem restringere, Peregrin. *cons. 18. numer. 11. libr. 1.* Surd. *cons. 440. ante numer. 38. lib. 3.*

Non obstat, quod dicta concessio facta de anno 1513. Petro Mariae infanti fuerit concessa per viam renouationis alterius inuestiturae, quam obtinuerat Turillanus, quia obiectum remouetur ex eo, quod cum ex praedictis constet Turillanum renunciasse suis iuribus; † pacta cum 6
eo inita non debent trahi ad hanc nouam inuestituram concessam Petro Mariae, qui nec illius haeres existebat, vt in proposito aduertit Peregr. *d. cons. 18. num. 4. & 5.* Imo cum in hac fuerit praescripta noua forma succedendi, noua etiam debet inuestitura diiudicare, † etiam si contra- 7
hentes vsi fuissent verbis indicantibus prorogationem praecedentium, vt prosequitur Peregr. *d. cons. 18. nu. 7. & seq.* Surd. *d. cons. 440. num. 42.* & firmauit Rota *dec. 603. num. 6. & 10. par. 4. tom. 3. rec. & cor.* Seraph. *decis. 1361. nu. 3. & seqq.*

Eaque certiùs procedere DD. existimarunt attenta renouatione eiusdem Inuestiturae, quam de anno 1542. dictus Petrus Maria iam factus maior obtinuit, † ex quo 8
censetur inducta illius ratificatio, itaut validitatis robur assumpserit, *per text. in l. final. C. si maior fact. alien. rat. hab.* Rota *dec. 152. num 12 & dec. 173. num 14 p. 10. recent.* Non obstante, quod praedicta ratificatio prodesse non possit, nisi prius constet de certa, & specifica scientia nullitatis primae inuestiturae. † Etenim huiusmodi scientia 9
satis videtur resultare ex lectura instrumenti dictae renouationis, dum in eò fuit ordinatè, & distinctè narratus tenor praecedentium concessionum cum pactis in ipsis appositis tam de anno 1441 ad fauorem Bartholomaei Ghelli, quàm de anno 1493 ad fauorem Turillani, sicuti pariter fuit narrata renunciatio facta à Turillano iurium sibi competentium in bonis occasione inuestiturae, quam ad sui fauorem reportauerat; † Ex quibus omnibus non 10
perfunctoriè, sed maturè, ac seriò relatis, sufficiens videtur inducta notitia à Petro Maria renouationem obtinente etiam ad effectum ratificationis, Rota *dec. 194. nu. 14. vers. quoniam in instrumento par. 6. recent.* Potissimum quia ex sola relatione ad dictas inuestituras † censeretur 11
probata scientia specifica, & indiuidua, Rota coram Seraphin. *dec. 1496. numer. 4. decis. 832. numer. 6. & 7. par. 4. tom. 2. rec. & in Fauentina Successionis 27. Aprilis 1667 §. & quidem in fine coram R. P. D. Ottalora.* Et vlterius animaduertebant DD. praedictam renouationem fuisse potius obtentam per viam nouae concessionis, quam per viam ratificationis antecedentis inuestiturae anni 1513. sequendo nempè dumtaxat illius ordinem, & modum, † quo casu benè potuit in ea noua forma ad libitum con- 12
trahentium praescribi, vt probat Peregr. *d. cons. 18. lib. 1. cum aliis supra alleg.*

Et ex his remouetur obiectum praescriptionis elicitum ex lapsu triginta, & vltra annorum à die factae alienationis; quidquid enim dicendum foret respectu Anibalis, qui primò iudicium instituit in recuperatione bonorum, contra quem tamen non probata scientia sui † iuris resul- 13
tantis ex inuestituris anni 1513. & 1542. praescriptio locum habere minimè posset, Bart. *in l. cum filius familias, §. in hac, ff. de verb. oblig.* Rota coram Buratt. *decis. 426. num. 12. & dec. 558. num 14 par. 5. tom. 2. recent.* Cessat nihilominus quaelibet difficultas respectu Marci Antonii, & aliorum fratrum de Sartis, quia cum ex supra deductis appareat ipsos succedere ex persona propria in huiusmodi emphyteusi tamquam descendentes masculos à primo inuestito negligentia praedecessoris illis non praeiudicat, † 14
nec contra eosdem currere valet praescriptio, nisi post vocationem purificatam, cùm ab ipsis debeat inchoari, nulla habita ratione temporis in vita patris decursi, Grat. *cons. 101. num. 43. lib. 2.* Rota coram Durano *dec. 426. num. 6. & 7. & in rec. dec. 558. num. 7. & seqq. par. 5.* vbi in materia emphyteusis firmatur praescriptionem non currere

nisi

15 nisi quando fit locus successioni, † & sic eueniente die ,
vel conditione, *per tex. in l. cum notissimi* , *§. illud autem* ,
C. de præscript. triginta , *vel quadraginta annorum* , & in
16 similibus terminis de feudo, quod præscriptio † non no-
ceat nouo successori, Afflict *super feud. de inuest. de re alie-
na facta* , *§. quid ergo num. 10. vers. in contrarium tamen est*
17 *veritas* . Et in terminis maioratus † idem latè probant
Valas. *consult.* 132. *nu.* 37. *&* 38. *& consult.* 167. *nu.* 17. Gam.
dec. Lusit. dec. 93. *nu.* 3.

Doctores autem in contrarium adducti, nempè Lara-
tha *in Theatr. feudorum* , Harcman. *histor. quæst. iur. &*
Rosentall. *de feudis* loquuntur ; quinimo sententiam præ-
18 dictam latè defendunt in casu, de quo agitur † ea ratio-
ne, quod vocatus iure proprio ad emphyteusim , vel feu-
dum non excluditur à successione , licèt præscriptio con-
tra prædecessores fuerit completa , Larath. *Theatr. feud.
part.* 8. *dilucidat.* 31. *nu.* 1. vbi testatur hanc esse receptissi-
mam omnium sententiam , *& nu.* 3. dicit in feudis ex pa-
19 cto, & prouidentia † tot requiri præscriptiones, quot sunt
personæ , Harctman. Pistor *quæst. iuris lib. 2. qu. 12. nu.* 46.
& seqq. Rosentall. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 65. *num.* 12
13. *& seqq.*

Minus subsistit , quod Anibal Pater Marci Antonii
Iunioris fuit hæres Marci Antonii Senioris alienantis, &
20 propterea non potuerit illius factum impugnare . † Id
enim non benè visum fuit probari ex testibus deponenti-
bus illum possedisse bona patris , quia cum iustificetur
possessionem retentam fuisse pro credito dotali suæ ma-
21 tris † ex ea aditio hæreditatis non inducitur dum constat
de alio titulo possidendi , Grat. *disc. for. cap.* 707. *nu.* 35. *&*
36. Add. ad Greg. *dec.* 207. *nu.* 4. *ibique* Adden. *nu.* 16.

Et ità vtraque &c.

Altera, quæ primo loco emanauit in hac causa Decisio sub die 27. Aprilis proximè præteriti habetur supra in hac eadem parte , & est in ordine decisio 89.

R. P. D. CARPINEO.

Postea S. R. E. Cardinall.

Romana prætensi Fideicommissi.

Veneris 9. Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Quamuis bona fideicommissi pro legitima assignata filio in eo , quod excedit legitima fideicommissaria remaneant ; hoc tamen procedit quoties de statu hæreditatis formitèr liquidato , plenè , & concludentèr constiterit .

Dotis solius confessatæ retentio non conceditur licèt promissio præcesserit , quando prout hic , confessio receptionis differt à promissione , vtpote quia fuerit vaga , & confusa, non autem iuxta illius qualitates præcedentes facta .

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissi assignata filiis pro sua legitima remanent libera , & exempta ab onere eiusdem fideicommissi , declara vt num. seqq.*

2 *Fideicommissum , quamuis non habeat locum in legitima , substinetur tamen in eo , quod superat ipsam legitimam .*

3 *Legitimæ assignatio facta filio de bonis fideicommissi , non dicitur excessiua donec status hæreditatis non fuerit plenè firmatus .*

Status hæreditatis firmari debet si prætenditur auocari à filio bona ei assignata pro legitima ratione excessus , nu. 3.

4 *Statum hæreditatis ad firmandum quæ requirantur .*

Inuentarium requiritur ad hoc , vt firmari possit status hæreditatis , nu. 4.

Periti communiter eligendi sunt à partibus pro æstimatione bonorum hæreditariorum , nu. 4.

5 *Testes deponentes de possessione bonorum testatoris , non probant illum tempore mortis reliquisse alia bona , si non coarctant negatiuam .*

6 *Possessio de præterito benè arguit ad continuationem possessionis in futurum , & quomodo , vide numeris seqq.*

7 *Patrimonii argumentum non inducitur ex possessione aliquorum bonorum .*

8 *Ditari quis potius præsumitur , quam depauperasci , amplia vt nu. seq.*

9 *Industriosus vir semper suas augere facultates præsumitur .*

Artifices potiùs præsumuntur ditari , quam pauperasci , nu. 9.

in Artis cæmentariæ Magistro præsumitur incrementum facultatum , nu. 9.

10 *Testis deponens nescire quæ bona defunctus reliquerit , non videtur coarctare negatiuam , licèt postea dixisset , illum non alia possedisse bona, quàm ab ipso teste deposita .*

11 *Negatiua potest quidem coarctari ad breue tempus , indefinitè autem nequaquam .*

12 *Testis persona , non autem dictum per illius inductionem approbatur , & vide nu. seqq.*

13 *Testis depositio ante illius publicationem etiam ab ipso inducente ignoratur .*

14 *Testium depositiones approbare dicitur , qui illas produxit .*

15 *Inducens testes , eorum depositiones non dicitur approbare , nisi vlterius illas produxerit , & supra nu. 12 cum seqq.*

16 *Mobilia hæreditaria ad effectum firmandi statum hæreditatis non præsumuntur consumpta nec etiam ex cursu temporis .*

17 *Status hæreditatis firmari debet de tempore obitus testatoris .*

Hæreditati quidquid accedit , siue in stabilibus , siue in mobilibus , siue in pecuniis , siue in nominibus creditorum , totum describendum est calculari debet , num. 17.

18 *in Legitima attenditur tempus mortis patris .*

19 *Legitima non augetur , neque diminuitur ex augumento , vel diminutione bonorum hæreditariorum postea secuta .*

Legitima commensurari debet secundum quantitatem bonorum , quæ erant tempore mortis patris , numero 19.

20 *Confessio dotis receptæ regulariter tertio præiudicare non debet .*

21 *Dotis confessio præiudicat confitenti , illius etiam creditoribus , & tertiis quibuscumque quoties promissio præcesserit , & vide nu seqq.*

22 *Promissio præcedens sola non sufficit ad probandam receptionem dotis simplicitèr confessatæ , sed etiam coniecturæ requiruntur .*

Confessio dotis receptæ non probat numerationem , etiamsi præcesserit promissio , sed requiruntur etiam coniecturæ eamdem numerationem persuadentes , vide nu 20. 21. & 22.

23 *Quod Matrimonia non soleant contrahi sine dote , non sufficit pro inducenda veritate confessionis dotis receptæ .*

24 *Confessio dotis receptæ vaga , & in confuso non probat numerationem eiusdem dotis sub certis qualitatibus promissæ , & num. seq.*

Confessio dotis receptæ discrepans ab instrumento , vel non concordans cum qualitatibus illius præsumitur simulata , & suspecta , nu. 24. & seq.

Quietantia vaga , & confusa , nec conformis instrumento obligationis præsumitur simulata , & suspecta , nu. 24.

26 *Fideicommissarius ad quem bona peruenerunt iure fideicommissi , non potest illa ex alio titulo retinere .*

Retentio non datur pro credito diuerso à titulo , pro quo quis bona recipit , nu 26.

27 *Retentio ratione hypothecæ conceditur stante nullitate sententiæ , secus autem si eadem sententia fuisset iniusta , & num. seq.*

28 Re-

28 *Retentio contra sententiam iudicis, & decisiones Rotæ non conceditur.*
Retentio iniusta permittenda non est, nu. 28.
29 *Commissio Signaturæ iustitiæ obtenta lite pendente, non alterat resolutionem incboati, vel expediti negotii.*
30 *Commissionis rescriptum attenditur, non autem quod fuit in commissione petitum.*
Commissio prout de iure quid operetur, nu. 30.
Retentio non datur pro credito turbido, nu. 30.

DECISIO CLXIV.

MAGDALENA tamquam in conditione posita in fideicommisso Nicolai Cuccii eius Aui, & à statuto Vrbis vocata, immissa fuit in possessionem medietatis, quam Gabriel eius pater distraxerat in Siluestrum de Blanchis, sed comperto quod hanc eamdem domum fideicommittens reliquerat Franciscæ, & Artemisiæ filiabus, & quod hæc medietas fuerat à fratribus assignata
1 loco legitimæ † euaserat libera, *per tex. in leg. quoniam in prioribus, C. de inoff. test.* Iudex secundæ instantiæ priorem sententiam reuocando, manutentionem concessit Siluestro emptori. Cùm verò huic primæ sententiæ iudicatum Rota approbasset binis decisionibus coram me sub die 5. Aprilis 1666. * & 28. Ianuarii præteriti: Hinc impetrata noua audientia, nec illis amplius impugnatis pro recessu, duo nouitèr excitata sunt motiua, videlicet quod hæc medietas domus longè excederet portionem le-
2 gitimæ competentis Artemisiæ; † ideoque in parte excedente substineretur grauamen fideicommissi, *ad tex. in l. scimus, §. cum autem, C. de inoff. test.* ibi, *Reliquum autem quod post legitimam portionem restat, tunc restitui, quando Testator disposuit, cum aliis congestis per* Rota apud Merl. *de pignor. decis.* 110. *num.* 5. *vers. eo tamen, & in Romana transactionis* 10. *Decembris* 1662. §. *verum non factis coram Eminentiss. Card. Celso*. Quodque Magdalenæ competeret retentio dotis maternæ, ex credito, ad quod tenebatur hæreditas Gabrielis sui patris; sed vno, & altero in iure, & in facto parum subsistente Rota censuit non esse à decisis recedendum.

Deficit enim primum suppositum, quod medietas domus assignata Artemisiæ excederet portionem legitimæ illi competentis; quia dici non potest constare de excessu
3 † antequam ex statu hæreditatis Nicolai modis legalibus firmata dignoscatur quantitas ad quam ascendit portio illi debita, ex deductis per Mangii *de imput. qu.* 9. *nu* 53. & 55 *vers. respondetur*, quem firmandum debuisset præcedere
4 confectio inuentarii † legitimi cum successiua æstimatione bonorum à peritis communitèr electis, vt practicatum fuit *in dec.* 200. Vbaldi Senioris, *& alibi passim*.

In præsenti vero nil, aliud affertur quàm depositiones trium testium ad perpetuam rei memoriam ab ipso Siluestro inductorum, qui solùm dicunt Nicolaum Crucium
5 possedisse domos, & duo loca montium; † sed non coarctant negatiuam, quod tempore mortis alia bona non reliquerit; quamobrem licèt ex possessione de præterito benè
6 arguatur ad illius continuationem in futurum, † hoc tamen procedit affirmatiuè, & non taxatiuè, ita vt argumen
7 tum patrimonii † interdicatur, vt inquit *Imperator in l. si defunctus, C. arbitr. tut.* & facit alter *text. in l. vero, §. deficientium, ff. de muner. & bonor.* Vrget enim præsumptio, quod
8 quis potiùs lucretur, † vt quàm depauperetur, Bart. *in l. ex diuerso, §. si in iudicio n.* 5. *ff. solut. matr.* Alex. *cons.* 75. *n.* 19. *lib.* 9. Socc. Sen. *cons.* 24 *nu.* 41 *lib.* 1. *cum aliis in dec.* 175. *n* 3. *par.* 4. *rec. & in dec. Buratti* 42. *nu* 2. Concurrente maximè, quod dictus Nicolaus erat industriosus, ac magister in arte cæ-
9 mentaria, † quod pro incremento facultatum solet ponderari, *ex tex. in l. semper, §. negotiatio, ff. de iur. immunit.* ac ponderant Soccin. & Rota *loco c. t.* & re vera fuisse potentia augendi proprias facultates, demonstrant credita ab hæredibus exacta post illius obitum, quorum non meminerunt testes prædicti.

Nec releuat, quod alter ex dictis testibus in hac causa repetitus videatur coarctare negatiuam his verbis: *Sò bene che viuente non possedeua altro, che li beni detti di sopra, che se haueffe posseduto altro io lo saprei, come quello che habita-*
10 *uo, e pratticauo in casa sua*, † præterquam enim ex aliis prætendentibus verbis: *Io non sò, che cosa lasciasse Nicolò nella sua hæredità*, depræhendi potest hunc testem non intellexisse coarctare negatiuam vsque ad tempus mortis; & meritò cum hoc facere non potuisset absque suspicione deponendi falsum, quia negatiua potest quidem coarctari ad breue tempus; † sed impossibile est, quod il- 11
la coarctaretur ad tempus indefinitum, vt ex Innoc. & Angel. & Bald. concludit *cons.* 105. *nu.* 14. *vol.* 3. dictum illius propter vnicitatem nullum constituere potest gradum probationis, non obstante quod in primo examine ad perpetuam rei memoriam fuisset à Siluestro inductus; ex sola enim inductione, licèt persona testis approbetur, † non 12
tamen approbatur illius dictum, quod inducens ante publicationem † ignorabat, vt docet Bald. *in cap. in nostram* 13
nu. 4. *de testib.* & voluit Rota apud Seraph. *dec.* 1249. *nu.* 4. *& in Vercellen. Canonicatus* 31. *Maii* 1600. *cor. Iusto*, licèt secus esset si illorum depositiones iam publicatas in iudicium † produxisset, iuxta communem distinctionem, de 14
qua Honded. *cons.* 84. *n.* 49. *&* 50. *lib.* 2. *& per* Add. *ad dec. Ludouis.* 215. *nu.* 9. qui testatur de † stylo Rotæ, cui assen- 15
tit *dec.* 344. *nu.* 20. *&* 21 *par.* 9. *rec.*

Augebant hæreditatem Nicolai mobilia ab iisdem testibus recensita, quæ non subsistit fuisse inter partem dotis tradita Artemisiæ, dum contrarium demonstrat ipsius in strumentum dotale, & multò minus præsumi debent consumpta, † quia hæc præsumptio deriuans à diuturnita- 16
te temporis, non cadit quando vt hic agitur de firmando statu hæreditatis de tempore obitus testatoris, † in quo 17
vltra immobilia, quidquid hæreditati accedit siue in mobilibus, siue in pecuniis, siue in nominibus creditorum describendum, & calculandum est, *ad text. in quantitatem ff. ad l. Falcid.* cumque in legitima, vt dictum est, attendi debeat † tempus mortis patris, *l. cum quæro, ff. de inoffic.* 18
test. illa non augetur, nec diminuitur propter augmentum sed diminutionem facultatum; † sed commensurari debet 19
secundum quantitatem bonorum, quæ erant dicto tempore, *tex. in l. etiam §. si patronus, in l. si patronum, §. fin. & in l. si patroni, §. si ex bonis, ff. de bon. lib.* Iason. *in Auth. nouissima num.* 5. *& duobus seqq. C. de inoff. testam* Salicet. *in l. scimus §. repletionem, nu.* 6. *eodem tit. cum aliis per* Paris. *cons.* 45. *nu.* 35. *& seqq. lib.* 2.

Deficit etiam alterum motiuum fundatum in prætensa retentione pro credito dotis Angelæ, ad cuius restitutionem erga Magdalenam communem filiam tenebatur hæreditas Gabrielis venditoris; Quandoquidem valde dubitatum fuit de subsistentia huius crediti fundati in sola confessione de recepto, † quæ regularitèr non debet ter- 20
tio nocere, *gloss. in leg. assiduis, C. qui potior. in pignor. habeantur.*

Et licèt quando illi præcessit promissio dotis per instrumentum publicum, vel per apocam trino teste munitam, † non solùm præiudicet ipsi confitenti, sed etiam credito- 21
ribus, & tertiis quibuscumque, Castr. *in l.* 1. *circa fin. vers. quatenus est, ff. solut. matr.* cum aliis relatis per Afflict. *dec.* 402. *n.* 9. *vers. sed in contrarium, & dec.* 62. *nu.* 3. Ludouis. 124. *n.* 3. *par.* 2. *rec.* Nihilominus nec ipsa Rota, nec Authores in diuersis resolutionibus adducti hoc ex promissione solùm determinarunt, † sed semper illi adiecerunt alias 22
coniecturas veram numerationem persuadentes, *vt in dec.* 263. *par.* 4. *diu.* 524. *par.* 2. 15 *sub n.* 3. *par.* 4. 24. *n.* 5. *par.* 7. *rec. dicta dec.* 62. Ludouis. *nu.* 6. *in dec. Merlin.* 652. *nu.* 5. *& aliàs sæpissimè.*

Sed in præsenti vltra generalem coniecturam, quod regulariter matrimonia sine dotibus non contrahantur † 23
nulla alia affertur; imò ex ipsa apoca promissionis potius contraria deducitur; nam in illa scuta 75. tradi pro mittuntur in acconcio, & reliqua scuta 250. ad sexennium, & quolibet anno ratam partem, in confessione verò de recepto nulla fit mentio de primis scutis 75. soluendis pro acconcio, nec minus de solutione quotannis † fa- 24
cienda, sed in confuso fatetur Gabriel se recepisse scuta 400. in diuersis vicibus nulla facta quietantia, quapropter ob discrepantiam huius confessionis à promissione vel præsumitur simulata, vel saltem redditur suspecta, vt ponderat in terminis A ponte *cons.* 35. *n.* 18 *ac* Rota *in dec.* 67. *nu.* 5. Ludouis. 372. *n.* 8. *vers. eoque magis Reuerendissimi Rojas*, & in indiuiduo similis † confessionis in pluribus iu- 25
ribus apud Merlin. *dec.* 419. *nu.* 8. & 9.

Petitamque retentionem Domini vlterius excludebant ex eo quod hæc medietas peruenit ad Magdalenam ex titulo † fideicommissi, ideoque non potest illam reti- 26
nere pro credito diuerso, iuxta distinctionem, quam tradit Bartol. *in leg. si non sortem, §. si certum numer.* 8. *vbi* Bald. *num.* 3. Castrens. *num.* 5. *ff. de condition. indebit. idem* Castr. *in l. præsenti de pignor. action.* cum aliis plena manu congestis per Rotam *in Romana, seu Perusina donationis*

20. *Fe-*

20. Februarii 1663. §. à quo iuris rigore coram Reuerendissimo Gerunden. & in Romana fideicommissi de Alberinis 23. Iunii 1662. §. firmata ex prædictis coram R. P. D. meo Beulacqua.

Cumque immissio Magdalenæ à Iudice primæ instan-
27 tiæ non fuisset nulliter concessa, † quo casu facilius permittitur retentio ratione hypothecæ, ad tradita per Surdum *dec. 36. nu. 2. & 14.* Sed iniustè vt Iudex secundæ instantiæ, & etiam Rota binis decisionibus id resoluit,
28 ideo nullo modo permittendum est, quod in hac † iniusta detentione se confirmet, vt distinguendo tradit Card. Caual *dec. 538. nu. 8. vers. sed responsum fuit.*

Nullum denique fundamentum fuit in commissione
29 impetrata lite pendente † non debet resolutionem incoati, & ferè expediti negotii alterare, iuxtà *Constit. Imperatoris in Nouella 113. Authent. in med. lit. non fieri sacr. iuss.* quod etiam colligitur ex alia *Authent. vt iudices non expect. sacr. iuss.* animaduerterunt DD. quod ex illa committitur quidem causa consecutionis dotis, non autem retentionis, licèt hæc fuerit in narratiua expressa, cùmque
30 mandet commissio procedi, prout de iure † clarum est, quod ex turbiditate crediti dotalis ex præmissis ponderata nulla pro illis compere potest retentio, Rota cor. Reuerendissimo Royas *dec. 131. nu. 2. & aliis adductis decis. 129. nu. 5. par. 11. rec.*

Et ita vtraque &c.

Altera ex supradictis duabus Decisionibus præsenti causæ, ea nempe emanata sub die 28. Ianuarii proximè præteriti est supra in hac eadem parte dec. 10. Altera verò quia non habetur impressa, erit in Appendice Decisionum prætermissarum, inferiùs verò in hac eadem parte alia est in eadem causa Decisio cor. eodem Eminentiss. Card. Carpineo sub die 6. Febr. 1668. quam suo pariter ordine inuenies.

R. P. D. VARESIO.

Postea Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in præsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Ariminen. Successionis.

Veneris 9 Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Renunciatio propter dotem facta à matre sub amplissimis, & vniuersalibus clausulis comprehendentibus etiam ius suorum filiorum, repellit filios à consecutione bonorum renunciatorum, quamuis illi ex propria persona venirent, dummodò tamen sint hæredes ipsius matris; Quando autem in huiusmodi renunciationibus tollatur defectus insinuationis ex forma Constitutionis Ægidianæ requisitæ, ex sequenti Summario, & ex ipsa Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua vulneratur per sententiam, & ordinariè egendum est.*

Immissio non conceditur in secunda instantia stante sententia absolutoria, sed iudicio ordinario agitari debet, nu. 2.

2 *Immissio in bonis hæreditariis non conceditur stante renunciatione facta.*

Nepotes non possunt cum Auunculis concurrere ad successionem Auiæ mediante renunciatione matris, num 2. & 3.

Renunciatio matris, in qua fuit expressè deductum ius filiorum, etiam ipsis filiis præiudicat, num. 2.

3 *Filius ex renunciatione matris amplissimis verbis concepta excluditur, etiamsi mater prædecesserit illi de cuius hæreditate tractatur.*

Repræsentationis ius non competit filiis ex persona matris, quæ successioni sub amplissimis verbis renunciauit, nu. 3.

4 *Filii eo minus aspirare possunt ad bona per matrem renunciata, si fuerint illius hæredes, & num. 9.*

Hæres non potest impugnare factum defuncti, numer. 4.

5 *Renunciatio matris si comprehendat etiam ius hæredum cum pacto iurato, tunc eo minus potest filius hæres matris contra d. ctam renunciationem venire & num. 9.*

6 *Filius hæres matris cum beneficio legis, & inuentarii non ideo potest impugnare renunciationem à matre factam, & nu. 9.*

Hæres cum beneficio legis, & inuentarii tenetur seruare factum defuncti, donec per ipsum non fuerit reddita ratio de bonis hæreditariis, nu. 6

7 *Insinuatio requisita ex forma Constitutionis Ægidianæ præsumitur interuenisse ex lapsu temporis annorum 30.*

8 *Renunciatio, quæ non sit merè gratuita, sed correspectiua ad causam dotis receptæ non indiget insinuatione.*

Insinuatio ad formam Constitutionis Ægidianæ non requiritur in renunciatione facta ob causam dotis, num. 8.

9 *Renunciatio facta à matre ex causa dotis receptæ nocet filiis etiam ex propria persona venientibus, & quando, vide etiam supra num. 2. cum sequentibus.*

10 *Verba vniuersalia, & amplissima in renunciatione apposita nullam patiuntur restrictionem, sed comprehendunt omnia bona, iura, & actiones.*

11 *Immissionis in iudicio non attenditur exceptio læsionis.*

Læsio non consideratur in renunciatione facta super iure incerto, & quærendo, nu. 11.

Læsionem non continet renunciatio facta pro conseruatione domus, & familiæ, num. 11.

12 *Renunciatio donec fuerit per tres sententias rescissa, semper repellit renunciantem, eiusque hæredes à quocumque remedio possessorio.*

DECISIO CXLV.

IVLIA de Bandis ex causa dotis sibi constitutæ in scutis 3750. ad effectum contrahendi matrimonium cum Hieronymo de Hippolytis anno 1619. cum decreto Iudicis, præsentia, & consensu Hortentiæ Matris, aliisque solemnitatibus, renunciauit omne ius, quod sibi, & filiis competere potuisset in bonis tam paternis, quàm maternis ad fauorem Comitum Malatestæ, & aliorum fratrum de Bandis, per hæc verba fecit finem, & renunciationem &c. *de bonis propriis, & emphiteuticis &c. paternis, maternis, fraternis, & cuicumque alterius generis &c. & de omni, & toto eo, quod vllo vnquam tempore d. Iuuenis, & eius liberi, & descendentes prætenderent, & quomodolibet prætendere possent, seu posset tam in re, quàm in spe, tam ex causis supra expressis, quàm ex alia quacumque causa &c. itaut dicta Iulia, & sui sint perpetuò exclusi sine vlla spe quidquid vlterius pretendi cum clausula ad habendum &c Summario illorum de Band:s nu. 1.* Soluto autem per obitum viri matrimonio superstitibus Octauiano, & Hieronymo filiis ex eo matrimonio nascituris fauore eorum fratrum de Bandis iterum omne ius abdicauit tam quoad hereditatem parentum, quàm quoad illas fratrum ex causa præsenti, & de futuro, & ex quacumque alia ratione, vel causa cum pacto iurato nihil aliud prætendi, *eodem Summ. nu. 2.* susceptis verò ex huiusmodi matrimonio aliis duobus filiis, nempe Georgio, & Iulio de Diotalleuis extremum vitæ diem clausit; & mortua deinde Hortentia eius matre illi de Hippolytis, & Diotalleuis filiis dictæ Iuliæ ex primo, & secundo matrimonio iudicium in partibus instituerunt super immissione in bonis hæreditariis d. Hortentiæ eorum Auiæ contra Malatestam, & alios de Bandis, qui tamen post sententiam fuerunt absoluti ab impetitis; At in gradu appellationis causa mihi commissa, & propositum dubium, An dd. Hippolytis, & Diotalleuis esset danda immissio, & Domini negatiuè responderunt.

Siqui-

Siquidem ex sententia contra ipsos lata in partibus
1 remansit vulnerata via executiua † Ita vt iudicio tantum ordinario agendum sit, Argel. *de legit. contrad. qu. 2.art.6.num.*199. Zachia *de obligat.Cameral. quæst.*37. *num.* 23.Rota penes eumdem *decis.*58.*num.*1.& 2. & *decis.* 78. *num.*1.*coram* Coccin.& *in recent.decis.*245. *num.*10.*par.*11.

Imò circumscripto etiam effectu sententiæ prædictæ visum fuit denegandam esse immissionem, quia illis obstant amplissimæ renunciationes Iuliæ matris, quæ
2 prodierunt ad fauorem illorum de Bandis, † in quibus cum fuerit expressè deductum ius filiorum, & hæredum, non valent ipsi in concursu Auunculorum ad successionem Auiæ aspirare, ad tradita per Bart. *in l. qui superstitis num.*2 *vers.si autem veniret ,ff. de acq. hæred.* Surd.*consl.*355.*num.*39.& 41.Faber *in Cod. lib.* 2. *art.*3.*diffinit.*14.*num.*13.& 14.*de pactis* Mart.*de success. legal. part.* 2. *quæst.*14.*art.*2.*num.*11.Peregr *de fideicommiss.art.* 52. *num.* 97.Rota *in Bonon.de Dulphis* 2.*Decembris* 1644.§. *nam respectu, vers.sed in renunciatione,*& §.*seq.coram Reuerendiss. Imolen.in Cesenaten.Bonorum* 17.*Martij* 1656.*in princip. coram R.P.D.Albergato,*& *in Ariminen. Bonorum* 24. *Maii* 1660.§.*cui renunciationis coram R.P.D. meo Beuilacqua.*

Quæ quidem renunciationes adeò generalibus verbis conceptæ tale filijs præiudicium intulere, vt licet Iulia renuncians prædecesserit Hortentiæ, de cuius hæredi-
3 tate agitur, † tamen illis fuit præclusus aditus ad successionem superstitibus Malatesta, & alijs fratribus de Bandis, à quibus tamquam defunctæ proximioribus excluduntur, & ideò cessante edicto successorio, solùm possent venire repræsentando Matrem, ex cuius persona propter prædictas renunciationes repelluntur, Alex. *cons.*75.*num* 14.*vers.*& *ideo lib.*1.Paris *consil.*94.*num.*33. *lib.* 3.Surd.*consil.*355.*num.*44.*lib.*3.Thes *quæst.forens.lib.* 2. *qu.* 90.*num.*18. & 20. vbi latè discusso articulo reprobat DD. contrarium tenentes, Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*2. *quæst.* 11.*num.*13.Andreol.*contr.*407.*num.* 22.

Præsertim quia tam Hippolyti, quàm Diotalleui ex primo, & secundo matrimonio procreati sunt hæredes
4 Iuliæ renunciantis, quo casu † eo minus factum defunctæ Genitricis valent impugnare per *text. in l. cum à matre, C. de rei vendicat.* Fulgos. *consil.*67. *num.* 3. Rota coram Eminentiss.Cardin.Otthobon.*decis.*100.*num.*14.& *in Bononien. fideicommissi* 16.*Nouembris* 1640.§.1.*coram Cardin. Verospio*, & in his præcisis terminis, quod filij non possint venire contra renunciationem Matris si sint eius hæredes, quoties in renunciatione fuit deductum ius
5 hæredum, † cum pacto iurato nihil aliud petendi, probant ex theorica Bald. *in l.qui patris num.* 12. *vers.aut renunciat, C. vnde liberi*, Rub. Alex. *consil* 42.*num.*6.*in fin.* Surd.*d.consil.*355.*num.*40.Peregr.*consil.*85.*num.* 8.*lib.*5.& *de fideicomm.art.*52.*num.*93.Andreol.*dicta contr.* 407. *num.*20. & 21.Rota *in Ariminen. Bonorum* 24.*Maij* 1660.§.*cuius renunciationis coram R.P.D.meo Beuilacqua*, & *in Rauennaten. hæreditatis* 24.*Ianuarii* 1661. §. *vtrum quatenus in princip.coram R.P.D.meo Albergato* Idque etiam procedit, licèt adiuerint hæreditatem cum beneficio legis, & in-
6 uentarij, † quia quousque per eos non fuerit reddita ratio de bonis in inuentario descriptis, tenentur seruare factum defuncti, Rota coram Eminentiss. Otthobon. *decis.* 107. *num.*5.& *seqq.* & *in Bononien. de Dulphis* 2. *Decembris* 1644.§. *nec facit coram Reuerendissimo Imolen.*

Nec obstat, quod renunciationes prædictæ ob defectum insinuationis per Constitutionem Ægidianam re-
7 quisitæ vitio nullitatis obnoxiæ remanserint, † quia per lapsum triginta annorum præsumitur illam interueniſſe, Rota coram Put. *decis.*132.*num.*1.*lib.*2.*in correctis*, Caual. *decis.* 575. *num.* 11. & *in Firmana bonorum* 7 *Iunij* 1662. §. *non obstat coram Reuerendiss D. meo Decano*; tum etiam, quia dictæ renunciationes non fuerunt merè gratuitæ,
8 sed correspectiuæ, & ob causam dotis receptæ, † quo casu, etiam deficiente insinuatione substinentur Alex. *cons.*167.*num.*10.*lib.*7.Rota *decis.*292.*num.*33.*part.*6.*recent.* & *in Romana, seu Perusina donationis* 18. *Decembris* 1663. §. *maximè coram Eminentiss.Cardin.Celso.*

Ex qua renunciationum correspectiuitate alia potissima pro exclusione filiorum ratio desumitur; regulare enim est renunciationes factas à Matre ex causa dotis re-
9 ceptæ † nocere filijs, quamuis ipsi veniant ex propria persona, & mater decesserit antequam sit delata successio, dummodo in renunciatione facta nomine proprio, & filiorum mater dicat se contentam, cum pacto iurato de non succedendo, & filij sint matris hæredes, Roman. *in leg. qui superstitis num.* 7. *vers. quod limita, ff. de acq. hæredit.* Decius *consil.*81.*num.*7. Surd. *consil.* 355.*num.*43.Thes.*quæst.forens.lib.*2.*quæst.*90.*num.*15.Mart. *de success.legal.part.*1. *quæst.*11. *vers.* *vtrum negotio*, Andreol. *contr.*407.*num.*14.& *seqq.*& hanc opinionem tenuit Rota *decis.*399.*num.*11.*coram Royas*, & *in Cesenaten. bonorum* 17.*Martii* 1656. *in principio coram R.P.D. meo Albergato*, & *in Ariminen. bonorum* 24. *Maij* 1660.§. *non obstat*, *vers.nam cum renunciatio coram R.P.D.meo Beuilacqua.*

Minùs visum fuit subsistere, quod secunda renunciatio quoad iura filiorum fuerit restricta ad bona emphyteutica; Contrarium enim ex illius lectura apertè conuincitur, dum ea legitur facta *de iuribus*, & *actionibus ipsi Iuliæ*, *vel eius hæredibus*, & *successoribus* &c. *competentibus* &c. *in*, & *super quibuscumque bonis mobilibus*, & *immobilibus*, *proprijs*, & *emphyteuticis* &c. *generalitèr*, & *generalissimè de omni*, & *toto eo*, *quod ipsa Iulia*, *vel sui hæredes*, & *successores prætendere*, & *consequi possent contra*, & *aduersus eius fratres*, *ac bona*, & *hæreditates dictorum parentum*, & *fratrum*, & *quomodocumque*, & *qualitercumque*, & *quouis modo*, *iure*, & *via* &c. nulla in se de eis reseruatione facta &c. quæ verba tam effrenata non patiuntur restrictionem
prædictam; † sed sunt apta comprahendere omnia bona, iura, & actiones, *ad text. in l. bonorum, ff. de verb.signific.* Tiraquell. *in l.si vmquam, vers. bona num.* 8.*Cod. de reuocand. donat.* Rota *decis.* 390.*num.*1. *part.*9. *tom.*2.*recent.* 10

Exceptio demum læsionis ex eo deducta, quod Iulia pro augumento dotis in solis scutis 750. (cum alia scuta 3000. ei deberentur ex legato patris) renunciauerit opulentæ hæreditati matris, & fratrum visa fuit DD. non suffragari in hoc iudicio ad obtinendam immissionem,
† quoniam vltra quòd renunciationes fuerunt de iure incerto, & querendo pro conseruatione domus, & familiæ, quo casu nulla potest considerari læsio, Rota coram Eminentissimo Otthobon.*decis.*182.*num.*24.& *seqq.* Cessat tamen obiectum ex eo, quod prædictæ renunciationes donec non sint per tres sententias rescissæ † re- 12
pellunt agentes à similibus remedijs possessoris, Rota *decis.*86.*num.*9 *part.*6.*recent.* & *in Fauentina primogenituræ* 21. *Iunij* 1666. *coram R.P.D.meo Beuilacqua*, & *in Rauennaten. Bonorum* 7. *Iunij* 1666. §. *quoniam admissa coram R.P.D.meo Carpineo.* 11

Et ita vtraque parte informante decisum, &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Tudertina Bonorum.

Lunæ 12. *Decembris* 1667.

ARGVMENTVM.

Quia spolium numquam committitur à Iudice ritè, & rectè procedente. Ideò actiones spolij agere prohibetur ille, qui suas defensione, in primo Iudicio facere prætermisit, & eas in gradu appellationis tantummodò opposuit.

Possessio quæ per clausulam constituti transfertur in constitutarium, & tamen non aufertur à constituente, quomodò penes vtrumque remanere dicatur, ad materiam census cùm huiusmodi clausula impositi, & ad associationis Iudicium à creditore pro fructibus introductum.

SVMMARIVM.

1 *Associatio datur creditori census super bonis censitis vigore clausulæ constituti.*
2 *Census impositus super bonis liberis comixtis cùm bonis fideicommissi, substinetur super bonis liberis.*
3 *Immissio super bonis fideicommissi insimul vnitis cum bonis liberis*

liberis non conceditur, non facta prius probatione identitatis, quæ nam fuerint bona fideicommissi.

Amplia hoc idem procedere in bonis feudalibus insimul confusis cum allodialibus, ibidem.

4 *Spolium, vt intret illud verificari debet ex iisdem actis, non autem ex nouis.*

Sententia nullitas, vel iniustitia notoria requiritur ad hoc vt de spolio constare dicatur, num.4.

5 *Sententia valida, etiamsi sit iniusta non causat spolium.*

Reintegratio non conceditur per viam spolij aduersus sententiam validam, sed iniustam, num.5.

6 *Iudex ritè, & rectè procedens eo quod pars non deduxit iura sua excludentia intentionem actoris non dicitur spoliare.*

Possessio non dicitur amissa facta iudicis ritè, & rectè procedentis, sed ex contumacia rei, qui non deduxit iura sua, num.6.

Spolij actio non datur aduersus possessionem amissam non ex facto iudicis, sed ex contumacia rei conuenti, qui omisit deducere iura sua, num.6.

Retentio datur possessori immisso ex facto iudicis, etiam iniustè procedentis non tamen nulliter si hoc processit ob solam contumaciam rei conuenti, qui non deduxit iura sua, num.6.

7 *Possessio creditoris census metienda non est à solo die obtentæ associationis, sed à die constituti.*

Constitutum transfert omnimodam possessionem in constitutarium, num.7.

8 *Associatio non est adeptio nouæ possessionis, sed illius confirmatio in constitutarium.*

Constitutarius dicitur habere possessionem per actum fictum, & ideò petendo associationem, acquirit illius confirmationem per actum verum, num.8.

9 *Associatio datur constitutario pro continuatione possessionis ad remouendum impedimenta.*

10 *Dominium, & possessio fundi censiti per constitutum non transeunt in constitutarium, intellige vt num. seqq.*

11 *Possessio ciuilis per constitutum transfertur in constitutarium, & quomodo num. seqq.*

Clausula constituti quid operetur, numero 11. & sequentibus.

12 *Census impositus cum clausula constituti, quam transferat possessionem in censuarium, & quam penes imponentem relinquat, & supra numero 10. cum seq.*

13 *Censuarius vigore possessionis ciuilis acquisitæ per constitutum potest capere possessionem naturalem propria auctoritate.*

Associationem multò magis petere potest censuarius vigore clausulæ constituti, qui potest capere possessionem propria auctoritate, num.13.

14 *Prohibitio alienationis adhoc, vt bona remaneant in familia in memoriam testatoris an dicatur inducere fideicommissum.*

Familiæ vtilitatem, continere debet prohibitio testatoris ad hoc, vt fideicommissum inducat, non autem solam inanem memoriam eiusdem testatoris, numer.14.

15 *Prohibitio alienationis quandò impediat census impositionem, & supra num 14.*

Prohibitio alienationis etiam facta in perpetuum, non semper inducit fideicommissum, num. 14. & 15. vbi de ratione.

16 *Plenæ confectio non conceditur iniusto possessori.*

Remissoria non datur possessori vitioso, num.16.

Possessor vitiosus in sua possessione confoueri non debet, num. 16.

DECISIO CXLVI.

CONCLVSVM fuit confirmandam esse decisionem coram me æditam 3. Decembris * anni proximi præteriti 1666. in qua firmatum fuit constare de bono iure Societatis ad effectum manutentionis in possessione bonorum de quibus agitur contra Cælios ad quos eadem bona ex posteriori titulo venditionis peruenerant, nec obstare exceptionem nullitatis Census ab eis appositam vigore ass. fideicommissi, cuius prætextu obtinuerant reintegrationem ab A C.

Etenim ius Societatis visum est clarum, & indubitatum ex Instrumento venditionis Census de anno 1598. supra dictis bonis impositi à Baldutio Carduino fauore Francisci de Aptis Auctoris Societatis cum amplissima clausula constituti, † cuius vigore Anno 1631. rectè, 1
ac iustè concessa fuit associatio Societati pro fructibus septem annorum, & vsque decursis, & imposterum decurrendis Cenc. de Cens. *quæst.* 94. *num.* 13. Rota *post illum decis.* 42. *num.* 2. *cum alijs in decis. quæ reuidetur*, §. *bonum ius.*

Nec subsistere visa fuit opposita nullitas impositionis huiusmodi Census sub prætextu, quod bona censita subiecta essent ass. fideicommisso, siquidem ex ipso testamento fideicommittentis apertè constat Baldutium Census Impositorem possedisse bona propria in tenuta Montis Albani penitus diuersa à bonis testatoris, dum *iure legati* sunt verba testamenti reliquit eidem D. Baldutio *omnia petia terrarum, & bona, quas & quæ dictus testator habet à medietate loci ad modum vialis versus Castrum Confinii*, ita vt dictus locus ad modum vialis diuidat bona ipsius testatoris, ibi conticua & vnita inter dictos Baldutium ex vna, & Iosephum ex altera, &c. & infra: *Item aliud petium terræ, arundinatum cum furni medietate, quæ inest inter bona d. Baldutii*, ex eo autem quod impositor Census haberet in loco censito bona propria ipsius libera duo consequuntur ad bonum Ius Societatis confouendum licet cum eis adessent alia commixta, vt per Cælios prætenditur subiecta ass. fideicommisso.

Alterum quod Census substinetur super bonis quæ sunt libera imponentis, † idque licet imponens designa- 2
uerit fundum per confinia continentia alia bona non libera Greg. *decis.* 225. *num.* 1. *vbi* Add. *num.* 16. Cenc. de Cens. *quæst.* 20. *num.* 7. *iuncto num.* 9 & probant adducta *in decis.* quæ reuidetur §. *neque iustitiam* quibus addi potest Marescott. qui materiam copiosius explicat *Var. lib.* 1. *cap.* 72. *num.* 1. *& per totum.*

Alterum quod stante huiusmodi permixtione non potuerunt Cælij admitti ad possessionem vigore ass. fideicommissi † non facta priùs indiuiduali probatione iden- 3
titatis, per quam resultaret plena certitudo distinguens quænam essent bona prætensa subiecta ass. fideicommisso, & quæ libera, vt in simili de bonis prætensis feudalibus admixtis cum allodialibus latè Surd. *cons.* 151. *num.* 49. *cons* 410 *num.* 27. *ad fin. & num.* 28. Rota *in decis. quæ reuidetur in dicto* §. *Neque iustitiam*, & vltra ibi allegat pleniffimè Gratian. *alios adducens discept.* 736. *à num.* 6. *vsque ad* 67.

Præsertim cum in iudicio associationis non fuerit per Cælios oppositum de fideicommisso & ipsi postea egerunt ad reintegrationem sub prætextu spolij, † quod 4
non intrat nisi de nullitate, vel notoria iniustitia constet ex eisdem Actis adeout non sufficiat si constet ex nouiter deductis, vt verbis expressis firmat, Rota apud Duran. *decis.* 454. *num.* 4 *coram* Cavaler. *decis.* 5. *num* 2. vbi quod licet ex nouiter deductis sententia detegatur iniusta, † si tamen est valida non dicitur quis spoliatus, vt 5
debeat reintegrari *& in recent decis.* 646. *num.* 1. *part.* 2. *& decis.* 270. *num.* 20. *part.* 9 Quando enim Iudex ritè, & rectè processit, eo quod pars conuenta non deduxit iura sua excludentia intentionem Actoris † possessio non dicitur 6
amissa facto Iudicis, sed rei Conuenti, & ob illius contumaciam, & ideò non est locus remedio possessorio ad impediendum exceptiones Immissi quo minus ex eis possit habere retentionem, vt plenius explicat Alex. *in l.* 3. §. *fin. num* 27. *&* 28. *ff. de acquir. possess. vbi etiam* Herculan. *num.* 33. Neguf. *de pignor. in* 2. *memb.* 3 *quæst. num.* 20. *cum seqq. & signanter num.* 22. *& benè distinguendo* Rota *decis.* 117. *num.* 9. *&* 10 *part.* 4 *tom.* 2. *recent. repetita post* Mangil. *de subhastat. decis.* 54. *num.* 6. *apud* Cavaler. *decis.* 539. *num.* 10. *& fuit dictum in Romana subhastationis* 7. *Iunii* 1651. § *fin. coram bon. mem. Bichio.*

Neque vero iusta, & anterior possessio Societatis vllo pacto controuerti potest, ea enim metienda est non à tempore associationis. Sed à die constituti, † & ratio 7
est quia Constitutum transfert omnimodam possessionem in Constitutarium, *leg. quædam Mulier, & ibi* Gloss. *verb. possessionem*, *ff. de rei vendicat. l. quod meo nomine*, *ff. de acquir. possess. cum alijs per* Rota apud Eminentiss. Otthobon. *decis.* 191 *num.* 1. *part.* 10. *recent.*

Associatio autem non est adeptio nouæ possessionis, sed illius confirmatio in Constitutario per † modum ve- 8
rum, quam habebat per modum fictum Thesaur. *decis.* 38. *num.* 1. Adden. ad Gregor. *decis.* 437. *nu.* 5. Adden. ad

Buratt.

Buratt. *decis.* 179. *litera A.* Rota ad Posth. *de manut. decis.* 141. *numero* 5. *vers. nec obstat* , *& numero* 6. vbi quod associatio datur pro continuatione †
9 possessionis ad remouendum impedimenta apud Buratt. *decis.* 423. *num.* 6. vbi quod associatio Constitutarijs datur tanquam possidentibus , & quod ita quotidiè practicatur.

Licet enim dominium , & possessio fundi censiti
10 non transeat, † per Constitutum in Constitutarium ex deductis *in prima decis. §. nam bonum ius* , *& in Romana associationis* 23. *Martij* 1667. *coram me* ; Id tamen procedit quoad detentationem actualem, quæ remanet penes imponentem non autem quoad pos-
11 sessionem ciuilem † hæc enim per Constitutum transfertur in Censuarium pro consecutione fructuum, & obseruatione contractus , & dat illi facultatem insistendi in fundo censito , & hoc modo trahendi in se naturalem contra imponentem eiusque Successores , etiam singulares detinentes , vt pluribus probatur , Aretin. *cons.* 21. *numero* 4 *vers. his tamen non obstantibus* , *& num.* 5. *quem alijs relatis sequitur*, Menoch. *de adipiscen. remed.* 5. *numero* 190. & in ter-
12 minis † Census Rota *decis.* 338. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* vbi quod Censuarius vigore ciuilis quæsitæ per Constitutum potest capere possessionem naturalem
13 propria auctoritate , † & ideò multo magis petere associationem , quam citat, & sequitur Rota *in Romana Census* 26. *Iunij* 1647. *§. Sed quia coram bon. mem. Bichio* , quæ proinde secundum prædictam venit intelligenda , sicuti alia deducta *in decision. quæ reuidetur* , *& in dicta Romana associationis coram me.*

His ita firmatis visum est non esse opus ad trutinam reuocare articulum in decisione firmatum super nullitate fideicommissi cuius resolutio pendet ab eo, an ratio adiecta prohibitioni alienationis à Testatore per hæc verba . *Et hoc ideò fecit quia voluit dicta bona dictumque fortalitium in familia perpetuo permanere in dicti Testatoris memoriam totum*, *& integrum*,
14 † dicatur respicere vtilitatem familiæ , vt requiritur ad hoc vt prohibitio dicatur vestita , vel potiùs indiuisibilitatem bonorum ad inanem memoriam testatoris , quæ tanquam inutilis , & vana non possit ad prohibitionem vestien. & inducendum fideicommissum , vt probant adducti *in decisione quæ reuidetur* , *& vltra ibi allegatur* Petr. *de fideicommissi qu.* 1. *numero* 44. Rota *decis.* 358. *numero* 28. *part.* 10. *recent.* vbi quod procedit etiamsi prohibitio sit facta
15 in perpetuum , & in his terminis † ad effectum impediendi Census impositionem , Gregor. *d. decis.* 225. *numero* 6. Marescott. *var. dicto lib.* 1. *cap.* 72. *numero* 5.

Attenta autem legitima possessione Societatis ex qua redditur vitiosa illorum de Cælijs nec pariter visum fuit opus deuenire ad confectionem plantæ quam isti petebant in faciem loci pro distinguendis bonis liberis Baldutij Impositoris Census ab alijs aff.
16 fideicommisso subiectis † cum Remissoria concedi non debeat vitioso possessori ad se diutiùs in spolio confouendum Caput. *decis.* 3. *de dilat.* Verall. *decis.* 63. *numero* 2. *part.* 3. Buratt. *decis* 66. *& decis.* 800. *vtrobique num.* 1.

De quibus , & alijs latiùs in prima decisione deductis , quæ DD. placuerunt resolutum fuit pro illius confirmatione.

Vtraque &c.

Decisio 3. Decembris 1666. sic vt supra in hac eadem causa emanata coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Carpineo habetur , impressa in præcedenti parte 14. decis. 508. infra verò sub die 15. Iunij 1668. erit altera eiusdem causæ Decisio duarum præcedentium confirmatoria suo pariter ordine opponenda.

R. P. D. TAIA.

Cabilonen. seu Meleuitana Commendæ.

Lunæ 12. *Decembris* 1667.

ARGVMENTVM.

Quamuis mors omnia soluat , ea tamen malignissima est natura litium , vt neque illæ per mortem finiantur, præsertim Beneficiales ; in quibus si appellatur ad Papam non habent locum stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ , vel alia statuta huiusmodi , quod duæ sententiæ debeant executioni demandari ; Quomodo autem interpretari debeat Gratia Summi Pontificis, quod Commendatarius debitor eiusdem Religionis alioquin incapax, possit nouam optare commendam ex sequenti Decisione , & summario videbis.

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur finita per mortem colligitantis* , *& num. seqq.*
Mors omnia soluit , *num.* 1.
2 *Beneficiati morte lis non dicitur finita si alter cuius interfit litem prosequi velit.*
3 *Beneficium litigiosum, donec durat lis de iure conferri non potest.*
4 *Collatio Beneficij litigiosi ad quem pertineat* , *futurus declarat euentus.*
5 *Lis numquam finitur nisi per sententiam.*
Lites malæ sunt, malignæ, malesicæ, & pestilentes; peioresque tamen Beneficiales, num. 5.
6 *Stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ* , *quod duæ sententiæ habeant executionem declarantur* , *& num. seqq.*
7 *Sententiarum executio concessa à stabilimentis Religionis Hierosolymitanæ non obstante appellatione non habet locum si appellatum fuerit ad Papam* , *& num.* 8.
8 *Appellatio ad Papam non tollitur* , *neque adimitur*, *per quamcumque consuetudinem* , *& præscriptionem in contrarium.*
9 *contra Confessionem propriam quempiam venire indignum esse iudicatur.*
10 *Aduerbia*, donec, & interim *coniuncta cùm verbis* ita tamen *faciunt conditionem saltem successiuam* , *& resolutiuam.*
11 *Legatum factum cùm aduerbijs* , donec , & interim, *pro præsenti tempore est purum* , *deinde verò conditionale.*
12 *Verba*, ita tamen *sint nè potius modalia, quam conditionalia, & supra, num.* 10. *cum seqq.*
Modus , *& conditio similes sunt inspecto exitu*, *numero* 12.
13 *Medico opus est malè habenti* , *non autem bene valenti.*
14 *Gratia non prodest non seruato modo in ea expræsso.*
15 *Soluere aliud est* , *aliud verò mandatum de soluendo.*
Solutionem non importat mandatum de soluendo, quod non fuit effectuatum, num. 15. *&* 16.
Prouisio differt à mandato de prouidendo, num. 15. *&* 16. *vbi amplia.*
16 *Mandatum de aliquid faciendo, non importat factum si non fuit executum.*
17 *Statuta Religionis Hierosolymitanæ prohibent erogari in melioramenta pecunias debitas Ærario.*
18 *Verba* omninò teneatur , & debeat *sunt verba necessitatis.*
19 *Gratia concessa cum clausula* donec durauerint Bella *cessantibus bellis expirat.*
20 *Clausula* , *seu particula* , donec *est limitatiua* , *& restrictiua temporis* , *& supr. numer.* 10. *cum seq. & num.* 19.

DECISIO CXLVII.

COMMENDATARIVS Antonius Com.
mendæ Nancelanæ cum esset debitor Ærarij Me-
litensis circa libr. 9000. & proinde incapax optionum sup-
plicauit Eminentissimo Magno Magistro Sacroque Con-
silio, vt declararent non esse incapacem, vti neque in
soluendo contumacem propter varios exercitus irruen-
tes, & diruentes terras Commendatas sese tamen obli-
gans semper cum fuerit sibi concessum frui Commenda
in aliquo bono statu soluere sine aliqua retentione fru-
ctuum vsque ad integram satisfactionem, & iuxta peti-
ta à Sacro Consilio declarationem impetrauit 28 Septem-
bris 1645. Quæ cum dubitaretur an esset valida petita
fuit confirmatio a san. mem. Innocentio X. 26. Augusti
1650. qui cum expressione: *Propter bella, & fugam Colo-
norum, metu bellorum, & Contagij pro annis sequentibus,
& donec bella, & alia impedimenta prædicta durarent con-
firmauit Magnus Magister*, & admisit 13. *Augusti* 1652. Ip-
se verò Commendatarius nihilo soluto supradicti debiti
seq. anno 1653. obtinuit aliam Commendam Valleuria-
nam; quin etiam nihilo soluto anno 1663. prætendit
aliam Nesuillianam, sed ex ipsius incapacitate sese op-
posuerunt Eques Renatus, & D. Eques Henricus, &
introducta lite Eques Renatus cessit huiusmodi Iura D.
Henrico litem prosecuturo, sed Consilium adiudicauit
Commendam Commendatario Antonio, Consiliumque
completum sententiam confirmauit; Appellauit D. E
ques Henricus, & intermortuo dicto Commendatario
Antonio, commissa mihi causa prætendente Equite Re-
nato Commendam vacantem per obitum Commenda-
tarij Antonij (quem viuentem prætendebat incapacem,)
& proinde non obstante dicta cessione, sibi adiudicandam,
e contra prætendente D. Henrico, magis ac magis esse
vacantem ex incapacitate eamdemque litem pro sequen-
te, adeoque obstante dicta cessione sibi adiudicandam,
hæc DD. probarunt, & D. Equiti Henrico adiudicandam
responderunt.

Etenim constat litem morte alterius litigantis non
1 fuisse finitam † etiamsi mors omnia soluat §. *deinceps
Auth. de nupt.* itaut omnia morte finiantur etiam ipsa
ducto argumento à beneficialibus, si enim alter, siue
2 possessor, siue petitor decedat, † si superstes, vel alius
3 cuius interfit causam nihilominus prosequatur, † cum
interim beneficium de Iure conferri non posset ad quem
4 collatio eius pertineat futurus declarat euentus † ad lite-
ram si verò alter Clementina *prima, vt lit. pend. & ibi*
Gloss *Prosequatur, & ibidem* Rota *in Nouis decis.* 411.
siue dicto tit. vt lite pendente decis. 10. *num.* 3. vbi lis nun-
5 quam finitur nisi per sententiam secundum Rotam, † li-
bet, & liceat exclamare malas lites peioresque beneficia-
les, hoc magis malignas, & maleficas, ac pestilentes, quæ
litigantibus (nisi commorientibus communi clade) non
commoriuntur, nec pugna suum finem cum iacet hostis
habet.

Quod autem opponebatur, quod finita lis esset per se-
cundam sententiam, & in vim stabilimentorum Religio-
6 nis † Hierosolymitanæ duæ conformes habeant execu-
tionem etiamsi fuerit appellatum.

Obseruatum est stabilimenta non loqui de appellatio-
7 ne interposita † ad Papam prout alias decisum speciatim
est *decis* 661 *num.*4 *part.* 1. *recent. & coram ipso Authore*
Vbaldo, *decis.*284.*à num.*4.*& decis.*152.*à num.*13.*part.*8.*&
quidem coram* Seraph.*decis.*615.*num.*6. *& vers. quod etiam
8 narratur, & num* 7. vbi neque admittitur † consuetudo,
vel præscriptio in contrarium.

Lite itaque adhuc pendente ad formam concordiæ, &
pacti d. Equitis Renati, & d. D. Equitis Henrici, & cessio-
nis à Renato huic factæ, vt casu quo dictus Eques Henri-
cus remotus esset ab Equite Antonio, vel ab alio à dicta
Commenda ipse tractatus esset nullus &c. videbatur tu-
tus ipse D. Eques Henricus, qui ab Equite Antonio non
posset remoueri, & ab alio non remoueatur.

Item in hac lite videbatur, Eques Renatus non posse
contradicere D. Equiti Henrico prætendendo fuisse capa-
cem Commendatarium Antonium, adeoque Commen-
da vacasse per obitum illius, immo contradicere sibi ipsi,
dum pariter Eques Renatus, & D. Eques Henricus iam
consortes litis conueniebant in dicta Incapacitate, & in
9 hac ipsa Eques Renatus iura cessit D. Equiti Henrico; †
nimis enim indignum esse iudicatur, quod sua quisque
voce dilucidè protestatus est, id in eumdem casum infir-
mare, testimonioque proprio resistere, *l generaliter* 13. *in
fine, C. de non num. pecun.*

Tamen DD. ponderarunt verba Pontificia, ibi: *donec
bella &c. interim cum eodem Antonio, quod ipse licèt debitor
communis Ærarij præmissorum ratione existat, nihilominus
quascumque Præceptorias &c. consequi, & obtinere liberè,
& licitè possit, & valeat &c. Ita tamen, vt ex fructibus, &
redditibus, & prouentibus quarumcumque Commendarum,
aut dignitatum eiusdem Hospitalis, quas cum pro tempore as-
sequi contigerit æs alienum, quo erga dictum Ærarium ob-
strictus reperietur, promptè persoluere omninò teneatur &c.*
Quæ in aduerbijs, *donec*, & *interim*, † & coniunctionibus, 10
ita, tamen, vt, vel faciunt conditionem saltem successiuam,
& resolutiuam, *ad § cæterum si, vers. sed interim cap. indem-
nitatibus* 43. *de elect. in sexto*, & notat *in l. vltima, C. de indict.
vid. toll.* (vbi Bart. *in fine sub num.* 1. ait simile legatum pro
præsenti tempore esse purum, † pro sequenti conditiona- 11
li, vt donec &c.) amplius Bart *ad l. primam, ff. de condit. &
demonstr. à num.* 15. Oldrad. *cons.* 249. *num.* 1. *vers. etiam hoc
facit*, Paul. Castr. *cons.* 451. *ab init. lib.* 2. Galgan. *de condit.
& demonst. cap.* 1 *qu.* 5. *par.* 2. Barbos. *dict.* 93. *num.* 12. *&* 13.

Quod si etiam modum faciant dicta verba: *Ita tamen,
vt ex fructibus &c.* † adhuc modus, & conditio similes 12
sunt inspecto exitu, Gloss. 1. *conditionis l.* 1. *C. de his, quæ
sub modo, cum al ijs ibidem, gloss. conditione donat. vers. item
nota cap.* 4. *de condit. apposit.* Bart *ad §. vlt. l. quibus diebus, ff.
de condit. & demonstr. num* 1. *vers. item eo non impleto*, Gal-
gan. *de condit. & demonstr. cap.* 94. *num.* 4. *part.* 1.

His positis incapacitas Commendatarij Antonij clara
erat in confessione prius in dicta supplicatione, & in acce-
ptatione, & executione gratiæ; etenim opus est malè ha-
benti medico, † non autem benè habenti, & ex facto, 13
cum ostenderetur adhuc prima Maij 1653. debuisse Æra-
rio libr. 9327 gratia visa est non prodesse, † modo in ea ex- 14
presso non seruato, quia Commendatarius Antonius bel-
lis dudum pace compressis iam ab anno 1659. non soluit
quidquam ex fructibus Commendarum, primum Nance-
lanæ, & postea Valleurianæ; non sufficiente quodam
mandato ipsius Antonij Commendatarij 1. Febr. 1646.
Administratori, & Conductoribus, vt soluerent in mani-
bus Receptorum Religionis reditus Commendæ: Aliud
enim est soluere, aliud mandatum de soluendo, † vt aliud 15
est prouisio, aliud mandatum de prouidendo ex Rota co-
ram Bellamer. *decis.* 608. *in fine, & coram* Cassad. *vt lit.
pend. decis.* 1 *num.* 6. *& coram* Achill. de Grass. *decis.* 78. *seu
de procurat. decis.* 18 *num.* 4 *& decis.* 140. *num.* 3. *part.* 8. præ-
sertim quod mandatum † de faciendo non est factum 16
Vermigliol *cons.* 112. *num.* 8. eoque magis quod ipse in di-
cto mandato se obligauit curare, vt tota pecunia perueni-
ret ad manus receptorum periculo suo absque eo quod
Religio teneretur ad aliud, sed solum computare quan-
tum legitimè demonstraret fecisse, vt intraret effectiuè
in manus Receptorum pro dicto debito, nec alias.

Quinimo cum diceretur Commendatarium Anto-
nium erogasse in reparatione Commendæ Valleurianæ
libr. 10510. tamen compertum est in rei veritate vix ascen-
dere ad libr. 4833 ex relatione Peritorum deficientibus ad
dictam summam lib 10510. lib. 5677. superadditis etiam
statutis Religionis prohibentibus erogari in melioramen-
ta, & reparationes pecunias, quæ debentur communi Æ-
rario, † vt ex *statut. de com.* Grat. *cap.* 69. *& tit. de locat. cap.* 17
5. idemque concludunt atque conuincunt verba Pontifi-
cia † omnino teneatur, & debeat, quæ sunt verba neces- 18
sitatis

Et præterea cum per decennium habuerit ex dicta
Commenda Valleuriana libr. 25000. iuxta *Summ. Commis-
sarij Henrici num.* 11. non controuersas ab altera parte E-
quitis Renati tanto clarior resultat defectus implementi
gratiæ Pontificiæ.

Obseruando insuper, quod dum gratia † fuit concessa 19
cum dicta clausula, *donec bella, & alia impedimenta dura-
uerint*, vtique eam expirasse, & cum dicta gratia cessasse
Priuilegium, seu dispensationem, dum vt supra cessarunt
anno 1660. vt particula donec &c. † est limitatiua, & re- 20
strictiua temporis &c. apud Barbos. *dict.* 93. *num.* 3. & penes
Grammaticos omnes.

Et ità vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Adrien. Beneficij.

Lunæ 12. Decembris 1667.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus existentiam cum sua habilitate alijsque necessarijs requisitis probare tenetur præsentatus ad huiusmodi beneficium, vt institutionem obtineat, quæ si illi fuerit ab Ordinario denegata, solet eidem ab hoc Sacro Tribunali adiudicatio concedi; Atque ideo plura ad hanc materiam pertinentia in præsenti Decisione discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum probata vacatione, propria habilitate, & existentia iurispatronatus venit instituendus.*

Præsentatio facta à minori parte patronorum in concursu præsentationis maioris partis non habetur in consideratione, num. 1.

2 *Præsentatus legitimè ad beneficium de iurepatronatus, si ei denegetur institutio, potest petere adiudicationem à Rota.*

Rota succedit loco Ordinarij in partibus, & quando num. 2.

3 *Mors probatur ex partita libri mortuorum.*

Obitus Beneficiati remanet iustificatus ex confessione partis venientis ex eadem vacatione, num. 3.

4 *Habilitas beneficiati desumitur ex institutione ab eodem obtenta ad aliud beneficium, & quando.*

Idoneitatis probatio in beneficijs simplicibus non tam exacta requiritur, sicut in cæteris alijs, num. 4.

Idoneitatis probatio resultat ex approbatione Ordinarij facta ad sacerdotium, & quando num. 4.

5 *Iurispatronatus existentia ad effectum institutionis probatur ex confessione vtriusque præsentati petentis institutionem.*

Iurispatronatus probatio ad solum effectum institutionis dicitur tantum incidenter fieri, num. 5.

6 *Iurispatronatus existentia probatur ex prouisione Ordinarij facta tamquam de beneficio iurispatronatus deuoluto.*

7 *Iurispatronatus pertinentia probatur ex possessione quadragenaria cùm fama, & adminiculis, & quando.*

Vsurpationis iurispatronatus timor non cadit in personis priuatis, num. 7.

8 *Possessio quadragenaria cùm fama super beneficio iurispatronatus probatur ex pluribus institutionibus factis cùm expræssione beneficium esse de iurepatronatus.*

9 *Præsentationes plures effectum sortitæ suffragantur ad probandam pertinentiam iurispatronatus iunctis adminiculis.*

10 *Testes deponentes super pertinentia beneficij iurispatronatus deseruiunt pro adminiculis.*

11 *Iuspatronatus probatur ex confirmationibus, & approbationibus Ordinarij.*

Episcopi non solent de facili suis confessionibus procedere ad canonizzationem beneficij de iurepatronatus, numer. 11.

12 *Patroni dicuntur esse in quasi possessione præsentandi ex præsentationibus effectum sortitis, & ab Ordinario approbatis.*

Præsentationis quasi possessio probatur etiam per solam enunciatiuam sententiæ Ordinarij, num. 12.

13 *Iuspatronatus probatur hæreditarium ex institutionibus ita de eo factis.*

Iuspatronatus præsumitur hæreditarium, num. 13.

14 *Pertinentia iurispatronatus ad fauorem successoris probatur ex quasi possessione præsentandi sui authoris, & quando.*

15 *Prouisio Ordinarij de beneficio iurispatronatus facta tamquam deuoluto quando non attendatur, & n. seqq.*

Iuspatronatus quando deuoluatur ad Ordinarium, num 15. & seqq. vbi vide.

16 *Præsentatione ad beneficium de iurepatronatus in tempore secuta si lis oritur inter præsentatos, non reperitur à iure limitatum tempus ad petendam institutionem.*

Semestre, vel Quadrimestre præfixum patronis ad præsentandum, & obtinendum institutionem si labi contingat propter litem inter ipsos præsentatos, in nihilo præiudicat, num. 16.

17 *Ordinarius non potest conferre beneficium iurispatronatus tamquam deuolutum eo quia elapserit Semestre, vel Quadrimestre, si hoc processit ex lite inter ipsos præsentatos, & quare*

DECISIO CXLVIII.

CVM per Obitum Torquati Corui sequutum extrà Curiam de Mense Iunij 1666. vacauerit simplex Beneficium S. Ioannis de Aquauiua in Cathedrali Adrien. de Iurepatronatus laicorum, Alexander, & Cæsar Bucciarellus Patroni pro vna medietate, & Ioannes Bernardinus, & alij de Cerronis, Franciscus, Iulia, Phebres, & alij de Coruis Patroni pro duabus partibus alterius medietatis præsentarunt Antonium Bucciarellum; Albertus verò, & alij de Coruis præsentarunt Valerium, inter quos præsentatos orta lite super Institutione Ordinarius prouidit de dicto beneficio, tanquam deuoluto, Carolum Binnum. Quare commissa mihi Causa appellationis dubitaui, An, & cui sit adiudicandum beneficium, & Domini censuerunt esse adiudican. Antonium Bucciarello.

Is namque probauit vacationem beneficij, propriam habilitatem existentiam Iurispatronatus, & præsentationem in tempore coram Ordinario reportatam à maiori parte Patronorum; † Ideoque venit instituendus in concursu Valerij, vti præsentati à minori parte, de qua non habetur ratio ad textum *in capit. 3. iuncta gloss. in verb. qui maioribus de Iurepatron.* Guttier. Can. *quæstion. lib. 2. cap. 11. num. 20.* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num. 257.* Seraph. *decis. 875. num. 2.* Gregor. *decis. 452. num. 4. vbi* Add. *num. 13. & in Pampilonen. Parochialis de Anorbe 3. Decembris 1646. coram Reuerendissimo D. Papien.* & loco denegatæ Institutionis potest petere adiudicationem à Rota, † quæ succedit loco Ordinarij in vim Clement. Auditor. *de rescript.* Card. Otthobon *decis. 246. num. 6.* 1 2

Vacatio beneficij per Obitum Torquati probatur, tam ex partita Libri Mortuorum *Summario Antonij num. 1.* † quàm ex confessione partium venientium ex eadem vacatione Rota coram Ægid. *decis. 596. & decis. 132. num. 2. part. 5. recent.* Caual. *decis. 55. num. 3. & in Narnien. Iurispatronatus 13. Maij 1633. coram bon. mem.* Dunozzet. 3

Aliud requisitum circa habilitatem Antonij, dum agitur de beneficio simplici, in quo non requiritur adeò exacta probatio Idoneitatis, † desumitur ex Institutione aliàs ab eodem obtenta ad aliud simplex beneficium dicto *Summario num. 9* & ex literis Testimonialibus Ordinarij super illius approbatione ad Sacerdotium *Summario num. 8.* Rota *decis. 16. de probat. in antiq. & decis. 152. num. 24. part. 5. recent* 4

Existentia Iurispatronatus de quo agitur incidenter inter præsentatos ad effectum institutionis probata dicitur, † nedum ex confessione vtriusque præsentati petentis Institutionem Gregor. *decis. 452. num. 1. & 2. vbi* Add. *num. 22.* Verum etiam ex prouisione Ordinarij, † tamquam de beneficio Iurispatronatus Iure deuoluto Rota *decis. 245. num. 19. & 20. part. 9. recent.* & ex Testibus, enunciatiuis, alijsque, de quibus infra. 5 6

Pertinentia verò constat ex quadragenaria possessione præsentandi cum fama, & adminiculis, cum versamur in personis priuatis, † in quibus cadere non potest timor vsurpationis, iuxta opinionem, quam amplexa est Rota *in decis. 312. num. 2. & 3. part. 1. & decis. 290. num. 4. part. 5. recent. & coram* Card. Otthobon. *decis. 224. num. 2.* & alibi passim, Quadragenaria enim cum fama desumitur ex tribus institutionibus datis in dicto *Summario num. 10. 11. & 12.* † quarum prima euenit de anno 1579. in personam Horatij Corui, altera de anno 1622. in personam Valerij Corui, & altera de anno 1633. in personam Torquati Corui, per Obitum eiusdem Valerij, & in his omnibus enunciatur beneficium esse de Iurepatronatus 7 8

illorum, qui præsentarunt Antonium, cumque illa anni 1579. sit antiqua annorum 87. & sic habet vim
9 famæ, altera anni 1622. excedat annos 40. † & omnes vna post aliam sortitæ sint effectum suum, suffragantur quidem ad probandam pertinentiam Iurispatronatus, iunctis maximè adminiculis, Rota *decis.* 644. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* & *coram* Eminentiss. Otthobon. *decis.* 234. *num.* 14. & *in Lucana Iurispatronatus* 29. *Ianuarij* 1644. §. *Vndè coram Reuerendissimo Ghislerio*, & *in Sulmonen. beneficij* 25. *Iunij* 1646. §. *Iniustitia coram bon. mem. Verospio*. Pro adminiculis deseruiunt Testes for-
10 miter examinati coram Ordinario, † deponentes, Iuspatronatus pertinere ad dictos Patronos, nec non confessiones Ordinarij in duabus confirmationibus donationum factarum fauore Ioannis Bernardini, & Francisci Mucciarelli de anno 1633. à Ioanne Francisco, vno ex Patronis, & de anno 1659. à Hiacintho Beuilacqua fa-
11 uore Alexandri Bucciarelli, † quæ approbationes Ordinarij potissimum coadiuuant in hac materia, cum ipse non soleat ita de facili procedere ad Canonizationem Iurispatronatus, vt dixit Rota *decis.* 11. *de Iurepatr. in nou. decision.* 376. *part.* 3. Diu. Seraph. *decis.* 1232. *num.* 2. & *in Lucana Iurispatronatus* 29. *Ianuarij* 1644. §. *post modum coram Reuerendissimo Ghislerio*. Fuisse denique Antonium præsentatum à maiori parte Patronorum clarè ostenditur ex datis in hodierno Summario, ipse namque habet præsentationem Alexandri Fratris, qui est Patronus pro integra medietate ex donatione sibi facta à Hyacintho Beuilacqua, qui (vt probant Testes formiter examinati) successit Colangelo, & Mariæ Camillæ, alijsque de San-Felice, admissis vti Patronis pro medietate ad præsentandum Valerium anno 1622. & Torquatum anno 1633. cum subsequutis institutionibus, & sic ex tunc Constitutis in quasi possessione præsentan-
12 di, † etiamsi de præsentatione non constet, nisi per enunciatiuam Vicarij, seu Ordinarij in dictis sententijs super institutione iuxta decis. Put. 167. *lib.* 1. *latè* Rota coram Duran. *decis.* 74. *num.* 9 *cum seqq.* & *in Bononien. beneficij* 17. *Martij* 1656. § *Neque coram Reu. Papien.*

Habet quoque Antonius præsentationem Dianoræ, & Ioannis Bernardini de Cerronis, qui Cerroni in genere enunciantur Patroni pro medietate vna cum illis de San-Felici in vltimo, & penultimo statu annorum 1622. & & 1633. Item habet præsentationem Francisci de Zilla, & hæredis Reginæ de Coruis, ac Iuliæ, Leonis hæredis Ioann. Petri Corui, nec non Phebi Gasparini, Thersei, & Fratrum de Flomutijs hæredum Horatij Corui, ac etiam Martij Runcij hæredis Tartari Corui; qui omnes vti Patroni pro duabus tertijs partibus alterius medietatis admissi fuerunt in dictis vacationibus de annis 1622. & 1633. vt plenè in dicto Summario.

Et quamuis aliqui ex Patronis, qui nunc præsentarunt Antonium non præsentauerint in vltima vacatione anni 1633. attamen, dùm versamur in Iurepatronatus hæreditario, prout dignoscitur ex dictis Institutioni-
13 bus, † & de Iure ita præsumitur Clement. *plures de Iurep.* Calderin. *cons.* 4. *eod. tit.* Seraphin. *decis.* 364. *num.* 3 & *decis.* 707. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* & *in Neapolitana Iurispatronatus* 27. *Ianuarij* 1644. *coram* Eminentissimo Otthobon sufficit, quod ipsi sint hæredes, & successores eorum, qui in prædicta, & alia præcedenti vacatione anni 1622. præsentarunt, seu quod ab illis causam habeant,
14 quia ex quasi possessiones authoris † probatur pertinentia fauore Successoris pro obtinenda Institutione Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 118. & *seq.* Rota coram Gregor *decis.* 339. *num.* 1 & *ibi Add. num.* 9. & *coram* Duran. *decis.* 83. *num.* 13. & *in dicta Bononien. beneficij coram Reuerendissimo Papien.* §. *demum.*

Non obstat prouisio facta ab Ordinario in persona Ca-
15 roli Binni, † tamquam de beneficio deuoluto ad formam *cap. quæcumque, cap. si verò, cap. eam te*, & *cap. cum propter de Iurepatronatus*, quia dicta Iura admittunt dumtaxat deuolutionem, vel quando lis est inter Patronos non conuenientes in præsentando, vel quando præsentare non curant intra quatuor menses in Iurepatronatus laicali, vel intra sex menses in Ecclesiastico, non autem quando (vt hic) Patroni præsentarunt intra tempus legitimum, & præsentati docuerunt de Iurepatro-
16 natus instando pro Institutione, † hoc enim casu, cum nullum reperiatur à Iure statutum tempus ad instituendum, si lite pendente super Institutione, seu prælatione præsentatorum labi contingat Semestre, vel Quadrimestre, † non potest Ordinarius beneficium alteri conferre 17
ex Iure deuoluto, sed terminanda est lis super ipsa Institutione, & prælatione iuxta allegat. Lap 78. Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 84. *num.* 7. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 27. & 30. Rota *decis.* 586. *num.* 5. *part.* 4. *diuers. decis.* 81. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* & *coram* Pen. *decis.* 589. Alias Ordinarij in præiudicium Patronorum semper conferre possent ex Iure deuoluto, consulto differendo institutionem, donec finiatur tempus Semestris, vel Quadrimestris, vt considerat Lap. *d. allegat.* 78. *num.* 15. & Pen. *in d. decision.* 589. *num.* 3.

Et ita Antonio tantum informante resolutum fuit &c.

Præsens Decisio fuit confirmata, coram eodem R. P. D. Ottalora sub die 4. Iunij 1668. quæ infra suo loco, & tempore adnotabitur.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. hæreditatis.

Veneris 13. *Ianuarij* 1668.

ARGVMENTVM.

Si quis Capellano à se instituto reliquerit vsumfructum formalem suorum bonorum, qui regulariter illius morte finitur, non inde tota eidem Capellano accrescit hæreditas, quia caducatum fuerit testamentum per præmorientiam hæredis. Hinc plura discutiuntur de legato pio, ac etiam facto cùm Celebratione Missarum.

SVMMARIVM.

1 *Testamento caducato, cætera quæ in eo relinquuntur inualida sunt.*
Legata in testamento relicta debentur ab eo qui ab intestato successit, quoties testator voluit, quod illa etiam caducato testamento soluantur, num. 1.
2 *Hæreditas caducato testamento an accrescat vsufructuario*, & *num seqq.*
Vsusfructus formalis Capellano relictus illius morte finitur, num. 2.
3 *Vsusfructu formali relicto proprietas non censetur legata.*
Capellania non potest dici hæreditaria si solus vsusfructus formalis fuerit Capellano relictus, num. 3.
4 *Hæreditas non accrescit Capellano simpliciter vsufructuario relicto etiamsi hæres vniuersalis non extiterit, vel præmoriatur.*
Hærede præmoriente, vel non existente hæreditas regulariter non accrescit legatario, seu fideicommissario, num. 4.
5 *Vsufructuario etiam omnium bonorum non accrescit hæreditas, hærede non existente, vel præmoriente* & *supra num.* 2. & *cum seqq.*
6 *Testamentum eo modo quo caducatur respectu hæredis præmortui, pari quoque modo caducantur legata ob præmorientiam legatarij.*
7 *Legatum pro celebratione Missarum non corruit quamuis fuerit caducatum testamentum, sed contra*, num. 8. *declara num.* 9.
9 *Legatum vsusfructus etiamsi sit pium corruit caducato testamento.*
Legatum pium quod caducato testamento non corruat, quomodo intelligatur, num. 9. & *supr. num.* 7. *cum seqq.*
Legatario etiam pio quando non accrescat hæreditas ob caducatum testamentum per præmorientiam hæredis, num 9. & *supra num.* 2. *cum seqq.*
10 *Hæreditas tota accrescere non potest legato, si illud fuerit tantummodo particulare.*

D E-

DECISIO CXLIX.

IN Testamento Condito à Diamante Cruceo Institutus fuit hæres Franciscus Bernardinus eius Germanus Frater, & grauatus ad erigendam sub hac lege Capellaniam in Parochiali Ecclesia loci Zorlæ maioris, nimirum vt quando Iacobus Antonius Testatoris nepos esset in statu promouendi ad subdiaconatum teneretur illum Archiepiscopo præsentare, & tunc Capellania erigeretur in titulum, ad hoc vt perpetuo teneatur ille missas celebrare, & Interim donec Iacobus Antonius attingeret ætatem pro obtinendo Subdiaconatum teneretur dictus hæres celebrari facere missas ab vno Reuen. Mercenario, Illique pro Elemosyna subministrare vltra congruam Domus habitationem scut. 50. auri quolibet anno, quæ vt in eis Diamantis Codicillis constituunt libras 300. monetæ Mediolani &c.

Voluit autem, quod Iacobus Antonius, postquam vt supra electus esset loco aureorum 50 gaudere posset vsufructu omnium bonorum tam acquisitorum, quàm acquirendorum, & casu quo ille antè electionem obijsset, ordinauit vt eligeretur vnus de descendentia masculina Aurelij Crucei nepotis, & si essent multi, ille maioris ætatis, & in defectum alicuius ex linea Aurelij mandauit eligi vnum ex agnatione Cruceorum, sed eo casu, noluit Capellaniam redire ad statum mercenarium.

Decessere adhuc Testatore superstite tàm Franciscus Bernardinus hæres, quàm Iacobus Antonius, & Carolus Aurelius sine descendentibus, omnesque Anno 1630 quo tempore epidimiæ Lues grassabatur per Ciuitatem Mediolani, vnde delata successione ab intestato Iacobo Cruceo proximiori, iste in adimplementum huius piæ mentis curauit ab Ordinario deuenire ad erectionem Capellaniæ in titulum illi assignando diuersa eiusdem hæreditatis bona &c.

Cum verò prætenderet Promotor legatorum Piorum redditus omnes dictæ hæreditatis ad hanc Capellaniam pertinere compræhensis etiam illis bonis, quæ Diamanti Testatori per prædecessum Caroli Aurelij nepotis post testamentum obuenerunt variæ super hac prætentione prodierunt in partibus sententiæ, sed causa ad Rotam deuoluta dubitatum est an, & ad quem spectet hæreditas Diamantis, & decisum hodie ad Capellaniam non spectare.

Caducato enim ob præmorientiam hæredis testamen-
1 to, cætera, quæ in eo relinquuntur inualida sunt, † nisi forte Testator legata etiam ab eo qui successurus esset ab intestato præstanda disposuisset. Textus *in l. eam, quam ibique* Glos. *prima vers. secus ergo Cod. de fideicommissis l. si nemo 9. ff. de testamen. tut. l. si nemo 14. ff. de regul. Iur. &c.*

Neque ratione vsusfructus omnium bonorum, quo voluit testator vt gaudere posset Iacobus Antonius nepos, vel alter de descendentia Caroli Aurelij, quando in illis caderet electio Capellaniæ prætendi potest quod his
2 accrescat hæreditas, † nam clara sunt verba Testatoris, solum formalem vsumfructum morte Capellani finiendum exprimentia per modum legati, ibi *volo quod pro Elemosyna pro celebrandis Missis loco aureorum 50. gaudere possit vsufructu omnium bonorum*, ex quibus secundùm distinctionem Bartol. *in l. 4. num. 2. ff. de alim. & Cibar. legat.* relicta non dicitur cum vsufructu bonorum proprietas,
3 † & consequenter Capellania haberi non potest pro hæreditaria, vt dictum fuit in *decis. 108. num. 15 & 125 num. 12. coram bon. mem. Carill.* Nec ad Illius fauorem accrescit hæreditas, licèt hæres vniuersalis non extiterit, vel præ-
4 moriatur. † Quandoquidem legatario, seu fideicommissario regulariter hæreditas non accrescit ex notatis per Doctores in *l. ex facto, & in l. 1. §. si ex fundo vbi signanter* Imol. *num. 10. & 17. & rursus num. 76. & 82. ff. de hæred. instit. latè* Peregrin. *de fideicommissis art. 34. num. 55. cum alijs per* Bellonum *de Iure accrescendi lib 2. tit. 7. quæst. 11. num.*
5 *1.* & in specie de legatario vsusfructus † omnium bonorum, Cesal. *cons. 436. num. 82.* Bellon *loco citato num. 10. & in eodem Capitulo quæst. 16. num. 191.* Rota *in recitatis Decisionibus, quæ repetuntur in parte 8. decis. 82. num. 6. & decis. 129.*

Sed visum est rem poni extrà omnem difficultatem animaduertendo, quod non solùm fuit caducatum testamentum ob præmorientiam hæredis, sed & ipsum legatum vsusfructus ob prædecessum Iacobi Antonij, & Caroli Aurelij sine descendentibus, quorum dumtaxat fauore relictus fuit eo casu, quo alter ex illis in Capellanum eligeretur, quia eo modo caducatur testamentum respectu hæredis præmortui, † quo caduca fiunt legata 6
ob præmorientiam legatarij *l. vnica §. pro secundo C. de Cad. toll.* Seraph *decis. 471. num. 1.*

Itaque quatenùs admitteretur, quod caducato testamento legatum † hoc pro celebratione missarum tam- 7
quam pium non corrueret, iuxtà opinionem *glos. in d. l. eam quam*, quam sequitur Barthol. *sub num. 1. C. de fideicomm. &* Tiraq. *de priuil piæ causæ priuil. 76.* Cuius † ta- 8
men contrarium tenet Fulgos. *in d. l. eam quam*, quam refert, & sequitur Viu. *decis. 301. num. 3. aliique per* Thesaur. Iun. *quæst. forens. 38. num. 12. lib. 4.* Tamen hoc non posset intelligi de legato vsusfructus iam caducato, † sed tan- 9
tùm de legato elemosynæ ab hærede præstandæ Capellano mercenario, iuxtà disposita in testamento, ac repetita in Codicillis, quod legatum cum fine difficultate sit particulare, † non potest illi tota hæreditas accrescere, iuxtà 10
latissimè deducta per Bellon. *recit qu. 11. num. 1. & pluribus seqq. &c.*

Et ità DD. de Medis dumtaxat Informantibus per contradictas resolutum &c.

Super hac eadem causa eiusdem hæreditatis, & Capellaniæ, diuerso tamen articulo aliæ plures emanarunt decisiones omnes singulariter adnotatas post decis. æditam sub die 16 Nouembris 1667.

REVERENDISSIMO ALBERGATO Decano.

Ariminen. Manutentionis.

Veneris 13. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Non solam, & simplicem concessionem remissoriæ præsens complectitur Decisio: sed plures etiam reijcit exceptiones, quæ aduersus illam opponebantur super iudicio manutentionis, nequaquam trahendo ad iudicium læsionis; quæ quidem læsio etiam excludi prætendebatur ex oblatione Emptoris de dimittendo bona facta sibi restitutione pretij, quibus tamen omnibus non obstantibus fuit pro eadem Remissoria resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis semper conceditur data releuantia articulorum.*
2 *Manutentionis in iudicio non potest concedi remissoria ad effectum probandi læsionem.*
Iurisdictio in causa manutentionis non trahitur ad iudicium ordinarium læsionis, num. 2
3 *Remissoria non conceditur ad effectum probandi læsionem, quoties possessor offert dimittere rem pretio sibi restituto.*
Oblatio possessoris restituendi bona restituto sibi pretio excludit læsionem, num. 3. & 4. vbi vide.
4 *Manutentio conceditur etiam aduersus deliberationem stante enormissima læsione.*
5 *Deliberatione propter enormissimam læsionem resoluta, debitor non tenetur restituere pretium, sed illud compensari debet cum fructibus perceptis.*
Læsio in magno excessu facit compensare fructus cum sorte, & quando num. 5.
6 *Remissoria vt concedatur satis est releuantiam articulorum esse dubiam.*
Remissoria semper conceditur quotiescunque materia articulata potest quoquomodò ad causam conferre, num. 6.
7 *Remissoria non datur aduersus rem iudicatam.*
8 *Manutentionis decreta quoad iudicem numquam transeunt in iudicatum.*
Iudex potest quandocumque reuocare mandatum de manutenendo, num 8.
Manutentio hodie vni, cras alteri concedi potest, num. 8.

DECISIO CL.

INTEDENS Iulius probare læsionem enormissimam in subhastatione prædij, de quo agitur petijt remissoriam, quam Domini concedendam esse censuerunt.

Etenim versamur in prophanis, in quibus data
1 articulorum releuantia † numquam remissoria denegari solet, *Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instrum.* in Rota coram Verall. *decis.* 68. *part.* 3. *coram san. mem.* Greg. *decis.* 403. *num* 3. *&* *decis.* 415. *num.* 1. etiam sine vllo fumo veritatis materiæ articulatæ Cæsar. de Graff. *decis.* 1. *de dilat. numer.* 10. *eadem* Rota coram Gregor. *d. decis.* 403. *num.* 3. *& alibi sæpè.*

Non obstant duo, quæ principalitèr opponebantur. Primùm quod causa commissa reperiebatur in Rota per appellationem à simplici decreto manutentionis. Ideòque ex defectu iurisdictionis cognosci non
2 valeat super iudicio ordinario læsionis, † & super inde concedi remissoria, vt in *recent. decis.* 111. *num.* 1. *& seqq. part.* 6.

Secundùm, quod huiusmodi probatio nihil sit pro-
3 futura, dum possessores prædij subhastati, illud † offerunt, ac semper obtulerunt sibi pretio restituto, iuxtà text. *in l. rem maioris C. de rescind. vend.* & dixit Rota *in decisionibus huius causæ in recent. decis.* 112. *&* 202. *in fin. part.* 10. *&* *decis.* 64. *paritèr in fin. part.* 11.

Quia primùm cessat, dum Iulius intendit prosequi idemmet iudicium summarijssimum, ac stante
4 dicta enormissima † lesione manuteneri in possessione sui prędij, iuxtà deducta per Posth. *de subhast. inspect.* 58. *num.* 1.

Secundùm verò visum est minimè suffragari non solùm, quia talis oblatio verbalis tantùm, & ex-
5 traiudicialitèr exhibita fuerit, † sed etiam quia idem Iulius prætendit non adstringi ad restituendum totum pretium, sed imò illud excomputare in fructibus exaduerso perceptis, stante læsione in magno excessu, ad tradita per Mangil. *de subhast. quæst.* 43. *à num.* 9. *cum seqq. & quæst.* 96. *num.* 3. Posth. *eod. tract. inspect.* 55. *num.* 21. *&* 22. Fontanell. *decis. Cathalon.* 66. *num.* 12. *cum seqq.* Et satis est releuantiam
6 articulorum esse dubiam, & quoquomodo † ad Victoriam conferre, vt superinde remissoria negari non possit Rota coram Coccin. *decis.* 20. *num.* 4. *in rec. decis.* 101. *num* 42. *part.* 10. *Auenionen. Iurisdictionis* 11. *Martij* 1658. § *releuans coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & nouissimè seruatum fuit *in Leodien. Nullitatis Matrimonij* 22. *Martij præteriti* §. *hæc ipsa opinionem discrepantia coram R. P. D. meo Carpineo.*

Obiectum verò, quod stante mandato de manutenendo iam diù à Rota concesso ad fauorem possessorum, & in iudicatum transacto, non intret re-
7 missoria, † quæ non datur aduersus rem iudicatam, Rota coram Seraphin. *decis.* 1308. *num.* 1. *& in recent. decis.* 125. *num.* 10. *part.* 5. nullatenùs subsistere visum est, quoniam huiusmodi decreta de manutenendo quoad Iudicem numquam transeunt in iu-
8 dicatum † cum possit illa quandocumque reuocare, & hodie vni, cras alteri manutentionem concedere, vt latè firmat Posth. *obseruat.* 106 *sub num.* 63. *& seqq.* Rota *decis.* 287. *num.* 7. *part.* 2. *recent.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Vineæ.

Veneris 13. *Ianuarij* 1668.

ARGVMENTVM.

Immissionis iudicium super bonis fideicommissi à fideicommissario introductum, si deinde fuit renunciatum, vlteriùs prosequi nullo modo potest; maximè quando, prout in casu præsentis Decisionis, concurrit etiam præscriptio annorum 30. & vltrà, & quod bona fideicommissi fuerunt commixtà cum bonis liberis: sine quorum identifica probatione, & liquidatione ab ipso fideicommissario actore facienda semper ei petita denegatur immissio.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de immittendo præscribitur spatio* 30. *annorum.*

2 *Causa dicitur deserta, si non fuit prosecuta per annos triginta, & vltrà num.* 2.
Lis censetur esse derelicta, & instantia deserta per spatium annorum 30. *etiam non docto de malo iure, prosequentis, num.* 2.

3 *Citatio non retrotrahitur ad instantiam per renunciationem extinctam, & ex subsequenti cursu annorum* 30. *præscriptam.*

4 *Immissio fideicommissario non conceditur in bonis fideicommissi confusis cum bonis liberis.*
Fideicommissarius actor probare tenetur identificè, quæ fuerint bona fideicommissi, si illa fuerint confusa cum bonis liberis, aliàs ratione incertitudinis repellitur num. 4.

5 *Verba*, competentia, & competitura, *apposita in fideicommisso per contractum ordinato, si subsequantur post aliud verbum*, iura, *ad sola iura referenda sunt, non autem ad stabilia antecedentèr expressa.*

6 *Emptori bonorum fideicommissi per contractum constituti competit retentio summæ per fideicommittentem sibi reseruatæ ad effectum testandi, & quando.*

7 *Retentionis ius transire solet ad singulares successores.*

DECISIO CLI.

BALDVINVS, Mattheus, Io: Baptista, & Thadeus fratres volentes pro conseruatione familiæ, quod bona eorum in familia, & Cyppo ipsorum masculino remanerent ad reciprocas donationes deuenerunt, & reseruata facultate testandi de scutis 200. declararunt intentiones suas fuisse, & esse, quod bona ipsamet tota, & integra absque aliqua diminutione etiam legitimæ, & Trebellianicæ semper transeant ad eorum filios, & hæredes, quia intentio ipsorum Donatorum est, quod bona perpetuò remaneant in familia &c. in Instrumento 9. Septembr. 1578.

Balduinus vendidit Vineam extrà Portam Populi liberam præter petias nouem, in quibus asseruit adesse fideicommissum, & promisit expedire Breue derogationis in Instrumento 18. Iulij 1583. transtulitque, & commutauit dictas petias nouem in aliam Vineam extrà Portam S. Pancratij ità, & talitèr quod dictum fideicommissum esset, & intelligeretur translatum in hanc Vineam, vt in sententia 8 Februarij 1584. Quæ tamen Vinea pro ære alienoeiusdem fuit vendita Coronato 31. Martij 1591.

Thadeus Iunior vnus ex descendentibus fideicommissarijs petijt contra Franciscum hæredem Coronati possessorem mandatum de immittendo anno 1604 & & obtinuit, sed postmodum 30. Martij 1606 Ioanne Baptista Pater Thadei Curator datus ad lites dicto mandato renunciauit apud acta intendens procedere tamquam in prima.

Defuncto Francisco Vinea deuoluta est ad conuentum hæredem, & conuentus 22. Septembris 1637. vendidit Authori Marchionis Possessoris hodierni, contrà quem Thadeus petijt mandatum de immittendo, & proposita causa 28. Martij 1665. dilataque ad Kalendas, eaque reproposita 11. Martij 1667. rursus dilata non informante possessore, & conuentu adhærente hodie defuncto Thadeo, & agente Antonio filio, & hærede Domini responderunt non dandam immissionem.

Dicebant enim primò longissimi temporis spatio anno 1606 quo fuit renunciatum mandato de immittendo vsque ad hæc † tempora præscriptum esse 1
huic

huic actioni, *ad l.3.& seqq.de præscript.* 30. *vel*40. *an-*
2 *norum*, & videri desertam causam, † etiam non dato de malo iure non prosequentis, vt ioquendo de cursu 30. annorum inquit Achill. *decis.* 7. *num.*3. *& decis.* 10. *num.* 7. *vt lit. pend.* Rota *decis.* 342. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* Non obstante citatione innouata anno 1637. contra Authorem Marchionis pos-
3 sessoris, cum non † potuerit retrotrahi ad primam instantiam iam extinctam ex renunciatione Actoris, & ex subsequenti cursu 30. annorum, Facchin *contr. iur.* 73. *lib.* 12. *cum allegat.* vsque ad bonam fidem.

Secundò deficere probationem identitatis Vineæ, super qua ab Antonio petitur immissio, & fuisse incorporatam, & confusam cum alijs Vineis notabilis quantitatis, & valoris, vt patet per euidentiam fa-
4 cti; † Vndè stante tali confusione Actorem repelli, nisi priùs probet certitudinem, & identitatem Vineæ fideicommissariæ, *l. Titius hæres*, *ff. de action. empt.* Surd. *cons.* 151. *num.* 4. Rota *decis.* 175. *num.* 2. *part.* 6. *& coram R. P. D. meo Carpineo*, *in Tudertina bonorum* 3. *Decembris* 1666. *&* 12. *Decembris* 1667. Et nihilominus cum Vinea empta à Balduino petiarum 12. fuerit subrogata solùm pro petijs nouem loco Vineæ fideicommissariæ venditæ Collegio Anglorum, tres reliquas petias esse retinendas à Marchione habente causam à Balduino. Non refragante, quod etiam dictæ tres petiæ compræhendantur sub fideicommisso conuentionali Balduini reciprocè, vt supra constituto inter fratres. Quia fideicommissum legitur restrictum ad bona possessa tempore donationis, non ad bona in futurum acquirenda, & addebant licet verba, *competentia*, *& competitura*, videantur extendere fideicommissum ad bona futu-
5 ra, † attamen cum subsequantur post verbum, *iura*, ad illa faciendam esse relationem non ad bona stabilia antecedentèr memorata.

Tertiò probata etiam identitate possessori competere retentionem Vineæ donec restituantur scut. 200. reseruata à Balduino ad testandum, quæ sicut competebant hæredi ipsius ita deseruiunt possessori pro
6 retentione ex iuribus Balduini, † ampliùs alia scuta 300. soluta ex pretio huius Vineæ Ioann. Baptistæ Auo Antonij, item ex iuribus portionis debitæ Gregorio fratri Balduini, qui donationi, & fideicommisso non interfuit, consensum tamen præstitit alienationi huius Vineæ cum obligatione ad omnia
7 damna, & interesse, † cum ius retentionis transire soleat ad singulares successores, Pacif. de Saluiano *interd. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 229. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *qu.* 192. *num.* 3.

Adducebant pro quarto fundamento ad exclusionem immissionis restitutionem melioramentorum notabilis valoris reficiendorum melioranti, Sed DD. ex hoc capite nil concluserunt tamquam non plenè probato, inhærentes solùm alijs tribus fundamentis, ex quibus conclusum est non dandam immissionem. Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Fauentina Vsusfructus.

Veneris 13. *Ianuarij* 1668.

ARGVMENTVM.

Quoniam Mariti ità plerumque proprias diligunt vxores, vt eas post ipsorum mortem etiam Dominas, & vsufructuarias relinquant; ideò priùs consuetudine Bulgari, posteà verò per vniuersam Italiam cautum est, vt vsusfructus huiusmodi existentibus filijs restringatur ad alimenta, quæ & quomodo per legatum eiusdem vsusfructus censeantur relicta, atque etiam debeantur in præsenti Decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *pro Legato competit hypotheca, amplia vt numer. sequent.*
2 *Saluianum interdictum datur pro consecutione legati, & num. seqq.*
3 *pro Legati consecutione datur Saluianum tàm super rebus legatis, quàm super alijs bonis Testatoris, & num.* 4.
5 *Vsusfructus vxori relictus existentibus filijs restringitur ad alimenta.*
Vxor, cui à marito fuerit relictus vsusfructus, viuentibus filijs sola alimenta consequitur, cum illa tamen præeminentia, quam habebat viuente marito, num. 5
6 *Consuetudo Bulgari restringentis legatum vsusfructus vxori relictum ad alimenta existentibus filijs, primo Bononiæ, deinde per vniuersam Italiam fuit introducta, & obseruata.*
7 *Consuetudo Bulgari quarè fuerit introducta, & num. seqq.*
Vsusfructus vxori relictus, quod existentibus filijs restringatur ad alimenta, non deducitur à qualitate verborum, sed à ratione legis, num. 7.
8 *Pater non filiorum fame morientium, sed viuere valentium vocari debet.*
Pater si totum vsumfructum non reducibilem ad alimenta vxori relinqueret filios quodammodò necare videretur, num. 8.
9 *Vsusfructus vxori relictus quod existentibus filijs restringatur, vel non restringatur ad alimenta, pendet à voluntate Testatoris.*
Testatoris voluntas etiam iuris præsumptioni contraria seruari debet quoties de ea constare visum est, num. 9.
10 *Voluntas Testatoris semper in omnibus primum locum obtinet.*
Vsusfructus Matri relictus non restringitur ad alimenta, nec etiam existentibus filijs, quoties constat de voluntate Testatoris, num. 10.
11 *Vsusfructus matris non restringitur ad alimenta, si similis vsusfructus fuerit etiam filijs relictus, & vide num seqq.*
Legatum æqualiter relictum matri, & filijs, æqualitèr quoque debet vnum, & alterum iudicari, numer. 11.
12 *Vxore relicta vsufructuaria vna cum filijs, an eo casu vsusfructus restringatur ad alimenta, vel non vide etiam suprà numero* 11. *& infrà numero sequentibus.*
Vsusfructus relictus matri vna cum filijs non censetur restrictus ad alimenta sed ita legatus, vt etiam filij alimentari debeant, numero 12. *& seqq. vbi vide.*
Doctores plures, ac etiam Rotæ Romanæ Decisiones adducuntur, & declarantur in materia vsusfructus vxori cum filijs relicti, numero 12. *& sequentibus.*
14 *Verba inducta ad diminuendum legatum non debent importare augumentum, & quando.*
15 *Vsusfructus matri relictus super tota hæreditate non dicitur restrictus ad alimenta.*
16 *Legatum vsusfructus factum vxori cum onere conferendi fructus dotales non restringitur simpliciter ad alimenta.*
17 *Vsusfructus vxoris non restringitur ad alimenta, si eidem transeunti ad secundas nuptias fuerit legata certa quantitas filijs restituenda.*
18 *Mater expressè nominata coniunctim cum filijs collectiuo nomine, tantùm consequitur de per se, quantùm consequuntur filij insimul.*
19 *Filij ex vsufructu matri, & ipsis relicto nihil detrahere possunt prætextu legitimæ, & quando vide etiam supra.*

DECISIO CLII.

SVPER vsufructu vniuersæ hæreditatis relicto à Ioann. Baptista Cattulo Caterinæ Blaso!æ vxori vna cum filijs, orta fuit controuersia inter ipsam Caterinam, & filios, An intelligeretur de vero, & formali, vel potiùs esset ad sola alimenta restringendus, quæ primò ab A. C. deindè ex sententia Rotali fauore Mulieris terminata ad illam consequendam concessa eidem fuit immissio super bonis hæreditarijs. Cùm

Cùm verò pro complemento iustitiæ tertiam, illa sententiam exposceret dubium de more proposui, An sententia Rotalis esset confirmanda hodie resolutum affirmatiuè.

Quoniam euidens visa fuit illius iustitia, resultans
1 ex tenore legati, † pro quo sicut competit hypotheca, *l.*
2 *1. C. comm. legat.* ità, & interdictum † Saluianum *l. 1.*
vbi omnes scribentes C. de Salu. interd. & receptum est in
Rota, pro legatis dari hoc remedium non solùm super
3 alijs bonis Testatoris, † iuxtà *glos. in Auth. contra eum rogatus verbo in rem C. ad Trebell.* sed etiam super ipsis re-
4 bus legatis, † iuxtà ea quæ doctè, & luculentèr ha
bentur *in decis. 185. à num. 4. vsque ad num. 16. bon. mem. Durani.*

Nec referre, quod simile legatum soleat fauore filiorum ex coniecturata voluntate Testatoris restringi ad so-
5 la alimenta, cum illa præeminentia, † qua domi viro
viuente vxor potiebatur, iuxtà consuetudinem priùs inductam *Bononiæ in Curia Bulgari, de qua per glos. & DD. in l. 1. & Auth. hoc locum, C si secund. nupt. mul &c.* & de-
6 inde receptam, & obseruatam † per vniuersam Italiam,
& testatur in specie Bart. *in l. Titia §. Titia cum nuberet numer. 3. ff. de leg. 2. & in l. si Titio in fine de vsufruct. leg.* Angel. *in d. Auth. hoc locum num. 2.* & Roman. *cons. 516. numero 2.*

Idque nulla habita differentia, quod legando Testator vxorem Dominam, & vsufructuariam, vel altero ex
7 his nominibus nuncupauerit, ex quo † consuetudo prædicta non sit inducta propter verborum improprietatem,
sed propter rationem, de qua *in §. prohibemus Autht. de Trien. & Semis.* ne scilicèt Testator filiorum fame morien-
8 tium, † sed viuere valentium vocetur Pater, Bart. *in d. §. Titia num. 8.* Aret. *cons. 40. num. 2.* qui sequitur dictum Baldi *in l. final. C. de indict. viduit. toll.* licet rationem ab ipso adductam reprehendat *Practica Papiensis in forma libelli, quo vxor agit ad dotem tit. 33. glos. 16. in verbo donec virum duxerit sub num. 7.* Capell. Tolos. *decis. 463. vers. & eodem modo, cum alijs adductis per* Cardin. Mantic. *de coniect. lib. 9. tit. 7 num. 2.*

Quoniam sicuti vt dictum est ex coniectura voluntatis hac generali consuetudine inductum fuit, ne verba
9 improprientur, † ita quotiescumque constet de voluntate contraria, illa debet obseruari, quæ vt inquit *text. in l. ex facto vers. & facit ff. de hæred. instit.* totum facit, vt
10 primum locum † obtinet, *l. in conditionibus de condit. & demonstr. l. cum virum, C. de fideicomm.* Castr. *cons. 218. num. 1. vol. 1.* Dec *cons. 454. num. 1.* Gozadin. *cons. 47. num. 3.* & quidem omnes hoc fateri testatur Cardin. Mantic. *de coniect d. lib. 9. tit. 7. num. 20. in fine*, multisque congestis probat Rota *in Firmana vsusfructus 5. Iunij 1666. §. qua ratione coram R. P. D. meo Albergato.*

Inter præcipuas verò contrariæ voluntatis coniecturas illa adscribi solet, quæ desumitur ex consimili legato vsusfructus vna cum Matre filijs relicto; quamobrem
11 sicut respectu illorum non potest ad alimenta † restringi;
ita nec respectu vxoris, cui æqualitèr legatum fuit, vt præter adductos *in decis. bon. mem. Verospij §. hanc verò* tradit Corn. *cons. 5. in fine vol. 1.* Natta *cons. 297. in princip.* Minsinger. *obseruat. 5 cap. 38.* Caualc. *de vsufr. Mulier. relict. num. 54.* Gabr. *Comm. conclus. lib 5. tit. de vsufr. concl. 2. num. 44.* Barri *de success. tit. de legato vsusfructus lib. 9. tit. 24. vers. alius quando*, alijque moderniores relati per Rotam *in dicta Firmana Vsusfructus §. qua ratione coram R. P. D. meo Albergato.*

Non obstat, quod aliàs Rota hanc coniecturam reiecerit in *decis. 762. part. 1. diuers. vbi num. 4.* relicta vxore
12 vsufructuaria † cum filijs, interpretata fuit noluisse ex
hoc Testatorem in legato Matris filios coniungere, sed tantùm ostendere ità à Matre alimenta percipi debere, vt etiam filij alerentur, quam opinionem sequuta fuit, *etiam in decis. 748. num. 3. part. 4. diuers.* Quoniam verior, & receptior est contraria sententia, quam tuentur superiùs adducti, non obstantibus dictis decisionibus, quarum
13 prima quatenùs se fundat *in cons. 30.* Bald. *lib. 5.* † ac Castren. *218. lib. 1.* in quo pariter se fundant Mantic. & Gabr. *allegati in altera*, visum est non officere ex quo nec Bald. nec Castr. faciunt ad hanc quæstionem, nec ratio adducta à Gabr. quod illa verba vna cum filijs posita ad dimi-
14 nuendum valeant importare augmentum † est aliculus
releuantiæ, vt obseruant Menoch. *præsumpt. 139. num. 24. & 25.* Gratian. *discept. 573. num. 7. & 8.* Cyriac. *controu. 52. num. 9.* Gozad. *verò, & Roland pariter in secunda decisione allegati*, nihil obstant, quia Gozad. *cons. 80. num. 3. vol. 1.* potiùs concludit contrarium, & Rolan. loquitur in terminis longè diuersis, vt de vtroque aduertit Surd. *de alim tit. 2. qu. 15. num. 81* quem in hoc sequitur Rota *d. decis. 241. num. 7. part. 5. recent.*

Accedunt in comprobationem apertissimæ voluntatis reliquendi formalem vsumfructum aliæ quamplures coniecturæ ex eo desumptæ, quod vsusfructus relictus fuit
† super tota hæreditate, ad Bart. *in d Auth. quod locum* 15
C. si secundò nupt. &c. Gozad. *d. consil. 47. num. 5.* Rimin.
Iun. *cons. 322. num. 4.* Quòd vxori iniunctim † fuit onus 16
conferendi fructus dotales, vt ponderat Bero. *cons. 34. num. 16. lib 2.* & denique quod illi transeunti ad secundas nuptias reliquit Testator scut. 1000. post obitum Mulie-
ris suis hæredibus † restituenda, vt respondit Sym. de 17
Prætis *de interpræt. vltim volunt. lib 4. interpræt. 1. dub. 10. num. 68.* Benint. *decis. Bonon. 98. sub num. 1. vers. secunda datur, alijque relati per* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 139. num. 29.*

His positis dubitatum amplius non fuit, quin Caterinæ competeret medietas vsusfructus integræ hæreditatis,
nam tantùm consequitur illa expressim nominata † 18
quantum plures coniunctim per nomen collectiuum, vt respondit Paulus *in l. si quis Titio 7. nunc incipit si quis actio, ff. de vsufr. quod & Proc. placuit in l Attius 11 & in l. liber homo 59. §. Titius ff. de hæred. instit. ac decisum habetur in l. interdum 13. §. 1. in vltimis verbis eodem tit. & per hoc apertissimos text. ità consuluerunt* Alex. *cons. 56. sub num. 2. vers. dicti omnes filij lib. 3.* Natta *cons. 297. num. 1.* & probat Caualc. *de vsufruct. d. num. 54.* ac Surd. *de alim. d. quæst. 15. num. 204.*

De qua medietate vsusfructus aliquid filij detrahere
non valent sub † prætextu legitimæ, iuxtà *text. in § pro-* 19
hibemus Auth. de Trien & Semis. quia non fuit illis nuda proprietas tantùm relicta, vt est casus *d. §. & decis. 579. num. 1. part. 5. recent.* Sed vltrà proprietatem relicta fuit medietas vsusfructus; Ideòque cum in portione legitimæ non grauentur, ex qua habere possunt quotidianum cibum cessat ratio potissima illius text. in eo fundato, ne filij durante Matris vsufructu fame perirent, vt tradit Surd. *de alim. d. quæst. 15 sub num. 83.*

Et ità altera tantùm &c.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Pecuniaria.

Veneris 13. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Sententia, à qua quis appellare neglexit in iudicatum pertransit, etiam commissio appellationis peruenerit ad Banchum Cursorum, post decem dies, quia ad hunc effectum non sufficit solam fecisse commissionem appellationis, nisi vlteriùs doceatur etiam de diligentijs factis, vel coram Eminentiss. D. Signaturæ Præfecto, vel coram Regente Cancellariæ.

SVMMARIVM.

1 *Desertio appellationis euitari non potest, si appellatum non sit à sententia nec infrà decennium, nec à die habitæ notitiæ.*

Sententia transit in iudicatum, si ab ea nullo modo fuerit appellatum, num. 1.

2 *Commissio appellationis peruenire debet ad Bancum Cursorum infrà decem dies, & alitèr prouenta desertionem non tollit.*

3 *Commissio appellationis, si non peruenit ad Bancum Cursorum infrà decem dies, vt euitetur desertio doceri debet de diligentijs adhibitis ad effectum signandi dictam commissionem.*

Appellans vt euitet desertionem docere debet de diligentijs obtinendi commissionem factis coram Eminentis-

nentissimo , vel Regenti Cancellariæ , num. 3.

4 *Apoca propria manu conscripta plenè probat contra scribentem , & illius hæredes.*

Solidatio computorum plenam facit probationem contra solidantem , eiusque hæredes , num. 4.

5 *Læsio sententiæ excluditur ex propria obligatione.*

Restitutio in integrum non conceditur sine læsione, numero 5.

Restitutio in integrum datur solùm illis , qui iniustam sententiam passi sunt , num. 5.

DECISIO CLIII.

RESPONSVM fuit constare de re iudicata , non autem de causis restitutionis in integrum, quoniam à sententia A. C. condemnante Iacobum hæredem Ioannis ad restituendum , seù soluendum Annæ scuta 671. ba. 41. ½. debita pro reliquatu administrationis gestæ ab eodem Ioanne , cum nec intra decennium à die promulgationis , nec à die ha-
1 bitæ notitiæ fuerit interposita appellatio † propterea nequit euitari desertio , & illius transitus in iudicatum *cap. quod ad consultationem de sentent. & re iudic. auth. hodie autem C. de appellat.* Rota *decis.* 177. *num. 4. part. 11. recent. & in Romana donationis 6. Iunij 1664. §. fin. coram me.*

Neque ad exclusionem desertionis visum fuit releuare Iacobum impetrasse commissionem appellationis , & ad illam incapsandam citasse coram Eminentiss. D. Cardin. Præfecto Signaturæ Iustitiæ, quia adhuc non iustificatur eamdem fuisse intra decennium à die notitiæ obtentam, quinimò post intimatam sententiam die 29. Ianuarij 1667. Commissio non priùs , quam die 19. sequentis mensis Februarij per-
2 uenit ad Bancum Cursorum , † ad quem peruenire debebat infrà decem dies , iuxtà tradita per Cassad. *decis. 4. de appellat.* Eo magis cum non doceatur intra dictum terminum decem dierum Iacobum adhi-
3 buisse diligentiam † committendi causam præsentando commissionem eidem Eminentissimo , vel Cancellariæ Regenti , prout sensit Rota *decis.* 590. *num. 5. part. 5. & decis.* 173. *num. 4. & 5. part. 9. recent. & in Romana Saluiani 21. Iunij 1666. coram R. P. D. meo Carpineo.*

Idque faciliùs Domini putarunt attenta validitate , & iustitia sententiæ ; validitas enim est inconuertibilis ; Iustitia verò resultat ex Apoca computorum solidata pro reliquatu in scutis 671. ba. 41. ½.
4 & propria Ioannis manu subscripta , † quæ contra ipsum solidantem eiusque hæredes, plenè probat creditum in summa ibidem firmata , vt notat Alexan. *cons.* 141. *num. 4. lib. 6.* Rota *in Romana Pecuniaria 21. Aprilis 1651. §. ac præterea coram bon. mem. Cardin. Corrado , & in Ferrarien. Pecuniaria 6. Iunij 1664. §. etenim coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Inde cum excludatur omnis læsio consequenter cessat
5 quæcumque in integrum restitutio , † quæ non nisi passis iniustam sententiam concedi solet , Abb. *in c. ex literis sub numero 5. de restitut. in integr.* latè Rota *in Romana Castri Orciani 7. Februarij 1661. §. cumque sententia coram R. P. D. meo Albergato , & in allegata Romana Saluiani §. nec Domini coram R. P. D. meo Carpineo.*

Et ità decisum fuit Anna tantùm Informante, altera verò parte pluries citata , & expectata.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem Reuerendissimo Domino Beuilacqua sub die 28. Ianuarij anni 1669. & sub die 14. Iunij eiusdem anni adest altera resolutio coram eodem Reuerendissimo Beuilacqua mandatum A. C. esse exequendum.

R. P. D. TAIA.

Farsen , seù Senogallien Emphyteusis.

Lunæ 17. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Constitutione Sanctæ memoriæ Vrbani VIII. in Statu Vrbini cautum est , quod bona emphyteutica Ecclesiæ emphyteusi per generationem finita , proximioribus renouari debeant , ideòque plura in præsenti decis. ad huiusmodi materiam congruentia plenè , & perfectè examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis per generationem finitam descendentes possunt petere confirmationem.*

2 *Emphyteusis nulla renouari non potest num. 2. sed vide num. 9. cum seqq.*

Renouatio emphyteusis fieri debet iuxtà antecedentem concessionem, num. 2.

Renouatio emphyteusis non est titulus nouus, sed prioris confirmatio, num. 2.

3 *Inuestitura emphyteusis si fuerit nulla , & illigitima , renouatio fieri non potest, & supra num. 2. fallit vt num. 9. cum seqq.*

4 *Emphyteusis renouatio fieri ne debeat vbi nulla pro Ecclesia concurrit vtilitas, & num. seqq.*

5 *Vrbinates, & Forosempronienses an possint petere renouationem emphyteusis, etiam sine aliqua vtilitate Ecclesiæ , & num. 9. cum seqq.*

6 *Emphyteusis renouatio in Statu Vrbini an fieri debeat cum augumento canonis, & quomodo , & vide num. 9. cum seqq.*

Renouatio Emphyteusis vt concedatur solitum probari debet, num. 6.

7 *Solitum renouandi bona emphyteutica probatum nè remaneat ex vnica locatione solemni.*

8 *Inuestitura noua non dicitur illa , quæ fuit facta vigore pacti antecedentis de renouando.*

9 *Emphyteusis renouatio in Statu Vrbini fieri debet quomodolibet fuerit prima inuestitura concessa.*

10 *Constitutio san. mem. Vrbani VIII. super renouatione emphyteusis in Statu Vrbini affertur, & successiuè declaratur, & supra num. 1. cum seqq.*

Verba vniuersalia quandocumque , & quomodocumque, *comprehendunt etiam actum minus validum, num. 10.*

11 *Bona in Statu Vrbini plerumque erant allodialia, & ab ipsis laicis submissa posteà sunt iurisdictioni Ecclesiæ , & de ratione.*

Bona quæ in Statu Vrbini etiam antiquitus erant ecclesiastica erant sterilia inculta , & infructuosa , nu. 11.

Vrbanus Papa VIII. quarè compulit Ecclesiasticos ad renouandum , & reinuestiendum bona emphyteutica in Statu Vrbini generatione finita , num. 11.

DECISIO CLIV.

COMMENDATARIVS duo petia terræ laboratiuæ , quæ anno 1540. fuerunt in emphyteusim concessa Iulio vsque ad tertiam generationem benè completam , & quartam ad renouandum , & vigore dicti pacti de renouando renouatum alteri Iulio anno 1624 pro scut. quinque vnica vice tantùm tunc solutis , & cum onere soluendi singulis annis pro Canone quatrenum vnum per lineam finitam legitimè deuoluta ad commendam capacitatis Salmarum 13. in semine in emphyteusim concessit Vincentio pro se ipso , eiusque filijs, & Nepotibus masculis tantùm &c. nec non Pompeo , & Siluio eorum vita durante , & non vltrà medietatem scilicet dictorum duorum petiorum terræ d. Vincentio &c. ipsis verò Pompeo , & Siluio aliam medietatem &c. cum iure accrescendi eidem Vincentio , quam quidem locationem d. Commendatarius fecit pro scut. 15. pro ingressu , & Laudemio &c. 2. Maij 1628.

Extinctis omnibus , Commendatarius præsens instituit

stituit iudicium coràm A.C. mense Augusti 1666. sed filia Vincentij petit renouationem, quam concedendam respondit Rota 29. Aprilis * 1667. & deinde iudicauit appellante autem Commendatario, & commissa mihi causa sententiam Rotalem confirmandam hodie respondit.

Actio filiæ fuit indubitata vt indubitabilis pro emphy-
1 teusi, quando ea finita per generationem finitam † descendentes possint petere confirmari apud Bart. *ad §.permittitur l.1.ff. de aqu.quotid in fin. & specialì motu proprio san.mem.Vrbani VIII.10.Decembris 1642.*

Dubitatum est de exceptione Commendatarij; dicebat enim ad verba motus proprij, iuxtà antecedentem concessionem, seù renouationem &c. reinuestire &c. re-
2 nouari non posse, quæ nulla fuerit, † & quæ fuerit renouari debere iuxtà antecedentem, vt non est titulus nouus, sed prioris tituli renouatio, Rota *decis.* 39. *num.*47 *part.*8. *cum alleg.* adeòque assumptum non proce-
3 dere hic, † vbi proxima concessio siue Inuestitura fuit nulla, & illegitima, Anton. *var. resol.* 22. *num.* 3. & *num.* 11. *vers. ad vltimum lib.* 1. & ampliùs apud Galgan. *ad Stat. Vrb.* 124. *quod emphyt.finit. relocat.lib.*1. §. *stante hoc vers. verum quoniam locatio* Fenzon. *in fin. ex decisis, & redicisis à maioribus nostris apud Pic. de contr. sine cert. solemnit.decis.*38.*num* 6.

Nullitatem dictæ inuestituræ 1628. de cuius renouatione nunc agitur, & erat agendum quatenus agit filia Vincentij ex filiatione nihilo attinens, vel nihil afferens alias ad Iulium primum inuestitum deducebat ille præcipuè ex facto quando nulla vtilitate constante pro Com-
4 menda † immò constante pro Inuestitis fuit facta contra notam constitutionem de rebus Eccles. non alien. ibi, *ac de rebus, & bonis in emphyt. ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum vtilitate &c. vbi post alios, & cum alijs* Barbos. *num.* 15. *& sæpè, semperque* Rota *decis.*36. *num.*12. *& decis.*243. *num.*15. *part.* 7. *& decis.*17. *num.*13. *vers. quia renouatio etiam rei Ecclesiasticæ part.*11. & de forosempro-
5 nien. adeòque † huiusmodi Vrbinatibus Rota coram Reuerendiss. Royas *decis.*132. *num.*5. *& in decis.*10. *num* 6. *par.* 9 & assumebatur in ipso motu proprio, auctoque Canone non habita ratione fructuum, sed competentèr ita tamen, vt Canon auctus, & augendus quinquagesimam
6 partem valoris ipsorum fructuum nunquam † excedat, nisi hucusque extitisset, &c. & quibus etiam solitum, vti pluriès obseruatum deficere deducebat in rem præsentem, & ad sensum, & ad allegata à Barbos. *dict.* 376. *ab*
7 *init.cum alleg.* & magis citra vnicam † locationem solemnem, Rota *decis.*155.*num.*4.*vers.quæ conclusio part.* 8. non computata renouatione anni 1624. quæ vigore pacti ante-
8 cedentis de renouando † non dicitur noua inuestitura, Rota *decis.*176.*à num.*26.*part.*5.

9 Contrarium autem visum est † allegando *d.decis.*155. *d.num.*4 *cum alijs coram R.P.D meo Bourlemont 29. Aprilis 1667. §. nec obstat*, & obseruando d.secundam inuestituram, licèt pro se, suisque filijs, & nepotibus masculis tantum ex Iulio vsque ad tertiam generationem benè completam tamen etiam quartam ad renouandum, & dicebatur tolli omnem difficultatem verbis motus proprij mandantis reinuestiri, &c. *bona stabilia laicis quomodo-*
10 *cumque, & quandocumque concessa, seu renouata*, † quæ proculdubio sint apta compræhendere concessionem etiam minus validam, & allegabatur Alex. *cons.* 118. *nu.* 5. *lib.*5. Gratian. *cons.*21. *num.*77. *&* 78. *lib* 2. *&* Rota coram Seraph. *decis.*31. *num.*3.

Communitèr Domini concluserunt ex eo quando asseritur eo loco vigere publicam vocem, & famam, & communem reputationem, quod bona antiquissimis temporibus non fuerunt concessa laicis per Ecclesiasticos, sed ipsi laici propter factiones, seditionem, & bella in prædicto Statu Vrbini vigentes, & vigentia recognouerunt illa ab Ecclesijs sub minimo Canone ad euitandam illo-
11 rum confiscationem, seu depopulationem, † & si quæ fuerunt ab initio per Ecclesias laicis concessa, tunc illa erant sterilia, inculta, & infructuosa, &c. in dicto motu proprio, ex quibus sicuti fa. mem. Vrbanus compulit Ecclesiasticos ad renouationem, & reinuestituram, ita inter laica bona, & allodia propemodum declarauit, & amplius ad Rotam apud Paitell. *decis. causar.ciuil.decis.*6.*num.*7.*à vers.male igitur, & decis.*8.*num.* 2.*cum ibi alleg.*

Et ita vtraque, &c.

Alia præsentis causæ Decisio emanata coram R.P.D. Bourlemont sub die 24. Aprilis anni proximè præteriti habetur supra in hac eadem parte decis.90.

REVERENDISSIMO P.D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 16. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Solutio dotis vigore publici instrumenti petita, simul atque obligatione Camerali vallata, retardari non potest exceptione excessiuitatis innixæ Statuto Vrbis, quod Clericos promittentes nullatenus compræhendit, nisi de eis expressam mentionem fecerit; maximè si huiusmodi exceptio pluriès proposita semper fuerit à Rota reiecta.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Vrbis non habent locum in dote constituta à persona ecclesiastica.*
*Statuta Vrbis quamuis confirmata à Papa non compræhendunt Clericos, nisi de illis fiat in eis expressa mentio, vel adsint verba apta illos compræhendere, num.*1.
2 *Exceptio à Rota reiecta remanet turbida, & dubia.*
Executio publici instrumenti, & obligationis Cameralis non impeditur per exceptiones turbidas, num. 2.
3 *Tutor ratione sui officij tenetur omnem adhibere negligentiam, vt contractus ab eo gestus cum pupillo vndequaque subsistat.*
4 *Tutor, qui non adhibuit diligentiam in contractu sui pupilli tenetur ad omnia damna.*
5 *Hæredes Tutoris nullitatem illius obligationis allegare non possunt.*
6 *Pontifex solet de facili derogare Statutis Vrbis super excessiuitate constitutionis dotis.*
Amplia, & fortiùs fauore nobilium personarum, ibidem.
7 *Tutela per aduentum pubertatis finitur.*
8 *Pubertas incipit post decimum quartum annum completum.*
9 *Annum vt quis attigisse dicatur, sufficit ingressus illius.*
*Annus non dicitur completus nisi saltem aduenerit vltima dies, num.*9.
10 *Onus idem incst Tutori, ac Curatori in iis, quæ concernunt vtilitatem pupilli.*
Tutor, & Curator ambo tenentur de neglectis, num. 10.

DECISIO CLV.

IN prima decisione huius causæ 18. Iunij * 1655. disputato dubio, An esset relaxandum mandatum tam pro residuo sortis principalis dotis Ersiliæ, quàm etiam pro fructibus decursis, & non solutis, Rota censuit pro solo residuo sortis esse relaxandum, & mandauit, vt pro fructibus particulariter videretur, dictaque resolutio fuit successiuè confirmata 22. Iunij 1657. * & 28. Martij 1664. *coram me*. Cum autem pro parte D Marchionis fuerit denuò petita noua audientia, illam Domini benignè concesserunt, cum hoc, quod eodem tempore disputaretur dubium etiam super fructibus in eadem prima decisione reseruatum. Vnde in hodierna repropositione visum fuit pro quarta vice fundamenta decisionum quoad residuum sortis subsistere, quoad fructus verò, & damna, & interesse non fuit capta resolutio; sed iterum placuit particulari disputationi reseruare.

Siqui-

Siquidem respectu residui sortis, non releuat exceptio
toties repetita contra claram promissionem factam à bo.
mem. Cardinali Prospero de Sancta Cruce in publico
Instrumento obligatione Camerali munito, quod scilicet
non potuerit dotem constituere vltra summam taxatam
in antiquis Reformationibus Vrbis anni 1532. vbi annul-
lantur dotes excedentes quantitatem ducatorum bis mil-
le de carolenis.

Aut enim sublata remanet ex responsionibus aliàs
datis in tribus præcedentibus decisionibus, cum qui-
bus etiam hodie transire voluerunt Domini, cum verè
Reformationes præfatæ tamquam factæ, & ordinatæ
1 à Populo Romano † non possint habere locum in dote,
de qua agitur, constituta à persona Ecclesiastica, non
obstante confirmatione, & approbatione Summi Ponti-
ficis, quia ad illum effectum requiritur etiam, quod
de Clericis fuerit facta expressa mentio, vel adsint ver-
ba apta illos compræhendere, vt reiecta contraria opi-
nione firmauit Rota *in pluribus decisionibus congestis in
decisione 22. Iunii 1657. §. vnde quamuis*, & præter ibidem
allegatas, *dictum fuit in Romana Vineæ 16. Ianuarii §. nulli-
tas siquidem, & 21. Iunii 1660. §. nullitas coram Reuerendis-
simo Papien, & in Romana, seu Perusina census 14. Decem-
bris 1663. §. nec vrget coram Eminentiss. D. Cardinali Cel-
so.*

Aut in omnem casum negbri non potest quin huius-
modi exceptio vsque adhuc semper reiecta adeo turbida,
2 ac dubia remaneat, vt † minimè debeat admitti ad impe-
diendam executionem vigore publici instrumenti, &
obligationis Cameralis, *iuxta tradita per* Galles *de oblig.
Camer. quæst. 17. num. 1. & 2.* & ibi Zacch. *num. 2.* quos refert
Rota *post d. tract. decis. 169. num. 13.*

Præterea visum fuit cessare omnem dubietatem ex
motiuo in tertia decisione deducto §. *fin.* quod nempè
cum dotis constitutio respiceret fauorem Francisci Cincij
futuri Sponsi Ersiliæ de Sancta Cruce idem Cardinalis
Prosper tamquam Tutor dicti Francisci tenebatur ratio-
3 ne officij omnem diligentiam † adhibere, vt contra-
ctus ab eo gestus cum pupillo vndequaque subsisteret,
*iuxta text. in l. quoties 10. §. si temporali, vbi gloss. verb. for-
4 tassis, ff. de administr. & peric. tutor.* aliàs enim sicut †
ipse tenebatur ad omnia damna, *l. ob fænus 50. ff. eodem*;
5 ita nec eius hæredes possunt allegare † nullitatem obli-
gationis illius, vt præter authoritates ibidem allegatas,
probat Borgnin. Caualcan. *de Tutor. num. 175.* Mastrill.
decis. 287. num. 42. Add. *ad decis. 510. num. 22. part. 5. recent.*

Et quidem poterat Cardinalis quemadmodum ipse
seruauit pro nubenda alia Nepte, obtinere licentiam à
Summo Pontifice, qui de facili solet (præsertim inter
6 personas nobiles) † derogare dictis Reformationibus, vt
de hac facilitate docet vsque adhuc experientia, & testa-
tur Rota coram Card. Millino *decis. 443. in fine, in Romana
dotis 26. Iunii 1663. §. quoniam consuetudo coram bon. memor.
Leone Verospio.*

Quod sanè motiuum non euitatur ex eo, quod die 5.
Decembris 1561. Franciscus in testamento Christophori
Patris fuerit enunciatus annorum tresdecim, vnde infer-
tur, quod de tempore obligationis Cardinalis secutæ
24. Octobris 1563. idem Franciscus vtpote attingens an-
7 num decimum quintum non esset ampliùs sub tutela, †
quæ per aduentum pubertatis expirat, *vt in princip. instit.
quib. mod. tut. finit.*

Vltra quod enim huiusmodi probatio nihil concludit
cum possit stare simul quod Franciscus sub dicta die 5.
Decembris 1561. attigisset annum decimum tertium, &
quod sub die 24. Octobris 1563. non compleuisset annum
8 decimum quartum, † prout ad effectum pubertatis re-
quiritur *instit. eod. tit.* ibi: *pubertatem in masculis post deci-
mum quartum annum completum illicò initium accipere*; suf-
9 ficit enim ingressus anni, vt quis dicatur illum attigisse; †
sed pro complemento expectari debet saltem aduentus
vltimæ diei, *l. qua ætate, ff. de testam. l. anniculus 134. ff.
de verb. signific. & l. si in annos, ff. de condit. & demonstr.*
Remouetur obiectum, ex quod dictus Cardinalis non so-
lùm fuit in testamento datus Tutor, sed etiam respecti-
uè Curator ipsius Francisci, prout quoque petijt à Iudi-
ce confirmari *hodierno Summ. impresso num. 1.* & per con-
sequens siue consideretur vti Tutor, vel vti Curator,
semper tenebatur obtinere supradictam derogationem,
ad effectum, vt contractus factus cum Francisco conse-
queretur validitatem, cum idem sit onus in Tutore, &
Curatore in iis, quæ concernunt vtilitatem pupilli, † vel 10
minoris, itaut ambo teneantur de neglectis, vt plures re-
fert *decis. 57. num. 5. part. 5. recent.*

Et ità vtraque &c.

Decisiones, quæ supra in hac Causa emanarunt sub die-
bus 18. Iunij 1655. 22. Iunij 1657. & 28. Maij 1664.
omnes coram Eminentiss. D. Cardinali Cerro tunc
Sacræ Rotæ Decano, cùm non habeantur impres-
sæ, erunt in Appendice aliarum Decisionum præter-
missarum.

R. P. D. CALATAIV.

Cæsenaten. Dotis.

Lunæ 16. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Duplicem, ac etiam arduam iuris quæstionem præsens resoluit Decisio, vtramque tamen ab vno eodemque iuris principio deriuantem: quod est, An dos filiæ exclusæ à statuto præseruata, succedat locò legitimæ, vel ne, à qua resultat resolutio alterius quæstionis principaliter in præsenti Decisione tractatæ, quod nempè eo in casu, quod dos succedit loco legitimæ fructus debeantur ex illa, etiam per mortem mulieris matrimonio dissoluto.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales soluto matrimonio per mortem vxoris non debentur.*

2 *Dos ex* statuto Cæsenæ lib. 1. rubr. quod stantibus masculis fœminæ non succedant, *succedit loco legitimæ. & num. seqq.*

Legitima debetur vna cum fructibus, num. 2.

3 *Fructus dotis à statuto filiæ exclusæ præseruatæ debentur etiam soluto matrimonio.*

Dos à statuto præseruata filiæ exclusæ propter masculos succedit loco legitimæ, num. 3.

4 *Dos in statuto exclusiuo fœminarum quando succedat loco legitimæ, & num. seqq.*

5 *Statutum si excludit fœminas propter masculos, & deinde mandat eas dotari, tali casu dos non succedit loco legitimæ.*

Si verò easdem excludit cum qualitate dotationis, & tunc dos succedit loco legitimæ, ibidem.

6 *Statutum excludens fœminas propter masculos, si fœminæ fuerint dotatæ, eo in casu dos succedit loco legitimæ.*

7 *Statutum Perusinum quoad dotem fœminarum propter masculos exclusarum, est simile statuto Cæsenæ.*

8 *Statutum Cæsenæ excludens fœminas propter masculos; & propter dotem latissimè expenditur, & supra num. 2. cum seqq.*

Decis. 445. part. 4. diuers. *adducitur, expenditur, & declaratur, num. 8.*

9 *Castrensis ingenuè fatetur, quod consultus super statuto Cæsenæ ad relationem alterius tenuit contrarium, quod postea eodem statuto considerato de iure firmauit.*

10 *Statutum firmanum excludit fœminas propter masculos, & deindè mandat eas dotari.*

11 *Statutum an voluerit dotem mulieris propter masculos exclusæ succedere loco legitimæ, ex coniecturis desumitur.*

Pater dotans filiam alias à statuto exclusam, an voluerit dotem succedere loco legitimæ, colligitur ex coniecturis, num. 11.

12 *Dos succedit loco legitimæ si statuentes voluerunt illam esse congruam.*

13 *Successio mulieris exclusæ à statuto, si restringitur ad solam dotem, & tunc certum est, quod eadem dos succedit loco legitimæ.*

14 *Dos ex* statuto Vrbis lib. 1. cap. 141. *succedit loco legitimæ, & quare.*

15 *Dos succedit loco legitimæ, si statutum non iniungit masculis obligationem dotandi, sed committit declarationem eiusdem dotis proximioribus ipsius mulieris.*

Dota-

Dotatio, si ex mente statuti est facienda à probo viro, vel à Iudice, dos eo casu semper dicitur succedere loco legitimæ, num. 15.

Dotem vir probus, & Iudex non arbitrantur minorem legitima, num. 15.

16 *Dos præseruata à statuto non in casum matrimonij simpliciter, sed quousque fœmina fuerit nubilis ætatis, & cum alimentis vsque ad d. tempus, dicitur succedere loco legitimæ.*

17 *Assignatio dotis facta à patre pro omni, & toto eo, quod filia prætendere posset, dicitur subrogata in locum legitimæ, & quando.*

18 *Fructus dotis soluto matrimonio debentur etiam de dote in quantitate promissa, si dos fuit subrogata in locum bonorum stabilium, quæ mulieri debebantur, & num. 19.*

Dos in quantitate constituta mulieri, quæ renunciauit omnibus bonis, censetur subrogata loco eorundem bonorum, num. 18. & 19.

19 *Dotis subrogatæ loco legitimæ debentur fructus sicut ex ipsa legitima, & seqq.*

20 *Legitimam filius non tenetur recipere in quantitate.*

21 *Permutatio facta de bonis debitis pro legitima cum dote in quantitate constituta, censetur facta etiam sub conditione vt fructus ex ea recipiantur.*

22 *Dotis in pecunia receptæ fructus debentur etiam dissoluto matrimonio, si mulier propter dotem renunciauit hæreditatis in stabilibus consistenti, & supra num. 17. cum seqq.*

DECISIO CLVI.

SEBASTIANVS Buschus anno 1627. Vincentiam filiam nuptui tradidit Thomæ de Altinis cum promissione dotis scut. 600. monetæ pro rata portione tam paterna, quàm materna dictæ Vincentiæ tangesi, super qua quietantiam in forma ab vtroque sibi reseruauit; in executionem istius obligationis, Sebastianus soluit scuta 200. & reliqua 400. soluere promisit in termino quatuor annorum, & reseruatam quietantiam, & renunciationem propter dotem competentem à Vincentia, & Marito respectiuè receptam in forma iuris solemniter reportauit, decesserunt postmodum prædicti iugales relicto Ioanne Baptista filio, qui pariter de anno 1657. defecit cum filijs, pro quibus Archangela Ponta Tutrix iudicium intentauit coram A. C. contra Augustinum Buscum filium, & hæredem Sebastiani promissoris dotis tam pro consecutione residui scut. 400. nondum soluti, quam etiam pro fructibus tam constante, quàm soluto matrimonio decursis, & mandatum executiuum obtinuit, sed adita per Buscum Signatura illa quoad fructus constante matrimonio, *sine præiudicio* restripsit quoad illos verò eo soluto decursos cum clausula, *si quid exequendum*; vnde commissa causa in Rota Reuerendiss. D. meo Ninot Episcopo Gerunden. hodie coram me in eius locum suffecto dubitatum fuit ad formam commissionis, an mandatum A. C. sit exequendum quoad fructus decursos soluto matrimonio, & fuit affirmatiuè resolutum.

Quidquid enim sit de alijs fundamentis, propter quæ Altini prætendebant controuersos fructus deberi etiam
1 soluto matrimonio † non obstante dispositione *text. in cap. salubriter 16. de vsuris*, placuit DD. se restringere ad illud dotis à patre constitutæ filiæ suæ, quæ cum iuxta dispositionem *statuti Cæsenæ lib. 1. sub rubrica, quod stantibus masculis fœminæ non succedant*, sortiatur naturam le-
2 gitimæ, † sicut ista debetur vna cum fructibus, *ad text. in l. Papinian. 8. §. vnde si quis 11. ff. de inoffic. testam.* Rota *decis. 110. num. 27 part. 8. recent. & in Bononien. legitimæ 18. Martij 1664. in principio coram R. P. D. meo Emerix*, ita pari modo debentur fructus etiam de dote à statuto præserua-
3 ta, † quæ in eius locum succedit, vt benè ad propositum ratiocinatur Ruin. *cons. 26. num. 22. lib. 3.* Alex. *cons. 69 num. 3. lib. 1.* Merlin. *de legitima lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 7. cum cumulatis in Romana fructuum dotis de Vellis 10. Nouembris 1600. coram Litta apud Fenzon. ad stat. Vrbis decis. 84. §. vnde cum dos in fine.*

Nec dubitari potest, quod dos attento præd. cto statuto non induat naturam legitimæ; Etenim quamuis incipiat ab exclusione fœminarum propter masculos, eas tamen
4 non excludit simpliciter, † sed quidem cum qualitate dotationis, ibi: *fœminabus exclusis ipso iure, quas volumus, si dotatæ sint suis dotibus contentas esse*, vnde instat in hac quæstione communiter recepta distinctio, quod aut statutum excludit fœminas simpliciter, & deinde mandat eas dotari, & tunc non succedit loco legitimæ, † aut verò 5
illas excludit non tamen simpliciter, & absolutè contemplatione masculorum, sed cum qualitate dotationis, vt in proposito casu, & ista exclusio qualificata operatur, quod dos sortiatur naturam legitimæ, eiusque loco dicatur subrogata, vt est Theorica Saliceti *in lege Sancimus 24. num. 5. vers. 2. in casu eodem, Cod. de nuptijs*, & sequitur *vulgata distinctio* Pauli de Castro *in l. Titio centum 71. §. Titio genero num 8. in fine vers. ego pluries consultus, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, & hanc distinctionem tenet Soccin. Sen. *cons. 75. num. 8. lib. 3.* Grassus *in §. legitima quæst. 7. vers. quid dicendum*, Merlin. *de legitima lib. 3 tit. 1. quæst. 8. num. 12. vers. sed & præterea*, Angelus de Perus. *cons. 300. num. 1.* Gratian. *disc. 700. num. 3.* & conciliando cum ista distinctione vtramque opinionem sæpissimè tenuit Rota *decis. 106. num. 7. post eumdem* Merlin. *de legitima*, *& coram san. mem.* Gregor. *decis. 663. num 2.* & ibi Adden. *lit. A. & in recent. decis. 399. num. 32. cum seqq. part. 5. & in Romana domus 27. Maij 1647. coram Reuerendiss. Papien. §. si verò attendamus*, & propterea cùm statutum prædictum fœminas excludat, † si erunt dotatæ, certum est, 6
quod secundum illud dos loco legitimæ succedit, vt in indiuiduo eiusdem statuti firmatum fuit coram Cardin Seraph *decis. 959. num. 5.* quam refert, & sequitur cum hac distinctione in eisdem terminis Merlin. *de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 8. num 12. vers. sed & præterea*, & in terminis statuti † Perusini, quod ab eodem Merlino *loco cit.* dicitur 7
simile esse statuto Cæsenę, Rota *decis. 106. num. 3. post eumdem* Merlin. *de legitima*.

Hinc non obstat *decisio 449. part. 4. diuersor.* in qua videbatur firmatum statutum Cæsenæ exclusiuum fœminarum eas etiam à legitima arcere; † quia vltra quod ibi so- 8
lùm disputatum fuit, an dictum statutum excludens fœminas ab intestato, eas quoque excluderet à testamentaria dispositione, qui non est casus noster, prædicta conclusio fuit ibidem incidentèr adiecta, & solùm fuit consideratum, quod statutum incipit ab exclusione, sed non inde obseruatum, quod exclusio non est vera, ac simplex, sed qualificata, quæ qualitas omissa adeò diuersificat dispositionem, vt Castrens. *in cons. 222. num. 5. vers. nam tale relictum lib. 2.* ingenuè fassus fuit se in quodam consilio tenuisse, dotem non succedere loco legitimæ, † quia sibi 9
dumtaxat fuit narratum statutum incipere ab exclusione; cum autem postea reperijsset exclusionem esse qualificatam, contrarium in allegato consilio firmauit; qualitas enim prædicta dotationis operatur, vt dos taliter præseruata, subrogata dicatur in locum legitimæ ex supra firmatis, quod vtique fuit ponderatum *in decis.* Cardin. Seraph. in qua non solùm talis articulus fuit discussus, sed ipsa resolutio fundatur in allegata distinctione communiter à DD. & à Rota recepta.

Prout etiam non applicatur *decis. 74. post* Merl. n. *de legitima*, quia statutum Firmanum, † de quo ibidem tra- 10
ctatur, non excludit fœminas propter dotem receptam, vt istud Cæsenæ, sed eas simpliciter excludit propter masculos, & deinde mandat dotari, vt patet ex eius lectura *nu. 1. vers. quod autem*, vnde potius allegatam distinctionem confirmat, imò quatenus ex prædictis huiusmodi casus controuersia decisa non remaneret, † concurrunt in præ- 11
senti tot coniecturæ tam voluntatis statuentium in pluribus loci statuti, quàm ipsius Sebastiani patris in constitutione dotis, quæ talem subrogationem enixè suadent, quas passim à DD. admitti ad interpretationem similium statutorum probat ex Bart. *in d. l. Titio centum*, Rota *decis. 208. num. 10 part. 8. recent.*

Præcipua autem ex istis deducitur ex eodem statuto, vbi dos eius vigore præseruata, debet esse competens, & congrua secundum patrimonium, & qualitatem tam personæ defunctæ, & dotare debentis, quàm ipsius personæ dotandæ; † talis enim ratio considerata à statuentibus 12
influit in consequentiam, quod illa succedere debeat loco legitimæ, secundum quam regulatur congruitas dotis, iuxta dictum Baldi *in authentica res quæ num. 18. vers. vltimo nota, C. communia de legat. s, & in consil. 106. num. 2. in fine, vers. & quia in isto casu lib. 1.* Crauetta *cons. 236. num. 3.* Surd. *de aliment. tit. 3 quæst. 1. num. 60.* cum alijs cumulatis per Rota *d. decis. 208 num. 16. part. 8. recent.* quæ coniectura fortior redditur ex eo, quod idem statutum post requisitam qualitatem donationis fauore fœminarum non so-

lùm

lùm iubet eas dote ficut fupra conftituta contentas effe debere, fed eis vlteriùs prohibet habere poffe regreffum ad bona dotantium ratione alicuius legitimæ portionis, aut debiti bonorum fubfidij iure naturali debiti, vel alia quacumque, fucceffionis caufa expreffa, vel non expreffa,
13 vnde † cum omne ius fucceffionis talium fœminarum dicatur ex illis verbis ad dotem reftrictum, vehemens inde refultat demonftratio, quod dos prædicta vires legitimæ gerere debeat iuxta originalem doctrinam Iacobi Butrigarij *in l.quoniam in prioribus in additionibus*, *C.de inoffic. teftam.* cum qua procedit Surd. *loco cit. num* 64. Angelus de Perufio *conf* 226.*num*.3. Rota *dicta decif*. 208. *num*. 17. & in terminis *Statuti Vrbis lib*.1. *cap*. 141. mandantis
14 pariter filias contentas effe dotibus à patre conftitutis, † quod dicatur fuccedere loco legitimæ dixit in *Romana tranfactionis* 2. *Maij* 1659. *coram Eminentiff. D meo Cardin. Celfo,§.idem ftatutum cum feqq.§. in Romana prætenfi fideicommiffi* 1. *Aprilis* 1666.*§.idque demonftratur*, & 28. *Ianuarii* 1667.*coram R.P.D.meo Carpineo §.quod clariùs*.

Præterea eft valde confiderabile in præfenti facti contingentia, quod ftatutum non iniungit obligationem dotandi fœminas illis mafculis, propter quos alias videri poffent exclufæ, fed illam committit arbitrio, & declarationi duorum ex proximioribus confanguineis, feu affinibus illius, de cuius bonis agitur eligendis per Poteftatem, & Vicarium Cæfenæ, qui vlterius tenentur præftare facramentum, de benè, rectè, & fecundùm eorum con-
15 fcientiam conftituenda dotæ, † quando autem dotatio eft facienda ex mente ftatuti à bono viro, vel à Iudice, qui verifimiliter dotem non eft arbitraturus minorem legitimam, dos taliter præferuata fuccedit in caufam legitimæ, vt eft notandum inquit Iafon *in authent. nouiffima num*.39. *C.de inoffic.teftam.*Curt.Sen.*conf*.37. *num*.29. *verf. quia vt dixerunt*, probat Merlin.*de legitima lib*.3.*tit*.1.*quæft*.8. *num*. 12.*in fine, verf.fed fi dotatio*, vbi allegat Rota *in Tiburtina hæreditatis* 26.*Maij* 1642.*coram bon.mem. Bichio*.

Accedit viterius, quod ftatutum in præferuatione dotis eam non differt explicitè ad tempus matrimonij, fed tantùm illam præferuat vfquequo dictæ fœminæ fuerint nubilis ætatis, & vfque ad illud tempus dumtaxat eis proui-
16 det de alimentis † fignum euidens, quod conftituta fœminis dote intendebat illam deferuire debere pro matrimonio earum, & confequenter naturam legitimæ induere debere, vt reiecto Riccardo *de Malumbra* aduertit ad propofitum Salicet.*in l.fancimus* 24.*num*.3.*verf*.3.*ad quæft*. 6. *C.de nuptiis*, Cardin Mantic.*de coniect.lib*.11. *tit*. 23. *num*. 37.& dixit Rota *decif*.208.*num*.15.*part*.8.*recent*.

Famulatur demum voluntati ftatuentium etiam intentio ipfius Sebaftiani dotantis, qui in conftitutione controuerfæ dotis expreffè declarauit fe talem affignationem facere pro portione tam paterna, quàm materna ipfius Vincentiæ, quæ fucceffiuè propter dictam dotem ad eius fauorem ampliffimè renunciauit bonis paternis, maternis, fororijs, & auitis, & generaliter omnibus alijs iuribus fibi competentibus, & in futurum competituris ex quacumque legitima portione trebellianica quocumque fupplemento iure naturæ debito *Summario* illorum de Alti-
17 nis *num*. 1. † talis enim affignatio, & correfpectiua acceptatio cenfetur fubrogata loco legitimæ, eiufque naturam, & qualitatem importat, vti eft *text.in l.fin. C.de dotium promiff* quem fingularem in propofito dicit Bart.Soccin.*in l*.1. *num*.40.*ff.foluto matrimonio*, & probat Caftrenfis *conf*. 372. *num*.4.*lib*.1.Aymon *conf*.84.*num*.5.Surd *de aliment.tit*.3.*qu*. 1.*num*.64.& firmauit Rota *in Romana domus* 27.*Maii* 1647. *§.pro tertia coram Reuerendiffimo Papieñ*.

Firmato igitur ex fupra deductis, quod dos ifta fucceſſerit loco legitimæ, non obftat, quod eius fructus foluto matrimonio deberi non poffint, cùm fuerit promiffa in quantitate, quæ de fui natura fructus non parit, fignantèr ceffantibus, prout hic oneribus matrimonij, in quorum gratia dumtaxat *text.in cap.falubriter* 16.*de vfuc*.eo conftante
18 dotalia interufuria permittit, † quia cum in cafu noftro Vincentia renunciauerit bonis paternis, & maternis propter dotem receptam, talis correfpectiua renunciatio operatur, vt ea pecunia cenfeatur fubrogata loco bonorum ftabilium, quibus ipfa renunciauit, vt inquit Capra *conf*. 153.*num*.10.Grat.*difcept*.759.*num*.2. & firmauit Rota *dec*. 110.*num*.24.*part*.8. *recent*. ex quibus ficuti fructus percipi
19 potuiffent, † ita ex ipfa pecunia taliter fubrogata, quæ fucceffit in locum legitimæ nullatenus percipi prohibentur, vt poft Alex.*conf*.69.*num*.3.*verf. dicitur filia acceptando lib*.1.& *conf*.127.*num*.3.*lib*.6.tenent Capra *dict.conf*.153. *à nu*.8.*vfque ad finem*, ea ratione, quia ficuti nullo iure cautum eft, vt filia † teneatur recipere legitimam in quantita- 20
te, per *text.in l.fancimus* 36.*§.repletionem,C.de inoff.teftam.* ita cenfetur facta quædam tacita permutatio bonorum ftabilium, fuper quibus legitima debebatur cum pecunia recepta † etiam cum hac conditione, vt fructus ex ea per- 21
cipiantur, & præter allegatos Grat.*difc*.754.*num*.2.Giurba *ad confuetud.Meffanen.c*.4.*gloff*.4.*part*.1.*nu*.26. Ofafch. *dec*. 143.*nu*.3. Vincentius de Franchis *dec*.16 *n*.13.*in fin*.& *dec*. 575.*nu*.1.& firmatum fuit *in allegata Romana fructuum dotis de Vellis* 10.*Nouembris* 1600.*coram Litta §.vnde cum dos, poft* Fenzon.*ad ftatutum Vrb.dec*.84.& *coram* Card.Seraph. *dec*.1406.*nu*. 7. & *in Aueniòneñ Pecuniaria* 10. *Decembris* 1646.*coram bon.mem.Leone Verofpio §.fententiam;* vbi quod hæc conclufio fignantèr procedit, † quando hæreditas, cui 22
fuit renunciatum confiftebat, prout in cafu noftro in bonis ftabilibus, & fuit etiam admiffum in *decif*.81. Eminentiff. D mei Card.Otthobon.*nu*.10. in contrarium allegata.

Et ità vtraque &c.

Præfens Decifio quamuis fuerit in parte reformata fub die 15. Iunij iftius præfentis anni 1668. fuit tamen in omnibus confirmata die 11. Februarij 1669. cuius refolutionem in fequenti volumine apponemus.

R. P. D. OTTALORA.

Poftea Præfide Granateñ.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 16. *Ianuarij* 1668.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à muliere contemplatione matrimonij principalitèr fauore Sponfi, non autem Sponfæ, fubiacet folemnitatibus *ftatuti Vrbis lib*.1.*cap*.151. etiam quod in ea qualis, qualis contemplatio eiufdem Sponfæ fuerit habita; Atque ideò plura quoque de priuilegijs dotis, eiufdemque donationis contemplatione matrimonij in præfenti decifione declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Donata non dicitur fumma in remunerationem feruitijs promiffa, fed potiùs permutatio quædam inter donantem, & donatarium.*

Donatio remuneratoria dicitur fieri etiam ad commodum, & vtilitatem donantis, num.1.

2 *Donatio à muliere facta ob caufam matrimonij non requirit folemnitates, quando fit in caufam dotis, eiufque augumenti, vel contemplatione ipfius fœminæ dotandæ.*

3 *Solemnitates ftatuti* Vrb.l.1.c.151.*requiruntur etiam in donatione remuneratoria, & num.feq.*

4 Statutum Vrbis lib.1.cap.151.*habet locum in quocumque contractu, in quo mulier lædi poteft.*

5 *in Donatione remuneratoria mulier dupliciter lædi poteft.*

Meritorum donatarij æftimatio, ac etiam rei donatæ fieri debet à muliere donante, num. 5.

6 *Caufa donationis remuneratoriæ debet examinari æquè à Iudice, ac à confanguineis ipfius mulieris.*

7 *Dos, & illius augumentum funt à iure fpecialiter priuilegiata refpectu folemnitatum ftatuti.*

8 *Titulus dotis, eiufque priuilegium in viro non cadit.*

Donatio, feu promiffio facta à muliere in fauorem hominis etiam occafione matrimonij fine folemnitatibus ftatuti, non fuftinetur, num.8

9 *Donatio facta à muliere ad fauorem Sponfi occafione illius matrimonii, fine folemnitatibus, non fubftinetur, etiam quod verba fuerint in partem directa etiam in fauorem Sponfæ.*

10 *Verba*, in parola di Principeffa, *appofita in contractu donationis factæ à muliere quid operentur.*

D E-

DECISIO CLVII.

R. P. D. EMERIX.

Romana Dotis.

Lunæ 23. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis regulariter soluto matrimonio per mortem vxoris fructus dotis ex dispositione, iuris minimè debeantur; ijdem tamen debentur in casu quo dos succedit loco legitimæ, prout in specie cauetur ex *Statuto Vrbis libro 1. capite 141.* idque etiam procedit si dos fuerit in quantitate promissa, & eo magis si illa in fundum dotalem fauore mulieris erat inuestienda.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum dotalium cursus tantummodo tolerantur intuitu, & contemplatione onerum matrimonij.*

2 *Hæreditas grauati qui soluit debita fideicommittentis reintegrari debet de bonis fideicommissi.*

Hæres grauatus pro debitis fideicommittentis à eo solutis, reintegrari debet de bonis fideicommissi, etiam quod testator mandasset solutionem faciendam esse ex fructibus, num. 2.

3 *Hæres an, & quando teneatur reddere rationem de nominibus debitorum.*

4 *Hæres tenetur ad exhibitionem libri, negotiationis testatoris, ad hoc vt illius creditores inspicere possint nomina debitorum in eo descripta.*

5 *Dos ex* Statuto Vrbis lib. 1. cap. 141. *succedit loco legitimæ, & num. 6.*

6 *Fructus dotis vigore* Statuti Vrbis lib. 1. cap. 141. *peti possunt etiam soluto matrimonio, quousque dos fuerit integrè persoluta.*

Fructus dotis subrogatæ in locum legitimæ percipi possunt sicut ex ipsa legitima, num. 6.

7 *Dos etiam in quantitate promissa si fuit subrogata in locum legitimæ consequitur fructus sicuti consequabatur ipsa legitima.*

8 *Sententia in iudicatum transacta si fuerit acceptata eo minus impugnari potest.*

Recipiens summam in sententia contentam illam acceptare dicitur, num. 8.

9 *Hæres beneficiatus etiam sine facto iudicis potest sibi appropriare pecunias hæreditarias in satisfactionem debiti ab eo soluti.*

10 *Hæres grauatus qui dotem à testatore assignatam inuestire tenebatur, si hoc adimplere neglexerit, non solum remanet debitor dotis, sed fructus etiam inuestimenti soluere tenetur.*

Fructus dotis pro fundo dotali mulieris inuestiendæ, debentur etiam soluto matrimonio si inuestimentum non fuerit secutum, num. 10.

11 *Debitum hæredis grauati non est detrahendum de bonis fideicommissi.*

12 *Hæres grauatus si omisit exigere credita testatoris à principio exigibilia, tenetur de inexigibilitate illorum postea superuenta, & quando.*

13 *Hæres beneficiatus non tenetur exigere credita hæreditaria.*

14 *Hæres beneficiatus quoties non conuincitur de aliqua omissione, seu occultatione bonorum non tenetur de proprio vltra vires hæreditarias.*

15 *Indicatio instrumenti ad effectum redditionis rationis sufficit absque extractione originalis.*

Expensis superfluis quantum fieri potest parcendum est, num. 15.

16 *Legatarij habent prælationem in bonis testatoris, non autem hæredis grauati.*

DECISIO CLVIII.

ADVERSVS decisionem editam coram me 11. Martij 1665. in qua Domini recedentes à duabus præcedentibus emanatis coram Eminentiss. D. meo Vicecomite, dixerunt mandatum A.C. relaxatum contra bona hæreditaria Simonis de Nigris, non esse exequendi contra

---

IVXTA decisa coram R.P.D. meo Taia 7. Iunij 1666. & 28. Ianuarij 1667. emanauit sententia Rotalis, quam in gradu appellationis coram me tamquam validam, & iustam, hodie Domini confirmandam esse dixerunt, non obstantibus nouitèr deductis; Validitas enim probatur ex inspectione actorum; iustitia verò quia visum est apocam à clat. mem Anna Columna confectam, qua promisit soluere D. Cæsari Columnæ quoad vixerit menstrua sc. 25. contemplatione certi matrimonij contrahendi, non substineri ex defectu solemnitatum *statuti Vrbis cap. 151. lib. 1.* requirentis sub pœna nullitatis decretum Iudicis, & interuentum duorum proximiorum, in donationibus, quietationibus, alijsque contractibus minorum, vel mulierum, vna cum causa in scriptis Iudici expressa, insinuata, ac plenè cognita.

Non obstat, quod donatio non emanauerit ex mera donantis liberalitate, sed in remunerationem seruitij præstiti ab eodem Cæsare in Capitolio fauore Domus Barberi-
1 næ, & proinde sit exempta à solemnitatibus statuti, † quasi tunc non dicatur propriè donatio, sed permutatio quædam dati, vel facti ad vtilitatem, vel commodum donantis; iuxta valorem rei donatæ; *ad text. in l. Attilius Regulus, ff. de donat.* Tiraq. *in l. si vnquam n. 11. C. de reuoc. donat.* alijsque ab informantibus adductis; quia præter quod in apoca nullum sit verbum de seruitijs præstitis; sed tantùm de causa contrahendi matrimonij, quæ non sufficit pro eui-
2 tando statuto, nisi quando mulier donat in causam dotis, eiusque augumenti, vel contemplatione ipsius fœminæ dotandæ, vt benè distinxit Rota *in secunda decisione §. prima distinctio coram R. P. D. meo Taya, & in Romana seu Reatina donationis 18. Martii 1667. §. Animaduerterunt Domini, coram R. P. D meo Albergato*, obiectum cessat ex eo, quod
3 etiam in donatione remuneratoria † seruandæ sunt solemnitates statuti *in d. c. 151.* vt latè probat Picus *ad d. stat. glos. 2. n. 25 cum seqq.* & ratio est, quia dum illud habet lo-
4 cum in quocumque † contractu, in quo mulier lædi potest, Pic. *vbi supr. n. 6.* Fenzon. *ibid. n 48* Grat. *discept. 961. n. 1.* Rota coram Greg. *dec. 333. n. 1.* ibique addit *n. 9. & decis. 385. n. 2. par. 1. rec.* meritò non excipit donationes remune-
5 ratoria, in quibus duplicitèr potest lædi, † nempè circa æstimationem ipsorum meritorum, & circa æstimationem rei, quæ donatur, Rota *dec. 102. n. 1. par. 2. diuers.* ideoque
6 causa debet à Iudice, & consanguineis † examinari, vt in specie dictum fuit cor. Buratt. *dec. 120. n. 36. & dec. 924. n. 6.*

Minus in facto subsistit, quod dicta promissio facta fuerit principalitèr fauore Flaminiæ futuræ Sponsæ, ac Ersiliæ Matris, quarum contemplatione donatio succedit lo-
7 co dotis, vel eius augumenti † in iure specialitèr priuilegiatæ respectu solemnitatum statuti, vt firmant *Decisiones in Fulginaten. dotis 22. Iunii 1659. cor. R. P. D. meo Albergato, & in Tiburtina donationis 4. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Bourlemont*. Quoniam apoca in parte dispositiua legitur totalitèr concepta fauore viri, & ad eius vitam tantum promissio restricta fuit ibi: *promettendo, che li detti scudi 25. il mese detto Signor Cesare, sua vita durante, li hauerà da Noi, e nostri heredi*, & sic tamquam directa in hominem, in quo cadere non potest titulus dotis, vel priui-
8 legium iuris † subiacet solemnitatibus statuti, vt pluribus probat *secunda dec. in §. in secunda verò donatione*, & fuit dictum *in dicta Romana, seu Reatina donationis 18. Martij 1667. coram R. P. D. meo Albergato*: & quamuis eadem apoca subdat: *e così ne diamo parola à detta Signora Ersilia, e*
9 *Flaminia*, tamen qualis, qualis contemplatio Vxoris, † non alterat substantiam donationis, sed requiritur, vt in eam finalitèr directa fuerit, vt explicat *decisio in Tiburtina donationis 4. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Bourlemont, & in dicta Romana, seu Reatina donationis coram R. P. D. meo Albergato.*

Ad obiectum verò, quod hæc donatio fuerit correspectiua ad donationem factam ab Ersilia fauore eius filiæ, &
10 ad verba: † *In parola di Principessa*, in apoca promissionis adiecta plenè respondent *dictæ Decisiones coram R. P. D. meo Taya*, cum quibus Domini transierunt.

Et ità vtraque &c.

Altera ex supradictis duabus decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. Taya habetur impressa in præcedenti parte XIV. decis. 475. Alia verò superius reperitur in hac eadem parte decis. 13.

contra personam, & bona propria Philippi Cæsaris Arigonii hæredis beneficiati, stante sufficienti ratione per ipsum reddita de bonis in Inuentario descriptis plura opponebantur ab informantibus pro Catharina de Nigris.

Et primo Philippum Cæsarem remanere debitorem hæreditatis Simonis in scut. 5217. pro totidem sibi, & fratribus ex bonis hæreditariis appropriatis in satisfactionem dotis Cæciliæ matris, quæ dicebatur persoluta ab eodem Simone, mediante affictu Vinearum, & bonorum Castri Cinthlani stipulato de mense Decembris 1652. cum Henrico marito Cæciliæ pro annua responsione scutorum 750. annuatim pro rata cessura in extinctionem sortis principalis eiusdem dotis, & fructuum decursorum, qui cum post mortem Cæciliæ defunctæ de mense Octobris 1646. amplius non deberentur, ex quo tunc cessa-
1 runt onera matrimonii, † quorum intuitu dumtaxat tolleratur cursus interusuriorum dotalium *iuxta text. in capit. salubriter 16. de vsur.* inferebatur omnes affictus decursos, & ascendeñ ad scut. 4937. 50. cessisse in totum in extinctionem sortis principalis, ac proinde Philippum Cæsarem malè sibi, & fratribus appropriasse d. scut. 5217.

Secundo Philippum Cæsarem vti hæredem fideicommissarium, & possessorem bonorum Io: Pauli de Nigris Patris Cæciliæ teneri reintegrare hæreditatem Simonis de omnibus prædictis affictibus assignatis pro solutione dotis; quia cum hæc fuerit à Io: Paulo, in suo Testamento constituta erat de illius, non autem de bonis Si-
2 monis hæredis grauati detrahenda; † ac proinde hæreditas Simonis, qui soluit debita fideicommittentis venit reintegranda ex bonis fideicommissi, vt in puncto etiam quando Testator mandat solui debita sua de fructibus bonorum, dixit Rota coram Buratt. *decis.* 509. *num.6.* & ibi Adden. *nu 6. vbi plures*.

Tertio Philippum Cæsarem non reddere rationem de nominibus debitorum quæ in relatione periti asseruntur descripta in *libr. signat. litt. F.* & vel præsumuntur exa-
3 cta, vel exigibilia, † ita vt illi sit imputandum si ea non exegit, saltem donec doceat de diligentiis factis vt responsum fuit in *Ciuitatis Castelli fideicommissi 17. Maii* 1623. *§. Nec obstat cum seqq. cor. Remboldo*.

Quarta nec minus exhibuisse d. librum signatum lit. F. vbi vltra nomina debitorum prætenduntur adnorata plura alia bona hæreditaria, & præcipuè negotium Artis A-
4 grariæ, † ad cuius exhibitionem tenebatur Philippus Cæsar, adhoc vt creditores potuissent videre, quot essent bona, & quot nomina debitorum ibidem descripta, Rota *dec. 237. per tot. par. 4. diuers.*

His denique addebantur alia iam deducta in antecedentibus propositionibus nempe Philippum Cæsarem non reddere rationem de fructibus perceptis, non iustificasse debita soluta, & scienter soluisse Legatariis, & creditoribus posterioribus Simonis, ex quibus omnibus inferebatur rationem non fuisse sufficienter redditam, ac propterea mandatum relaxatum contra bona hæreditaria Simonis esse exequeñ contra personam, & bona propria Philippi Cæsaris hæredis beneficiati, sicque redeundum ad primo loco decisa.

Præfatis tamen omnibus minimè obstantibus Domini perstiterunt in vltimo loco decisis; nam quoad primum obiectum, in quo tota ferè difficultas huius causæ restringi visa fuit, placuit responsio desumpta ex *Statuto Vrbis*
5 *lib. 1. cap.* 141. † ex cuius dispositione cum dos scut. 5000. à Io: Paulo constituta Cæciliæ filiæ successerit loco legitimæ sibi debitæ in bonis paternis *iuxt. opinionem* quam passim sequitur Rota *in recent. decis.* 180. *nomer. 9. part.* 11. *&* *in Romana Transact. 2. Maii 1659. §. Imo idem statutum coram Eminentissimo D. meo Card. Celso, & in Romana prætensi fideicomm. 5. Aprilis 1666. §. Nec resistit cum seq. confirmata 28. Ianuarii 1667. §. ex statutaria coram Reuerendo Patre Domino meo Carpineo*, sequitur quod non obstante, *text. in cap salubriter 16. de vsur.* fructus dotales licitè percipi potuerint etiam soluto matrimonio, donec, & quo-
6 usque dos fuerit integrè persoluta, † sicut percipi potuissent pro legitima, in cuius locum dos successit, vt benè firmauit, Rota *in Romana fructuum dotis de Vellis* 10. *Nouemb. 1600. coram Litta impess. apud* Fenzon. *ad Stat. Vrb. dec. 84. §. vnde cum dos in fin.* & nouissimè aliis in præcisis terminis relatis in *Cæsenaten. Dotis 16. Ianuarii currentis §. quidquid enim coram R.P.D. meo Calataiu*, *vbi in §. fin.* ampliatur istam conclusionem procedere etiam si dos consi-
stat in quantitate, † quando quantitas fuit subrogata, vt 7
hic loco bonorum hæreditariorum, à quibus filia propter dotem fuit exclusa vt pariter firmatur in *dec. 110. num. 24. par. 8. recent.*

Vnde cum creditum dotis semper remanserit fructiferum frustra contenditur affictus cessisse in extinctionem sortis principalis eiusdem dotis; Tum quia ex pacto illi integraliter cedere debebant in diminutionem fructuum dotalium tam decursorum à die promissionis dotis, vsque ad diem stipulati contractus affictus, quam in posterum decurrendorum, vt patet ex *Summ.* met Catharinæ *num. 1. lit. A.* Ibi: *E che scudi 300. del medemo affitto vadino in pagamento delli frutti de sopradetti scut. 5000. sorte principale della dote da decorrere ogn'anno, e gl'altri scudi 450. in diminutione di scudi 3000. douuti per li frutti già maturati*; Tum etiam quia obstat Catharinę sententia lata per Consules Agriculturæ in iudicio per eandem contra Dominicum, & alios fratres Philippi Cæsaris super restitutione, seu consignatione pecuniarum per eos in causam d. dotis, & fructuum habitarum moto; In quo d. Dominicus, & fratres condemnati fuerunt ad restitutionem scut 336. pro totidem receptis vltra fructus dotales ad rationem locorum montium reductos, & in reliquis absoluti; quæ sententia transitum fecit, in iudicatum, † & per receptio- 8
nem d. summæ à Catharina acceptata, ab eadem amplius impugnari non potest *leg. res iudicata, ff. de reg. Iuris & cap. quod semel in 6. in rec.* Rota *eod. dec. 99. num. 10. par. 10. & dec. 347. num. 11. par. 11.* ex hac enim apparet quod reuera dd. affictus cesserunt in causam fructuum, & consequenter quod Philippus Cęsar vti hæres beneficiatus absque alio facto Iudicis bene potuit sibi, & fratribus appropriare dd. scut. 5217. ex pecuniis redactis ex bonis hæreditariis Simonis † in satisfactionem dotis prius non solutæ, 9
ac fructuum ex post decursorum, & non solutorum, vt pluries respondit Rota & signanter in *rec. decis. 127. num. 10. & 11. par. 7. & dec. 329. num. 21. par. 10. & in Bonon. legitimæ 18. Martii 1661. §. Nec referre coram me cum aliis cumulatis in Romana fructuum census 27. Ianuarii 1666. §. non obstat cor. R.P.D. meo Carpineo*.

Neque his obstat secundum obiectum nempe quod hæc dos esset detrahenda ex fideicommisso Io: Pauli, non verò ex hæreditate Simonis hæredis grauati, quia illud tollitur ex lectura testamenti eiusdem Io: Pauli, qui iussit Cæciliæ assignari dotem ex suis creditis hæreditariis exigendis, & inuestiendis pro fundo dotali ipsius Cæciliæ; † Vndè 10
cum hoc Simon adimplere neglexerit, nullamque rationem de dd. creditis reddiderit; non solum remansit debitor dotis; verum etiam fructuum ex fundo dotali percipiendorum iux. distinctionem comprobatam, per Rotam *in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1651. §. Non obstat cor. Reuerendiss. D. meo Decano, & in alia Romana fructuum 10. Decemb. 1655. §. huic vero circa med. cor. bo. me. Verospio*.

Idque ipsemet Simon benè agnouit dum transigendo cum Io: Baptista fratre hoc debitum in se assumpsit *Summ.* additionali Arrigonii præteritę positionis *numer.* 4. quod proinde vti proprium Simonis hæredis grauati, ex ipsius bonis hæreditariis, † non vero ex bonis Io: Pauli fidei- 11
committentis erat detrahendum, vt post Decian. Peregrin. Fusar. & alios dixit Rota *decis. 170. numer. 17. part. 10. recent.*

Minus aduersatur tertium scilicet quod Phillippo Cęsari sit imputandum si afferta nomina debitorum exigere neglexerit; ita vt in eius damnum habeantur pro exactis;
† Nam decisio in *Ciuitatis Castellis fideicommissi 17. Maii* 12
1623. coram Remboldo, in contrarium adducta loquitur in terminis hæredis grauati, qui si in restitutione integræ hęreditatis vult suas detractiones facere, curare debet, ne eius neglicentia credita à principio exigibilia efficiantur in præiudicium vocatorum inexigibilia; Secus verò est in hærede libero, & beneficiato (prout hic,) qui beneficio Inuentarii suffultus non tenetur exigere credita hæreditaria; † remanetque prorsus liber, & exemptus à vexatio- 13
nibus facti, vt in puncto declarando, & reiiciendo d. decisionem in causa *Ciuitatis Castelli coram Remboldo, ex doctr. Iaf. in leg. fin. §. & si præfatam col. 1. C. de iur. deliber. & alior. tenuit* Rota *in Romana Dotis 3. Iunii 1665. §. & licet cor. Reuerendiss. D. meo Decano*.

Quartum verò cessat, ex facto quia Phillippus Cæsar non solum exhibuit omnes libros in actis Lollii No-

tarii primæ instantiæ, vbi permanserunt per plures menses, vt ex attestatione eiusdem Notarii data in præterito Summ. num. 4. Verum etiam eosdem ante præcedentem propositionem per mensem, & vltra de ordine Rotæ penes me deposuit, & paratus est ad omne mandatum iterum in quocumque loco deponere, ad hoc vt possit doceri de prætensa ommissione seu occultatione bonorum,
14 † de qua cum vsque adhuc doctum non fuerit, non potest Philippus Cæsar vti hæres beneficiatus conueniri de proprio vltra vires hæreditarias in Inuentario, & libro rationis descriptas *l. fin.* §. *& si præfatam*, *ibique DD. C. de iur. deliber. cum aliis adductis in vltima dec. huius causæ edita coram me* §. *præsertim*.

Denique quoad tria reliqua obiecta placuerunt Dominis responsiones datæ in præcedenti decisione ex relatione enim Peritorum data in *Summ.* præteritæ positionis *num. 1. litt. C.* patet fuisse redditam sufficientem rationem de omnibus fructibus vsque tunc perceptis distinctè adnotatis in libro administrationis rursus coram me, exhibito & examinato, ab inde verò citra non possunt alii fructus scribi in debitum hæredis cùm per distractionem omnium bonorum antè eamdem relationem fructus in totum cessauerint.

Debita autem soluta satis iustificata fuerunt mediante omnium Instrumentorum indicatione, quæ cum fuerint
15 Peritis recognita, & in Vrbe rogata † sufficiens visa fuit ad hunc effectum absque alia extractione originalium ad parcendum superfluis expensis ex adductis in præterita decisione §. *minus vrget*, eorumdem verò potioritas, seu anterioritas credito Cæciliæ firmatur in *d. decisione* §. *sicut cum seqq.* Et satisfactio Legatariorum admittenda quoque visa fuit tamquam facta Legatariis, non Simonis, sed
16 Cosmi Guiducci, † in cuius bonis ipsi habebant prælationem, vt probat eadem *decis.* §. *Præterea*, in qua propterea Domini rursus persliterunt, vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana census seù fideicommissi.

Lunæ 23. Ianuar. 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum, quod aliàs non inducitur ex solis verbis prolatis per modum rationis, illud tamen ab eisdem remanet constitutum, quando eadem verba principaliter, & dispositiuè stant de per se, quia cum in hac materia vltimarum voluntatum potiùs testatoris intentio, quam verba ponderanda sint, quoquomodo testator suam voluntatem declarauerit, illa semper tamquam Regina obseruanda est.

SVMMARIVM.

1 *Verba prolata per modum rationis ex se non valent inducere fideicommissum, & vide per tot.*
2 *Dictio* perche *quem significatum in fideicommissis inducat.*
3 *Fideicommissum inducitur etiam ex verbis prolatis per modum rationis, & quomodo vide per totam decis.*
4 *Ratio apposita consecutiuè, & post factam dispositionem non inducit nouum fideicommissum, neque illud extendit.*
5 *Ratio quotiescumque stat de per se principaliter, & dispositiuè optimè inseruit ad inducendum fideicommissum, & nu. seqq. ac per totam.*
7 *Decisiones etiam reuocatæ eiusque conclusiones, & argumenta benè deseruiunt pro resolutione causarum, quoties ex alio capite reuocatio successit.*
8 *Voluntas testatoris, magis quam verba, in fideicommissis admittitur.*
9 *Testator quod senserit potiùs spectari debet, quam quid in eius testamento conscripserit.*
10 *Fideicommissum inducitur ex verbis denotantibus desiderium testatoris, in quem bona sua deuenire cupiat.*
11 *Fideicommissum ex voluntate testatoris, eò fortius dicitur constitutum respectu filiorum, & nepotum.*
12 *Verba enunciatiua futuri temporis inducunt fideicommissum fauore filiorum, quamuis respectu aliorum non sufficerent.*
13 *Declaratio fideicommissi faciendi, quando importet illud iam esse in ratione præordinatum.*
14 *Declaratio nihil de nouo dat, sed significat iam præcedenter datum.*
15 *Declaratio nihil de nouo disponit, sed quid in præteritum actum sit ostendit.*
16 *Declaratio retrotrahitur ad tempus dispositionis.*
17 *Declaratio dicitur à principio inesse actui, cui reseruatur.*
18 *Reseruatio dispositionis faciendæ si respicit tantum qualitates, dispositio nihilominus remanet perfecta.*
Fideicommissum constitutum ex ratione de per se, & principaliter existente dicitur perfectum, etiamsi testator sibi aliquid reseruauerit circa modum, & ordinem substitutionum, nu. 18.

DECISIO CLIX.

IN decisione data coram me *sub die 9.* Aprilis 1666.* dictum est constare de fideicommisso, & in hac parte recedendum à decisione *535. par. 5 rec.* Vnde assumpta disputatione super vtraque DD. responderunt standum esse in decisione vltimo loco.

Nec obstare visum fuit vnicum argumentum contra vltimam decisionem allatum, quod Verba prolata per modum rationis † ex se non valent inducere fideicommissum, vt in simili casu tradunt, Soccin. Sen. *conf. 227. sub num. 3. vers. aliquando testator.* Peregr. *conf. 36. num. 11. vers. quia tamen per modum rationis lib. 2. & firmauit ex pluribus aliis* Rota *decis. 300. num. 20. & seqq. par. 1. rec.* Vnde cum illa Verba ex quibus educitur fideicommissum *Perche intendo che li miei beni si conseruino e i figli, e successori*, fuerunt per modum rationis prolata iuxta significatum quem Rota admisit in dictione † *Perche decisione 293. numer. 11. part. 6. & decisione 431. numer. 6. part. 9. recent.* Ex præmissis concludebant Informantes aduersus decisionem vltimam nullum fideicommissum contineri sub similibus Verbis. 1 2

DD. hac conclusione medullitùs inspecta censuerunt etiam Verba prolata per modum rationis fideicommissum importare posse, † sed iuxta intellectum egregiæ distinctionis ponderatæ *in d. decis. 309. par. 1. recent.* quod nempe vbi ratio stat consecutiuè, & causatiuè post dispositionem factam † nouum fideicommissum inducere non valet, nec minus factum extendere vltra terminos dispositionis præscriptæ in quo sensu loquuntur auctoritates supra allegatæ; At quando ratio stat de per se principaliter, & dispositiuè † optimè inseruit ad inducendum fideicommissum, vt declarando Theoricam Bartol. *in l. Pater filium* §. *fundum numer. 3. ff. de legat. 3. tenuit.* Rota *in eadem decisione 300. part. 1. recent. sub numer. 22. ibi, Vltra quod Bartolus non loquitur in ratione consecutiua, sed in ratione, quæ stat per se sub numer. 24.* respondendo DD. asserentibus quod ratio generalis ampliare dicitur fuit responsum illos moueri quando ratio opponitur principaliter, & dispositiuè non autem causatiuè, & consecutiuè. 3 4 5

Qua propter nulla apparente procedente dispositione cui hæc ratio, *E perche intendo che li miei beni si conseruino &c.* famulari possit profectò sequitur illam stare de per se principaliter & dispositiuè, † proinde fideicommissum inducere ex Iuribus collectis in *decis. 640. num. 1. par. 1. diuers. decis. 20. numer. 1. 2. & 3. decis. 193. numer. 5. 6. & 7. part. 1. recent.* cuius decisionis 193. conclusiones benè procedunt in præsenti casu licet † fuerit reuocata per *dec. 300. par. 1. rec.* quod euenit propter rationem oppositam consecutiuè, & causatiuè in fine substitutionum sub *numer. 22. vers. Sed omnino.* 6 7

Iure

Iure quidem merito quia scilicet sub ea ratione de per se principaliter, & dispositiuè enunciata detegatur mentem testatoris fuisse fideicommissum ordinare, quæ sem-
8 per debebit admitti † dum in materia fideicommissaria voluntas magis quam verba est inspicienda, *l. penult. de leg.* 1. *l. cum vtrum C. de fideicomm.* Et quidem in proposito casu talis voluntas, & intentio enixè habetur in toto te-
9 nore testamenti † qua propter sufficere debet spectare quid senserit testator, vt inquit Iuris Consultus in *l. vbi pure* §. *te rogo ad Senat. Consult. Trebell. l. ex facto* §. *verum*, *ff. de hæred. Instit.* Sicut ad Verba adnotantia desiderium te-
10 statoris in quem bona sua deuenire cupiat † inducunt etiam fideicommissum, *per text. in l.* & *eo modo*, & *leg. etiam hoc modo*, *ff. de legat.* 1. & fortius quando agitur de
11 fideicommisso respectu filiorum, † & Nepotum, Verba
12 † enunciatiua futuri euentus licet in aliis casibus non sufficerent pro inducendo fideicommisso eorum fauore operari Rota *dixit in decis.* 640. *nu.*14. 15. & 16. & l. *vnum ex familia* §. *finali*, *ff. de leg.* 2. *l. fideicomm. hæc Verba l. Pamphilo in princip:o de leg.*3.

Quod vero prædicta ratio stet de per se principaliter, & dispositiuè patet adhuc clarius ex subsequentibus Verbis; *Però mi riseruo di far dichiaratione secondo la quale circa la sostitutione, ò fideicommisso si habbia à regolare il presente mio testamento*, quæ sanè demonstrant actum declarandum, videlicet fideicommissum iam præordinatum esse
13 in dicta ratione † quia declaratio nihil dat, sed datum si-
14 gnificat, † vt ex textu in *l. hæredis palam*, §. *si quid post factum testamentum*, *ff. de testam.* & nihil de nouo disponit
15 † sed quid in præteritum actum sit ostendit, notat Baldin. *in l. cum testamentum numer.* 5. *vers. item nota Cod. de testam. manum.* Dec. *in l. edita sub numer.* 47. *Cod. de edendo glos. in cap. per tuas Verbo de nouo de donat.* Felin. *in capit. Super. quæst. numer.* 1. *de offic. delegat.* Socc. *cons.* 23. *num.* 19 *lib.*3. Rota *dec.*453. *numer* 2. *decis.*302. *num.* 15. *part.* 1. & *dec.*271. *num.*16. *par.*9. *rec.* & propterea retrotrahitur
17 † ad tempus dispositionis argumento in *l. à se toto*, *ff. de hæred. Instit. l. si ita scripsero* 38. *ff. de condit.* & *demonstrat.* Castr. *in l. hæredes palam* §. *Si quid post nu.* 3. *vers. item nota*, *ff. de testam. cum aliis apud* Surd. *dec.*29. *nu.*4. & *dec.*69. *nu.*2.
18 Dicitur ex principio inesse † actui in quo fuit reseruata, Caputaq. *dec.*204. *nu.*4. *par.*1. Rota *dec.*362. *nu.*4. *par.*1. & *dec.*490. *nu.*2. *par.*9. *rec.*

Ex quibus DD. inferebant dispositionem fideicommissariam fauore filiorum Napulionis conceptam esse in ea
19 ratione de per se principalitèr dispositiuè enunciata, † & reseruationem respicere, tantum qualitates ac modos circa substitutionem ordinationem, quibus licet deficientibus dispositio perfecta minimè viciatur, per *tex. in l. cum Pater* 79 §. *finali*, *ff. de leg.* 2. *cum iuribus adductis in decis.* cuius fundamenta fuerunt hodie studiosè explorata quæque literaliter Doctrinis Aduersantibus satisfaciunt.

Et ita vtraque &c.

Decisio sic vt supra in præsenti resolutione confirmata sub die 9. Aprilis 1666. habetur impressa in præcedenti par. 14. dec.464.

R. P. D. EMERIX.

Legionen. Beneficii.

Lunæ 23. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Prouiso Apostolico docto de vacatione, propria habilitate, eiusque Clericatu adiudicari debet Beneficium, ea ratione quia literæ Apostolicæ quoties sunt iustificatæ habent executionem paratam, Ac propterea quomodo hæc omnia verificata remaneant in præsenti Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ quoties iustificatæ sunt exequutioni demandari debent.*
2 *Mors Beneficiati remanet sufficienter probata ex depositionibus testium.*
3 *Vnio Beneficii nulla, & inualida non præiudicat prouiso Apostolico.*
Decisiones Rotæ in noua disputatione causæ, ex inueterato stylo eiusdem Rotæ supponendæ sunt, nu. 3.
4 *Habilitas prouisi, eiusque clericatus, & præsentia in Curia probantur ex literis Apostolicis.*
Pontificis expressio emissa in literis Apostolicis super qualitatibus prouisi plenè probat easdem qualitates num. 4.
*Literæ, Apostolicæ supra prouisione beneficii in forma gratiosa non conceduntur nisi præuia iustificatione facta de requisitis necessariis, nu.*4.
5 *Clericatus ad effectum consecutionis beneficii probatur etiam ex communi reputatione.*
6 *Beneficii seruitorii qualitas probatur ex enunciatiuis antiquis emissis in aliis prouisionibus.*
*Testes deponentes vidisse Beneficiatos non residere, & Beneficio facere inseruire per alios probant qualitatem seruitoriam, nu.*6.
7 *Beneficii onera, quæ dicuntur, Subsidium, & excusatum, detrahenda sunt.*
8 *Testes de publica voce, & fama deponentes probant valorem Beneficii.*
9 *Beneficii adiudicatio denegari non potest prouiso Apostolico, quoties de requisitis necessariis vndique docuit.*

DECISIO CLX.

POSTQVAM sub die 4. * Maii anni proximi præteriti Decisum fuerat constare de reseruatione controuersi Beneficii, & vnionem à Seminario oppositam non obstare, prosequendo disputationem causæ dedi dubium an illud esset Lupo adiudicandum, quod hodie ipso tantum informante affirmatiuè resolutum fuit, Quia ipsius literæ visæ fuerunt in omnibus iustificatæ, † ac proindè 1
exequendæ *capit. si capitulo, ibique gloss. in verbo exequatur de concession. præbendę*, *in festo* Rota coram Durano *dec.*69. & *cor.* Buratt. *dec.*435. *vtrobique nu.*1. *cum aliis congestis cor. Eminentiss. D. meo Cardinali Otthobono decision.* 1. *num.* 1.

Vacatio enim eiusdem Beneficii per obitum quondam Sebastiani Bernardi in mense reseruato † probatur ex te- 2
stibus datis in Summario Lupi num. 1. minime obstante præfata vnione quia illa est, ex pluribus nulla, & inualida vt latius firmatur in dicta decisione huius causæ, † 3
quæ in hac noua disputatione iuxta inueteratum stylum istius Sacri Tribunalis venit supponenda, Rota *in Romana Societatis lignorum* 13. *Ianuarii* 1659. §. *fin. cor. Reuerendiss. Papien.* & *in Amerina successionis* 22. *Iunii* 1657. *pariter in fine cor. R. P. D. meo Beuilacqua.*

Habilitas Lupi, eiusque Clericatus, & præsentia in Curia probantur, tum ex approbatione examinatorum Vrbis, de qua testatur Summus Pontifex in eisdem litteris in forma gratiosa expeditis, † quæ non nisi præuia iu- 4
stificatione huiusmodi concedi solent, vt aduertit Rota *in Pampilonen. Beneficii* 27. *Iunii* 1663. §. *finali cor. R. P. D. meo Priolo*; Tum etiam ex depositionibus testium asserentium vidisse Lupum ante annum 1658. præsentem in Curia incedere in habitu, & tonsura, esseque de Diœcesi Dueten. & communitel pro Clerico reputari præsenti Summario Lupi numer. 1. † quæ communis reputatio 5
ad hunc effectum sufficit, & suffragatur Rota cor. sa. me. Greg. XV. *dec.*78. *nu.*6. & *in rec. dec.*126. *nu.*2. *par.*5. & *dec.* 162. *nu.*3. *par.*7.

Qualitas Beneficii Seruitorii, & sine residentia vltra iuris præsumptionem desumitur ex pluribus enunciatiuis antiquis emissis in aliis prouisionibus, de quibus in præterito Summario num. 6. & 7. † & melius ex dictis, eo- 6
rumdem testium, qui viderunt Titulares dicti Beneficii non residere, & illi facere inseruire, per alios ipsi nominant, vt in præsenti Summ. nu.2.

Valor per non excessum in ducatis vigintiquatuor, quamuis præcisè non probatus ex testibus de partibus datis in Summario num. 3. comprobatur tamen ab aliis hic in Curia examinatis afferentibus, quod dempto subsidio,
7 excusato, † quæ sunt detrahenda ad tradita per Garziam *de beneficiis par. 5. cap. 3. numer. 170. & sequentibus* fructus non excedunt Ducatos vigintiquatuor, vt in præ-
8 senti Summario num. 4. qui † testes cum deponant de publica voce, & fama ad hunc effectum sufficiunt, vt dixit Rota *decis. 161. numer. 3. par. 5. recent. & in d. Pampilonen. Beneficii 23. Iunii 1663. §. valor coram R. P. D. meo Priolo*.

Demum qualitas Archidiaconatus de Medellein, ad quem Lupus ius habere asserit, videlicet quod non sit dignitas maior post Pontificalem, & illius valor narratus, per non excessum in Ducatis vigintiquatuor probatur ex
9 iisdem testibus summario numer. 5. † Quibus omnibus concurrentibus adiudicatio Beneficii non potest illi denegari, vt in simili dictum fuit in *Calaguritana dimidiæ portionis 5. Iulii 1666. § habet enim cor. R. P. Domino meo Ottalora*.

Et ita &c.

REVERENDISSIMO D.

ALBERGATO

S. R. Decano.

Romana Castri Orciani.

Lunæ 23. Ianuar. 1668.

ARGVMENTVM.

Ecclesiam ad effectum deuolutionis teneri plenè, & concludenter suum probare directum dominium, planum in iure, & indubitatum est; Atque ideò qualitèr, & ex quibus illud remaneat probatum in præsenti Decisione discurritur, & tamdem negatiuè resoluitur in hac materia de sui natura odiosa, in qua proinde requiruntur probationes ex omni parte maiores.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutionis ad effectum requiruntur plenæ, & concludentissimæ probationes.*
2 *Dominium directum Ecclesiæ plenissimè probandum est, & quando.*
3 *Dominus directus intentans caducitatem, & deuolutionem agit rei vindicationis iudicio.*
4 *Rei vindicationis actio requirit plenissimam probationem dominii.*
5 *Locationis rei emphyteuticæ instrumentum non probat dominium.*
Locari potest etiam res aliena, nu. 5.
Venditio fieri potest etiam de re aliena, nu. 5.
6 *Locationis instrumentum quomodo probet dominium contra ipsos conductores, & quid contra tertium.*
7 *Dominii directi probatio ex instrumento locationis ad effectum deuolutionis à Rota non admittitur, sed reicitur.*
8 *Instrumenta locationum informia ad effectum deuolutionis non habentur in consideratione, nec vllum genus probationis constituunt.*
9 *Enunciatiua emanata ad supplicationem partis non probat in præiudicium tertii, & nu. 11.*
10 *Transumptum Bullæ antiquæ, eiusque renouatio, nullum de nouo ius tribuit, atque concedit.*
Confirmatio non auget robur confirmato, sed illud tale quale est confirmat, nu. 10.
11 *Enunciatiuæ si non probant in actu confirmante, eo minus probant in actu confirmato.*
12 *ex Antecedenti actu, non benè infertur ad subsequentem.*
Dominium quod Ecclesia iam habuerit, & quod illud hodie non habeat insimul stare possunt, numer. 12.
13 *de Præterito non benè infertur in præsens.*
14 *Dominium directum Ecclesiæ probari debet non solùm de tempore concessionis, sed etiam de tempore ab ea intentatæ deuolutionis.*
Actionem alicui competere probari debet de tempore illa intentatur, nu. 14.
15 *Dominia rerum de facili mutari possunt, & de facto mutantur.*
Possibilitas sola sufficit ad excludendum Dominum directum à deuolutione per eum intentata, num. 15. & nu. 20.
Coniecturæ, & præsumptiones excluduntur ex sola possibilitate, & iuris præsumptione in contrarium, num. 15.
16 *Ecclesia durantibus generationibus in inuestitura comprœbensis non potest de illius bonis disponere, aut vocatis quoquomodo præiudicium inferre.*
17 *Prohibitio alienationis rei emphyteuticæ inficit quamcumque possessionem.*
Prohibitio duplex scilicèt legis, & hominis impedit principium cuiuscumque acquisitionis, numero 17.
18 *Masculi regularitèr non sunt habiles ad generandum vltrà sexagesimum quintum, vel septuagesimum annum.*
19 *Generationes emphyteusis potest esse, vel quod non processerint vsque ad tertiam, vel quod terminauerint intrà spatium vnius sæculi.*
20 *Possibilitas sola sufficit reo ad tuendam suam possessionem.*
21 *Præscriptio vt induceatur contra Ecclesiam de necessitate requiritur, quod fuerit lapsum tempus sufficiens.*
22 *Verba*, pleno iure, *important plenum dominium.*
Dominium Ecclesiæ, eiusque proprietas excluditur, si ad alium bona pleno iure spectare probantur, numer. 22.
23 *Bona in Ecclesiam alienari prohibita, si ad manus Ecclesiæ peruenisse probantur, alio titulo, quam prohibitæ alienationis peruenisse præsumuntur.*
Vsurpatio in loco pio nullatenùs præsumitur, numero 23.
24 *Dominium Ecclesiæ eo magis excluditur, si per longissimum tempus neque de recognitione illius, solutione canonis, neque de aliis responsionibus, aut concessionibus doceatur.*
Tituli legitimi præsumptio ex cursu longissimi temporis magis resultat, nu. 24.
25 *Decisiones plures Sac. Rotæ Romanæ declarantur.*
26 *Instrumenta locationum effectuata mediante successiua solutione canonum, quando sufficiant ad probationem dominii Ecclesiæ.*
27 *Possessor bonorum emphyteuticorum si est de familia comprœhensorum, & non docet de alio titulo, præsumitur possidere titulo inuestituræ.*
Emphyteuta non præscribit contra Dominum, etiamsi per mille annos possedisset, nu. 27.
Emphyteusis titulus, cuius vigore possidet emphyteuta ipsemet illum constituit in mala fide, & inducit scientiam rei alienæ, nu. 27.
28 *tertius Possessor bonorum Ecclesiæ, quæ eadem bona aliis antiquitus in emphyteusim concesserat, si non constat de titulo, præsumitur illa alio titulo quam emphyteutico acquisiuisse, & vide per totam.*

DECISIO CLXI.

CASTRVM dirutum cum toto Territorio Montibus, Plagiis, ac cæteris pertinentiis locauit Basilica Sanctæ Mariæ in Transtyberim vsque de anno 1286. Cùm verò nobiles viri de Perleonibus, ad quorum tertiam generationem locatio facta fuerat decessissent iudicium deuolutionis cor. bo. me. Paleotto, & Cotta olim huius Sac. Tribunalis Auditoribus excitatum est, quo per me annis præteritis reassumpto; plures emanarunt resolutiones ad fauorem possessorum, quas itidem DD. in hac hodierna propositione confirmandas esse censuerunt.

Agitur

Agitur enim de probando dominio ad effectum deuolu-
1 tionis, quo casu pro indubitata fuit habita conclusio, † quod plenæ, ac concludentissimæ probationes requirantur, *ad Text. in l. officium ff. de rei vindic.* Alex. *cons.* 10. *cum duobus seqq. lib.* 4. Aym. *cons.* 157. *num.* 3. *& seqq.* Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 5. *& seqq. vsque in fin.* Gratian. *discept.* 188. *num.* 10. & dixit Rota coram Verall. *dec.* 280. *par.* 1. *cor. Millin. dec.* 11. *nu.* 8. *cor. Coccin. dec.* 69. *num.* 3. *cor.* Martin. Andr. *dec.* 63. *nu.* 1. *cor. Buratt. dec.* 834. *num.* 7.
2 *vers. Tùm quod non constat* de dominio † Ecclesiæ plenissimè probando *in recent. decis.* 70. *in fin. vers. agit in causa deuolutionis par.* 2. *& decis.* 164. *numer.* 3. *par.* 6. *& coram Eminentissimo Otthobono decis.* 13. *num.* 1. *& seqq.* vbi reddit rationem quia scilicèt Dominus directus intentans calu-
3 citatem, ac deuolutionem agit rei vindicatione, † quæ
4 actio plenissimam dominii † probationem requirit, iuxtà doctrinam *Bald. communitèr approbatam in l. cum res* 12. *sub nu.* 19. *C. de probat.* & fuit dictum *in Mediolanen. prætensæ deuolutionis* 11. *Febr.* 1650. *coram Reuerendiss. Papien. impress. in recent. dec.* 13. *numer.* 9. *cum duobus seqq par.* 11. *in Vercellen. seu Casalen. bonorum* 10. *Maii* 1658. §. 1. *cor. R. P. D. meo Beuilacqua, & in Aquilana Marmorum* 4. *Iulii* 1663. *in princ. cor. me.*

Huiusmodi autem probationes non fuerunt deductæ per Basilicam, namque instrumentum supradictæ loca-
5 tionis de anno 1286. non concludit dominium, † quia etiam res aliena locari, & vendi potest, *l. rem alienam, ff. de contrahen. empt.* Bart. *in l. ad probationem* 23. *vers. hoc est verum, quod locatio non sufficit C. de probat.* Alex. *cons.* 43. *n.* 9 *lib.* 4. Barbat. *cons.* 34. *nu.* 9. *vers. Nec etiam opitulatur D. Episcopo vol* 4. & ad rem ponderant Curt. Iun. *cons.* 41. *num.* 8. Mascard. *de probat conclus.* 542. *nu.* 1. *& seqq.* vbi benè di-
6 stinguit quando agitur contra tertium, & † vt etiam quando contra eosdem conductores, non tamen in vim, *l. si quis conductionis C. locati*, sed actione reali Aflict. *dec.* 14. *nu.* 8. Grat. *discept.* 533. *nu.* 43. Rota coram Cauai. *decis.* 269. *nu.* 1. *cor. Duran. dec* 431. *nu.* 9. *in rec. dec.* 150. *nu.* 2. *par.*
7 1. *dec.* 51. *nu.* 4. *par.* 3. vbi huiusmodi probatio † reiecta fuit, *& in d. dec.* 13. *sub num.* 1. 2. *par.* 11. *cum aliis adductis in secunda, & tertia decisione huius causæ* §. 1.

Neque adminicula, propter quæ ab hac conclusione
8 recedi solet visa sunt Domini suffragari; † nàm duo instrumenta locationum de anno 1097. & 1141. tamquam informia nullum genus probationis constituunt, Crauet. *cons.* 10. *num.* 5. Spad. *cons.* 204. *nu.* 9 *lib* 3 Surd. *dec.* 51. *nu.* 21 *&* 269. *nu.* 12. & dixit Rota coram Puteo *dec.* 441. *nu.* 2. *& dec.* 444 *num.* 3. *lib.* 2. *in rec. dec.* 623. *num.* 5. *&* 6. *part.* 4. *decis.* 460. *nu.* 6. *par.* 5. *& dec.* 193. *nu.* 8. *par.* 10. *rec. in Tiburtina Castrorum* 16. *Februar.* 1660. §. *nec obstare coram R. P. D. Beuilacqua.*

Bullæ verò trium Pontificum Calixti 2. anno 1122. Benedicti 22. de anno 1340. & Calixti 3. de anno 1457. continent respectu primæ simplicem enunciatiuam, quod Castrum spectaret ad Ecclesiam, quæ enunciatiua tan-
9 quam emanata † ad supplicationem partis non probat in Tertii præiudicium, Rim. Iun. *cons.* 19 *nu.* 49. Spad *cons.* 31. *nu.* 8. *lib.* 3. Rota cor. Penia *dec.* 1620. *nu.* 6. *cor.* Buratt. *dec.* 178. *nu.* 14. *& in rec. dec.* 195. *nu.* 5. *par.* 9. Respectu verò secundæ, & tertiæ continent merum transumptum, ac renouationem paginę eiusdem Bullæ antecedentis, quæ vetustate temporis consumebatur cum præuia expressione
10 nullum ius de nouo Ecclesiæ tribuendi, † sed antiquum tale quale est confirmandi, *ad text. in cap. cum dilecta* §. *non autem de confirm. vtil.* Rota coram San. mem. Gregor. *decis.* 164. *num.* 10. *& in recent. decis.* 58. *num.* 29 *&* 30 *p.* 6. Vndè multò minus enunciatiuæ in iis contentæ, & pari-
11 ter ad supplicationem Partis emissæ quidquam † operantur, vt præter mox citatos responsum fuit *in Beneuentana Iurisdictionis* 27. *Ianuarii* 1653. *coram Reuerendiss. Vallisoletano in rec. dec.* 304. *nu.* 22. *par.* 11. *confirmata in alia instantia cor. R. P. D. meo Taia* 28. *Aprilis* 1662. §. *His præsuppositis, cum aliis in Æsina fideicom.* 23. *Iunii eiusdem anni* §. *quod Ioannes cor. R. P. D. meo Priolo.*

Cæterum dato fine veri præiudicio, quod aliquando constiterit de dominio Ecclesię, duo tempora distinguebant Domini; Alterùm à parte ante prædictum instrumentum de anno 1286. Alterùm à parte post; Namque
12 eo etiam supposito respectu partis antecedentis † non indè bene infertur ad partem subsequentem, quoniam stat simul, quod Ecclesia dominium bonorum iam habuerit, & quod nihilominus illud hodie non habeat, vt quia bona alienata, vel vendita, aut quoquomodo legitimę di-
stracta fuerint † cum de prǽterito non præsumatur in præ- 13
sens, Corn. *cons.* 24. *nu.* 6. *cum seqq. lib.* 4. Rota post Pacif. *decis.* 55. *numer.* 5. *& in supra allegat. Vercell. seù Casalen. coram Domino meo Beuilaqua* §. *quatenùs versic. Esto etiam quod prius.* Neque ex eo quod in præsenti disputetur, An constet de dominio Ecclesiæ sufficit probare, Ecclesiam
olim fuisse Dominam † nisi simul probetur hic, & nunc 14
eidem competere, & de ipso tempore actionis, Abb. *in cap. cum ad sedem sub nu.* 20. *ad med. de restitut. spoliat.* Alex. *cons.* 16. *numer.* 2. *lib.* 5. Corn. *cons.* 35. *num.* 14. *& cons.* 329. *num.* 7. *lib.* 1. *cons.* 19. *col. vlt. lib.* 2. *& d. cons.* 24. *n.* 3. *lib.* 4. Paris. *cons.* 124. *nu.* 8. *lib.* 1. Rota *dec.* 19. *de re iud. in nouis reassumpta per* Beliamer. *dec.* 739. *nu.* 1. Cum enim rerum dominia quotidie mutari possint, ac de facto mutentur milleque
modis, ac titulis de vno in alium transferantur † ità præ- 15
sumitur euenisse in bonis, de quibus agitur, & hæc sola præsumptio, ac possibilitas sufficit ad tuendum tertium possessorem, & ad elidendas coniecturas, & adminicula supra in contrarium adducta, vt sensit Rota *in alleg. dec.* 290 *sub nu.* 6. *par.* 1. *dec.* 164. *nu.* 13. *& seq. par.* 6. *& dec.* 294. *sub n.* 11. *vers. vel quando par.* 8. *rec. in d. Vercellen. seu Casalen.* §. *non obstat*, & comprobatum fuit in omnibus decisionibus huius causæ §. *penult.*

Nil obstante ex aduerso adducto dilemmate, quod aut bona prætenduntur acquisita tanquam alienata per ipsam Ecclesiam, & hoc repugnat præfatæ inuestituræ de anno 1286. ad tertiam generationem illorum de Perleonibus, vt supra concessæ, durantibus enim generationibus in in-
uestitura compræhensis † non potest Ecclesia de bonis dis- 16
ponere, neque vocatis quoquomodo præiudicium inferre, Bald. *consil.* 431. *numer.* 6. *libr.* 2. Cald. *de iur. emphyt. quæst.* 3. *numer.* 7. Rota *decis.* 176. *numer.* 38. *par.* 5. *& decis.* 39. *numer.* 35. *&* 36. *par.* 8. Aut prætenduntur acquisita vti alienata ab ipsismet Perleonibus inuestitis, & hoc magis repugnat pacto in eademmet Inuestitura apposito, quod nimirum bona ab emphyteuticis alienari non possint, sed
finita tertia generatione ad concedentem reuertantur, † 17
huiusmodi enim prohibitio impedit translationem dominii in quemcumque alium, qui non sit de compræhensis, & operatur vt possessio ex tali alienatione proueniens infecta, ac omninò nulla remaneat, & tamquam duplex prohibitio legis scilicèt, & hominis obstet ipsimet principio acquisitionis Aldobrand. *cons.* 40 *nu.* 9. *vers. nam respondetur, & nu.* 10. *lib.* 1. Rota *in rec. dec.* 211. *nu.* 31. *par.* 6. *& dec.* 427. *nu.* 30. *&* 31. *par.* 9.

Quoniam aduerterunt Domini, quod licet possibile sit generationes illorum de Perleonibus processisse vsque ad tertiam in generatione compræhensam, videtur tamen secundùm naturam illam defecisse ferè per sæculum ante annum 1571. motæ litis cum naturalitèr masculi non sint
† habiles ad generandum vltrà 65. vel 70. annum, vt la- 18
tè probat Didac. Narbon. *de ætate tit. annus sexagesimus quintus quæst.* 1. *numer.* 57. *& seqq.* Paul. Zacch. *qu. Medic. leg. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 14. *vers. At transactis, & libr.* 10. *cons.* 75. *nu.* 10. Potest etiam esse, quod generationes
non processerint † vsque ad tertiam, vel quod termina- 19
uerint intrà spatium vnius sæculi, Rota *in Romana Domus* 15. *Decembris* 1649. *coram bon. mem. Bichio* §. *& licet &c. & in alia Romana Domorum* 7. *Iunii* 1655. §. *minusque coram Reuerendiss. Conchen.* Quare nihil vetat quin Ecclesia dictum Castrum cum suis bonis alienare potuerit tamquam ad se liberè deuolutum, & consequentèr etiam Archiepiscopale S. Spiritus, à quo causam habet D. Princeps Burghesius, cæterique illius Antecessores benè, & legitimè illud acquirere potuerit per duo ferè sęcula, vel saltem per sæculum ante motam litem, quibus ipsi continuò
possederunt, quæ possibilitas satis superque est Reo † ad 20
tuendam propriam possessionem & ad excludendam allatam probationem dominii, vt superiùs fuit comprobatum & firmatur etiam in præcedenti *decis.* 15. *Maii* 1662. §. *At esto, &* 9. *Iunii* 1664. §. *Placuit autem.*

Ad excludendam hanc possibilitatem, & fortissimam præsumptionem plura ex parte Ecclesiæ afferebantur Instrumenta annorum scilicèt 1492. 1522. & 1529. in quibus enunciantur multi actus facti ab illis de Perleonibus ab-
indè autem citrà annum 1571. motæ litis non effluxit † 21
tempus sufficiens ad præscribendum contra Ecclesiam, *vulg. cap.* 1. *de præscrit. in* 6.

Verùm ex facto responsum fuit non constare personas enunciatas esse de illa tertia generatione inue-

ſtitorum, minuſque ab illis quoquomodo prouenire, prout plenè, ac neceſſariò iuſtificandum eſſet ad inde excludendum poſſibilem titulum in poſſeſſore, vt ſupra dictum eſt: Inſtrumentum verò de anno 1517. in quo maior vis fuit poſita tantùm abeſt, quod probet effectuationem, ac continuationem dictæ conceſſionis, vt imò illam patentèr excludat ibi enim Gabriel de Rubeis mandat restitui Franciſcæ de Perleonibus ſuam partem Caſalis Orciani in dotem habitam, declarando ad ipſam ſpectare,
22 & pertinere *pleno iure* † quæ quidem verba important plenum dominium, & conſequenter Eccleſiæ proprietatem excludunt vt ponderat, Decian. *conſ.* 468. *nu.* 10. & 11. & *conſ.* 498. *nu.* 8. Menoch. *conſ.* 1. *nu* 13. *conſ* 87 *n.* 427. & *conſ.* 191. *num.* 14. Grat. *dec. March.* 239. *num.* 6. Mart. *de clauſ.* 92. *nu.* 5.

Vlteriùs ibi dicitur, quod Archioſpitale S. Spiritus poſſidebat alias partes eiuſdem Caſalis Orciani, cum enim in d. conceſſione anni 1286. prohibita fuerit alienatio in locum Pium, ibi, *Non liceat Poſteris ipſum Caſtrum in aliam Eccleſiam, vel Pium locum aliquo modo alienare niſi*
23 *in noſtram Eccleſiam*, † Indè neceſſariò colligitur hoc Caſale fuiſſe acquiſitum ab Archioſpitale, vel alio eius Authore tamquam extraneo & ex alio legitimo titulo, Rota *dec.* 160. *nu.* 14 *par.* 6. *rec.* cum eiuſdem conceſſionis non eſſet capax, & vſurpatio tamquam delictum non præſumatur maximè in loco Pio.

In quorum omnium comprobatione ponderabant Domini longam adeò annorum ſeriem ferè per tria ſæcula ab-
24 ſque eo quod vllus omninò exhibeatur actus, † vel recognitionis dominii, vel ſolutionis Canonum, aliarumque reſponſionum, vel iteratæ conceſſionis, ſeù renouationis, vt in rebus emphyteuticis contingere ſolet, indè enim potius reſultat fundamentum ineffectuationis, eoque facilior inſurgit præſumptio illa, ac poſſibilitas alterius legitimi tituli, cuius vigore dictum Caſtrum liberè tranſierit in ipſum Archioſpitale, alioſque illius Authores, ex Rota *d. deciſ.* 164. *num.* 13. & *ſeq part.* 6. *cum*
25 *aliis ſupra alleg.* Et hinc patet non obſtare deciſiones † *in Sabinen. Tenutæ Collis Rampoli* 31. *Maii* 1593. *coram Litta penes Marcheſan. de commiſs. par.* 1. *fol.* 1079. *in Ferrarien. bonorum, ſeu Palatii coram Millin. dec.* 374. & *in Nouarien. bonorum* 9. *Iunii* 1610. *coram Lancell. confirmata coram Coccin. d. dec.* 164. *par.* 6. loquuntur enim in caſibus, in quibus inſtrumenta locationum ſpatium centum annorum non
26 excedebant, eaque † apparebant effectuata, & conſtabat de ſucceſſiua Canonum ſolutione, vt in *dicta Sabinen, ſub num.* 3. *in d. Ferrarien. ſub num.* 13. & 14. & *in præalleg. Nouarien. coram Coccino ſub num.* 5. & 14. vbi vlterius diſtinguitur, ac firmatur contraria procedere vbi agere tur de probando dominio contra poſſeſſorem, qui eſſet de
27 familia Inueſtitorum, † quo caſu dum is non docet de alio titulo, præſumitur poſſidere ex cauſa inueſtituræ, qua durante non præſcribit contra Dominum, etiamſi per mille annos probaretur poſſeſſio, cum ipſemet titulus, cuius vigore poſſidet inducat ſcientiam iuris alieni, eumque mala fide conſtituat, vt benè per Roſſentall. *de feud. d. c.* 9. *membr.* 1. *concl.* 97. *nu.* 30. Bald. *de præſcript. part.* 2. *tertiæ par. principalis qu.* 3. *nu.* 1.

Secus eſt vbi agitur contra tertium, in quo ſubeſſe poſſit ea contraria præſumptio, ac poſſibilitas, quod bona in eum aliundè, quam mediante Eccleſia, vel
28 Domino directo peruenerint, vt † quia per plures manus, ac poſſeſſores abſque facto eiuſdem Eccleſiæ tranſierint, quod ipſum animaduertit, Rota *in Viterbien. Campi Maioris* 14. *Iunii* 1593. *coram Orano. Et in Portuen. Stagni coram Cardinal. Panzirolo in rec. d. deciſ.* 297. *num.* 11. *par.* 8. & ſenſit etiam Millin. *in ſupracit. deciſ.* 374. *numer.* 17.

Et ità poſt ſecundam cauſæ propoſitionem reſolutum eſt ſtandum eſſe in deciſis vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Leodien. nullitatis matrimonii.

Veneris 27. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Cùm per expreſſam diſpoſitionem Sacri *Concilii Tridentini ſeſſione* 24. *cap.* 6. *de reformat.* prohibeatur matrimonii contractus inter Raptorem, & Raptam, quamdiù Rapta in poteſtate Raptoris permanſerit, Ideò in præſenti dubitatur an ſolus conſenſus Puellæ ſufficiat pro validitate matrimonii, ſi Parentes, quorum æqualis fuit iniuria, manifeſtè diſſenſerint, & negatiuè deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Raptus cum traductione, & violentia remanet concludenter probatus ex actibus antecedentibus, & ſubſequentibus.*
Raptus principale requiſitum eſt traductio mulieris de loco ad locum cum violentia facta, nu. 1.
2 *Matrimonium nullum conſiſtere poteſt inter Raptorem, & raptam, quamdiù rapta manſerit in poteſtate raptoris.*
Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. *prohibet matrimonium inter raptorem, & raptam nu.* 2. & *per totam Deciſ.*
3 *Declarationes mulieris raptæ vltimo loco emanatæ, & iteratè emiſſæ magis veriſimiles ſunt.*
5 *Declarationes vltimæ mulieris raptæ, ac etiam iteratæ præferuntur anterioribus, illiſque finem tollunt.*
5 *Voluntas puellæ raptæ conſtans eſſe dicitur, ſi illa fuerit coram Iudice confirmata.*
Exploratio animi à Iudice facta plurimum attendenda eſt nu. 5.
6 *Conſenſus Puellæ non ſufficit, neque validat matrimonium inter raptorem, & raptam, quoties parentes diſſentiunt.*
7 *Raptus ſemper committitur ſiuè Puellæ tantummodò, ſiuè ſolis Parentibus, ſiuè vtrique vis illata conſtiterit, & nu. ſeq.*
8 *Violentia quomodocumque, & qualitercumque interueniat, ſemper ſaluatur ratio raptus, illeque dicitur interuentus, & ſup nu.* 8.
9 *Raptus commiſſus etiam conſentiente puella, inſcio tamen illius tutore ſubiacet quoad omnia diſpoſitioni Sac. Conc. Trid.*
Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, quoad matrimonium inter raptorem, & raptam aſſertur, nu. 9.
Declarationi Sac. Congregationis Concilii reuerentèr ſe Sacra Rota ſubſcribit, nu. 9. & *nu.* 10.
10 *Rota in diſcrepantia opinionum, quæ fuerint hinc indè contrariæ, ſemper ſequitur opinionem, quæ roboratur auctoritate SS. Congreg. Eminen. DD. Cardinalium.*
11 *Apoca à muliere confecta nihil probat, ſi teſtes non deponant eam vidiſſe ſcribere.*
Scriptura priuata, vt probet requiritur, quod teſtes deponant vidiſſe ſcribere eam conficientem, nu. 11.
Apoca matrimonii non probat, niſi teſtes ſcribentem ſcribere vidiſſe deponant, nu. 11.
12 *Apoca matrimonii ſubſcripta à muliere rapta ſine Notario, & teſtibus maximam habet præſumptionem antidatæ.*
13 *Epiſtola ab aliquo conſcripta contra ipſum ſcribentem plenè probat.*
14 *Amicum ſtrictiſſima legum amicitiæ ſibi vinculatum quod quis offenderit prorſùs inueriſimile eſt.*

Ma-

Matrimonii tractatum pro aliquo strictissimo amico inchoatum, quod pro semetipso concluserit, nemo præsumitur, nu.14.
15 *Inuerisimilitudo tollit fidem apocæ.*
16 *Inuerisimile quod est dicitur habere imaginem falsitatis.*
17 *Matrimonium factum coram Parocho, de cuius Parochia nemo erat ex contrahentibus dicitur nullum, irritum, & inanè.*
18 *Matrimonium contractum coram Paroco solius domus à raptore post raptum conductæ dicitur contractum in fraudem Concilii.*
19 *Domicilium contrahendi declaratio facta post maturatum tempus electionis, an suffragetur.*
20 *Parochianus vt quis efficiatur sufficit solùm habitationis principium, non tamen requiritur, quod inibi pro maiori anni parte habitauerit.*
Declara, vt nu seq.
21 *Parochialia iura vt quis propter habitationem acquirat, requiritur mutatio domicilii facta animo non redenndi, & supra nu.20. vbi vide.*
Domicilium quando per nouam habitationem dicatur mutatum, vel non, & nu.20. & 21.

DECISIO CLXII.

A SENTENTIA Reuerendiss. D. mei Decani, qua declaratum fuit non subsistere matrimonium inter Riccardum Raptorem, & Annam Isabellam Raptam ob resistentiam Sacri Trid. Concilii, commissa mihi appellationis instantia, Riccardus articulando consensum eiusdem Annæ, institit pro remissoria, quam Domini die 23.* Martii præteriti non denegarunt, licet agnoscerent esse valdè controuersum, an consensus Puellæ sufficeret pro exclusione dispositionis Conciliaris, quando dissentiunt Parentes, quorum æqualis est iniuria, quam Puella consentiendo remittere non valet, vt relatis hinc indè dissentientium Auctorum sententiis, habetur in decisione tunc extensa, §. *Horum verò, & § sequenti coram me.*

Verùm suspicantes, quin hæc remissoria ad protelandam causæ expeditionem peteretur in relationibus causarum reseruarunt arbitrium Rotæ super retardatione, vel vlteriori causæ prosecutione, quo vtentes hodie post iteratam termini prorogationem, reassumpta cognitione negotii principalis, responderunt, sententiam Rotalem esse confirmandam, cuius validitas non impugnatur, & iustitia resultat ex deductis in decis. Reuerendissimi Domini mei Decani sub die 28.* Iunii 1666. in qua enarrata facti historia ex multis facti circumstantiis actum ipsum præcedentibus, & subsequentibus benè concluditur Ra-
1 ptus † cum traductione, & quidem cum violentia de loco ad locum, quod est præcipuum huius delicti requisitum, *cap.2.36. q.1.* Iul.Clar.§ *Raptus nu.1.multisq.congestis*, Sanch. *lib. 7. disp. 12. nu. 20.* Vndè meritò pronunciatum fuit esse locum dispositioni Sac. Concilii sess. 24. de reformat. matr. cap.6. qua cauetur, inter Raptorem, & Raptam
2 quamdiù † ipsa in potestate Raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium.

Hanc verò iustitiam sententiæ offuscare non potuit, vel articulatus Puellæ consensus, vel præcedens matrimonii tractatus; Nam consensus adhuc non fuit probatus, & gesta per ipsam pristinæ libertati restitutam illum potiùs excludunt; In binis etiam declarationibus vltima die Ianuarii 1663. vltroneo emissis, totam facti seriem exposuit, protestans, se fuisse importunis suasionibus subductam, & certè credens cum Strauio non nupsisse, imò intendens illum numquam in maritum habere, quod & pluribus Testibus aperuit relatis in 1. *Summ. ipsius num. 20. & 21.* vt exindè quamuis actus articulati probari pos-
3 sent, † adhuc istæ vltimæ, & iteratæ declarationes vti magis verisimiler, ad tradita per Canonistas *in cap. 1. de*
4 *Adulter.* essent illis omninò præferendæ, † ac fidem tollerent anterioribus, *ad notat. in cap. literis de præsumpt. vbi* Abb. *nu.21. idemque* Abb. *in cap. per tuas col fin. de Raptor cum pluribus per* Gabr. *in conf.173. nu.4. lib.1.*

Præsertim quod constans hæc Puellæ voluntas confirmata remanet ab exploratione animi à Iudice delegato
5 huius Sacr. Tribunalis suscepta, † quamplurimum faciendum esse censuit Cepoll. *conf. 56.n.13 & pluribus* Rota *in Fanentina Matrim. 7. Iunii 1658. cor. R.P.D. meo Taia.*

Præterea quatenùs etiam articulatus Puellæ assensus probaretur, adhuc Raptum non excluderet tam in ordine ad pœnam, quam ad annullationem matrimonii quandò, vt hic, inscio, inuitoque Parente abducta fuit nam licet variæ sint in hoc articulo sententiæ scribentium, vt obseruatum fuit in decisione remissoriæ, adhuc præualuit in proposito casu, apud Dominos opinio eorum, † qui tenent solum consensum Puellæ non suffi- 6
cere, quando dissentiunt Parentes, non solùm quia communior illa, & receptior est ex authoritatibus adductis in d. mea decisione §. *contrarium verò*, sed quia confirmatur ratione, quod Raptus admittitur, † siuè Puellæ so- 7
lummodò, siuè Parentibus tantùm, siuè vtrique vis illata constiterit; ad verba *tex. in Can. lex illa 36 qu. 1.* per quæ infert D. Thom. *2. 2. quæst. 54. ar.7.* quod qualitercumque violenta adsit † saluatur ratio Raptus idemque 8
firmat Tolet. *in summa lib.7. cap.13. nu.2.*

Posuitque rem in claro declaratio Sac. Congregationis, quæ censuit in fortiori casu Raptorem Puellæ licet consentientis, inscio tamen Tutore, † sub cuius degebat 9
tutela compræhendi tam respectu pœnæ, quam nullitatis matrimonii hoc decreto Sac. Concilii, cui declarationi reuerentèr se Rota subscribit, vt apud Buratt. *dec.779. nu.3 & 214 nu.6. & seqq. par.4. tom.3. rec. & dec.46.* Eminentiss. Otthob. *alibiq. passim.* Atque in opinionum discrepantia illam sequitur, quæ roboratur authoritate, † & 10
sapientia Eminentissimorum Patrum, quibus ipsa Congregatio constat, vt dixit in simili in *dec.420. nu.13.* Eminentiss. Otthob. *& 450. nu.17. par.9. rec.*

Præcedentem verò tractatum non iustificat afferta Apoca manu, vt prætenditur, Puellæ exarata die 21. Decemb. 1662. quoniam de illius manu non constat, nec constare potest, dum articulatum non fuit, Testes eam vidisse scribere, † vt in priuatis scripturis omninò requiritur, 11
& in terminis similis apocæ matrimonialis, Rota *in Vlixbonen. Matrim. 31. Iunii 1613 §. primo quia non constat cor. bo.me. Sacrato, & in Vallisoletana Matrimonii 23.Iun.1664. cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Cumque illa careat Notario, & Testibus redditur taliter suspecta de antidata, † vt dubitari meritò possit con- 12
fectam fuisse eo tempore; quo Puella in potestate Raptoris detinebatur.

In quam suspicionem faciliùs Domini venerunt considerando, quod hæc apoca aduersatur tot Testibus asserentibus tunc temporis Riccardum vt mediatorem tractasse huius Puellæ coniugium pro D. Comite de Duras, quod etiam demonstrant epistolæ quamplures ab ipso eidem Comiti, nec non D. de Heren conscriptæ, ex quibus plena oritur † contra scribentem rei ità gestæ proba- 13
tio, ad *text. in leg. Publia §. fin. ff. depos.* Hinc DD. inferebant esse prorsùs inuerisimile, quod Riccardus Amicum, cuius se obsequentissimum profitebatur, tàm grauitèr offenderit, † vt violando leges amicitiæ, tracta- 14
tum Coniugii nomine illius inchoatum, pro semetipso concluserit, contra præsumptionem, *text. in l. transactionem 35. C. de transact. ac glos. in leg.1. vers. non animo, C. ad leg.* Cornel. de Sicar. quæ inuerisimilitudo potens est apocæ prædictæ omnem fidem adimere, † omnemque præce- 15
dentis tractatus probationem penitùs excludere, iuxtà *doctr. Bald. in l. fugitiui C. de seru.fugit.* nam quod inuerisimile est † imaginem falsitatis innuit; Rot. cor. Penia *dec.* 16
682. nu.19. & 141. nu.14 par.4. tom.2. rec.

Inconcussum pariter remanet alterum Rotalis sententiæ fundamentum deducens ex alio capite prædicti matrimonii nullitatem, quod scilicèt, celebratum fuit coram Parocho S. Remacli, cuius Parochiani nec Strauius erat, nec Anna Isabella † contra aliam expressam Sacri Conc. 17
dispositionem in d. sess. 24. de refor. matr. *cap. 1. vers. qui aliter*, annullantem, & irritantem contractus matrimoniales aliter factos.

Quæ nullitas non euictatur ex conductione facta à Strauio appartamenti domus Scabini Beechman existentis in eadem Parochia, quoniam conductio prædicta facta post commissum Raptum † manifestè conuincitur simulata 18
ad effectum fraudandi dispositionem Sac. Concilii, quam proindè non suffragari probant adducti in *dec. Reuerendiss. D. mei Decani §. fin.* quibus addi possunt ea, quæ in proximis terminis declarationis contrahendi domicilium † post 19
maturatum tempus electionis tradunt Antibol. *in tract. de mun. & honor. par.1. nu.31.* & ipso alleg. Tondut. Sanleg. *resol. ciuil. 62. nu.13. & seqq.*

Non obstante, quod ad effectum, vt quis Parochianus efficiarur opus non sit expectare, vt maiori anni par-
20 te in Parochia † habitauerit, sed statim ac inceperit habitare, Iura Parochiæ acquirat, ex relatis in *decis. remissoriæ §. fin.* & latiùs *in decis. Merl. 194. num.3.* quia hoc accidit, quando constat, eum qui nouum contrahit domicilium, ab alio discessisse animo non redeundi, in quibus terminis loquuntur authoritates adductæ in dictis decisio-
21 nibus, † secus verò quando, vt hic, de tali animo nullibi constat, vt benè distinguendo in propriis terminis tradit, & pluribus comprobat Rota *in Mutinen. Matrimonii 27 Februarii 1657. §. quia ista conclusio coram bo. me. Dunozetto.*

Quare Anna Isabella solùm informante, altera verò parte pluries intimata, & informare recusante, ità pro confirmatione sententiæ resolutum &c.

Præsens Decis. fuit confirmata sub die 22. Iunii eiusdem præsentis anni 1668. quam paritèr infrà in hoc eodem volumine suo loco, & tempore apponemus.

REVERENDISSIMO D.

ALBERGATO

S. R. Decano.

Romana Domorum.

Veneris 27. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Duplicem donationis quæstionem præsens resoluit Decisio; Alteram reuocabilitatis, vel irreuocabilitatis eiusdem donationis ob superuenientiam liberorum ad terminos *l. si vnquam, C. de reuocandis donationibus*; Alteram verò retrocessionis illius ob actus eidem donationi contrarios, qui si aliud importare potuerint, numquam retrodonationem inferre concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Filii donatoris quando possint prætendere reintegrationem ad bona per Patrem ante eorum natiuitatem donata, & nu.seq.*

Textus in l. si vnquam, C. de reuocand donationibus *qualitèr procedat, nu.1. & seq.*

2 *Donatio ob superuenientiam liberorum reuocatur, si Testator non cogitauit de liberis, aliàs secus.*

Donator si filiis quatenus nascerentur reseruauit habitationem domus, donatæ, tunc per superuenientiam illorum non reuocatur donatio, sed semper remanet firma, & in suo robore, numer. 2.

3 *Diuisio rei donatæ facta à donatario post donationem, si ad aliam causam referri potest, numquam trahitur ad remissionem eiusdem donatoris.*

4 *Donationis pro remissione requiritur retrodonatio, vel actus aliud importare non valens.*

Actus retractatio, vel non nisi expresse fieri debet, vel per actum, quod aliud importare non valeat, num. 4.

5 *Donationis recessum non importat actus necessarius, qui ad aliam causam referri potest, & debet.*

6 *Diuisio bonorum hæreditariorum æqualitèr facienda est inter hæredes.*

7 *Sententia inæqualitèr diuidens bona inter hæredes, & adiudicans maiorem partem vni, quàm alteri sustineri non potest.*

DECISIO CLXIII.

EX duodecim vnciis domus in Campo Floræ, nouem spectare ad Andream Domini censuerunt.

Ioannes enim, ad quem dicta domus spectabat reliquit quatuor filios, Augustinum, Laurentium, Ioannem Dominicum; ac dictum Andream, cui ipse Io: Dominicus suam portionem donauit, & sic ad ipsum spectarunt sex vnciæ. Postmodum Catherina Laurentii prædefuncti filia cessit eidem Andreæ, & cæteris fratribus portionem ad ipsam tangentem, & Ita Andreas septem vncias habere cæpit, & tandem ad eum deuoluta est dimidia portionis ad dictum olim Augustinum spectan. in vim fideicommissi ab eo ordinati, quæ post cessionem dictæ Catherinæ erat vnciarum quatuor, & sic dimidia, nempè duæ vnciæ, iunctæ cæteris septem constituunt portionem Andreæ in dictis vnciis nouem.

Hoc posito, dum Andreas reliquit Augustinum Iuniorem, qui nouissimè decessit sex hæredibus ab intestato relictis, sequitur dd. nouem vncias esse inter eos æqualitèr diuidendas, nec posse Laurentium Iuniorem, & cæteros de Albertinis alio iure, videlicet vti filios Io: Dominici donatoris reintegrationem prætendere, ad † *text. in l. si* 1 *vnquam C. de reuoc. donat.*

Quia conclusio procedit, vbi de donans non cogitauit de liberis, tunc enim ob illorum superuenientiam reuocatur donatio, † secus in hoc casu, in quo Io: Dominicus 2 expressam de iis mentionem fecit, reseruando iisdem quatenus nascerentur cohabitationem; tunc enim donatio firma, ac irreuocabilis remanet, Bart. *in l. Titia Seio, § Imperator sub nu. 8. vers. quandoque quis cogitat, ff. de leg. 2.* Tiraquell. post innumeros *ad d. l. si vnquam in præfatione sub n 63. & duobus seqq.* Giouag. *resp. 32. n. 20. lib. 2.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5 glos. 8. p. 3. nu. 1.* Mangil. *de imput. qu. 98. nu. 1 & per tot.* Rota *in rec. dec. 326. nu. 29. par. 11.*

Non obstant tres actus, ex quibus prætenditur Ineffectuatio dictę donationis primo ex quo post octo annos idem Andreas donatarius ad diuisionem vna cum nepotibus admiserit ipsum Io. Dominicum, quia vltra quod indè non potuit præiudicare Augustino filio in dicta donatione compræhenso, dicta diuisio fieri potuit ad alium effectum, nempè ad designandas portiones dictorum nepotum. † 3 Idcirco ad istam causam referri debet, non autem ad remissionem præcedentis donationis, Pereg. *in puncto cons. 93. n. 6 lib. 1.* Fus. *de subst. qu. 593. n. 6. vers. probatur 1.* & benè Rota cor. Reuerendiss. D. meo Decano *dec. 273. n 20. p. 11. rec.*

Secundus, ex quo idemmet Andreas non retinuerit bona donata nomine proprio, sed tamquam administrator filiorum Ipsius Ioannis Dominici, non visum fuit in facto subsistere, sed administrationem referri dumtaxat ad portionem, & bona, quæ ad dictos filios peruenerant ex dispositione Augustini Senioris; † pro remissione au- 4 tem donationis requiritur retrodonatio, vel actus certus, qui aliud importare non possit, prout in cuiuslibet actus retractatione, *l prout quodque contractum est 80. ff. de sol.*

Tertius verò desumptus ex mandato procuræ facto ab iisdem filiis donatoris ad consentiendum patrimonio in fauorem dicti Augustini facien. super parte domus, paritèr non concludit, cùm referri possit ad consensum ex dicta reseruatione habitationis † necessarium absque eo 5 quod inferatur ad recessum à præexistenti donatione, ex Peregr. Fusar. & aliis supra allegatis.

Cæterum respectu domus, seu domorum ad Montem Caprinum paritèr dictum fuit diuisionem esse faciendam æqualitèr inter prædictos hæredes, † cum appareat illas 6 iure proprio, ac vigore deliberationis spectare ad eumdem Augustinum, de cuius hereditate agitur. Ideoque sustineri non posse sententiam A.C. maiores † partes adiu- 7 dicantem Laurentio, & aliis de Albertinis, & sic non intrare Ægidianam boni iuris assumpta disputatione, resoluerunt Domini vtraque &c.

Hæc Decisio fuit confirmata prima Iulii 1669. cor. eodem Reuerendiss. D. Albergato.

R.P.D.

R. P. D. T A I A.

Laudien. Census.

Veneris 27. Ianuar. 1668.

A R G V M E N T V M.

Quia vnicuique contrahere permittitur ea moneta sibi magi placita, & benè visa substinetur proinde constitutio census facta in moneta, nuncupata *Ducatoni*, quamuis ille fuisset impositus à minore; valor autem extrinsecus monetæ si posteà fuerit auctus, vel diminutus, hoc totum cedit in commodum, & damnum solutionem recipere debentis.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio* etiam, *nonnunquam dicitur esse alternatiua, & aliquando quoque facultatiua, n. 2.*
3 *Dictio*, siue, *disiunctionem importat.*
4 *Dictio*, siue, *posita inter incompassibilia eo magis disiunctionem importat.*
5 *Census constitutio fieri potest in ea moneta, quam imponentes in illius impositione conuenerunt.*
Census impositio facta in moneta nuncupata Ducatoni, *substinetur, n. 5. & 6. vbi amplia.*
6 *Minor potest imponere censum in moneta sibi benè visa, etiamsi super qualitate monetæ non fuisset à iudice authorizatus.*
7 *Taxatio ducati ad rationem librarum intelligitur facta secundum valorem de tempore conuentionis.*
8 *Moneta destinata solutioni, si augetur vel minuitur in valore extrinseco, hoc totum cedit damno, & commodo illius, cui facienda est solutio.*
9 *Verba* ad rationem, *puta librarum expressa in taxatione monetæ quid importent, & supra num. 7. cum seqq.*
10 *Monetæ taxatio alia succedit, si fuerit facta de moneta imaginaria, alia verò si de moneta reali, & præexistenti.*
11 *Obseruantia subsecuta declarat, quid contrahentes intellexerint.*
Obseruantia solutionis inseruit pro declaratione taxationis monetæ à contrahentibus factæ, numer. 11.
12 *Procurator constitutus ad contrahendum cum clausula,* prout melius sibi videbitur, *non potest ex solo euentu redargui, quod in deterius contraxerit.*
13 *Euentus damni non ipse restitutionem importat, sed inconsulta facilitas.*
14 *de Futuris contingentibus nulla est determinata veritas.*
15 *ab Euentu facta notari non debet.*
16 *Exitus acta probat.*
17 *Procurator constitutus ad imponendum censum cum clausula,* prout melius sibi videbitur, *illam adimpleuisse dicitur, si censum imposuit ad minorem summam, quam erat census antiquus.*
18 *Clausula*, prout melius, *differt à clausula*, & prout melius, *& vide supra n. 12. & n. 17.*
19 *Clausula*, omni meliori modo, *differt à clausula*, & omni meliori modo.
20 *Mutationis monetæ periculum de tempore contractus quale, & quando attendatur.*
21 *Credendum est antea fuisse illud, quod posteà euenit.*
Facti posterioris euentus nihil obstat iis, quæ secundum iura præcedenter disposita sunt, n. 21.
22 *Conditionis incertus euentus non iniquis rationibus conuentione finitur.*
23 *Moneta potest tractu temporis augeri, & diminui, & omnis deinde læsio in effectu cessare.*

D E C I S I O CLXIV.

QVÆ fuerunt decisa 23. Iunii * 1666. ferè placebant, cùm repropositâ causâ 18. Mart. 1667. dubium solũ redactum fuit, An mandatum factum à Monasterio ad imponendum censum fuisset excessum, necne ad validitatem impositionis illius proinde Domini voluerunt strictè informari super hoc mandato, & hodie proposito dubio steterunt in decisis, Constare de validitate census etiam ad effectum manutentionis.

Constat in facto mandatum fuisse datum ad imponendum censum, & alienandum Francisco pro pretio vsque ad summam scut. 10. mil. librarum sex Imperialium pro singulo, regulando etiam ducatonum ad rationem librar. 5. sol. 13. Imperialium pro singulo ducatono, & pro censu, seu redditu annuo soluendo in tot ducatonis, siue ad rationem lib. 5. pro singulo, & prout melius conuenietur; Ideoque præuia tali facultate Procurator imposuit annuum perpetuum censum liberabilem ducatonorum 531. cunei Mediolani boni argenti, & iusti ponderis singulo anno soluendorum in pecunia numerata, & in tot ducatonis Mediolani boni argenti, &c. quorum aucto valore, & sic grauato Monasterio, ipsum Monasterium ob defectum stipulationis annui census, seu redditus soluendi disiunctiuè, aut in libris quinque solidorum 13. aut ducatonorum librarum quinque solid. 15. omissæ in contractu impositionis census, & clarè appositæ in mandato prod. impositione fundat intentionem suam de excessu Procuratoris.

Sed hodie consideratum ipsum mandatum vt supra, non est visum excessum, quia in vtraque parte, videlicet impositionis census, & solutionis redditus, fuit disiunctiuum in scutis, & libris, siue in ducatonis, vt in prima parte mandati, & verbis illis, *etiam ducatonum*, quia dictio *etiam*, nonnunquam dicitur alternatiua, Barbos. *dict.* 1
112. *num.* 20. & planè † facultatiua ad rubricas ipsas *Cod.* 2
et iam per procur. caus. restit. in integr. & Cod. etiam ob chirographar. pec. pign. &c. & in secunda parte ipsius mandati clarè, & propriè *in tot ducatonis, siue ad rationem lib. 5. &c.* quæ † disiunctionem importat *l. siue vxor* 34. *ff. de* 3
donat. inter vir. cum simililibus, & proculdubio † inter 4
incompassibilia, Barbos. *dict.* 110. *numer.* 37. *vers. pariter hoc*, deinde ex sequentibus verbis, *Et prout melius conuenietur.*

Facultas itaque data visa est contrahendi in ducatonis, quàm per se valere constat † etiam in contractu census, 5
Cenc. de cens. *quæst.* 85. *num.* 8. maximè *num.* 23. Duard. *ad constit. cens.* §. 4. *qu.* 6. *num.* 39. maximè *num.* 41. Rota *decis.* 49. *num.* 1. *par.* 3. *rec.* & amplius de simili censu imposito à minore, † etiamsi ad hoc non fuisset à Iudice autho- 6
rizatus, Rota *coram Cardin. Panzirolo in Bononien. census* 11. *Martii* 1637. *&* 13. *Decemb.* 1639.

Igitur minus facit ponderata qualitas expressa in mandato ibi, *ad rationem librarum, &c.* quæ stat restrictiuè, † quia restringit valorem ducatoni ad expressas libras tem- 7
pore conuentionis illi æquiualentes, & propterea succedit regula, quod quoties moneta destinata solutioni augetur, vel minuitur in valore extrinseco † procedit ad 8
commodum, & damnum illius, cui facienda est solutio vt conclusit ad literam Rota *decis.* 682. *part.* 4. *diuers. & coram Pen. Lugd. edit. dec* 592. *nu.* 3 *vers. Et verba illa ad rationem*, † *& dec.* 114. *num.* 5 *part.* 1. *iterata dec.* 108. *num.* 3. 9
par. 2. *& decis.* 430. *n.* 2. *par.* 4. *rec.* vbi declaratur, si moneta esset imaginaria, † secus vbi fuit in obligatione dedu- 10
cta realis, & existens &c. & disputata quæstione Gratian. *disc.* 560. *maximè num.* 8. *vers. contraria opinio, & num.* 13. *vers. ad obiectum.*

Quod si ista computatio aliquam difficultatem pateretur, eam tamen prorsus tollebat obseruantia subsecuta, † quæ declarat contrahentes ita intellexisse, ex eo quod 11
fructus, seu interesse auctum soluerit, &c. quæ prosequitur Rota coram Pen. *dicta decis.* 592. *d. n.* 7. *ad integran. decis.* 687. *part.* 4. *diu.*

Superaddebant Domini præcedentia congrua subsequentibus, quod prius grauatum erat Monasterium simili censu scut. 10. mil. in tot ducatonis, & ista soluebantur ad rationem sex pro centenario, & anno, & pro extinguendo illum censum per hunc ad rationem quinque supplicauit impetrando, & deinde mandauit, & demum Procurato contraxit vt supra.

Vnde videbantur Dominis abundare alia, videlicet clau-

clausulæ mandati ibi, prout conuentum fuerit per dictos Procuratores, & prout melius conuenietur, & cum aliis pactis, modis, & formis conuentum, &c. & prout melius dictis Procuratoribus, seu alteri ex eis vti edoctis de mente Capituli videbitur, & placuerit, ac etiam possent prædicti Constituentes pro executione dictæ licentiæ, si præsentes essent ad celebrandum quæcumque instrumenta cum quibuslibet clausulis, & obligationibus dicti Monasterij, pactis, modis, & formis procuratoribus prædictis seu alteri ex eis benè visis.

Nec visum est; quod putabant informantes pro Monasterio ex dictis verbis, *Et prout melius &c.* Procuratorem
12 non in melius, sed in deterius conuenisse † ab euentu; nam erat prius incertus si contraxisset etiam ipsum Monasterium, nec enim euentus damni restitutionem indul-
13 get, † sed inconsulta facilicitas, *§. sciendum, l. Verum, & l. dolo 11. ff. de min.* & de futuris contingentibus nulla est
14 determinata veritas † ex Philosopho, & illa apud illum
15 careat successibus opto quisquis ab euentu † facta notanda, putat quæ legitimauerat Bald. *cons. vlt. sub numer. 4. vers. quid si casu lib. 4.* Cagnol. *ad l. fraudis interpretatio, ff. de regul. iur. num. 2. & alii*, & exornauit Tiraquell. *de*
16 *pœn. temp. casu 52. numer. 9.* sententiam communem † Exitus acta probat redintegrans *de retract. lign. ad princ. tit. num. 23.* sed impleta est clausula illa, *prout melius*, dum
17 ea pecunia recepta subleuatum † est à sex ad quinque pro annuis centum; insuper non est de supra expressis, & moderatiuè, *prout melius*, sed vltra expressa, & copulati-
18 uè † *Et prout melius*, iuxtà notam differentiam clausulæ,
19 *Omni meliori modo*, † & clausulæ, *Et omni meliori modo* Barbos. *clauf. 95. num. 15.*

Ex quibus satis superque factum dubio resoluendo, & stando in decisis Dominis visum est dictis duabus decisionibus coram Cardinali Panz rolo malè reuolutis pro Monasterio, quod tempore licentiæ Mandati, & contractus
20 † adfuisset aliquod periculum talis futuræ mutationis, *de-*
21 *cis. 1. §. Quia talis verisimilitudo*; Imò antea crederetur, † quod posteà euenit pecuniæ incremẽtum, vsque ad necessarias moderationes, licèt hunc censum antecedentes; quia ex facto nihil constare, & nihil obstare de iure visum est
22 DD. † vt conditionis incertum non iniquis rationibus conuentione finitur, *l. 1. C. de pactis*, & facto potuit du-
23 catonus tractu temporis recipere tam augumentum, † quàm decrementum, & iure cessare propterea omnis læsio, *dec. 2. §. Nec visum est*.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Imolen. Prædij.

Veneris 27. Ianuar. 1668.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus super bonis fideicommissi in præiudicium vocatorum transigere non permittitur, quoties, vt hic transactio fideicommissarijs detegitur esse læsiua; Læsio autem in præsenti deducitur tum quia fuit transactum super causa prius compromissa, & nulla expectata declaratione arbitrorum, integra summa fuit in transactione soluta; tum etiam quia eadem transactione facta super prætensione Trebellianicæ, non fuerunt ex illa detracti fructus ab hærede grauato percepti.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta bona fide impedit immissionem.*
Transactio inita ab hærede grauato bona fidei nocet omnibus fideicommissariis, num. 1. & num. 8. vbi benè declara.
2 *Transactio dicitur factam mala fide stante enormissima læsione.*
Læsio enormissima arguit malam fidem, nu. 2.
3 *Trebellianica non debetur vxori in vsufructu institutæ nullo ei dato cohæredi, & de ratione, ibidem.*
Vxor instituta in vsufructu, si nullus ei fuerit datus cohæres, non est hæres, sed simplex legataria vsusfructus, num. 3.
Contrarium vide num. 4.
5 *Transactionis natura est, vt aliquid hinc inde detur, & remittatur.*
6 *Transactio dicitur facta mala fide, si causa transactionis in arbitros compromissa, & nihilo deciso, transactum tamen est, & totum integrè datum.*
7 *Transactionis colore hæredem grauatum bona fideicommissaria distrahere bona fides non petitur.*
8 *Transactio quando permittatur hæredi grauato super bonis fideicommissi.*
9 *Trebellianica imputatur in fructibus ab hærede grauato perceptis.*
10 *Transactio facta super Trebellianica non imputatis in ea fructibus, qui imputari debebantur, dicitur esse læsiua.*
11 *Transactio ad aliam causam referri non potest, si verba in ea apposita, ad solam causam in transactione expressam referuntur.*
12 *Trebellianicæ assignatio facta hæredi grauato fructus in eam imputare debet, etiam quod eo tempore hæres non integraliter illos percepisset, dum tamen eorum perceptionem inchoauit.*

DECISIO CLXV.

CAVSA iterum ad me deuoluta post sententiam R. P. D. mei Emerix DD. pro eius confirmatione responderunt.

Siquidem Ioseph de Rotis in Testamento condito de anno 1612. hæredem vsufructuariam instituit Hippolytam vxorem, & post eius mortem tam in proprietate, quàm in vsufructu Petrum Comellum, illiusque filios masculos, quibus deficientibus substituit Equitem Hieronymum Ioachinum, Petrum, & Hiacynthum fratres, & filios Peregrini de Rotis, vt in Summario vtriusque partis *num. 1.*

Defuncto Testatore, decessit etiam Hippolyta de anno 1625. institutis hæredibus Fuschinis, inter quos, & dictum Comellum orta controuersia super restitutione hæreditatis Iosephi inita fuit transactio, in qua pro Trebellianica, vt prætendebatur debita hippolytæ assignatum fuit dictis eius hæredibus Prædium valoris libr. 14. mil. & pro residuo vsque ad summam lib. 19208. 12. in qua dicta quarta fuerat æstimata, cæteri effectus fideicommissarii, vt ex calculo inserto in prima transactione Summario responsionis illorum &c. de Rotis *nu. 1.* cum expressa tamen reseruatione dictum Prædium, cæterosque effectus rehabendi, & recuperandi quatenus per Arbitros fuisset declaratum dictam Trebellianicam non deberi, Summario quoque vtriusque partis *num. 3.* quæ quidem transactio fuit postmodum confirmata non obstante, quod Arbitri nihil declarauerunt, vt *num. 4.*

Per mortem igitur Comelli sine filiis, aperto fideicommisso ad fauorem Ioachini, & fratrum de Rotis, egerunt isti pro immissione in dictum Prædium, & excipientibus Fuschinis obstare transactionem, emanauit pro his resolutio coram me sub die 6. Iunii 1653. & successiuè sententia postmodum vt supra reuocata per alteram R. P. D. mei Emerix, Signatura verò causam mihi nouiter commisit, constito quod sit locus Ægidianæ: vnde dato supradicto dubio in dictæ sententiæ confirmationem, vt dixi, DD. vnanimiter inclinauerunt, dictisque de Rotis dandam esse immissionem censuerunt.

Transactio enim, quamuis si facta est bona fide, soleat obstare immissioni, † & inita à grauato noceat omnibus 1
fideicommissariis, vt est perpetua Rotæ sententia apud Caualer. *decis. 226. numer. primo in recent. decis. 123. numer. 6. & 228. numer. 15. & 16. part. 10. decis. 67. numer. 3. part. 11. & alibi sæpè*; ea tamen visa est in præsenti deficere, stante enormissima læsioue, † quæ potiùs malam fi- 2
dem arguit, & inducit *l. si superstitis, C. de dolo*, Rota coram Comitul. *decis. 130. num. 18.* & in his terminis tradit Fusar. *qu. 56. num 2.*

Læsio

Læsio autem ex duobus euidenter resultat; Primò, quod dictum Prædium fuit assignatum pro Trebellianica nullatenus Hippolytæ debita, † ex receptissima sententia, quod vxor instituta in vsufructu nullo dato cohærede, non est hæres, sed remanet simplex legataria vsusfructus, Rota coram Caualer. *decis.* 310. *numer.* 1. coram Vbald. *decis.* 124.*num.* 22. *& 23. & decis.* 162. *num.* 1.*& per tot. in rec.decis.*162.*num.*2.*part.*2.*decis.* 159.*num.*3. *part.*4 *tom.*2.*dec.*22.*num.*7.*& seqq. & dec.*67.*num.*3.*part.*6. *& alibi pluries*.

4 Et licèt aliqui, quos refert † Fusar. *conf.* 195.*num.* 5. *& seqq.* contrarium tenuerint, negari tamen non potest, quin ea esset communior, ac magis in foris recepta sententia, & saltem ad omne peius admissa Articuli controuersia non integra Trebellianica, sed quid medium veniebat relaxandum iuxtà terminos transactionis

5 † de cuius natura est, vt aliquid hinc inde detur, & remittatur, *l. transactio nullo* 38. *C. de transactionibus*, Peregrin. *de fideicomm. art.* 40.*numer.* 123 & vltra allegatos *in decis. R. P. D. mei Emerix* 6. *Iunii* * 1664.§.*tum etiam traduntur*, Molina *de primogenitur. lib.* 4. *cap.* 9 *numer.*22. *&* 26. Rota coram Royas *decis.* 315. *numer.* 3. *&* coram Otthobono *decis.* 25. *num.*7.

Et inexcusabilis omninò est mala fides in secunda transactione, dum articulo in Arbitros compromisso, An

6 dicta Trebellianica deberetur, ij nihil declararunt, † & tamen eam in totum liberè dimissa fuit, præcedensque transactio absque vlla causa, ac ratione confirmata; non enim bona fides pariter, vt hæredes vo-

7 luntariè, † sub specie transactionis distrahant bona fideicommissaria, sed id tantùm eis permissum est in casibus necessarijs, & hæreditati proficuis, vt quia ob nimiam dubietatem, quam Causæ ferre solet euentus, hæres dimidiauerit prætensionem partis ad occurrendum maio-

8 ri malo, quod contingere poterat, tunc † siquidem talis actus substinetur etiam in præiudicium vocatorum tamquam factus à prudenti hæreditatis administratore, qui vtile negocium etiam iisdem fideicommissariis gessisse dicitur, dum maiori iacturæ bonorum, ad eosdem spectantium transigendo obuiauit, vt benè distinguendo tradunt Bero *conf. vltim. numer.*35. *& seqq.lib.* 2. Cephal. *conf.* 373. *numer.* 39. *&* 40. Petr. *de fid. quæst* 80. *num.* 70. Peregrin. *eodem tractatu art.* 52. *num.* 88. *vers. quod si de re certa, vel satis clara, & num. seqq. vers. si tamen mala fide, & per calumniam transactum seqq.* Fusar. *de substit.d.qu.*562. *nu.*5. 11. *&* 12.

Secundò; quia quatenus Trebellianica fuisset debi-

9 ta, † adhuc illa veniebat imputanda in fructibus ab Hippolyta per triennium perceptis, vt est *textus apertus in l. in fideicommissariam* 18. *ff. ad Trebell.* Rota *in recent.*

10 *decis.* 309. *num.* 5. *par.* 11. Vnde ineuitabilis est læsio † pro hac summa ascendente ad medietatem prætensæ Trebellianicæ, vt benè aduertit *dicta decisio R. P. D. mei Emerix* §. *Et Hippolyta*.

Qua ratione cessat etiam prætextus, quod Prædii huiusmodi assignatio substineatur in vim quartæ debitæ Comello primo hæredi, quia vltra quod verba secun-

11 dæ transactionis, in qua hac prætensio fundatur † ad oculum referunt d. Trebellianicam debitam ex persona Hippolitæ, vt respondet etiam *decis. R. P. D. mei Emerix* §. *Quia obiectum cum seqq.* Adhuc illa imputari debuisset in fructibus spatio viginti annorum per eumdem Comellum perceptis, non obstante quod tunc temporis, quo fuit facta hæc assignatio, tot fructus non per-

12 cepisset quatenus d. Trebellianicam adæquarent, † dum in eorum perceptionem inchoauerat, iuxtà distinctionem, quàm nouissimè probauit Rota *in Romana domus de Vsariis* 13. *Mart.* 1662. *&* 23. *Iunii* 1663 *coram Reuerendissim. Domino meo Decano in declarationem decision coram Cardin. Caualer. vsque de anno* 1608. *in eadem Causa emanata*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Pisana Tenutæ.

Lunæ 30. *Ianuar.* 1668.

ARGVMENTVM.

Admodum inter partes plerumque disceptari solita verificatio confinium non solùm plenè, & concludenter in huiusmodi Decisione declaratur, verum etiam in ea doctissimè examinatur, quæ & qualis probatio possessionis præualere debeat in concursu plurium personarum eamdem possessionem habere prætendentium.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta locationum iuncta solutione probant possessionem.*
2 *Instrumenta locationum vbi sunt plura, antiqua, & facta per tempora successiua etiam sine exactione pensionum probant possessionem.*
3 *Dictio*, versus, *excludit terminum per eam designatum, sed vide, nu. seq.*
4 *Dictio*, versus, *& similes interpretantur secundum subiectam materiam.*
5 *Bona expressa per dictionem*, versus *si sub aliqua denominatione comprehenduntur, ita quoque veniunt alia bona sub eadem enunciata.*
6 *Confinia expressa in antiquis scripturis, cum nouis confinibus iungi, & concordari debent, vt omnium idem appareat sensus.*
7 *Declaratio conductorum pro quibus bonis affictus persoluerint plenè probat.*
8 *Dictio*, versus, *duas denominationes comprehendens semper ad locum digniorem refertur.*
9 *Æstimum ad effectum manutentionis probat concludenter.*
10 *Æstimi libri quoties plures sunt, & in officio Magistratuum asseruati indubiam fidem reddunt.*
11 *Æstimum Ciuitatis Pisarum plenè probat.*
12 *Æstimum eo magis probat si fuerit à partibus per solutionem collectarum approbatum.*
13 *Possessio plenè probatur ex testibus de ea deponentibus.*
14 *Testes contra inducentem fortius probant.*
15 *Reintegratio aduersus priuatum præscribitur spatio* 30. *annorum.*
16 *Manutentio non debetur ei, qui tempore motæ litis non possidebat.*
17 *Possessio genericè tantum, & argumentatiuè probata non attenditur in concursu possessionis specialiter iustificatæ, & num.* 25.
18 *Dictio* in *quandoque non iustificat solam intrinsicitatem, vicinitatem, & annexionem.*
19 *Confinantis termini ea natura est, vt separat confinatum, illudque excludat.*
20 *Expressio bonorum facta per clausulas* quantumcumque, qualitercumque, & similia, *non probat omnia bona ad exprimentem spectare.*
Sed ea solùm, quæ ad eumdem pertinere comprobarentur, ibidem.
Clausulæ, quantumcumque, qualitercumque, *& his similia denotant dubiam, & generalem designationem, num* 20.
Confinium expressio facta per illa verba, si quis sint verlores confines, vel si qui alii &c. *non dicitur certa, sed dubitatiua, n.* 20.
21 *Inclusio præsumpta de omnibus contentis inita confines expressos nunquam recipitur, quoties inter illos alios constat adesse possessores, & n.*22.
23 *Locatio indefinitè facta intelligitur de toto, atque integro ad locatorem spectante.*

Locu-

Locutio indefinita restricta ad certum locum totum atque integrum locum comprehendit, non autem partem, num. 23.

24 *Pensio modica inducit præsumptionem non fuisse totum in locatione comprehensum, sed tantùm illius partem.*

25 *Possessio præsumptiua cedit possessioni indiuiduali, eique venit anteponenda, & supra num. 17.*

26 *Coducens rem ab altero fatetur se per antea minimè possedisse.*

27 *Confinium generalis expressio non semper probat bona intra dictos confines existentia ad aliquem pertinere.*

DECISIO CLXVI.

IN graui, ac diu agitata controuersia inter mensam Primatialis Ecclesiæ Pisanæ, & D. Ducem Saluiatum primum fauore mensæ pronunciauit in Summariissimo Reuerendiss. Nuncius, sed assumpta postmodum cognitione possessorii plenarii sententiam illam reuocando, manutentionem, ac reintegrationem concessit D. Duci ad omnes Tenutas longo temporis spatio à Ministris Magonæ Pisanæ in conductionem retentas exceptis illis, quas vocant *Poggio à Padule*, *Pecoreccia*, & *Lamatrincabonaldi*; in quibus iura solummodo petitorij D. Duci reseruauit.

Verum causa ista ad Rotam delata, & pluries sine resolutione proposita, vt expeditior euaderet, demandata fuit R. P. D. meo Taiæ confectio Plantæ, qui præuio accessu ad loca controuersa, ea qua solet solertia, & rectitudine, confusi situs denominationes omnes, & cohærentias, non solùm curauit in accessu distinctè adnotari, sed etiam in accurata delineatione Mappæ oculis quodammodo DD. subiicere; Cum verò suspensò petitorio, licet de possessione ageretur adhuc probationes super ea hinc inde congestæ, vna cum variis facti circumstantiis, ac Iuris allegationibus in ingentem scripturarum molem excreuissent, eas omnes in compendium redactas doctò, eleganti que discursu explanauit R. P. D. meus de Bourlemont, tunc huius Causæ Ponens, ac clara Metodo distinctiores reddidit; Vnde resolutio Causæ tanto studio, tantisque laboribus maturata prodijt in lucem sub die 17. Nouembris 1664. in qua dictum fuit, non constare de re iudicata, ex optimis decisionis tunc æditæ fundamentis, quibus sub die 22. Ianuarii 1666. denuo approbatis, tandem lata fuit sententia Mensæ fauorabilis, ac illi decreta manutentio in possessione Paludis, ac totius Foueæ Magnæ, ad quas disputatio restricta fuerat.

De huius igitur sententiæ viribus, cum hodie quæreretur coram me, visum fuit illas omninò subsistere, ac exindè sententiam esse confirmandam, Siquidem cum huius Iudicii præcipuum fundamentum sit possessionis probatio, præualuit illa, quam super his duobus corporibus exhibuit Mensa Archiepiscopalis, desumpta primum ex nouem locationum Instrumentis, in quibus cum aliis tenimentis locata legitur Palus controuersa, & per hæc præcisa verba, comprehenditur etiam Fouea magna. Ibi

1 *Comprendendoui ancora la Fossa magna*, quæ † iuncta solutione affictuum, de qua constat ex partitis librorum socialium optimè probant possessionem Bart. *aliique scribentes, in l. qui vniuersas, §. Quod per colonum, ff. de acquir. possess.* Angel. *in l. quæ dam mulier. num. 3. ff. de rei vindic.* quando præsertim sunt plures, & per tempora successiua,

2 & antiqua, † quia tunc etiam sine exactione probarent contra tertium ex decisionibus adductis per Adden. ad Buratt. *decis. 263. num. 10.*

Quæ Instrumenta, licet non exprimant confines speciales, recipiunt tamen, declarationem à decem aliis antiquioribus, in quibus apparet, Archiepiscopum pro tempore Pisanum vsque ab anno 1197. concessisse habitatoribus Villæ de Malauentre, vsum pasturalem, ac Piscariæ, expressis specialibus Confinibus per hæc verba. *Tenet vnum caput in via de Nodica, in Vetriceto vsque ad Poppium de Migliarino, ad Vncile de lacu vsque ad Fossam nouam, & ad Trincabonaldi, & à termino Campi Siluestri vsque ad Fossam Starnisianam*. Quæ confinia ad vnguem fuerunt repetita in laudo anni 1342. ac in successiuis nouem renouationibus factis ab eadem Mensa fauore eiusdem communis de Malauentre, donec de anno 1540. bonis prædictis Mensæ deuolutis, transactum fuit inter communitatem, & Archiepiscopum, in qua transactione denuo dictis Hominibus concessis Stariolis 916. expressè dictum fuit Padule remansisse dicto Reuerendiss. Archiepiscopo, qui vlterius ex benignitate concessit supranominatis hominibus Ius piscandi in Fouea magna.

Non obstante, quod in illis bona locata posita dicantur in Valle Serchij versus Migliarinum, quasi, quod propter illam dictionem, *versus*, † excludatur Palus, de 3
qua agitur, à Tenuta Migliarini, ad *decis.* Seraphin. 167. *num. 1. & 2.* Quia non semper huiusmodi, & similes dictiones sunt exclusiuæ termini designati, sed plerumque veniunt, secundum subiectam materiam † interpræ- 4
tandæ, vt animaduertit Dec. *resp. 22. n. 22. vers. non obstat lib. 1.* Et sicut in concordi descriptione Confinium Tenutæ Migliarini, admittitur in illa comprehendi duo alia corpora, nempè Podium Paludis, & Pecorecciam in eisdem locationum Instrumentis, sub hac dictione pariter enunciata, † ità controuerti non debet, comprehendi pos- 5
se Paludem de qua agitur, vt optimè ponderat *prima decisio, §. nec ex eo cum duobus seq.* Quod certius apparet ex confinatione, de qua in adductis antiquioribus scripturis, † quas insimul coniungi, & concordari, vt omnium ap- 6
pareat sensus, voluit recedendo ab alia decisione Rota coram eodem Seraphin. *decis. 491. num. 1.* & euidentius ex specifica conductorum declaratione, † qui soluendos pen- 7
siones Mensæ expresserunt, pro affictu Migliarini, vt per *gloss. in l. Quamuis, § si conductor vers. retinet. ff. de acquir. possess.* aduertit *D. meus de Bourlemont in suo Discursu §. Præterea possessio*, & conclusum est dictionem hanc potius referri ad Ecclesiam S. Nicolai de Migliarino, vti ad locum digniorem, † quàm ad ipsam Tenutam ex Decian. 8
adden. resp. 22. num. 27. vers. non obstat lib. 1. & comprobat prima decisio, §. Spreta.

Accedunt pro corroboratione huius possessionis Mensæ adnotationes existentes in æstimis asseruatis in publicis officiis Ciuitatum Florentiæ & Pisarum, in quibus Fouea magna enunciatur tanquam de pertinentiis Archiepiscopatus 1. *Summario* Mensæ *num. 6.* illaque particularieter describitur Mensuræ stad. *176.* eodem *Summario num. 7.* & pro termino diuisorio inter bona D. Ducis assignatur via, quæ à Turri de Filicaia per medium luci tendit ad lacum Macciucculi eodem *Summario num 18.* Quæ æstima quidquid esset ad alium effectum, certè ad hunc manutentionis concludenter probant possessionem, † saltem donec contrarium ab alia parte iustificetur Me- 9
noch. *de retin. remed. 3. num. 570.* Rota coram Buratt. *decis. 690. num. 283.* & coram Cardin. Seraphin. *decis. 1061. num. 5. cum aliis in Ariminen. fideicommissi 14. Martii 1640. & 18. Iunii sequentis anni cor Reuerendiss. D. meo Decano.* Cumque plura sint, publica auctoritate confecta, † atque in of- 10
ficio Magistratuū asseruata, indubiam fidem mererentur ex relatis in *citat Ariminen. fideicommissi, quæ est decis. 205. num. 6 part. 8. recent.* & de æstimis Pisanis testatur Ansaldus † Doctor Pisanus *cons. 41. num. 55.* Maximè cùm tam 11
à D. Duce, quam etiam à Mensa fuerint † mediante so- 12
lutione Collectarum approbata Menoch. *cons. 147. nu. 53. lib. 2.* Seraph. *decis. 505. num. 1 & per totum.*

Huic irrefragabili demonstrationi adiungitur dictum sex Testium examinatorum in Iudicio summariissimi in processu illius Iudicii *num. 11.* & à D. Duce in hoc iudicio reintegrationis reproductorum process. fol. 682. & totidem examinatorum in hoc met iudicio, cum interrogatoriis eiusdem D. Ducis, qui vno ore concordant Mensam possedisse, & locasse Paludem, & Foueam magnam, & descriptis finibus bonorum controuersorum in hoc conueniunt viam S. Nicolai fuisse semper & esse diuisoriam inter Tenutam DD. de Saluiatis, & Mensæ Archiepiscopalis, quorum depositio remanet hodie confirmata à consimili depositione aliorum quatuor Testium ab eodemmet D. Duce inductorum, & hoc idem per hec verba præcisa referentium, scilicet. *Che la strada, che và alla Chiesa di S. Nicolò diuide il Poggio à Padule dai beni del Sign. Duca, & i beni di Monsig. Arciuescouo à partirsi dalla Torre Filicaia, caminando per la sudetta Strada di S. Nicolò verso il lago, tornano à man manca, Summario Mensæ Additionali num. 6.* Ex † quorum depositione concludenter 13
possessionem probari tradunt *relat. per* Mascard. *de probat. concl. 1202. per totam, ac per* Posth. *de manut. obseru. 19 nu. 1. vers. & quod Testes, & per* Rot. *decis. 434. num. 5. part 9. recent.*

14 recent. † Maximè contra inducentem ex allegatis in Ciuitatis Plebis Cappellaniæ 23. Febr. 1663. coram Reuerendiss. D. meo Ninot. Episcopo Gerundensi.

Hinc visum est probationibus Mensæ comparari nullo modo posse probationes à D. Duce adductas, licèt pluribus innixas antiquissimis documentis, in quibus confines portionis Liuellariæ in locationibus factis à Prioribus pro tempore S. Nicolai hoc modo exprimuntur. Tenet vnum caput in Mari, aliud, partim in lacu de Maciuccoli, partim in Fouea magna, latus vnum in Fossa noua, aliud in Terra Nobilium de Orlandis, Summario D. Ducis impresso nu. 8. vsque ad 19. Et confines portionis liberæ in multis etiam antiquis locationibus, aliisque actibus gestis ab illis de Orlandis tunc possidentibus taliter exprimuntur. Tenet vnum caput in Storregiana, partim in Terra Nobilium de Caprona aliud caput in Terra Ecclesiæ S. Nicolai de Migliarino, & latus vnum in Fouea magna, eodem Summario impress. num. 21. & tribus seqq. inferendo ex hoc, quod sicuti vna, & altera pars tractu temporis peruenerat in Serillorium auctorem D. Ducis, ita isle, & Successores illius totum hoc tenimentum sub communi nomine de Migliarino possidendo, illudque integrè intra quoscumque suos, confines vna cum omnibus iuribus, & pertinentiis locando anno 1533. Duci Alexandro de Medices, & postmodum Sociis Magonæ Pisarum, fines suos, secundum enunciatas expressiones ita protenderint, vt controuersam Paludem, & Foueam necessario in prædictis affictibus incluserint.

Quandoquidem pleraque ex Instrumentis respiciunt petitorium, & si ad probationem possessionis essent referenda, illam solum concluderent ante annos 40. à tempore motæ litis; Cumque ex Iuribus Mensæ supra ponderatis constet interim de illius continuata possessione, vtrumque remedium reintegrationis, & possessionis D. Duci in sententia de partibus concessum excluditur. Tol-
15 litur enim reintegratio, † & præscribitur aduersus priuatos spatio 30. annorum iuxta opinionem Rot. de qua in notissima decis. Cardin. Seraphin. 1360. per totam, & in dec. 97. num. 1. part. 1. & 21. num. 2. par. 4. tom. 2. & 535. num. 9 p. 4. tom. 3. recent. cum aliis congestis in Portuen. Tenutarum 18. Iunii 1666. coram Reuerendissim. D. meo Decano in fine,
16 & manutentio ei non debetur, † qui tempore motæ litis non possidebat Bart. in l. 1. §. fin. numer. 10. ff. vti possid. cum vulgatis.

Præterea in concursu Mensæ suam possessionem in his duobus corporibus iustificantis per actus speciales super il-
17 lis gestos † attendenda non est probatio possessionis genericè, & argumentatiuè desumpta ex doctrina Innoc. in cap. Auditis verb. exceptione num 4. de præscript. Mascar. de probat. concl. 1193 num. 18 cum aliis adductis in prima decis. D. mei de Bourlemont, §. Cæterum.

Porrò respectu Foueæ enunciatæ in illa confinatione generali sub dictione In scilicèt vnum latus in Fouea magna,
18 omnis comprehensio excluditur; † Quia illa dictio posita fuit ad demonstrandam intrinsicitatem, sed annexionem, & vicinitatem iuxta glossa Magistralem in Clem. causam, verbo domo de elect. & natura termini confinantis, ea
19 est, † vt separet confinatum, & excludat l. cum seruo ad fin. ff. de contraben. empt. benè Rot. in decis. Merlin. 600. numer. 6. & seqq. cum aliis ponderatis in discursu §. secundæ præsumptioni vbi obiectum deductum ex illa dictione. In: retoquetur ex absurdo, quod sequeretur ne Mare, & lacus Maciuccoli pari modo pro confinibus cum hac dictione designatis comprehendantur in Tenuta de Migliarino.

Præcipuè quia in Instrumentis per D. Ducem adductis post generalem terminorum descriptionem dubitatiuè subsequuntur clausulæ. Quantumcumque, & qualitercumque sint intra, vel infra dictos Confines per mensuram vel si qui sint eius veriores confines, vel si qui al i, & similes, &c. Ex quibus datur intelligi, vel ipsos contrahentes non habuisse confines expressos pro indubitatis, & inuariabilibus, nec omnia intra illos contenta ad locatorem spe-
20 ctasse, † sed ea tamen, quæ aliunde, quæ per hanc dubiam, & generalem designationem possedisse comprobaretur, vt præter adductos in discursu §. 26. notat Alexand. consil. 64 nu. 8. vers. Accedit quia lib. 4. Paris. cons. 64. num. 28. lib. 1. ac probat. Paris. de Put. & Hieronymo de Monte in tract. de finibus adducti in prima decis § præcipuè quia; Quibus additur idem Hieronym. de Monte in eod. tractat. cap 88. sub num. 9.

Vrget insuper limitatio, quæ tradit solet regulæ desumptæ ex text in l. ædem sacra, ff. de contrab. empt. Quod scilicet præsumpta inclusio omnium contentorum intra fines
expressos nunquam recipiatur, † quoties intra eosdem con- 21
stat alios adesse possessores iuxta doctrinam Hostien. in cap. nimis num. 5. vers. secus quoad possidentem de iur. iur. Surd. cons. 376. num. 23. Rota coram Greg decis. 225 num. 1. cum seqq. & signanter nu. 5. vers. quia id procedit, cum aliis relatis in 1. decis. vers. tamen ex præfatis.

Et profecto alios intra enunciatos confines possidere indubitatum redditur non solùm ex ponderatis in discursu §. 26. vers. sed in in præsenti, & in dicta prima dec. §. tamen ex præfatis cum sequen. sed ex clara partis confessione, quod Figuata, in qua constat plures personas, & loca pia possidere sit de pertinentiis huius Tenutæ Migliarini, vt habetur in accessu facto per DD. Auditores Nuntiaturæ ibi, Le Terre lauoratiue, che sono di quà dalla detta Fossa scilicet, Storregiana, si chiamano Figuata, e sono delle apparienenze di Migliarino, process. fol. 4. & 38. & Summario Mensæ nu. 24. lit. A. vers. præsente il Sign. Francesco, & clarius ex confinibus concordatis coram R. P. D. meo Taia, vbi dato pro vno ex confinibus Tenutæ Migliarini, Fouea Storregiaua vsque ad Pontem, & vsque ad locum, vbi intrat in Trauersagnam Summario D. Ducis impresso num. 2. vers. tertio, che il letto; in quo vt demonstrat planta, includitur Figuata, non à solo Duce, sed ab aliis etiam possessa: quod, & apertissimè referunt quatuor Testes ab ipsomet D. Duce nuper inducti iuxta 8. Summario addit. Mensæ num. 4.

Nullum verò fieri potuit fundamentum in motiuo alias pro Conciliatione Iurium vtriusque partis adducto, & modo repetito, ac testium remissorialium depositione roborato, quod nempè meatus Foueæ Storregianæ pro confine Tenutæ Migliarini concorditer assignatus non defluat, vt planta demonstrat, in Foueam Trauersagnam, sed vltro progrediendo per Medium Paludis intret in Foueam magnam in loco qui dicitur l'Ontanello, ex quo duas quodammodo portiones Paludis, & Foueæ constituunt informantes pro D. Duce, alteram ab hoc supposito ingressu Storregianæ vsque ad lacum, in qua asserunt verificari fines appositi in illorum scripturis, nempè Tenet aliud caput in lacu Maciuoccoli, aliud partim in Fouea magna, &c. Alteram verò à d. ingressu, citra quam Paludem Malauenteis, vocant sitamque dicunt extra Tenutam Migliarini, in qua verificari possint, & debeant locationes, & æstima, aliaque Mensæ documenta loquentia de Palude, & Fouea magna.

Quoniam licèt hac supposita diuisione videretur prima facie conciliari posse omnes contrarietates, & æquiuoca, (quod alias in causa fuit, vt remissoria concederetur) re tamen exactius hodie maturata, visum est illam nullo modo admitti posse, nam vnica tantùm in illis cohærentiis existit Palus, nuncupata quidem di Malauentre, vel ex quo sita est in communi, & in Territorio illius loci, vel potius ex quo Homines Malauentris, illam iure emphyteutico Ecclesiæ longo tempore possederunt, sed re vera posita in circumdatio Migliarini, quod pariter continetur in generali nuncupatione communis Malauentris; Cumque illa in longitudine ad quatuor milliaria protendatur, vsque ad lacum, vt simili ferè mensura protendatur, Fouea magna, dum Mensa vnam, & alteram indefinitè locauit, intelligendum est tota, integram
que locasse, † nam indefinita loquutio, restricta ad cer- 23
tum locum totum comprehendit, & non partem Soccin. in l. si quis in totum num. 4. ff. de except. rei iudic. Aret. cons. 103. num. 3. Dec. cons. 146 sub num. 13. vers. secundo hoc deducitur, Rota coram Cæsar. de Grass. decis. 8. numer. 4. de caus. possess. & propr. & in dec. 68. num. 2. post Merlin. de pignor cum aliis in Galaguritana Capellaniæ de Alberite 2. Decembris 1609. §. non obstat, coram bon. mem. Ortembergo.

Et iuridicus hic Intellectus fomentum recipit respectu Paludis à dicto Testium, qui iuxta 105. inter deponunt Paludem à Mensa possessam habere pro finibus Foueam nouam, terminantem Statum Pisanum cùm dominio Lucensium, lacum Miciuccoli, & Lamatrincabonaldi ab æstimis eiusdem hoc idem enunciantibus, de quibus in process. fol. 279. & 301. Respectu verò Foueæ ab aliis æstimis primo Summario Mensæ num. 7. & 8. Comprobatque. prima decis. in §. Quis præter, & secunda in §. ex his R. P. D. mei de Bourlemont, pleniusque ab illis antiquissimis

Inue-

Inuestituris factis à Mensa Hominibus, & Communi Malauentris ab anno 1197. vsque ad annum 1476. In quibus recensentur enunciata Confinia totam Paludem, & Foueam includentia, nempè ab Vncile lacus Fouea noua, Lamatrincabonaldi vsque ad Storregianam.

Nihil prorsus obstante contrario argumento ducto ex modica responsione, qua anno 1539. & 1564.
24 Fouea locata reperiebatur, † inferendo ex hoc non totam, sed exiguam Foueæ partem in locationem venisse *iuxta tradita per* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. num. 8. & per* Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 73. lib. 5.* Quia vel hoc euenire potuit ex variis temporum contingentiis, vt etiam euenit in pascuis Tenutæ Migliarini, illis ferè temporibus pro solis scutis 68. locatis processſ. fol. 245. à tergo, vel potius ex eo quod tunc temporis in Fouea prædicta reseruatum erat hominibus Malauentis ius piscandi pro eorum vsu in vim transactionis inter ipsos, & Mensam initæ anno 1540. vt in proc. fol. 269. & *Summario* Addit. eiusdem Mensæ *nu. 6.*

Igitur cum ex prædictis constet probationes Mensæ non in solo angulo Paludis, & Foueæ restringi, sed in toto verificari, subsistit assumptum, quod specifica, & indiuiduali illius possessio absorbeat præsumptiuam illam probationem D. Ducis, quæ ex generali finium demonstratione dubiis etiam verbo-
25 rum conceptibus enunciata desumi posset, † eique sit merito anteponenda ex auctoritatibus superius citatis §. *Preterea, quibus addi potest* Rota coram Durano *decis. 458. numer. 9. & decis. 272. num. 7. par. 7. recent.*

Omnemque remouet præsumptam possessionem D. Ducis in his duobus corporibus duplex consideratio, quod scilicet Seristorius illius auctor, qui cum simili expressione generali Confinium, bona Prioriæ anno 1525. conduxerat opus hàbuit sequenti anno hæc bona in locationem accipere à Communi Malauentris, tamquam Emphyteuta Mensæ expressis iisdemet finibus, enunciatis in Instrumentis Inuestituræ lacus scilicet, Foueæ nouæ Lamatrincabonaldi, & Starnisianæ *Summario* Addit. Mensæ *nu. 5.* quod conuincit præcedentem Inuestituram receptam à Prioria bona illa non comprehendisse; Nam certum
26 est in Iure, illum, qui † ab aliis conducit fateri se per antea non possedisse; *l. qui bona 19. l. interdum 21. §. final. leg. si aliquam rem 28. ff. de acquir. possess.* Buratt. *decision. 423. numer. 4. & passim.*

Altera consideratio desumpta fuit ex Instrumento anni 1578. processſ fol. 469. in quo Iacobo quondam Alemanni de Saluiatis nobili Florentino, & Successori Ioannis de Seristoriis, renouatur à Priore S. Nicolai Inuestitura cum eadem generali expressione confinium, & tamen in dicto Instrumento affirmatur, quod in pascuo, & bonis supra locatis *non aderat commoditas aquæ pro vsu Bestiarum, & bona circumuicinæ, vbi reperiuntur aquæ non erant dictæ Ecclesiæ.* Signum euidens, quod bona inuestita, neque ad lacum, neque ad Foueam magnam se extende-
27 bant, † & confinia illa generalia, & indeterminata potius deriuabant ex populari quadam illius Regionis denominatione, quam posita essent ad demonstrandam veram, & legalem confinationem, vt obseruatum fuit in *discursu Reu. P. D. mei de Bourlemont*, §. 26.

Et ita vtraque &c.

In hac causa plures emanarunt Decisiones, quarum altera est Decisio, quæ immediatè subsequitur, alias verò tamquam notorias vide in præcedenti parte 14. vbi illæ singulariter adnotantur.

R. P. D. CARPINEO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Pisana Tenutæ.

Lunæ 30. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo de iure debitum possessori tempore motæ litis, non denegatur per exceptionem rei iudicatæ, modo tamen ab illa fuerit commissa causa restitutionis in integrum, si dubitari potest de viribus, & iustitia sententiæ, vel ex altera sententia contraria, vel ex ipsis etiam Decisionibus, quæ ad hunc effectum sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Manutentionis in iudicio summariissimo vltimus status attendendus est.*
2 *Manutentio conceditur possidenti de tempore motæ litis.*
3 *Manutentio non datur aduersus rem iudicatam, sed vide num. 4. & 5.*
Res iudicata si vlterius fuit etiam executioni demandata eo magis impedit manutentionis iudicium, n. 3. 4. & 5. vbi vide.
4 *Rei iudicatæ cognitio potest à Iudice omitti, & cognosci de iustitia sententiæ.*
Manutentionem potest Iudex etiam aduersus rem iudicatam concedere, si omissa illius cognitione, solùm cognouit de iustitia, vel iniustitia sententiæ, num. 4.
5 *Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum.*
6 *Possessorium summariissimo ante omnia terminari debet si causa fuerit commissa* cum facultate manutenendi quem de iure.
7 *Manutentio etiam aduersus rem iudicatam conceditur quotiescumque dubitare potest de iustitia rei iucatæ.*
8 *Res iudicata excluditur ex Decisionibus, ac etiam sententia Rotalis in contrarium.*
9 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessorem sua possessione.*

DECISIO CLXVII.

SVB prætextu, quod non admitteret appellationem in deuolutiuo sententia lata in Curia Reuerendissimi Nuntii fauore D. Ducis super manutentione, & respectiuè reintegratione bonorum, de quibus agitur. Idem Dux supradictorum bonorum cæpit possessionem, sed delata huic Sacro Tribunali appellationis instantia, cum facultate manutenendi quem de Iure, superuenit ad instantiam Ducis nouum rescriptum cum clausula, *Constito de re iudicata*, ad cuius tenorem disputato pluries dubio, cognitaque iniustitia prædictæ sententiæ ex rationibus deductis in bonis decisionibus R. P. D. mei de Bourlemont, fuit illa infirmata, & reuocata, ac separato capite, Mensæ Archiepiscopali decreta manutentio.

Cum verò huius sententiæ reuocatoriæ delata mihi fuisset appellatio, placuit Rotæ pro faciliori resolutione dubia distinguere, & de viribus sententiæ separatim à Iustitia manutentionis cognoscere; Igitur quemadmodum hac eadem die pro confirmatione sententiæ respondit ex rationibus à me extensis in alia decisione ità & facilius existimauit dandam esse mensæ manutentionem in possessione Paludis, ac totius Foueæ magnæ.

Quandoquidem illamet probationum series, quæ deducta ex Instrumentis locationum adminiculatis ab antiquis Inuestituris ex pluribus annotationibus existentibus

bus in æstimis asseruatis apud Magistratus Ciuitatum Florentiæ, & Pisarum, atque ex dictis plurium Testium, impulit DD. ad decidendum fore concedendam Mensæ reintegrationem in concursu probationis genericæ & antiquioris, adductæ à D. Duce, eadem certè visa
1 fuit illi suffragari pro manutentione obtinenda, † cum in hoc Iudicio Summariissimo vltimus status attendatur. Rot. *decis.* 27. *num.* 13. *& 28. num. 2. part. 1. diuers. & apud* Caualer. 589. *num* 2. Præsertim cum Testes referant pro. cess. fol. 682. Mensa statim dimissa locatione à Sociis Magonæ possessionem cæpisse, & in illa continuasse vsque
2 ad tempus motæ litis, † reddendo optimam Causam scientiæ, quod scilicet Foueam magnam locasset pro scut 340. cuidam Bernardino Rainaldi, & quod in bonis possessis apposuisset Custodes *vulg & retinendæ Instit. de interdict. & l. 2. ff. vti possidetis.*

Non obstat, quod manutentio non detur aduersus rem
3 iudicatam, † maximè quando illa executioni fuit ab homine demandata, *iuxta distinct. de qua in decis.* Buratti 604. *num.* 16. *cum qua transiuit* Rota *in Sipontina Pensionis* cor. bon. mem. Peutingerio *decis.* 45. 119. *&* 203. *part.* 10. *rec.*
4 Siquidem Rota ipsa, omissa cognitione rei iudicatæ, † voluit cognoscere de iustitia sententiæ, *vt vot. in primo, §. suæ primæ decisionis D. mei de Bourlemont*, qui in pronunciando solum dixit sententiam de partibus esse reuocandam. Vlterius licet ageretur in gradu restitutionis in in-
5 tegrum † adhuc non posset Mensæ denegari manutentio, *iuxta decis.* Cæsar. de Graff. 4 *de caus. possess. & propriet. cum aliis adductis in decis.* 458. Ludouisii *num.* 8. *vbi Adden. lit. B.*

Præcipuè quando, vt in hoc casu, in commissione adest
6 clausula cum facultate manutenendi quem de Iure, † cum qua Summariissimum comprehenditur ante omnia terminandum, vt inquit Rota *in dicta decis.* 45. *num.* 25. *part.* 10. *& in puntualibus nostris terminis, & in decis.* 339. *ante num.* 1. *part.* 9 *recent.* & sine difficultate quando non
7 solùm dubitari † potest de Iustitia rei iudicatæ, *vt in mox adducta decis.* 339. *num final.* sed vt hic de clara Iniusti-
8 tia constet ex prædictis binis decisionibus, † quibus subsecuta fuit sententia Rotalis, & alia similis resolutio capta hodie coram me Rota *in Ilerden. Decimarum de Albeda 26. Maii 1642. §. non obstat vsque ad finem coram Reuerendiss. Imolen. & vnicam decisionem ad hoc sufficere animaduersum fuit in dicta decis. 21. num. 5. & 6. post* Posth. *de manutent.* succedit enim, hoc casu indubitata conclusio,
9 quod † iudex nulliter, vel iniustè procedens non priuet possessorem *iuxta doctrinam* Abb. *in cap Conquerente num. 8. de restitutione spoliat.* qui per consequens venit manutenendus.

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio emanauit in eadem causa decisionis antecedentis super qua aliæ quoque resolutione habentur in præcedenti parte 14. quæ quia notoriissimæ sunt, ideo non fuerunt singulariter adnotatæ.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Societatis.

Lunæ 30. Ianuar. 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis extra controuersiam sit reintegrandum esse socium, qui de proprijs pecunijs debita societatis persoluit; Attamen quia plures imputationes pecuniarum eidem socio opponebantur, quæ autem ex illis, & qualiter supputari debeant, vel ne à præsenti Decisione resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Socius soluens de proprio summam à societate debitam actione negotiorum gestorum illam recuperat aduersus consocios.*

2 *Actio negotiorum gestorum directa datur consocio sponte soluenti debitum societatis, vtilis verò si ex necessitate persoluitur.*

3 *Actio mandati, contraria datur socio tamquam fideiussori ad repetendum à consociis id quod soluit, & ad indemnitatem consequendam.*

4 *Socius vtile negotium pro sociis gessit dum soluendo debitum societatis eos ab obligatione liberauit.*

5 *Peritis formiter electis, & concorditer referentibus standum est.*

6 *Relatio peritorum à qua non fuit reclamatum infra decem dies attendenda venit.*

7 *Socius præsumitur soluisse debitum de pecuniis societatis, non autem de proprio, declara, vt nu. seqq.*

8 *Socius administrator, & ad cuius manus pecuniæ societatis peruenerunt præsumitur soluisse de pecuniis societatis, alias secus, & n. seqq.*

9 *Depositarius societatis si vltra summam ab exactoribus receptam persoluit, illam de propriis pecuniis persoluisse præsumitur.*

10 *Confessio ante acceptationem partis potest corrigi à confitente tamquam erronea.*

error in confessione quando confitenti præiudicet, num. 10.

11 *Confessioni correctio eo magis attenditur, vbi confitens totum negare potuerat, de quo nulla aderat extrinsec a probatio.*

12 *Error in confessione de facili accidere potest, maximè homini literarum experti.*

Confessionis ingenuitas, ac laudabilis boni viri probitas commendari debet, non autem in eius odium, & præiudicium retorqueri, n. 12.

13 *Socius, qui confitendo secutus est bonam fidem, ac summam æquitatem, non debet de bonis operibus lapidari, & sup. num.* 11 *cum seqq.*

Æquitas, & bona fides opprimè desiderantur inter socios, & contrahentes, nu. 13.

14 *Socius si veram honestatem obseruauit in confitendo notabilem summam, idem proculdubio fecisse præsumendum est in allegando errorem longè minorem.*

15 *Partitæ non signatæ cum solito signo sociorum præsumuntur suspectæ.*

16 *Socii possunt inuicem cogi ad reddendam rationem administrationis.*

Redditio rationis inter socios fieri debet, tam ad effectum liquidationis dati, & recepti, quam ad partitionem vtilium inter ipsos socios, n. 16.

17 *Redditionem rationis euitare non possunt socii, qui administrarunt, quamuis alium administrationi præposuerint.*

Administrare dicitur ille, qui per alium administrat, num. 17.

18 *Creditum consocii à iudice approbatum maximo veritatis argumento præpollet, si alter ex sociis illud approbauit, & liti, ac appellationi renunciauit.*

DECISIO CLXVIII.

Inita societate vectigalis piscium inter Ioannem Antonium, & Marcum Antonium fratres de Zaninis, qui administrationi societatis incubuerunt atque Dominicum Simoncinum illius depositarium, & fideiussorem. Hinc plures pecuniarum summas soluit Cameræ Bononiæ vltra eas, quæ ipsi in depositum traditæ fuerunt à dictis administratoribus seu eorum Ministris.

Hinc dissoluta postmodum societate dictus Simoncinus consocios pulsauit pro reddenda ratione administrationis, vt recuperare posset summam de proprio suppeditatam, & partem luere pro sua rata consequeretur, vndè electis de mandato A. C. Hinc inde petitis, & stante eorum concordi relatione Simoncinus obtinuit sententiam fauorabilem qua condemnati sunt consocii ad ipsi soluendum libras 9084. à qua sententia appellatione interposita consocios, & causa mihi commissa proposui dubium, an & quæ summa debeatur, quo maturæ per DD. examinato atque discusso rescriptum est summam deberi infra exprimendam.

Ad quod delucidandum præmittendum est instantiam Simoncini duplex Creditum respicere, alterum librarum 7034. quas de proprio subministrauit ad Beneficium societatis alterum librarum 2049. pro rata parte vtilium ipsum contingente, quocirca DD. controuersiam in duas

inspe-

inſpectiones diuſſerunt, & in prima iudicarunt conſocios
adminiſtratores teneri ad reficiendam ſummam lib. 7034.
quas rem vtilem ſocietati faciendo de proprio ſoluit Si-
moncinus, cui propterea competit actio negotiorum ge-
1 ſtorum aduerſus conſocios † ad illam ſummam recupe-
randam per *text. in l. ait Prætor 3. §. hac actione, l. ſed an
vltrò, 11 l. ſiue hæreditaria 23. l. Soluendo 41. ff. de negot. geſt.
l. ſiue pro fratre in princ. C. eod. tit.* Rota *Ianuen. deciſ. 41. n.
1. deciſ. 154. num. 6. verſ. nec etiam quod deciſ. 197. vtrobique
2 num.* 1. ſiue directa quatenus † ſponte ſoluerit bona *gloſ. in
d. l. ſiue pro fratre verſ. eamdem, C. de negot. geſt. & ibi
optimè diſtinguit* Bald. *nu.* 2 & vltra actionem negotiorum
geſtorum competit etiam dicto Simoncino vti fideiuſſori
3 actio mandati contraria † ad repetendum id quod ſoluit,
& ad indemnitatem conſequendam *l. qui fidem, l. ex man-
dato, ff. mand. l fideiuſſor, C. eodem, §. ſi quid autem inſtit. de
fideiuſſoribus* Rota *deciſ. 222. num. 3. part. 6. rec.*

Quod verò dictus Simōncinus ſummā librarum 7034. de
proprio impedierit ad ſatisfaciendum Cameræ Bononiæ,
& aliis Creditoribus negotii pro debito ſocietatis, conſtat
ex relatione peritorum in qua manifeſtè apparet dictum
Simoncinum vltra ſummas ipſi traditas ab exactoribus
4 vectigalis ſoluiſſe lib. 7034. † ex quo ſequitur negotium
vtiliter geſſiſſe dum ſoluendo pro conſociis eos liberauit
ab obligatione *dicta l. ſoluendo, ff. de negot. geſt. &* Rota
Ianuenſis, dec. 111. n. 2.

Cuius relationis vim, ac efficaciam debilitate non va-
let exceptio data quod Periti non fuerint legitimè electi,
quoniam ad oculum demonſtratur in facto eos fuiſſe ele-
ctos præuio Iudicis decreto, & de conſenſu Partium Sum-
5 mario reſponſionis pro Simoncino datæ *num.* 2. † quibus
vtique firmiter ſtandum eſt Honded. *conſ. 30. ſub num. 17.
verſ. & quando lib.* 1. Rota coram Seraphin. *deciſ. 665. ſub
num. 2. verſ. iſto enim modus probandi in recent. deciſ. 627.
num. 7. part. 1. deciſ. 695. num. 1. part. 3. deciſ. 242. numer. 2.
verſ. regula enim eſt, & deciſ. 319. num 33 part. 9 dec. 26.
num. 20. part. 10. & deciſ. 43. la ſecunda numer. 7. part 11.*
6 Præcipuè dum ab eorum relatione † non fuerit reclamata
intra decendium Bart. *in l. Inſtar num. 10. C. de iur. fiſci lib.*
12. Rota *deciſ. 393. num 2. part. 4. recent. deciſ. 7. numer. 15.
cor. Eminent. Card. Ottbob. & in Ariminen. Cenſuum* 28. *No-
uembr. proximi præteriti, §. & potiſſimè coram me.*

Nec obſtat Salgad. Labyrinth. *Creditorum part. 3. cap. 7.
num. 17.* Rota *deciſ. 711. num. 5. par. 3. deciſ. 296 numer. 3.
part. 8. recent. & penès* Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 199.
num.* 10. *allegat.* ad fulciendam præſumptionem quod ſo-
cius præſumitur ſoluiſſe de pecuniis ad ſocietatem ſpe-
7 ctantibus non autem de propriis. † Quia prædictæ aucto-
ritates locum habere poſſent in eo, qui adminiſtrationem
ſuſcepit aut per cuius manus pecunia numerata eſt quip-
pè proptera ex pecuniis habitis præſumitur ſoluere, non
8 autem ex propriis, † hi autem caſus omninò diſcrepant à
propoſito quo Simoncinus non fuit adminiſtratori, qua de
cauſa ceſſat dicta præſumptio per tradita à Menoch. *de
præſumpt. lib. 3. præſumpt. 143. num.* 14 ſed ſimplex de-
poſitum allatas ab exactoribus aliquid ſoluendo præſu-
9 mitur de proprio ſoluiſſe † dum nulla pecunia penes ip-
ſum exiſtebat ſuper qua d. præſumptio fundaretur, vt in
ſimilibus terminis ſentiunt Bart. *in l. 2. C. pro ſocio, &*
Alexand. *in l. certi conditio, §. ſi nummos propè finem, ff. ſi
certum petatur.*

Etſi dicatur computandam eſſe ſummam librarum
7595. ad debitum Simoncini, iuxta propriam Confeſſio
nem emiſſam coram D. Prolegato Bononiæ, Summario
illorum de Zaninis *num.* 10. quæ ſolum poſita eſt in calcu-
lo ad rationem librarum 6595.

Reſpondetur dictam ſummam debuiſſe ſupputari in li-
bris 6595. nam dictus Simoncinus poſt factam illam Con-
feſſionem in continenti, & ante acceptationem conſocio-
10 rum † eam correxit vti erroneam in libris mille, quod
benè potuit facere per regulam *text. in cap. fin. de Confeſſ.
& in l. error, C. de iur. & fact. ignor. cum notat. ibi à* Bart.
& à Felin. *in cap. qualiter, & quando il primo, num. 27. verſ.
facit de accuſationibus, & in cap. 2. nu. 16. verſ. & pulchre
inquit de libera oblat. cumque adductis à* Ruino *conſ. 10. nu.
19. lib. 3. & à* Mich. *depoſit. cap. 64. num. 12. & pluribus ſeq.*
Rota *dec. 158 nu. 2. par. 2. rec.*

Quæ correctio eo pluris eſt æſtimanda, quo dictus Si-
moncinus potuiſſet ad ſui libitum negare totam ſummā,
11 cuius nulla habebatur extrinſeca probatio, † vnde cū legi-
timè ſuam Confeſſionem in minori parte correxit allegā-
do errorem in ſumma lib. 1000. qui facilè accidere potuit
† homini literarum experti, vt eſt Simoncinus tam lau- 12
dabilis ingenuitas, ac boni viri valdè commendata pro-
bitas non debet in illius præiudicium retorqueri, † cum 13
ipſe ſit ſecutus bonam fidem, ac ſummam æquitatem,
quæ deſideratur inter contrahentes, *l. bona fides, 31. ff.
depoſit. l. 4. C. de act. & obligat. l. ſi dolo, C. de reſcind. ven-
dit. l. 3. C. pro ſocio,* Rota *deciſ. 66. numer. 9. part. 10. rec.*
etſi tantam honeſtatem obſeruauerit in confitendo nota-
bilem ſummam † idem feciſſe præſumendum eſt in alle- 14
gando errore longè minoris per *text. in auth. de Monach. §. ſi
verò ante med. ibique gloſſ. in verb. amator.*

Neque viſæ ſunt conſiderabilis partitæ datæ in Sum-
mario illorum de Zaninis *numer.* 9. quia cum ſignatæ non
fuerint Sanctiſſimo ſigno Crucis † iuxta ſolitum Simon- 15
cini potius ſuſpectæ, & ſuperadditæ poſt Confeſſionem
iudicatæ fuerunt.

In alia verò inſpectatione DD. exiſtimarunt conſocios
potuiſſe cogi ad reddendam rationem adminiſtrationis † 16
adhoc vt liquidarentur data, & accepta, & vtilium par-
titio inter ſocios fieret, vt in caſu reddendæ rationis con-
ſociis pluribus alleg. firmauit Rota *in dec. 66. nu. 5. & ſeqq.
par. 10. recent.*

Quæ obligatio reddendæ rationis declinari nequit à dd.
Zaninis ſub prætextu quod alii ſeſe immiſerint admini-
ſtrationi contra quos hæc actio dirigenda eſſet, ſaltem pro
tempore quo operam dederunt adminiſtrationi, quo-
niam dum Zanini adminiſtrauerunt negotium de quò agi-
tur ex datis in Summario *numer. primo & 2.* exhibuerunt
Codices adminiſtrationis, & Peritum pro reddenda ra-
tione elegerunt, nil refert ſi alios adminiſtrandum depu-
tauerint, is † enim adminiſtrare dicitur, qui per alium 17
adminiſtrat, *l. tres tutores; §. non ſolum, l. ita autem, §.
geſſiſſe, ff. de adminiſtrat. Tutor. l. verò Procuratori, ff. de
ſolut.* Grat. *diſcept. 667. numer. 23.* Rota *in Bonon. Pecunia-
ria 19. Ianuarii 1646. & in Bonon. legatorum 22. Iunii 1654.
cor. bo. me. Bichio.*

Ex quibus ſequitur Zaninos non ſolùm teneri ad reſti-
tuendam Simoncino ſummam lib. 7034. quam de proprio
ſoluit ſed etiam lib. 249. pro rata parte vtilium in qua ta-
men vltima ſumma DD. dixerunt non eſſe computan-
das lib. 900. quas Simoncinus pro Regaleis prætendit,
qui articulus indeciſus remanſit ob ſuffragiorum diſcrepan-
tiam.

Quæ omnia vt ſupra firmata tanta veritate præpol-
lent, † vt Marcus Antonius alter ex conſociis agnito, & 18
approbato bono Iure Simoncini in ſumma petita, liti
ceſſit, & appellationi renunciauit *Summario* Simoncini
num. 4.

Et ità vtraque &c.

Supra in hac eadem parte adeſt alia Deciſio præſentis cau-
ſæ emanata ſub die 18. Martii anni proxime præteriti
coram eodem R. P. D Bourlemont, quæ eſt in ordine
deciſ. 56.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Fideicommiſſi de
Pepulis.

Lunæ 30. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Capitula ſi à partibus fuerint confecta ſu-
per quibus poſteà publicum celebretur in-
ſtrumentum; quodnam ex iis duobus
actibus attendendum ſit, ſi de aliqua va-
riatione eorum dubitari contigerit; Et
hoc ad terminos tranſactionis continentis
remiſſionem, & præſeruationem fideicom-
miſſorum, quæ ſcilicet, qualia, & qua-
liter ex illis præſeruata, vel remiſſa cen-
ſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum an Capitula attendenda sint, quando capitula aliqua nullitate laborant.*
2 *Instrumentum postea celebratum si quid contrarium à capitulis contineat, illud per viam nouæ voluntatis præsumitur immutatum.*
3 *Contractus minorum propter defectum solemnitatis eorum fauore statutæ habent implicitum statum validitatis, vel nullitatis illis tantummodo volentibus.*
4 *Minor si sine solemnitatibus contraxit capitula, si postea illa per instrumentum approbauit, & antea de nullitate non opposuit, non potest amplius eamdem nullitatem allegare, & num. seq.*
5 *Capitula à minore sine solemnitatibus contracta quæ deinde inserta sunt in instrumento cum solemnitatibus celebrato perperam impugnantur, & supra num. 4.*
6 *Capitula alterata non præsumuntur in instrumento posteà celebrato, nisi id expressè appareat.*
7 *Capitula tamquam matrix, & conuentio originalis attenduntur.*
8 *Nouatio non præsumitur nisi expressè agatur.*
9 *Instrumentum conformiter cum capitulis interpretari debet.*
Correctio inepta inter instrumentum, & capitula dari non debet, num. 9.
ad Correctionem capitulorum ab instrumento euitandam omnis interpretatio fieri debet, num. 9.
10 *Fideicommissum in transactione præseruatum non potest intelligi de fideicommisso super quo eadem transactio emanauit.*
Dictio forsan *est dubitatiua, nu. 10. & 15.*
11 *Reseruatio præseruatiua benè potest apponi, quamuis nihil reseruabile deprehendatur.*
Reseruatio remanet inefficax, si nihil est quod reseruari potuerit, num. 11.
12 *Incapacis admissio ad fideicommissum in transactione contra expressam voluntatem testatoris facta nullatenus præsumitur.*
in Transactione illa non præsumitur interpretatio, quæ potius lites litibus auxisset, quam illis finem imposuisset, num. 12.
13 *Interpretatio illa admittenda est, quæ iuri, & rationi congruit.*
14 *Interpretatio ita fieri debet vt adimat contrarietatem, & repugnantiam in eodem contractu.*
15 *Dictio* forsitan *facti dubietatem importat, & supra num. 10.*
16 *Transactio facta ab hærede grauato bona fide, ac pro sopiendis litibus valida est non obstante quacumque prohibitione alienandi.*
Amplia, quia etiam successoribus præiudicat, ibidem.
17 *Decisio causæ non dependet à contra calculo à partibus dato, sed à pactis in instrumento appositis.*

DECISIO CLXIX.

RESOLVTIO data coram me in hac causa sub die 27. Ianuar. * 1666. iterum hodie nomine Domini Comitis Ioannis est impugnata, incassum tamen, quia nihil de nouo deductum est, quod mutationem Consilii Iudiciique potuerit inspirare, Quapropter standum esse in decisis responsum est à Dominis.

Siquidem allegabatur capitula inter Comites Ioannem & Franciscum super transactione exarata, esse nulla tum ob minorem ætatem d. Comitis Ioannis, tum ob quamcumque alienationis speciem in fideicommisso conuentionali sub rigidissimo præcepto prohibitam Summario Comitis Ioannis præsentis positionis *num.* 1. Et proinde Instrumentum ad eorum formam extensum tantummodo sustineri, vt nunc celebratum non habita relatione ad Capitula, euidenti nullitate laborantia ex defectu solemnitatum in Contractibus minorum adhibitarum, † ex
1 quo Capitula vti nulla minimè possunt influere in Instrumentum subsequenter factum, per Theoricam Bart. *in l. obseruare in prima oppositione, num.* 4. *ff. de offic. proconf.* Alex. *conf.* 78. *num.* 18. *in fin. lib.* 5. Bald. *in l. final. in princip. limit. C. ad Macedon.* Ruin. *conf.* 72. *num.* 10. *lib.* 3. *cum aliis per* Surd. *decis.* 245. *num.* 9. *& in recent. decis.* 34. *num.* 37. *part.* 8. & insuper dicebatur, quod in præsenti casu potius standum est Instrumento quam Capitulis ex eo quod stipulatio Instrumenti post temporis interuallum facta est, quo † casu si quod Capitulis contrarium stabi- 2
liatur in Instrumento per viam nouæ voluntatis præsumitur immutatum, vt in hisce terminis respondit, Rota coram Royas *decis.* 188 *num.* 6. *ex* Decio *cons.* 195. *numer.* 3. *vers. sed tamen prædictis* Paulus de Monte Pico *cons.* 62. *num.* 17. Torniell. *cons.* 49. *num.* 35. *& decis.* 250. *num.* 16. *p.* 6. *recent.*

At similium argumentorum consequentia visa est inanis in subiecta facti specie, quia contractus minorum habent statum implicitum validitatis, & nullitas † ob de- 3
fectum solemnitatis eorum fauore statutæ illis tantummodo volentibus contractum inficere, Secus autem nolentibus, vt declarant cumulati, apud Felon. *ad Statut. Vrbis cap.* 151. *num.* 51. Ofasch. *decis.* 94. *num.* 23. *& seqq.* Rota coram Merlin. *decis.* 219. *num.* 4. *decis.* 165 *num.* 57. *& decis.* 306. *num.* 49. *par.* 7. *recent. & in Romana Cambii* 16. *Iun.* 1662. *coram R. P. D. meo Albergato §. Nec dicatur*, & in terminis Statuti Bononiæ *Monterent. in rub. de contract. minor. & filiifam. §. Si quæ cessiones in verb. præiudic.um, & in verb. voluerint.*

Vnde cum prædictus Com. Ioannes nullitatis exceptionem contra Capitula non deduxerit ante stipulationem Instrumenti † non potest amplius in huius præiudi- 4
cium cum omnibus solemnitatibus initi d. nullitatem opponere, & ita in puncto dixit, Rota coram Merlin. *decis.* 235. *num.* 4. præcipuè quia Capitula licet absque solemnitatibus cum minore facta, postquam tamen fuerunt inserta in subsequenti instrumento solemnitatibus requisitis munito † perperam nullitatis accusari firmauit in spe- 5
cie Rota *in Leodien. pecuniaria* 29. *Aprilis* 1654. *§. Subsistentia autem coram bon. mem Bichio relata in dicta Romana Cambii* 16. *Iunii* 1662. *§. nec dicatur coram R. P. D. meo Albergato.*

Posito igitur hoc fundamento quod per Instrumentum cui accesserunt Solemnitates dd. Capitula explicitam validitatem sint adepta vt liquet ex præfatis, aliud DD. adhuc aduertebant optime subsistere ex recepta Conclusione, † quod numquam præsumitur alteratio Capitulo- 6
rum in instrumento, nisi expressè, & disertis verbis inter vtrumque contrarietas innotescat, & non aliter sentiunt adducti in dicta *decis.* 188. *num.* 6. *coram Royas*. Quinimo adhunc finem allegantur in *decis.* 250. *n.* 16. *part.* 6. *recent.* & ratio redditur apud Pœn. *decis.* 1237. *num.* 19. *& decis.* 1350. *num.* 5. quod nempe Capitula tanquam matrix, † 7
& originalis conuentio sunt attendenda, ex Bart. *in l. Sempronius Proculus num.* 3. *ff. de leg.* Cephal. *conf.* 88. Quod incipit Originalis Scriptura, quodque nouatio non fit † 8
præsumenda nisi expressè agatur, per *text. in l. final C. de nouat. & per congest. apud* Gabr. *eodem titul. concl.* 1. *n.* 1.

In propria autem facti serie, nec talis contrarietas, minusque nouatio legitur, siue enim Capitula, & instrumentum vti duo actus districti, & separati considerentur, siue vti vnicus tantum, vt nunc factus illa tamen pacta quæ in eis sunt apposita, nec contrarietate, nec nouatione conquassentur, sed proprias interpretationes recipiendo potiuntur æquissima conuenientia, & inter alia illa duo principaliter controuersa; videlicet in Capitulis, vbi præseruantur Iura fideicommissaria contra tertios tantum, *e non mai contro il Sig. Conte Francesco ò suoi Eredi, ò Successori*, & in instrumento vbi præseruantur Iura forsan purificanda per mortem alterius ex transigentibus sine filiis capacibus fideicommissorum euenientibus casibus, prout Iuris fuerit quæ prima facie videntur contraria in eo quod alterum præseferat absolutam commissionem fideicommissariorum inter Transigente, & eorum hæredes atque successores, alterum verò illorum preseruationem in casum mortis alterius ex transigentibus sine filiis capacibus ostendat.

Sed facile est illis concordem intellectum conciliare cum hac explicatione, quod remissio fideicommissorum facta in Capitulis respicit bona inter transigentes diuisa adhoc, vt æqualitas inter eos seruaretur propter bona libera communicata, & detractiones quæ liberæ prætendebantur à Comite Francisco illorum verò præseruatio in Instrumento refertur ad alia fideicommissa quæ poterant adesse, & detegi in familia de Pepulis, quæque purificari possent ad fauorem alterius ex Transigentibus casu quo decederent sine filiis capacibus. Quæ inter-

interpretatio vltra alias in præcedentibus decisionibus da-
9 tas, est capienda, † ne alioquin detur inepta, correctio, &
contrarietas inter instrumentum, & capitula, ad quod
præbet Argum. *text. in l. quod traditum, ff. de condit. & demonstrat. & communis annotatio DD in cap. inter dilectos §. cæterum de fid. Instrum* Aretin. *cons. 9. num. 1.* Paris. *cons. 3. num. 25. lib. 3.* Bald. *cons. 465. num. 5. lib. 5.* Dec. *cons. 195. num. 3* Crauett. *cons. 70. num. 5. & 18.* Rota *dec. 9 num. 11. & decis. 250. num. 15 par. 6. rec.*

Nec obstat aliud fideicommissum non reperiri ad quod
d cta præseruatio referri possit, & consequenter Transigentes intellexisse de bonis fideicommissariis quæ diuidebantur, quia tantum abest illos cogitasse de dicto fideicommisso, quod certum erat, & purificatum, quod potiùs manifestè colligitur eos mentem direxisse ad alia fidei-
10 commissa ignota, & incerta, † cum sint locuti, per dictionem *Forsan*, quæ est dubitatiua, *l. Gallus §. Forsitan, ff. de liber. &* Posthum. *l & si quis §. fortassis, ff. de relig. & sumptib. funer. l. Arboribus §. vltim. ff. de vsufruct.* Rot. *decis. 533. num. 3. par. 4. recent.* ex quo præseruatio dubita-
11 tiua bene potuerit apponi † & remanere inefficax quamdiù nihil reseruabile deprehendetur, Surd. *cons. 325. n. 9. 302. num. 4. 477. num 21. & 458. num. 33* Menoch. *consil. 319. num. 22. & cons. 1034. num. 5.* Cyriac. *contr. 275. num. 19 & controuer. 283. numer. 48.* Rot. *decis. 384. numer. 4. part. 2. recent.* coram Gregor. *decis. 82. num. 22. & decis. 85. nu. 11. & 18.*

Minus pariter vrget dict. Co. Ioannem admisisse ad fideicommissum dict. Co. Franciscum atque illius descendentes, & voluisse, vt ipsis deficientibus ad se reuerteretur. Talis enim admissio vti de incapacibus contra expressam voluntatem fideicommittentis qui extantis legitimis legitimatos excluserat potius lites litibus quam
12 ipsis finem imposuisset, † & nullo modo facta fuit vt aduertit prima decisio bon. mem. Verospii 5. Martii 1660. §. Siquidem bonorum Quapropter DD. censuerunt
13 sumendam esse prædictam interpretationem † quæ Iuri & rationi congruit, *l. cum Pater, ff. pact. dotal. l. non ad ea versic quod si pure, ff. de condit. & demonstrat. cum concordantibus per* Bart. *in l. fin §. Item quæsitum num. 4. vers. debet scire, ff. de condit. indebit.* Rot *decis. 711. num. 2. vers. & interpretatio part. 3. decis. 429. sub nu. 24. vers. quia prius part. 5. recent. cum aliis in decis. 387. num 45. part. 9. recent.*
14 Quæque omnem adimit contrarietatem, † & repugnantiam in eodem contractu, vt præter allegatos in antecedenti, *§. Sed facilè vt tenent.* Dec. *in l pactu nouissima nu. 5. C. de pact.* Surd. *decis. 288. num. 39.* Rimin. Iun. *cons. 551 num. 15.* Rimin. Sen. *cons. 177. nu. 13.* Rot. *dec. 439. num 50. part. 9 rec.*

Rursus talis admissio remanet etiam exclusa, per illa verba *Iura Forsitan purificanda per mortem alterius*, quia
15 illa dictio † *Forsitan* facti dubietatem importat, Iason. *in l. si ex falsis num. 5. C. de transact.* Menoch. *cons. 759. nu 4. cum aliis, quos recenset.* Barbos. *dict. 126 n. 3.*

Nullitatem quoque ex capite prohibitionis alienationis obiectam nihil refragari censuerunt DD. quia transactio inter dictos Comites Ioannem, & Franciscum bona fide, & pro sopiendis litium, & alterationum fomitibus cele-
16 brata † firma est ac valida non obstante qualicumque prohibitione alienationis etiam in præiudicium successiuè vocatorum ad fideicommissum, *l. cum hæreditas, ff. ad Trebell l. Præses, C. de transact.* Mantic. *de tacit. lib. 26. tit. 26. num. 26.* Gratian. *disceptat. Forens. cap. 476. num. 1. & 7.* Fusar. *de substit. quæst. 564. num. 2.* Rota coram Royas *decis. 437. num. 6. & decis. 477. numer. 10. cum pluribus relatis in Romana fideicommissi de Parisanis 27 Iunii 1650. §. Imo coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso in Romana fideicommissi de Mutis 10. Maii 1658. §. penult. coram R. P. D. meo Decano, & in Ferrarien. fideicommissi 22. Iun. 1661. §. Iustissima coram me.*

Tabulæ verò de nouo confectæ quæque vocantur contracalculo nulla ratione præfatis officere fuerunt existimatæ. Vltra enim plures exceptiones quæ aduersus eas datæ sunt responsione facti DD. iudicarunt non à tali
17 calculo Causæ decisionem pendere, † sed à pactis in transactiones appositis, quæ pacta dum referuntur ad plures detractione, quæ libere debebantur Comiti Francisco & ob bona libera, per eum communicata, vt ex tenore prolixi instrumenti transactionis colligere est, dumque in consequentiam transigentes conuenerunt inter se de remissione fideicommissi, per verba clarissima, & verba dubia, & obscura suam applicationem sortiuntur circa alia bona, vt supra dictum est, quælibet iterata calculorum inspectio est superuacanea.

Aliæ denique repetitiones fieri solitæ abundè refutantur tam in decisione, quæ hodie examinabatur quam in cæteris editis coram bon. mem. Verospio, & coram R. P. D. meo Ottalora, & propterea non egent alia iudicatione.

Et ita vtraque, &c.

Plures in hac causa emanarunt decisiones, quarum duæ adsunt in præcedenti parte 14. recentiorum, Altera in ordine decis. 391. sic vt supra in præsenti decis. confirmata, alia verò decis. 531. æquè ambæ coram eodem R. P. D. Bourlemont.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Romana seù Vlixbonen. Pecuniaria.

Lunæ 30. Ianuar. 1668.

ARGVMENTVM.

Recognitio scripturæ priuatæ sufficiens esse dicitur illa, quæ fit à testibus deponentibus habere notam manum, quia pluries viderunt aliquem scribere; Cumque ijdem testes in casu præsenti, fuerint examinati vigore compulsoriæ, plura ideò ad eamdem compulsoriam spectantia deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Epistola contra scribentem plenè probat.*
2 *Scriptura extracta mediante compulsoria facit plenam probationem,*
Recognitio scripturæ priuatæ benè fieri dicitur à testibus deponentibus pluries aliquem vidisse scribere, num 2.
Testes deponentes habere notam manum, quia scribentem pluries viderunt scribere sufficiunt de stylo Curiæ, num. 2.
3 *Scriptura priuata adminiculata etiam ab vnico teste, & ab aliis formiter recognita eo fortius probat.*
Testi vnico à parte inducto plurimum defertur, numer. 3.
4 *Inuentarium plenè probat contra hæredem conficientem.*
4 *Compulsoria directa Vicario Generali, ob Sedem vacantem in Diœcesi non existenti, optimè expletur à Vicario Capitulari, qui eo casu succedit in locum Vicarii Generalis.*
Vicarius Capitularis Sede vacante procedit etiam vti delegatus in ijs causis, quæ Vicario Generali fuerant commissæ, & quando, num. 5.
6 *pro Citationis validitate sufficit, quod in ea exprimantur nomina partium, aut procuratoris earum.*
7 *Interpres non solum potest à partibus deputari ad interpretandum, sed etiam à iudice eligi vna cum Notario ad examinandum.*
Iuramentum etiam ab interprete testibus præstari potest, si ille à iudice fuit vna cum Notario deputatus ad examinandum, num. 7.
8 *Stylum loci fuisse seruatum sufficit ad validitatem processus.*
9 *Examen dicitur validum, si in eo fuerit seruatus stylus loci ipsius examinis.*
10 *Epistola suspecta non habetur in consideratione.*
Epistola, cuius data cognosci non potest an fuerit responsiua alterius attendenda non est, num. 10.
11 *Taciturnitas non dicitur esse præiudicialis, si non effluxit tempus habile ad præscribendum.*

12 Lega-

12 *Legatum dicitur facto animo compensandi si debitor, molestari non poterat, sed tantummodo tenebatur in foro conscientiæ.*
13 *Legatum præsumitur relictum animo compensandi ad tollendam inuidiam, & inæqualitatem inter fratres intellige, vt num. 15.*
14 *Compensatio legati cum debito voluntario numquam admittitur, nisi id expressè testator dixerit.*

DECISIO CLXX.

VIGORE Epistolæ scriptæ de anno 1658. à Roderico Aluarez de Castro-Blanco, qua confessus fuit recepisse, & apud se retinere scrinium, seù Capsulam, cum diuersis mobilibus, nonnullis Adamantibus, ambra paruisque argentis sibi transmissis à Marco de Castro-Blanco, eius Nepote Vlixbonæ Commorante, egit idem Marcus coram A. C. pro restitutione dictarum rerum contra Patres Sancti Laurentii in Lucina de Vrbe, vti hæredes dicti Roderici, & sententiam fauorabilem reportauit à qua Commissa mihi Causa appellationis, & dubio proposito an D. Marco debeantur omnia contenta in dicta Epistola responsum fuit per DD. omnia deberi.

Nam quod Rodericus reperit Capsulam cum dd. mobilibus, & mercibus remanet concludenter probatum ex supradicta epistola, quæ contra,
1 † scribentem plenè probat, *leg. Publia §. Titius, ff. deposit. l. cum Tabernam § idemque finit, ff. de pignor.* Mascard. *de probat conclus.* 372. *numer.* 1. *& seqq.* Rota coram Caualer. *decision.* 248. *numer.* 3. *& in recent. decision.* 57. *num.* 7. *& 8. decision.* 166. *numer.* 35. *part.* 8. *& decision.* 282. *part.* 9. *& in Ragusina Pecuniaria 16 Ianuarii 1658. coram Reuerendissimo Domino Zaratte*, Quamuis in Rota fuerit tantum producta illius copia, quia fuit extracta ex proprio originali mediante Compulsoria speciali in
2 partibus ab A. C. transmissa, † & præuia recognitione facta per testes deponentes pluries vidisse, scribere dictum Rodericum, eiusque notam manum habere, quod sufficit de stylo Curiæ, vt testatur, Ridolphin. *in prax. part. prima cap.* 2. *numero* 138. *& seqq.* Rota *decision.* 226. *numer.* 8. *& decis.* 235. *numer.* 1. *& 2. part.* 11. *recent.* maximè cum sit adminiculata, tam ex attestatione famuli ipsius Roderici deponentis de existentia dictæ Capsulæ in domo
3 vsque ad eius obitum, † cui tanquam à Patribus inducto plurimum deferendum est Buratt. *decis.* 553. *num.* 6. Tum ex Inuentario hæreditatis confecto ab eisdem Patribus, in quo fuit descripta dicta Capsula vti propria Marci, necnon aliqua mobilia quæ
4 enunciantur in dicta Epistola, † vnde plenè probat contra hæredem describentem, *l. vltim. C. de Arbitr. tut.* Bart. *& alii in l. vltim. §. licentia C. de Iur. delib.* Caualer. *decis.* 357. *num.* 2. *& decis.* 325. *num.* 1. *& 2. part.* 11. *recent.*

Non obstant plura deducta contra processum Compulsorialem ea, enim cessare visa sunt ex facto, nam quod compulsoria fuerit directa Vicario Capitulari, & Processus fabricatus fuerit coram Vicario Generali, est prorsus irrelevans, quia notum est in Ciuitate Vlixbonen. pluribus ab hinc annis non adesse Vicarium Generalem; cum non adsit Archiepiscopus cuius Sede vacante Iurisdictionem exercet Vi-
5 carius Capitularis, † qui licet impropriè nominetur ibidem Vicarius Generalis, is tamen compulsoriam Vicario Capitulari directam acceptauit, declarando se Iudicem competentem, & decernendo Citationis per ædictum altera parte non comparente infra terminum nouem dierum ad formam dict. literarum *Summ.* Marci *num.* 1.

Quod autem in dicto processu nunquam citati fuerint Patres, vel eorum Procuratores, quodque Iuramenta testium super recognitione manus fuerint recepta per interpretem absque speciali Commissione non subsistit, nam licèt ædicta dirigantur omnibus, & singulis; in Corpore tamen illorum pluries nominati sunt Patres siue eorum Procuratores cum expressione causæ præcisæ, † pro qua citabantur, quod 6
sufficit pro validitate citationis, Vbert. *de cit. cap.* 9. *num.* 233. *tom.* 2. *vant. de nullit. ex defect. citat. numer.* 58. Interpres verò nedum fuit deputatus ad Interpretandum, sed etiam vna cum Notario Auctario ad examinandum allegato, *Summario num.* 1. † 7
Ex qua examinis Commissione intelligitur etiam commissa receptio Iuramentorum Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 68. Put. *decis.* 258. *num.* 1. vel in omnem casum pro validitate processus sat esset fuisse seruatum stylum Regionis, vt dicitur ibi, † ad 8
hoc, vt ille sit attendendus Ridolphin. *vbi supra d. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 150. & in specie de stylo examinis Testium † in Regnis Hispaniarum tenuit Rota 9
coram Buratt. *decis.* 148. *num.* 6.

Minus habitæ fuerunt in consideratione aliquæ coniecturæ ponderatæ ab Informantibus ad demonstrandam Inuerisimilitudinem epistolæ Roderici, ea enim elicita ex alia epistola scripta per Marcum eidem Roderico, in qua nullum fit verbum de mercibus transmissis, in nihilo deseruit quia oculariter innotuit illam esse in pluribus locis vitiatam, & abrasam, ita, & taliter quod in medio sensus est imperceptibilis, imò rasura, & Cancellatio inspicitur alterata, tàm in mense, quàm in anno, vt retulit etiam peritus dicto *Summario num.* 6. † Ideoque tan- 10
quam in parte substantiali, nempe in tempore in quo stat vis vti illa sit responsiua nec ne, non est attendenda, *cap. Cum venerabilis §. quia verò de Relig. dom.* Berous *cons.* 9. *num.* 7. *& 14. volum.* 3. Rot. *decis.* 101. *numer.* 8 *coram Coccin. & in Eugubina Celebrationis Missarum 26. Nouembris 1650. coram Reuerendiss. Papien. & in Cesaraugustana Beneficii 9. Iunii 1653. coram Reuerendissimo Zarate*, & quatenus esset admittenda illius data (vt prætenditur) sub die 3. Martii 1656. adhuc non esset responsiua alterius conscriptæ à Roderico, 28. Martij 1658.

Aliæ verò desumptæ tum ex paupertate Marci, Tum ex longeua taciturnitate in petenda restitutionem nullam in facto habent subsistentiam, Paupertas enim non probatur de tempore transmissionis Capsulæ; † 11
Taciturnitas verò non officit dum non effluxit tempus habile ad præscribendum.

Postremò non releuat, quod Rodericus reliquerit Marco duo legata alterum scut. 20. menstruorum, prout simili modo reliquerat aliis duobus eius fratribus; alterum medietatis domus in Ciuitate Vlixbonen. cum omnibus, & singulis pensionibus decursis, & non solutis, quod dd. fratribus relictum non est, ideoque hoc secundum relictum censeatur animo compensandi cum credito, ex dicta Epistola resultante idque manifestè appareat ex duabus coniecturis, altera ex quo de dicto Credito iudicialiter, molestari non poterat, sed tantum in foro conscientiæ tenebatur, † quo 12
casu legatum factum dicitur animo compensandi, Aretin. *cons.* 92. *post princip. quem sequuntur* Decius *in Auth. præterea numer.* 11. *C. vnd vir & vxor* Molin. *de Iust. & Iur. tract.* 2. *disp.* 200. *col.* 5. *in prima concl.* Menoch *lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 49. altera ex quo resultaret inuidia, & inæqualitas inter alios fratres † pro quibus tollendis le- 13
gatum relictum præsumitur animo compensandi, Phanucc. *de lucr. Dot. gloss.* 8 *num.* 95 *vers. item quando inæqualitas* Menoch. *vbi supra præsumpt.* 110. *num.* 30. Cuman. *cons.* 18. *circa finem.*

Fuit enim responsum, quod dum agitur de debito merè voluntario † compensatio cum legato regulariter num- 14
quam admittitur, nisi Testator ita expresse disponat Simon de Pret. *de Interpret. vlt. volunt. li.* 4 *dubit.* 6. *num.* 3. *& 5* & coniecturæ ponderatæ esto, quod sint veræ in Iure non applicantur, nam Rodericus stante dicta Epistola quam conseruari iussit, nedum tenebatur merces restituere in foro conscientiæ, sed ea mediante Iudicialiter etiam cogi poterat, † Inæqualitas vero, tunc esset considerabi- 15
lis si ageretur de legato facto à patre filiis, in quibus terminis loquuntur DD. supra allegati at in patruo legante nepotibus non intrat præsumptio.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granatensi.

Bononien. Residui Dotis.

Lunæ 30. Januar. 1668.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis, quia regulariter soluto matrimonio non debentur; soluuntur tamen viduæ, vel ratione alimentorum, vel ratione fructuum suæ legitimæ, cuius in locum Dos à fratribus illi promissa succedit; hinc etiam plura de interpretatione, statuti taxantis fructus dotales in præsenti Decisione cumulantur.

SVMMARIVM.

1 *Viduæ debentur fructus suæ dotis sibi à fratribus promissæ, vel ratione alimentorum, vel ratione fructuum legitimæ.*

2 *Fructus dotis à fratribus sorori promissæ taxari debent ad rationem bonorum hæreditariorum.*

Bona hæreditaria plerumque in stabilibus consistunt, num. 2.

Fructus dotis, quæ successit in locum legitimæ taxari debent ad rationem quinque pro centenario iuxta taxam legalem, nu. 2.

3 *Statutum* Bononiæ lib. 4. titulo de dotibus §. insuper *taxat fructus dotis ad rationem septem pro centenario, & qualiter procedat, num. 4.*

Statutum taxans fructus dotales ad rationem septem pro centenario dicitur iuris communis correctorium num. 3.

4 *Statutum iuris communis correctorium recipit restrictionem, non autem extensionem.*

Statutum loquens de fructibus dotis in casum restitutionis faciendæ à marito, vel eius hæredibus restringi debet, non autem extendi, nu. 4.

5 *Statutum taxans fructus dotales in casu restitutionis dotis faciendæ à marito, vel hæredibus, non habet locum contra promissorem dotis*

Statutum correctorium iuris communis non procedit in casu, de quo non loquitur, num. 5.

6 *Mulier consequitur fructus dotis soluto matrimonio etiam si non probauerit; ipsam non habere vnde viuere, & quando.*

Mulier non præsumitur habere nisi dotem, numero 6.

7 *in Iudicio liquidationis fructuum dotis inter partes solummodo præseruatæ, disputari non debet an iidem fructus debeantur.*

Sed solum in qua quantitate veniant persoluendi, ibidem.

DECISIO CLXXI.

COMITISSA Martia relicta quondam Comitis Odoardi Bargellini, quæ vigore duarum Conformium consequuta fuit residuum suæ dotis librarum quinque millium ab hæredibus Antonii eius fratris dotis promissoris egit postremo contra eosdem pro fructibus, quos deberi post solutum matrimonium ad rationem quinque pro centenario hodie Domini responderunt.

Viduę namque debentur fructus ratione alimentorum
1 vel ratione fructuum legitimæ, † cuius loco succedit dos à Patre, vel Fratre in bonis paternis promissa, vt pluribus cumulatis firmat Leotardus *de vsuris, quæst. 30. num. 30. vers. quod proculdubio* Bossius *de dot. cap. 20. §. 30. numer. 84.* ideoque regulandi sunt ad rationem fructuum bono-
2 rum hæreditariorum, † quæ cum plerumque consistant in stabilibus, taxandi sunt iuxta taxam legalem scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno Merlinus *de legitima tit. 1. quæst. 1. num. 5. lib. 2.* Rota *decision. 292. num. 4. part. 1. recent. & in Bononien. Dotis 18. Martii 1648. §. quo verò coram bon. memor. Dunozetto.*

Non obstat statutum Bononiæ *lib. 4.* † *tit. de doti bus §.* 3
insuper taxans fructus dotis ad rationem septem pro quolibet centenario; Quia tamquam Iuris communis correctorium dum loquitur de fructibus in casu restitutionis dotis faciendæ à Marito, vel eius hæredibus † recipit re- 4
strictionem non autem extentionem, Maluasia *cons. 74. num. 5. & 6.* ac proinde non habet locum in casu isto, quo agitur contra hæredem promissoris † de quo statutum 5
non disponit, vt de simili statuto Fulginaten. aduertit, Cirocch. *disce pt. 74. num. 35.*

Quod autem Comitissa Martia pro consequutione dictorum fructuum non probauerit non habere vnde viueret nihil releuat, † quia mulier non præsumitur habere 6
nisi dotem *l. Quintus Mutius de de donat. inter vir. & vxor.* Rot. *decis. 398. num. 27. par. 9. rec.* Vltra quod hodie non disputatur an fructus debeantur, † sed solùm ad quàm ra- 7
tionem debeantur iuxta reseruationem factam inter partes in solutione sortis, quæ tantum circa quantitatem declarationi Sacræ Rotæ se remiserunt, vt ex Instrumento *Summario* Martiæ, *num. 1.*

Et ita vtraque, &c.

Plures emanarunt Decisiones in hac causa prima sub die 18. Maii 1665. coram eodem R. P. D. Ottalora, quæ cùm non habeatur impressa erit in Appendice de decisionum prætermissarum; Altera sub die 23. Ianuarii 1666. & hæc reperitur in præcedenti parte 14. decision. 386. Alia verò præsentis confirmatoria emanauit sub die 15. Martii 1669. coram eodem R. P. D. Ottalora, quæ inferius secundum ordinem temporis apponetur.

R. P. D. CARPINEO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Cartaginen. nullitatis matrimonii.

Mercurii 1. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis cæteri substineantur contractus celebrati post reuocationem mandati, quoties reuocatio ad notitiam mandatarii non peruenit; hoc tamen communiter limitatur fauore matrimonij, quod minimè substinetur si mandatum fuerit ab altero ex contrahentibus reuocatum, licet reuocatio à mandatario totaliter ignorata sit.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius si quid gessit ignoranter post reuocationem mandati, substinetur, limita vt n. 5.*

Acta facta à procuratore ignorante sui reuocationem de iure subsistunt, n. 1. & 5. vbi limita.

2 *Procurator ad contrahendum matrimonium constitutus, vt validè contrahat, requiritur quod tempore contractus ille non sit reuocatus.*

Matrimonium contractum per procuratorem ab altero ex contrahentibus reuocato, etiam quod fuerit reuocatio ignorata non substinetur, num. 2. 5. & per totam.

3 *Matrimonium ex defectu consensus alterius ex contrahentibus non recipit firmitatem*

4 *Iuramentum, vel pœna adiecta mandato procuræ ad contrahendum matrimonium, non impedit, nec tollit potestatem illud reuocandi.*

6 *Metus probari debet ab allegante.*

7 *Metus in contractu matrimonii cum suis circumstantiis probari debet.*

8 *Declaratio voluntatis, illius, qui reuocauit mandatum procuræ ad contrahendum matrimonium plurimum attenditur.*

Animi proprii declarationi quàm maximè deferri debet, num. 8.

DE-

DECISIO CLXXII.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Interamnen. fideicommissi.

Mercur. 1. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Cum ad impediendum immissionem fideicommissario de suo fideicommisso docente, alijsque requisitis necessariis, non sufficiat exceptio anterioris fideicommissi, quæ non fuerit incontinenti probata; Ideò in præsenti quamplures præsumptiones, & coniecturæ, ex quibus illud probari deducebatur, remanent vndequaque reiectæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso anteriori excipiens non dicitur legitimus contradictor nec impedit immissionem vigore posterioris fideicommissi nisi tria copulatiuè probauerit.*

Fideicommissum, nempè clarum, & literale, possessionem defuncti, quodque nullæ competant detractiones, ibidem.

2 *Alienationes, quæ vel per exceptiones possibiles elidi possunt, vel in aliam causam referri, non probant consumptionem legitimæ.*

Immissionem secundo fideicommissaria non impedit exceptio consumptionis legitimæ primo fideicommissario spectanti, si illa fuerit minus concludenter probata, num. 2.

3 *Diuisio facta inter fratres, in qua bona enunciantur simpliciter communia, non indè probat illa fuisse hæreditaria Patris.*

4 *Fideicommissum coniecturale non sufficit ad effectum, vt fideicommissarius euadat legitimus contradictor, sed literale requiritur.*

5 *Coniecturæ alias à decisione reiectæ non possunt deseruire pro induendo fideicommissum.*

6 *Filii in conditione positi, & ex coniecturis vocati, censentur tantummodò vocati ad portionem patris, non patrui, quamuis patrui fuissent inter se reciprocè substituti, & num. seqq. vbi vide.*

7 *Filii in conditione positi, & ex coniecturis vocati vt admittantur ad portionem non solius patris, sed patrui, non sufficiunt quælibet coniecturæ, & quæ principaliter attendantur.*

8 *Pluralitas non resoluitur in singularitates vbi ex verisimili mente Testatoris adest persona, quæ excluderet substitutum.*

9 *Pluralitas quamuis ex mente Testatoris non resoluatur in singularitates propter personam ab eodem Testatore prædilectam.*

Attamen eadem persona non censetur reciprocè substituta, sed ei tantummodò præseruatur legitima ab intestato successio ibidem.

11 *Fideicommissum conditionale non transmittitur, nec minus ad filios, si pater pendente conditione decesfit.*

Limita conclusionem non procedere in eo casu, quo adsunt coniecturæ in contrarium, nu. 12.

12 *Coniecturæ quæ admittantur pro transmissione fideicommissi conditionalis, quæ autem reiiciantur.*

13 *Fideicommissum conditionale eo minus transmittitur, quoties filii instituti, & reciprocè substituti propriis nominibus sunt vocati.*

Vocatio de filiis, eorumque substitutio propriis nominibus à Testatore facta, ad illos tantummodò censetur restricta, num. 13.

Transmissionis coniectura contraria resultat ex vocatione personæ primo loco institutæ, & reciprocè substitutæ proprio semper nomine à Testatore facta, num. 13.

AD desponsandam per verba de præsenti D. Ioannam filiam D. Ioannis de Logola in Ciuitate Murfiæ, vbi degebat, dederat die 19. Ianuarii 1661. D. Alphonsus de Peralta in ea oppidi Madrigi speciale mandatum D. Gregorio de Sauedra ad cuius notitiam non peruenta reuocatione illius quatuor post dies sequuta illud adimpleuit contrahendo matrimonium ratione eiusdem, per verba de præsenti coram Parocho Ecclesiæ Cathedralis, vnde super illius subsistentia statim exorta lite duę in partibus sententiæ prodierunt super reuocatione alterius latæ ab Ordinario Cartaginen. causaque ad Rotam delata dubitatum est an matrimonium substineretur, & negatiuè responsum est.

Quoniam licet in lis actibus pro quorum subsistentia tempore quo perficiuntur non exigatur verus consensus mandantis, vel in aliis in quibus lex ipsa ex speciali Iuris dispositione consensum supplet, vt plerumque fit in Iudicialibus, quod gesta à Mandatario post reuo-
1 cationem ignoratam † subsistant, iuxta amplissimos, *text. in cap. ex parte Decani de rescript. in cap. mandati 13. de Procurator. & in Clementina vnica de renunciat. in l. si mandasse, ff. mandati, & in leg. 1. ff. quod iussu*, tamen absolutum est in matrimonio, vt oporteat tempore, quo procurator contrahit, quod reuocata non sit potestas
2 contrahendi † licet ipsum, vel alterum ex contrahentibus lateat reuocatio, vt decisum extat *in cap. fin. de procurat. in sexto* vbi Summus Pontifex reddit optimam rationem, quando ob defectum alterius ex contrahenti-
3 bus † nequit matrimonium habere firmitatem ibique subdit gloss. additionalis, quod neque per Iuramentum ne-
4 que per appositionem, pœnæ † hæc firmitas haberi possit, & faciunt *text. in l. si pœnituit, ff. de diuort. ad trad. per* Cynum *in l. mandatum, num. 5. C. mandati per* Felin. *in rubrica de sponsal. num. 6. ac per* Couarr. *in 4. Decret. part. 2. cap. 4. num. 9.*

Cum igitur ex proposita facti serie D. Gregorius procurator nomine Alphonsi, mandantis matrimonium cum D. Ioanna contraxisset die 26. Ianuari post sequu-
5 tam reuocationem, visum est illud nullo modo † substineri posse iuxta communem sensum, *Canonistarum in dicta cap. fin. vbi præter.* Io: Andream *num. 1.* Ancharan. *num. pariter 1. vers. 3. nota* Franch. *num. 5. ac* Philippus Probus *in addit. ad* Monach. *etiam num. 1. & in dicta Clementina vnica de renunc. vbi* Ancharan. *num. 6.* Imol. *num. 11. ac* Vitalin. *numer. 31.* Felin. *in cap. edocui num. 11. in cap. ex parte Decani de rescript. & in cap. si diligenti num. 22. de foro compat. facit gloss. in cap. nec illud verb. vxor. & Archidiac. num. 5. latè* Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 11. nu. 6.* cum quo in hoc concordat Basil. Pont. *eodem tractat. lib. secundo cap. 15. numer. 7.* & pro limitatione regulæ principalis adnotat Addit. *ad decision. Buratt. 723. num. 19.*

Hæc verò mutatio voluntatis ex Alphonso non euenit, vt fortè suppositum fuit in prima instantia, vel ex metu reuerentiali, vel ex violentia illi à Ludouico
6 Patre incussa, quia nec metus probatus † fuit, vt debuisset ab allegante *l. 2. C. de his quæ vi, & metu fiunt,*
7 *l. interpositas, C. de transact.* & cum illius † circumstantiis, quas in his terminis exegit Rota *in decis.* Mantic. 142. *& Buratt. decis. 628. & alibi passim.* Neque probari potuit attenta contraria declaratione, quàm fecit idem Alphonsus; quod non solùm absque vlla Patris violentia, sed etiam absque illius notitia, & proprio motu voluntatis ad hanc reuocationem deuenerat, † cui declarationi
8 quæ pendet ab animo declarantis, Domini valde detulerunt ex notatis in his terminis *in cap. causam 16. de offic. delegat.* Rot. *in ead. decis. 628.* Buratt. *nu. 8.*

Et ita conclusum est matrimonium non substineri, altera tantum &c.

DECISIO CLXXIII.

ITERVM pro parte Iosephi , & Philippi de Gazolis
oppoſita,iterumq;reiecta exceptione antiquioris fidei-
commiſſi à Iacobo Philippi ordinati confirmarunt DD.
deciſionem editam coram me die 28. Martii * 1667. conce-
dentem Marthæ immiſſionem ex poſteriori fideicommiſ-
ſo Ioannis Baptiſtæ; ſiquidem excipiens de fideicommiſſo
1 anteriori non dicitur legitimus contradictor † ad impe-
trandam immiſſionem venienti ex poſteriori , niſi oſten-
dat fideicommiſſum literale , & vndequaque indubita-
tum , probetque concludenter bona fuiſſe poſſeſſa tempo-
re obitus per defunctum , & nullas competere ſupradictis
bonis, detractiones , vel fuiſſe conſumptas , vt præter ad-
ductos in *dicta decis. §. nullum denique , cum §. ſequenti* fir-
mauit Rota *in Romana hæreditatis ... Iulii 1663. & 23. Ian.
1664. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano .*
Hæc omnia in propoſito deficere viſa ſunt , cum ex bo-
nis dicti Iacobi Philippi detrahenda ſit legitima debita Io-
annis Baptiſtæ, quàm non conſtat conſumpſiſſe duas alie-
nationes datas in primo Summario fratrum *num.* 2. & in
Summario additionali *num.* 1. nam prima non ab eodem
Io: Baptiſta , ſed ab vxore ipſius Teſtatoris facta legitur ,
& ſecunda non probatur fuiſſe de bonis fideicommitten-
tis ; Præterquam quod vtraque admiſſa in hoc iudicio non
2 releuaret , in quo etiam per exceptiones poſſibiles † elidi
vel in aliam cauſam referri poſſunt , vt latè *in decis.* 520. *n.*
14 *part.* 1. *diuerſ. decis.* 6 *num.* 18. & 21. apud Mangil. *de ſub-
haſtat.* & melius *in Senogallien. ſucceſſionis coram bon. mem.
Card Corrado* 213. *nu.* 23. *par.* 11. *rec.*
Bona verò controuerſa fuiſſe per dictum Iacobum Phi-
lippum poſſeſſa de tempore obitus non iuſtificatur , nam
diuiſio , quæ ad hunc effectum adducitur ſequuta inter
eiuſdem filios anno 1665. dicto Summario additionali *nu.*
3 3. non † probat bona diuiſa eſſe patris hæreditaria , ſed illa
tantum enunciat communia ipſorum diuidentium, adeo-
ut identitate non probata , neque de fideicommiſſo exci-
pi valeat , Merlin *de legit. lib.* 5. *tit* 4. *qu.* 10. *numer.* 16. Rota
coram Buratt. *dec.* 189 *nu.* 1. *& ſeqq.*
Fideicommiſſum denique neque clarum eſt , neque li-
terale , & licet informantes pro fratribus illud ex conie-
cturis elicere conentur , nihilominus vel coniecturale non
4 ſufficit † ad effectum , vt fideicommiſſarius euadat legiti-
mus contradictor , vt latè firmant congeſti in *dicta* 1. *decis.
§. cum omnes veniant* , quibus addi poſſunt alii multi *in Bo-
nonien. fideicommiſſi de Barbettis* 19. *Iun.* 1644. *§. facilius co-
ram bo. me. Bichio .*
Vel coniecturæ ab iiſdem ponderatæ , & ſingillatim *in
prima deciſione* , reiectæ in *§. nec contrarium* , prætenſum
5 fideicommiſſum , non valent † inducere in perſonam
Franciſci , qui cum fuerit dumtaxat poſitus in conditione
reſpectu patris , & ſi (citra veri præiudicium) dici poſſet
ex coniecturis vocatus , nihilominus eius vocatio ſemper
6 eſſet reſtringenda ad portionem Martii patris , † non verò
extendenda ad portionem Io: Baptiſtæ patrui , quamuis
idem Martius , & Io: Baptiſta ſint inter ſe reciprocè ſubſti-
tuti , vt reſponſum fuit in *Romana fideicommiſſi de Ferra-
tinis* 15. *Iunii* 1648. *§. illius etiam inſtitia coram Re-
uerendiſſimo Puplenſi* , vbi in *§ minus obſtat* , refelluntur
omnes coniecturæ ſolitæ adduci ad inducendam vocatio-
nem quotieſcumque digreſſus ad plures gradus ſubſtitu-
7 tionum , & ratio deficiat conſeruandæ agnationis , † vt
deficere in præſenti probat *prima deciſio §. & licet* , idem-
que deciſum potius fuerat *in deciſion.* 425. *num.* 16. *part.* 9.
recent.
Non obſtat , quod non admiſſa vocatione Franciſci ſub-
ſtitutio facta ad fauorem filii , & fratrum Teſtatoris , ca-
ſu quo omnes illius filij decederent ſine filiis , reſoluere-
tur in ſingularitates , & ſubſtituti venirent admittendi ad
portionem Io: Baptiſtæ ſine filiis vltimo loco defuncti ,
8 quæ † reſolutio admitti non ſolet vbi adeſt aliquis , qui
ex veriſimili mente Teſtatoris ſubſtitutum excludat , ſi-
cut adeſt in præſenti Franciſcus filius Martij primo loco
inſtituti ad ea , quæ præclarè tradit Bart. *in l. hæredes mei
§. cum ita num.* 4. *ff. ad Trebell.*
Quoniam placuit reſponſio , quod licet vbi adeſt perſo-
na prædilecta à Teſtatore , quæ ſubſtitutum veriſimiliter
excludat non fiat reſolutio in ſingularitates , nihilominus
9 ad fauorem perſonæ prædilectæ non inducitur tacita † re-
ciproca , ſed tantum ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato
præſeruatur , vt benè Caſtrenſ. *conſ.* 14. *num.* 2. *verſ. ſe-
cundo videtur obſtare lib.* 1. *conſ.* 449. *num.* 1. *verſ. hoc enim
non eſt verum* , vbi explicando doctrinam Bart. defendit ,
filium primi morientis non eſſe illam perſonam , quæ ex
præſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum excludat , li-
cet ille in ſucceſſione vltimi morientis præferatur , & li-
cèt pater eius ſubſtitutum excluderet , & quamuis in fine
huius conſilii temerarium dicat , à Bartoli ſententia rece-
dere , tamen conſulendo in eadem cauſa expreſsè profite-
tur nullo modo de iuris rigore ſequendam eſſe Bartoli de-
terminationem , † licèt prima facie aures demulceat , vt 10
in *conſ.* 51. *num.* 1. *verſ. ex his patet lib.* 2. ſequitur Peregr.
de fideic. art. 15. *nu.* 16. & verlorem dicit Fuſar. *de ſubſtit. qu.*
472. *num.* 9. *verſ. & quidem* vbi alii cumulantur .
Minus admittendus eſt , Franciſcus iure tranſmiſſionis
quia Martius pater obierit pendente conditione fideicom-
miſſi † non potuit illud ad filios ſuos tranſmittere , *gloſſ.* 11
comm. recepta in l. 1. *verbo derelictis , C. de his qui ante aper-
tas tabulas* , Bart. *in d. l. hæredes mei , §. cum ita num.* 2. *ff. ad
Trebell.* Cancer. *var. cap.* 21. *num.* 85. *par.* 3. Rot. *decis.* 241.
num. 10. *vſque ad* 14. *& decis.* 425. *num.* 7. *par.* 9. *recent. & in
Hoſtienſ. fideicommiſſi* 1. *Decembr.* 1659. *coram Reuerendiſſ.
D. meo Decano .*
Limitatio verò , quæ ſtantibus coniecturis admitti ſo-
let in hac materia , viſa fuit non adaptabilis caſui præ-
ſenti cum ex præmiſſis , neque conſideratio aliqua agna-
tionis concurreret , † ſine quarum , vel alterius illarum 12
fomento , reliquæ coniecturæ ad inducendam tranſmiſ-
ſionem inefficaces reputantur *in dicta decis.* 425. *num. fin.
part.* 9. *recent.* & coram Reuerendiſſ. Royas *decis.* 389. *nu.*
7. & 8 *& in Fauentina Bonorum* 27. *Iun.* 1659. *§ & licet con-
firm.* 9 *Ianuarii* 1664. *§. & ſecundum , & in Hoſtienſ. fidei-
commiſſi* 9. *Decembr.* 1659. *§. coniecturæ coram d. Reuerend.
D. meo Decano .*
Ponderando maximè ex eo quod Teſtator filios primi
gradus propriis expreſſis nominibus inſtituendo , ac reci- 13
procè † ſubſtituendo , potius inſurgat coniectura contra-
ria pro excluſione tranſmiſſionis , ex quo Teſtator ipſe ſe
ad ſolos nominatos reſtrinxerit , *ad text. cum ſua materia
in l. cum ita , quæ nunc incipit omnia § in fideicommiſſo , ff. de
leg. ſecundo* , & in his terminis Caual. *decis.* 434. *numer.* 4.
cum aliis adductis in *dicta Hoſtienſ. fideicommiſſi § non ob-
ſtat , & in d. Fauentina* 9. *Ianuarii* 1664. *§. maximè coram d.
Reuerendiſſ. D. meo Decano .*
Et ita vtraque &c.

Alia in hac præſenti reſolutione confirmata Deciſio co-
ram eodem Eminentiſſim. D. Cardinali Carpineo ſub
die 28. Martii anni 1667. eſt ſupra in hac eadem parte
deciſ. 80.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Leodien. Vnionis.

Mercurii 1. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

In pertinentia iuris patronatus ad fauorem Baronis loci , quia cadere poteſt vſurpatio ; ideò non admittitur probatio , niſi per publica documenta ad formam Concilij , adeoque non conceditur Remiſſoria ad probandum per teſtes quæ ſimiliter denegatur ad effectum deducendi conſuetudinem eidem ſacro Concilio contrariam.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non conceditur ſtante irreleuantia materiæ articulatæ.*

2 *Iuſpatronatus ad fauorem Baronis loci probari debet per authentica documanta iuxta diſpoſitionem Sacroſ. Concil. Tridentini.*

3 *Remiſſoria non conceditur ad probandum per teſtes pertinentiam iuriſpatronatus ad fauorem Baronis loci.*

Remiſſo-

Remissoria non conceditur ad probandum per testes illud, quod per scripturas probari debuisset, num. 3.

4 *Iuspatronatus Ecclesiæ Parochialis non acquiritur ex constitutione modicæ dotis infra summam à Concil. ordinatam, & num. seqq.*

Concilium Tridentinum ad minus requirit ducatos centum pro substentatione Ecclesiæ Parochialis, num. 4.

5 *Dos minor scutorum centum non reputatur sufficiens ad acquirendum iuspatronatus Ecclesiæ Parochialis, & sup. num. 4.*

6 *Remissoria non conceditur ad probandum id, cuius contrarium constat per scripturas.*

7 *Remissoria non conceditur, quoties materia articulata probata non releuat.*

8 *Iurispatronatus acquisitioni fauore dotantis, qui minorem dotem constituit, quam Sacrum Concilium præscripserit, non suffragantur elemosinæ, aliæque largitiones fidelium.*

9 *Ecclesiæ Parochiales nec etiam ex consuetudine possunt ab Ordinariis locorum erigi cum minori dote, quam fuerit à Sacro Concilio Tridentino constituta.*

Consuetudines Sacro Concilio Tridentino contrariæ remouentur à decreto irritante constitutionis eiusdem Concilii, num. 9.

Remissoria non conceditur ad probandam consuetudinem Sacro Concilio Tridentino contrariam, numer 9.

DECISIO CLXXIV.

PATRES Ordinis Sancti Dominici Prouinciæ Belgicæ, qui Bullam Vnionis de Ecclesia Parochiali loci de Foix cum quodam eorum Conuentu erigendo obtinuerant à Summo Pontifice sub clausula verificato prius iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione ad præscriptum Sacri Concilij decretum, videntes suas probationes ad hunc effectum adductas reiectas fuisse in decisione edita coram me sub die 28. Iunij 1666. petierunt remissoriam; Super qua dubio deinde disputato, Domini nega-
1 tiuè responderunt stante irreleuantia articulorum † iuxtà praxim vsitatam in materia remissoriali, de qua Rota *decis. 1. & 2. de dilat.* coram Cæsar. de Graff. *decis. 1. de probat.* coram Mohed. *decis. 122.* coram Gregor. *decis. 3. n. 2. par. 10 rec. & passim alibi.*

Irreleuantia verò articulorum generatim deprehendebatur ex eo, quod omnes tendunt ad probandum iuspatronatus dictæ Parochialis Ecclesiæ à Barone de Colles lo-
2 ci Domino legitimè fuisse acquisitum, † quod cum Colles per authentica documenta fieri deberet iuxta Sacrosancti Concilij dispositionem *in cap. 9. sess. 25. de reformat.* aut saltem posset meritò denegatur remissoria, prout in
3 casu, † quo petiebatur ad probandum id, quod per scripturas poterat probari illam esse denegandam dixit Rota *decis. 270. num. 6.* coram Carillo *decis. 33. num. 1. cum aliis in decis. 216. num 5. part. 9. recent.*

Singulatim etiam notabatur, & quidem in primo, secundo, & tertio articulo, vbi Patres prætendunt demonstrare, quod dicta Ecclesia fabricata est de anno 1619. impensis dicti Baronis, quodque post illius erectionem in Parochialem de anno 1922. fuerit dotata de bonis eiusdem Baronis, quorum redditus annui ascendunt ad florenos 108. quæ omnia vltra quod probari possent per scripturas, & ideò sunt irreleuantia ex præfatis etiam probata per remissoriam non releuarent, quia dicti redditus in floren. 108. ad summum constituere valent scuta monetæ Ro-
4 manæ 24. † & Concilium Tridentinum ad minus requirit ducat. centum pro sustentatione Rectoris Ecclesiæ Parochialis, quo fit, vt ipsa duos non possit dici, ac æstima-
5 ri congrua, atque sufficiens pro Ecclesia controuersa, & consequenter nequeat inseruire ad acquirendum ius patronatus, *ad text. in cap nemo il primo de consecrat. distinct. 11 & ex tradit. per* Io. Andr. *in cap. nobis col. 1. de iurepatron.* Abb. *in rubr. eiusdem tituli circa fin.* Lambertin. *de iurepat. lib. 1. par. 1 qu. 5. art. 2.* Viuian. *eodem tr. par. 1. lib. 2. cap. 4. num. 18 & num. 34.*

Vtrum autem in præsenti casu sit admittenda opinio, quod iuspatronatus acquiratur per dotem insufficientem, & quod dotans solummodo teneatur ad supplementum, hoc nihil habet commune cum remissoria, sed simpliciter pendet ab articulo iuris, iuxta causæ merita, & circumstantias in negotio principali discutiendo.

Quartus articulus pariter est irreleuans, quia supponit bona assignata in dotem à dicto Barone fuisse semper à Rectoribus possessa absque vlla violentia: Contrarium verò habetur, nempè quod fuerint à creditoribus Baronis euicta, postea redempta à Rectore, & denuò ab Ecclesiæ donata, *Summario Capituli num. 1.* Vnde intrat conclusio, † quod non est concedenda remissoria ad probandum id, 6
cuius contrarium constat per scripturas, Rot. coram Seraphin. *dec. 146. num. 3.* Buratt. *dec. 351. num. 1.*

Quintum, & vltimum reiecerunt etiam DD. quoniam continent materiam, quæ probata non releuaret, † quo 7
casu remissoriæ quoque petitio refellitur, iuxtà *text. in l. ad probationem 22. C. de probat.* Rota coram Eminentiss. Cardin. Otthobon. *decis. 45. num. 8. & 11. & decis. 51. nu. 8.* Nullatenus enim prodesse valeat acquisitioni iurispatronatus fauore dicti Baronis † augmentum oblationum, & 8
reddituum prouenientium ex aliorum fidelium elemosinis, & donationibus, & maximè suffragaretur illius intentioni probata asserta obseruantia, quod in Germania inferiori Ecclesiæ Parochiales eriguntur per Ordinarios locorum cum dote beneuisa eiusdem vltra oblationes, † cū 9
similis consuetudo aboleatur à decreto irritante Constitutionis Conciliaris, vt in terminis denegandæ remissoriæ super consuetudine reprobata, respondit Rota Eminentiss. Otthob. *decis. 39 num. 15.* vbi allegantur *decisiones 319. nu 6 par. 6 & dec. 66. n. 8. par. 7. rec.*

Alia iura exposita super articulo subreptionis literarum vnionis vti ad casum remissoriæ nullo modo spectantia, remissa fuerunt ad disputationem negotij principalis.

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio quamuis solam denegationem remissoriæ contineat quamplura, tamen complectitur pro confirmatione principalis resolutionis præsentis causæ supra in præcedenti parte 14. recent. adnotatæ in ordine decis. 488.

R. P. D. CARPINEO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana prætensi Fideicommissi.

Mercurii 6. Februarii 1668. in relatione Causarum.

ARGVMENTVM.

Quoniam præcipuum est in spolio, vt eo commisso, illud debeat à spoliatore vndequaque purgare; ideò eidem spoliatori denegatur retentio pro alio credito maximè, si idem creditum ex fructibus perceptis, ac etiam expensis ex omni parte reficiendis reddatur illiquidum.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator non potest ex diuerso credito se confouere in spolio per viam retentionis, & numeris sequentibus.*

2 *Spoliatus, declarato spolio debet ante omnia, quacumque alia cognitione postposita, ad rem spoliatam restitui.*

3 *Retentio pro alio credito, pro quo quis possessionem accipit, spoliatori non conceditur.*

4 *Creditum spoliatoris diuersum ab illo, pro quo fuit commissum spolium non tribuit retentionem, si ex fructibus à die commissi spolii, & ex aliis remanet illiquidum, & num. 5.*

5 *Expensæ factæ in iudicio spolii omnino reficiendæ sunt.*

Retentio in spolio non conceditur pro alio credito, quamuis claro, si illud ex fructibus percepit, & ab expen-

expensis redditur illiquidum, nu. 5.

6 *Hæres creditor Testatoris sine inuentario ob confusionem actionis nihil pro suo credito obtinere potest, donec obtineat restitutionem integrum sibi competere.*

DECISIO CLXXV.

MAGDALENA semel atque iterum audita, adhuc non acquiescens vltimæ resolutioni huius causæ pro obtinenda noua audientia denuò opposuit creditum dotale Angelæ matris, pro quo dicebat sibi competere retentionem medietatis domus, ad quam immissa fuerat ex titulo fideicommissi quondam Nicolai Crucis, & quamuis multa deduceret conducentia ad iustificationem eiusdẽ crediti, ex quibus videretur remoueri illa dubitatio, quam in propositione causæ Domini habuerunt circa illius subsistentiam tanquam fundatam in confessione de recepto, ex notatis in * *dec.* §. *deficit* cum duobus sequentibus, nihilominus reiecta determinatione huius articuli, ad aliud iudicium in vim nouæ commissionis iam obtentæ inchoandum mandarunt causam expediri; ea moti ratione, quod cum in tribus propositionibus compertum sit immissionem ex capite fideicommissi non potuisse magdalenæ competere, ac sententiam manutentionis à Syluestro emptore obtentam transiuisse in iudicatum, nequit ipsa hodie ex diuerso credito in hoc spolio se consouere per viam
1 † retentionis, iuxta receptam distinctionem Bart. *in l. non fortem*, §. *si censum sub num. 8. ff. de condit. indebit.* quam ibidem sequuntur Bald. & Castr. aliique relati *in Romana fideicommissi de Alberinis 22. Iun. 1662. §. firmata ex prædictis coram R. P. D. meo Beuilaqua in Romana, seu Perusina donationis 29 Iunii 1663. § à quo iuris rigore coram Illustr. & Reuerendiss. Ninot Episc. Gerundensi, & in hac vltima decisione §. petitamque retentionem.*

Regulare namque est, quod declarato spolio debeat
2 spoliatus † omni alia cognitione postposita restitui, ex cumulatis *in decis. 177. num. 12. coram Reuerendiss. Royas*, nec spoliatori datur retentio, maximè ex causa diuersa
3 ab illa, † pro qua fuit possessionem adeptus, *Rot. in Interamnen. bonorum prima Iulii 1658. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana, seu Veliterna affictus 15. Decembris 1659. §. retentionem verò coram bon. mem. Verospio.*

Mouebatque vlterius Dominos alia ratio, quod nempe hoc creditum, licèt in summa scut. 400. esset,
4 vt prætenditur, incontrouersum, † tamen ex fructibus à die commissi spolii, & ex aliis à Syluestro emptore in vim primæ sententiæ spoliato indebitè restitutis, vel compensatum remanserit, vel redditum fuerit illiquidum; maximè si dictis fructibus
5 adijciantur expensæ huius iudicii omnino † reficiendæ. itaut meritò veniat deneganda retentio, Surd. *decis. 46. in fine cum aliis congestis in decis. 115. num. 17. apud* Posth. *de subbast. & decis. 366. num. 21. parte 10. recent.*

Accedebat pro turbiditate huius crediti, quod ipsa Magdalena hæres extitit Gabrielis patris, qui debitor erat dotis, vnde adita per ipsam simpliciter hæ-
6 reditate † si ei non suffragaretur restitutio in integrum obtenta aduersus non confectionem inuentarii, quam suffragari decisum adhuc non est nihil obtinere posset ob confusionem actionis.

Et ita vtraque &c.

Plures Decisiones in hac causa emanatas concordauimus supra ad resolutionem habitam sub die 12. Decembris anni proximè præteriti in hac eadem parte decis. vbi etiam aliam quoque adnotauimus resolutionem, quæ est in principio præsentis voluminis decis. 10. omnes tamen coram eodem Eminentiss. Domino Cardinali Carpineo.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granatensi.

Reginen. Beneficii.

Lunæ 6. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

De qualitatibus necessarijs ad obtinendam adiudicationem Beneficij de iurepatronatus in hac decisione resoluitur, quales vltra solitam vacationem, & propriam habilitatem principaliter consistunt in probatione eiusdem pertinentiæ iurispatronatus quæ ad hunc effectum leuiores probationes requirit; ideòque disputatur, an præsentatio facta in absentia Ordinarii fuerit in effectu sufficiens, vel nè.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad beneficium de iurepatronatus institui debet, vel ei adiudicari beneficium docto de vacatione, & aliis requisitis necessariis.*
2 *Habilitas Beneficiati, dum agitur de beneficio simplici satis desumitur in eo, qui est Sacerdos.*
3 *Vacatio beneficii probatur ex impetratione ab alio collitigante obtenta, vti de beneficio vacante.*
4 *Pertinentia iurispatronatus ad effectum præsentationis probatur ex quasi possessione præsentantium.*
Præsentantium quasi possessio suffragatur etiam eorum hæredibus, num. 4.
5 *Præsentatio ad beneficium de iurepatronatus laicorum fieri debet infra quatuor menses.*
6 *Beneficium de iurepatronatus non vacat, si illius præsentatio fuerit in tempore facta, quamuis institutio infra dictum tempus non successit, & numer. seqq.*
Beneficium iurispatronatus non deuoluitur, nisi quando patroni vel non conueniunt in præsentando, vel infra terminum præsentare negligunt.
7 *Præsentatione beneficii iurispatronatus in tempore facta, si interuenerit lis super institutione, non indeò beneficium deuoluitur, quamuis lis infra idem tempus non terminetur.*
8 *Patronus potest plures personas cumulatiuè præsentare, & num. seq. vbi vide.*
9 *Patronus post præsentationem cumulatiuè factam, illam amplius reuocare non potest.*
10 *Præsentatio ab aliquo facta vti filio, intelligitur facta vti filio, & hærede, quamuis qualitas hæreditaria non fuerit expressa.*
11 *Præsentandi quasi possessio acquiritur etiam ex vnico actu.*
12 *Præsentatio fieri debet coram Ordinario, vel eius Vicario, qui debeat instituere, & vide num. 14. cum seqq.*
13 *Notario in extraiudicialibus non creditur sine testibus & num. 18.*
14 *Præsentationes satis est fuisse factas apud acta Curiæ Episcopalis, & sup. num. 12. & num. 15.*
15 *Præsentatio ad beneficium de iurepatronatus per simplices literas fieri potest, & quomodo.*
16 *Præsentatio etiam facta in absentia Ordinarii, vel eius Vicarii, suffragatur, si ad illorum notitiam deuenit.*
17 *Notario de præsentatione asserenti quando credatur & num. seqq.*
18 *Dimissorias potest quis ab Ordinario domicilii obtinere, & postea ab ordinario originis ordinari.*

DECISIO CLXXVI.

AD simplex beneficium sub titulo Sancti Nicolai del Sperone Terræ Mottæ Sancti Ioannis Rheginen Diœcesis de Iurepatronatus laicorum, quod vacauerat per obitum Antonij Vacalebris, præsentatus fuit

fuit à Patronis Ioannes Cæsareus; Ioannes verò Mammolinus impetrauit illud à Sede Apostolica tamquam deuolutum ob non factam legitimam præsentationem infra quatuor menses à iure laicis permissos, & ab executore literarum fuit in possessionem immissus, idcircò interposita à Ioanne Cæsareo appellatione, & Causa mihi commissa proposui dubium: An illi sit adiudicandum Beneficium, & affirmatiuè DD. responderunt.

Probauit enim propriam habilitatem, vacationem beneficii existentiam iurispatronatus, & præsentationem sibi factam coram Ordinario infra legitima tempora à ve-
1 ris Patronis, quibus † concurrentibus de iure ei debetur institutio, siue adiudicatio, *cap. decernimus, cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum* Bartoldus, & ibi Abb. *nu. 12. de re iudic. cap. Dilectus, vbi gloss. verb. plus iuris de offic. deleg. cap. si verò de iurepatr.* Duran *dec. 100. nu. 1. & in rec. dec. 337. nu 1. par. 2.*

2 Habilitas dum agitur de beneficio † simplici satis desumitur ex eo, quod est Sacerdos, Rota *decis. 152. num. 24. par. 5. recent. & in Gerunden. beneficii 27. Iunii 1644 cor. bo. mem. Bichio, & in Adrien. Beneficii 12. Decembris 1667. §. aliud requisitum coram me.*

Vacatio Beneficii, & existentia iurispatronatus probantur ex confessione eiusdem Mammolini, qui illud
3 impetrauit, † vti vacans per obitum Vacalebris, & tamquam deuolutum ob non factam à Patronis legitimam in tempore præsentationem Rota *dec. 132. num. 2. par. 5. rec. & cor. Caual. dec. 55. nu. 3. & in Narnien. iurispatr. 13. Maii 1633. cor. bo. me. Dunozetto.*

Pertinentia ad eos, qui Cæsareum præsentarunt non fuit impugnata, & nihilominus ex eius *Summ. num. 6. & seqq.* apparet omnes præsentantes fuisse in quasi possessione præsentandi, vel esse hæredes eorum, qui alias præ-
4 sentarunt, † quod sufficit ad hunc effectum, Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 11. nu. 118. & seqq.* Greg. *dec. 339. nu. 1.* & ibi Add. *nu. 9.* Rota *in Leodien. beneficii 14. Ianuarii 1628. coram Vbaldo, & in dicta Adrien. Beneficii 12. Decembris 1667. cor. me, §. & quamuis.*

Quod autem præsentationes factæ fuerint intra legitima tempora minus controuerti potest, quia beneficium vacauit die 15. Iulii 1664. & Cæsareus fuit præsentatus 24 Augusti à Santoro Abeneuole vno ex Patronis, & tertia Decembris à Petro Antonio, & Lucretia Abeneuole aliis
5 duobus Compatronis dicto *Summ. num. 1. & 2.* † & sic intra quatuor menses laicis concessos *in cap. 1. §. verum de iurepatr. in 6.* Nec refert, quod intra dictum tempus non reportauerit sententiam institutionis, quia præter quod bis in actu præsentationum institit in Curia Archiepiscopali pro habenda institutione, dicto numer. 1. & 2. non
6 proinde beneficium deuoluitur; † deuolutio enim non intrat, nisi quando est iis intra Patronos non conuenientes in præsentando, vel quando præsentare negligunt in termino à iure permisso, *vt in capit. si vero, eam te, & capit cum propter de iurepatronatus.* Secus verò est in præsenti, quo Patroni in tempore præsentarunt, & præsen-
7 tati institerunt pro institutione, † hoc namque casu si pendente lite super institutione expiret quadrimestre, præsentatus non amittit sibi ius quæsitum ex præsentatione, nec beneficium deuoluitur, sed terminanda est lis super institutione, Butr. *in cap. cum vos numer. 7 & 8.* ibique Anchar. *num. 3.* Abb. *nu. 7. de offic. Ordin.* Lap. *alleg. 78. nu. 15. & 16.* Marescott. *var. resol. libr. 1. cap. 82. num. 7.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 6. num. 27. & 30. cum aliis relatis in dicta Adrien. Beneficii §. fin.*

Non obstat, quod Santorus prius præsentauerit Michaelem de Ala, deinde Cæsareum, & postea vtramque præsentationem reuocando præsentauerit Santorium Ga-
8 leottum, † quoniam Cæsareus fuit nominatus cumulatiuè cum dicto Michaele, quod de iure fieri potest, *cap. quod autem, & cap. cum autem de iurep.* Calderin. *consil. 16. eodem tit.* Seraph. *dec. 1173. num. 1.* dictarum verò nominationum reuocatio nullo modo est permissa, quia licèt Patronus possit semel tantum cumulare, tamen à
9 præsentatione cumulatiuè facta non valet recedere, eamque reuocare, vt firmauit Rota coram Merlin. *decis. 443. num. 1.*

Prout non subsistit, quod Petrus Antonius præsentauerit vti filius quondam Ioannis Andreæ absque probatione qualitatis hæreditariæ, & procuratorio nomine Lucretiæ non docto de mandato procuræ, nisi per schedulam factam ab eadem Lucretia cum solo signo Crucis, † quia dictum verbum *vti filius* non est exclusiuum qua- 10
litatis hæreditariæ, sed dicitur prolatum ad demonstrandum, quod ex persona patris iuspatronatus acquisierat; filius autem in actu fauorabili acquisitionis præsumitur hæres, & in omnem casum ipse vti hæres præsentauit in vltima vacatione, Summario Cæsarei *numer. 7.* & sic ex dicto actu quamuis vnico † fuit constitutus in quasi posses- 11
sione præsentandi, Abb. *cons. 54. numer. primo in fine libr. 1.* Rocch. *de iurepatr. verb. competens numer. 39.* Crescent. *decis. 2. numer. 1. de iurepatr.* Mohed. *decis. 22. de præb.* Put. *dec. 301. nu. 1. libr. 2.* Mandatum verò procuræ non fuit factum per simplicem schedulam, sed per instrumentum publicum adhibitis Notario, & testibus originaliter mihi ostensum.

Minus facit, quod præsentationes non fuerint factæ
coram Ordinario, vel eius † Vicario debente instituere, 12
& voluit Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 6. num. 33.* quodque non probentur, nisi ex enunciatiua Io: Mariæ Gatti asserentis illas fuisse exhibitas in Curia Archiepiscopali, qui Gattus non erat Curiæ Notarius, minusque testes adhibuit in receptione præsentationum & sic ei credendum
non est sine testibus † in extraiudicialibus, Rota *in Medio-* 13
lanen. iurispatr. 20. Maii 1596. coram Blanchetto apud Garz. *de benef. par. 8. capit. 4. numer. 51.* Quandoquidem sat est
præsentationes fuisse factas apud acta † Curiæ Archiepi- 14
scopalis, vt latè probat Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 11. cap. 13. num 39 & seqq.* quem refert, & sequitur Viuian. *de iurepatr. libr. 8. cap. 7 num. 1.* Barbos. *in collect. ad cap. cum laici de iurepatr.* Ricc. *in prax. forens. Eccles. dec. 156.* & ratio est, quia si est permissum præsentare per simplices literas, dummodo illæ intra tempus producantur,
& Superiori innotescant, † multo magis fieri poterit per 15
instantiam præsentationum in Curia, & apud acta eiusdem Superioris, vt tenuit Lap. *alleg. 75 vers. modo ad quæstionem, & nu. seqq.* Mandos. *in eius addit. litera M.* Barbos. *in d. cap cum laici nu. 3.* De qua scientia dubitari non potest dum ipsimet Patroni in Curia personaliter comparentes præsentarunt, & præsentatus acceptando præsentationem pluries petiit institutionem, & decretum ab eadem Curia obtinuit, quod moneantur partes ad dicendum, & probandum, & deinde ad prouisionem faciendam, *d.*
Summ. nu 3. † eaque concurrente, idem Lotter. in contra- 16
rium allegatus admittit sub *num. 34.* præsentationem sustineri.

Quod autem de præsentationibus non constet, nisi ex enunciatiuis Gatti, quodque ipse eo tempore non esset Notarius, in facto non subsistit; nam Cæsareus non innititur simplici assertioni, sed fundat se in ipsis præsenta-
tionibus per extensum, in actis Curiæ registratis, †. & 17
postmodum extractis ab eodem Gatto vti Notario se subscribente, cui proinde creditur de stylo Rotæ Caputaqu. *dec. 245. par. 2.* Greg. *dec. 454. num. 2.* quidquid dicant duæ fides datæ in Summario Mammolini, quia vti ad perpetuam rei memoriam nullam fidem faciunt, & eliduntur aliis tribus datis à Cæsareo contrarium dicentibus, quibus potius standum est, vti numero pluribus, & adminiculatis ex alio processu, & diuersis actis ab eodem Gatto vti Notario subscriptis, & in Rota exhibitis.

Prout non releuat, quod in receptione præsentationum testes non adhibuerit, quia non versamur in actu penitus
† extraiudiciali, in quibus terminis loquitur *decision. Me-* 18
diolanen. iurispatronatus coram Blanchetto; sed in præsentatione facta iudicialiter stante comparitione Patronorum in actis, & acceptatione præsentati instantis pro institutione, & stante decreto per Curiam facto, quod moneantur partes pro prima die ad opponendum, & allegandum quidquid vellent, intimato postmodum Procuratori fiscali, & Michaeli de Ala alteri compræsentato, allegato *Summario numer. 3.* † inde Testes non erant 19
necessarii, & vt in terminis præsentationis factæ in forma iudicii firmauit Rota coram Caual. *decision. 28. num. 3.*

Nullius quoque momenti sunt deducta contra identitatem personæ dicti Ioannis Cæsarei, qui iuxtà patentes sui Presbyteratus suscepti de mense Nouembris 1664. denominatur oriundus à Ciuitate Balneariæ nullius Diœcesis, & præsentationes loquuntur ad fauorem Ioannis Cæsarei Terræ Mottæ Sancti Ioannis Rheginen. Diœcesis, & sic de persona diuersa: Hoc enim cessat ex eo, quod Ioannes Cæsareus fuit quidem oriundus Ciuitatis Balneariæ, sed in secundo suæ ætatis anno, nempe circa annum

1619.

1619. translatus fuit à parentibus ad habitan. in Terra Mottæ, ibique permansit vsque ad annum 1645. & sic ab omnibus fuit reputatus oriundus dictæ Terræ, vt constat ex attestatione facta à Syndicis dicti loci, qui præuia huius facti narratione concludunt hunc esse illum met, qui ad beneficium controuersum præsentatus fuit.

Denique fuit oppositum, Ioannem Cæsareum de anno 1664. vel non fuisse Sacerdotem, cùm de anno 1665. institit in Sac Congregatione Episcoporum pro dimissoria ad se promoueri faciendum ad Sacerdotium, vel esse irregularem, vti ordinatum ab Episcopo non suo, nempè ab Episcopo Oppiden. mediante dimissoria Archiepiscopi Messanen. sed vtrumque pari modo sublatum fuit ex facto: instantia enim in Sacra Congregatione non fuit pro dimissoria, sed vt compelleretur Episcopus ad sibi faciendam institutionem Beneficii, de quo agitur, vt patet ex memoriali porrecto, & ex epistola scripta ab eadem Sacra Congregatione Vicario capitulari Rheginen. pro informatione Summario responsionis Cæsarei *num.* 4. ordo verò Presbyteratus fuit validè collatus ab Episcopo Oppiden. quia cum anno 1645 Io: Cæsareus sese contulerit ad Ciuitatem Messanen. ibique domicilium ab inde citra contraxerit, prout etiam hodie illud retinet ✝ Ar- 10
chiepiscopus Messanen. ratione dicti domicilii contracti dimissorias concessit ad se promoueri faciendum à dicto Episcopo Oppiden. dicto *Summ. nu.* 11. quod vtique facere potuit, *cap. nullus de temp ord. in* 6. Rebuff. *in prax. benef p.* 1. *tit. de lit. dimiss nu* 6.

Et ità vtraque &c.

Alia Rheginen. Beneficii coram eodem R. P. D. Ottalora erit infra sub die 15. Martii 1669. quæ in sequenti venit apponenda volumine.

R. P. D. TAIA.

Rauennaten. onerum, seu elemosinarum.

Lunæ 6. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Sicuti Ecclesia reædificata succedit in locum Ecclesiæ dirutæ, sic quoque practicari debet in illius Altaribus, quæ & in suis locis reponenda sunt, in eisque etiam primæuè Sanctorum Imagines collocandæ, Festaque celebranda, pro quibus omnibus non minus Communitati, & populo, & etiam sine Iurepatronatus datur communiter actio, prout illa in huiusmodi casibus cuilibet de populo non denegatur; hinc plura quoque deducuntur de eleemosinis dotibus Puellarum, ac etiam Festiuitatibus Ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Puellas pauperes dotare debens, tenetur illis assignare dotem pro qualitate, & dignitate vtriusque Coniugis.*

Dos constituenda venit iuxtà qualitatem, & dignitatem vxoris, & viri, nu. 1.

2 *Imagines Sanctorum appositæ in Altaribus, in illis conseruari debent, eorumque festa pro modo consueto celebrari.*

Mutatum quod non est, quare stare prohibetur, num. 2.

3 *Ecclesiæ dirutæ succed t Ecclesia nouitèr ædificata, & retinet omnia sua priuilegia.*

4 *Altare de nouo constructum succedit in locum prioris Altaris diruti, eiusque retinet priuilegia.*

5 *Altare vnum discooperiri non debet, vt cooperiatur aliud, sicut illud non destrui, vt nouum construeretur.*

6 *Communitas, & Populus etiam sine iurepatronatus potest cogere Ecclesiam ad reædificandum Altare, in eoque antiquas Sanctorum imagines reponendum.*

Ampliа, etiam ad festiuitates celebrandum. ibidem.

Quilibet de Populo potest mouere quæstionem pro complemento operis piæ causæ, numer. sexto & septimo.

7 *Priuilegia piæ causæ habent non solum Ecclesia, eiusque opera, verum etiam alia onera, quæ fiunt in honorem Ciuitatis.*

pro Elemosinis distribuendis, & Puellis dotandis quilibet de populo agere potest, nu. 7. *ac etiam supra nu.* 6.

Puellas dotare, & distribuere elemosinas dicitur esse honor Ciuitatis, nu. 7.

8 *Missas, & Festa, quod quis in Ecclesia celebrare teneatur, eamdemque possit Ecclesiam destruere, vel destructam aliam in locum antiquæ non teneatur reædificare, absurdum esse videtur.*

Ecclesia diruta, si noua reædificari debet ad instar veteris, & cum eadem denominatione Sanctorum reædificanda est, nu. 8.

9 *Clausula ad habendum famulatur naturam contractus.*

10 *Exceptio rei iudicatæ vt obstet, requiritur triplex identitas rei, causæ, & personarum.*

DECISIO CLXXVII.

ANNO 1433. In diebus illis Magnificus, & potens Miles Astasius de Polenta, cùm ad ipsum spectaret pleno iure prouisio Hospitalis S. Mariæ Misericordiæ, consulens melius si in eodem præessent personę Religiosæ, & Sacerdotes, qui In Ecclesia S. Lazari, & Altari S. Bartholomæi missas, & Diuina Officia celebrarent, & nihilominus hospitalitatem tenerent &c. Ad laudem Dei, & commodum personarum, & pro remedio animarum, quæ bona Hospitali dimiserint, & reliquerint, concessit Generali Monachorum Camaldulensium pro Camaldulensi Eremo, & Monasterio Sancti Apollinaris in Classe, cum pactis, & conditionibus, vt Generalis Abbas, & successores tenerentur in Hospitali retinere, & conseruare in perpetuum hospitalitatem secundum consuetudines &c. Missas in d. Ecclesia S. Lazari celebrare &c. consueta festa in eadem facere &c.

Anno 1535 san. me. Paulus Tertius, cum Abbas, & Monachi eius Monasterii ob aeris intemperiem in Monasterio in eodem Hospitali residere cæpissent, & ibidem notabile Monasterium, & amplam Ecclesiam ædificassent, & singulis hebdomadis duas singulis pauperibus eo confluentibus, ac etiam quibuslibet aliis pauperibus singulis diebus accedentibus elemosinas, & charitatiua subsidia ministrarent sæpissiméque pro pauperibus puellis matrimonio tradendis, & dotandis iuxtà suas facultates subuenirent, & supplicassent pro approbatione, & confirmatione, approbauit, & confirmauit, sicut eatenus obseruarant.

Communitas Rauennæ conqueri cepit de inobseruantia Monachorum ex demolitione Ecclesię S. Lazari, vbi Altare maius habebat Imaginem S. Lazari mirabilitèr suscitati, & aliud Altare Imaginem S. Bartholomæi Apostoli, vbi festum celebrabatur, & super ædificatione Ecclesiæ S. Romualdi, Magistratusque recurrit ad Summum Pontificem san. me. Alexandrum VII. specialitèr institit, vt in Ecclesia noua reponerentur dictę Imagines Sancti Lazari, & Bartholomæi, & festa celebrarentur, & missæ pro benefactoribus, & duobus diebus singulis hebdomadis distribueretur panis concurrentibus ad portam Monasterii, & darentur elemosinæ secretæ familiis pauperum Ciuium, & darentur dotes pauperibus virginibus, Sanctissimus Dominus remisit ad Sacram Congregationem super statu Regularium, quæ Monachis multa negantibus cum assensu Sanctissimi Domini commisit causam Reuerendiss. D. Archiepiscopo, cuius Vicarius pronunciauit esse reponenda in Ecclesia noua S. Romualdi duo Altaria, S Bartholomei, & S. Lazari, & Icones ipsorum, facienda festa, missas celebrandas &c. cum mandato executiuo pro vno scuto vnoquoque die, do-

nec

nec &c. atque ita ad exequendum Breue Pauli Tertii, bis in hebdomada duas generales elemosinas 22. Aprilis 1662.

Appellarunt Monachi, & Locumtenens generalis R. P.D. Vicelegati reuocauit sententiam, & absoluit Monachos à petitis, condemnando Communitatem in expensis 17. Aprilis 1663.

Deuoluta causa ad Rotam, & mihi commissa, proposui hodie dubium conuentum; An Monachi teneantur reponere Imagines SS. Bartholomæi, & Lazari, eorumque Altaria, festiuitatesque celebrare, elemosinas distribuere; & puellas dotare, & responderunt Domini, teneri.

Et quidem ad elemosinas distribuendas, & puellas dotandas iuxtà antiquam consuetudinem, quia non solùm eos obligauit Paulus Tertius Summus Pontifex, sed etiam quia ipsi prius sese obligatos, & obligandos Summo Pontifici obtulerunt.

Dubium autem; An Monachi teneantur puellas dotare, proculdubio, cuiusque dotis, cuius modus præci-
1 puè † ex dignitate mulieris, maritique statuendus est, *l. quæro 60. & §. Gener. l. cum post. 68. ff. de iur. dot.* Domini senserunt, vt consenserant partes pro pauperibus puellis matrimonio tradendis, & dotandis iuxtà facultates subuenire, & Monachi proponebant, & Paulus Tertius approbauit, & confirmauit.

Et quod attinet ad Imagines, Altaria, & festa, visum est Dominis, expressum nominatim ab Astasio in concessione, negatiuè derogatum à Pontifice; quod enim
2 non mutatur, † quare stare prohibetur, *l. sancimus 27 C. de testament.* Imò ipsos Monachos retulisse Pontifici vt supra hanc obligationem, ibi: *Missasque in ipsa Ecclesia celebrare &c.* & bi: *Prout in publico instrumento ante centum annos desuper Ecclesia confecto pleniùs dicitur contineri &c.* maximè sola narrata, & promissa, siue concessa permutatione Hospitalitatis in elemosinas.

Nec solum visum est Pontificem remisisse Missas, & consueta festa, & consuetudines antiquas obseruandas,
3 neque fuisse remissurum, † quia Ecclesiæ dirutæ Ecclesia ædificata succedit, & retinet omnia sua priuilegia &c. in proposita specie ad Patrem Azzorium *instit. mor. cap. 3. qu. 13. vers. si verò Ecclesia diruatur lib 9. par. 2.* P. Dian. *resol.*
4 *20. tract. 12. de indulgent. par. 5 cum aliis*, † de Altari Azor. *d. qu. 13. vers. idem iuris est*; & ex eo Lother. *de re benef. qu. 30. num. 26. lib. 1.* Reponenda itaque visa sunt Altaria, & Imagines, quibus repositis priuilegia conseruantur, & multo minus debuisse Altaria destrui, vt noua constru-
5 rentur, † siue vnum Altare cooperiri, & aliud discooperiri, quod nec boni Principis esse etiam metaphoricè legitur apud *Gloss. successorum §. sententiæ quoque de pace constantiæ.*

Nec obstare visa sunt opposita de incompetente actione Communitati, aut Populo sine Iurepatronatus ad cogendos Monachos reponere Altaria, & Imagines, festiuitatesque celebrare. Quia cum sint piæ causæ in honorem Sanctorum maximè Patronorum non solùm Com-
6 munitati, aut Populo Rauennati, † sed etiam omni alio licentia est huiusmodi monere quæstionem, & studere vt modis omnibus causæ piæ compleantur, ait Iustin *§. si quis autem pro redemptione in fine Auth. de Eccl. titul.* Tiraquell. *priuil. 151.* quæ ratio conuincit etiam alia onera, quæ
7 † alia quoque ratio concessit; videlicet honor Ciuitatis elemosinas distribuere, & puellas dotare, ex *l. Ciuitatis 122. sub init. ff. de legat. 1.*

Neque clausula ad habendum &c. quia cum his pactis, & conditionibus &c. in d. Hospitali retinere, & conseruare &c. manutenere, reparare &c. Missas in d Ecclesia S. Lazari celebrare &c. consueta festa &c. Etenim videretur absurdum teneri ad Missas, & festa in dictâ Ecclesia,
8 & Altaria, † Ecclesiamque destruere, & saltem alia destructa non restituere Altaria, nisi etiam Ecclesiam nouam veteris instar S. Lazaro nuncupare; Atque ità ad
9 habendum &c. quidem † tamen, vt præmissa sint salua, & sic secundum naturam contractus, Barb. *claus. 4. nu. 27. in fine, & nu. vlt. cum allegatis.*

Tandem neque obstare visæ sunt sententiæ, & Breue Pauli V. super eisdem anno 1619. quia fuerunt de molestiis à fabrica illatis, & quatenùs Monachi satisfecerant in genere, sin minus in specie; Et elemosinæ ordinariæ ad valorem illarum, quæ bis in hebdomada fiebant facilè ascendebant &c. quæ Monachi narrabant, & tamen Pontifex vix indulsit, & sub conditione si sententiæ transiissent in iudicatum, & dummodò Æconomi fabricæ accessisset assensus.

Et quatenùs adiecit, *Nec non elemosinas ordinarias, & vniuersales modo, quo actenùs consueuerunt erogando, conditionem prædictam adimplere, & illi satisfacere &c.* visum est dictum non simpliciter, sed secundum quid, & ad ea, quæ sequuntur; *Neque ad hospitalitatem aliàs, aut alio modo manutenendam teneri iuxtà præcedens Breue Pauli III.* & ea verba, *eo modo, quo actenùs &c.* non minus referri ad anteriora iuxtà dictum Breue Pauli III. quam ad posteriora intrà tot tempora ab anno Breuis 1535. ad annum litis 1612. & annum Breuis 1619. Et summum Pontificem rescripsisse de ipsa lite, eaque expressa in Breue sub prætextu, quod in d. Monasterio elemosinæ vniuersales non nisi bis in mense continuatæ fuissent &c. Et adhuc aliam tunc fuisse causam fabricæ, & deuolutionis de adimplendis non impletis, aut quoquo modo impletis, aliam verò nunc esse Communitatis, & vt modis omnibus causæ piæ impleantur. Et summatim agendo de re iudicata, adhuc, vt obstet exceptio, † requiritur triplex identitas 10
rei, causæ, & personarum, notata *l. cum quæritur 12. & seqq. ff. de except. rei iudic. & passim, C. quibus res iudic. non nocet generaliter C. res inter alios act. vel iudic.* nec in simili negotio *l. vlt. C. quib. res iudic. non nocet.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Perusina Fideicommissi de Rodulphis.

Lunæ 20. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum tàm ex qualitate confinium in Instrumento demonstratorum, quàm ex qualitate pretii contrahentibus determinati remanet concludentèr probata.

Mulier quæ aliàs non potest facere possessionem de recepto, si tamen recognouit bonam fidem cum solemnitatibus statutariis, quæ vlteriùs fuerit adminiculata; huiusmodi confessio plenè probat, quæ propter eà ampliùs impugnari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Denominatio seù demonstratio generalis duobus etiam confinibus particularibus exprimi debet.*
2 *Confinium viarum, fouearum, & fluminum expressio propter aptitudinem, & conuenientiam cum aliis ad nihilum inseruit.*
3 *Demonstrationes cui conueniunt, illud esse prædium resultat, non autem aliud cui eædem demonstrationes non adaptantur.*
4 *Pretii difformitas, & congruitas respectu duorum prædiorum diuersitatem, & identitatem vtriusque eorum demonstrat.*
in Contractu quid veniat ex congruitate, & diuersitate pretii declaratur, nu. 4.
5 *Confessio de recepto si fuerit adminiculata etiam inter personas prohibitas probat numerationem, & liberat soluentem.*
6 *Exhibere recusans librum ad quem relatio habetur, facit illum sibi præiudicialem esse præsumi.*
7 *Præsumptio semper resultat in odium illius, qui exhibere recusat.*
8 *Confessiones de recepto factæ à mulieribus cum solemnitatibus, & ad recognoscendam bonam fidem impugnari non possunt.*

DE-

DECISIO CLXXVIII.

IN transactione inita super bonis relictis à Iulio Cesare de Rodulphis inter Europiam ipsius vxorem, ac Vincentium, & fratres de Rodulphis fideicommissarios adiectum fuit pactum de conferendo proportionabilitèr quidquid præter effectus ibidem descriptos reperiretur, cuius vigore deduxerunt isti diuersos effectus hæreditarios, quos ad proportionem trientis in eadem transactione obuenti conferendos esse prætendebant, & discussa coram Reuerendiss. Zarate vna partita sc 8126.b.80. obtentaque ad hanc ratam satisfactione illius, alias quinque nouitèr repertas coram me discutiendas pariter proposuerunt, quas omnes die 10. Decembris 1666. vti parum iustificatas Rota reiecit, sed nouis in hac propositione adductis iustificationibus visum est decisionem tunc extensam in seqq. reformari.

Et quod attinet ad primam partita sc. 3629. ab Europia erogatorum in emptionem predii venditi à Ligurgo de Vbaldis, cum expressione, quod pecuniæ erant hæreditariæ (demptis scut. 900. quorum portionem suam Rodulphos recepisse constat ex præcedentibus decisionibus) debetur eisdem rata remanentis summæ, quam nullatenùs constat præcedentèr collatam, & diuisam extitisse.

Non subsistente supposito prædictæ Decisionis, quod prædium in Villa Piscilli ex his pecuniis emptum comprehensum fuisset in transactione, & in portione illorum de Rodulphis assignatum; quoniam ex nouis scripturis compertum est sub his pertinentiis Villæ Piscilli extitisse duo prædia; Alterum anno 1576. per ipsummet Iulium Cæsarem fideicommittentem emptum pretio florenorum 1598 in vocabulo *il passo di Miralduolo*, seù *il Palazzo del Sardo*, cui à tribus cohæret via publica ab alio bona Iuratorum Artis lapidum, & lignaminum, & respectu alterius partis cohærent bona hæredum Angeli Lucantonii, & flumen Tyberis; Alterum verò per Europam emptum anno 1586. à Ligurgo de Vbaldis, cui præter denominationem Villæ Piscilli omnes aliæ demonstrationes, & confinia prorsus ab alio discordant, nam cum isto adiacent bona Claudii de Menniconibus, Franciscæ Blaxiolæ, & Curtii de Vbaldis. Quando enim denominatio non est ita singularis vt ex ea res vndique certa reddatur vltrà il-
1 lam † oportet locum duobus congruis confinibus demonstrari, iuxtà receptissimam, Bart. *theoric. in l. demonstratio 17. num. 16. ff. de condit. & demonstr. & in l. cum Pater §.
2 fin. ff. de legat.* 2. & ad hoc fines generales † viarum, foueorum, & fluminum propter aptitudinem conueniendi cum aliis ad nihilum deseruiunt, Rota cor. Card. Seraph. *dec.* 1372. *nu.* 2. & *cor.* sa me. Greg. XV. *dec.* 445 & *in dec.* 135. *nu.* 6. *par.* 11. *rec.*

Cum igitur prædio in transactione assignato nulla particularis demonstratio ex deductis in hoc secundo Instrumento correspondeat, & è contra tàm generales, quàm
3 particulares demonstrationes conueniant, cum † primo indubitatum redditur, quod illud sit illud à Testatore emptum anno 1576. & quod remanserit in hæreditate aliud ad Europia de pecuniis hæreditariis anno 1586. acquisitum, cui non conueniunt confinia, vt supra deducta, idem Bart. *in d. l. demonstratio falsa nu* 18. & ipso aliisque adductis optimè Rota cor Buratt. *dec* 424. *nu.* 13. & *in Romana Vineæ 12. Iunii 1652. §. denique coram Reuerendiss. Papien.*

Quod clariùs euincitur ex quo valor prædii empti à Testatore longè minus distat à valutatione prædii assignati, quàm distaret à valore prædii ab Europia acquisiti pro scut. 3629. quod verisimile non est Europiam, pro solertissima, & sagacissima fœmina in præcedentibus solutionibus reputatam, assignasse pro infima summa scut. 1500 nec ad medietatem veri valoris ascendente. Ex qua diffor-
4 mitate respectu alterius summæ † resultat identitatis probatio, & quid veniat in contractu, *glos. in l.* 1. §. *quis superficien. vbi* Bart. *ff. de superfic.* Berous qu. fam. 48. *nu.* 1. Parisius *cons.* 64 *nu* 44. *vol.* 1. *cum pluribus per* Surd. *cons.* 13. *nu.* 37. & *per* Rot. *dec.* 338 *nu.* 5. *cor. Merl.*

Reformata pariter fuit decisio respectu quartæ partitæ scut. 200. ab Europia 25 Septembr. 1587. exactorum à Bernardo Iuncta quia cessat motiuum decisionis in §. remanent duo quod scilicèt horum quietantia emanauerit per confessionem de recepto non apta in præiudicium mulierum, nec illam obligare, nec alios liberare dum ex visione Instrumenti constat præcedentes effectuas solutiones factas fuisse, & de illis apparet tùm ex instrumentis ibidem relatis, tùm ex libro memorialium Testatoris in pagina 174. † Quibus in casibus confessio de recepto etiam inter personas prohibitas numerationem probat, Noguerol. *alleg.* 33. Marescott. *var. ref. lib.* 1. *c.* 8. *nu.* 14. Rot. *decis.* 335. *nu.* 2. *part.* 6. *rec.* & *in Anconitana Dotis 17. Iunii 1647. & 25. Nouembris eiusdem anni cor bo. me. Arguelles*, præsertim cum hæres Europiæ renuerint vsque adhuc exhibere librum † ad quem relatio habetur, & vbi veritas haberi potest, vt aduertit *decisio Reuerendiss. D. mei Decani 26. Ianuarii 1654. §. Et quæ faciliùs, & §. cum enim*, ex qua renuentia insurgit præsumptio † quod illis obesse posset, ad tradita in *dec.* 521. *nu.* 6 *cor. sa. me.* Greg XV. & *in Romana pensionis 19. Ian. 1646. cor. eod. Reuerendiss. D. meo Decano.* 5 6 7

Vlteriùs pro maiori validitate huius confessionis de recepto nunc obseruatum fuit illam emanasse cum solemnitatibus statutariis, & ad recognoscendam bonam fidem erga Iunctam debitorem qui soluerat, † quibus in casibus similes confessiones impugnari nequeunt, vt concludit Gabr. *cons.* 51. *nu.* 15. *lib.* 2. ac voluere adducti per Beltram. *in addit. ad dec.* 188 Ludouis. *sub num.* 11. & fuit tentum *in hac Causa 26. Iunii 1654. §. post lapsum cor. Reuerendiss. D. m. Decano, & in dec. 24 n. 4. post* Zacch. *de societ. officii.* Verùm ab hac partita scut. 200. demenda sunt scut. 66. quæ in ipso instrumento confessionis de recepto enunciantur soluta Iulio Cæsari Testatori, & proinde tamquam non extantia tempore obitus illius non cadunt sub pacto transactionis de conferendo pro tertia parte illis de Rodulphis restricto ab bona hæreditaria. 8

In reliquis verò partitis nempè in secunda scut. 150. pro uentorum ab extinctione census q. Cæsarei, & contenta in §. *altera*, in tertia super pretentione societatis coraminum, de qua in §. *simili etiam*, & in vltima scut. 144. pro fructibus census, quod Prosperi Nardutii ab Europia exactis, DD. in totum approbantes decisionis motiua nihil ab ea immutandum censuerunt.

Et ita vtraque &c.

Supradicta Decisio in hac causa emanata, & in præsenti resolutione reformata, cum non reperiatur impressa erit in Appendice Decisionum prætermissarum: Infrà verò sub die 25. Febr. 1669. adest altera resolutio eiusdem causæ cor. eodem Eminentiss. D. Card. Carpineo, quam suo loco, & tempore apponemus.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in præsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Sancti Seuerini Census.

Lunæ 6. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Premium Emancipationis est, quod medietas vsusfructus bonorum filii, patri legitimanti reseruetur, alia verò eidem filio relinquatur, cui etiam eiusque hæredibus spectat quoque patrimonium à patre eidem filio donatum, vt ad sacros ordines promoueretur, quamuis illud ab ipso filio eidem Patri fuerit postea retrodonatum.

SVMMARIVM.

1 *Pater per emancipationem filii ab eo factam amittit medietatem vsusfructus bonorum illius.*

Vsusfructus bonorum filii emancipati medietas spectat ad filium, alia verò medietas reseruatur Patri in præmium libertatis eidem filio concessæ, nu 1.

2 *Aditio hæreditatis probatur ex iis actibus, quæ fieri non possent citrà ius, & nomen hæredis.*

3 *Solemnitatum defectus, quem ipse minor non allegauit amplius allegari non potest.*

Solemnitates inductæ fauore minoris non possunt in illius odium retorqueri, nu. 3.

4 Pa-

4 *Patrimonium à Patre constitutum filio, vt ad sacros ordines promoueretur, remanet in hæreditate ipsius filii; & nu. seqq.*
Amplia, & fortiùs si donatio fuerit concepta cum clausulis præferentibus totalem translationem dominii.
5 *Bona à Patre irreuocabilitèr filio donata trasmittuntur ad hæredes ipsius filii.*
6 *Patrimonium alicui donatum ob susceptionem sacrorum Ordinum retrodonari non potest absque consensu Episcopi.*

DECISIO CLXXIX.

DISPVTATO dubio coram bo: me: Verospio, an Taurinus emancipando Raymundum filium amiserit vsumfructum in bonis dotalibus ad dictum filium spectantibus, & an bona donata per Raymundi obitum reuersa fuerint donantem, binæ emanarunt decisiones firmantes Taurinum amisisse dimidiam partem dicti vsusfructus, & bona donata remansisse in hæreditate Donatarii; Et defuncto interim Taurino ad instantiam eius hæredum pet me in locum Reu. Patris D. Verospii subrogatum fuit propositum dubium, an esset standum in decisis, quod Domini affirmatiuè resoluerunt.

Quo enim ad vsumfructum Pater per filii emancipatio-
1 nem remansit priuatus dimidia eius parte dumtaxat, † cum altera in præmium libertatis filio concessæ penes ipsum remanserit, iuxtà claram dispositionem textus *in l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis*, Castill. *in tract. de vsufr. c. 54. nn. 5. & seqq.* Grat. *disc. forens. cap. 713. nu. 46.*

Non obstat, quod vsusfructus nullatenùs potuerit à Patre prætendi, ex eo quia Raymundus hæreditatem Matris, vel non adiuerit, vel eam adiuerit sine solemnitatibus requisitis in minore, prout erat ipse de tempore deiatæ successionis, quia de aditione satis constat tùm ex eo, quod iure matris hæreditario inhibitionem in Tribunali A. C. reportauit, tùm quia ad obtinendam adiudicationem quoad nonnulla bona materna non obstante executione super eis facta à creditoribus Patris expressè declarauit velle in illis consequi dotem maternam præte-
2 rito Summ. nu. 2. † qui actus cum fieri non potuerit citrà ius, & nomen hæredis, proculdubio hæreditatis aditionem inducit, *l. pro hærede §. Papinianus ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l. gerit nu. 5. & 9. ff. eod. tit.* Rota *dec. 168. nu. 1. cor. bo. me. Cocc. n. cum aliis adductis in vltima decis. edita sub die 27. Iunii anni 1664. §. dum enim.*

Defectus autem solemnitatum non potest allegari in præsenti, dum talem nullitatem numquam ipse Ray-
3 mundus deduxit, † & proinde cum in ipsius fauorem fuerit inducta, non potest in eius odium retorqueri, Rimin. Sen. *cons. 99. nu. 8. lib. 1.* Rota *dec. 302. num. 3. par. 4. diu. & dec. 342. nu. 8 par. 9. tom. 2. rec.*

Quo verò ad bona donata visum fuit Domini ea reman-
4 sisse in hæreditate Donatarii, † cum effecta fuerint eius propria post donationem factam, vt ad sacros ordines promoueri possit, Abb. *in cap. tuis nu. 8. de præbendis* Garz. *de beneficiis p. 2. c. 5. n. 159.* Barb. *de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 119. n. 70.* presertim quia donatio fuit concepta cum clausulis præseferentibus totalem translationem dominii,
5 & fine vllo pacto reuersiuo, † quo casu bona potuerunt absque dubio ad hæredes trasmitti vt præter allegatos in r. *dec. edita sub die 23. Ian. anni 1662. firmauit* Rot. cor. Puteo *dec. 274. nu 5. lib. 3. & in Romana, seu Reatina donationis 28. Nouembr. 1664. §. tum etiam cor. R. P. D. meo Emerix.*

Nec retrodonatio facta à Raymundo ad fauorem Patris
6 potuit substineri, † cum fuerit facta absque consensu Episcopi contra dispositionem Sac. Conc. Trid. *sess. 21. c. 297. num. 11.* Cutellus *in tract. de donat. discursu secundo particula 12. nu. 39. & seqq. cum aliis in vtraque decisione edita in hac causa deductis*, in quibus abundè satisfactum cæteris obiectis.

Et ita &c.

REVERENDISSIMO ALBERGATO Decano.

Bononien. Primitiarum, seù Decimarum.

Lunæ 20. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Habentes Parochi de iure fundatam intentionem in exactione decimarum intrà limites suæ Diœcesis, ab illarum consecutione non repelluntur eo sub prætextu, quod illæ quandoque primitiæ nuncupentur; quia & huiusmodi nomina plerumque cum decimis confunduntur, & vlteriùs propriè non adaptantur ad ea, quæ fructus primitiales appellari non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur ad limites probatæ possessionis, declara, vt nu. 6.*
2 *Dictio, seù, indicat similitudinem, & conformitatem.*
3 *Decretum Synodale habens relationem ad Sacrum Concilium Tridentinum, videtur se cum eodem Concilio conformasse.*
4 *Primitiarum appellatione non veniunt, quæ vulgo nuncupantur, fascinæ.*
Primitiæ soluuntur tantummodò de primis fructibus, nu. 4.
5 *Portio canonica Episcopo debita est quarta pars omnium Decimarum.*
6 *quasi Possessionis vna parte in vniuersalibus probata resultat ius quoad totum.*
7 *in Vniuersalibus non attenduntur soli actus particulares, sed ipsamet causa vniuersalis.*
8 *Consuetudo aduersus solutionem decimarum vniformis requiritur, aliàs non suffragatur.*
9 *Testibus non interessatis magis defertur in concursu aliorum interesse habentium.*
10 *Parochus habet fundatam intentionem quoad decimas intrà limites suæ Parochiæ.*

DECISIO CLXXX.

RESPONSVM fuerat sub die 30. Ianuarii * 1665. manutenendum esse Rectorem in Statu exigendi Primitias, seù Decimas, de quibus agitur super portionibus bonorum habentium domos, non autem super illis carentibus, ex ea ratione quod manutentio † concedatur 1
tantummodò ad limites probatæ possessionis, Rot. *in rec. dec. 632. num. 3 in fin par. 3. & decis. 3 7 nu. 16. par. 5. cum aliis in decision. à me tunc edita §. 1.* Verùm quia Rector in maiori quantitate, & vltrà modum ibi expressum huiusmodi primitias exegerat, responsum fuit constare de attentatis ab eo commissis, & in decis. * prima Martii 1666. qua postmodum ad Trutinam reuocata ordinarunt Domini, vt videretur de bono iure etiam ad effectum attentatorum, quod demum eidem Rectori assistere censuerunt.

Non enim, vt ab initio suppositum fuit hìc agitur de Primitiis quatenùs contra distinguuntur à decimis, sed quatenùs cum his confunduntur, ac vno, & eodem nomine nuncupantur, quod quidem in præsenti suadetur, nedum ea iurata attestatione Cancellarii Curiæ Archiepiscopalis, quod in ipsa Curia, & tota Diœcesi decimæ consueuerunt vocari Primitiæ, præsenti Summ. Rectoris numer. 1. sed etiam ex decreto Synodali præcipiente, quod vsus decimarum, seù Primitiarum vbique seruetur, quodque integrè soluantur, iuxtà dispositionem Tridentini eodem Summ. num. 2. Dictio enim † illa, *seù*, indicat 2
similitudinem, & conformitatem, Seraph. *dec. 393. n. 8. & 9.* Et dum Tridentinum loquitur de Decimis etiam intelligendum est loqui Synodali Decretum, quod ad illud se refert,

3 fert, † & cum illo videtur se conformare voluisse, ex allegatis per Surd. *cons.335. num.38. & in Fulginaten. Affictus 27. Ianuarii 1667. coram Reuerendiss. D. meo Decano, § Quia non ex hoc*.

Comprobatur tertiò ex eo quod huiusmodi Decimæ soluantur etiam de fascinis, quibus nomen Primitiæ non
4 congruit, † cum non sint primi fructus, de quibus ille solummodò soluuntur *DD. in cap. 1. de Decimis* D Thom. *2. qu.28. art* 4. Siluester *in summa verb. decima num.1. in fin.* Leo Thesaur. *for. Eccles. par. 2. de Primit. & oblat. cap. 28. nu.3.* Moneta *de Decimis cap.2. nu.10.*

Et denique ex eo quod si primitiæ sunt illæ, quæ soluuntur Rectori, & prout contra distinguuntur à Decimis, probandum esset, quod aliundè ei Decimæ soluerentur, cum absolutum sit decimas esse soluendas, id verò quod soluitur Archiepiscopo Bononien. dixerunt DD.
5 potiùs congruere Canonicæ portioni, † quæ est quarta pars omnium Decimarum Episcopo debita, iuxtà *Text. in cap. conquerente de offic. ordin. & capit. de quarta, vbi Doctores de præscript.* Moneta *d. tract. cap.7. num.14.* Rota cor. Seraphin. *dec.204. nu.1.*

Hoc posito non aduersatur præcipuum obiectum, quod manutentio non debeatur, nisi ad limites probatæ possessionis, quia responderunt Domini id non procedere in casibus, in quibus concurrit vniuersalitas causæ, prout
6 in Decimis, † in iis enim probata quasi possessione in parte consurgit Ius quoad totum Bald. *in l. 1. num. 24. vers. Tu dic C. de emancipat. liber. in puncto* Rota cor. Seraph. *dec. 1047. nu.1. & 2. cor.* Coccin. *dec.134. nu.1. & in rec. dec 484. nu.2. par.3. & dec. 233. nu. 3. par. 3.* & ea ratione quia non
7 attenditur ille actus particularis, † sed ipsamet causa vniuersalis, Marescott. *var. res. lib.1. cap.11. nu.27.* Monet. *d. tract. c.8. nu.31.* Posth. *de manut. obseru. 73. nu.154. & seqq. & admittit præallegata dec. 3. Iauuarii 1665. cor. me §. Nec resistit*.

Minus vrgere visa est consuetudo quadraginta annorum, & vltrà non soluendi Decimas super bonis non habentibus Casonos. Etenim responsum fuit non probari
8 talem vniformem consuetudinem non soluendi, † prout omninò requiritur, *ad l. Nemo, §. Temporalis ff. de regul. Iur.* Alex. *cons. 5. nu 7. lib.5.* Rota cor. Millin. *dec.156. num. 3. in rec. dec 469. nu.2. & 474. nu.5. par.1. dec.497. nu.2. par.2. d. dec. 23. nu. 4. par. 6.* Imò excludi à Testibus Rectoris deponentibus potitiuam exactionem de bonis omnibus, etiam Domos non habentibus presenti *Summ. nu. 10.* quibus censuerunt Domini magis esse deferendum, vtpotè
9 non Interessatis † in concursu aliorum Communitatis bona, de quibus agitur possidentium, *l. omnibus, C. de Testibus*, Rota coram Buratto *decis.328. num.* 18. Concur-
10 rente præsertim cum iis iuris assistentia, † qua Parochus fundatam habet intentionem quoad Decimas intrà limites suæ Parochiæ *cap. cum contingat, & cap. quoniam de decimis* Rota cor. Coccin. *dec. 187. nu. 1. & 254. eod. numer. 1. cum aliis in recent. decis. 135. per tot. decis. 333. numer. 2. par. 5. & in Cracouien. Decimarum 15. Maii 1651. coram bo. mem. Bichio §. 1.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Bononien. Censuum.

Lunæ 20. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Laus Deo quod ad compescendam litigantium temeritatem super Ædicto Eminentissimi Signaturæ Iustitiæ Præfecti, quod citationes pro obtinenda supersessoria ab eadem Signatura possint vltrà binas impunè sperni, successit etiam Resolutio Rotalis, quæ in illius comprobationem saluat ab attentatis executionem factam post binas supercessorias prædictas, non obstante commissione obtenta cum clausula *de præfixione termini, & de restitutione in integrum*, quæ ambæ clausulæ in eadem decisione declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta pendente supersessoria, vel post prorogationem illius dicitur attentata, limita vt num. sequen.*

2 *Supersessoriæ Signaturæ Iustitiæ vltra binas, possunt impunè sperni, & fieri exequutio absque vitio attentatorum.*

3 *Commissio restitutionis in integrum obtenta cum clausula* de præfixione termini *an retrotrahatur ad diem appellationis, & nu. seqq.*

Commissio Signaturæ Iustitiæ simpliciter obtenta, cum clausula de præfixione termini, & de restitutione in integrum *an operetur attentata, numer 3. & 4.*

4 *Clausula* de præfixione termini, & de restitutione in integrum *non impedit executionem iam cœptam.*

5 *Executio in Rota dicitur cœpta per solam relaxationem mandati, vel executorialium, & quando.*

6 *Restitutio in integrum concessa Ecclesiæ, vel loco Pio an impediat executionem.*

7 *Abbatia suppressa non dicitur amplius locus Pius, si illius redditus applicati sunt regimini Ciuitatis.*

DECISIO CLXXXI.

SENTENTIA A.C. qua fuerunt declaratæ nullæ impositiones Censuum factæ à Vincentio Marescotto fauore Assumptorum Abbatiæ Sanctorum Naboris, & Fælicis, & eidem Vincentio datum mandatum de manutenendo aduersùs deliberationem Prædii factam in partibus ex causa dictorum Censuum fuit post modum per aliam sententiam confirmata * cor. R.P.D. meo Albergato, qui vigore rei iudicatæ mandauit exequi dictum mandatum de manutenendo, & Vincentius bonorum deliberatorum possessionem apprehendit, quam cum Assumpti prætenderent fuisse attentatam, proposito hodiè dubio Domini negatiuè resoluerunt.

Quamuis enim possessio capta sub die 13. Septembris 1666. videatur attentata vti capta pendente supersessoria Signaturæ Iustitiæ concessa sub die 30. Iulii, & prorogata die 20. Augusti, & die 10. Septembris vsque ad primam Signaturam habitam die 23. eiusdem, † vt in terminis 1
pendentiæ supersessoriæ Signaturę dixit Rota *decis. 134. num 1. & seqq. parte 6. recent. & decis 112. numer. 5. & 13.* apud Posth. *de Subhastatione, & in Colonien. Camerariatus 6. Martii 1654 coram bo. me. Bichio*. In hac tamen facti specie, quo plures emanarunt supersessoriæ nulla adsunt attentata, stante publico ædicto Eminentissimi Signaturæ Præfecti edito Anno 1661. † expressè mandante, vt post 2
binas supersessorias obtentas, vlteriores citationes possint impunè sperni, & mandata executioni demandari absque vitio attentatorum.

Non obstat, quod Signatura eadem die 23. Septembris commiserit mihi causam restitutionis in integrum cum clausula *de præfixione termini*, † quæ commissio retrotra- 3
hitur ad diem appellationis, & suspendit non solùm executionem, sed omnia interim gesta declarat attentata, vt in dictis *decis.134. nu.7. par. 6. rec. & 112. nu. 7. & 8. penes* Posth *de manut.* Quia prædictæ decisiones loquuntur in casu, quo Signatura commisit causam appellationis simpliciter, non autem vbi rescripsit cum clausula: *de* † *præ-* 4
fixione termini, & de restitutione in integrum, quæ non impedit executionem iam cœptam Rota *dec.464. nu.7. post* Posth. *de manut.* Adden. ad Greg. *dec.458. nu.10. & in Auenionen. attentatorum 10. Iunii 1648. cor. Eminentiss. D. Card. Celso*, & ad hunc effectum executio in Rota dicitur cœpta † per solam relaxationem mandati, vel executoria- 5
lium, Add. ad san. me. Greg. *dicta dec. 458. nu. 10.* Adden. ad Buratt. *dec.268. lit. C.* Duran. *dec.190. n 1. & per totam.*

Nec valuit replicatio, quod huiusmodi conclusio non procedat, † quando restitutio in integrum est obtenta ab 6
Ecclesia, vel loco Pio iuxtà *decis. 190. numer. 16. cor. Durano*. Quia quidquid sit de hoc in Iure, motiuum cessat ex facto aduertendo Iulium Secundum suppressisse Abba-

tiam

tiam Sanctorum Naboris, & Fælicis, & Regimini Bo-
7 noniæ applicasse omnes redditus, † qui administrantur à personis laicis sub nomine Assumptorum independenter à quacunque iurisdictione ordinarii, vt in præterito *Summario* Vincentii *num.5.* vndè non sumus in causa loci Pii, vel Ecclesiæ.

Et ità vtraque &c.

Alia extat in hac causa Decisio * coram Reuerendiss. D. Albergato Decano, sub die prima Februarii 1666. quæ habetur impressa in præcedenti parte XIV. recent. decis. 407.

REVERENDISSIMO P.

DOMINO CERRO
Decano.

Postea S.R.E. Cardinali.

Romana successionis.

Lunæ 20. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Nullatenus posse Patrem naturalem habentem prolem legitimam, fratrem, vel filios, relinquere filiis legitimatis vltrà medietatem suorum bonorum *Statuto Vrbis* cauetur *libr.* 1. *capit.* 144. sed eius dispositio tamquam restricta ad Ciues Romanos, non compræhendit Incolas, nec habet locum in donationibus inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non datur contra eum qui possidet vigore donationis, & testamenti, & nu.25.*
Remedium interdicti quorum bonorum non competit contra titulo possidentem, nu.1.
2 *Titulus validus requiritur ad impediendam immissionem hæredi, ita vt nullus, vel putatiuus non sufficiat, & nu.28.*
3 *Nullitas, & inualiditas tituli si non est clara, vt incontinenti appareat, remittitur ad petitorium, & numer. 25.*
Remedia possessoria cessant quoties dubitatur de validitate, vel inualiditate tituli, nu.3
Donatio si non est euidenter nulla semper retardat immissionem hæredi nu 3.
4 *Testamentum si non habet vitium visibile impedit hæredi ab intestato immissionem.*
5 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 144. *traditur, & declaratur, & nu.seqq. ac nu.27.*
ad Legitimati fauorem quatenus disponere possint ex Statuto Vrbis habentes filiam legitimam, & naturalem, fratres, siue nepotes, num. 5. & seqq. vbi vide.
6 *Statutum Vrbis loquens de Ciue Romano non compræhendit alienigenam, & num. seqq. vbi amplia etiam de Incolis.*
7 *Incolatum acquirit, qui per plures annos habitauit in Vrbe.*
Ciuis Romanus saltem impropriè dicitur, qui habitando in Vrbe incolatum contraxit, numer. 7. & seqq. vbi vide.
8 *Statum Vrbis loquens de Ciui Romano in fauorabilibus compræhendit incolas, secus autem in odiosis, & correctoriis iuris communis, & numer. seqq.*
9 *Filii legitimati ex dispositione iuris communis habentur, ac si ex legitimo matrimonio essent nati.*
10 *Pater ad fauorem filiorum legitimatorum, potest quamcumque dispositionem facere.*
11 *Statutum Vrbis, quod habens filiam legitimam, vel fratres non possit totam hæreditatem legitimitatis relinquere dicitur correctorium iuris communis, & strictam recipit interpretationem, & supra num. 5. cum seqq.*
12 *Statutum Vrbis, vbi voluit compræhendere non solùm Ciues, sed etiam Incolas hoc expressè declarauit.*
13 *Atque ideò vbi de solis Ciuibus mentionem fecit Incolas nullatenus compræhendere voluisse dicendum est.*
14 *Discretiua oratio vnum ab altero separat, & excludit.*
15 *Statutum si probibet relinquere intelligitur per viam vltimæ voluntatis, non autem ex contractu, & numer. 16.*
Verbum relinquere *procedit propriè in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus, numer. 15.*
16 *Donatio inter viuos non compræhenditur sub Statuto prohibente aliquem non posse disponere, & supra numer. 15.*
17 *Statutum prohibens contrahere non censetur prohibere dispositionem per viam vltimæ voluntatis.*
18 *Donatio in testamento confirmata, si confirmatione non egebat, per indè est, ac si confirmata minimè fuisset.*
Cauthela ex abbundanti adhibita non nocet, numer. 18.
19 *Statutum prohibens dispositionem ad fauorem illegitimorum, non compræhendit testamentum factum ad fauorem filii legitimi, & naturalis filii legitimati.*
20 *Statutum non porrigitur ad personas, & casus in eo literaliter non expressos.*
21 *Casus à Statuto omissus remanet sub dispositione iuris communis.*
22 *Auus deficiente prole legitima instituere potest nepotes legitimos, & naturales etiam ex filio spurio, & quando.*
23 *Auum instituendo nepotes ex filio spurio, ipsos præsumitur contemplasse non autem d. filium.*
pro validitate actus potiùs præsumitur contemplatus nepos, quàm filius, nu.23.
24 *Nepotes iam nati si ab auo instituti sunt, ipsi contemplati dicuntur, non autem eorum pater.*
25 *Immissio contra titulo possidentem denegatur si exceptiones contra eumdem titulum deductæ, vel non subsistunt, vel remanent turbidæ, & supra num. 1. cum seqq.*
26 *Renunciatio non solùm repellit renunciantes, sed etiam eorum hæredes.*
27 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 144. *loquens ad fauorem fratrum, & nepotum non suffragatur pronepti.*
Ea ratione quia illud est odiosum, & correctorium iuris communis.

DECISIO CLXXXII.

RESOLVTVM fuit non esse dandam immissionem, quam Cæsar, & Helena petebant in possessionem medietatis integræ hæreditatis Claudii, quia cum Carolus Ioseph, eiusque filii possideant vigore Donationis, & testamenti facti ab eodem Claudio non est lo-
1 cus remedio interdicti quorum bonorum, quod † non datur contra titulo possidentes, Bart. *in l. 1. numer. 3. vers. quæ Iudicia, ff. quorum bonorum*, Menoch. *de adipisc. remed. 1. num.60. & seq.* Rota *decis.263. nu.1. part. 8. & decis. 93. nu 2. par. 10. rec.*
Et licèt ad istum effectum requiratur titulus validus,
2 † ita vt nullus, seu putatiuus non sufficiat, vt admisit Rota coram Cardinal. Seraphin. *decis. 256. in princip.* quia tamen in præsenti casu nullitates oppositæ tam contra Donationem factam à Claudio fauore Caroli Iosephi eius filii legitimati, eiusque filiorum, & descendentium ordine Primogenituræ, quam etiam contra testamentum in quo fuerunt hæredes vniuersales instituti filii masculi di-
cti

cti Caroli Iosephi nati, & nascituri, non sunt adeò claræ, ita vt in continenti appareat de inualiditate tituli, vt inferiùs dicetur id totum, remittendum est ad petito-
3 rium, † & interim cessant remedia possessoria, vt de donatione firmauit, Rota *decis.671. numer. 1. par. 1. recent.*
4 & in terminis testamenti † nullum habentis vitium visibile, prout hic Merlin. *decis. 41. numer. 13. cum allegatis in dec.271. numer. 4 & 5. & num. 20. cum duobus seqq. par. 11. recent.*

Huiusmodi autem nullitas dici non potest, inconti-
5 nenti probata, ex *Statuto Vrbis capit. 144. libr. 1.* † disponente quod Ciuis Romanus habens filium legitimam, & naturalem, seu fratrem germanum, siue Nepotes non possit in testamento, vel quauis vltima voluntate relinquere filiis legitimitatis, nisi medietatem suorum bonorum, quia cum Statutum loquatur in specie de Ciui Ro-
6 mano; † non comprehendit Claudium, qui in vtroque actu donationis, & testamento se enunciauit Ciuem Mediolanensem, vt in his terminis firmauit, Rota *in Romana hæreditatis de Virili 24. Maii 1641. coram bon. memor. Bichio impressa in recent. decis.33. numer. 24. par. 9. recent.*

Replicatio verò quod ex habitatione eiusdem Claudii
7 per plures annos in Vrbe contraxerit Incolatum, † quod que comprehendatur saltem impropriè sub nomine Ciuis Romani, per *text. in l. in Vrbe Roma, ff. de stat. hom.* posset admitti quotiescumque ageretur de materia fauorabili, & priuilegiata, quo casu lata fieri deberet interpre-
8 tatio, † & in proposito dum Statutum restringit liberam facultatem disponendi ad fauorem filiorum legitimatorum est correctorium Iuris communis (ex cuius disposi-
9 tione filii per legitimationem habentur, † ac si de legitimo matrimonio nati essent, *§. si igitur licentia Auth. quibus mod. effic. legit.* & potest Pater ad illorum fauorem
10 quamcumque dispositionem facere † Salic. *in l. si vnquam numer. 2. in fin. vers. & successiones, C. de reuocan. donat.* Iason. *cons. 154. numer. 18. in fin. vers. Vnde nunc idem* Iacobus *lib. 2.*) & ideò recipere debet strictam interpretationem
11 vt odiosum, † & loquens de Ciuibus Romanis intelligitur de propriis, & Originariis, non autem trahi debet ad Incolas, & alios, qui in Vrbe commorantur, vt explicat Fenzon. *ad idem stat. cap. 143. num. 17. ibi, quæ conclusio procedit in fauorabilibus,* Soccin. Sen. *cons. 129. numer. 4. in fin. vers. aut sumus in materia statuti libr. 1.* Menoch *consil. 1060. numer. 3.* Boer. *decision. 13. numer. 24. latè* Carleual. *de Iudic.* qui plures cumulat *tom. 1. libr. primo tit. 1. disput. 2. quæstion. 2. numer. 82. versic. ita fit, vt in materia stricta.*

Idque faciliùs, quia statuentes, vbi in aliis partibus eiusdem statuti voluerunt comprehendere Ciues, & In-
12 colas † expressè declararunt, *vt lib. 1. cap. 41. ibi ipsi quoque Romani Ciues, & Incolæ cap 42. ibi inter Ciues, & Incolas, & cap. 152. ibi filiifamilias Romani Ciues, & Incolæ,* si enim voluissent in hoc *cap. 144.* Incolas comprehende-
13 re, sanè expressissent, † quemadmodum fecerunt in aliis *cap.* vt arguit Rot. *in Romana hæreditatis de Sellis post* Fenzon. *vbi supra decis. 115. § non obstat il primo,* nam discre-
14 tiua oratio † vnum ab altero separat, & excludit Surd. *consil. 426. numer. 1. cum aliis in Tiburtina Castri Sancti Angeli 26. Ianuarii 1654. coram Reuerendissimo Papien. § neque ex eo.*

Considerando etiam quod statutum prohibens dumtaxat relictum per viam vltimæ voluntatis, *ibi liceat in testamento, vel quauis vltima voluntate,* & colligitur ex aliis subsequentibus, *ibi non possit idem legitimatis, nisi medie-*
15 *tatem suorum bonorum relinquere* † prout ex dicto verbo *relinquere* dictum fuit in *Romana donationis 3. Iunii 1658. §. præter quod coram me,* non comprehendit contractum
16 inter viuos † donationis controuersæ fauore Caroli Iosephi filii legitimati Bald. *cons. 298. num. 2. vers. porrò nemo lib. 2.* Cephal. *cons. 414. numer. 17. & 18.* Tiraquell. *de leg. connub. Gloss. 5. numer. 77.* sicut è conuerso, quod Statutum
17 prohibens contrahere † non censeatur prohibere dispositionem per viam vltimæ voluntatis, Iason. *in l. 2. numer. 17. ff. de leg. 1.* Alex. *cons. 120. numer. 2. lib. 1.* Ciriac. *controuer. 205. nu. 154. & plures cumulat* Picus *ad Stat. Vrbis lib. 1. cap. 151. gloss. 7 nu. 44. cum seqq.*

Non obstante quod postea Claudius in testamento dictam donationem confirmauerit, cum enim confirmatio legatur facta ad cauthelam, ibi, *quando faccia di bisogno, eo ipso* quod donatio ab initio esset valida, & confirmatio-
ne non indigeret † dicta cauthela non nocet, & habetur 18
ac si in testamento adiecta non fuisset ex adductis *in decis. 519. nu. 3. vers. minus facit par. 1. diuers.*

Quo vero ad testamentum pariter non videtur intrare Statutum, quia cum prohibeat dispositionem ad fauorem illegitimorum † non capit testamentum factum à Clau- 19
dio, in quo fuerunt Instituti hæredes filii legitimi, & naturales Caroli Iosephi filii legitimati. Certum est enim, quod Statuti dispositio trahi non debet ad casus neque ad personas † literaliter ibidem non expressas, iuxta moni- 20
tum Bart. *in l. qui liberis, §. hæc verba, n. 7. ff. de vulg. & pupill.* Alex. *cons. 59. in fin. vol. 3* Rot. *dec. 68. nu. 19. par. 6. dec. 60. nu. 17. dec. 175. nu. 28. par. 7. dec 465. nu. 16. par. 9. rec* & per consequens iste casus tamquam ab eodem Statuto omissus † 21
manet sub iuris communis dispositione, *l. commodissimi, ff. de liber. & posthum.* Rota *dec. 181. nu. 5. par. 5. & dec 43. nu. 3. par. 7. rec.*

De Iure autem deficiente prole legitima potest Auus, iuxta veriorem sententiam † Nepotes legitimos, & natu- 22
rales ex filio etiam spurio instituere, dummodo non contemplatione filii illos instituat, ex doctrina eiusdem Bart. *in l. gallus, §. quid si is vers. 3. casus, ff. de liber. & post hum.* communiter approbatam, vt per Corneum *cons. 25. nu. 2. vers. his tamen non obstantibus* Cephal. *cons. 109. in fin.* Cou. *de spons. par. 2. cap. 8. §. 5. nu. 13.* Ioseph. Ludouic. *decis Perus. 18. nu. 35. par. 1.* Gaill. *obseruat. 115. nu. 5. vsque ad 8. libr. 2. cum allegatis per* Modern. Lucidor. *de illegit.* Cleric. *cap. 10. nu. 17. 30. & 31.* Capic. Latr. *dec. 14. nu. 28.*

Et in dubio inhærendo actus validitati præsumitur Auum contemplasse personas Nepotum † non autem fi- 23
lii, vt explicat Couar. *vbi supra dicto nu. 13.* Peregr. *de Iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 49.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 17. nu. 9* Maximè quia Claudius instituit etiam Nepotes iam natos, † quo casu faciliùs censetur eorum contem- 24
platione facta dispositio, vt dixit Rota cor. Gregor. *decis. 443. num. 3.*

Cum itaque ex prædictis appareat nullitates oppositas contra titulo possidentes, vel non subsistere, vel saltem esse valdè turbidas, † hoc sufficit pro exclusione Actorum 25
à petita immissione, & vlteriùs visa fuit obstare amplissima renunciatio data in Summario Caroli Iosephi num. 3. vbi Iacobus Antonius Cæsar, & Carolus Germani Fratres de Sala ingenuè fatendo, quod omnia bona hic Romæ existentia liberè spectabant ad Claudium eorum Patruum, vtpotè propria industria, & labore acquisita consenserunt, quod ipse Claudius de omnibus dictis bonis integrè, & absque diminutione posset ad libitum, & mediante testamento, aut alio quouis modo disponere ad fauorem Caroli Iosephi filii, seu cuiuscumque alterius personæ, & in specie renunciarunt omnibus eorum prætensionibus præteritis, præsentibus, & futuris, ibi: *tutte, e singole ragioni, & attioni, &c. tanto per il passato, come di presente ci competessero, e ci potessero competere per l'auuenire, dicto Summ. nu. 3.* quæ sanè renunciatio nedum repellit Cæsarem, & alios fratres renunciantes, † verùm 26
etiam Helenam tanquam filiam, & hæredem Caroli vulgat. *l. cum à Matre, C. de rei vendic.* & in terminis renunciationis dictum fuit *in Romana prætensæ restitutionis dotis 15. Ianuarii 1649. cor. Peutingerio, § dicta Martia in fin.*

Et quatenus etiam eadem Helena agere prætenderet non iure hæreditario Patris, sed ex propria persona, adhuc posset dubitari, an eidem tanquam fœminæ, & Pronepti suffragetur dictum Statutum, vt supra odiosum, & correctorium † cum loquatur de fratribus, & Nepoti 27
bus, vt in fortioribus terminis est *text. in l. Fratres 17 C. de inoffic. test.* Iason. *ibidem nu. 5. vers. 2. limita* Paul. de Castr. *cons. 385. in fin. vers. excepto fratre lib. 2.*

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata cor. eodem Eminentiss. D. Card. Cerro, sub die 23. Ianuarii 1669.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Pisaureñ Redditionis rationis.

Lunæ 20. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Practicabilem materiam exhibitionis librorum, ac redditionis rationis habes in hac Decisione benignissimè Lector, quando scilicet ea semel facta, ac etiam à parte approbata, possit quis denuò ad reiteratam redditionem rationis compelli; vbi quoque plura de electione, & relatione peritorum insimul cumulantur.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitionem librorum quis præstare non tenetur, quoties illi nihil ad victoriam causæ conferre manifestum est.*

2 *Librorum identitas ex quibus remaneat plenè probata.*

3 *Redditio rationis etiam reiterata fieri debet, si illa emanauit à peritis suspectis, & vlterius adhuc constat de errore.*

4 *à Peritorum suspicione allegata recessisse censetur, qui ab illorum relatione non appellauit, sed etiam persoluit summam in eadem relatione contentam.*

Relationem peritorum approbasse dicitur, qui in executionem eorum relationis persoluit, num. 4.

5 *Expensæ à fideiussore factæ occasione suæ fideiussionis sunt omninò reficiendæ.*

6 *Venditionem si quis facere poterat modo sibi magis beneuiso, eo meliori modo per subhastationem vendidisse dicitur.*

Subhastatio inducit rectitudinem, ac iustitiam pretij, num. 6.

7 *Rationis redditio semel facta habet præsumptionem pro se, & adstringit partem ad duriorem, & exactiorem probationem in contrarium.*

Amplia si super illa emanauit sententia in iudicatum transacta, eademque redditio rationis fuerit etiam per solutionem approbata, ibidem.

Rationis noua redditio denegatur, si super prima emanauit sententia, & res iudicata, cum vlteriori approbatione per solutionem facta, num. 7.

8 *Dolus præsumptus quando pro noua redditione rationis non sufficiat, sed verus requiratur, & vide supra n. 7.*

9 *Sententiæ super redditione rationis si quis acquieuit, excluditur vlterius à potestate illam amplius impugnandi.*

Exceptio litis finitæ impedit nouam redditionem rationis, num. 9.

DECISIO CLXXXIII.

DVABVS sententijs* in iudicatum transactis fuit absolutus Mucciolus ab exhibitione librorum, & à redditione rationis per totam diem 4. Februarij 1650. & cum dubitaretur sub die 5. Aprilis 1666. an esset locus statuto de duabus, negatiua prodijt resolutio, à qua hodie DD. ex nouiter deductis, recedendum esse censuerunt.

Librorum enim exhibitio, qui modo reperti sunt, profuit Mucciolo ad ostendendum irreleuantiam actionis, & instantiæ factæ per Geppium, cum ex oculari inspectione constiterit eos nihil continere, quod ad victoriam cau-
1 sæ, prodesse posset, † quo casu indubitatum est, quemquam non cogi ad exhibendum, *vulgat. l. si quis ex argentariis, §. exigit, & §. seq. ff. de eden. DD. in l. 3. § sciendum, ff. de exhibit.* Menoch *cons. 405. num. 21.* Rota *decis. 235. num. 11. part 8. recent.*

Nec fuit attenta oppositio, quod libri non sint ijdem, qui fuerunt producti coram Prætore Pisauri, dum terminant diuersis verbis, & continent nonnullas additiones marginales, quæ in productis, vt supra, non reperiuntur quia discordantia procedit, ex eo quod aliquæ partitæ, quę positæ erant in confuso, fuerunt de ordine Peritorum clarius dilucidatæ ab eodem Mucciolo, tàm in margine, quàm in fine librorum, vt testantur ipsimet Periti *in Summario responsionis num. 2.* de cætero concordant, tàm in adnotatione productionis coram Prætore, repetita coram
Auditoribus Vrbini, † quam in numero foliorum, & for- 2
ma, quod sufficit ad probandam identitatem iuxta theoricam, Bart. *in l. demonstratio falsa, nu. 14. de condit. & demonstrat.* Alex. *cons. 73. num. 6. lib. 3.* & in terminis identitatis scripturæ Rota *in recent. decis. 235. num. 4. part. 11.*

Quantum verò ad nouam redditionem rationis, non obstiterunt duo in contraria decisione ponderata. Primum, quod relatio emanauerit à Peritis suspectis, Secundum, quod constet de errore in multis partitis non benè
positis ad debitum Geppij, † quibus in casibus locus est 3
iteratæ redditioni rationis *ad text. in l. vnic. C. de errore Calculi, cum alijs in dicta decis. quæ reuidetur, §. penultimo.*

Quia ex facto responderunt Domini vtrumque obiectum cessare, dum respectu primi, Geppius non solùm ab eorumdem Peritorum relatione non appellauit, aut quoquomodo reclamauit, sed imò sub eadem passus fuit ad sententiam deueniri, & insuper eidem sententiæ paruit,
& in eius executionem soluit scuta 400. inde † enim à di- 4
cta suspicione recessisse censetur, atque electionem approbasse ad tradita per Surdum *cons. 104. num. 1. & seqq.* Gratian. *cap. 301. num. 58. & seqq.* Rota *decis. 95 num 3. & 4 par. 10. & prius in Tiburtina Redditionis Rationis 9. Decembris 1641. § nec dicatur, & §. pro quorum omnium, ac 13. Maij 1642. §. nec releuat coram bon. mem. Dunozetto.*

Respectu verò secundæ partitæ, illæ quæ ponuntur in debitum Geppij, sunt in executionem Instrumenti inter partes celebrati, in quo inter cætera conuentum fuit, quod Mucciolus haberet facultatem vendendi bona, de quibus agitur *Per sodisfare con il ritratto di essi ogni danno, spesa, & interesse, che per detta sigortà ne potesse patire.* In-
dè enim omnes expensæ descriptæ in libris, † vtpotè factæ 5
occasione dictæ fideiussionis, veniunt reficiendæ, *per text. in l. venditor, ff. de euict.* Mangil. *eod. tract. quæst. 185. num. 12. & 13.* Rota *decis. 230. num. 1. part. 1. recent.*

Nec conqueri potest Geppius, quod Merces Drogariæ, minus iusto pretio venditæ fuerint, quia Mucciolus, qui ob dictam facultatem poterat eas vendere, modo magis sibi beneuiso, nihilominùs omni cura, & diligentia illas vendere curauit maioribus oblatoribus, & mediante sub-
hastatione, † indè enim resultat rectitudo, ac iustitia pre- 6
tij, vt docuit Bald. *in l. 2. in fin. vers. hinc est C. de rescind. vendit.* Menoch. *cons. 121. nu. 22.* Rota coram Buratt. *decis. 96. num. 12.*

In reliquis itidem nullatenus visum fuit constare de errore, præsertim ad effectum refricandi, ac euertendi administrationem iam legitimè redditam, pro qua stat sententia in iudicatum transacta, & per positiuum actum solutionis, vt supra comprobata, hoc enim in casu rationes
semel dispunctæ, † cum habeant præsumptionem pro se, 7
adstringunt ad duriorem, ac magis exactam probationem in contrarium, Menoch. *de arbitr. Iudic. cas. 209. nu. 4.* Munoz. *de ratiocin cap. 41. nu. 28. & seqq.* Rota coram Penia
decis. 1202. num. 6 Itaut dolus præsumptus non sufficiat, † 8
sed opus sit constare de verò dolo Adden ad Ludouis. *decis. 536. num. 5.* Rota *in recent. decis. 188 num. 6. & 7. par. 8. cum alijs in Romana Transactionis 10. Decembris 1645. §. fin. coram bon. mem. Peutingerio*, quinimò post acquiescentiam
sententiæ super redditione rationis, † quod quis penitùs 9
excludatur à Iure illam impugnandi veluti per exceptionem litis finitæ in puncto firmauit Rota *in Romana Computorum coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 120. num. 9 part. 8. recent.*

Et ità partibus hinc indè Informantibus resolutum, &c.

Præsens Decisio quamuis posteà reuocata sub die 5. Decembris 1668. fuit tamen denuo confirmata sub die 16. Iunij 1670. coram eodem Reuerendissimo D. Albergato Decano in præcedenti verò parte 14. recent. adest alia supradicta eiusdem causæ Decisio sub die 5. Aprilis 1666. quæ est in ordine 455.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Fulginaten. Affictus.

Lunæ 20. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Prosequitur præsens Decisio exceptionem non implementi à locatore, vel non expressè promissi, vel ex nudo & simplici pacto fauore eiusdem locatoris apposito tantummodo resultantis, quod scilicet non impediatur ex illa solutio affictus, prout similiter fuerat in altera Decisione resolutum supra in hac parte decis. 16.

SVMMARIVM.

1 *Conductor, seu Affictuarius non tenetur ad fructus rei conductæ pro rata portionis infructiferæ.*
Affictus debentur propter fructus rei locatæ, & ad ratam eorum, num. 1.
2 *Obligatione deficiente cessat quoque exceptio non adimplementi*
Adimplementum supponit ex necessitate promissionem præcedentem, num. 2.
3 *Conductoris promissio, locatione finita, restituendi terras benè cultas, & fatas, eo modo, quo præcedentes conductores restituere tenebantur, non importat obligationem locatoris tradendi easdem terras sic pariter cultas, & fatas.*
4 *Pactum in fauorem alicuius inductum, non debet in illius odium retorqueri.*
5 *Exceptio non adimplementi non admittitur in capitulis separatis etiamsi agatur de eodem contractu.*
6 *Exceptiones illiquidæ non retardant solutionem vigore obligationis cameralis.*

DECISIO CLXXXIV.

CONDVCTORES Bonorum Abbatiæ Sanctæ Crucis de Saxo viuo ad effugiendam solutionem Pensionis primi anni excipiebant de non implemento ex parte Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Antonij Barberini Locatoris sub prætextu, quod primo anno eiusdem non tradiderit Terras benè cultas, & fatas, sed non attenta huiusmodi exceptione dictum fuit 31. * Ianuarij 1667. coram me, mandatum esse relaxandum cùm autem hodiè Conductores vltrà dictam exceptionem allegauerint quoque sterilitatem certæ partis bonorum, quæ ob aquarum inundationem coli non potuerunt. Ideò censuerunt Domini respectu huius partis competere remissionem Affictus, & sic reformandam esse Decisionem.

Constat enim ex visitatione Nardini Agentis D. Cardinalis Testiumque depositiones datis in Summario Conductorum *numer. 6. & 8.* quod nonnulla terrena existentia in loco appellato, *il Piano d' Arca*, ex quibus Affictuarij potuissent percipere annuatim rubra frumenti quadraginta circiter, remansisse inculta, & infructifera propter inundationem aquarum prouenientem ex repletione foueorum. Vndè cùm non potuerint Conductores vti, & frui Bonis Locatis ad vsum destinatum pro hac rata non debent adstringi ad solutionem Affictus,
1 † qui dumtaxat debentur ob fructus rei locatæ, *l. ex conducto in princip. & l. si fundus, ff. locat. & conduct.* Surd. *cons. 563. num. 14.* Gomes *var. resolut. tom. 2. cap. 3. sub num. 18. vers. cuius ratio esse potest* Gratian. *discept. foren. cap. 534. num. 29. & pluribus seqq.* Cardin. Mantic. *decis. 146. num 2. & 3* Buratt. *decis. 210. num. 1.*

In reliquis autem placuerunt fundamenta decisionis, cùm verè D. Cardinalis Locator nullibi promiserit tradere in primo anno Terras benè cultas, & fatas, ideòque deficiente obligatione, cessat quoque
2 exceptio non implementi, † quæ de necessitate præcedentem promissionem supponit Rota *decision. 389. numero 2. part. 2. recent. cum allegatis in decisione, §. Etenim.*

Quæ quidem promissio desumi non valet ex verbis duodecimi Capituli, ibi: *Che detti Conduttori nell' vltimo anno dell' Affitto non possono restrouigliare li Terreni di detta Abbatia, anzi siano tenuti restituirli bene arati coltiuati, & seminati nel modo, che sono obligati rilasciarli detti Signori Orsini.* † Cùm enim huiusmodi verba im- 3
portent claram, & expressam obligationem Conductorum fauore Domini Cardinalis relinquendi in vltimo anno Terras bene cultas, & fatas, nimis extranea videtur interpretatio, quod exindè debeat resultare contraria promissio eiusdem Domini Cardinalis, † cùm 4
aliàs contra omnes regulas pactum ad illius fauorem inductum in odium ipsius retorqueretur, vt in his terminis ponderauit Rota *in Æsina Census 27. Februarij 1665. §. Præter quod coram me.*

Cùm itaque Conductores vigore duodecimi Capituli non habeant aliquam actionem erga Dominum Locatorem, & ipsi vice versa in primo Capitulo pure, & simpliciter sint obligati ad solutionem Affictus, vtique non possunt solutionem euitare sub hoc prætextu non adimplementi, † quia vera est conclusio *in decisione* 5
firmata, §. Cæterum, quod talis exceptio non admittitur in Capitulis separatis, etiamsi agatur de eodem contractu, vt firmauit Rota coram Cardinali Mantica *decis. 238. num. 2. & tradunt alij ibidem allegat.*

Absurdum autem hodiè repetitum, quod si in primo anno Conductores non haberent Terras cultas, & fatas soluerent Pensiones pro nouem annis, & fructum non haberent nisi pro octo annis; vltrà alias responsiones visum fuit remoueri ex facto, cùm in principio Affictus nempè de Mense Maij 1648. Conductores affictauerint Terras Castri Annisi per annos quatuor inceptos de mense Aprilis pro annua responsione rubrorum 30. frumenti præterito *Summario* Domini Cardinalis *numero 7* & dictas quoque Terras *del Piano d' Arca* eodem primo anno feminauerint in parte, vt deponunt Testes dati in *Summario* responsionis præteritæ positionis *numero 1.* ex quibus saltem exceptio remanet turbida, & illiquida, † ideòque non apta retardare solutionem peti- 6
tam vigore obligationis Cameralis, vt plenè *in decis. 191. numero 3. post* Duard. de Censib.

Quo verò ad Epistolam Auditoris Domini Cardinalis placuit Dominis responsio data *in decisione, §. Denique.*

Et ita vtraque &c.

Alia præsentis causæ decisio emanata sub die 31. Ianuarij 1667. coram eodem Eminentissimo Domino Cardinali Cerro, habetur supra in hac eadem parte in ordine decis. 16.

R. P. D. TAIA.

Beneuentana Ecclesiæ.

Lunæ 20. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Lateranensis inter alia priuilegia hoc vnum retinet indultum à Summis Pontificibus concessum, quod in locis eidem Ecclesiæ subiectis quilibet possit erigere bona pia, eaque sic erecta existant sub iurisdictione Capituli, & Archipresbyteri; qua ratione eadem loca Ordinarij iurisdictioni minimè subijciuntur; nisi, & quatenus idem Ordinarius vti delegatus Sedis Apostolicæ in illis tantummodo iurisdictionem exerceat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet iurisdictionem ordinariam in tota sua Diœcesi.*
2 *in Lateranensis Ecclesiæ locis subiectis quilibet loca pia erigere potest, eaque sic erecta existunt sub dispositione Capituli, & Archipresbyteri eiusdem Ecclesiæ Lateranensis.*
Priuilegium Ecclesiæ Lateranensi quales Pontifices concesserint,

cesserint, vt in locis eidem Ecclesiæ spectantibus, quilibet loca pia erigere possit, & de materia illorum vide per totam decisio.

3 Priuilegium Summi Pontificis disponens de Ecclesijs, non solum comprehendit Ecclesias tempore priuilegij erectas, sed etiam postea ædificatas, & num. sequent.

Lex semper loquitur, num. 3.

4 Priuilegium indefinitè loquens, indefinitè est intelligendum.

5 Priuilegia Lateranensis Ecclesiæ de erigendis locis pijs, quomodò fuerint à Sixto V. modificata, & qualiter dicta modificatio intelligatur, & num. sequent.

6 Episcopus qualem habeat auctoritatem vigore Concilij in locis pijs erectis in fundo Ecclesiæ Lateranensi subiecto, & nu. seqq. ac per totam.

7 Priuilegium erigendi Ecclesiam an Ordinarij licentiam exposcat.

Ecclesia ex priuilegio erecta, quomodo subsit iurisdictioni Ordinarij, num. 7.

8 Visitationes Ecclesiarum factæ ab Episcopo in locis exemptis intelliguntur iure delegato Sedis Apostolicæ.

Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 9. de reformat. vna cum pluribus suis resolutionibus Sacræ Congregationis traditur, & declaratur, num. 6. 7. 8. & 9

10 Donatio fundi in fauorem Ecclesiæ exemptæ fieri nè possit in præiudicium mensæ Episcopalis.

11 In Donatione proprij fundi facta ad fauorem Ecclesiæ, quæ fraus potest considerari, & quomodo ea excludatur, & num. seqq.

12 Donator si voluit potius vni Ecclesiæ donationem acquiri, quam alteri, quare hoc facere non permittatur.

Liceat nè mihi facere, quod valuero; an oculus alienus nequam est, & scandalizzatur, num. 12.

13 Simulatio non præsumitur, sed semper excluditur, iuncta præsertim obseruantia, vel consuetudine in contrarium.

DECISIO CLXXXV.

NVLLVM Ius ordinarium competere D. Archiepiscopo sed tantum delegatum in Ecclesia, & Hospitali Terracusij Domini responderunt.

Quia sicut indubitatum fuit ex facto Terracusium es-
1 se Diœcesis Beneuentanæ, & Iure communi † Episcopum in tota sua Diœcesi iurisdictionem ordinariam habere cap. 7. de offic. ordin. in 6. abundè Rota decis. 153. nu. 12. part. 11. recentior. Ita indubitatum fuit Iure speciali sanctæ memoriæ Bonifacium Nonum, qui Archipresbyteratum Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ obtinuerat, statuisse vt quilibet in locis ad Ecclesiam Lateranensem
2 spectantibus † loca Pia erigere posset illaque sic erecta sub dispositione Capituli, & Archipresbyteri extarent, quod indultum, & si fuerit reuocatum per sanctæ memoriæ Pium Quartum tamen sanctæ memoriæ Sixtus Quintus illud innouauit, vt in eius constitutione 19.

Et hoc priuilegium quia generaliter disponit de Ecclesijs comprehendit non solùm illas tempore priuilegij ere-
3 ctas, sed etiam alias postea ædificatas † nam lex semper loquitur quidquid dixerit Calderin. cons. 12. de priuileg. qui non loquitur de Priuilegio Bonifacij Noni, &
4 circa finem † contrarium admittit, quando priuilegium loquitur indefinitè ait Rota decis. 217. num. 25. à versiculo, quod quia parte 9. recentiorum, & certius doctiusque loquitur ipsis Sixtus Quintus post ipsum Bonifatium Nonum de potestate erigendi, ac de erectis respectiue subijciendis, & subiectis dispositione Capituli, & Archipresbyteri, vt supra.

5 Nec obstare visa est modificatio Sixti Quinti, † vt accederet licentia Ordinariorum, & loca erigenda cum personis subessent ijsdem Ordinarijs, &c. ad dictam Constitutionem.

Quia necessario visum est intelligi de subiectione Iure
6 delegato, & iuxta ordinationem Sacri † Concilii Tridentini cap. 9. de reformat. sess. 24. vt ipsius Concilij meminit dicta Constitutione Sixti Quinti §. 3 nos moti in fine, nam si verè Ordinarij licentia esset requirenda pro erigendis Ecclesijs, & erectæ remanerent tali Iure
7 subiectæ † non solùm suprascriptum, sed omne priuilegium repugnanter excluderent; & ita semper intellexit Rota maximè in quatuor decisionibus in Cathacen. Ecclesiæ decis. 115 & decis. 217. & 310. & 313 par. 9. recent. & ad suprascriptam confirmationem adducebantur plures Sacræ Congregationis Concilij declarationes † in Firmana 31. 8
Iunii 1627. & Nucerina Paganorum 16. Iunii 1635. & in Camerinen. 21. Februarii 1645. non liceret Episcopis & Archiepiscopis visitare dictas Ecclesias in fundo Lateranensi erectas, nisi tanquam Sedis Apostolicæ delegatis.

Vnde præter alias responsiones Domini interpretabantur propositas à Domini Archiepiscopo visitationes solas ab anno 1565. post nullam sanctæ memoriæ Pij Quarti promulgatam anno 1564. super confirmatione dicti Concilij sequutas † fuisse authoritate delegata à 9
Sede Apostolica ex dispositione præcedentis Sac. Concil. vt in dicta decis. 115. num. 7. & 8. decis. 217. num. 25. à versiculo ad visitationem, & decis. 313. num. 12. à versiculo, nec visitationes.

Minus valuit oppositio fraudes, & simulatæ donationis fundi, † & donatoris volentis fraudare mensam Ar- 10
chiepiscopalem ex Oldrado consil. 257. num. 41. versic. fraus insuper cum similibus.

Quia ex facto videtur escludi omnis suspicio simulatæ donationis cum quidam Magister Nicolaus de Castro Terracusij Beneuentanæ Diœcesis donauerit purè liberè anno 1450. Venerabili Ecclesiæ Lateranensi Capitulo, Canonicis, & Conuentui eiusdem fundum, &c. & postea anno 1451. idem Capitulum, & Conuentus concesserit licentiam alijs personis nempè Communitati, & hominibus Terracusij, nec non Nicolao, vt ipsi homines, & Nicolaus fundare, & ædificare possent Ecclesiam seu Hospitale sub vocatione Sanctæ Mariæ Annunciatæ quibus † maximè congruit longeua obseruantia 11
singulorum, & nihilominùs rem penitus examinando, quæ simulatio potuit intercedere vbi donatio realis, & adhuc à sæculis viget qualis verè fraus potest obijci donatori, qui etiamsi Consulto donauisset in fabricam Ecclesiæ † voluisset, vt potiùs Ecclesiam constituenda subes- 12
sent Ecclesiæ Lateranensi per loci antecedentem donationem, quam Ecclesiæ Beneuentanæ per simplicem fabricationem, aut non licet mihi, quod volo facere, an oculus tunc nequam est dixisset etiam hic cum illo apud S. Matthæum cap. 20. & repugnat communis sententia de simulatione in dubio non præsumenda, † & de 13
eius exclusione ab obseruantia tunc proxima, & ex consuetudine generali, qua omnes similes Ecclesiæ sunt in solo Lateranense, ita facto per similes donationes, vt dicebatur.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Tiburtina Tutelæ, seu expensarum.

Veneris 24. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Quia siue quis habuerit iustam causam litigandi, siue non semper in Curia Romana condemnatur ad solutionem expensarum si in vltimo succubuerit, qualiter igitur ad illas teneatur tutor conuentus pro remotione tutelæ remanet in præsenti Decisione resolutum.

SVMMARIVM.

1 Expensæ, seu honoraria Procuratoris, & Aduocati taxantur in scutis decem.

Expensæ Procuratoris, & Aduocati sine vlla diminutione reficiuntur, num. 2.

2 Litigandi, qui iustam habuit causam excusatur ab expensis, fallit de stylo Rotæ, num. 5.

Sententiam habens ad sui fauorem dicitur habere iustam causam litigandi, num. 2.

3 Expensæ non sunt reficiendæ ab eo, qui ante sententiam causæ renunciauit.

Expensæ voluntariæ per Victorem factæ non repetuntur, num. 3.

4 *Tutor non potest simpliciter ad cuiuscumque instantiam tutelam dimittere, sed tenetur expectare sententiam iudicis.*

Tutor conuentus pro dimissione tutelæ repetit à pupillo expensas in huiusmodi iudicio factas, num. 4 & 6. vbi vide.

Expensæ à tutore factæ in iudicio tutelæ dicuntur esse necessariæ, num 4.

5 *ad Expensarum condemnationis effectum sufficit, quod quis in fine causæ succubuerit, quamuis per anteà sententias fauorabiles reportauerit.*

6 Bartol. in l. 1. §. si pupill. ff. de tutel. & ration. distrahend. *grauitèr repræhenditur* à Borgnino Caualcan. in tract. de tutore, *& vide supra, num. 4.*

Tutor conuentus super remotione tutelæ, quando repetat à pupillo expensas in illius iudicio factas, & num. 4. & 6.

DECISIO CLXXXVI.

VISUM est Dominis potius constare de minori, quam de excessiua taxatione expensarum facta per R.P.D. meum Ottaloram, cum in ea non comprænhendantur honoraria Procuratoris, & Aduocati taxari solita

1 in scutis decem, † quæ sine vlla diminutione reficiuntur, *l. properandum, §. sin autem, C. de Iudic.* Rota *in recent. decis. 212. num. 3. & seqq. part. 8. coram* Eminentiss. Otthobon. *decis. 92. num. 5. in Meleuitana expensarum 10. Februarij 1662. §. has verò coram bon. mem. Verospio, & in Leodien. Residentiæ 4. Iulii 1664. §. 1. coram me.*

Non obstant duo pro parte Arronelj deducta. Primum

2 quod ipse habuerit iustam causam litigandi † stante maxime sententiam per A. C. Bulgarinum in eius fauorem lata *ad textum in §. oportet authentic. de Iudic.* secundum quod ante sententiam Rotalem causæ ipsi renunciauerit,

3 † quo casu expensæ tanquam vltrò per Victorem factæ non repetuntur Rot. cor. Merl. *decis. 261. nu. 4.* eoque magis quo Tutor non potest suo marte, & ad simplicem cuiuscumque instantiam Tutelam dimittere, sed tenetur ex-

4 pectare sententiam Iudicis, † & tunc potius ipse repetit à Pupillo huiusmodi expensas tanquam pro sui munere necessarias, iuxta doctrinam Bartol. *in l. 1. §. si Pupill. per illum textum, ff. de Tutel. & rat. distrab.* siue illa sit Nicolai *de Neapolis quam refert* Vinc. de Franch. *decis. 395. num. 1.*

Quia vltra, quod animaduerterunt Domini Arroneum non appellasse à condemnatione, sed tantùm ab excessiua taxatione, & sub eadem forma causam à Signatura fuisse commissam, responsum fuit ad primum de stylo huius Sacri Tribunalis non attendi. An quis habuerit iu-

5 stam causam litigandi, † & an in prima, vel secunda instantia fauorabilem sententiam reportauerit, sed solùm an in fine succumbuerit, vt testatur Couar. *quæst. pract. c. 27. nu. 3. §. Iudices verò, qui Romæ Sarnen. in Regul. de annal. qu. 4. nu. 5.* Cæsar de Graff *decis. 43. alias quinta de restitut. spoliator* Cassador. *decis. 13. nu. 2. de rescript.* Caputaquen. *decis. 340.* Buratt. *decis. 449 num fin.*

Secundum verò cessare visum est non solùm ex eo quod dimissio Tutelæ non fuit libera, sed coarctata ad Personam Epiphanij, cum expressa reiectione cuiuscumque alterius Tutoris, qui à Sacra Rota deputaretur cum tamen Epiphanius quatuor ante annos Tutelam recusasset, Instantia verò, & sententia subsecuta emanauerit ad fauorem Benedictæ Amitæ Pupillorum, vt in eorumdem *Summar. nu.* 1. ex decisionibus autem super inde emanatis apparet causas remotionis prouenisse ab ipsomet Tutore non autem simpliciter ex testamento imperfecto, in quo Tutores à Patre nominati fuerant, vt etiam obijciebatur,

6 ideoque non intrat doctrina Bart. *in dicto § si Pupill.* † quam acriter repræhendit Caualcan. *de Tutor. & Curat. sub num. 256.* & distinguit idem Vinc. de Franch. quando remotio ex ipsius Tutoris culpa processit *d. decis. 394. num. 3. vsque in fine.*

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem Reuerendissimo Domino Albergato, sub die prima Februarij 1669. quam infrà suo loco, & tempore apponemus.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Lauretana fideicommissi.

Veneris 24. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Venditionis factæ à grauato de bonis fideicommissi, si consensus fideicommissariorum accessit, quomodo talis consensus interpretari debeat; an scilicet ex eo sola iura de præsenti, vel etiam de futuro censeantur ab iisdem fideicommissarijs remissa in præsenti Decisione traditur, ac etiam plenissimè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Consensus præstitus à fideicommissario alienationi fideicommissi, quando dicatur restrictus ad nudam alienationem, vel iura etiam ipsius fideicommissi comprædat, & num. seqq.*

2 *Consensus præstitus pro iure, & interesse ad consentientem spectante regulariter non trahitur ad iura de futuro,*

Limita, vt num. sequent.

3 *Consensus præstitus alienationi bonorum fideicommissi præsentibus venditore, ac etiam emptore, cùm promissione de illum non molestando.*

Transit in pactum, & remittit etiam fideicommissum conditionale, ibidem & num. seq.

per Pactum potest etiam fideicommissum conditionale remitti, num 3.

4 *Fideicommissi iura de futuro competentia facilius remittuntur per pactum, & consensum, si eorum aderat spes probabilis tempore consensus, & pacti.*

5 *Fideicommissum conditionale debitum in casu mortis, licet debeatur in futurum, de eo tamen dicitur adesse spes probabilis etiam de præsenti.*

6 *Verba consensus præsentis temporis in fideicommisso debito in casum mortis trahuntur etiam ad iura de futuro, & quando, vide quoque supra numer. 3. & seqq.*

7 *Consensus præstitus per verba generalia, & vniuersalia remittit etiam iura in futurum competentia.*

Verbo pro omni, & quocumque iure quomodolibet competenti *compræhendunt quodlibet ius siue purum sit, siuè etiam conditionale, numero 7. & 8.*

Amplia hoc etiam operare ipsum tantummodo verbum omne, *ibidem.*

8 *Dictio* quomodolibet *importat omnem modum, & casum acquisitionis, & supr. num 7.*

9 *Dictio quomodolibet non restringitur ad vnum modum, vel duos tantum.*

10 *Ius de futuro censetur etiam renunciatum ex verisimili mente contrahentium, & vide etiam supra, num. 3. cum seqq.*

11 *Consensus à pluribus præstitus pariformiter quoad omnes, non autem diuersimode considerari debet.*

12 *Consensus restrictus quoad personas consentientium præseruat iura filiorum, & hæredum.*

13 *Dictio*, quod est limitatiua, *& declarat regulam quoad alios.*

14 *Iactare suum cum nemo præsumatur indè arguitur qualis fuerit mentio contrahentium.*

Emens bona fideicommissi, si consensum fideicommissariorum, exquisiuit, qualiter illum exquisiuisse dicatur, num. 14. & supra à num. 3.

15 *Consentientium qualis fuerit voluntas benè deponit testis mediator.*

Testi mediatori, maximè adminiculato plenè creditur, num. 15.

16 *Consentiens alienationi bonorum fideicommissi nulla facta expressione iuris de futuro, si non sibi præiudicat, quoad pretium respectu venditoris.*

Præiudicat sibi quoad bona respectu emptoris, à quo amplius illa vindicare non potest, ibidem.

17 Con-

17 *Consensus præstitus alienationi bonorum fideicommissi per verba vniuersalia compræhendit etiam ius de futuro quod ad consentientem spectabat.*
18 *Consensus personalis expirat morte consentientis.*
Filij qui non renunciarunt possunt petere fideicommissum, quamuis illud fuerit à patre renunciatum, num. 18.

DECISIO CLXXXVII.

POST obitum Petri Augustini, sine filijs, Vir-
gilius, & alij de Antolinis vti vocati ad fidei-
commissum Simonis Antolini Senioris obtinuerunt
ab A. C. sententiam Immissionis in possessionem
Prædij Collinæ, quod idem Petrus Augustinus cum
consensu omnium vocatorum vendiderat Ioann. An-
tonio Bello, cum pacto redimendi post 14. Annos,
sed commissa mihi causa appellationis, & disputato
Dubio 18. Iunij, * 1666. an constaret de re iudica-
ta, vel potius de causis restitutionis in Integrum,
dictum fuit constare de causis restitutionis in inte-
grum, respectu portionis Virgilij tantum, quo ve-
rò ad portionem Clementis Iosephi, & filiorum Si-
monis Iunioris constare de re iudicata, cum autem
vtraque pars instaret pro reuisione decisionis, & in
hodierna propositione melius examinata placuit DD.
recedere à Decisis, quoad portionem Clementis, &
Iosephi, & in Reliquis persistere in decisis.
Ratio recessus fuit, quia ipsis quoque obstat con-
1 sensus præstitus in venditione dicti Prædij non † sim-
pliciter restrictus ad Iura fideicommissi competentia
ex capite alienationis, vt firmat, *decisio in §. Ne-
que dicta sententia*, sed compræhendens etiam Iura
fideicommissi purificandi per obitum venditoris, quam-
uis enim verba consensus sint indicatiua præsentis
temporis, ibi *consenserunt, & consensum præstiterunt
quoad ipsos, & ipsorum personas, & pro omni ipso
Iure, & interesse quoad ipsos, & ipsorum personas*,
2 quæ † regulariter non trahuntur ad Iura competen-
tia de futuro; hæc tamen Regula plures habet li-
mitationes applicabiles in præsenti causa quarum pri-
ma est, quando vt hic quis in ipso actu venditio-
3 nis consensit emptore, & venditore præsente, † &
promittit per se ipsum non molestare dictum empto-
rem, nam tunc consensus transit in pactum, per
quod remitti potest etiam fideicommissum conditio-
nale, vt in terminis limitat, Castr. *in l. cum Pa-
ter, ff. de legat.* 2. *§. libertis sub numero* 4. *in fine*,
Peregrin. *de fideicomm. art.* 4 *numero* 86. *& duobus
seqq* Fusar. *de substit. quæst.* 158. *numero* 13. Tira-
quell. *de retract.* §. 1. *gloss.* 9. *numero* 124. Seraphin.
de priuileg. iuram. priuil. 109. *numero* 3. *&* 8. *idem-
que tenuerunt* Soccin. Sen. *cons.* 230. *lib.* 2. Surd. *cons.*
70. *numero* 4. *&* 19. idque indubitanter procedit in
4 Iure de futuro, † cui subest probabilis spes de tem-
pore consensus, quale dicitur fideicommissum com-
5 petens, Clementi, & Iosepho in casu mortis, †
quod licet sit conditionale, & non debetur ex cau-
sa de præsenti, proinde tamen reputatur, ac si Rea-
liter subesset, *l. spem C. de donat.* Bart. *in l.* 1. *&
l. fin. C. de pact.* Cephal. *consil.* 381. *numero* 5. *&* 6.
& consil. 622. *numero* 23. tali namque casu verba
6 consensus licet sint præsentis temporis † extendun-
tur etiam ad dicta Iura de futuro, vt admittit,
Surd. *dict. cons.* 70. & in specie declarat Crauett.
consil. 11. *numero* 6. *vers. difficultas, & consil.* 638.
numero 14. maximè quando, vt hic sunt generalia,
pro omni, & quocumque Iure competenti quomodolibet,
7 † verbum enim *omne* compræhendit quodlibet Ius si-
uè purum, siuè conditionale, Dec. *consil.* 27. *nume-
ro* 7. Cephal. *consil.* 622. *numero* 24. Rota *decis.* 593.
numero 8. *parte* 5. *tom.* 2. *recent.* & dictio *quomodoli-
8 bet* † importat omnem modum, & casum acquisi-
tionis ex causa de præsenti, Rimin. Iun. *cons.* 513.
numero 34. *&* 35. Gemin. *consil.* 115. *numero* 6. vbi
9 quod non restringitur † ad vnum modum, vel duos
tantum Rota *decis.* 38. *numero* 7. *&* 8. *part.* 9. *tom.*
1. *recent.*
Secundo limitatur si ex verisimili mente contra-
10 hentium appareat fuisse renunciatum, † tam Ius de
præsenti, quam Ius de futuro, Mantic. *de tacitis*

libr. 3. *tit.* 1. *numero* 14. Surdus *consil.* 43. *numero* 36.
Rota post Galerat. *de renunciat. decis.* 33. *numero* 13.
& seqq. quæ ponderatis pluribus facti circumstantijs;
concurrit in hoc casu. Siquidem emptor indifferenter
requisiuit consensum omnium vocatorum habentium
Ius coæquale in succedendo, ne ab ipsis molestare-
tur, & Virgilius consensit expressè pro omni Iure
etiam de futuro cæteri verò generaliter consensum
præstiterunt, quæ ad ipsos, & ipsorum personas pro.
omni Iure quomodolibet competente nulla facta distin-
ctione Iuris competentis in casu alienationis, & in
casu obitus, † vnde nulla datur diuersitatis ratio, vt 11
consensus contestualiter requisitus, & præteritus di-
uersimodè, in vno, & in alio debeat considerari, &
cur magis referendus sit ad vnum casum, quam ad
alium, vt aduertit Peregrin. *de fideicomm. art.* 40. *num.*
82. Imò viget ratio contraria ex dictis verbis geminatis
quoad ipsos, & ipsorum personam, † quæ licet fue- 12
rint præseruatiua Iurium, quoad filios, & hæredes,
tamen quoad ipsos sunt abdicatiua, & declarant con-
sensum fuisse absolutum, nam *dictio* † *quoad est* limi- 13
tatiua, & declarat Regulam, quoad alias Soccin. Iun.
cons. 181. *num.* 68. *lib.* 2. Spad. *cons.* 334. *num.* 2. *lib.* 3.
Insuper, vt in facto supponitur, venditor erat iam
Senior confectus; Vnde emptor nimis fatue iactasset
suum requirendo solam renunciationem Iuris in casu
alienationis, cum sciret consentientes potuisse prædium
vindicare de proximo statim secuta morte venditoris, † 14
quod argumentum ne quis dicatur scienter iactare suum
est vrgentissimum ad ignoscendam mentem contra-
hentium, Menoch. *cons* 64. *numero* 10. *&* 11. Mantic.
de tacit. dicto lib. 3. *tit.* 1. *numero* 31. *& seqq.* Accedit iu-
rata declaratio vnius Testis instrumentarij, qui solus
ex alijs in venditione adhibitis remansit superstes, & per
cuius manus tractata, & conclusa fuit venditio, & im-
petratus consensus à fideicommissarijs iste enim depo-
suit, quod omnes Antolino eo animo consenserunt,
ne ipsi viuentibus aliquam emptor molestiam patere-
tur, ex quouis Iure etiam de futuro occasione fidei-
commissi hodierno *Summario* Antonij *num.* 1. † † cui 15
proinde vti mediatori de facto proprio deponenti, vt
ex supra deductis adminiculato plenè deferendum est
Mantic. *decis.* 6. *num.* 5. *& seqq.* Buratt. *decision.* 775. *nu-
mer.* 5. *&* 6. *& decis* 276. *num.* 15. *part.* 10. *recent.*
Tertia, & vltima limitatio pariter applicabilis in
proposito versatur in eo, quod consentiens alienatio-
ni Prædij fideicommissarij nulla facta expressione Iuris
de futuro, † si non præiudicat sibi quin eueniente ca 16
su fideicommissi repetere possit pretium à venditore,
nihilominus sibi præiudicat quoad emptorem, quem
non potest molestare, nec ab eo prædium vindicare ad
Text. *in l. si fundum fideicommissarium* 94. *ff. de legat.* 1.
Alciat. *in l. qui Romæ* 122. *§ duo fratres, numero* 28. *in
fine, ff. de verb. oblig.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.*
45. *cum alijs per* Castill. *contr. Iur. lib.* 5. *cap.* 89. *num.* 122.
In Reliquis decisio subsistit, nam respectu Virgilij
eius consensus expressè extenditur ad Iura de futuro, † 17
cum renunciauerit omni, & cuicumque Iuri sibi quo-
modolibet competenti, vel quod competere possit ex
causa fideicommissi, vt latè probant *authoritates ibidem,
deductæ in §. Si quidem, & in §. sequenti* respondetur om-
nibus obiectis in præsenti repetitis.
Respectu verò portionis Simonis, consensus vti per-
sonalis expirauit illius morte, & sic eius filij, † qui 18
non consenserunt iustè potuerunt quoad dictam portio-
nem Immissionem petere, vt considerat *eadem decisio in
§. minus dici potest.*
Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 4. Iulij 1668. quæ infra in hoc eodem volumine apponetur; Alia verò primo loco emanata sub die 18. Iunij 1666. cum non habeatur impressa erit in appendice decisionum prætermissarum.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Rauennaten. pecuniaria.

Veneris 24. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

In iudicio repetitionis indebiti illi conceditur actio, qui alienum soluit debitum, quod tamen minimè debebatur. Cum autem illud veniat plenè, & concludenter probandum, non solum admittitur probatio, quæ resultat ex tribus sententijs conformibus; sed ea etiam melior esse dicitur, quia per euidentiam facti resultat,

SVMMARIVM.

1 *Indebiti repetitio datur illi, qui alienum soluit debitum nomine non debentis.*

Amplia quia conceditur etiam hæredi ibidem.

2 *Solutio imputatur in eam causam, de qua apparet instrumentum, non autem in illam de qua creditor probationem non habet.*

3 *Indebitum fuisse solutum probari debet plenè, & concludenter vt sit locus conditioni indebiti.*

4 *Indebiti solutio plenè, & concludenter probatur si quis per tres sententias conformes fuit à tali solutione liberatus.*

Probatio melior afferri non potest, quam illa, quæ resultat ex tribus sententijs conformibus.

Amplia quia hæc dicitur probatio quæ resultat, per euidentiam facti ibidem.

Aditio non inducitur ex possessione bonorum defuncti, quæ ad alium potest referri titulum.

6 *Emphyteusis renouatio ex pacto, & prouidentia non regulatur iuxta qualitatem hæreditariam, sed solum iuxta proximitatem sanguinis.*

7 *Aditio hæreditatis non probatur ex ijs actibus, quæ fieri potuerunt citra ius, & nomen hæredis, atque ex alia subsistente causa.*

8 *Contractus initus à filio sine certa forma ei à Patre in testamento præscripta, remanet nullus, irritus, & inanis.*

9 *Forma à testatore in testamento ordinata seruari debet, alias actus remanet nullus.*

DECISIO CLXXXVIII.

CVM Canonici Regulares S. Mariæ in Portu Rauennæ iterum obtinuissent audiri aduersus duas decisiones * firmantes conditionem indebiti competere Antoniæ Camillæ filiæ, & hæredi Iulij Iunioris Fusconi, causam hodie proposui super resolutis, in quibus DD. steterunt.

Quia remansit illæsa facti circumstantia in decisionibus pro præcipuo fundamento admissa, quod Carolus, & Iulius Iunior de Fusconis soluerunt fructus Census dd. Canonicis nomine non debentis, quodque consequenter
1 illorum hæres, † beneficium repetitionis indebitè soluti denegari non poterat iuxta opinionem receptam Gloss. *l. repetitio nulla 44. ff. de condit. indebit. in verbo solutum est cum pluribus allegatis in duabus primis decisionibus §. finali:*

Quod fundamentum eludere non possunt Canonici licet effingant duplicem causam soluendi in Carolo, & Iulio, Alteram nomine hæreditatis Albæ, à qua prætensione in primis excitata recedunt, Alteram verò nomine hæreditatis Hieronymi illorum Auctoris cuius debitum contractum cum Abbatia tueri conantur ex Instrumento oculis DD. supposito, & in quo omnes solemnitates adhibitas esse asserunt, atque ex eo inferunt in causam illius
2 debiti imputandam esse solutionem, † & non in aliam, cuius probationem Creditor non habet, Bart. *in l. si is qui §. flauius, ff. de solut.* Cyn. *in l. 1. apposit prima C. eodem tit. ibique* Salicet *num. 1. in fin. vers sed confirmatur* Grat. *discept. Forens. cap 505 num. 33.* quod eo magis recipiendum esset, quo pro parte Camilli non probatur plenè, & concluden-
3 ter indebitè solutum fuisse, † vt est necessarium in hoc iudicio conditionis indebiti, vt tradit, Bart. *in l. cum de Indebito num. 4. ff. de probat.* Rota *decis. 38 num. 2. par. 5. recent. & coram* Merlin *decis. 26 num. 1.*

Siquidem in ijs ac similibus latet æquiuoci prætextus facile diluendus; nam in facto habetur plena atque concludens probatio, quod Carolus, & Iulius Iunior de Fusconis soluerint indebitè cum illud fecerint vti hæredes Iulij Senioris Summario responsionis facti Camillæ præcipuæ positionis *num* 1., qui tamen hæredes non amplius tenebantur, quia bona censui obnoxia post obitum d. Iulij Senioris deuenerunt ad filias Albæ debitricis vigore illius testamentariæ dispositionis, & consequenter hæredes erronea credulitate persuasi, debitum, quod non erat hæreditarium Iulij Senioris soluerunt, hocque ita verum est, vt ipsi comprobato, tali errore ab onere soluendi liberati
sunt per tres sententias conformes, † qua probatione in- 4
debitè soluti, per manifestam, ac notoriam facti euidentiam elicita maior dari non potest, vt dixit Rota *decis. 80. num. 12. part. 9. recent. ex* Hieronym de Monte *de finib. cap. 30. num. 2 & seqq. &* Tiraquell. *de retract. lignag. §. gloss. 1. num. 56.*

Quod verò Iulius Senior fuerit hæres Hieronymi nusquam probatur, data enim in Summario Abbatiæ *num 7.* minimè suffragantur, quia descriptio eorumdem bonorum, quæ possidebat Hieronymus in censu seù Catastro bonorum Iulij nullam inducit aditionis præsumptionem,
† cum ipse Iulius Senior potuerit eadem bona adipisci vi- 5
gore substitutionis fideicommissariæ, per Albam communem matrem ordinatæ Summario additionali Camillæ *num. 1.* seu vigore emphyteusis ex pacto, & prouidentia de
qua dicto Summario additionali *num. 2.* cuius † renouatio 6
non regulatur iuxta qualitatem hæreditariam; sed iuxta proximitatem fixum ratum prætenuit, Rota *in Frolicien. emphyteusis 23. Martij 1667 per totam coram me*, ex quibus sequitur possessionem eorumdem bonorum; quæ erant penes Hieronymum non importare probationem
aditionis, † dum illud accidere potuit citra ius ac nomen 7
hæredis, atque alia suberat causa, *l. pro hærede §. 1. & Papinianus in fin. ff. de acquirend. hæred.* Maranta *in l. 15. potest num. 98. vers. prędictum tamen, ff. eodem sic* Roman. *cons. 154. num. 1. & 2.* Corn. *cons. 1. num. 8. lib. 2.* Dec. *cons. 445. num. 54. vers. & sic non videtur,* Mantic. *de coniect. lib. 12. titul. 12. num. 6.* Rota coram Buratt. *decis. 207. num. 3. & 4. ibique* Adden. *num 16. & 17.*

Præterea contractus Hieronymi cum Canonicis factus etiamsi Iulius Senior fuisset illius hæres, ipsum nullo modo afficeret, quia obligatio d. Hieronymi in minori ætate constituti inficitur ex præcepto Patris, qui in testamento ordinauit, vt quilibet contractus à filijs initus ante 25 ætatis annum absque certa forma præscripta esset cassus
nullus, ac irritus Summario Camillæ *num* 6 † Vnde cum 8
in prædicto Contractu Hieronymi forma à Patre iniunctam adimpleata non appareat illius obligatio nulla fuit, Bart. *in leg filius familias 117. §. Diui num. 2. ff. de legatis primo* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 9* Surd. *decis. 144. num. 17.* & in simili casu non seruatæ formæ in testamento præs-
criptæ † respondit, Rota *decis. 129 num. 4. part. 11. recent.* 9
per notata ad text. in cap. cum dilecta 22. in fin. de rescriptis, & ex firmatis in Perusina pensionis 9. Decembris 1650. post principium vers. quæ quidem forma coram Peutingerio.

Quæ verò deducta sunt super conformitate summę debitæ à Hieronymo cum solutionibus factis ab alijs de Fusconis, nullatenus subsistere visa sunt in facto, cuius etiam generis existimatum est obiectum de præsumpta scientia Caroli, qui vti proximior interfuit venditioni, in qua emptor assumpsit onus soluendi ratam Census, pro qua tenebatur Alba, quia licet Carolus intellexerit debitum Albæ transferri emptorem non inde sequitur eum cogitasse illud esse idem debitum, quod per errorem soluebat nomine hæreditario Iulij Senioris dicto Summario Camillæ præsentis positionis *num. 2. lit. B.*

Reliqua obiecta omninò, ac per omnia refutantur in duabus alijs decisionibus.

Et ita vtraque &c.

Ex dd. duabus decisionibus in hac eadem causa emanatis & in præsenti resolutione enunciatis, ac etiam approbatis, Altera reperitur impressa in præcedenti parte 14. decis. 479. Altera verò est supra in hac eadem parte decis. 19.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Tudertina Monasterij.

Veneris 24. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac Decisione de dismembratione Monasterij facta à Summo Pontifice ex certa illius scientia, & de voto Sacræ Congregationis Eminentissimorum Dominorum Cardinalium, quam proinde executioni demandandam esse concluditur, non solùm ex eo, quod literæ Apostolicæ paratam habeant executionem, & in huiusmodi casibus nullam verificationem requirant; verum etiam, quia plenissimè quoque & illæ iustificatæ deducuntur, non obstantibus pluribus exceptionibus subreptionis aduersus easdem oppositas, quibus omnibus eadem satisfacit Decisio.

SVMMARIVM.

1 *Breue Summi Pontificis executioni demandari debet.*
Literæ Apostolicæ habent executionem paratam, num. 1.
2 *Literæ Apostolicæ eo magis paratam habent executionem, si emanarunt cum expressione gestorum in Capitulis generalibus alicuius Religionis.*
Amplia & fortius si præuia discussione negocij in Sacra Congregatione Eminentissimorum Dominorum Cardinalium editæ sunt, num. 2.
3 *Literæ Apostolicæ dicuntur emanasse ex certa scientia, si negocium fuit per antea discussum in plena Congregatione Eminentissimorum Dominorum Cardinalium.*
Literæ Apostolicæ emanatæ ex certa scientia non egent aliqua iustificatione, num. 3.
4 *Pontifex si aliquid etiam per Breue statuit, & ordinauit post discussum negotium in Congreg. Eminentiss. DD. Cardinalium.*
dicitur processisse authoritate sua, etiam quod in eodem Breue apposuerit clausulam attentis narratis, *ibidem.*
Clausula attentis narratis *quandoque à Pontifice in suis literis apponitur non conditionalitèr, sed causatiuè, num.* 4.
Amplia hoc idem etiam in alijs similibus clausulis procedere, ibidem.
5 *Clausula* attento consensu *quandoque conditionem non importat, sed solam causam præsefert.*
6 *Literas Apostolicas sufficit iustificare tantummodò circa factum, non autem circa ius.*
7 *Gratia Pontificis plenè probat id, super quo illa fundatur, quamuis hoc concernat factum alienum, donec tamen probetur contrarium.*
8 *Controuersiæ in Literis Apostolicis expressæ, & enunciatæ iustificantur ex ipsa lite desuper inter partes vertente.*
9 *Pontifici debet fieri mentio de omnibus, quæ potuissent illum mouere ad denegandas literas posteriores, & vide num.* 14.
10 *Facultatis eiusdem est destruere, quam condere, & è contra.*
11 *Electio, quod vna vice fieri debeat de Professo vnius Monasterij, altera autem vice ex corpore totius Religionis dicitur valde præiudicialæ eidem Religioni.*
Libertas in electionibus seruari debet, atque ideo reuocanda sunt ea, quæ illius libertati repugnant, num. 11.
12 *Exceptiones oppositæ à procuratore non producente mandatum nullius sunt releuantiæ.*
Iudex in superfluis exceptionibus factis à procuratore sine mandato, in vanum laborare non debet num. 12.
Iudicium frustratorium reddendum non est, num 12.
13 *Taciturnitas non omnis vitiat gratiam, sed ea solum, quæ de consuetudine, vel de iure cautum est, vt fieri debeat mentio.*
14 *Taciturnitas, quæ vitiet gratiam plurimum pendet à coniecturis.*
Gratiam ad concedendum, vel denegandum ea, quæ faciliorem, vel difficiliorem reddidissent Pontificem exprimenda sunt, num. 14. *& supra num.* 9.
15 *Pontifex habet omnimodam facultatem ad sui libitum transferendi quodcumque dominium bonorum Ecclesiasticorum.*
Amplia, quia potest etiam dismembrare Ecclesias, & Monasteria, ibidem.
16 *Dismembratione facta à Pontifice ex certa scientia, nullam potest Ecclesia, vel Monasterium recompensationem prætendere & num. seq.*
17 *Bona Religiosorum si fuerint à Pontifice dismembrata, nihil potest à Religione prætendi, & supra num* 16.
18 *Litis mentio Pontifici narrare non debuit, si fuerat super re diuersa ab illa, quæ in gratia eiusdem Pontificis continetur.*
Decretum vnius Iudicis, si nihil commune habet cum decreto alterius Iudicis, ambo inter se dicuntur esse diuersa, num. 18.
19 *Impetrare quis non prohibetur pendente lite id, quod in iudicium deductum non est.*
20 *Impetratione facta de eo, quod non erat in lite non requirit mentionem ipsius litis, & supra num.* 18. *& seqq.*

DECISIO CLXXXIX.

IN Oppido Matriti ob residentiam Curiæ Regiæ celeberrimo, Congregatio Ordinis S. Benedicti Regularis Obseruantiæ, cùm nullum haberet Monasterium Abbatiali coruscans dignitate, in quo Abbas Generalis, alijque Abbates, ac Superiores, Procuratoresque Ordinis pro rebus, & negotijs in eadem Curia tractandis conuenire, & decentèr commorari possent, operæ pretium duxit in Capitulo generali anni 1593. san. mem. Clementi VIII. supplicare, vt Prioratum S. Martini in dicto Oppido existentem à Monasterio S. Dominici de Silos, cuius erat membrum, dismembrare dignaretur, illumque in Monasterium Abbatiam nuncupatum erigere, quod per vnum Abbatem singulo quoque triennio eligendum, vt cætera eiusdem Congregationis Cœnobia gubernaretur, cum onere tamen alendi quatuor Monachos Monasterij de Silos, quemadmodum huic petitioni prius à S. R. E. Cardinalibus Consultationibus Regularium præpositis discussæ, dictus Pontifex benignè indulsit per suas literas Apostolicas 4. nonas Iunij 1594. expeditas, quas irritantibus decretis, & clausula sublata non solum muniuit, verùm etiam mandauit, ne eo sub prætextu, quod Abbas, & Monasterium S. Dominici non consensissent, vel quoquam alio obreptionis, seu subreptionis, ac nullitatis capite retractari, & infringi possent, quinimmo, vt plenarium sortiretur effectum illas in omni casu reuocationis in pristinum restituit, ac reintegrauit, additis omnium in contrarium facientium ampiissimis derogatorijs.

Cùm verò in alio generali Capitulo exposita à Professis Monasterij S. Dominici de Silos inopia, in quam vergebat illa domus ob prædictam, aliamque præcedentem similis Prioratus dismembrationem supplicassent, vt in recompensam dictæ domui alternatiua in electione Abbatis, & in visitatione eidem concederetur, itaut in vno triennio eligeretur in Abbatem S. Martini filius professus dictæ Domus S. Dominici, & in alio ex corpore generalis Congregationis, ac pariformitèr vnam visitationem perageret Reuerendiss. Generalis, aliam Abbas S. Dominici, & quod Abbas S. Dominici dum permanet, & moratur in Domo S. Martini iisdem gauderet exemptionibus, quibus gaudet in Domo S. Dominici. Hæc omnia, vt postulata sunt, ita ex decreto eiusdem generalis Capituli liberalitèr concessa, quibus accessit Apostolica confirmatio eiusdem Pontificis, nulla tamen facta mentione præcedentium literarum.

Hinc successu temporis eum à generali Congregatione compertum fuisset nimis incongruum esse, quod Monasterium in Curia Regis dependentia alterius deprimeretur, & ea priuaretur libertate, de qua cætera Monasteria gratulantur, illud ad tenorem primæuæ Constitutio-

stitutionis anni 1593. ad eamdem independentiam plenè restituit omnis inter istud, aliaque Cœnobia sublata differentia, præterquam in solo grauamine recipiendi, & alendi quatuor Monachus Monasterij de Silos, & hoc facere expressitrationibus mota grauissimis, & inhærendo facultati sibi tributæ à san. mem. Vrbano VIII. commutandi statuta, & ordinationes, quoties illi conuenientius videretur, licèt per Sedem Apostolicam confirmatæ reperirentur, quam generali Capituli determinationem Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium speciali decreto obseruari mandauit, ac eidem successiuè san. mem. Alexander VII. de eiusdem Congregationis consilio per literas in forma Breuis tota facti historia enarrata, Apostolicæ confirmationis robur adiecit.

Super huius itaque Breuis exequutione antequam caperetur resolutio fuit pluries requisitus Comparens pro Monasterio S. Dominici ad exhibendum mandatum procuræ, sed per annum, & vltra illud producere renuens, tandem per contradictas responsum est
1 illud esse exequendum † ob paratam, quam pro earum auctoritate, & excellentia habent Apostolicæ literæ exequutionem, *cap. cum Capitulo*, vbi *gloss. in verbo exequatur de concess. præb. in 6.* Mohed. *decis.* 15. *vt iit. pend.* Cassad. *decis.* 10. *sub num.* 8. *de rescript.* & alibi sæpissimè; præsertim dum emanauerunt cum
2 expressione omnium gestorum in Capitulis † Generalibus Congregationis Benedictinæ, Abb. *in cap.* 2. *num.* 6. *vers. quædam confirmatio*, vbi Dec. *numer.* 47. *de confirmat. vtil. vel inutil.* Felin. *in cap. cum inter numer.* 2. *vers. sed contrarium*, *& num.* 3. *de except.* Rota *decis.* 192. *numer.* 3. *vers. tum etiam quia*, *& decis.* 210. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Caual. *decis.* 22. *numer.* 8. *cum pluribus in decis.* Merlin. 93. *num.* 12. *&* 13. & cum præcedenti discussione huius negotij in Sacra Congre-
3 gatione, † vt proinde emanasse dicantur ex certa scientia, nec aliqua indigeant iustificatione, vt de mente *gloss. in cap. nonnulli de rescript.* tradit ibidem Joann. Andr. & pluribus probat Alexand. *cons.* 15. *num.* 2. *lib.* 3. *& vltra alleg. decisiones in part.* 1. *recentior.* plenè Rota *decis.* 238. *part.* 2. *&* 158. *coram Reuerendiss. Royas vtrobique num.* 2. *&* 3. ea ratione, quod tunc Papa dicitur statuere auctoritate sua, non aduersante
4 clausula illa *attentis narratis*, † quæ hoc casu apposita non dicitur conditionalitèr, sed causatiuè per ea, quæ de similibus clausulis adnotat Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 1 *num.* 136. Rub. *in suis singular. claus.* 18. *part.* 4. & de simili clausulas attento consensu, Mart. *claus.* 5. *part.* 1. *ac* Rota *in Bonon. officii* Gualdæ *post cons.* 98. *num.* 3. Honded.

Verumtamen si narrata in dictis literis, quæ nudum factum concernunt iustificatione opus haberent
6 suffragaretur vtique iustificatio veritatis facti narrati, † absque eo quod probanda esset iustitia illius, iuxtà *decis.* Ægid. 116. *in fine*, Caputaq. *decis.* 161. *num.* 2. *part.* 1. Cassad. *decis.* 2. *num.* 2. *de Constitut. & in recent. decis.* 410. *num.* 4. *part.* 1. *&* 284. *num.* 1. *&* 2. *part.* 7. & tamen omnia in literis Alexandri exposita iustificata remanent, nedum circa facti enarrati veritatem, sed etiam circa illius iustitiam.

Nam quod attinet ad primam illius partem, in qua demonstrato primæuo statu huius Monasterij antequam Curia Regia Matritum transferretur, enunciatum fuit decretum generalis Capituli de illud dismembrando, & in Monasterium principale, & independens erigendo, cum plena san. mem. Clementis VIII. approbatione; id omne iustificatum remanet ex eadem Bulla Clementis VIII. in qua expressius hæc leguntur,
7 cumque in his fundetur gratia Papæ, † licèt concernat factum alienum, plenam faciunt probationem donec probetur contrarium, iuxtà receptam distinctionem *gloss. in Clement. vnica verb. fecisse*, *vers. & sic distingue de probat.* cum alijs ad materiam per Mascard. *de probat. concl.* 139. *à princip. vsque ad num.* 9.

Similitèr iustificata remanet pars altera narratiuæ, in qua dictum fuit, quod Monasterium S. Dominici prætendebat in hoc S. Martini aliquam superioritatem vigore determinationis in generali Congregatione anni 1601. editæ, & ab eadem Sede Apostolica absque mentione præcedentium literarum confirmatæ ex ipso actu Capitulari, & ex Breui confirmatorio anni 1603. de quibus in proc. fol. 85. † & hæc gesta fuisse demon- 8
strat quoque lis super tali possessione à Professis dicti Monasterij coram Reuerendissimo Nuncio suscitata, ad trad. *in decis.* Merlin. 528. *num.* 4.

Tertia demum pars narratiuæ eo ipso vera dignoscitur, quod ex decreto Capitulari anni 1661. nouissimè edito constat generalem Congregationem hoc Monasterium ad eamdem restituisse independentiam, quam ex prima Clementis VIII. Constitutione obtinuerat, hocque fecisse inhærendo facultati sibi tributæ à san. mem. Vrbano VIII. & quod decretum prædictum confirmatum fuit à Sacra Congregatione 18. Augusti 1662. de quibus quidem decretis apparet ex actibus productis.

Præter autem verificationem facti, vt supra narrati concurrit vlterius euidens illius iustitia quandoquidem postquam Clemens VIII. ad instantiam totius Congregationis, & de consilio Cardinalium hunc Prioratum erexerat in Monasterium principale, & independens solo onere adiuncto alendi quatuor Monachos Silenses, & in literis desuper expeditis mandauerat nullo sub prætextu irritari posse, iubendo illas toties reintegrari, quoties annullarentur, non poterat generale Capitulum contra formam harum literarum Monasterium hoc de nouo submittere, nihil obstante confirmatione obtenta ab eodem Clemente, quæ euidentèr obreptitia dignoscitur, ex quo nec illi expressus fuerit tenor gratiæ præcedentis, neque quod illa emanasset de consilio Congregationis, & cum clausulis ita amplis, & nullo sub prætextu reuocari posset; debet enim mentio fieri de omnibus, † quæ potuissent mouere Pontificem 9
ad denegandas literas posteriores, *cap. cæterum*, *& c. super literis*, *& cap. dilectis il primo de rescript. cap. postulastis de præb.* Cardin. *cons.* 136. *num.* 5. *cum alijs per* Eminentiss. Otthobon. *decis.* 115. *num.* 3. *&* 239. *numer.* 5.

Insuper pro maiori euidentia iustitiæ huius vltimæ determinationis adductum fuit validum argumentum, quod si antequam prodijsset facultas Vrbani VIII. licitum fuit generali Congregationi ex causis minus subsistentibus tam notabiliter alterare Constitutionem Capituli anni 1593. approbatam in forma specifica per Clementem VIII. quanto faciliùs dicendum est hoc agere potuisse Capitulum generale anni 1661. reintegrando ex iustis, & vrgentissimis causis hoc Monasterium ad illam independentiam, & libertatem, quam ritè assumpserat anno 1594. cum eiusdem facultatis sit destruere, quàm † condere, & è contra, *cap. de* Ca- 10
pel. Monach. *cum aliis per* Valenz. *cons.* 160. *num.* 36. & tanto rationabiliùs, quanto decreta anni 1601. nullam habebant, nec facti, nec iuris subsistentiam, præsertim circa alternatiuam in electione Abbatis vna vice in personam Professi in Monasterio S. Dominici, & altera ex corpore totius Congregationis, † quam præ- 11
iudicialem, & omninò repugnantem libertati seruandæ in electionibus reputauit in casu fortiori huiusmet Congregationis, Rota *decis* 75. *num.* 6. *& seqq. part.* 1. *recent.*

Neque obsistere plura, quæ ad redarguendas de obreptione has literas Alexandri VII. proposita fuerunt, videlicet quod tacita fuisset lis actu pendens coram Reuerendiss. Hispaniarum Nuncio, quod narratum non fuisset decretum Diffinitorij fauore Abbatis S. Dominici obtenti super alternatiua iuris visitandi anno 1612. & quod fuerit omissum, hanc, & alteram alternatiuam passiuæ electionis concessas fuisse Monasterio S. Dominici in recompensam bonorum egregij redditus ab ipso dismembratorum, ideoque ex causa onerosa, & in illarum possessione à tempore concessionis permansisset, quoniam hæc, & similia vtpote deducta à non producente mandatum procuræ † nullam meruerunt refle- 12
xionem, ne Iudex in vanum laboretur, faciatque iudicium frustratorium, vt aduertit Posth. *de manut. obseruat.* 86. *num.* 8. sed nihilominus pro solita Dominorum vrbanitate discussa visa sunt non suffragari; quia non omnium taciturnitas vitiat gratiam, sed eorum tantum, de quibus siue ex consuetudine, † siue ex 13
iure cautum est, vt mentio fiat ad notata *in cap. super literis*, vbi præsertim Felin. *num.* 2. *vers. regula est*, *de rescript* Calderin. *cons.* 10. *eodem tit.* & concordantes adducit Menoch. *de arbitr. cas.* 201. *num.* 26. *&* 27. Idque

14 que plurimum pendet à coniecturis, † an scilicet Prin-
ceps facilius, vel difficilius concessisset, Rota coram
san. mem. Greg. *decis. 50. num. 5. & ibi* Add. *num.* 10.
Nihilominus autem in proposito intererat exprimere,
vel quod silense Monasterium fuisset in quasi possessio-
ne fruendi prærogatiuis illi concessis anno 1601. vel quod
super hac quasi possessione obtinuisset decretum à Dif-
finitoribus anno 1612. quia hoc totum supponitur in
decreto anni 1661. & multò minùs, quod has præro-
gatiuas obtinuisset in recompensam dismembrationis
15 Sancti Martini, † quia cum illa facta sit per summum
Pontificem ex certa scientia, & cum amplissima, quam
habet facultate transferendi dominium bonorum Eccle-
siasticorum ad libitum suæ voluntatis, *cap. 2. in princip.
de præb. in 6. Clement. 1. vt lit. pend.* Abb. *in cap. con-*
16 *stitutus num 15. de relig. domib.* nullam poterat de iure †
recompensationem prætendere, Rota *decis. 20. num. 4.
post* Tamburr. *de iur. Abb. lib. 3 & coram bon. mem.* Mer-
lin. *decis. 775. num. 19. & seqq.* & in specie de bonis,
17 quæ sunt sub † proprietate Religiosorum, Petr. de
Murg. *disquisit. moral. 6. dubit. 5. num. 5. & dubit. 23.
num. 49. tom. 2.*

Nec pariter oportuit narrare Pontifici pendentiam
litis coram Reuerendiss. D. Nuncio, quia vt concludi-
18 tur in petitione, de qua in proc. fol. 85. & seqq. † lis
tantum mota fuit super possessione liberè mittendi qua-
tuor Monachos, qui recipi debuissent, & tractari ab
Abbate S. Martini, vt reliqui illius Cœnobij Con-
uentuales, quod clarius indicat decretum desuper edi-
19 tum ab Auditore dicti Reuerendissimi Nuncij, † hoc
verò nihil commune habet cum decreto Congregatio-
nis generalis confirmato ab Alexandro VII. quia vt in-
quit Oldr. *cons. 28. num. 4.* non est prohibendus, vt ali-
20 quis pendente lite possit à Principe impetrare, † quod
in iudicium deductum non est, quod etiam aduertit
Rota *decis. 91. num. 9. part. 4. tom. 2. & aliis adductis,*
Lancell. *de atten. lit. pend. part. 2. num. 4. in præfa-
tione num. 257.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana bonorum, seu prætensi fideicommissi.

Veneris 24. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Principalitèr in hac Decisione tractatur de materia fundi dotalis, expressim à contrahentibus constituti, quod nullatenus dicitur alteratum per verba solam hypothecam dotis præseferentia; Pluraque etiam cumulantur de Constitutione Ægidiana in judicijs possessorijs procedente inter laicos, ac super bonis laicalibus; secus verò in illis existentibus sub directo dominio Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana constitutio habet locum in iudicijs possessorijs inter laicos, & super ipsis bonis laicalibus.*

2 *Fideicommissum debitum matri, quæ decessit ante terminatam causam transmittitur ad illius filios, & hæredes.*

Immissio matri debita, si mater ante litis euentum decessit, debetur filijs, & hæredibus, num. 2.

3 *Fundus dotalis si tempore restitutionis existit, restitui debet tam vxori, quàm illius hæredibus.*

4 *Fundus dotalis non excluditur ex promissione facta in quantitate, si vnico contextu sunt assignati census, cum prohibitione alienationis, & pacto de inuestiendo, quatenus illi fuissent redempti.*

5 *Fundus dotalis à lege alienari probibetur.*

6 *Verba pro cautela, & securitate, & fundo dotali, non excludunt veram naturam eiusdem fundi enixè à contrahentibus requisiti.*

Verba pluries à contrahentibus geminata, & repetita enixam illorum voluntatem demonstrant, num. 6.

Fundi dotalis constitutio iteratis vicibus, & apertis verbis à contrahentibus expressa, non immutatur per verba solam securitatem dotis importantia, num. 6.

7 *Fundus dotalis verè dicitur constitutus, si restitutio fuit conuenta ex bonis assecuratis, firmis tamen remanentibus fundis dotalibus.*

Restitutio dotis mulieri duplicitèr fieri nequit; Altera in fundi dotalibus, altera verò ex bonis assecuratis, num. 7.

Fundus dotalis soluto matrimonio ipso iure, & ministerio legis statim retrotransfertur in mulierem, num. 7.

8 *Dos partim liberè soluta, partim verò in fundis dotalibus constituta, si eodem modo restituenda fuit conuentum hoc manifestè conuincit veram naturam ipsius fundi dotalis, pro sua tamen rata.*

Fundi dotalis demonstratio melior fieri non potest, quàm expressa conuentio à contrahentibus facta, num. 7.

9 *Decisio, in qua plures concurrebant coniecturæ, & circumstantiæ non applicatur ad casum, in quo eædem coniecturæ, & circumstantiæ non concurrunt.*

10 *Census pro fundo dotali assignatus, si fuit effectus inexigibilis absque culpa, & scientia mariti, hoc illi præiudicare non valet.*

Maritus si omisit petere fideiussorem promissum in censu sibi pro dote assignato, propter quod census remansit inexigibilis, an ad nihilum teneatur. num. 10.

11 *Maritus si in testamento declarauit dotem partim in pecunia, & partim in fundis dotalibus receptam, totam in pecunia consistere an dicatur voluisse recedere ab instrumento in præiudicium hæredum.*

Hæredem semper præsumitur testatorem minus grauare voluisse, quam fieri potest, num. 11.

Maritus non censetur grauasse hæredem in restitutione dotis suæ vxoris alio modo, quàm importaret instrumentum eiusdem dotis, numero 11.

12 *Hæredes plures omnes tenentur pro virili.*

13 *Ægidiana Constitutio ex defectu potestatis non valet comprehendere bona Ecclesiastica.*

14 *Dominium Ecclesiæ principalitèr ex quibus non remaneat probatum.*

Dominium Ecclesiæ incidentèr tantum ad effectum Ægidianæ leuioribus probationibus probatur, numero 14. vbi etiam ex quibus remaneat iustificatum.

Executio sententiæ an concedenda, vel differenda sit dicitur esse modici præiudicij, numero 14.

Probationes leuiores requiruntur in iis, quæ sunt modici præiudicii, num. 14.

15 *Sententia si ex defectu Ægidianæ exequi non potest, confirmari tamen debet, & quando.*

DECISIO CXC.

ESSE locum Ægidianæ coram me Rota decreuit sub die 27. Aprilis * 1667. sed hodie iterum examinata

nata

nata resolutione, placuit persistere in decisis, exceptis bonis Ecclesiastico dominio directè subiectis, nam respectu aliorum sententia, cuius vigore concessa fuit, immissio apparet valida, & iusta, & actum fuit iudicio possessorio inter laicos super bonis laicalibus, quo
1 † casu intrare Ægidianam pluries firmauit Rota, & signanter coram Coccin. *decis.* 150. *num.* 5. *& in recent. decis.* 169. *num.* 1. *part.* 9. *& in Eugubina fideicommissi* 25. *Iunii* 1663. *coram Eminentissimo Domino meo Cardin. Vicecomite.*

Validitas ex actorum reuolutione concluditur, iustitia verò resultat ex decisionibus in causa emanatis, in quibus latè ostenditur fideicommissum Aurelij fuisse purificatum etiam ad fauorem Franciscæ Antoniæ,
2 † quæ decedens ante litis euentum immissionem sibi debitam in Franciscum, & Isidorum filios, & hæredes transmisit, per text. *in l. hæres in omne, ff. de acquir. hæred.* Rota *decis.* 336. *num.* 3. *& seq part.* 9. *recent.* Noal. *de transmis. cas.* 40. *num.* 1. *&* 2. *& alii relati in d. §. reciprocum fideicommissum.*

Neque visa fuit obstare semper à Petro Paulo opposita, & semper reiecta exceptio retentionis bonorum pro dote materna, siquidem eædem decisiones comprobant non competere nisi pro scut. 219. cum pro residuo
3 datus fuerit in fundum dotalem census scut. 700. † qui cum adhuc existat identificè restituendus est Vxori illiusque hæredi, *l. fin. ff. de pact. dotal.* Roland. *cons.* 92. *num.* 6. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 489. *num.* 1. *&* 7. Rota *decis.* 120. *num* 17. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quod autem constitutio dotis incipiat à quantitate, denuò dictum fuit non officere, quia vnico contextu conuentum fuit, quod solueretur in bonis, vt factum fuit, assignando censum, illiusque alienationem vi-
4 ro, expressè interdicendo, † quæ si vnquam contigisset pactum fuit, quod iterum pecunia inuestiretur in alijs bonis quæ stare deberent pro fundo dotali, quod est
5 ad vnguem conforme naturæ fundi dotalis, † qui à lege alienari prohibetur, *l. prædium, C. de iur. dotium,* Rota coram Merlin. *decis.* 792. *num.* 7. *& decis.* 91. *num* 5. *& decis.* 259. *num.* 2. *&* 3. *part.* 8 *recent.*

Nec quidquam facit contrarietas desumpta ex illis verbis ibi: *pro cautela, & securitate, & fundo dotali;* quoniam semel tantùm dicta verba expressa fuerunt, & è contra iterum atque iterum repetitum fuit, quod staret pro fundo dotali, ibi: *debeantque semper stare pro fundo dotali,* & inferiùs, *remanentibus tamen semper di-*
6 *ctis fundis dotalibus:* † Ista enim clara verba toties geminata, & repetita enixam contrahentium mentem ostendunt voluisse in effectu constituere fundum dotalem, & intellexisse de ea cautela, & securitate, quæ resultat ex constitutione veri fundi dotalis, quod apertè conuincunt illa verba, *& fundo dotali,* quo casu illius constitutio iteratis vicibus repetita non immutatur, vt distinguit Natt. *cons.* 496. *num.* 13. Rota *dict. decis.* 91. *num.* 14. *& decis.* 259. *num.* 6. *part.* 8. *& decis.* 792. *num.* 11. *coram* Merlin.

Clariora autem sunt præfata, aduertendo conuentionem initam super assecuratione dotis super bonis mariti; in ea enim considerato casu restitutionis dicitur, quod fieri debeat; restitutio enim ex bonis, super quibus fuit assecurata, remanentibus tamen firmis dd. fundis dotalibus; vnde ne dicatur duplicem dotem mulieri esse restituendam alteram ex bonis mariti, & alteram
7 ex fundis dotalibus, † qui de iure statim dissoluto matrimonio ministerio legis retrotransferuntur in mulierem, Gabr. *cons.* 60. *num.* 4. *lib.* 2. fateri oportet prædictam conuentionem importare, quod pro rata dotis liberè soluta restitutio fieri debeat ex bonis mariti; pro rata verò consistente in fundis dotalibus in eisdem fundis esset
8 restituenda; † & ista restitutionis conuentio melius inducit, atque importat signum, melioremque demonstrationem veri fundi dotalis, quam omnia alia, quæ ponderari possunt, Ruin *cons.* 137. *in fine, vers. si verò, libr.* 1. Gabr. *dict. cons.* 60. *num.* 1. Barbos. *in l. si æstimatis num.* 31. *ff. sol. matr.* Pen. *decis.* 1350. *num* 3. Merlin. *decis.* 792. *num.* 9. *& in recent. decis.* 259. *num.* 10. *part.* 8.

Non obstat *decis.* 10. *Reuerendiss. D. mei Decani in Romana fructuum dotis* 4. *Februarij* 1667. in qua vai-
9 de insistebant Informantes pro Petro Paulo; † nam ibi plures, & vrgentiores concurrunt contrarietates, quæ cum desint in propria facti specie. Ideo non applicatur.

Minus releuat obiectum, quod census fuerit effectus inexigibilis ex eo, quod maritus fideiussorem à debitore promissum non postulauerit, † quia nec eius culpa, 10
nec specialis scientia huius pacti in eo probatur, vt respondit vltima *decisio coram me §. fin.* quæ etiam in §. *antecedenti* satisfacit alteri motiuo deducto ex declaratione emissa ab eodem viro in testamento, quod dos esset scutorum 1200. per quam non præsumitur voluisse recedere ab instrumento in præiudicium hæredis, † 11
quem semper minus quàm fieri potest grauare voluisse censetur, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg. secundo,* & in terminis Rota *decis.* 89. *num.* 16. *&* 17. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Alterum verò refugium retentionis pro scutis 500. pariter cessat, quia ex dote scut. 1139. demptis scut. 700. antecedentis census fundi dotalis remanent restituenda in contanti scut. 439 quorum medietas, quæ est scut. 219. 50. tangit ipsum Petrum Paulum vnum ex hæredibus Aurelij debitoris; Altera verò medietas, pro qua conceditur retentio, ponenda est ad debitum Isidori alterius cohæredis, † cum quisque hæredum pro virili teneatur, *l. pro hæreditarijs, & l. si adulta, Cod. de hæred. act.* Eminentiss. Otthobon. *decis.* 47. *num.* 2. *& in Romana fideicomm. de Alterijs* 29. *Nouembr. prox. præter. §. Item rata coram me.* 12

Denique quantum attinet ad bona emphyteutica, qualis est domus, & vinea Constitutio Ægidiana tamquam laicalis non valet ex defectu Potestatis † comprehendere bona Ecclesiastica, cùm ex datis in Summario Petri Pauli *num.* 1. resultet vtraque esse sub proprietate Ecclesiæ B. Mariæ ad Montes, & tamquam tales in eius libris esse descriptas, iuncta diuturna Canonum solutione, ac inscriptione marmorea in facie eiusdem domus existente, quam semper vidisse, & cunctis patere affirmant testes dati in eodem Summario, quæ omnia simul vnita, quamuis ad probandum principaliter dominium ad effectum rei vindicationis non esset sufficientia, † sufficiunt tamen in præsenti vbi illud deducitur incidenter, ad dignoscendum, an differenda sit executio sententiæ ad formam Ægidianæ, quod cum sit modici præiudicij, leuiores probationes desiderat, vt in specie aduertit Rota *decis.* 466. *num.* 10. *&* 18. *part.* 9. & dictum fuit *in Nullius, seu Celsenen. Iurisdictionis* 2. *Aprilis* 1666. *§. & euidentius coram R. P. D. meo Carpineo;* Vnde cum ex prædictis quoad illas non sit locus Ægidianæ, † erit tamen locus confirmationi sententiæ Rotalis, vndique validæ, & iustæ, pro qua Domini inclinarunt. 13 14 15

Vtraque parte informante &c.

REVERENDISSIMO D. BEVILACQVA,

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Vineæ.

Lunæ 27. *Februarij* 1668.

ARGVMENTVM.

Tria copulatiuè probare tenetur excipiens de melioramentis; antiquum nempè statum rei, quantum impensum, & quid melioratum; Primum itaque non verificatur ex concordi assertione Executoris, ac Cursoris, qui bona executarunt, & deliberarunt, quia ad ipsos hoc facere non spectabat; Alia verò duo non probantur à testibus in hoc plures exceptiones patientibus; itaut remedio cautionis melioranti consultum esse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta semper reficiuntur in eo quod minus est inter melioratum, & impensum.*

Melio-

Melioratum, & impensum debet vtrumque concludenter probari, num. 1.

Melioramenta qui reficere tenetur scire debet quid restituere sit obligatus, num. 1.

2 *Status antiquus rei melioratæ est de necessitate probandus.*

Melioramenta firmari non possunt sine probatione status antiqui rei, vt prætenditur melioratæ.

3 *Statum malum rei executatæ, & deliberatæ non probant neque executor, neque Cursor, qui executionem, & deliberationem fecerunt, & num. 4.*

Executori, & Cursori non spectant describere statum rei executatæ, & deliberatæ, ideoque in hoc illis non creditur, num. 3. & 4.

4 *Executori, & Cursori fides adhibetur in concernentibus proprium ministerium, secus autem, si illud egrediendo testantur de re ad eorum officium non pertinente, & supr. num. 3.*

5 *Status rei magis probatur ex instrumentis, quam ex verbali assertione illius, qui eamdem rem descripsit, si ad illum talis descriptio non pertinebat, & supra num. 3. & 4.*

6 *Pretia rerum crescunt, & decrescunt iuxtà qualitates, & conditiones earumdem rerum.*

7 *Venditio non dicitur simulata si ineffectuata remansit ex eo quod creditores venditoris noluerunt recipere pretium vinculatum.*

Emptor potest cogi ad solutionem pretij, quoties venditor, vel eius creditores illud quamuis vinculatum recipere non recusant, num. 7.

8 *Simulatio de iure non præsumitur.*

9 *Simulatio excluditur ex iusto pretio, pro quo venditio emanauit.*

10 *Venditio emanata ex vera causa solutionis æris alieni numquam præsumitur simulata.*

11 *Deliberatio emanata non ab ipso Domino, sed ab Officiali publico, qui rem subhastauit, non probat verum valorem eiusdem rei.*

12 *Deliberatio eo minus probat verum valorem rei, si res antea, & postea maiori pretio vendita sit, & supr. num. 11.*

13 *Testium depositiones magis attenduntur super interrogatorijs, quàm super articulis.*

14 *Testes deponens habere notitiam vineæ, quia illam mensurauit, impossibile est, quod illi innotuerit status de tempore præterito ante mensurationem.*

15 *Vinea meliorata, si postea reddita sit infructifera, & in eo statu ad nouum possessorem deuenit; non potest deinde dictus possessor ad refectionem melioramentorum condemnari.*

16 *Vinea cum paucis vitibus existimari potest sodina.*

in Vinea, in qua paucæ existunt vites, plus impenditur, quàm ex ea retrabatur, num. 16.

17 *Testes discrepantes in quantitate expensarum non probant ad effectum melioramentorum.*

18 *Testes dubitatiuè deponentes non probant melioramenta.*

in Melioramentorum probatione, probatio debet esse certa, non autem dubitatiua num. 18.

19 *Vinearum fructus in agro Romano adeò sunt incerti, & exigui, vt multoties nec expensas adæquent, & num. seq.*

Vinea qui habet, vineas habere dicitur, veluti adagio fertur, Chi hà vigne, hà tigne, *num. 19.*

20 *Experientia docet, vineas in agro Romano incertos admodum, ac exiguos fructus reddere, & supra num. 19.*

21 *Testes adminiculati multum debilitant probationem deductam ab alijs testibus contrarijs.*

22 *Murorum constructio facta in vinea non computatur inter melioramenta vtilia, eo magis, si eadem vinea esset sæpe circundata.*

23 *Muri constructi in vinea cuius domus fuit demolita ex illius cæmentis ædificati præsumuntur, ideoque non reficiendi.*

24 *Muri diuisorij, seu quibus fuit circumdata vinea, dicuntur potiùs voluptuarij, quàm necessarij, atque ita non cadunt sub refectione melioramentorum, & num. 22. & 23.*

25 *Melioramenta, sine quibus vinea nec erat peritura, nec maiores fructus reddebat reficienda non sunt.*

26 *Melioramentorum refectioni plerumque à Rota consulitur per cautionem, & ita in ea practicatur.*

27 *Retentio non datur illi, qui proprium debitum soluit.*

Emptori soluenti debitum in emptione accollatum retentio pro illo non competit, num. 27.

28 *Retentionis beneficium excluditur pro creditis turbidis, & illiquidis.*

Creditum vndique clarum, & liquidum requiritur ad effectum retentionis, num. 28.

DECISIO CXCI.

CONTRA Marcum Antonium Venturam deliberatarium Vineæ, de qua agitur excipiebant iterum hæredes Antonij Vrsini de melioramentis, pro quibus retentionem assequi contendebant, sed Domini permanendum in decisis ex defectu sufficientis probationis, & liquidationis satis ostensio in decisionibus hodie ad trutinam reuocatis illam non competere denuo censuerunt.

Etenim cum in melioramentis semper reficiendum sit id, quod minus est inter melioratum, † & impensum 1
propterea debet vtrumque concludenter probari ad hoc, vt ille, qui ad refectionem tenetur sciat quid restituere sit obligatus, *per text. in d. l. domus, ff. de legat.* 1. Rota *decis.* 319. *num.* 16. *part* 9. *& decis.* 317. *num.* 25. *part.* 11. *recent. & in Romana Domus* 18. *Nouembris proximi præteriti coram me.*

Quorum neutrum in proposito fuit adhuc sufficienter iustificatum siquidem status antiquus Vineæ necessario probandus, † sine quo melioramenta firmari non pos- 2
sunt, secundum Alex. *in l. pretia rerum num.* 6. *ff. ad l. Falcid.* Rota *decis.* 206. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* Buratt. *decis.* 834. *num.* 11. *& decis.* 91. *num.* 7. *apud* Merlin. *de pign.* colligi non valet ex instrumentis productis, & signantèr executionis, & deliberationis Vineæ passæ à Ioanne Thoma Saccho possessore: licèt enim Executor in primo enunciet malum statum Vineæ, & in secundo idem affirmet † Cursor, tamen cum ad illos non spectaret statum 3
Vineæ describere, sed ad vnum exequi, & ad alterum deliberare, inde illorum assertio attendi non debet, cum solùm fidem mereantur in concernentibus proprium ministerium, † secus quando illud egrediendo testantur 4
de re ad suum officium non pertinente, qualis est in præsenti status rei executæ, respectiuè deliberatæ, Roland. *cons.* 33. *num.* 13. *lib.* 1. Mangil. *de subhast. quæst.* 187. *num.* 2. Posth. *eodem tract. inspect.* 67. *num.* 14. Gregor *decis.* 485. *num.* 10. *Vrbeuetana restitutionis dotis* 14. *Decembris* 1643. *coram bon. mem. Peuting. impress. in addit. ad eumdem* Posth. *decis.* 167 *num.* 5. *&* 6.

Præsertim cum vrgeant contra dictam assertionem plura instrumenta venditionum à quondam Antonio Vrsino auctore Aduersariorum producta factarum nedum à Bussello deliberatario paulò post deliberationem eidem Antonio cum accollatione plurium onerum, verum etiam ab ipso Ioanne Thoma per bimestre ante illam pretio scutorum 1450. & sic ad rationem scutorum 60. & vltra pro petia, vt patet ex calculo, † quæ om- 5
nia conuincunt statum Vineæ realitèr fuisse diuersum ab illo verbalitèr enunciato tam in instrumentis prædictis, quàm in alijs executionis, & deliberationis, vt firmat præterita *decisio* §. *nec huiusmodi*; aliàs tanti vendita non fuisset, cùm pretium crescat, † & de- 6
crescat iuxtà qualitatem, & conditionem rei, *l. quod sæpè*, §. *vlt. vbi gloss. & DD. ff. de contrabend. empt.* Mascard.

Mascard. *de probat. concl* 1396. *num.* 12. Rota *decis.* 554. *nu.* 2. *part.* 4. *diuers.*

Nec redargui potest instrumentum venditionis prædictæ de simulatione eo quia effectuatum non fuerit: id enim euenit ab ipsis creditoribus Sacchi, qui pretium in eorum satisfactione erogandum recipere vinculatum noluerunt; † nam illis volentibus potuissent emptores ad solutionem in vim obligationis Cameralis executiuè compelli, & cessat omnis vmbra simulationis, cùm nulla adesset causa simulandi, quæ sicuti de iure non
8 præsumitur, † ita exclusa prorsus remanebat, & ex
9 iusto pretio, † quo concurrente non datur simulatio contractus, Cardin. Seraphin. *decis.* 1171. *num.* 3. & à vera, ac præexistente causa solutionis æris alieni, pro-
10 pter quod † ad venditionem deueniebatur, vt allegando *decisionem in Fauentina bonorum* 2. *Aprilis* 1571. *coram Cardin. Lancellotto* respondit Rota *decis.* 109. *num.* 13. & 14. *coram Andrea.*

7 (beside "luerunt")

Nec iustum valorem Vineæ in dictis instrumentis contentum excludit intermedia deliberatio secuta ad fauorem dicti Busselli de mense Augusti anni 1645. quandoquidem (omisso quod antecedens oblatio ab eo facta cantat super Vinea, & fructibus pendentibus, ac etiam quod adhuc deliberata apparet pretio considerabili per accollationem Canonum, quibus obnoxia reperitur, ac duorum censuum alterius in sorte scutorum 150. & alterum sortis scutorum 500. cum illorum fructibus decursis, & non solutis, ac solutionem scutor. 100. fructuum, & expensarum, Summario Venturæ *num.* 6. quæ omnia insimul ponderata indicant Vineam non fuisse desertam, vt prætendunt Vrsini; siquidem in eorum articulis in priori instantia productis nullam facientibus mentionem de Canone magis detrahente de rei valore, de quibus in Summario Venturæ *num.* 5. habetur, quod huiusmodi Vinea erat sic malæ qualitatis, vt vix ascendisset ad scuta viginti pro petia, adeo vt integrum pretium fuisset scutorum 440. circiter, quibus non correspondet instrumentum promissæ deliberationis pro pretio longè maiori.

Cessat omnis amaritudo, quia deliberatio verum rei
11 valorem non probat; † præsertim vbi, prout hoc casu, contingit non ab ipso Domino, sed ab officiali fuit res subhastata, vt relata *decis. in Bonon. Prædii* 11. *Maii* 1640. §. *non obstat coram Reuerendiss. D. Ghislerio* respondit in terminis Rota *in Nepesina Pecuniaria* 14. *Iunii* 1645. §. *Altera principalis obiectio coram bon. memor. Verospio,*
12 quod exitus comprobauit, † quia non solùm paulo antea, scilicet de mense Maij eiusdem anni 1645. per Sacchum, sed paulò post, nempe de dicto mense Augusti dicti anni 1645. & iterum de anno 1648. per eumdem Bussellum sine vlla melioratione fuit vendita pretio maiori, vt supra ostensum est.

Minusque suffragatur pro melioramentorum iustificatione testium examen; nam respectu præcedentis status
13 quidquid dicant super articulis † in interrogatorijs, in quibus eorum dicta magis attenduntur, vt sensit Rota *in Bononien. Pecuniaria* 16. *Iunij* 1653. §. *nec obstat coram Reuerendissimo D. meo Decano* nihil concludunt; quinimò primus ignorat, dum iuxtà quintum respondit: *In tempo che detto Gio: Tomaso suppongo possedesse detta Vigna io non viddi mai la Vigna sudetta, e conseguentemente non posso deporre de suo stato.* Tertius Testis non est de Vinea informatus, nec deponit vti peritus in arte; vnde cum Vinea de præsenti tantùm viderit occasione illam mensurandi, vt fatetur: *Io sono informato della Vigna, perche sono stato à misurar detta Vigna*; propterea
14 impossibile est, quod ipsi tamquam Testi innotuerit status de tempore præterito, Rota *decis.* 380. *num.* 12. *part.* 5. *recent.*

Quantum verò attinet ad impensum, & melioratum similitèr deponunt genericè, non specificantes, nec impensi quantitatem, nec in quantùm Vinea effecta esset pretiosior de tempore deliberationis; & quamuis primus iuxtà nonum deponat de excassatione quatuor petiarum, adhuc non concludit fuisse factas in Vinea executata, cùm verificari possit in quatuor illis petijs ab hæredibus modo possessis antea Vrsino vti hæredi Enrici Vicourt per Bussellum deliberatarium restitutis, vt in hodierno Summario illorum de Vrsinis *num.* 3.

Et quoad Arboretum factum à Villamenis, placuit responsio vltimæ *decis. in* §. *Nec dicatur*, cum qua DD. transierunt, nempè quod tractu temporis effectum fuit infructiferum, † vt in Summario illorum de Vrsinis 15
num. 6. in quo statu deuenit ad manus Venturæ, vt ex descriptione facta per causæ. Notarium, & relatione Peritorum à pluribus subscripta, proinde non potest condemnari ad illius refectionem, ex *alleg. in decis.* quamuis fuerit repertus aliquis numerus vitum, & arborum, quia Vinea cum paucis vitibus existimari potest sodiua, † ex quo plus in ea impenditur, quàm 16
retrahatur, vt est notorium, & deponunt Testes contrarij, & articuli ab Vrsino producti, vt in dicto Summario *num.* 5. Eo magis, quia inspectis quoque instrumentis ab Vrsino exhibitis etiam de tempore Sacchi Vinea erat saltem in parte arborata, & vineata, dicto Summario Venturæ *num* 3.

Sed quod peius est, discrepant † in ipsa quantitate 17
expensarum, vt innuit vltima *decis.* §. *sed etiam*; cùm vnus, nempè dictus tertius, ille scilicet, qui Vineam vidit solùm de recenti occasione mensurationis super articulis deponat de scutis 60. fortasse oblitus; quod antea iuxtà septimum interrogatorium responderat: *Et io sono informato delle spese, che si fanno nel scassar le Vigne di Roma, & ordinariamente si può spendere da* 20. 25. 30. *in* 40. *scudi la pezza &c. essendoci il tufo, e non essendoci il tufo ordinariamente si suol spendere* 20. *in* 25. *scudi la pezza à cottimo, e chi scassa più sotto, e chi più sopra, e non sò in altre maniere, e non sò in qual modo sia stata scassata la Vigna, della quale si tratta, nè con qual spesa*, dicto Summar. *Venturæ num.* 10. Alter verò, nempè secundus iuxtà decimumtertium interrogatorium affirmat de centum, & quidem dubitatiuè ibi: *E lo scassato era di buona qualità che porta di spesa scudi cento la pezza fino alla sua perfettione, mà io non sò effettiuamente quanto si spendesse à scassarlo.* Vnde cum dubitatiuè deponant non autem certe, † vt requiritur melioramenta pro- 18
bata dici non possunt, vt de simillbus testibus, tradit Cartar. *decis. Genuæ* 72. *num.* 16. & *sequent.* Duran. *decis.* 338. *num.* 17 & 18. Royas *decis.* 116. *num.* 6. Vbald. *decis.* 254. *num.* 5.

Vrget vlterius contra dictum tertij Testis magna inuerisimilitudo dum asserit Vineam in totum petiarum 22. deductis expensis posse reddere annua scuta 300. seu 400. & annuos cados 600. aut 7. o. Vini, cui dicto non solum resistit ipsa præsumptio militans contra Vineas quarum fructus in agro Romano esse solent adeò incerti, & exigui, vt multoties, nec expensas æquent, † 19
vnde transiuent in adagium *chi hà Vigna hà tigna*, de quo meminit, Rota *in Romana domorum* 15. *Decembris* 1545. §. *quibus positis coram bon. mem. Bichio Add. ad decis.* 81. *num.* 109. *part.* 8. *recent.* verum etiam ipsa experientia † rerum magistra docet de qua testatur, Rota *in* 20
Romana Vsusfructus 31. *Martii* 1659. §. *certum vers. cum ex Vineis coram Reuerendissimo Domino meo Decano impress. post* Cuttellum *de donat. iuxta vltimam impress fol.* 323. *cum aliis ad propositum relatis per* Modernum Romanum *in suo tract. de validit. legal. cap.* 2. *num.* 51. *ad* 64. Qua ratione Ventura deliberatarius à tempore deliberationis nempe ab anno 1658. vsque in presens vix in duobus, aut tribus annis excessit in modico cados centum, vt in eius *Summar. num* 9.

Vigent propterea contra omnes supradictos Testes, attestationes aliorum testium de quibus in Summario Venturæ *num.* 11. *litera E.* deponentes Vineam fuisse optimæ conditionis de tempore quo possidebatur à Saccho, & tanquam adminiculatæ ex venditionibus factis pretio correspondenti Vineæ bonæ qualitatis superius discussis, & à cæteris ponderatis, per informantes pro dicto Ventura † debilitant probationem deductam ex 21
Testibus contrarijs Coccin. *decis.* 121. *num.* 2.

Cæterum constructio murorum non potest inter melioramenta vtilia, seu necessaria numerari † præcipuè 22
cum Vinea esset sæpe munita, ob id muro non indigebat, eo magis quia fuit verisimiliter constructus ex cimentis Domus de tempore Sacchi in Vinea existentis per qu. Antonium Vrsinum postea demolitæ, † vt 23
deponit tertius Testis datus in dicto Summario Venturæ *num.* 11. *litera E.* & comprobat secundus Testis ab Vrsino examinatus iuxta quintum interrogatorium in fine ibi, *la prima Casa fù diruta dal Signor Antonio, quando scassò di nuouo la Vigna, e fece le muraglie*, alter

verò

verò paries diuidens Vineam ab Arboreto similiter necessarius non erat, ideo ambo dici possunt potius volu-
24 ptuarij, † vnde non cadunt sub refectione cum fine illis
25 Vinea, nec esset peritura, nec † cum illis fructus au-
cti fuerint, *l. impensæ, & l. voluptuariæ, vbi gloss. ff. de impens. in reb. dot. fact.* & fere in indiuiduo, Rota *decis. 254. à num. 8. coram* Vbaldo *repetita in recent. decis. 650. part. 2.*

Et in omnem casum si prætendunt Vrsini meliorasse
26 Vineam satis eis consultum fuit, † per cautionem præstandam de reficien. melioramenta, si & quatenus fuerint liquidata, vt passim in Rota practicatur, vt dictum fuit in *decis. 7. num. 11. & 12. part. 9. in recentior. & in Auenionen. fideicommissi 26. Iunii 1665. coram R. P. D. meo Emerix, & in Romana domus 14. Nouembris proximi præteriti coram me.*

Exclusis igitur melioramentis cessat alterum retentionis refugium pro creditis allegatis, quæ visa fuerunt non subsistere; cum pro Canonibus, & fructibus Cen-
27 sus ab Vrsino solutis nulla competat retentio, † quia proprium debitum soluit dum illos in emptione Vineæ in se accollauit ad tradita, per Rota *decis. 294. numer. 15. part. 1. recent. & coram* Buratt. *decis. 420. num 7. & decis. 68. num. 5. coram Papa Gregorio.*

Id ipsum iudicatum fuit de fructibus Societatis officij qui cum patiantur plures exceptiones, ideò pro illis tanquam turbidis, & illiquidis excluditur beneficium
28 retentionis † concedi solitum, quando obiecta credita apparent vndique clara, & liquida, & nullam patiuntur controuersiam, DD. *in l. vnic. C. de compensat.* Rota *decis. 433. num. 2. part. 2. recent. & in Amerina successionis 22. Iunii 1657. coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Fulginaten. Fideicommissi, seu attentatorum.

Lunæ 27. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Exceptio diuersitatis rei actionis, & personarum, quæ communiter ad euitanda attentata proponitur, latè in præsenti Decisione repellitur; vbi primo loco demonstratur in vtroque iudicio bona, & personas esse easdem: Actionem verò quamuis diuersam non sufficere stante connexitate causarum vtriusque iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium nouum super ijsdem bonis pendente lite in Rota non potest coram alio iudice introduci, sententiaque proferri.*

Attentatum est iudicium nouiter introductum, ac etiam sententia in eo pronunciata post introductam litis pendentiam in Rota, num. 1.

2 *Attentata non committuntur in causa diuersa per diuersitatem rei, actionis, & personarum.*

Amplia, quia sufficit etiam vnam tantum diuersitatem ex istis concurrere ad excusationem attentatorum, ibidem.

3 *Hæredes repræsentant personam defuncti.*

4 *Instantia cæpta cum defuncto transit in hæredes.*

5 *Possessio capta ab hærede pendente lite in Rota cùm defuncto est attentata.*

6 *Identitas rei, quæ diuersis respectibus potest diuersas denominationes recipere ex quibus resultare deducatur in materia attentatorum.*

7 *Diuersitas bonorum excluditur, si vno eodemque modo bona, quæ prætenduntur diuersa, repeririantur descripta.*

8 *Identitas satis remanet probata ex duobus confinibus, & vide num. seqq.*

9 *Demonstrationes etiam tres solæ concordantes probant identitatem, quamuis cæteræ non conueniant.*

10 *Confine vnum cùm alia demonstratione in communi sufficit ad probandam identitatem.*

11 *Actionis diuersitas non excludit attentata propter necessariam connexionem causæ, & num. 13.*

12 *Attentata dicuntur commissa ob connexionem causæ, & supr. num. 12. & num. 13.*

13 *Connexio causarum causat attentata etiam, quod actio fuerit diuersa, & supra, num. 11. & 12.*

14 *Attentata committuntur quoties sententia lata in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in alio.*

15 *Causa vna vbi dependet ab alia, tunc & eo casu attentata ineuitabilia sunt.*

16 *Attentatis reuocatis per viam manutentionis conceditur.*

Manutentio datur possessori, qui non habuit se pro spoliato, num. 16.

DECISIO CXCII.

HÆC causa, quæ agitabatur inter Hieronymum Rodulphum Roncallium, & Iacobillios in gradu appellationis à sententia R. P. D. mei Beuilacquæ mihi commissa est, & inhibitio emanauit in Citatione ad dicendum contra Commissionem instante d. Hieronymo Rodulpho, quo interim mortuo, Paulus Emilius eius filius, & hæres, litem prosequendo, transportauit acta, & quasdam scripturas produxit.

Deinde mater d. Pauli Emilij vti tutrix, & hæres vsufructuaria d. Hieronymi Radulphi in spretum litis pendentiæ in Rota aliud iudicium intentauit Assisij, à cuius loci Gubernatore sententiam immissionis reportauit in tria Prædia in plures agros, diuisa possessa à Iacobilis, & de quibus agebatur in Rota; Vnde opposuerunt Iacobili d. immissionem esse vitio attentatorum infectam, suamque possessionem indebitè turbatam, & obtinuerunt disputari dubium an constet de attentatis itaut illis sit danda manutentio, & in omnibus ad ipsorum fauorem resolui.

Ea potissima ratione, quod pendente lite in Rota, † 1
nouum iudicium super ijsdem rebus introduci non poterat coram alio Iudice, nec ab eo sententiam proferri citra vitium attentatorum, per Text. *in cap. 1. cap. sententiam 16. cap. Constitutis 46. cap. dilecti 55. cum pluribus in tit. de appellat. & apud* Lancell. *de attent. lit. pend. in pref. num 296. part. 2. cap. 4. limit. 2. num. 58.* Rota coram Gregor. *decis. 465. num 4. vers. quia lat a pendente lite & decis. 20. num. 2. part. 10. recent.*

Non obstat quod inter causam actam Assisij & illam quæ pendet in Rota adesse prætendatur diuersitatem personarum, rei, & actionis ex eo, quod in hac personæ erant Iacobili, & Hieronymus Rodulphus, res erant bona fideicommissaria Rodulphi Roncalli Senioris, & Actio ex *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* In illa verò de partibus personæ dd. Iacobili, & d. mater Pauli Emilij, bona hæreditaria Honestæ Benaliæ, & actio ex interdicto quorum bonorum; † qua 2
rum diuersitatum etiam vnam sufficere ad excusandum attentata dixerunt, Lancell. *de attent. app pen. cap. 12. limit. 2. num. 20.* Menoch. *de arbitr. cap. 95. & consil. 123. num. 20. & pluribus seqq.* Gratian. *discept. Forens. cap. 914. numero 32.* Add. ad Buratt. *decision. 644. num. 10.*

Quia nulla ex dd. diuersitatibus obstare visa fuit Dominis. Prima enim circa personas est imaginaria; Siquidem Paulus Emilius eiusque mater vti hæredes d. Hieronymi Rodulphi, egerunt tam in Rota, quam coram Gubernatore Assisij, † ex quo fit vt ad eos veluti 3
defunctum repræsentantes ex not. *in l. hæres absens ff. de Iud. & in cap. quia hic eodem titulo*; transiuerit † 4
instantia, vt latè probat. Asin. *in prax. § 2. cap 12. num. 4.* & possessio capta à matre Pauli Emilij, vti hærede vsufructuaria, † & tutrice eius filij fuerit atten- 5
tata, vt in his terminis, dixit Rota *decis. 159. num. 1. part. 2. recent. & coram* Buratto *decis. 431. num. 4.*

Secunda quoque diuersitas quæ super re fundabatur

nullius

nullius pariter momenti est existimata: Bona enim controuersa licet acquisita ab Honesta Benalia sunt illa eademmet, quæ possidentur à Iacobilis vigore permutationis factæ cum dicto Hieronymo Rodulpho, & super quibus illis concessa est retentio pro reintegratione fideicommissi Ioannis Martini Roncalli à Rodulpho Roncallo Seniore dissipatis, vt in deciss. &
6 sententia R. P. D. Beuilacquæ; † Vnde sub diuersis respectibus possunt, quidem varias Denominationes recipere, & considerari; sed quia dictus Hieronym. Rodulphus ea prætendebat hypothecata, & subrogata in locum quorumdam bonorum Rodulphi Senioris, & per d. Honestam distractorum Summario Iacobillorum *num*. 4 & Rodulphi Senioris hæreditas erat obligata ad resarciendum fideicommissum d. Ioannis Martini veluti Iacobili prætendebant, qui in d. sententia R. P. D mei Beuilacquæ obtinuerunt retentionem, etiam super bonis subrogatis, & signanter super habitis ex d permutatione hinc euenit quod in substantia, & in rei veritate nullo modo sunt diuersi.

Et ad sustinendam prædictam diuersitatem minimè suffragari, potest identitatis negatio, quoniam in facto constat cuncta bona petita coram Gubernatore As-
7 sisij eodem modo describi, † ac illa, quæ controuertuntur in Rota idque patet euidenter ex inspectione libelli porrecti Prætori Fulginei, sententia Gubernatoris eiusdem Ciuitatis ac Instrumentorum productorum coram A.C. met, à quibus omnibus gradatim causa, per appellationem ad me deuoluta est ex lectura mandati R. P. D. Rattæ, ad cuius formam lata est sententia Rotalis dum in ea conceditur retentio bonorum in permutatione habitorum de quibus mentio fit in dicto mandato R. P. D. Rattæ ac etiam inspecto mandato de immittendo Gubernatore Assisij: Ex comparatione enim per Dominos facta d. mandati Gubernatoris Assisij cum prædictis libello, sententia Instrumentis ac mandato R. P D. Rattæ, dd. bona adæquate conueniunt in pluribus confinibus, & demonstrationibus, ac identitas dd. prædiorum plusquam probata remanet;
8 † cum alias ex duobus confinibus plene probata dicatur; iuxta doctrinam Bart *in d. l. demonstratio falsa num*. 20. *vers. & idem*, *ff. de condit. & demonstr.* Crauett. *cons*. 57. *num*. 7. Menoch. *cons*. 21. *sub num*. 33. Rota *in recent. decis*. 131. *num*. 5. *cum seqq. part*. 1. *decis*. 117. *&* 118. *vtrobique num* 13. *part*. 5. *& decis*. 101. *num*. 8. *part*. 8. *sub*
9 *num*. 8. Rota firmauit identitatem, † ex tribus demonstrationibus solummodo concordantibus, licet reliqua deficerent, vel non conuenirent, per eandem doctrinam, Bart. *in d. l. demonstratio falsa*, *num*. 14. Decian. *cons*. 17. *num*. 8. *& seqq. lib*. 3. Surd. *cons*. 44. *num*. 15. *vsque ad* 20. Marescott. *var. resol. lib*. 1. *cap*. 12. *num*. 21. *& decis*. 575. *num*. 4. *coram* Gregor. In qua materia pro-
10 bationis identitatis, † vnum confine sufficere cum demonstratione in communi admisit Rota coram Merl. *decis*. 134. *num*. 2. *&* 3.

Minusque diuersitas actionis operari, potest in præ-
11 senti casu ad euitanda attentata; † quidquid in alijs dicendum foret propter connexionem, quæ dignoscitur inter causam pendentem in Rota, & illam motam in partibus ob necessarium consequens; quod si dd. prædia acquisita ab Honesta Benalia debent retineri à Iacobilis pro reintegratione fideicommissi Ioannis Martini, vt sanè pronunciatum est coram R.P.D. meo Beuilacqua; temerè ac iniustè prætenduntur hæreditaria d. Honestæ, sicque ratione connexionis intercedentis ex illa consequentia, per tradit à Menoch. *de arbitr. cap*. 95. *num*. 6.
12 *& seqq.* Attentata fuerunt † commissa in partibus ex alleg. apud Lanceil. *de attent. liter. pend. part*. 2. *cap*. 4. *limit*. 2. *num*. 97. Add. ad Buratt. *d decis*. 644 *num* 11. pro-
13 ut ob similem connexionem constare de attentatis, † non obstante actionis diuersitate, dixit Rota *in Catacen hæreditatis Febr.* 1651. §. *non obstat coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Tantoque magis, quod versamur in casu quo sententia lata in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ
14 quoad aliud; † Nam si post rem iudicatam, retentio pertinebat ad Iacobilios pro reintegratione fideicommissi d. Ioannis Martini repellentur Hæredes Honestæ à quacumque prætensione super dd. prædijs, quia non erunt amplius hæreditaria illius, sed concessa pro bonis fideicommissarijs, cuiusdam Ioannis Martini, vigore d. rei iudicatæ; † Vnde dum vna causa dependet ab alia 15
ineuitabilia sunt attentata, vt ex multis probat Lancell. *de attent. lit. pend. part*. 2. *cap*. 4. *d. lim*. 2. *num*. 98. *& not.* Add. ad Buratt. *d. decis*. 644. *num*. 11. *vers. verum*, *vt hoc procedat ex decis*. 304. *num*. 2. *coram Coccino.*

Ex ijs igitur Domini Concluserunt, quod probatis attentatis, præuia illorum reuocatione mandatum de manutenendo concedendum est Iacobillis † qui pro 16
spoliatis non se habuerunt, vt in simili casu attentatorum respondit, Rota *decis*. 380. *num*. 3. *&* 4. *coram* Coccin. *decision*. 1176. *num*. 6. *coram* Seraphin. *decision* 133. *num*. 23. *part*. 8. *& decis*. 208. *numer*. 12. *&* 13. *part*. 10. *recent.*

Et ita vtraque parte informante decisum est constare de attentatis, & dandum esse mandatum de manutenendo Iacobillis.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Residui dotis.

Lunæ 27. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis obligatio minoris facta pro dotanda sorore non subiaceat *statuto Vrbis libr*. 1. *cap*. 151. hoc tamen intelligitur respectu illius dotis, ad quam idem minor cogi poterat; secus autem in dote constituta sorori, quæ iam suam congruam, & competentem dotem habebat; pro qua sicuti, minor obligari non valet, ita nec substinetur transactio ab eo facta etiam effecto maiore.

SVMMARIVM.

1 *Dotem congruam si mulier habeat etiam aliunde, numquam possunt grauari bona fideicommissi.*

Dispositio Auth. res quæ C. communia de legatis *tantummodo in subsidium procedit, num* 1.

2 *Dotis congruitas desumitur ex illius assignatione facta alijs fœminis eiusdem familiæ.*

3 *Solitum, & consuetudo dotandi attendenda sunt in constitutione dotium.*

4 *Constitutio Dotis in maiori summa, quam importaret congruitas illius facta à minore dicitur voluntaria, & sine causa, & ideò non substinetur.*

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. *in contractibus minorum requirit causam sine qua contractus non substinetur*, *num* 4.

Minor vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. *non potest constituere dotem sorori habenti suam dotem*, *quia talis constitutio dicitur sine causa*, *num*. 4.

5 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. *quamuis regulariter non comprehendat causam dotis; hoc tamen intelligitur in dote quæ ex necessitate constituitur*, *non autem in ea quæ voluntariè assignatur.*

6 *Transactio læsiua*, *& facta super re omnino clara substineri non potest.*

7 *Frater non tenetur dotare sororem diuitem, vel congruè dotatam.*

8 *Mandati iustitia*, *super quo petitur executio*, *iustificari debet ex ijsdem actis*, *non autem ex nouis.*

Clausula, si quid exequendum, *non recipit iustificationem ex iuribus postea productis*, *numero* 8.

9 *Minor si effectus maior sciens nullitatem suæ obligationis*, *illam voluit ratificare*, *& approbare donare voluisse videtur.*

Læsio in donatione non consideratur, *num*. 9.

10 *Contractus in quo partes mutuo hinc indè recipiunt*, *& re-*

& remittunt, quamuis dici possit donatio; in eo tamen consideratur læsio.

Remedium legis 2 C. de rescind. vendit. *habet locum etiam in ea donatione, in qua contrahentes mutuo quidquam recipiunt, vel condonant, num.* 10.

Donatio in qua quis aliquid recipit, & remittit, non continet meram liberalitatem, num. 10.

11 *Transactio facta de bonis fideicommissi post motam litem, quæ de facili poterat superari, præsumitur facta ad euertendum fideicommissum, ideoque non sustinetur.*

Transactio fieri non potest super iure certo, & claro; minus autem sustineri, num. 11.

DECISIO CXCIII.

MANDATVM relaxatum à R.P.D.A.C. Bulgarino ad instantiam D. Mariæ pro residuo dotis contra bona hæreditaria Marchionis Gregorij Serlupij dixerunt DD. non esse exequendum. Quia quatenus executio petatur contra bona fideicommissaria Ioannis Philippi Senioris, ac Hieronymi possessa, per Dominos de Serlupijs visum fuit ad istum effectum non suffragari Instrumentum dotale, attenta congruitate dotis ipsius D. Mariæ in summa scut. 25. millium, prouenientium ex Legato scutor. 10. mil. Hieronymi Patrui, alio Legato Auiæ similis summæ, nec non ex Matris assi-
1 gnatione pro reliquis scutis 5000. † Vbi enim Mulier habet congruam dotem aliundè, nullo modo possunt grauari bona fideicommissi quæ dumtaxat, tenentur in subsidium vigore, *Auth res quæ C. comm. de legat.* Soccin. Sen. *consil.* 75. *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 852. *num.* 1. *& in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 8. Rota *decis.* 737. *per tot.* Gregor. *decis.* 266. *num.* 10. *& dictum fuit in Romana Saluiani de Casalibus* 21. *Iunij* 1641. §. *Immo nulla in fin. coram me*

Dotem autem scut. 25. mil. esse congruam desumebatur præ cæteris ex eo, quod minor quantitas assignari consueuit alijs fœminis familiæ ipsius D. Mariæ, eiusque
2 Viri. † Nam Benuenutæ Bisciæ illius matri fuerunt data in dotem scut. 18. mil. Summario DD. de Serlupijs *num.* 4. Claudiæ de Torres matri Marchionis Gasparis eius Viri scut. 14. mil. eodem Summario *num* 5 & in eadem summa sorori dicti Marchionis, & demùm Ioannes Philippus Pater, Mariæ in suo testamento dotem filiarum taxauit ad summam scut. 10. mil. dicto
3 Summario *num.* 6. † Quod quidem solitum in hac materia congruitatis dotis esse attendendum, pluries firmauit, Rota *vt in decis.* 49. *num.* 2. *& seqq. part.* 6. *decis.* 428. *num.* 26. *part.* 9. *recent. Romana dotis de Lancellottis* 14. *Iunij* 1655. §. 3 *ex consuetudine coram Reuerendissimo Zarate, cum allegatis in alia Romana dotis prima Iunii* 1655. *coram bon. memor. Leone Verospio* §. *hinc perpensa.*

Quatenus verò petitio D. Mariæ respicit bona hæreditaria Gregorij Promissoris dotis, pariter visum fuit, mandatum non esse exequendum, stante nullitate eius obligationis, cum enim dos sororis esset plusquam congrua in dicta quantitate scut. 25. mil. vt supra probatum est promissio per eum facta in alijs scutis 10. mil. de tempore quo erat minor annorum viginti sustineri non
4 potest, † cum verè fuerit voluntaria, nulla subsistente causa, quæ de necessitate in contractibus minorum exigitur ex *Statut. Vrb. cap.* 151. *lib.* 1. Cuius dispositio licet regulariter non admittatur in obligatione minoris, facta pro dote hoc tamen procedit, dumtaxat
5 quando minores de necessitate dotare tenentur, † alias enim cessante, prout hic necessitate dotandi, obligatio minoris, etiam pro dote sub statuto comprehenditur, vt benè explicat, Rota *in Vitiliana Dotis, coram Oradino relata, per Fenson. post. annot. ad dictum cap.* 151. *decis.* 12. *num* 6. *&* 7. *fol. mihi* 368. *post* Pic. *decis.* 60. *num.* 28. *cum alijs allegatis in Rouermaten. Dotis* 11. *Aprilis* 1644. *coram bon. mem Cardinali Corrado, Impress. in recent. decis.* 262. *nu.* 5. *& seqq. part.* 9.

Non obstat, quod postea effectus maior d. promissionem ratificauerit mediante transactione inita de anno
6 1654 † Quia huiusmodi transactio attendi non debet, siue tanquam Læsiua, siuè tanquam facta, super re omninò clara contra *disponen. text. in l.* 1. *ff. de transact.* Læsio non solùm vltra dimidiam, sed quidem in totam excusari non potest, quia Gregorius se obligauit soluere scut. 9500. pro dote D. Mariæ ad quam minimè tenebatur, neque nomine hæreditario Patris, nec etiam nomine proprio, de Patris enim hæreditate nihil prorsùs consequutus fuit, & de proprio cogi non poterat, † 7
quia frater non tenetur dotare sororem Diuitem, vel congrue dotatam, vt tradit Bald. *in l. final. C. de dot. promiss. num.* 9. Natt. *consil.* 421. *num.* 4. *lib.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 65. *num.* 2. Rota *decis.* 329. *num.* 57. *part.* 6. *& plures congerit Add. ad decis.* 460 *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Nec vrget replicatio, quod Gregorius receperit donationem à Benuenuta eius Matre, cum onere soluendi residuum dotis sororis. Nam præter, quod cum huiusmodi donatio non fuerit in actis producta non est habenda in consideratione ad effectum, de quo agitur, nam Iustitia mandati, † cuius petitur executio vigore 8
clausulæ *si quid exequendum* debet ex eisdem actis, non autem ex nouis Iuribus Iustificari, Abb. *in cap. inter cæteras num.* 8. *de re iudic.* quem refert, & sequitur Rota *decis.* 64. *num.* 1. *post Pacific. de Saluian.*

Adhuc respondetur, quod donatio continet pactum reuersiuum fauore eiusdem Mariæ, quod fuit purificatum, per obitum Gregorij sine filijs, vt in calce responsionis facti DD. de Serlupijs *num.* 1.

Sicut etiam non obstat, quod dum Gregorius effectus maior optimè sciens nullitatem eius primæ obligationis, voluit nihilominus illam approbare, & ratificare mediante transactione, † hoc videatur importa- 9
re gratuitam renunciationem, seu donationem, in qua nulla potest considerari Læsio, iuxta firmata in *Romana transactionis* 11. *Februarii* 1664 §. *penultimo coram eodem bon. mem. Verospio.*

Etenim obiectum remouetur ex verbis ipsius Instrumenti, ibi *in executionem huius transactionis D. Marchionissa Maria relaxauit, remisit, & condonauit D. Marchioni Gregorio præsenti, & acceptanti &c. scut.* 1500. *è contra autem D. Marchio Gregorius in executionem præmissorum, & ex causis superius dictis promisit, & se obligauit &c.* ex quibus patet, quod non versamur in contractu puræ, & simplicis donationis, sed quidem in transactione correspectiua, & ob causam, cum partes recedendo à lite mutuo hinc inde recipiant, & remittant; † hoc enim casu, quia actus 10
non procedit ex mera liberalitate contrahentis, sed factus dignoscitur ex causa dati, vel accepti, etiamsi posset dici donatio, intrat *remed. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* vt magistraliter docet, Bart. *consil.* 90. *num.* 2. *communiter approbatus, vt per* Curt. Iun. *consil.* 141. *num.* 14. Surd. *consil.* 46. *sub num.* 7. *vers.* 3. Læsio Gratian. *discept. For. cap.* 952. *num.* 25. Amat. *decis. Marcb.* 46. *num.* 29. Rota *decis.* 102. *num.* 7. *part.* 2. *diuers.* Pæn. *decis.* 491. *num.* 7. *decis.* 130. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. coram* Duran. *decis.* 121. *num* 20. *repetit in recent. decis.* 125. *num.* 26 *part.* 5.

Præterea transactio non fuit facta super re dubia, vt requiritur; Quia licet per paucos dies, ante illius celebrationem fuerit mota lis, tam coram A. C. quam in Curia Capitolina super dotis solutione, & respectiuè super nullitare obligationis Gregorij; quia tamen de facili probari poterat insubsistentia causæ, eiusdem obligationis minoris, recessus à dicta lite præsumitur affectate mendicatus ad effectum euertendi fideicommissum in præiudicium successiuè vocatorum attenta præsertim assignatione Casalis fideicommissarij facta, per eundem Marchionem Gregorium, per duos dies immediatè post transactionem, non obstante, quod haberet tempus quatuor Mensium, vbi explicitè fatetur, se non habere alia bona præter fideicommissaria. Quapropter cum nulla possit considerari dubietas respectu nullitatis dictæ primæ obligationis transactio vtpotè † facta super 11
Iure certo, & claro sustineri non debet, vt pluribus allegatis dictum fuit in *Bonon. nullitatis concordiæ* 12. *Iunij* 1645. §. *At hic confirmata* 13. *Iunij* 1646. *coram me.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Foroliuien. Dotis.

Lunæ 27. Februarij 1668.

ARGVMENTVM.

Confirmat præsens Decisio aliam in hac causa supra emanatam Decis. 98. præsentis voluminis ad materiam lucri dotis, quod à secundo viro consequi prætendebatur ad formam statuti loci primi Viri, quasi quod illud, vna cùm ipsa dote primo Viro promissum, censeretur secundo fuisse repetitum; sed huiusmodi obiectum semper fuit à Sacra Rota reiectum ex solidissimis fundamentis, & rationibus in vtraque Decisione ponderatis, in quibus plurima etiam ad huiusmodi materiam, & praxim omninò necessaria doctissimè examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus vxore præmortua lucratur dotem secundum dispositionem statuti sui domicilij.*

2 *Lucrum dotis in primis nuptijs marito promissum censetur etiam in secundis repetitum, & vide num. seqq.*

3 Textus in l. dotem 30. ff. de iure dotium *extenditur ad omnia pacta dotalia, & in specie ad dotis lucrum, sed contrà à num. 7. cum seqq.*

4 *Lucrum dotis primo viro promissum eo magis censetur, secundo viro repetitum si vxor, quædam tantummodo bona sibi reseruauit, & vide num. 18.*

5 *Reseruatio quod quædam particularia ostendit contrarium quoad alia.*

6 *Mulier non præsumitur alio modo constituisse dotem secundo viro, quam in primo matrimonio constituerat.*

Mulier si adhuc iuuenis primum virum spe lucri integræ dotis ad matrimonium allexit, id quoque in secundo matrimonio iam adhuc senex voluisse præsumendum est, num. 6.

7 *Restitutio dotis si est promissa secundum dispositionem statuti mulieris, tunc quoad lucrum non attenditur statutum viri.*

8 *Capitula si quid implicitè continent, potest illud in instrumento apertius declarari.*

9 *Scripturæ non dicuntur contrariæ, si in vna reperitur, quod in alia deficit, atque vna suppletur, vel declatur ex altera.*

Scripturæ pleniori standum est num. 9.

10 *Lucrum dotis non debetur secundum statutum loci contractus matrimonij, sed secundum statutum loci in quo mulier domicilium contraxit.*

Barbatia cons. 4. num. 17. lib. 2 *traditur, & reprobatur, num. 7. 10. & 11.*

12 *Lucrum dotis eo magis debetur ad formam statuti domicilij viri, si in eo cauetur illud esse obseruandum, nisi expressè ei fuerit renunciatum.*

13 *Lucrum dotis primo viro promissum non censetur repetitum secundo, si inter vtrumque matrimonium plures discrepantiæ interuenerunt.*

14 *Dos promissa primo viro, quoad illius qualitates nō censetur repetita secundo ob diuersitatem constitutionis inter vnum, & alterum matrimonium.*

15 *Dos primo viro promissa, quod censeatur repetita secundo procedit tantum ex simplici præsumptione, quæ non habet locum stante conuentione in contrarium, & num. seqq.*

16 *Præsumptio legis cadit super casu dubio, & incerto.*

17 *Præsumptio legis excluditur ex probatione in contrarium.*

19 *Reseruatio bonorum extradotalium sibi à muliere facta operatur, vt maritus eadem bona administrare non possit, & valeat.*

Mariti communiter administrant etiam bona extradotalia suarum mulierum, num. 19.

20 *Maritus si vxorem in Ciuitate nobili ex pacto retinere debet, maiores ibi expensas subire cogitur.*

21 *Dotis qualitas inducatur secundum facti circumstantias, & onera à viro subeunda.*

22 *Relatio habita ad statutum duplicem dispositionem continens, ad quam potius referenda sit, & nu. 31.*

23 *Dispositio legis, vel statuti magis adaptatur ad eum casum, ad quem verba conueniunt.*

24 *Pactum super lucrandi dotem ad formam certi statuti in primo matrimonio promissum, & expressum non censetur in secundo matrimonio repetitum.*

25 *Promissio restituendi dotem iuxtà formam statuti, comprehendit solummodo casum ipsius restitutionis, non autem porrigitur ad alium casum contrarium, vel diuersum.*

Verba relatiua restringuntur ad casum relatum, non autem extenduntur ad alium contrarium, vel diuersum, num. 25.

26 *Pactum restituendi dotem* vxori, & suis in omni casu, *indicat maritum non cogitasse de lucro.*

27 *Statutum deferens totam dotem diuersimodè interpretatur à statuto deferente tantummodo partem.*

28 *Statutum vnum circa lucrum dotis seruari, aliud verò circa restitutionem eiusdem dotis quando inconueniens non sit, & num. 29.*

30 *Relatio neque ad proxima fieri potest, si sequeretur contraria voluntas contrahentium, correctio, & absurdum.*

31 *Verba quando potiùs ad vnam, quam ad alteram dispositionem statuti referenda sit, & supra, num. 22.*

32 *Lucrum dotis de quo in apoca matrimoniali nihil actum est, minùs censetur de eo in instrumento expressum, & num. seqq.*

33 *Instrumentum non potest continere aliquam contrarietatem, implicantiam, vel recessum à capitulis, si eadem Capitula in instrumento partes approbare voluerunt, & num. seqq.*

34 *Capitula quantum fieri potest reducenda sunt ad concordiam cum instrumento, & supra numer. 32. & seqq.*

35 *Pactum reficiendi expensas marito pro recuperatione dotis denotat eamdem dotem non esse à marito superlucrandam.*

Expensæ à marito factæ in recuperatione dotis reficiendæ non sunt, si eadem dos debeat ab illo superlucrari, num. 35.

Vxoris declaratio etiam in propria dote, quod per instrumentum posteà celebratum non intellexerat à capituli recedere, vel aliter sibi præiudicare, quando attendenda sit.

Declarationi factæ in vltimo vitæ spiritu plurimum defertur, num. 35.

36 *Testis mediator, qui in substantialibus, vel est mendax, vel parum memor, valdè redditur suspectus.*

37 *Testes de confessione extraiudiciali deponentes si sunt singulares de loco, & tempore, de æquitate canonicâ nihil probant.*

38 *Obligatio cameralis in scripturis correspectiuis influit in omnes.*

39 *Obligatio cameralis, & via executiua non datur in his, quæ veniunt, vel ex iuris interpretatione, vel tantummodò præsumptiuè.*

DECISIO CXCVI.

LVCRVM, integræ dotis, quod Francisca Vxore
præmortua iuxta statuta Ciuitatis Florentiæ dela-
tum sibi credebat Petrus Martir de Aste Rota, * reduxit
ad tertiam illius partem, vt disponit statutum Foroliuii,
vbi maritus, † habebat domicilium, & mulier per con-
1 ditionem Matrimonii, erat itura, per *text. in l. exigere*
dotem 65. ff. de Iudic. Sed impetrata ab hæredibus Viri no-
ua audientia hanc, resolutionem, validissimis oppugna
bant, augumentis. Dicebaut enim hoc integrale, lu
crum in primis nuptiis, Massimiliano Mercuriali Ciui
pariter Foroliuiensi promissum, † censeri, in secundis
2 repetitum, ex legali iuris præsumptione de qua in, *leg.*
dotem 30 ff. de iur. dot. extensa, ad omnia pacta dotalia,
3 & signanter, † ad conuentionem lucri Phanuccius *de lu*
cro dot. gloss. 10. sub numer. 32. vers. modo declaran. Meno-
ch. *cons. 5. per tot.* Rota apud Merlin. *dec. 287 numer. 1. &*
in Ferrarien pecuniaria 15. Martii 1660. §. quod autem cor.
Eminentissimo D. Cardinali Celso, & 12. Decembris 1664. §.
relicta coram Reuerendissimo Gerundensi, vbi tres aliæ deci-
siones referuntur, in eadem causa, *cor. R. P. D. Beuilac-*
qua.

Præsertim, cum in capitulis initis cum secundo Viro,
Francisca omnia bona, extradotalia sibi reseruasse, super
quibus conuentum fuerat, maritum nullam habere actio-
nem, & Vxorem ipsam, de illis libere posse disponere,
tam inter viuos, quam in vltima voluntate, † ex qua
4 reseruatione extradotalium, deducebant argumentum,
quod Vxor in dotalibus omne ius remisisset, & in illis
propter ius quæ situm merito, disponendi amisisset facul-
tatem, cum reseruatio, quoad quædam ostendat contra-
5 rium, † quoad alia, iuxta regulas iuris notissimas, rela
tas in consilia Surd. 294. *num. 18. & Bononien. fideicommissi*
de Tepulis 11. Febr. 1664. & 27. Ian. 1666 §. quibus non ob
stat cor. bo. me. Verospio.

Addebant hanc fuisse, verisimile mentem contrahen-
tium, non solum ex dicto Aleotti mediatoris confirma-
tam, sed pluribus etiam comprobatam circumstantiis fa-
cti quandoquidem credendum non erat, quod in hoc se-
cundo coniugio ab Vxore, tunc annosa valde exoptato,
vt huius nobilis Viri autoritate, dotem facilius ab hæredi-
bus primi recuperare posset, deteriores illi conditiones pro-
6 posuisset, illumque à lucro integræ dotis arceret, † ad quod
quadraginta ante annos dum Iuuenis, erat primum paris
conditionis Virum allexerat, ex ponderatis, per Bald.
cons. 102. lib. 1. Menoc. *d. cons. 5 nu 25. vers. non probat 3. &*
de præsumpt. lib. 3 præs. 6. nu. 12. & 13.

Denique concludebant hanc iugalium intentionem,
fuisse in Instrumento clare explicatam in quo dotis resti-
tutio, expresse conuenta fuit ad formam, & dispositio-
nem, statutorum Florentiæ, † ex qua pactione, indiui-
7 dualiter decidi hanc quæstionem, & limitari regulam,
quod non attendatur locus Viri, tradit in puncto statuti
Florentini, Barbat. *cons 4. numer. 7. vers. præterea libr. 2.*
inter quod Instrumentum, & Capitula, nullam assere-
bant, adesse contrarietatem, licet de hoc pacto lucrandi
dotem, à lege in secundo matrimonio subintellecto, nulla
in illis mentio facta extitisset, quia quod in illis implici-
8 tè continebatur, † potuit in Instrumento apertius decla-
rari, cum contrariæ non dicantur scripturæ, † quando
9 in vna reperitur, quod in alia deficit, atque suppletur ab
altera, staturque pleniori, ex tradit. per Crauett *cons. 70*
nu. 5. & in bis terminis Rota apud Buratt. *decis 274. nu. 5. in*
rec. 250. n. 11. par. 5. & cor. Eminentissimo Otthob. *dec. 99.*
nu. 34.

Verum, hæc & similia, non retraxerunt Dominos, à
resolutione capta, quia firma manet conclusio, quod in re-
gulando lucro dotis, non sit attendendum statutum loci,
vbi celebratur contractus, † sed illud vbi Vxor domicilium
10 contraxit, vt communiter notant Doctores omnes,
in dicta l. exigere dotem, ff. de iudic. & in terminis buius statuti
trad. Franc. Cremens. *singul. 67.* & reprobata opinione,
Barbat. *adducto cons. 4. numer. 17. lib. 2.* † respondit secun-
11 dum suam conscientiam Caccialup. *in l. cunctos populos nu-*
mer 114. C. de summ. Trinit. Alex. *cons 100. numer. 8. & 13.*
lib. 3. vbi Natta, *in addit. ad dictum cons. versic. dictorum*
Grat. *discept. Foren. 609. nu 25. & tribus seqq.* & generali-
ter, pluribus ad materiam adductis; Rot. *in dec 272. nu. 1. post*
Zacch. *de oblig. cam.* Præsertim, cum statuto Foroliuiensi
caueatur illud seruari debere, dummodo verbis expres-
sis non fuerit huic † lucro renunciatum, vt in simili de 12
statuto Vrbis respondit Rota *in dicta decis. 272. num 4. & 5.*
post Zacch. *& in decis buius causæ §. deducebant vlterius.*

A qua iuris determinatione Partes, nec tacitè recesse-
runt, neque expressè; Non tacitè, † quia vt in præ- 13
cedenti decis. obseruatum fuit *in §. nec placuit, cum tribus*
seqq. tot inter primum, & secundum contractum inter-
cesserunt discrepantiæ, etiam in ordine ad lucrum, vt om-
nis sublata fuerit præsumptio, quod dos primo Viro tra-
dita, repetita censeatur secundo, † cum iisdem qualita- 14
tibus, & pactionibus, argumento *text. in l. & an ead. &*
l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. Rimin. Sen *cons. 229.*
num. 22. vers. merito non diceretur Mantic. *de tacit. lib. 12. tit.*
15. num. 19. in fin.

Præterea, iuris interpretatio super repetitione dotis,
† tunc solum procedit, quando aliter, inter Partes 15
conuentum non sit, vt clare innuunt finalia verba *d. l.*
Hoc agi semper interpretamur, nisi probetur, aliud conue-
nisse, quo circa dum pactiones diuersas præferunt capi-
tula pro secundis nuptijs compacta, non est recurren-
dum, ad hanc legalem præsumptionem, † quæ cum ca- 16
dat super casu dubio, & incerto, *gloss. in l vnica §. ac-*
cedit verbo præsumatur C. de rei Vxor. act. per lucem pro-
bationis † excluditur, vt notabiliter limitando prædi- 17
cta, *l trad.* Card Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 15.*
num. 20. sequitur Menoch *lib. 3. præsumpt. 6. num 40. & se-*
quitur Corn. *cons. 157. num. 2. vers 1. quod dicta iura* Phanuc.
de lucr. dot. glos 10. num 3. per quos omnes reassumit Boss.
in tract. de dote cap. 8. num. 132. & admittit pluribus relatis
Rota licet contrarium pro diuersa facti contingentia, re-
soluat *in decis. 59. num. 6. part. 5. & 16. num. 3 part. 8. recent.*
& decis. 148. num. 19 & 20 part. 10.

Neque ex reseruatione extradotalium † sumi potest 18
argumentum, quod in dotalibus voluisset mulier sup-
ponere se statuto Florentiæ, quoniam hoc forsan actum
fuit, vt virum prohiberet, à solito administrandi hæc
bona extradotalia, † secundum communem vsum, cu- 19
ius meminit, Crauett. *consil. 91. numero 7. ac* Rota *decis.*
647 part. 4 529. num 7. part. 5. & 349 numero 31. part. 9 re-
cent. nihilque concludit asserta inuerisimilitudo, quod
Petrus Martir ducere, voluerit in Vxorem Mulierem
annosam, cum minori vtilitate ac spe, qua primus ma-
ritus duxisset. Nam præterquam recompensata fuit hæc
spes consequendi lucri, quam habuit primus vir valde
remotam in scutis 400. vltra primam dotem secundo viro
assignatis de fructibus ab hæredibus primi recuperandis;
Animaduersum, est quod primo viro iniunctum fuit o-
nus, non traducendi, vxorem extra Ciuitatem Floren-
tiæ, ex quo maiores subire expensas † in conspectu no- 20
bilissimæ Curiæ tenebatur, quas non subiisset secundus
vir in Ciuitate Foroliuij. Hæc enim sola circumstantia
iniuncta qualitate secundi viri, pariter ætate prouecti,
cessare facit omnem præsumptionem, quod huius fauo-
re repetitæ fuerint conuentiones, & pacta cum primo
inita, in adiudicanda enim dotium qualitate, † istæ & 21
similes circunstantiæ perpendi solent, Paris. *cons. 63. num*
54. lib. 2. Rota *in Romana dot. de Lancellott. 14. Ianuarii 1655.*
§. nibil releuante coram Reuerendissim. Zarate, & in alia Ro-
mana dotis 10. Febr. 1639 §. siue etiam coram R. P. D. meo Al-
bergato.

Non recesserunt expressè, licet in instrumento dotali
restitutio promissa sit ad formam statutorum Ciuitatis
Florentiæ, quia placuit animaduersio primæ decisionis,
quod duæ sunt rubricæ statuti Florentini; Altera de doti-
bus, & donationibus restituendis 61. lib. 2 Alia vero quali-
ter succedatur in dotibus 129 eod. lib. Hinc, cum relatio ad
statuta, sit posita in ea parte Instrumenti; † qua maritus 22
promisit dotem reddere, & restituere, in omni casu tam
constante, quam soluto matrimonio, dicendum est intel-
lexisse de rubrica 61. quæ de modo restituendi dotes dispo-
nit, non verò de rubrica 129. quæ non de restitutione lo-
quitur, sed de lucro, iuxta vulgarem regulam, quod ad
eum casum adaptatur dispositio legis, † vel statuti ad 23
quem verba conueniunt, *l. 1. §. loquitur ff. de aqua quotid.*
& est l. dies cautioni 4. § toties, ff. de dam. infect.

Ponderando maxime quod si actum esset de lucro, de-
buisset Vxor se subijciendo statuto Florentino ad lucrum
integræ dotis maritum inuitare, vt fuit verbis rotundis
in primo coniugio declaratum, † ibi *Dichiarando, che,* 24
incaso che detta Francisca morisse senza lasciar doppo di

se figli auanti detto Signor Massimiliano, s' intenda acquistata, e guadagnata la dote al detto Signor Massimiliano secondo li statuti, & ordini della Città di Firenze &c. Quod tantum abest quod factum sit in hoc secundo contractu, quin potius maritus fauore vxoris, & suorum, se obligauit ad dotis restitutionem, ad formam statutorum Florentiæ quorum formam, & adimplementum, in solum casum restitutionis faciendæ attendi obseruarique promi-
25 sit; † Vnde hæc verba relatiua restringi debent ad hunc casum, nec ad alium, vel contrarium, vel saltem diuersum, extendi, §. *quod autem instit. de legit. agn. tut.* Crau. *cons.* 16. *sub nu.* 5. Surd. *cons.* 295. *num.* 32. Et hoc ipsum pactum restituendæ dotis *Vxori, & suis &c. in omni casu &c.*
26 † denotat maritum non cogitasse de lucro, quod euenire non poterat, nisi ex prædecessu Vxoris, iuxta doctrinam, Rayn. de Forol. *in l. post dotem* 40. *ff. sol matr. vbi* Alex. & Iason. *aliique scribentes*. Bald. *in l. quod nomine versus finem vers. quid si ex consuetudine, ff. de condit. indeb.* Alex. *cons.* 5. *num.* 15. *vol.* 3. & *cons.* 133. *num.* 8. *vol.* 5. *cum aliis per* Tiraquell. qui communem dicit *in l. si vnquam in verb. totum C. de reuocat. donat. ac* Rot. *dec.* 174. *p.* 4. 10 2 & *apud* Vrceol. *post contr. Forens. decimam & reprobato*, Natt. *distinguunt in cons* 103. *num.* 1. inter statutum deferens totam do-
27 tem, † & illud deferens tantummodo partem, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 8 *num.* 17. *in fin.* Neque inconueniens quod respectu lucri, circa quod nulla facta fuit conuen-
28 tio, † seruetur statutum, domicilii viri iuxt. *tex. in sæpè citata l exigere dotem, ff. de iudic.* quo verò admodum, & circunstantias, in restituenda dote, seruetur secundum
29 hanc peculiarem conuentionem statutum Florentinum, vt in proximis terminis trad. Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. & 11. *de sponsalibus ibique* Felin. *num.* 23. *in princ. vers. quoad solutionem*, & *num.* 24. *vers. & per istam conclusionem, aliisque adductis admittit*. Rota *dec.* 175. *num.* 30. *par* 9 & *magis in terminis in dec.* 608. *n.* 16. & *seq cor. bon. me. Merl. repet.* 250. *nu.* 13 & *seqq. par.* 6. *rec.*

Cum hac, intelligentia facile concordantur scripturæ, & cessant contrarietates, variationes, & omnia secundum iuris dispositionem mirifice quadrant; At per oppositum si facienda esset relatio ad aliam rubricam 129. de successione in dotibus, sequeretur contraria voluntas con-
30 trahentium, euidens correctio, & absurdum, † pro quibus vitandis neque ad proxima fieri posse relationem, tradit in terminis fortioribus, Paris. *consil.* 70. *numer.* 23. & 24. *libr.* 2. Bero. *consil.* 61. *numer.* 15. & *quando sic referendo libr.* 1. *pluribusque adductis*. Rota *decis.* 199. *numer.* 10. *par.* 10. *recent.*

Congruunt enim primo huic intellectui, verba per quę maritus ad fauorem Vxoris in se suscepit quamcumque obligationem, pro adimplemento formæ, & dispositionis statutorum, quæ applicari non possunt rubricæ de successionibus in qua nulla forma præscribitur, sed tantum designatur modus succedendi in diuersis casibus præ-
31 morientiæ Vxoris ibidem expressis; † sed bene applicantur rubricæ de restitutione, in qua continentur plura in restitutione obseruanda, Menoch. *consil.* 816. *num.* 13. Surd. *consil.* 241. *sub numer.* 29. *versic. tum quia* Ciriac. *contr.* 174. *numer.* 49. & *seqq. ac* Rota *dicta dec.* 199 *nu.* 10. *par.* 10. *recent.*

Congruit, etiam, declaratio Partium in principio Instrumenti adiecta, quod ad illud deueniebant in executionem contractus sponsalium, ac promissionis factæ in præcedenti scriptura, in qua cum nihil de lucro conuen-
32 tum sit, † dicendum est nihil pariter de lucro in Instrumento contineri, alioquin non solum contineret Instrumentum recessum ab Apoca promissionis, quam partes
33 approbare profitentur, † sed manifestam contrarietatem, & implicantiam, ad quas declinandas omnis capienda est interpretatio, per quam capitula ad concordiam In-
34 strumenti reducantur, vt per multas rationes, & autoritates bene obseruat. Rota *in Bonon. fideicommissi de Pepulis* 27. *Ianuarii* 1666. §. *nec aduersatur confirmata* 30. *Ianuarii* 1668. §. *sed facilè coram Reuerendo P. Domino meo Bourlemont.*

Congruit pactum de reficiendis expensis a maritó factis
35 pro recuperatione dotis, † quæ de cætero si dos esset superlucranda, spectarent ad maritum, *leg. quod dicitur* 5. *ff. de expens. in reb. dotal. fact. leg.* 1. §. 1. *in fin. ff. de dote præleg.*

Congruit iurata Beneuolorum assertio, quod Instrumentum non erat mulieri damnosum, imo iustum laudabile, & necessarium, & congruit etiam eiusdem Franciscæ declaratio, quod per Instrumentum non intellexerat sibi præiudicare, nec à capitulis recedere, † cui declarationi in supremo vitæ spatio emissæ plurimum est deferendum, vt prǽter adductos, in alia *dec. tradit.* Crauett. *cons.* 6. *num.* 51. Rota coram Merlin. *decis.* 84. *num.* 2. & *in Bononien. fideicommissi de Victoriis* 5. *Maii* 1655. §. *postrema coniectura coram Reuerendissimo Zarate*, & *in dec.* 90. *nu.* 6. *part.* 8. *rec.* Prout denique congruit mandatum Procuræ exaratum ab Astio in personam Aleotti Procuratoris, ad matrimonium contrahendum, in quo illi facultatem, dedit promittendi restitutionem dotis in omnem casum, & euentum illius, vt in Summario primæ Positionis, *num* 6.

Has conuenientias inter Instrumentum, & Capitula, non elidunt dicta Testium, quia vt obseruat *prima decisio in* §. *obstiterunt*. Primus huius coniugii mediator fuit, in substantialibus, vel mendax, vel parum memor reper-
tus est, † ideoque se valde suspectum reddit, ex adductis 36
in *decis.* 102. *num.* 16. *par.* 9. & *in Romana seu Veliterna Affictus* 24. *Nouembris* 1653 §. *præter quod coram bon. memor. Bichio*, Alii verò duo deponentes de confessione Franciscæ extraiudiciali, cum sint loco, & tempore singula-
res, † de æquitate canonica nihil probant, ex latissimè 37
deductis, *in Romana Pecuniaria* 14. *Martii* 1666. *coram me.*

Subsistente igitur per vtriusque conciliationem dotali Instrumento, & Apoca, subsisteret, etiam competentia
viæ executiuæ, occasione cameralis, obligationis, † 38
quæ in his scripturis correspectiuis, influit in omnes, ex rationibus, in alia *decis. ponderatis* §. *maior fuit vsque ad finem*. Verum, cum obligatio dotis restituendæ elisa sit, ex relatione statuti Florentini, & in tantum resurgat, in quantum, ex intellectuali ac coniecturali, & interpretatione Dominorum, & dictum fuit relationem hanc non respicere rubricam disponentem de lucro, sed aliam præscribentem modos, in restituendis dotibus, succedit
conclusio, † quod in his quæ veniunt, ex iuris interpre- 39
tatione, vel præsumptiuè, non competat, executio cameralis, obligationis, vt ex Felyn. probat Gallesf. *de obligat. camer. quæst.* 31 *num.* 14. & 15. & *per illum* Zacch. *nu.* 40. *sequitur* Marta *de claus. par.* 1. 297. *num fin.* Maccin. *de iuram. par.* 4. *effect.* 169 *num.* 4. Rota *dec.* 141. *par.* 1. & *dec.* 132. *pa.* 2. *diuers. vtrobique num* 12. Ideo, à decisis, in hac parte recedentes, ac in reliquis iustitiam mandati ab A. C. relaxati approbantes, Domini decisionem confirmarunt.

Et ita vtraque &c.

Quam primo loco emanatam præsens confirmat Decisio, habes supra in hac parte decis. 98 Altera verò, sub hac eadem die, sed super remissoria simpliciter, est alia decisio 195. quæ immediatè subsequitur.

R. P. D. CARPINEO

Posteà S. R. E. Cardinali.

Foroliuien. Dotis super remissoria.

Lunæ 27. *Februarii* 1668.

ARGVMENTVM.

Denegat præsens Decisio remissoriam petitam ad probandum contrarium eius, quod apparet ex scripturis, ac etiam ex depositione vnius testis ab eadem parte approbati; vlterius, quia ex lectura articulorum, patebat illos fuisse compositos ad euertenda fundamenta Decisionis, propter quod maxima resultare solet præsumptio calumniæ, semper sufficiens ad denegationem eiusdem remissoriæ.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Testes examinari non licet super iisdem articulis post publicatas attestationes, & didicita testificata, sed vide nu. 3.*

2 *Examen super eisdem articulis eo magis impeditur, si causa fuerit discussa vna cùm depositionibus testium, & nu. 3. vbi vide.*

3 *Rota quandoque nouum concedit examen super iisdem articulis etiam post didicita, & in eadem Rota discussa testificata, iusta tamen, & legitima causa id persuadente.*

4 *Probari non debet, id quod probatum non releuat, vel contrariis scripturis prorsus eliditur.*

5 *Depositio testis non tantum simpliciter inducti, sed per productionem approbati non admittit probationem in contrarium.*

Remissoria non conceditur ad probandum contrarium quod antea deposuerat testis ab ipsa parte approbatus, num. 5.

6 *Pactum restitutionis dotis ad fauorem vxoris in Instrumento appositum nihil infert ad lucrum in fauorem viri superstitis.*

7 *Articulus continens partes confecisse minutam eamque posteà non subscripsisse, tamquam eorum intentioni contrariam.*

Dicitur esse de directo contrarius scripturę, quæ ab eisdem partibus reperitur confecta.

8 *Notarius ex quibus dicatur mentem contrahentium optimè cognouisse, eamque in Instrumento explicasse.*

9 *Relatio non dicitur facta ad illud, quod non indigebat.*

Relatio eo minus facta censetur dispositioni, cui nec verba conueniunt, nec contextus eiusdem dispositionis adaptatur, nu. 9

10 *Remissoria non conceditur ad probandum contrarium illius de quo constat in actis per publica documenta, & testem à parte acceptatum.*

in Probationibus inutilibus diutius immorari non debet, nu. 10.

11 *Articuli si appareant ex proposito formati ad destruenda fundamenta decisionum, super illis non admittitur, sed denegatur probatio.*

Remissoria semper denegatur stante suspicione calumniæ, nu. 11. & supra sub nu. 3. & seqq.

D E C I S I O CXCV.

IN reuisione decisionis editæ * coram me super executione mandati relaxati ab A. C. contra bona hæreditaria Petris Martiris de Aste pro restitutione Dotis Franciscæ Vxoris, Gregorius, & alii de Aste ad probandam assertam conuentionem inter dictos Coniuges standi statuto Florentię deferenti marito superstiti lucrum Integræ Dotis, licet in prima instantia diuersos Testes induxissent nihilominus nouis exhibitis articulis, instabant pro remissoria quibus vna cum principali negotio in hac eadem Rota discussis compertum est nihil releuans in iis contineri quod potuerit Dominos persuadere ad indulgendum huic petitioni.

Pro qua deneganda non tantum nitebantur regulæ desumptæ, *ex cap. fraternitatis 17 & in cap. cum venissent*
1 *25. de testib.* vbi habetur communiter, † quod super iisdem articulis post attestationes publicatas, & didicita testificata, non debeat Iterum examinari ex cumulatis, *vt in decis. 41. par. 7. & in dec. 128. par. 9.* maximè post aliquas re-
2 solutiones in causa, † & post discussa Testium dicta, iuxta *decisiones Seraphin 688. & Gregor.* 407 quia sciebant Rotam multoties ab hac regula legitima præsertim impel-
3 lente causa recessisse, † vt notat Vestr. *libr. 6. cap. vlt. nu. 3. vers. quapropter, & testatur de stilo* Cæsar. *decis. 11. de test.* Card. Cauall. *dec. 289. nu. 1. & 2.* & pluribus ad materiam cumulatis est, *decisio 303. numer. 13. par. 9. recent.* Quantum vehementi calumniæ suspicioni ex eo deductæ quod articuli, qui exhibentur, vel materiam continent, prorsus improbabilem, vel quibus de directo aduersantur probationes ex publicis Instrumentis elicitæ. Vndè frustra-
4 neum esset probare, quod probatum non releuaret, † & quod contrariis scripturis protinus, elideretur plenè Rota

in decis. 389. numer. 1. vers. vnde cum prædictas part. 2. 203. numer. 1. & 8. par. 9. 194. num. 8. par. 10. & in Monopolitana Bonorum 23. Iunii 1659. §. siquidem coram R. P. Domino meo Priolo.

Improbabilis profectò fuit articulata conuentio coniugum de seruando respectu lucri statutum Florentiæ iuxta præcedentem conuentionem initam cum primo Viro Quia quatenus in fine primi articuli proponitur Testes hoc scire, ex quo tractatui, & conclusioni huius secundi Matrimonii presentes adfuerunt, hoc ipsum directè repugnat, dicto Aleotti, qui deposuit ab ipso solo vti mediatore tractatum, & conclusum, cum D. Francisca fuisse hoc coniugium, nec alium fuisse presentem, quam quemdam consocium curiæ ibi, *Quando trattai detto matrimonio non vi era presente altro che me, detta Francesca, & vn Dispensiero di Corte, e non altri*, huius enim testis depositio non per inductionem tantum, sed per Iudicialem productionem approbata † non admittit contrariam proba- 5
tionem, vt ad effectum de negandæ remissoriæ consideratum fuit in *Leodien Successionis 8. Iunii 1654 §. fin. cor. R. P. D. Albergato.*

Aduersatur insuper hæc articulata conuentio scripturæ Capitulorum, in qua nihil de ea legitur in mandato procurę in personam Aleotti, in quo datur facultas promittendi restitutionem Integræ dotis in quocumque casu, tam constante, quam soluto matrimonio, & ipsi Instrumento dotali, in quo licet cum relatione ad statuta Florentiæ agatur de restitutione dotis ad fauorem Vxoris, & hæredum; † nihil tamen agit de illa Viri superstitis fauorem 6
superlucranda, vt fuit animaduersum in *prima dec. §. hoc potissimum, §. non interuenerunt confirmata hac præsenti die in §. nec recesserunt cum seqq.*

Magis improbabilis visa fuit materia secundi articuli, in quo proponebatur, quod licet Iugales prædicti de conuentionibus huius matrimonii confecissent minutam, attamen ex quo conformis non erat eorum intentioni, non fuit alias subscripta, & acceptata, † cuius contrarium 7
demonstrat lectura Instrumenti in quo non solum ad hanc apocam præcisam habetur relatio, sed partes ipsæ ferlè profitentur ad Instrumenti celebrationem ideò deuenisse, vt promissa in tractatu sponsalium obseruari possint, & executioni demandari iuxta formam, & tenorem scripturæ priuatæ.

Tertius Denique articulus manifestam contradictionem continet dum proponit in Instrumento desuper confecto fuisse de partium intentione conuentum lucrum ad formam statuti Florentiæ, licet Notarius hoc benè non explicasset, nam ex præexistentia duarum rubricarum in eodem statuto Florentino alterius in ordine 61. lib. 2. præscribentis modum, & formam in restituenda dote, alterius verò 129. in eodem lib. deferentis lucrum integræ dotis marito superstiti visum est partium intentionem optimè, fuisse à Notario explicatam † dum in ea parte quæ de sola 8
dotis restitutione agebatur omnem obligationem pro adimplemento formæ ac dispositionis statutorum Florentiæ maritus in se suscepit. Quæ certè relatio multo congruus referri, & verificari debet in prima rubrica 61. quam in altera 129. loquente de lucro, quæ in totum marito fauorabilis nullam eiusdem exigebat passiuam obligationem pro obseruantia statuti, † & cui nec verba, nec reliqui 9
istius pacti contextus benè congruebant ad tradita, per Surd. *cons. 140. sub n. 29. vers. tum verò & 379. nu. 5. vers. & relatio, ac per* Rotam *in Pecuniaria 5. Iunii 1648. §. 3. quia cor. clar. me. Card. Corrado*, & fuit in vtraque decisione admissum, & fusius in secunda, per multas, & necessarias congruentias comprobatum in §. *non recesserunt cum aliis seqq.*

Cum igitur tam iste, quam alii Superiores Articuli tendant in effectu ad probandum id, cuius contrarium constat in actis, per testem, publicata documenta; fuit iure merito denegata remissoria, iuxta antiquam obseruantiam sacri Palatii, † ne diutius in probationibus inu- 10
tilibus immoretur Roman. *cons. 273. nu. 3. vers nec in præmissa*, Rota coram Seraph *decis. 1450. & decis. 1460.* Buratt. *dec. 180. per tot. & 351 num. 1.* Card. Caual. *decis. 84. num. 1. & in rec. dec. 54. numer. 8. cum duobus seqq. par. 7. 211. nu. 20. par. 8. 203. n. 1 p. 9. & 191. n. 8. par. 10. Cum aliis in allegat. Monopolitana Bonorum 23. Iunii 1659. §. Quod post obitum co. dicto R. P. D. meo Priolo*, maximè cum omnes prædicti articuli appareant ex cōposito formati ad destruenda fundamenta decisionis. † Itaut augeatur ex hoc suspicio 11

R 2 Ca-

Calumniæ, & tutius veniat deneganda remissoria, Cassad. *dicta decis.* 3. *de dilat.* Seraphin. *in dicta decision.* 1460. *sub numer.* 1. Pen. *decis.* 809. *num.* 1. *in fine cum aliis ibi adductis.*

Et ita &c.

Prima, quæ extat in hac causa Decisio super negotio principali sub die 2. Maii 1667 coram eodem Eminentissimo Domino Cardinali Carpineo habetur impressa supra in hac eadem parte decis. 98. Altera verò sub hac eadem die secundo loco emanata est antecedens Decision. 194.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Legati.

Veneris 2. *Martii* 1668.

ARGVMENTVM.

Ardua quæstio, & admodum à Doctoribus disceptata est, an Dos ex statuto Bononiæ possit à Patre fideicommisso grauari vel ne; sed Rota nostra tenet opinionem affirmatiuam, cuius contrarium resoluit Rota Bononiensis apud *Giouagn. respons.* 42. qua ratione, aliisque etiam fundamentis denegatur hic executio sententiæ declarantis huiusmodi dotem grauari minimè potuisse.

SVMMARIVM.

1 *Rota non concedit executionem sententiarum de partibus, nisi cognita illarum iustitia.*

2 *Dos à patre filiæ in testamento relicta grauari non potest & quando vide, nu. seqq.*

3 *Pater quando grauare possit fideicommisso, vel alio onere dotem suæ filiæ, quæ succedit loco legitimæ.*

Dos ex statuto Bononiæ succedit loco legitimæ, numer. 3.

4 *Rota Romana tenet opinionem, quod Pater ex statuto Bononiæ possit grauare dotem suæ filiæ fideicommisso, vel alio onere, & n. seqq. vbi vide contrariam opinionem aliorum.*

Amplia quia ab hac opinione, licet articulus sit controuersus, incidenter tantum recedi non debet, numer. 8.

5 *Dos, quod vigore statuti, possit à Patre fideicommisso grauari, Doctores non controuertunt, sed solùm disputant an casus fuerit ab eodem statuto omissus, vel dispositus.*

6 *Dos ex statuto Bononiæ an possit à patre fideicommisso grauari, & articulus habet non modicam difficultatem, & est æstimationem dignus.*

7 *Rota generaliter, & indistinctè loquens generaliter est intelligenda.*

8 *Rota Romana, si vnam opinionem firmauit, ab ea non solet recedere tantummodo incidenter, & supra, nu.* 4.

9 *Onus à patre impositum doti suæ propriæ filiæ, non potest reiici ab illius hæredibus, si eadem filia acquieuit testamento paterno.*

Amplia si petiit legatum in eo sibi relictum, ibidem.

Filia petens legatum sibi in testamento paterno relictum, eidem testamento acquiesuisse dicitur, nu. 9.

10 *Legitimam grauari non potuisse, hæredes filii opponere minimè possunt.*

Priuilegium, quod filiorum legitima grauari non possit, est solummodo personale ipsorum filiorum, & ideò non transit ad alios nu. 10.

11 *Sententiæ iniustæ non merentur nomen sententiæ, neque executionem.*

DECISIO CXCVI.

IO: Baptista Vitalis in Testamento Iure legati reliquit Celidoniæ filiæ vsumfructum quartæ partis suæ hæreditatis, & pro dote, & dotis nomine scuta 500. si vellet nubere, & casu quo nupta, vel innupta decederet sine hæredibus masculis legitimis substituit in dicta dote Paulum dictę Celidoniæ fratrem &c. & hoc pro omni, & toto eo, quod petere posset &c. Vnde Celidonia defuncto Testatore vsufructu legato petita est, & vixit innupta, atque ab humanis migratura instituit sibi hæredem neptem cuius hæredes post longissimum temporis interuallum excitarunt petitionem legati prædicti scut 500 aduersus Io: Baptistam Vitalem Iuniorem, in qua prętensione primam sententiam contrariam, & postea duas fauorabiles obtinuerunt in partibus, causaque in gradu appellationis mihi commissa dubium disputandum dedi, An sit locus statuto de duabus conformibus, quod in hodierna causarum positione resolutum est negatiuè ob tria argumenta, principaliter à DD considerata.

Primo, Quod Rota non solet concedere executionem sententiarum de partibus, nisi cognita illarum iustitia, † quod passim seruari dictum est *in Lauden. Pecuniaria* 1. *Iulii* 1588. §. *Et maximè coram Orano, impress. apud* Marches. *de commiss. par.* 2. *tit. de commiss. restit. in integrum in fine inter dec. ibi collect. fol. mihi* 144. *& decis.* 111. *nu.* 2. *par.* 9. *recent.* 1

Secundo, Quod immò illarum Iniustitia videbatur manifesta in eo, quod per eas iudicatum est dotem, vt supra in testamento relictam † non potuisse grauari à Patre, 2 cum tamen contrarium sit verius propter statutum Bononiæ, cuius auctoritate certum est, quod si aliquid relictum est Iure institutionis, vel alio modo filiabus, etiam si minus sit legitima &c. contra Testamentum agi, nec excipi posse per filias &c nec modus conditio &c vel quodcumque grauamen relicto appositum tolli debeat, nec sublatum esse intelligatur *libr.* 4. *de success. liber. patr. vel matr. vel aliis ascendentibus condit. testament. deficientibus.* Qua dispositione statutaria, ita se habente dos licet, succedat loco legitimæ benè† potest à Patre grauari fideicommisso, aut alio onere, ita tenent, Ruin. *consil.* 56. *in fin. lib.* 3. Oltrad. *cons.* 28. Gabr. *cons.* 116. *num.* 26. *versic. Tertio etiam* Marescott. *var. resol. lib* 1. *cap.* 26. *num.* 52. quam opinionem esse receptam, & approbatam † à Rota testatur, 4 Merlin. *de legitima tit.* 1. *quæst* 9 *numer.* 5 vbi refert decisionem *in Romana supplementi dotis coram Cæsare de Grass.* 14. *Maii* 1575. *& in Romana Dotis de Margonis* 18 *Iunii* 1582 *coram Robusterio*, quas antè eum allegauit, Marescott. *var. resol. cap.* 28. *nu.* 12. *libr.* 1. & in terminis statuti *Bonon. ita respondit in Bononien. successionis* 11. *Februarii* 1598 *cor. Pamphilio*, impress. penes Giouagn. *respons* 42. *num.* 126. *libr.* 1. in quo Iuris articulo non discordant Doctores, † 5 sed solùm in quæstione facti, an casus sit omissus, vel dispositus in statutis, vt optimè aduertit, Gabr. *d. cons.* 116. *nu.* 21. *vers fatentur ex* Butrigar. *in l. quoniam in prioribus C. de inoffic. test.* Alex. *cons.* 179. *col.* 3. *vol.* 5. Aret. *cons.* 43. *& aliis, ibi allegatis.* 3

Quidquid contra senserit Rota Bononien. vt in prolixa decisione impressa post *consil. Giouag* 42. cuius Rotæ opinio, † licet punctus habeat non modicam difficultatem, 6 & sit dignus æstimatione, attamen, dum Rota declarauit legatum etiam dotis compræhendi in statuto, de quo agitur, † hoc modo loquendi generaliter atque indistinctè 7 vt in Bononien successionis 11 Februarii 1598 coram Pamphil. impress. post d. cons. 42. Giouag. ab ea decis. recedi non debet incidenter, † cum hoc repugnet stylo Tribunalis, 8 vt notatur *in recent. dec.* 605. *nu.* 15. *tom* 3. *par.* 4. & passim seruatur.

Tertio, Potentius iniustitia dd. sententiarum colligebatur ex eo quod onus impositum doti, quæ succedebat loco legitimæ non possit reiici a hæredibus Celidoniæ, † 9 cum ipsa non reclamando aduersus testamentum patris, dum vixit acquieuisse Iudicio paterno præsumatur, & multo magis ex quo vsumfructum d. quartæ partis acceptauit, atque petita est, Honded. *cons.* 66 *nu.* 16. 171. *& seqq. lib.* 2. Rota *dec.* 77 *par.* 5. *rec. & decis.* 265. *num.* 3. *coram Merlino*, & ab illis allegat, seù excipi nequeat, quod legitima grauari non poterat, † quia hoc priuilegium in filiis est 10 personale, & ad alios non transit, vt tradit, Bald. & Ang. *in l. cum Patronus, ff. de leg.* 2. Ias. *in l si arrogatur, nu.* 32. *ff. de adopt.*

adopt. Roderic. *in l. Quoniam in prioribus in prima limit. nu. 19. ibique* Castrens. *in princ. nu. 8. C. de inoffic. testam.* Alciat. *cons. 525. nu. 5. vers. sed quia vltra* Soccin. *cons. 126. num 19. in fin. col. 1. cum pluribus aliis recensitis apud* Surd. *cons. 750. num. 6. & seqq.*

Quæ tria argumenta prælibata sufficere dixerunt Domini, ad hoc vt non sit locus statuto de duabus, dum
11 sententiæ † iniustæ non merentur nomen sententiæ, neque executionem, Bartol. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de sententia, & re iudicata* Caputaquensis *decision. 114. par. 3.* Seraph. *decis. 400. num. 3. in rec. decis. 114. num. 2. & 3. par. 9. recent.*

Et ità &c. vtraque parte &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Officii Notariatus Agriculturæ.

Veneris 2. Martii 1668.

ARGVMENTVM.

Duo iuris Axiomata in præsenti Decisione declarantur; Alterum generale quod in æstimandis communiter rebus attendendum sit tempus præsens, non autem de præterito; Alterum verò magis speciale istius nostræ Ciuitatis, & hoc mirabiliter dilucidatum, quod nempè Officia Romanæ Curiæ, sint in triplici differentia, vacabilia nempè, hæreditaria, & mixta, quorum singulorum qualis dicatur esse natura ex eadem Decisione resultat.

SVMMARIVM.

1 *Prætium partis rei hæreditariæ regulari debet, iuxta præsentem æstimationem, non autem à præteritis emptionibus valutari.*
2 *Prætia rerum dependent à communi hominum æstimatione.*
3 *Empta quanti fuerit res attendendum non est, benè autem quanti æstimatur in præsens.*
4 *Emptio post perfectum contractum trahit secum augumentum, & diminutionem.*
Augumentum, & diminutio bonorum emptorum cedit periculo Domini, nu. 4.
5 *Dictio,* tunc, *idem significat, quod* eo casu.
6 *Æstimatio concepta per dictionem* tunc, *vel* eo casu *intelligitur de tempore contractus, & ad illud refertur.*
Bulla seu Constitutio Summi Pontificis determinans iustum pretium, cùm iuris dispositione intelligitur concordare, nu. 6.
7 *Declaratio facta in testamento ab eo qui contraxit indubiam facit probationem.*
8 *Filius, & hæres non potest impugnare bona vel illorum partem fuisse hæreditaria, dum eadem eo titulo approbauit, atque substinuit.*
9 *Cohæredes plures succedunt æquis portionibus.*
10 *Prætia, seu emolumenta Officiorum Romanæ Curiæ sunt diuersa, & separabilia ab iisdem officiis, & possunt remanere penes diuersas personas declara vt nu. seqq.*
11 *Officia Romanæ Curiæ sunt in triplici differentia, alia simpliciter vacabilia, alia absolutè hæreditaria, alia verò mixta idest partim vacabilia, & partim hæreditaria, & nu. seqq.*
in Officiis vacabilibus Romanæ Curiæ pretium, & emolumentum potest esse diuersum, & separabile ab ipso Officio, ac etiam remanere penes diuersas personas, nu. 10. & 11.
Officia hæreditaria Romanæ Curiæ sunt redacta ad instar allodialium, & patrimonialium, nu. 11.
12 *Officia quædam Curiæ Romanæ ex particulari decreto Summi Pontificis facta sunt hæreditaria.*
14 *Officia Romanæ Curiæ quædam sunt mixta, partim scilicet hæreditaria, & partim vacabilia.*
15 *in Officiis mixtis Romanæ Curiæ, quorum vna pars vacabilis, alia verò est hæreditaria, vnaquæque illarum secundum suam naturam iudicanda est.*
Diuerso vna eademque res censeri, debet ex diuersitate suæ rationis, & vbi diuersi respectus occurrunt, num. 15.
16 *Pars vna eiusdem rei regulari potest à qualitate totius.*
in Toto ac in Parte vnum, & idem dicitur esse iudicium, nu. 16.
17 *Hæreditas aliquando recipit accessionem, & decessionem.*
Hæredem comitantur fructus hæreditas, illius augumentum simul, onera ac damna, nu. 17.
18 *Emptor rei si quis iudicari debet tenetur persoluere pretium vna cùm fructibus de tempore præsenti, non autem habito respectu ad præteritum.*

DECISIO CXCVII.

OFFICIVM Notariatus Agriculturæ, per Bullam Sixti V. fel. rec. ad instar aliorum Officiorum Romanæ Curiæ redactum est, cum hac tamen peculiari ordinatione præscripta, quod videlicet pro altera dimidia parte tituli, siue pretii vacaret, pro altera vero, & pro scripturis esset hæreditarium, itaut hæredes cupientes istud officium emere quibuscumque aliis pro pretio tunc reperibili præferantur, & successor admitti non possit, nisi prius hæredibus pretium partium non vacabilium realiter, & cum effectu persoluerit.

Hinc factum est, vt d. officium vnam partem vacabilem, & duas haberet hereditarias, deinde progressu temporis altera ex hæreditariis ad Andream Paganum, & post illius obitum ab intestato ad Benedictum, & Ceciliam filios, & hæredes deuenerit inter quos orta est controuersia super dicta tertia parte, nam Benedictus tanquam ille, qui titulum à Papa acquisiuit, contendit se solummodo teneri ad restituendum dimidium pretii à Patre soluti, & viceuersa Cecilia, aut ratam officii, aut illius pretium iuxta estimationem temporis præsentis cum emolumentis perceptis à tempore delatę hæreditatis poscit, & flagitat, vnde præuia causæ commissione mihi directa proposui dubium. An debeatur rata officii, vel potius illius pretium, & de quo tempore, & Domini responderunt pretium deberi de tempore pręsenti.

In quo rescripto prætermittendam esse quæstionem super rata officii iudicarunt Domini bene conscii intentionis Ceciliæ circa electionem hæredibus attributam in partibus hæreditariis, quod nempe æquè ei accepta est, aut adiudicatio ratæ, aut solutio pretii secundum iudicium, per hæc tempora ferendum, quamobrem totam contestationis inspectionem reduxerunt ad hanc vltimam partem in qua censuerunt † pretium partis hæreditariæ regulandum esse iuxta præsentem æstimationem, non autem ex præteritis emptionibus, per *Text. in l. 3. § diui. ff de iur. fisc. in l. 2. in fin. ibique glos. in verb. potest valere, C. de Patrib. qui fil. suc distrax. & in l. ad rescinden. C. de rescinden. vend.* Peregrin. *de priuil. fisc lib. 6. tit. 4. num. 8.* Grat. *disc. for. cap. 545. num. 9.* 1

Rerum enim pretia † à communi hominum estimatione pendent, *l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid l. si seruum meum, ff. ad leg. Aquil. l. septem, C. de erog. milit. ann. lib. 11. cap. 1. de emption.* Rota *decis. 170. nu. 7. part. 1. recent.* ex quo non attenditur quanti res fit empta, † sed quanti ad præsens æstimetur, per tradita Conrad. *de contract. quæst. 56. conclus. 3.* quem allegat Couarr. *var. resol. lib 2. cap. 3. sub nu. 4. versic. secundo hinc apparet*, huncque sequitur Ciriac. *controu. 169. num. 18.* & ratio est quia quælibet res empta post perfectum contractum † secum trahit augmentum, & diminutionem commodo, & periculo Domini, ex *l. necessario in princ. ff. de peric & commod. rei venditæ.* 2 3 4

Quæ in præsenti casu procedunt non solum ex dispositione iuris communis, sed etiam ex ipsa Constitutione Sixtina, in qua cauetur vt hæredes præferantur, quatenus voluerint pro pretio tunc reperibili, & successor in officio non admittatur, nisi pretio hæredibus persoluto, quæ dictio *tunc*, † idem significando quod *eo casu*, vt tradunt Ægid. Bellarm. *cons. 39. nu. 10.* Roland *cons. 70. num. 16. lib. 3.* Barb. *de diction. dict. 409. nu. 2.* indicat æstimatio- 5

R 3 nem

nem officii esse collatam ad tempus, & casum emptionis
6 contrahendæ, † & in eo Bullam concordare cum prædicta dispositione iuris communis determinantis iustum rei pretium esse illud, quod est tempore contractus, vt præter Auctoritates supra adductas probant, *l. si voluntate, C. de rescind. vendit. cap. 1 & Canon. cum dilecti de empt. & vendit.* Curt. *in l. 2 num. 16. C. de rescind. vendit.* Ruin. *cons. 35. nu 36. lib. 1.* Paris *cons. 24. num. 7. lib. 4.* Crauett. *cons. 11. num. 17. & cons 114. nu. 16.* cum aliis apud Menoch *consil. 1174. num. 38.*

Quod autem altera ex partibus hæreditariis, dicti officii fuerit in hæreditate Andreæ Pagani optimè comprobatur. Tam ex declaratione Aliulphi Rubertescht Senio-
7 ris, facta in Testamento Summario Celiæ num. 5. † quæ facta ab eo, qui contraxit cum dicto Andrea super hoc negotio in dubiam efficit probationem, *l. cum te C. de transact.* Rota coram Gregor. *decis. 143. numer. 3. & decis. 388. num. 22. par. 9. recent.* quam ex obseruantia sequuta dum ipse Benedictus proprio nomine, & Ceciliæ cohæredis illam tertiam officii partem, vti ad hæreditatem Patris spectantem dedit insolutum eodem Summario numer. 6. eamque posteà, vt indebite assignatam recuperauit nomine pariter vtriusque Summario num. 10. ex quibus infertur Benedictum non posse impugnare hanc ratam extitisse in hæreditate Patris, † dum illam eo titulo appro-
8 bauit, substituit, & retraxit, ex iuribus in simili congestis penes, Bald. *cons. 402. num. 9. lib. 5.* Peregrin. *cons. 64 num. 19. lib. 1.* Rota *decis. 419. numer. 6. & decis. 448. num. 3. par. 2. recent. coram* Caual. *decis. 640. nu. 10. coram* Buratt. *decis. 944 num. 6. & coram* Eminentiss. Otthob. *decis. 125. numer. 6.* ambosque cohæredes Patris in ea parte non voca-
9 bili, † succedere pro æquis portionibus, *l. hæredes in omni, ff. de acquir. hæred. l. inter filios, ff famil. Ercisc un.*

Nec suffragatur Benedicto animaduersio opposita, quod illæ partes officii non vacabiles intelligantur, quoad pretium, seù emolumenta, quæ in huiusmodi officiis sunt
10 diuersa, ac separabilia, † & possunt remanere penes diuersas personas, vt pluries dixit, Rota *in rec. decision. 305. num. 1. & 6 part. 2. decis. 316. num 4. part. 3. decis. 116. num. 2 & seqq. par. 4. tom. 2. decis. 660. num 15. par. 4 tom. 3. & cor.* Seraph. *decis 998. numer. 3. & decis. 1294. num.* 8. & super hoc eodem officio in *Romana Officii Notariatus 4. Decembris 1651. coram bon. mem. Verospio, §. fin.* ex quo prætendit Benedictus solummodo teneri ad restitutionem pretii, quasi Cecilia non aliud ius consequi posset ab hæreditate Patris, quam simplex creditum pecuniarum pro medietate pretii dictæ tertiæ partis.

Quoniam Domini reprobauerunt hanc consequentiam auctoritates proximè recensitas, ita declarando, ac con-
11 ciliando, † quod officia Curiæ triplici modo considerari debent, aut vti vacabilia simpliciter, & locum habent iura pro parte Benedicti memorata, aut vti absolutè hæreditaria, & ad instar allodialium, & Patrimonialium redacta, vt arguitur ex relatis super hac materia apud Gratian. *discept. for. cap. 880. num. 1. vsque ad 19. & c. 730. nu. 8. & pluribus seqq. & præcipuè nu. 52.* vbi quædam offi-
12 cia Curiæ, † ex particulari decreto Summi Pontificis facta sunt hæreditaria, idemque sentit, Rota coram Seraphin. *decis. 1194. nu. 5. & seqq.* ibi: *Nunquam ad hæredes transmittantur, nisi ex particulari decreto non vacationis*, & clarius firmauit apud Fenzon. *ad Stat. Vrb. decision. 14. per tot.*

13 Aut dicta officia considerantur vti mixta, † idest partim vacabilia, & partim hæreditaria, quem casum tetigit, Fenzon. *ad Statutum Vrbis cap. 21. num. 15. 16. & 18.* illiusque meminit Rota *dicta dec. 14. §. nec obstat penes eundem* Fenzon. cuius sane generis est officium de quo agitur,
14 † quodque propterea in parte vacabili iuxtà naturam officiorum vacabilium, & parte hæreditaria iuxtà proprietates non vacabilium iudicandum est quemadmodum
15 vna, & eadem res diuerso iure debet censeri, † quando diuersa militat ratio, & diuersi respectus occurrunt, per *text. in l si quis perferendum 35. § fin ff de furtis ibique,* Bart. *in l. miles 75. §. propterea ff. de leg 2 cap. cum Capella de priuil. vbi* Abb *num. 5. in fin. vers nam ratione iur. diuersorum, idemque* Abb. *in cap. cum tua in fin. de decim* Rip. *in l fin. num. 122 C. de reuoc. donat.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 23. & § 8. gloss. 5. num. 14. idemque de nobilit. cap. 28. num. 12. cum quatuor seqq.* cui conclusioni etiam annuit, Rota *decis. 400. num. 10. part. 9. recent.* in quo nullum dari potest inconueniens si vna pars reguletur à qualitate similis totius, † cum idem sit iuris in toto, quam in parte ar- 16
gumento in *l. 1. ff. de offic. Præfect. Vrb. Canon. cognouimus distinct. 22. quæst. 1. adden. ad decis. 45. num. 20. part. 9. recent.*

Cum igitur illa tertia pars non vacabilis fuerit in hæreditate Andreæ Pagani certo certius est illius emolumenta pro sua rata spectasse ad d. Ceciliam à tempore obitus Andreæ, quousque, per solutionem pretij ad præsens reperibilis, prout in Bulla præscribitur à dicto Benedicto, & ab alio quocumque titulari redimatur ex eo, quod sicuti hæreditas aliquando decessionem recipit, ita
& accessionem, † illiusque fructus, & augmentum simul, 17
ac onera, atque damna comitantur hæredem sicuti disponitur in *text. l. 22. §. item numero solum, & § fructus, ibique gloss. l. sed etsi, §. fin. cum duobus legib. seqq. l. 26. ff. de petit. hæred. l. 32. ibique glos. in verbo damnosa, ff. mandati 178. cum alijs allegatis in gloss. verbo maximè fructibus, ff. de verbor. signif. & leg. quoties, Cod de hæred. instit.* vltra quod Benedictus etiamsi dici posset verus emptor huius partis hæreditariæ, prout est alterius vacabilis, adhuc propter fructus perceptos ex illa parte, † pre- 18
tium illius de tempore præsenti reperibile pro dicta rata cum vsuris, seù emolumentis restituere cogendus est, per *text. expressum in l. curabit, C. de action empt.* Rota *in Romana Pecuniaria 21 Februarii 1656. §. hinc vrgere non poterit confirmata 25. Iunij 1660. coram bon. mem. Verospio.*

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Bourlemont sub die 22. Iunij, ac etiam deinde sub die 3. Decembris eiusdem anni 1668. coram R. P. D. Taya, quorum resolutiones inferius apponemus suis locis, & temporibus reportandas.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Rauennaten. supplementi legitimæ.

Veneris 2. Martii 1668.

ARGVMENTVM.

Cùm legitimæ supplementum petere prohibeantur filia eiusque hæredes antè liquidationem factam status hæreditarii; quæritur ideò quomodo ille remaneat, per testes firmatus, & negatiuè, in casu præsenti concluditur propter varias exceptiones eorumdem testium, quoad æstimationem, & valorem bonorum hæreditariorum.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata à patre in minori quantitate quam sit legitima, potest eo defuncto petere supplementum.*
2 *Actio supplementi legitimæ, quamuis à filio viuente non exercita, transit ad eius hæredes.*
3 *Dos à Patre filiæ constituta de iure præsumitur congrua donec contrarium probetur.*
4 *Legitimæ supplementum qui petit, liquidare tenetur illius quantitatem firmato priùs statu hæreditatis.*
5 *Legitima non est quota hæreditatis, sed quota eius quod superest deducto ære alieno.*
6 *Valor domus non probatur ex depositione vnius testis, amplia vt nu. seqq.*
Testis vnicus nihil probat, nu. 6. & seqq.
7 *Testis deponens de sua credulitate, & iudicio non probat valorem.*
Testis deponens per dictionem in circa dubitatiuè dicitur deponere nu. 7
8 *Testis si fatetur se non informatum de qualitatibus, & statu rei, impossibile est, quod illius possit probare valorem.*
Valoris ad probationem requiritur notitia omnium qualitatum, & circumstantiarum, nu. 8.
9 *Testis deponens de valore iuxtà propriam affectionem*

nem, quia ipse tanti emisset eumdem valorem nullatenus probat.

Testis deponens de valore, debet deponere quanti communiter res emi, & vendi posset, nu. 9.

10 *Testis deponens absque eo quod detraxerit canonem rei emphyteuticæ probat illius valorem*

Canon detrahendus est de valore rei emphyteuticæ, num. 10.

Valorem rei ea, quæ diminuunt detrahenda sunt, numer. 10.

11 *Testis ignorans quantitatem prædii, ac etiam quantitatem fructuum, nequit probare verum valorem.*

12 *Statut hæreditatis ad effectum supplementi legitimæ liquidari debet secundum valorem de tempore mortis patris, non autem de tempore illius petitionis, & vide nu. seqq.*

13 *Legitima debetur etiam ex augumento, quod prouenit ex bonis hæreditariis patris, declara, vt num. seqq.*

Augumentum intrinsecum bonorum hæreditariorum auget legitimam, eiusque supplementum, extrinsecum verò spectat ad hæredes, nu. 13.

14 *Bonificationes, meliorationes, aliaque huiusmodi facta industria hæredis in bonis hæreditariis ad ipsos spectant hæredes.*

15 *Testis vnicus plenè probat contra producentem.*

16 *Bona Ciuitatis Rauennæ vigore concordiæ eiusdem Ciuitatis redacta sunt ad instar allodialium.*

17 *Fœminæ extantibus masculis sunt exclusæ à successione ab intestato in bonis emphyteuticis Ciuitatis Rauennæ.*

Filia exclusa à successione ab intestato censetur etiam exclusa à legitima, & quando nu. 17.

Amplia hoc etiam procedere in bonis emphyteuticis Ciuitatis Rauennæ, ibidem.

Legitima nihil aliud est, quam portio rei, quam quis habiturus esset ab intestato, nu. 17.

18 *Fœmina non includitur in inuestitura bonorum emphyteuticorum Ecclesiæ concessa pro se, & filiis.*

19 *Statutum laicale licet dubitari possit an compræhendat bona emphyteutica Ecclesiæ, inseruit tamen pro interpretatione voluntatis ipsius acquirentis.*

Acquirens bona emphyteutica præsumitur se conformasse cum dispositione statuti, numer. 19. vbi amplia.

DECISIO CXCVIII.

ANNO 1599 quam Dionysius Louatellus quinque habens filios nuptui tradidit Vrsulam Augustino Pignatto, cum dote scutorum 2400. solid. 84. pro scuto qua postmodum defuncta relicto Baptista eius filio, & ex eo natis Gaspare, & aliis quinque masculis ipsi ex persona dictæ Vrsulæ eorum Auiæ, prætendentes legitimæ supplementum, Iudicium in partibus instituerunt contra Albertum, & alios de Louatellis hæredes Testamentarios Dionysii, & sententiam in parte fauorabilem reportarunt, sed commissa mihi causa appellationis proposui dubium, An, & pro qua rata, vel summa debeatur supplementum legitimæ, vna cum fructibus, & à qua die Domini autem censuerunt supplementum non deberi.

Admissa enim fuit pro vera conclusio, quod filia dota-
1 ta à Patre in minori quantitate, quam sit legitima † possit eo defuncto petere supplementum ex clar. *Text. in l. omnimodo, & l. simus C. de in offic. Testam. cum aliis congestis in decis. 47. num. 8. coram Carillo*, quodque actio huiusmodi
2 à filia viuente non exercita † transeat ad eius hæredes ex notat. per Salicet. *in dicta l. simus numer. 4. Ibique* Ias. *num. 2.* Alex. *cons. 55. num. 5. lib. 2.* Noai. *de transmiss. cas. 8. n. 107 & seqq.* Benintend. *decis. 37. nu. 26. & decis. 228 nu. 2. par. 8. recent.*

Sed quia dos à Patre filię constituta in dubio præsumi-
3 tur congrua, † donec contrarium probetur, Salicet. *in l. Sancimus C. de nupt. & in Auth. res quæ In 2. notabili Cod. commun. de legat.* Castrens. *cons. 275. lib. 1.* Alex. *cons. 33. n. 4. lib. 4.* Eugen *cons. 34. num. 15. & seqq. lib. 1.* Honded *cons. 63 nu. 85. lib. 1.* Altograd. *cons. 5. num. 18. lib. 1.* Boss *de dot. cap. 13. nu. 89.* Merlin. *de legit. lib. 3. quæst. 11. num. 1. & seqq.* Rota cor. Buratt. *dec. 894. num. 2. decis. 581. num. 3. par. 1. dec. 213. num. 1. part. 10. recent. & in Auximana dotium 24. Ian. 1654. coram R. P. D. Albergato*; Ideoque petens supplementum eo quia dos non correspondeat legitimę teneatur, † vti 4
Actor liquidare illius quantitatem firmato statu hæreditario ipsius Patris iuxta modum traditum à Bart. *in celebri cons. 17. lib. 1.* Surd. *cons. 148. num. 5. cum seqq.* Carena *resol. 148. num. 2.* Cyriac. *controu. 5. num. 149.* Thomat. *dec. 43. numer. 9.* Seraph. *dec. 331. num. 17. & dec. 72. numer. 13. post* Merlin. *de pignor. & in recent. decis. 121. numer. 8. & 9. par. 6. & dec. 88. nu. 28. par. 10. & in Ferrarien. supplementi legitimæ 1. Decembris 1645. cor. bon. me. Dunozetto §. Non obstat.*

Status autem hæreditatis nullo modo probatur firmatus, quid nempe, & quantum Pater reliquerit deductis debitis, & oneribus, cùm legitima non sit quota hæreditatis, † sed quota eius, quod superest deducto ęre alieno, 5
vt dixit Rota coram Buratt. *decis. 946. numer. 1. & dec. 399. num. 24. par. 5. dec. 198. num. 5. par. 7. & decis. 230 nu. 10 par. 10. rec.*

Siquidem valor respectu domus sitæ in Ciuitate Rauennæ non desumitur nisi ex dicto vnius Testis, † qui 6
nihil probat, *cap. licet extra de testibus* Buratt. *dec. 538. nu. 12. & 13. Ibique* Adden. *lit. B. & in Imolen. bonorum 6. Martii 1665. coram bon. mem. Verospio §. Hanc verò*, & quod magis est deponit de sua credulitate, & iudicio, † & du- 7
bitatiuè per dictionem *in circa*, ibi *E quanto alla Casa io non posso dar certo iudicio, per non hauerla considerata, mà credo potesse valere da 3000. scudi in circa moneta vecchia, per quanto si puol congieturare così esteriormente*, Greg *dec. 517. nu. 18* Carill *decis. 210. sub num. 5. & seqq & in Romana pecuniaria 7. Iunii 1660. §. Nec contrarium coram R. P. D. Priolo*, quinimo fatetur se non informatum de statu, & qualitate dictæ domus Ibi, *Io non sono mai stato nella Casa di detto Signor Caualiero Dionisio, nè auanti, nè doppo la morte, e però non ne hò pratica alcuna*; Vnde impossibile est posse pręcisè deponere de verò valore, † ad quem effe- 8
ctum requiritur notitia omnium qualitatum, & circumstantiarum, Alex. *cons. 54. n. 5 cum seqq. lib. 6* Aldobrand. *cons. 60 nu. 33. & 25. lib. 1.* Greg *dec. 570. nu. 4.* Seraph. *decis. 102. num. 5. & dec 1462. num. 4.* Merlin. *decis. 444. num. 4. & in rec. dec. 151. num. 10. par. 6. & in Romana officii Notariatus 6. Febr. 1654. coram Eminentissimo Celsb §. Nec pretensio & in Anconitana pecuniaria 9. Iunii 1665. cor. Reuerendiss. Zarate.*

Quoad Prædium situm in Villa S. Stephani, duo Testes adducti. (Vltra quod patiuntur eosdem defectus, super depositione de credulitate, & proprio Iudicio.) Primus deponit de valore, iuxta propriam affectionem: Ibi, *Perche io medemo la comprarei al medemo prezzo, & sò se Io l'hauessi non la darei al medemo prezzo*, † Et sic non atten- 9
ditur, cum debeat deponere, quanti communiter vendi posset, Pinell. *in l. 2. par. 3 cap 4. nu. 12. C. de rescind. vend.* Valasch. *consult. 43. num. 1. & nu. 13.* Thomat. *decis. 50. numer. 83.* Posth. *de subhab. inspect. 60. num. 36.* Rota *post cum dec. 44. num. 13.* Penia *decis. 810. num. 4. & 6. dec. 292. num. 36. part. 6. rec. Et in Fulginaten. bonorum 26. Maii 1662. cor. R. P. D. meo Priolo.* Insuper in eodem prædio adsunt 28. tornaturæ emphyteuticæ Ven. Abbatiæ S. Io: Euangelistæ Summario Alberti num. 6. & dictus testis in sua depositione non deduxit Canonem Ibi, *La stima, che è stata fatta da me, è stata fatta senza consideratione, che siano emphyteutiche, ma libere*, † qui tamen detrahendus erat vti 10
Imminuens valorem rei, Surd *cons. 181. num. 20. libr. 2.* Grat. *discept. 723. num. 17* Posth. *de subhast. Inspect. 60. nu. 36.* Merlin. *de legit. lib. 2 t. 1. 29. quæst. 19 numer. 17 & seqq.* Rota *cor. eodem dec. 705. num. 4. & dec. 334. num. 14. par. 4. tom. 2. rec.*

Alter verò Testis ignorat præcisam quantitatem tornaturarum, & fructuum percipi solitam ex dicto prædio, quolibet anno Ibi, *E più lasciò vna Possessione à S. Stefano, che credo sia di tornature 100 in circa, & ibi. E non sò precisamente la quantità de frutti, che rendono detti Terreni vn anno per l'altro*, Ideoque nequit probare verum valorem, Bart. *in l. pretia rerum nu. 2. ff. ad l. falcidiam, & in l. 2. numer. 23. C. de rescind. vendit.* Aldobrand. *cons. 60. num. 25. lib. 1.* Gratian. *discept. 461. num. 24.* Thomat. *dec. 50. num. 84.* Seraph. *dec. 1462. num 3. & 4. & in rec. dec. 20. numer. 2. par. 2. decis. 272. numer. 21. par. 5. & in Pisauren. rescissionis contractus 15. Iun. 1665. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Minus probatus dici potest valor bonorum existentium in Villis Ragoni Gattinellarum, & S. Alberti, quia Testes desuper examinati laborant eisdem exceptionibus superius recensitis aliisque in facto ponderatis, atque vltro deponunt de valore de tempore præsenti, non verò de tempore mortis Dionisii,
12 † quod est attendendum, Aldobr. *cons.60. nu.23 cum seqq. lib.1.* Rota *dec.272. nu. 22. p.5. rec. cor. Merl. dec.633. nu.4. & seqq.*

Non obstat, quod in calculanda legitima metienda quidem, sit quantitas bonorum tempore mortis Patris, sed circa valorem attendendus sit tempus petitionis,
13 † cum illa debeatur etiam ex augumento, quia conclusio procedit in augumento intrinseco, non autem extrinseco proueniente ex facto, & industria hæredum, vt sunt bonificationis meliorationes &c.
14 † quæ semper cedunt commodo ipsius meliorantis, Peregrin. *de fideic. art. 36. num. 9* Capic. Latr. *consult 78 numer. 24.* Fachin. *contr. Iur. lib. 4. cap.26. in princ. & libr. 12. capit. 5.* Altograd. Iun. *controu. 19. num.10.* Fontanell. *dec.573. nu.13.* Merlin. *de legit. lib.5. tit. 3. quæst. 7. num. 3*. Rota *post cum dec.90 num 1. & seqq. & dec 204. nu.4. & seqq & post* Salg. *in Lab. Cred. dec. 45. nu.4. & seqq* Rota *diuers. dec.347. nu.5. par.1. & decis. 272. nu 21. par.5. rec.*

Quod autem Terrena huiusmodi post mortem Dionysii fuerint notabiliter meliorata Industria hæredum probatur ex Testibus datis, Summario Alberti numer.5. Et in specie, quoad illa existentia in Villa S. Alberti vnus Testis à Pignattis examinatus deponit tempore obitus Testatoris fuisse deuallata, ex innundatione fluminis Lamonis eaque postmodum ad culturam redacta ab eius
15 heredibus, qui licet sit vnicus, † plenè probat contra eosdem qui illum reproduxerunt, Grat. *disc.699. num.21. & 753. nu.15.* Add ad Greg. *dec.255. nu.9.* Add. ad Buratt. *dec. 298. litt. B.*

Præterea cum in prædicta hæreditate adsint in confusio multa bona emphyteutica dicto Summ. Alberti *lit. A.B.C.*
16 nulla de illis est habenda ratio in calculanda legitima; † nam licet vigore Concordiæ Rauennæ, de qua in volumine statutorum lib. 4. Rubr. 14. ea redacta sint ad instar allodialium, dum tamen ab ea fœminæ extantibus ma-
17 sculis sunt exclusæ à successionibus ab intestato, † censentur etiam exclusæ à legitima, quæ nihil aliud est quam portio rei, quam quis habiturus est ab intestato, vt in terminis concordiæ Rauennæ tenuit, Petr. de Sorcin. *inter cons. Marcianen. cons 6. per tot.* Angel. *cons. 105. numer. 4.* Marcabrun. *cons 79. num.95 cum seqq.* Surd. *cons.427. num. 57.* Cephal. *cons 5. num.46. & cons.531. num.55* Beto *cons.70 num.8. lib.2.* Bece. *cons. 103. numer. 21.* Clar. *in § Testamentum, quæst.42. num.6.* Mangil *de imput. quæst.7. numer. 45.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. quæst.2. num.35* Rota *decis.272. nu.10. par.5. decis 316. num. 1 & seq. par.6. decis 37. num.1. part.10. recent. &* coram Reuerendissimo Royas *dec. 439. num.6.*

Nec facit, quod Dionysius acquisiuerit bona titulo one-
18 roso, cum inuestitura pro se, & liberis, † quia dum agitur de bonis Ecclesiasticis Vrsula, vti fœmina non dicitur compræhensa, vt resoluit, Rota *in Mantuana emphyteusis 7. Iunii 1638. coram bon. mem. Dunozetto*, vel in omnem casum resistit dicta concordia, & Statutum Rauennæ fœminarum exclusiuum propter masculos, quod licet dubitari possit, an comprehendat bona emphyteutica Ec-
19 clesiastica, † deseruit tamen pro interpretatione voluntatis ipsius acquirentis, qui semper præsumitur se voluisse conformare cum dicto statuto in puncto, Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de success. quæst. 10. nu.3.* Rota cor. Caual. *decis. 583. nu 9.* Add. ad Buratt. *dec.838. num.15.* Merlin. *dec.447 nu.1. & in Romana emphyteusis 28. Febr.1656. coram R.P.D. meo Priolo.*

Cum autem ex supradeductis supplementum non debeatur, non habita fuit ratio de fructibus Vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Pampilonen. Beneficii de Los Arcos.

Veneris 2. Martii 1668.

ARGVMENTVM.

Requisita necessaria ad obtinendam adiudicationem beneficii à prouiso Apostolico sunt probatio Clericatus, valor beneficii, illiusque vacatio in mense Pontificii reseruato, quæ omnia ex literis testimonialibus Ordinarii; ex antecedentibus collationibus, & ex prouisione eiusdem Ordinarii facta sub expressione similis vacationis plenè remanent iustificata.

SVMMARIVM.

1 *pro Adiudicatione beneficii obtinenda sufficit iustificatio literarum Apostolicarum.*

2 *Clericatus probatur ex literis testimonialibus Ordinarii.*

3 *Valor beneficii remanet plenè iustificatus ex antecedentibus prouisionibus, in quibus similis fuit narratus valor.*

4 *Testes beneficiati Ecclesiæ benè probant valorem beneficii eiusdem Ecclesiæ.*

5 *Locationes continuatæ plurium annorum probant valorem beneficii.*

6 *Vacatio per obitum resultat ex collatione Episcopi facta sub eadem assertione*

7 *Mensis Septembris est de collatione Ordinarii, falli si Episcopus acceptauit alternatiuam, numer. seqq.*

8 *Libri Datariæ plenè probant acceptationem alternatiuæ.*

9 *Mensis Septembris per acceptationem alternatiuæ ab Episcopo factam efficitur Apostolicus, & reseruatus.*

10 *Reseruatio adimit omnem facultatem conferendi, & irritat quascumque prouisione.*

DECISIO CXCVIII.

De simplici Beneficio Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, Oppidi de los Arcos. Vacante de Mense Septembris 1662. per obitum Didaci Tostado prouisus fuit à Sede Apostolica, vti reseruato Gregorius Fernandez de Murugaren, verum quia Ordinarius mediante sententia literarum Apostolicarum, executionem denegauit, & Ioanni Iosepho de Texada ab eo, prouiso Beneficium adiudicauit, Ideò deuoluta mihi causa appellationis dubitaui an Grego. io, sit adiudicandum Beneficium, & affirmatiuè responsum fuit.

Quia pro adiudicatione obtinenda sufficit, † quod omnia in literis Apostolicis exposita ad vnguem iustificauerit, 1
vt dixit, Rota *decis. 100. num 9. & decis. 259. num.11. par. 10. recent. & in Pampilonen Beneficii de Nardues 14. Ianuarii 1667. coram R.P.D. meo Priolo*; Clericatus enim desumitur ex literis Testimonialibus sui Ordinarii datis Summario *num.3.* † quæ adhunc effectum plenam faciunt 2
probationem, *cap.2. vbi* Abb. *num.1. not. de cleric. peregr.* Felin. *in cap. post cessionem nu.3. & 15. de probat.* Rota *dec. 31 nu.2. & decis.169. num.8. part.10. recent.* Valor per non excessum Ducatorum 24. auri de Camera, & vna cum in certis Ducatorum quinquaginta, † ne dum remanet 3
iustificatus ex pluribus præcedentibus prouisionibus dicto Summario num.5. in quibus narratus fuit valor in eadem quantitate, Rota *decis 14. num.7. & decis.62. & seqq. par. 10. recent.*

Sed etiam ex duobus Testibus optimè Informatis, vti
† Beneficiatis eiusdem Ecclesiæ, Rota *dec.210. nu 9. p.10. rec.* Illi enim vniformiter deponunt, huiusmodi Beneficium per viginti quatuor, & plures Annos fuisse loca- 4
tum

tum anno quolibet procentum regalibus de octo non
5 excedentibus dictos Ducatos quinquaginta, † quæ locationes ſpatio tanti Temporis continuatæ verum probant valorem, vt admittit Rota *decif.186. num. 11. part. 6. rec.* vacatio in Menſe Septembris, per obitum Didaci reſultat ex collatione facta ab Ordinario in perſona d. Ioannis Io-
6 ſephi, † cum aſſertione vacationis, per obitum eiuſdem; & in dicto Menſe, Coccin. *decif.145.numer.1. & in recent. decif.259.num.4.par.10.rec.*

Reſeruatio denique nullam admittit controuerſiam,
7 quia licet Menſis Septembris ſit Ordinarii, † Epiſcopus tamen Pampilonenſis acceptauit, alternatiuam Menſium, vt conſtat ex partita librorum Datariæ, data in
8 dicto Summario *nu. 7.* qui planè probant alternatiuæ acceptationem, vt in ſpecie reſoluit, Rota coram Buratto
9 *decif. 888. num 3.* Ideoque dictus Menſis † efficitur Apoſtolicus, & reſeruatus, vt diſponitur *in reg. 8 hodie 9. Cancellariæ, & benè explicat* Gonzal. *ibidem Gloſſ.45. §.1.num. 8. & gloſſ. 54. in princ.*

Hinc fit vt non ſit habenda in conſideratione prouiſio
10 Ordinarii, quia reſeruatio † adimit omnem facultatem conferendi, & quaſcumque Prouiſiones irritat, Rota *decif. 83. num. 1. & 2.* poſt Viuianum *de Iurep. & dec. 363. num.1. coram Caualerio.*

Et ita vna tantum &c.

R. P. D. CARPINEO.

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Auximana prætenſi fideicommiſſi.

Veneris 2. Martii 1668.

ARGVMENTVM.

Examinantur coniecturæ, quæ plerumque à Doctoribus adducuntur pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum; Cumque non omnes in hac materia ſufficiant, nec communiter recipiantur, eæ igitur quæ in huiuſmodi facti ſpecie afferebantur, vndequaque reijciuntur, & præſertim illa, quæ reſultat ex grauamine, & onere à teſtatore iniuncto non ſolum primo vocatis, ſed etiam filijs in conditione poſitis, prout & aliæ, quæ ex ſequenti Summario colligendæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione poſiti cenſentur de iure vocati ſi ipſi aliquo onere fuerunt à teſtatore grauati, contra nu. 3. & ſeqq.*

Verba l'infraſcritti miei heredi, *ſi vnus tantum eſt hæres verificantur in filiis in conditione poſitis, num. 1. & ſeqq. vbi vide.*

2 *Conditionem quando teſtator videatur voluiſſe habere, cum diſpoſitiua vacationis, & vide num. ſeqq.*

4 *Verba* l'infraſcritti miei heredi, *referuntur tantùm ad hæredes ſcriptos, & literaliter nominatos.*

Amplia quia non comprehendunt filios in conditione poſitos, num. 5.

6 *Pluralitas ad vnum tantum reſtringi non debet.*

7 *Subſtitutio facta ſimpliciter filios de perſona alicuius, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus intelligitur, tantummodo per vulgarem.*

8 *Onus legati, vel huiuſmodi à teſtatore iniunctum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus grauant, quidem bona hæreditaria, non autem fideicommiſſum inducunt.*

Bona hæreditaria tranſeunt in quemcumque ſucceſſorem cum ſuis oneribus, num. 8.

9 *Legata ab hæredibus conditione* infraſcriptis, *præſtanda tranſeunt ad ſecundos, ac etiam vlteriores hæredes.*

10 *Verbum* loro heredi, *demonſtrat hæredes, & ſucceſſores hæredum non autem teſtatoris.*

11 *Hæredes, & ſucceſſores quamuis fuerint à teſtatore grauati, non ex hoc cenſetur inductum fuiſſe fideicommiſſum.*

12 Decif. 42. par. 11. rec. *declaratur.*

13 *Oneris, & grauaminis à teſtatore inducti coniectura diuerſimodè conſideratur, ad effectum inducendi fideicommiſſum, atque ad effectum idem fideicommiſſum, iam inductum perpetuandi.*

14 *Filii in conditione poſiti cum qualitate, quod fuerint legitimi, & naturales quando dicantur diſpoſitiuè vocati, & num. ſeqq.*

15 *Qualitas quod filii ſint legitimi, & naturales ſola, & de per ſe non importat vocationem filiorum in conditione poſitorum.*

Sed ea tantummodo admittitur, quando aliæ concomitantur coniecturæ, puta ſi ad fuerit ratio conſeruandæ agnationis, quæ adhuc veſtita requiritur, ibidem, & num. 16.

16 *Ratio conſeruandæ agnationis veſtita eſt vna ex coniecturis ad effectum inducendi vocationem filiorum in conditione poſitorum.*

17 *Qualitas de legitimo matrimonio differt à qualitate quod filii ſint legitimi, & naturales.*

Filii in conditione poſiti cum qualitate, quod fuerint ex legitimo matrimonio nati, facilius dicuntur vocati, quam ſimpliciter legitimos, & naturales, num. 17 ſed contra num. 20.

18 *Deciſiones plures in materia filiorum in conditione poſitorum declarantur in quibus terminis procedant, & num. 19.*

21 *Subſtitutio compendioſa cùm illa dictione quandocumque plura tempora complectitur.*

22 *Filii poſiti in conditione ſicuti reſpectu vulgaris in compendioſa contentæ cenſentur vocati, ſic quoque vocati dici debent reſpectu fideicommiſſariæ, ſed contra, num. 23. & num. 27.*

Subſtitutionum vtraque pars debet vniformiter terminari, num. 22.

24 *Filii in conditione poſiti an in caſu ſolius ſubſtitutionis vulgaris cenſeantur diſpoſitiuè vocati admodum diſceptabile eſt apud Doctores.*

25 *Filii in conditione poſiti non per vulgare, ſed per fideicommiſſariam dici poſſunt diſpoſitiuè vocati, & ſuper nu. 22 cum ſeqq. vbi vide*

26 *Vocatio filiorum in conditione poſitorum pendet à coniecturis.*

Vocatio filiorum in conditione poſitorum numquam dici poteſt, per vulgarem, & de ratione, numer. 26.

Vulgaris ſubſtitutio verbis directis inducitur, numer. 26.

28 *Clauſula codicillaris ſi ſufficeret ad inducendam vocationem filiorum in conditione poſitorum, omnis quæſtio remoueretur.*

Clauſula codicillaris plerumque hodie in animi diſpoſitione reperitur, num. 28.

29 *Ratio maioris dilectionis potius excludit vocationem filiorum in conditione poſitorum, quàm illam inducat.*

DECISIO CC.

AD promouendam ex ſimplici ſubſtitutione facta Federico filio, ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus deceſſerit vocationem nepotum in conditione poſitorum plures in præterita poſitione mendicatæ fuerunt coniectures, quas omnes inefficaces, veluti in facto non ſubſiſtentes, & in iure non approbatas, Rota reiecit in *deciſione 29. Nouembris* 1666. deſuper extenſa, ſed cum in præterita noua audientia ferè omnes repeterentur, Rota adaptando cæteris reſponſiones iam datas in dicta deciſione, cum quibus tranſire voluit eas ſolum examinandas duxit, in quibus impenſius informantes inſiſtebant; Inſiſtebant itaque primo in onere infraſcriptis ſuis heredibus iniuncto ſuppeditandi Floræ filiæ Teſtatoris, caſu quo Monaſterium ingrederetur ſcuta duodecim annua, & omne neceſſarium, † & inferebant ex iſto ad neceſſa- 1
riam vocationem nepotum, quia vnicus fuit hæres inſtitutus, ex quo cum verificari certè non poſſint illa verba:

gl'in.

gl'infrascritti suoi heredi siano tenuti , *&c.* verificari de-
beant in nepotibus positis in conditione,& per consequen-
2 tiam voluerit Testator, † conditionem habere vim dispo-
sitiuæ vocationis, vt videtur in terminis respondisse,Rot.
decis. 42. *num.* 10. *& tribus seqq.par.* 11. *rec.*

3 Sed debilissimam hanc esse coniecturam , † demonstra-
tum fuit in alia *decis.* §. *Minus aliquid per text. in l. hære-
ditas ad statium* 65. *ff. de hæred. Instit.* Imò ob illa verba ,
gl'infrascritti suoi heredi, potius retorqueri , cum absolu-
4 tum sit , † eam tantum referri ad hæredes scriptos , & li-
teraliter nominatos , *l. qui l.teris §. hæc verba vbi* Bart. *ff.
de vulg. & pup.* Alexand. *cons.* 173. *num.* 6. *lib.* 5. Rim. Iun.
5 *cons.* 279. *num.* 73. & proinde in conditione † positos non
comprehendere , Redenasc. *cons.* 30 *nu.* 53. *plenè* Rota cor.
Buratt. *decis.* 385. *nu.* 1. *&* 387. *nu.* 8.

Nihilobstante , quod vnus tantum sit hæres scriptus ,
6 † & pluralitas non debeat ad vnum restringi , nam Fede-
rico filio sunt etiam substituti Flora , & Scipio , aut hære-
7 des , & successores sui , † per vulgarem ad tradita , per Pe-
regrin. *de fideicomm. art.* 32. *num* 30. in quibus dicta verba
verificantur absque eo , quod cadant in filiis in conditione
positis , & nihilominus , quando onus huiusmodi , lega-
ti caderet in hæredibus etiam extraneis , nullum esset in-
8 conueniens , † similia enim onera afficiunt , quidem bo-
na hæreditaria , vt illis grauata transeant in quemcum-
que successorem , sed fideicommissum exinde non indu-
cunt , vt sunt Text. *aperti in l. nihil propont* 120. *ff. de leg.*
1. *& in l. fundi Ætusiani* 38. *ff. de vsu , & vsufr. leg.* Pere-
grin. *cons.* 33. *num.* 9. *vers. illa autem num.* 5. Redenasc. *dicto
cons.* 30. *num.* 54 Ant. de Gam *decis. Lusit.* 30. *per tot. & de-
cis.* 124 *nu* 8. cum aliis pluribus adductis *in Romana hære-
ditatis de Fossanis* 12. *Februar &* 11. *Martii* 1588. *post cons.*
Giouagn. 97. *& in alia decis. huius causæ §. Minus aliquid*
9 *suffragari* , & regulariter legata , † ab infrascriptis hæredi-
bus transire ad secundos , & vlteriores hæredes tradit Cor-
nell. *toto consil.* 69. ac ipso adducto , Peregrin. *de fideicom.
art.* 30 *num.* 72. *vers. secundo limita, ac* Grat. *discept. Forens.*
612. *num.* 17.

Affinis huic coniecturæ esset altera ducta , ex Institu-
tione Capellaniæ cum proprio onere bis celebrandi in heb-
domada à relicta hæredibus nominatione , per hæc verba ,
*che succeda in quel luogo vn'altro Canonico di detta Chie-
sa , mà però quello che sarà nominato dall'heredi di esso Te-
statore , e loro heredi , e successori , di modo che detta nomi-
natione non possa esser fatta da altri , e così vada sempre in
perepetuo* , nisi in illa apertissimè conuinceretur Testato-
rem non filios in conditione positos , sed hæredes , & suc-
cessores quoslibet licet extraneos considerasse , vt clarè in-
10 dicat , illud verbum *loro* , † quod hæredes , & successores
hæredum , non autem Testatoris demonstrat , & nihilo-
minus quando etiam sui hæredes , & successores grauasset
11 † adhuc non ex hoc inductum esse fideicommissum fir-
mant adductæ , *decisiones in Romana hæreditatis de Fossa-
nis post cons.* 97. Giouagn. *num.* 22. *&* 25.

12 Hinc visum est parum applicari , *decis.* 42. † *par.* 11.
recent. quia vt doctissimus illius decisionis extensor ob-
seruauit *num* 56. non erat ibi dubitatio , an à vocatione
ad rem particularem inferri posset ad vniuersale fidei-
commissum ; cum in eo casu ex modo gubernandi Ca-
strum , quod primo ad maiorem natu , deinde in primo-
genitum masculum spectare Testator præscripserat , eui-
dens erat positos in conditione fuisse dispositiuè vocatos ,
13 † vnde coniecturæ propriorum onerum ibi non pondera-
bantur ad inducendum fideicommissum , quod iam sup-
ponebatur inductum , sed ad illud perpetuandum , & ad
hunc finem , similes coniecturæ ponderatæ fuerunt , *in
Bononien. fideicommissi de Guidottis* 24. *Ianuar.* 1648. §. *No-
na educitur* , *&* 5. *Iunii eiusdem anni §. demonstratur , vlte-
rius coram bo. mem. Arguelles.*

Alteram repetebant coniecturam , quod Testator filios
Federici , non posuit simpliciter sub conditione , sed ea sub
14 qualitate , quod essent legitimi , & naturales , † sed pari-
ter leuissimam reputari demonstratum fuit in alia *decisio-
15 ne §. Inter plures* , & passim reprobari , † nisi quando aliis
concomiter tradit , Thesaur. *decis.* 96. *num.* 26. *in fine* , vel
16 nisi ratione conseruandæ agnationis vestita sit , † ex pluri-
bus relatis in *decis.* 160. *num.* 16. *&* 17 *part.* 10. *recent. &
in Beneuentana Successionis* 19. *Iunii* 1656. §. *Coniectura ve-
rò , coram Eminentissimo Domino meo Cardineli Celso*, & ni-
hilominus pro totali reprobatione huius coniecturæ ani-
maduertebant , Domini tunc illam posse aliquid operare ,
quando adiecta esset qualitas , quod positi in conditione
nati essent de legitimo matrimonio , tunc enim ad exclu-
sionem legitimatorum vrget præsumptio vacationis , † se- 17
cus autem quando , vt hic , legitimi , & naturales simpli-
citer in conditione ponuntur , quod valdè differt ita benè
distinxit , Honded. *cons.* 65. *num.* 42. *lib.* 1. *& latius* , *cons.* 54.
num. 24 *lib.* 2. *optimè* Magon. *decis. Floren.* 73. *num.* 8. *versic.
sed hæc consideratio* , & Surd. *decis.* 162. *num.* 9. & hæc fuit
etiam distinctio Rotæ *in Bononien. de Pepulis* 13. *Aprilis*
1568. *coram Robusterio relata ab* Honded. *loc. adduct. & à
Rustico , in tractat. de fil. in cond. posit. libr.* 3. *capit.* 3. *nu-
mer.* 5.

Non applicantur igitur decisione † *Auenionen. fidei- 18
commissi , coram RR. PP. DD. mei Beuilacqua , & Taya* ,
quia in prima illarum 11. *Maii* 1657. §. *Altera coniectura* ,
dignoscitur filios in illo casu positos fuisse in condictione ,
qualificatiuè quod essent legitimi , & naturales , & de eo-
rum corpore , & de vero , & legitimo matrimonio pro-
creatos ; Auctoritates verò in illa , & in subsequentibus
decisionibus adductæ , & quæ ad hoc adduci solent , † lo- 19
quuntur in ijsdem terminis , vt videre est apud , Soccin.
Iun *cons.* 110. *nu.* 25. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 3. *n.*
5. Rota coram Seraphin. *decis.* 939. *num.* 8. *& decis.* 221.
num. 12 *part.* 5. *recent.* Nec desunt multi qui sub hac quali-
tate natorum , de legitimo matrimonio , † hanc coniectu- 20
ram patrui faciant , quos longo agmine adducit , Rede-
nasc. *cons.* 13. *nu.* 16. *& cons.* 14. *numer.* 29. *ac Carena resolut.*
91. *num.* 25.

Et nouam denique adnectebant desumptam ex vi sub-
stitutionis compendiosæ resultantis ex illis verbis , *& mo-
rendo detto Federico senza figlioli* , licet sine illa dictione ,
† *quandocumque* , quia plura tempora complectuntur , & 21
ex hoc arguebant , quod quemadmodum respectu vulga-
ris in ea contentæ filii positi in conditione censeantur vo-
cati , † ita respectu fideicommissariæ , vt vniformis in vtra- 22
que substitutionis parte fiat determinatio , Soccin. Iun.
cons. 174. *num.* 24 *lib.* 2. Honded. *dicto cons.* 54. *numer.* 45.
lib 2. *Rustic. in hoc Tractat. lib.* 5. *cap.* 6. *numer.* 5. *cum aliis per*
Giouagn. *d. resp.* 79. *num.* 25. *& per* Fusar. *quæst.* 437. *numer.*
221. *& per* Rota coram bon. mem. Merlin *decis.* 447. *nu.* 8.
sed hæc pariter coniectura , † acriter reprobatur à Zanch. 23
in l. Hæredes mei § cum ita num. 713. *vers. dicas* , secundum
priorem edict. & secundum posteriorem , *in part.* 7. *n.* 8.
ff. ad Trebell. & optima quidem ratione , quia , vt inquit ,
Rota *Bonon. apud* Giouagn. *cons* 72 *n.* 172. hæc argumenta-
tio petit principium , scilicet filios positos in conditione ,
censeri dispositiuè vocatos in casu vulgaris , † cuius con- 24
trarium tenent multi relati ab eadem , Rota *Bononien. n.*
173. Quinimo tantum abest , vt positi in conditione cen-
seantur , per vulgarem substituti , † vt Imò qui istos voca- 25
tos esse dicunt id , per fideicommissariam fieri asserant , &
non per vulgarem , Bald. *cons.* 398. *Rust. in hoc tr. lib.* 6. *cap.*
5. *num* 7. Cumquè illorum vocatio pendeat à coniecturis ,
numquam dici potest , per vulgarem , † quæ verbis directis 26
inducitur , vt notatur communiter , in *l. Iubemus C. de Te-
stam. & l. cum proponebatur* , *ff. de leg.* 2. *egregiè* Mantic. *de
Coniect. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 20. Criuell. *decis. Senatus Dolan.* 126.
num. 43 *&* Rota *Bonon in adducta dec. post cons* Giouag. 82.
n. 133. & generaliter hanc coniecturam , † non admitti vo- 27
luit , Fusar. *qu.* 437. *nu.* 221. *&* Rot. *dec.* 221. *n.* 15. *par.* 5. *rec.*
Royas *dec.* 110. *num.* 15.

Alias denique coniecturas insubsistentes , & prorsùs
inefficaces Domini reputarunt , nam illa digressus ad plu-
res gradus substitutionum , & altera exclusionis fœmina-
rum in facto non subsistunt , ex rationibus adductis , *in
prima decis. §. Digressus verò* , *§. his aliæ subsequuntur* ; Illa
verò ducta ex clausula Codicillari , & ex maiori dilectio-
ne erga filios substituti , nihil prorsus operantur , & si pri-
ma esset vera tolleretur omnis disputatio , † cum in omni 28
dispositione adsit hæc clausula codicillaris , vt ponderat
Fusar. *d. qu.* 437. *nu.* 227 ideo reprobatur à Rota *in dec.* 221.
nu 16. *par.* 5. & ratio maioris dilectionis potius excludit , † 29
vocationem positorum in conditione , vt latè probatum
fuit in alia *decis. §. omnium denique.*

Et ita vtraque &c.

Supradicta in hac causa Decisio emanata coram eodem
Eminentiss. D. Cardinali Carpineo sub die 24. Nouem-
bris 1666. quia nullibi reperitur , impressa erit in ap-
pendice Decisionum prætermissarum.

RE-

REVERENDISSIMO P.D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana fideicommissi.

Veneris 2. Martii 1668.

ARGVMENTVM.

Actorum minus integra transportatio, secundum iuris dispositionem non impedit prosecutionem appellationis, dummodo non constet, illa respicere merita causæ, cùm in ea non habeat locum dispositio Concilij, quæ procedit tantummodo in causis Ecclesiasticis non autem prophanis Quoties tamen Iudex, ex illis moueri potest ad dignoscendam iustitiam, vel iniustitiam sententiæ eadem transportatio etiam in prophanis integrè facienda est.

SVMMARIVM.

1 *Actorum non integra transportatio obstat appellanti, quominus causam appellationis prosequi possit.*

Iudex oppellationis sine integra transportatione actorum dicitur nulliter, & absque causæ cognitione procedere, num. 1.

2 *Actorum transportatio si fieri nequit ob deficientiam illorum, intrat præsumptio subtractionis, & occultationis factæ ab interesse habentibus.*

3 *Præsumptio subtractionis actorum militat contra appellantem, qui non docet de diligentiis factis contra Notarium, etiam quod eadem præsumptio contra aliam quoque partem militare possit.*

Appellatus docere debet de diligentiis solitis, contra Notarium mediante remedio compulsoriæ ad perquirendum acta, num. 3.

Notarius acta, & iura causæ custodire tenetur, alias tenetur parti ad interesse, nu. 3. & 4.

4 *Actorum irreleuantium transportatio in prophanis necessaria non est, & num. seqq.*

Concilium Tridentinum super transportatione actorum in prophanis locum minimè habet, secus autem in causis Ecclesiasticis, num. 4. & seqq.

5 *Transportatio actorum ea tantum est necessaria, de iure ciuili quæ respicit merita causæ, alia verò non requiritur.*

6 *Transportatio actorum in causis Ecclesiasticis secundum Sac. Concil. Tridentinum est de forma, ideoque seruanda.*

Actorum transportatio de iure ciuili requiritur, solum ad veritatem inuestigandam, vnde ea quæ non sunt necessaria negligi possunt, n. 6.

7 *Actorum transportatio defectuosa non impedit iurisdictionem iudicis ad quem, sed tantummodo supersedere facit in causa, & quomodo.*

8 *Hæredes non possunt impugnare factum etiam semel à defuncto approbatum*

9 *Possessor ad tuendam suam possessionem potest excipere de simulatione donationis.*

10 *Actorum transportandorum releuantia resultare dicitur, si iudex ex illis aliqualiter moueri potest.*

Appellans si allegat sententiam nullam, vel iniustam tenetur irrefragabiliter ad transportationem omnium actorum, cum ea per iudicem introspicienda sint num. 10.

Iudex appellationis non potest cognoscere super iustitia, vel iniustitia sententiæ, nisi prius acta prioris instantiæ perspexerit, num. 10.

DECISIO CCI.

POSQVAM Flaminius donauerat omnia bona Ignatio, & Federico eius filiis eorumque descendentibus masculis in infinitum, & quatenus ipsi deficiunt proximioribus Agnatis pro dimidia filiabus verò fœminis eiusque descendentibus, pro alia dimidia vendidit de anno 1580. tam nomine proprio quàm vti procurator, & legitimus Administrator filiorum duas domos Bruto Quintilio, pretio scut 3400. pro cuius pretii residuo quod erat scut. 619. imposuit annuum censum scut. 43. ad fauorem eiusdem Flaminii, & filiorum pacto adiecto, quod fructus deberent inuestiri, & cumulari vsquequò ascenderent, cum sorte ad scut. 1700. pretium vltimæ domus, quod quidem Inuestimentum stare deberet loco cautionis, ac pro legitima, & generali eiusdem domus euictione.

Defunctis Masculis fuit prætensum purificatam esse substitutionem ad fauorem Lauiniæ Donatoris filiæ, & inde ad fauorem filiæ Plautillæ, vti eiusdem Cessionariæ quæ cum de anno 1645. intentato Iudicio Immissionis in dictas Domos, coram A. C. deinde coram Reuerendissimo Domino meo Imolen. succubuisset, ad aliud Iudicium coram R. P. D. Ottalora conuolauit, in quo petiit & obtinuit mandatum relaxari, pro fructibus census saltem ad effectum deponendi, vt in decisione desuper extensa sub die 20. Martii * 1663. Verum quia Pars opposuit causam pendere coram Reuerendissimo Imolen. super validitate donationis idcirco in eius locum suffectus dedi dubium an sit standum in decisis nec nè, quod Domini affirmatiuè responderunt.

Fundamentum potissimum fuit actorum non integra transportatio, quæ tamquam præiudicialis alteri Articulo validitatis, vel inualiditatis donationis obstat appellanti, quominus prosequi possit causam, vt infra, † & 1
operatur, vt Iudex Appellationis dicatur nulliter, & absque causæ cognitione procedere, *l. eos 6. § super iis C. de appellat.* Gratian. *discept. 121. numer. 26. & 27.* Rota coram R. P. D. Otthobon. *decis. 29. numer. 3. & in dec. quæ reuidetur §. finali.*

Non obstat allegata impossibilitas transportationis, ex eo quod acta in Officio reperta non fuerint, vt ex fide extractistæ data in Summario Plautillæ *num. 7.* quia cum ipsa et acta quæ desunt contineant multas partitas, Æris alieni Donatoris, & sic tendant ad reddendam simulatam donationem intrat præsumptio, † contra Interesse habentes de qua, per Bart. *in l. qui sine vltim. num. 7. ad med. vers. item quod illa res subtracta, ff. de qu. quàm probauit,* 2
Rot. *in dec. 418. in fin par. 2. rec*

Nil releuante quod eadem præsumptio militet contra Quintilium, cuius æquè interest ad impediendam causæ prosecutionem dictas partitas non reperiri; dum enim onus integræ transportationis spectet ad appellantem, † 3
ei imputandum est si non doceat de diligentiis mediante solito remedio, compulsoriæ obtinendo etiam mandatum contra Notarium qui Iura custodire tenetur iuxta *decis.* Buratt. *692. num. 3. & 4.* vbi quod alias cogitur ad interesse, coram Caualer. *decis. 542. num. 2. Romana Societatis lignorum 28. Ianuar. 1650. §. adhuc nihil* coram bon. mem. Bichio *decis. 40. inter eius impress. & monuit. eadem decisio quæ reuidetur sub §. non obstat, & in supradicta alleg. Bononien. inuestiturarum 14. Aprilis 1660. §. non obstat vers. tum etiam quia coram R. P. D meo Beuilacqua.*

Nec probatur allegata irreleuantia ipsorum actorum deficientium, quorum proinde transportatio non est necessaria, dum versamur in Prophanis, † in quibus locum 4
non habet Concilium Rota penes Marchesi. *de commiss. par. 3. fol. 155. num. 1.* coram Andrea *decis. 77. in princip. §. quamuis enim,* vbi quod acta transportanda influere debent in causam, alias si non respiciunt merita illius ita quod Iudex non possit ex eis instrui de Iustitia, vel Iniustitia sententiæ, † non est necessaria transportatio, apud 5
Fenson *decis. 343. §. est tamen diuersus effectus,* vbi egregie distinguitur inter causam Ecclesiasticam, & Prophanam, in ea enim iubet Concilium acta transportari, & ideo illa forma est seruanda, † in hac vero lex 2. C. de eden. man- 6
dat solum acta exhiberi ad veritatem inuestigandam, vnde quæ ad ea non faciunt negligi possunt, & verba istius decisionis referendo comprobatum fuit in *Romana Societatis* Afflict. coram bon. mem. Arguell. *decis. 35. ex num. 28. vsque ad 40 part. 10. & aliis relat. in Farfen. Bonorum de* Re-

Regardis 27. Martii 1649. *coram bon. mem. Dunozett.* §. *primo*, vbi supra in allegatis firmatur defectuosam transportationem actorum non impedire Iurisdictionem Iudicis
7 ad quem; † sed tantummodò supersedere donec discutiatur, an acta transportata sint releuantia, nec ne & cæteris adductis, in *Bononien. Inuestimentorum* 14. *Aprilis* 1660 §. *non obstat obiecta nullitas coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Irreleuantia verò ex duplici capite in hoc casu desumebatur; Primo quia æs alienum Donatoris solutum fuerit, nec vllus compareat creditor qui non fuerit satisfactus, & cuius intersit donationem tamquam sibi præiudicialem non subsistere secundo, quia Brutus in emptio ne Domorum de quibus agitur agnouerit donationem factam à Flaminio ad fauorem filiorum, dum ab eo acquisiuit eorum Administratore ijsque Censum vendidit, qui residuo pretii procurando cautionem bonorum veluti huic fideicommisso subiectorum, & in locum cautionis Inuestimentum Summario Plautillæ *num.* 8. vnde enim non videtur, ampliius hæc donatio impugnari posse ab hæredi-
8 bus Bruti, † qui ita semel etiam approbauit, *l. si penes, ff. de inoff. testam.* Surd. *decision.* 102. *&* *decision.* 133. *numero* 14.

Quia ad primum responsum fuit non subsistere, quod nunc æs alienum Donatoris fuerit satisfactum, & quod
9 non compareat cuius intersit, † dum eiusdem Quintilij interest excipere de huiusmodi simulatione donationis ad tuendam possessionem, Castren. *in l. fin. nu.* 12. *C. de edit.* D. Adr. toll. Rota coram Greg. *decis.* 15. *num.* 4. ad secundum verò tantum abest, quod Brutus agnouerit hoc fideicommissum, vt imò in venditione expressum cautumque fuerit domum esse liberam ac nulli fideicommisso purificato, seu purificando subiectam Summario responsionis Quintilii *num* 1. & cum Iudex Patre instante ex dictis actis deficientibus moueri potuerit ad Iudicandam simulatam donationem, hoc sufficit vt releuan-
10 tia negari minimè possit, † qua stante dum appellans allegat sententiam nullam, vel iniustam ei irrefragabiliter incumbit onus producendi acta prioris Instantiæ, cum ea sint per Iudicem inspicienda, nec alias super Iustitia, vel Iniustitia Sententiæ cognoscere valeat, vt dixit Rota coram Duran. *decis.* 7. *num.* 18. *recent. decis.* 184. *num.* 7. *par.* 8. *dec.* 45. *nu.* 3. *& seqq. par.* 9. *Romana Cambii* 18. *Iunii* 1649. §. *actis autem coram bon. mem. Peuting. & concordant. decisiones omnes in contrarium adduc.*

Quod verò siue nulla, siue valida sit donatio non possit Quintilius Domum, & pretium retinere, sed illud sit deponendum ad effectum consignandi cui de Iure, non respicit præsens Iudiudicim, sed aliud, vt supra coram R. P. D. Ottalora, vbi etiam videri poterit super releuantia obiecti, nec non super legitimatione Personarum, & aliis per Quintilium contra eamdem Plautilam oppositis.

Et ita Vtraque Parte Informante &c.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Narnien. Alluuionis.

Veneris 2. *Martii* 1668.

ARGVMENTVM.

Non minus iuridica, quàm etiam alioquin Geometrica est Alluuionis diuisio quæ in hac præsenti Decisione practicatur ad eum casum, quomodo, & pro quibus pactibus illa facienda sit quando pars aluei, vel insula extiterit intermedia; ad cuius proinde materiæ plenam, & perfectam cognitionem quamplurima etiam in eadem Decisione habes plenissimè declarata.

SVMMARIVM.

1 *Incapsatio commissionis, & citatio ad dicendum contra facta, & executa infra annum euitant desertionem, & inducunt animum prosequendi causam.*

2 *Præfixio termine ad transportandum acta facta ante biennium nullatenus suffragatur.*
Appellans habet biennium ad suam prosequendam appellationem, ante quod tempus non potest cogi ad transportandum acta, num. 2.

3 *Instantia de iure canonico est perpetua.*
Taciturnitas nec etiam longa inducit desertionem, dummodo in actis non constat notoriè de non iure tacentis, num. 3.

4 *Rota semper inclinat pro non desertione causæ, & ita perpetuo seruat, num.* 5.

6 *Alueus à flumine derelictus diuidendus est pro modo latitudinis prædiorum circumferentium.*

7 *Alluuionis diuisio fieri debet iuxta latitudinem cuiuscumque prædii adiacentis.*

8 *Alluuio fit tam per accretionem, quam per decretionem.*
Augumentum, & diminutio, seu proprius accretio; & decretio alluuionis ea est, quam flumen non solum ponit, & adiicit, sed etiam si paulatim retrocedit, num. 8.

9 *Alueus fluminis impedit alluuionem, declaraui, nu.* 11. *&* 14.

10 *Alluuionis incrementum immediatè coherens insulæ spectat ad Dominum insulæ, quamuis aliorum agri in prospectu existant.*

11 *Alueus fluminis donec durat impedit alluuionem, secus verò si iam reperitur exiccatus, & extinctus, & sup. num.* 9 *& infr. num.* 14.
Alueus exiccatus deseruit pro vnione, & cohærentia prædiorum adiacentium ad effectum acquirendi Alluuionem, num. 11.

12 *Alluuio non impedit acquisitionem aluei.*

13 *Via intermedia non impedit acquisitionem Alluuionis.*

14 *Riuulus intermedius non tollit, nec impedit Alluuionem.*

15 *Flumen intermedians prædia in conspectu Alluuionis existentia impedit Alluuionem.*
Alluuionis incrementum, vbi flumen intermediat prædia in conspectu Alluuionis existentia totum spectat, ad habentes prædia viciniora, vel cohærentia num. 15.

16 *Alluuio paulatim crescens, vel illico se ostendens quando consideranda sit, vel non.*

17 *de Incrementi initio ex parte insulæ si non apparet, illud totum spectat ad insulam.*

18 *Alluuio inter possidentes agros ex vna parte fluminis diuiditur pro fronte, & latitudine prædiorum adiacentium.*

19 *Alueus exiccatus, ac etiam renaria fluminis derelicta quomodo diuidantur.*

DECISIO CCII.

REV. Pater Dominus Areostus tulit sententiam, qua pronunciauit terras alluuionatas spectare proportionabiliter ad Mancinellum, ac ad Successores Ridolphini habito respectu ad latitudinem eorumdem prædiorum adiacentium; Verum quia fuit pro istorum parte introducta appellatio, ea tamen non prosequuta, vt prætendebatur, intra legitima tempora, dedi dubium, an constaret de re iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, & Domini non constare de re Iudicata, sed de bono Iure vtriusque partis ad formam dictæ sententiæ responderunt.

Quo ad primam ratio resolutionis fuit, quia pro parte appellantium docetur de incapsatione commissionis intra annum, & de citatione ad dicendum contra in actis reproducta, † quæ quidem diligentia excludit animum desc- 1
rendi causam sufficiens est ad euitandam desertionem, vt testantur Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap. vltim. num.* 5. Cassador. *decis.* 6. *de appellat. sub num* 8. *vers. Dummodo* Royas *decis.* 224. *num.* 4. *&* 5. & fuit dictum *in recent. decis.* 82. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 10. *in Romana fideicommissi de Ferratinis* 15. *Iun.* 1648. §. *nec obstat, coram Reuerendiss. Papien. in Romana Mercedis*

dis 23. Ianuarij 1664. in princip. coram me, & in Romana Saluiani 19. Nouembris 1666. §. 1. coram R.P.D. meo Carpineo

Minimè obstante præfixione termini ad transportan-
2 dum acta per ipsummet Mancinellum obtenta, † cum enim appellans habeat integrum biennium ad suam appellationem prosequendam, huiusmodi præuentiua diligentia partis ei præiudicare non potuit, sed expectandus erat terminus à lege præfixus *auth. de ijs, qui imped. ad appellat. cap. 1. vers. Volumus notat* Cuiac. *nouell. 49. collat. 5. & firmat* Ridolphinus *in prax. part. 1. cap. 13. num. 644.* Rota *in recent. decis. 35. in fin. part. 10.*

Quæ magis procedunt de Iure Canonico secundum,
3 quod Instantia est perpetua, † nec sola taciturnitas inducit causæ desertionem, etiamsi per longum spatium temporis, nihil actum sit, dummodo in actis non constet notoriè de non iure tacentis, *text. in cap. penult. de Iudic. Vestr. vbi supra lib. 3. cap. 5. num. 1.* Scacc. *de ap-*
4 *pellat. quæst. 15. num. 275.* Gratian. *discept. 403. num. 9.* † & perpetuò seruat, Rota, *vt in recent. decis. 394. numer. 11. part. 9. decis. 326. in fin. & decis. 332. num. 12. vers. Quo vero, part. 11. in Carpentoraten. Præcedentiæ 10. Martij 1660. §. Neque desertio vers. Licet taciturnitas coram bon. mem. Verospio, & in dicta Romana Saluiani coram R.P.D. meo Carpineo, §. 1. in fin.* vbi notatur huiusmodi obseruan-
5 tia, † & quod Rota pro non desertione semper inclinat.

Quo verò ad secunda respiciens Iustitiam sententiæ moti sunt, Domini ex eo, quod siuè agatur in præsenti de alueo fluminis derelicto, siue de alluuione, diuisio semper fieri debeat, pro modo latitudinis prædiorum
6 adiacentium, † vt de alueo est, *text. in §. Quod si naturale Iussit de rerum diuis.* Ibi: *quod si naturali alueo in vniuersum derelicto ad aliam partem fluere, cæperit prior quidem alueus eorum, est qui propè prædia possident pro modo, scilicet, latitudinis cuiusque agri*, quæ sunt verba Iuris Consulti, *in l. adeo, §. quod si toto, ff. de acq. rer. dom.* de alluuione
7 † verò est, *text. in §. Præterea vbi glos. verb. adijcit eodem titulo*, & tradunt, Bart. *in eius Tiberiade part. 2. de Insula verb. pro modo latitudinis fol. mihi 108. & in 3. parte verb. alueus fol. 141.* Rimin. Iun. *cons. 573. num. 1.* Menoch. *de arbitr. Iudic. cas. 295. num. 6. & 7.* Cæpol. *de seru. rustic. præd. cap. 33. de Insula num. 13.* Mazzol. *cons. 118. à num. 8.* Beninc. *de alluuion. part. 1. num. 11.* Carol. Caratius *in suo tract. de modo diuidendi alluuiones tract. 1. cap. 2. & tract. 5. cap. 6. & seqq. & in respons. in fin. operis 4. fol. 10. & 20. & 21.* Aym. *eod. tract. lib. 3. cap. 3. seu §. fin. num. 1. & seqq. & cap. 6. §. 1. num. 1.* Ciriac. *contr. 376. num. 1. & seqq.* Peregr. *de Iur. fisc. lib. 8. tit. de Mari verb. alueus num. 56. & verb. alluuio num. 72.* vbi quod ipsammet alluuio, fit tam per accretionem, quam
8 per decretionem, † hoc est non solum in flumen ponat, & adijciat, sed etiam vt in præsenti si paulatim retrocedat, vt plenè tradidit, Decian *cons. 123. num. 64. lib. 3.* Mazzol. *cons. 118. num. 5.* Viuius *decis. 498. num. 18.* Arias *de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 45. num. 2.* vt propterea dum Insula Ridolphini est latitudinis, verbi gratia triginta pedum in fronte aluei, seu terreni alluuionati non possint Cruccius, & Spagna illius Successores quidquam vltra hanc mensuram prætendere in præiudicium Mancinelli in longè maiori latitudine habentis prædia adiacentia, vt luculenter, probatur ex testibus datis in eiusdem Summario Partis *num. 1.*

Non obstat præcipuum obiectum, quod scilicet inter prædia Mancinelli, & terrena alluuionata adsit alueus antiquus fluminis impediens propterea vnionem, & au-
9 gumentum ad dd. prædia, † quod quidem impedimentum non adest respectu petij terræ Ridolphini extra dictum alueum adiacentis, ad quem ideo totum incrementum spectare debet tanquam eius Insulæ immedia-
10 tè, & ab initio coherens † licet aliorum agri in prospectu existant, ad Text. *in l. Insula 56. ff. de acq. rer. dom.* Bart. *in 1. parte Tiberiadis tit. de alluuione figura 11. vers. dico primo fol. 135. à tergo in secunda col. & de Insula verb. qui ab vtraque parte fluminis, num 2. fo. 138.* Corn. *consil. 191. num. 9. lib. 3.* Ciriac. *dicta contr. 376. num. 26 & seqq.*

Quoniam vltra, quod etiam à parte inter dictum alueum, seù versus riuum, & terrena alluuionata probantur adfuisse renaria ipsiusmet Mancinelli ex testibus, tam primi, quam secundi processus, *dicto num. 1.* Obiectum procedere dixerunt, Domini vbi alueus fluminis adhuc duraret intermedius ad alluuionē, & prædia Mancinelli, secus vbi ipsemet alueus, iam reperitur exiccatus, & extinctus, tunc enim tantum abest, quod impediat alluuionem in prospectu, vt imò inseruiat pro vnione, & cohærentia prædiorum adiacentium, quibus idem met alueus acquisitus est dicta, *l. adeò §. quod si toto, ff. de acq. rer. dom. & l. ergo §. Celsus* ibi *cum exiccatus esset alueus, eodem* Aym. *dicto tract. lib. 3. cap. 2. num. 4.* quemadmodum
è conuerso alluuio acquisitionem aluei † non impedit, vt 12
ponderat, Caratius *in discursu post tractat. vers. Mà se l'alueo*, & in fortioribus diximus de via intermedia acquisitionem alluuionis † non impediente, *l. Martius, ff. de* 13
acq. rer. dom. Bart. *in prima part. Tiberiadis glossa nostro sub num. 2. fol. 133. à tergo* Cepol. *dicto tract. de seru. rustic. prædior. cap. 3. numer. 35.* Peregrin. *vbi supra lib. 8. verb. alluuio numer. 78.* & in terminis aluei, † & riuuli firmat 14
Aym. *dicto tract. lib. 2. cap. 3. num. 4. vsque in fin.* Lancell. Gall. *consil. 117. num. 32.* Cyriac. *dicta contr. 376. num. 13.* Text. verò, & Doctores in contrarium adducti, loquuntur in casu, quo flumen intermediet prædia in conspectu alluuionis existentia, † & sic mirum non est si totum in- 15
crementum spectat, vel ad habentem prædia viciniora, vel cohærentia ad terminos, *eiusdem text. in l. Insula §. flumen Istud. & in l. epistola §. penult. ff. de acq. rer. dom.* Absquè eo quod intret hic disputatio, An alluuio paulatim, vel illicò se extenderit, † à cohærente Insula Ridolphini 16
ad frontem dd. prædiorum Mancinelli, de qua tuendo partes, Bart. *contr.* Aym. *latè agit* Cyriac. *dicta controuer. 376. per tot.* dum cohærentia in hoc casu apparet vniformis, † nec apparet initium incrementi, ex parte Insulæ 17
Ridolphini, vt in puncto respondit, Bursatt. *cons. 230. n. 6.* Ideoque intrat de plano alia norma diuidendi alluuionem inter eos seruari solita, qui ab vna, & eadem parte fluminis agros possident, † vt nempe diuisio fiat pre fron- 18
te, & latitudine prædiorum adiacentium iuxta, Text. *in dicta l. adeo §. Insula, & l. quod si toto in l. inter eos, & dicta l. ergo, ff. de acq. rer. dom.* Aym. *dicto tract. lib. 3. cap. 3. §. 1. nu. 1. & seqq. & cap. 8. vers. Quoniam, & seqq.* Idem Cyriac. *dict. contr. 376. nu. 19.*

Iustam pariter dixerunt Domini sententiam in ea parte, qua assignat successoribus Ridolphini mediante aluei exiccati circum, circa prædictam Insulam, † cum illum 19
à tribus lateribus respiciat, nec non in alia parte, qua illis assignat renaria pro latitudine faciei dictæ Insulæ ac medietatis dicti aluei exiccati procedendo, per lineam rectam, vsque ad flumen versus viam Romanam, ac Penturellam S. Antonii, iuxta theoricam Doctorum, tam respectu aluei, quàm alluuionis superius allegatorum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA,

Romana Attentatorum.

Lunæ 5. Martii 1668.

ARGVMENTVM.

Reuocationem attentatorum etiam per viam restitutionis pecuniarum euitare non potest qui post inhibitiones Rotales exegit quantumuis à sententia super negotio principali appellauerit, si causa etiam par decretum fuerit expedita; quæ quidem reuocatio eo nec minus impediri potest, quod fuerit assumpta disputatio eiusdem negotij principalis, si etiam in illo succuberit attentans.

SVMMARIVM.

1 *Attentata contra formam inhibitionis præsentatæ sunt, vndequaque reuocanda*
Inhibitio causat spretum Iudicis omnino coercendum, num. 1.
Pecunia exacta post inhibitionem præsentatam semper venit restituenda, num. 1.
2 *Iudex postquam suam pronunciauit sententiam, siue bene, siue male, functus est officio suo.*
3 *Fructuum restitutionem non euitat possessor, contra quem*

quem fuit per sententiam pronunciatum, ac etiam per decretum manutentio concessa, quamuis ille à dicta sententiam appellauerit, & supra numer. 1. & 2.

Iudex si pronunciauit per sententiam, & decretum, appellatio sententiæ, non reddit causam appellabilem quoad alia, num. 3.

Sententia vbi continet capita separata, tot dicuntur sententiæ, quot sunt capita, num. 3.

4 *Appellatio non admittitur in iudicio possessorio.*

5 *Fructus sunt de appendicibus, & connexis iudicii.*

6 *Attentatis videtur renunciatum per admissionem, & cognitionem disputationis super bono iure.*

Intellige, vt num. 7.

7 *Disputatio boni Iuris non renunciat attentatis, nisi quando bonum ius fuerit probatum, & à iudice admissum.*

8 *Attentata possunt reuocari etiam post sententias conformes in negotio principali, & numer. 8. vbi declara.*

9 *Attentans si succumbat in negotio principali, potest ille, qui attentata passus est, etiam post sententiam attentata reuocare facere.*

DECISIO CCIII.

IN Decisione 11. * Februarii 1667. concessa fuit manutentio in locis Montium controuersis D. Principissæ Olimpiæ Aldobrandinæ, eaque per decretum expedita, subsecuta autem sententia decisum pronunciatumque fuit nullum ius competere, Marco Antonio super dictis 262. loci Montium prouenientibus ex pretio Castri diruti Turriculæ, nec etiam super reuocatione Sequestri appositi pro fructibus dd. locorum Montium, ac D. Principissam Olimpiam absoluendam, Insuper pari sententia pronunciatum fuit dictum Comitem Marcum Antonium teneri ad restitutionem fructuum, si quos perceperit ex dictis locis Montium, sed quia compertum est eumdem Comitem lite pendente, & contra expressas inhibitiones fructus exegisse, & Depositarios, quibus eædem fuerant præsentatæ soluisse, vsque ad diem translationis locorum Montium in Dominam Principissam proposui, hodie dubium an constaret de attentatis, tam ipsius Comitis, quàm Depositariorum, & constare de attentatis Comitis Marci Antonii, Domini responderunt reseruata, quoad Depositarios particulari disputatione.

1 Nam litis pendentia, & Inhibitione legitimè executæ clarè patent, † ex quibus resultat spretum præcepti Iudicis omnino coercendum per restitutionem pecuniæ exactæ, *ad rubricam, & capit. primum, & secundum, vt lite pendente in sexto Clementinam secundam, vbi gloss. in verbo innouare vt lit. penden* Cassador. *decis. 3. num. 1. de restit. spoliat.*

Nec obstare visa est exceptio, quod fructus controuersi fuerunt exacti à bimestre Ianuarii, & Februarii 1665. vsque ad bimestre Martii, & Aprilis 1667. eorumque restitutio demandatur in sententia lata mense Iulio subsequenti, à qua cum fuerit appellatum, non sit amplius lo-
2 cus Iudicio, † postquam enim sententiam, dixit Iudex, siue benè, siue malè officio suo functus est, *l. Iudex 55. ff. de re iudic. Authent. ei qui C. de tempor., & reparat. appellat. & cap. 5. de appell.*

3 Nam manutentio concessa fuit ex interdicto possessorio retinendæ, per decretum ad partes, † & vlterius sententiam postmodum lata habuit plura capita separata, quæ tot censentur esse sententiæ, *§. ex causa l. etiam si 29. ff. de minor. & cap. 6. de caus. possess. & propriet.* Rota cor. Buratt. *decis. 333. num. 27 cum annot. ad decis. 368. num. 11.* Alterum enim fuit possessorium, super prædictis locis Montium non transferendis, & malè translatis in Comitem Marcum Antonium; Alterum fuit petitorium eiusdem Comiti Marco Antonio, nullum ius nullamque actionem competiisse &c. vnde cum in possessorio huius-
4 modi Iudicio, † appellationem non admitti satis constet, apud Fenson. *ad Statutum Vrbis, cap. 92. lib. 1. nu. 29 cum pluribus apud Post. de mandato de manutenendo obseru. 106. ab initio*; benè potest D. Principissa illud consumare cum
5 reintegratione possessionis locorum Montium, † & fructuum, qui sunt de appendicibus, & connexis.

Similiter nec obstare visum est, quod Comes Marcus Antonius in hac sententia in qua condemnatur ad restitutionem fructuum, si quos perceperit, fuerit admissus ad probandum de suo bono Iure quoad loca montium; † 6
quasi per hoc videatur tacitè renunciatum priuilegio attentatorum ad tradita à Lancellott. *de attent. cap. 4. limit. 15. num. 16.*

Quia Lancellotus inquit quidem censeri renunciatum attentatis si attentans fuisset admissus ad probandum de bono Iure; sed subiungit. *Illudque probauerit*, † quo casu 7
locum habet dicta conclusio, imò ipse Lancellotus *cap. 4. ampliat. 9. num. 3* declarat posse attentata reuocari, † 8
etiam post sententias conformes in negotio principali, in quibus succubuisset attentans; sed præclarè distinguendo, *cap. 23. num. 56. vers. 5. & vtiliter*, inquit quod si attentans succumbat in negotio principali † is qui attentata passus 9
est post sententiam fauocabilem, potest attentata reuocare sequitur, Capucc. *prax. Iud. cap 4. n. 274. vers. & melius p. 3.* Rota coram Duran. *decis. 323. n. 5. cum aliis.*

Et ita altera tantum &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Taya, sub diebus 13. Iunii 1668. & 15. Ianuarii 1669. quarum confirmationes infra suis loco, & tempore adnotabimus; superius tamen in hac eadem parte aliæ duæ resolutiones habentur, super negotio principali, eiusdem causæ, eæque sunt Decisio 32. & dec. 96.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granatesi.

Romana fideicommissi de Ferrattinis.

Lunæ 5. Mart. 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius dicitur acceptasse sententiam à qua non appellauit, ac proinde locationes ab eo factæ de bonis fideicommissi præsumuntur factæ in vim tituli præambuli maximè, quando prout hic de alio titulo non docetur.

SVMMARIVM.

1 *Locationes factæ à fideicommissario, censentur factæ in executionem tituli præambuli, amplia, vt ibidem.*

Titulus præcedens, si de alio non docetur semper præsumitur, num. 1.

2 *Sententia præsumitur acceptata, amplia vt ibid. non appellans à sententia illam dicitur approbare, num. 2.*

3 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi contrarium deducatur.*

4 *Hæredes diuidentes inter se bona defuncti, illa hæreditaria fuisse fatentur.*

5 *Vocatus ad fideicommissum post obitum alicuius, illius integram portionem petere potest.*

DECISIO CCIV.

STETERVNT Domini in decisis sub die 2. Decembris anni 1667. quia omnia obiecta modo repetita contra purificationem fideicommissi, vel sublata in duabus præcedentibus * decisionibus non indigent vlteriori responsione, ea vero quæ contra identitatem bonorum opponebantur, nullius roboris visa sunt.

Nam quod bonæ memoriæ Cardinalis, non acceptauerit sententiam Seraphini, vel quod saltem non probetur continuasse in possessione domorum, vsque ad obitum non subsistit, quia de acceptatione satis constat ex pluribus locationibus eius proprio nomine factis post d. sententiam, cum effectiua perceptione pensionis, vt conuincitur ex instrumentis, & testibus, relatis in decisione, quæ reuidetur, † quæ factæ censentur in vim tituli præambuli, 1
nempè sententiæ emanatæ de anno 1595. dum de alio non docetur Seraphin. *decis. 339. num. 5. & in Romana Salarii 18. Iunii 1632. coram Pirouano, & in Cataccn. Ecclesiæ 19. Nouem-*

Nouembris 1644. §. *Præfata*, *coram Reuerendiss. D. Royas Archiepiscopo Tarraconens.* Idque clarius apparet ex eo quod ante sententiam locationes omnes cantant sub nomine Ioannis Ferrattinis, postea verò factæ dignoscuntur nomine proprio, & sic sententia præsumitur acceptata,
2 † maximè dum ab ea non fuit appellatum, Rota *dec.* 31. *num.* 6. *post* Merlin. *de pign. in Romana locorum montium* 7. *Iunii* 1650. *coram Reuerendiss. Papien. in Romana reintegrationis* 23. *Februarii* 1654. §. *fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, *& in Meleuitana Habitus* 26. *Iunii* 1658. *coram Eminentissimo D. Cardinali Celso*. Probata autem accepta-
3 tione continuatio possessionis, † præsumitur vsque ad obitum nisi contrarium probetur Thomat. *decis.* 35. *num.* 14. fortius dum hæredes Cardinalis domos, de quibus agi-
4 tur, vti illius hæredes, † inter se diuiserunt iuxta, *consil.* *Fulgos.* 145. à Rota receptum, *vt in Bononien. fideicommissi de Bologninis* 13. *Ianuarii* 1653. *coram bo. mem. Verospio*, *& in Bononien. Primogenituræ* 26. *Maii* 1656. *coram pariter bon. mem. Bichio*, *& in puncto firmat* Menoch *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 64. *cum.* 21.

Minus releuat tres extitisse hæredes Cardinalis, nempe Fabritium, Fuluium, & Simonem Petrum, ac proinde Auuedutis non competere integram tertiam partem Cardinali obuentam, ex sententia Seraphini, sed tantum tertiam tertiæ; Quia cum dicti hæredes non solum diuiserint, inter se bona hæreditaria Cardinalis, sed etiam commixtim omnes alias hæreditates Antecessorum Domus Ferrattinæ, super quibus idem Cardinalis tertiam partem, ex sententia Seraphini consequi debebat, & in portione Fuluii, obuenerint bona modo controuersa ho-
5 dierno Summario *num.* 1. † Auueduti, vtpotè vocati post obitum Fuluii petere possunt immissionem super illius integra portione.

Et ita vtraque &c.

Aliæ duæ Decisiones in hac eadem causa emanarunt coram eodem Illustriss. Domino Præside Granaten. sub diebus 14. Ianuarii & 2. Decembris anni 1667. quæ sunt supra in hac eadem parte in ordine decision. 1. & decis. 136.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Perusina fideicommissi.

Lunæ 5. *Martii* 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum conditum, cum prohibitione de non alienando, alienatione secuta aperitur fauore vocatorum, maximè quando caducitas est vallata verbo *statim*; nec expectatur mors alienantis, nec attenditur vtrum bona, vel mala fide alienatio processerit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quando sunt iniustæ non dicitur constare de tribus.*
2 *Alienatione secuta contra expressam prohibitionem Testatoris, bona alienata possunt auocari à fideicommissario non expectata morte alienantis.*
3 *Fideicommissum particulare ab vniuersali dependens recipit illius conditiones, & regulas, declara, vt num.* 4.
5 *Fideicommissum dicitur stare de per se, quando stat in separata oratione.*
6 *Prohibitio sub pena caducitatis in casum controuentionis vallata verbo* statim *secuta alienatione dicitur incursa ex voluntate testatoris, & n.* 7.
8 *Vendicatio bonorum ob incursam, caducitatem non fit in pœnam, & ideò non attenditur bona, vel mala fides, sed statur iudicio testatoris, & datur ratio, vt num.* 9

DECISIO CCV.

IN hac causa rescripsit Rota coram me 29. Martii 1666. non constare de tribus conformibus, tam ob præcipuam nullitatem alicuius ex sententiis, quæ prætendebantur conformes, quàm ob eorum omnium Iniustitiam, cui resolutioni hodie quoque suffragati sunt DD.

Qui censuerunt nullitatum seriem esse prætermittendam, tantum amplectando aliud decisionis fundamentu super iniustitiam sententiarum vtpotè sufficiens ad sustinendam resolutionem, † cum non possit dici con- 1
stare de tribus quoties sententiæ sunt iniustæ, *l.* 4. §. *condemnatum cum ibi notat. ff. de re iudic. & allegat. decis.* 21. *num.* 3. *part.* 8. *recent. & in Bononien. legati* 2 *Martii* 1668. §. *fin. coram me*.

Iniustitia verò dictarum sententiarum ex eo potissimum resultare. Visa est DD. quod in illis denegata est immissio Corradis in aliqua prædia, quæ tamen ad eos spectare dignoscuntur vigore fideicommissi particularis in casu alienationis fauore substitutorum ordinati, *Summario impress. præteritæ possit de Corradis num.* 15. † Vnde se- 2
cuta alienatione contra expressam prohibitionem Testatoris bona alienata potuerunt statim auuocari à fideicommissariis non expectata morte alienantis, *l. interuenit, ff. de leg. præstan.* Peregrin. *de ficeicomm. quæst.* 3. *num* 2. *& seqq* Peregrin. *eod. tract. art.* 14. *num.* 8. *& art.* 40 *num.* 17. Fusar. *de substitut. quæst.* 318. *num.* 23. *& quæst.* 554. *num.* 6. Surd. *cons.* 116. *numer.* 16. Menoch *cons.* 1220 *numer.* 1. Rota *decis.* 163. *num.* 14. *& decis.* 313. *numer.* 19. *part.* 10. *decis.* 185. *num.* 5. *& decis* 274. *num.* 5. *par.* 11. *rec. & in Romana Saluiani* 14. *Februar.* 1661. § *quia cum coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Parum vrgente repetita exceptione, quod fideicommissum particulare de quo agitur pendeat, † ab vniuersali 3
illiusque conditiones, ac regulas cogatur recipere iuxta consilium, Decii 636. *quod* Rota *sequitur decis.* 44. *num.* 5. *part.* 1. *& decis.* 210. *num.* 12. *part.* 6. *recent.* † Siquidem in 4
proposita facti specie nulla legitur accessio, aut consecutio fideicommissi particularis cum vniuersali, quia illud stat principaliter de per se, & in diuersa, atque separata oratione, † quibus concurrentibus nouum, & diuer- 5
sum producitur fideicommissum, vt distinguit, Rota *decis.* 14. *num.* 7 *par.* 1. *rec.* & euidentius in *Romana fideicommissi de Cartulis*, 20. *Nouembr.* 1647. §. *Duplex enim coram bo. me. Verospio*.

Cæterum dum voluntas Testatoris, per dispositionem certam, & enixam præscribit in casum alienationis, † *sta-* 6
tim bona alienata transire debere ad substitutos, hoc sanè casu DD. existimarunt superuacuam esse quamlibet disceptationem super modo quo concepta est alienationis prohibitio, & super ingeniosis DD. lucubrationis: quando enim est certa, & indubia Testatoris dispositio, prout in præsenti casu non amplius locus est arbitrio Iudicis, sed pro lege seruanda est, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. l. prædia C. eodem tit. l.* 1. *C. de testam. institut. gloss. in l verba testam. verb. non perstringunt C. de testam. & in l. voluntatis* 7. *verb. Iudic C. de fideicomm. & in auth. de nuptiis*, §. *disponat. collat.* 4. *&* Rota *decision.* 14. *num.* 8 *par.* 1. *recent.*

Nec applicari visæ sunt othoritates adductæ pro excusanda pœna controuentionis, quoniam de nulla pœna hic agitur, † sed de vindicandis bonis ab hærede grauato alie- 8
natis contra expressam prohibitionem à Testatore iniunctam, quà fit, vt non intret quæstio an bona, vel mala fide secuta fuerit alienatio, sed illa propria iudicio Testatoris eo ipso remansit nulla, etiam si facta ab ignorante ignoranti, *gloss. in l. cum Pater* §. *liberis, ff. de leg.* 2. Paul. Castren. *in l. fin. ff. de l.* 2. cum pluribus relatis à Fusar. *de substit. quæst.* 556. *num.* 15. Rota coram Eminentiss. Card. Otthob. *decis.* 180. *num* 13. *&* 14. & commissum est fidei-
commissum † fauore aliorum substitutorum, in ipso actu 9
alienationis, *l. filiusfam. cum pater, & l. peto* §. *fratre, ff. de leg.* 2. cum aliis apud Cephal. *cons.* 624. *num.* 29. Gabriel. *cons.* 118. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1220. *num.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 14 *num.* 8. *&* Fusar. *de substit. qu.* 554. *num.* 6.

Aliis obiectionibus denuò oppositis plenissimè satisfactum est in decisione, cuius fundamenta in reliquis, & præsertim respectu purificationis alterius fideicommissi, vniuersalis multis adhuc difficultatibus inuolutæ DD. confir-

confirmarunt ad effectum de quo agebatur attenta sententiarum Iniustitia.
Et ita &c. vtraque &c.

Supradicta Decisio 29. Martii 1666. coram eodem R.P.D. Bourlemont, cum non habeatur impressa, erit in appendice, decisionum prætermissarum.

R. P. D. T A I A.

Pisauren. Census.

Lunæ 5. Mart. 1668.

A R G V M E N T V M.

Quoniam falsitatis suspicio in ciuilibus pro falsitate habetur, sola inuerisimilitudo, & illicitè factum eamdem falsitatem probat, atque de iure conuincit.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio cedentis non nocet cessionario.*
Cessione facta ad commodum cessionarii, & post scientiam debitoris cessi, tunc eo minus confessio cedentis cessionario præiudicat nu. 2.
2 *Inuerisimile, quod est habet speciem falsitatis.*
Illicitum factum, & inuerecundum, & ipsum quoque admodum falsitatem præsefert, num. 2
3 *Falsitas instrumenti non requiritur, quod probetur per impossibile, sed sufficit, illam ex sola inuerisimilitudine deduci.*
4 *Illicitum aliquod fuisse ex ipso facto arguitur.*
5 *Suspicio falsi in ciuilibus etiam sola pro falsitate habetur.*
Instrumentum ex sola suspicione falsi non probat, & pro falso reputatur.

D E C I S I O CCVI.

IN decisis 1. Iulii proximi præteriti, hodie Domini steterunt.

Nec iuuit debitores oppositum decretum Ducis Vrbini illo Duce dignum, *per remediar alla malitia di molti, che per costringere i Testimonii à depor quelche essi vorrebbero, cercano prima, con suggestioni, e falsi pretesti ridurli à credere, che la verità del fatto da trattarsi, stia nel modo che gli vien presupposto da loro, con ridurli à farsene far fede priuata, 4. Nouembris 1623.*

Quia decisio non fundatur in his, vel huiusmodi; sed in publicis Instrumentis, nempe mandati 21. Maii 1647. & indè census 25. mensis, & anni eiusdem, & in variis solutionibus censualium fructuum.

Transumptum quidem 28. Februarii 1666. cuiusdam Instrumenti extinctionis 21. Iulii 1657. non solum erat sero publicatum, & à filio Notarii, nec erat in forma probanti, nec extractum citata Parte, nec per compulsum ipsum *ad cap primum de fid. Instr. cum ibi notatis*, *aliis*, sed etiam suspectum fuit Dominis, & præter transumptum, etiam ipsum Instrumentum multis argumentis, cum relatione ad Summarium.

Et tamen exhibita est licentia Legati Vrbini, *di far fare fedi anco, per rogito di Notaro, e specialmente, &c. Agosto 1666.*

Ita non iuuit denique adductum Instrumentum, nomine Sebastiani creditoris, qui solus effuderit Notario hæc verba, *Che l'anno 1647. fusse lite trà il Sign. Capitano Leonardo, e Gio: Maria sopra vna pena conuentionale di 500. scudi de paoli, e perche desiderauo, che Gio: Maria la vincesse, e facesse pagare la detta pena, non essendosi mai potuto quietare, il detto Capitano Leonardo, mi offerse col fauore di vn mio amico di Corte, fare che Gio: Maria donando questa pena à chi hauesse voluto io, hauerebbe ottenuto il mandato contro il Capitano Leonardo, e così Gio: Maria fece il mandato di procura in persona mia à pigliare à censo scudi 800. moneta di Vrbino, che appunto sono 50. di più delli 500. di paoli, e perche non riuscì di fare, che egli ottenesse il detto mandato, non è il douere che il detto Gio: Maria pata tutto il danno, perciò con la presente midichiaro, e confesso hauer riceuuto dal detto Gio: Maria, in vna Caualla, & altri denari pagatemi da lui, e sua Moglie indiuerse volte scudi 300. in circa, e perche il medemo Gio: Maria, hà anco pagati à Ministri della Signora G. Duchessa, alla quale hò creduto il detto censo fatto da me, come procuratore sudetto à fauore di Antonio mio Padre scudi 455. saluo &c. & altre spese perciò non intendo, che il detto Gio: Maria habbia maggior danno &c. cassando tanto in mio nome de gli altri miei fratelli &c.* stipulante ipso Notario in Instrumento 12. Iulii 1657. transumptato 26 Februarii 1666.

Quia quantum hæc vera certa sint ex ipsa cessione, vel solutionibus declaratis confessio cedentis post cessionem, non nocet cessionario, & indubitatum, quando cessio est facta ad commodum cessionarii, & post scientiam debitoris cessi, & in specie, quando cedens confitetur debitorem non debere &c. apud Rota coram Buratt. *decis. 476. & simplici regula dec. 294. num. 10. part. 11. cum aliis.*

Sed Domini existimarunt imponi admodum mortuo Sebastiano, qui tam illicita fecerit dixerit, publicauit, † cum tanta inuerecundia, & inuerisimilitudine, ac tantò minus veritate *ad capitulum, quia verisimile 10. de præsumpt. cum ibi notatis*, Tiraquell. *ad l. si vnquam C. de donat. in præfation. à num. 37 & num. 44* Itaut ad probandam falsitatem, † Instrumenti sufficiat probatio, per verissimile non est per impossibile, vt ex Baldo *ad l. Scriptura C. de fid. Instr. num 7. malè allegato, respondit* Soccin. Sen. *consf. 28. nu. 9. lib. 3. benè autem consf. 277. nu. 11. à vers. nec dicat aliquis lib. 2. cum pluribus apud* Tiraquell. *dicto loco num 48.* Mascard. *de probat. tet. conclusione 913.* 2 3

Illicitum ex facto satis superque declaratum in Instrumento, si quis minus æstimaret in Iure, † minus fortassis idoneus æstimator adeat ipse Textum *leg. qui explicandi decima C. de accusat. & doctissimum* Menoch. *de arbitrar. Iudic. cas. 344 maximè nu. 5 à vers. hodie vero* 4

Adiiciebatur penes Dominos inuerisimilitudo, adeoque falsitati potiùs quam falsitatis imagini, quod Sebastianus litem prosequutus non fuisset institutum contra debitores cessos ipsam quoque tacendo cessionem, & cessum, Ius coram A. C. iuxta sententiam tertia Decembris 1657. maximè præter præsumptum semper *reputato huomo da bene honorato di buona fama, & intera fede abondante di richezze &c.* ex attestatione Sacerdotis, & Parochi, Nec fuisset constantis Viri, sed amentis tali causa, & modo emere talem censum Mense Maii 1647. eumdem cedere anno 1654. liberare, seù liberum declarare certum debitorem Mense Iulii 1657. & tamen vrgere debitorem cum cessionario vsque ad sententia Mense Decembris sequentis.

Superadditur nunc quod suspicio falsi pro veritate falsi, & ipsa falsitate, † habetur in ciuilibus, & quantum ad hoc, vt non probet Instrumentum, Gabr. *de malefic. concl. 6. à num. 1. & num. 12. & pro concludente probatione*, Rota *dec. 272. num. 19 par. 11. cum allegatis.* 5

Mitto alia quoque me turba faciat, & præcipua minus digna, quàm apta deduci, vt concludamus vti Domini concluserunt cum Statutis Vrbinatibus, *che non sia lecito à Notaro alcuno Rogarsi di pagamenti di crediti Instrumentali, se non sarà quell'istesso Rogato dell'Instrumento del Credito, ò hauerà i Rogiti del Notaro morto, ò assente, ò impedito, ne possino le parti andare ad altri Notari sotto pena della nullità &c. Che tutti i Notari debbano trà quindeci giorni dalla stipulatione, portar in Archiuio l'Instrumento publico &c. Che tutti gl'Instrumenti, che non saranno esibiti nel detto tempo siano nulli, & inualidi, e non faccino fede alcuna, ne in Giuditione fuori &c.* & san. mem. Vrbanus Octauus omnia, & singula Communitatis Vniuersitatis, & Hominum Statuta, & priuilegia licita tamen, & honesta confirmauit cuiusmodi videntur suprascripta inhonestè quidem, & illicitè inobseruata in hoc Instrumento, si quod est, & potius occurrentia illicitis, & inhonestis inobseruata, hoc amplius illicitè, & inhonestè.

Et ita vtraque &c.

Est supra in hac parte dec. 116. alia quæ primo loco in hac causa emanauit Decisio, coram eodem R. P. D. Taya, sub die 1. Iulii anni proximè præteriti.

R.P.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Romana Capituli Odoardus.

Lunæ 5. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Priuilegio capituli Odoardus non gaudet Clericus, qui sæcularibus negotijs, se immiscuit, vel si luxuriose vixerit, vel bona sua dilapidauerit, sed quidem gauderet, quando scilicet aliquo infortunio vexatus fuisset, & tali casu iudex procedere debet vigore commissionis manu Sanctissimi signata.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus quibus priuilegijs gaudeat, & declaratur resolutio Sacri Concilij Tridentini, in hac materia, & num. 2.*
3 *Clericis est interdictæ administratio bonorum pupilli.*
4 *Clericus administrans bona pupilli non gaudet beneficio capituli Odoardus*
5 *Rationis redditio consistit in calculatione computorum, & in restitutione reliquatus.*
6 *Clericus tutor non restituendo pecunias esactas, præsumitur, vel dolosa occultatio, vel luxuriosa dilapidatio nisi infortunium probetur.*
7 *Clericus luxuriosè viuens, vel suo patrimonio male vtens, non gaudet beneficio* capituli Odoardus *num.* 8.9.& 10.
11 *Abbas in cap. 1. de deposito declaratur.*
12 *Vineæ deuastatio ex grandine non tribuit causam sufficientem paupertati, quia computatur annus fertilis cum sterili.*
13 *Pauper non dicitur habens beneficium annui redditus scutorum quinquaginta.*
14 *Clericus, vt dicitur pauper ad effectum priuilegij Capituli Odoardus debet habere redditum non excedentem, scuta viginti quinque annua.*
15 *Obligatus in forma Cameræ, non gaudet beneficiò,* capituli Odoardus.
16 *Priuilegium* capituli Odoardus *nullus iudex tribuere potest, nisi præuia commissione de manu Sanctissimi signata, & num. 17.*

DECISIO CCVII.

FRANCISCVS Risius tanquam Procurator Pauli Macoschi Pupilli plures pecuniarum summas exegit, & in reuisione computorum remansit debitor in scutis 1636. quæ per Apocam obligatione Camerali valiatam, promisit restituere eidem Paulo, sed postea vti Clericus coniugatus obtinuit in Tribunali Eminentissimi Vicarij, sententia admissionis ad beneficium *cap. Odoardus de solut.* à qua commissa mihi causa appellationis, Rota in hodierna propositione censuit Risium non posse gaudere beneficio dicti Capituli.

1 Siquidem vti Clericus coniugatus, † nullo alio Priuilegio Clericali gaudere potest, quam *Canonis si quis suadente 17. quæst. 4. & fori, vt in cap. Clerici de Cleric. coniug.* in reliquis reputatur merus Laicus, vt in specie *cap. Odoardus* videre est apud Cæphal. *cons. 221. num. 1.* Natt. *cons. 319. num. 6. versic. quia tamen Clericus Coniugatus, & consil. 356. num. 1. lib. 2.* Cost. *de remed. subsid. cap. 19.* Castagn. *in tract. de benef. deduct. ne egeat quæst. 10. Falient. 9. sub num. 13.* Ricc. *decis. 293. num. 4. & de veriori testatur* Campanil. *in diuers. Iur. Canon. rubr. 11. cap. 10. num. 50. R. P. D. Fagnan. in repet. eiusdem cap. Odoardus num. 23. versic. tamen non gaudet* Couar. *pract. quæst. cap. 31. num. 9.* Quibus auctoritatibus non resistit resolutio, † Sacræ Congregationis Concilij, sub die 18. Settembris 1595. de qua in Summario Risij, *num. 5.* quia non loquitur in terminis Clerici Coniugati, sed Clerici initiati prima Tonsura, inter quos adest in hoc differentia, vt benè explicat, Fagnan. *vbi supra nu. 23.*
(margin number 2 stands beside the line beginning "tibus non resistit resolutio")

Fortiùs quia eius debitum prouenit ex contrectatione rei Pupillaris, † cuius Administratio Clericis interdicta, 3
est *ex cap. 2. Ne Cleric. vel Monach.* eosque reddit, † indi- 4
gnos beneficio huius cap. vt voluerunt Anchar. *in cap. 1. n. 6. de deposit.* Ferrett. *consil. 144. num. 1. & seqq. lib. 1.* Crauett. *cons. 142. num. 15. & 16.* Squillant *de Priuil. Cleric. cap. 10. num. 44.* Barbos. *in dicto cap. Odoardus num. 22. idem in tract. de Iur. Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 6. num. 33. & reprobato* Caualcaneo, *in tract. de Cur. & Tutor. num. 322.* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect. 7. num. 53.*

Nec placuit responsio, Doctores prædictos loqui de Administratore rationem reddere recusante de administratis, secus verò esse quando, vt hic ratio fideliter fuit reddita, & debitor spontè fassus fuit debitum illud soluere promisit, quia rationis redditio, vtpotè non consistens, solum in simplici calculatione computorum, quam Franciscus
exhibuit, † sed in restitutione rei administratæ, in hac fa- 5
cti specie reddita dici non potest, *l. non solum §. si liberationis verba, ff. de liber. legat.* Rota coram Gregor. *decis. 554. num. 4. coram* Coccino *decis. 241. num. 12. & in recent. decis. 552. num. 3. part. 1. decis. 370. num. 2. part. 2. & decis. 694. num. 6. part. 4. tom. 3.* Quin imò non restituendo pecunias exactas, vel non probando se euasisse non soluendo ob aliquam
fortunæ Iniuriam, † præsumitur vel quòd dolosè illas oc- 6
cultare velit, vel quod ludendo, vel luxuriosè viuendo dissipauerit, Crauett. *d. cons. 142 num. 15. & 16.* Scacc. *de Commerc. & Camb. §. 7. gloss. 5. versic. declara hanc restrinctionem*
sub num. 149. Stracc. *de decoct. part. 2. sub num. 1. & 2* & in † 7
vtroque ex dictis casibus excluditur Clericus à beneficio d. cap. vt in terminis eius, qui bona occultauit, Baetta *de inop. debit. cap. 17 num. 22.* Scanarol *de visit. Carcerat. lib. 3. capit. 3 §. 9. vers. si bona occultauit, sub num. 16.* & in terminis
Clerici, † qui ludendo, vel luxuriosè viuendo debita con- 8
traxit, Lancell. *de priuileg. pauper. part. 2. priuil. 53. num. 5.* Castagn *de benefic. deducto ne egeat quæst. 10.* Falient. 9. *nu. 1.* Genuen. *in prax. Archiepisc. Neapol. cap. 3. num. 8.* Carol.
de Grass. *de effect. cleric. effect. 7 num. 51.* & generaliter † de 9
Clerico doloso, Molin. *de Iust. & Iur. tom. 2. disp. 571. num. 21.* Put. *decis. 384. lib. 1.* Caputaq. *decis. 278. part. 1. adden. ad decis. 16. num. 40. part. 8 recent & decis. 475. num. 1. & 2. coram*
Reuerendiss. Royas dolus enim † Iuris remedio gaudere 10
non valet, *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor.*

Prout non vrget † Doctrina, Abb. *in d. cap. 1. de deposito,* 11
in contrarium allegati, quia potius adhæret huic opinioni, dum asserit posse Clericum Administratorem carcerari, quoties recuset soluere, vel sit de fuga suspectus, & quamuis *num. 7.* videatur excusare impotentiam ipsius Clerici, eius tamen dictum non applicatur in hoc casu, quo de impotentia Francisci, doctum non fuit, & ex Testibus ad hunc effectum inductis, potius desumitur ipsum fuisse in opulentia pecuniarum, dum dicunt pluries dedisse mutuo pecunias, quandoque scuta 150. quandoque 80. & alia scuta 150. ad Cambium, quod fieri non potest à personis indigentibus Insuper ipsemet fatetur possidere. Domum dotalem suæ Vxoris, vineam propriam, & Officium Prosecretarij, seù scribæ in Capitolio, & licet subdant ijdem testes aliquos eius debitores decoxisse, & vineam ter fuisse grandine deuastatam, nihilominus com-
putato anno sterili cum fertili, † damnum non dicitur ta- 12
le, per quod inductum sit illud genus paupertatis, vt neque in totum, neque in parte soluere possit, vt requirit text *in dicto cap. vers. quatenus sibi constiterit, & aduertit* Fagnan. *in dicto cap num. 31. vers. contrahit autem,* & in
proposito non excusatur, † habens beneficium annui red- 13
ditus scutorum 50 vt tenuit Rota *decis. 998 part. 3. diuers.*
& quod ad hunc effectum ille, † tantum dicatur pauper 14
cuius redditus non excedunt valorem annuum scutorum 25. *dixit* Rota coram Seraphin. *decis. 173 num. 7. & 8.*

Præterea Risius vti obligatus in forma Cameræ, per
quam renunciatur cuicumque priuilegio, † excluditur 15
quoque à beneficio d. cap. vt de veriori, & magis communi opinione testantur, Farinacc. *quæst. 27. numer. 70.* Franc. Leo *in Thesaur. for Eccles. part. 1. cap. 11. num. 14.* Beliett. *disquisit. Cleric. tit. de Cleric. debit. §. 2. num. 7.* Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 46. vers. nisi tamen forsan sub num. 18.* Monald. *cons. 124. post. num. 5.* Castagn. *d. quæst. 10.* Falliens. 9. *nu. cum seqq.* Adden ad Buratt. *decis. 97. num. 9. & faciunt Constitutiones Pontificia san. memor. Greg XIII. & Pauli V.* expresè man-
dantes, vt contra obligatos in forma Cameræ, † bene- 16
ficium cap. Odoardus, nullatenus admittatur à Iudicibus Ordinarijs, imò neque à Sac. Visita, sed remitti de-

beant ad Signaturam Sanctissimi, vt relatis dd. Constitutionibus, tenent Scannarol. *de visit. Carcer. lib. 3. §. 9. cap. 3. num. 57. Leo, vbi supra dicto num. 14.* Zacch. *de obligat. Camer. quæst. 19. num. 9.*

17 Nec refragatur, † quod dicitur de praxi quotidiana contrarium seruante, quia poterit subsistere in his casibus, in quibus obtenta sit à Signatura Gratiæ specialis Commissio; de qua Risius non docet.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Tirasonen. Iurisdictionis.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Declaratoria sicuti incurritur ob non paritionem factam mandatis Rotalibus ex protestationibus, alijsque præstitis impedimentis, sic pariter euitatur ex sola patientia, & acquiescentia parendi, quando prout hic ex parte parere debentis, nihil remanet adimplendum.

SVMMARIVM.

1 *Animus non parendi executorialibus resultat, ex protestationibus in contrarium factis, alijsque præstitis impedimentis.*

Declaratoriam ad concedendam sufficit, quod constet de animo non parendi, num. 1.

2 *Declaratoria non datur sine contumacia, & inobedientia.*

3 *Paritionis sola patientia sufficit, vbi actus aliquis positiuus parere debentis non requiritur.*

4 *Declaratio facta se esse promptum non contradicere sufficit pro paritione, & quando.*

5 *Contumax in non reficiendo expensas, non habetur pro contumace ad effectum parendi executorialibus & quando.*

Mandatum, pro expensis non monet, seu requirit ad parendum executorialibus, sed tantum compellit debitorem ad soluendum per captionem pignorum, numer. 5.

6 *Declaratoria interdicti datur contra Consilium Ciuitatis, vel Oppidi, contra verò personas priuatas eiusdem Consilij datur declaratoria excommunicationis.*

DECISIO CCVIII.

POST rem iudicatam resultantem ex tribus conformibus Reuerendissimus Episcopus, & Capitulum Tirasonen expeditis literis executorialibus cum Comminatione Censurarum ijsque in partibus personaliter notificatis Capitulo, & Clero, nec non Consilio Iustitiæ, & Iuratis Calataiubij ac Procuratori generali, Iuratisque locorum Communitatis, & postmodum in actis reproductis, seruatisque quatuor terminis ad docendum se paruisse petierunt contra eosdem decerni declaratoriam, quam Domini contra Consilium, & Iuratos non autem Clerum, & Capitulum dandam esse responderunt.

Nam quoad omnes istos sæculares constat ne dùm de simplici contumacia, sed de positiua contrauentione, dum in actu notificationis protestati sunt de vitio, & nullitate exequutorialium, & sententiarum Rotalium ibidem contentarum, declarando iura sua in quibus extiterant, & existebant velle sibi salua remanere Summario Episcopi *num. 1.* aliaque præstiterunt impedimenta ex quibus executoriales prædictæ debitum effectum consequi non valerent dicto Summario *num. 3.* † Quæ omnia 1
apertè demonstrant animum non parendi qui solus sufficit ad effectum declaratoriæ Eminentiss. Otthobon. *decis. 174. num. 3. & 4. & in Augustana Cathedralitatis 5. Iulii 1660. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quo verò ad Capitulum, & Clerum nulla considerari potest contumacia, siue inobedientia, † sine qua 2
non fertur declaratoria *glossa in cap. duo sunt verbo videbantur 96. distinct. cap. Sacro cap contingit il 2. de sentent. excommun.* Cùm enim mandata Rotalia super pertinentia omnimodæ Iurisdictionis exercendæ ab Episcopo, non contineant factum aliquod positiuum, † & sat est sola 3
patientia pro paritione, iuxta *decision. Mohed. 9. de sent. & re iudic.* Addent. ad Buratt. *decis. 17. num. 7. & 8. & decis. 596. num. 2. part. 3. recent.* ea verò manifestè probatur, ex declaratione ab ipsis facta in termino intimationis, dd. executorialium exhibendo † se promptos tan- 4
quam obedientiæ filios non contradicere eorum Summario *num. 1.* vt tenuit, Rota coram Merlino *decis. 179. & coram* Caualer. *decis. 364. num. 3.*

Neque considerari potest aliqua eorum, contumacia respectu refectionis expensarum dum non continentur in dd exequutorialibus, sed pro illis fuit expeditum particulare, mandatum executiuum, quod non monet, vel requirit vt debitor soluat, † sed compellit illicò ad satis- 5
factionem, per captionem pignorum, vel personæ, vt dixit Rota coram san. mem. Gregor. *decis. 43. num. 13. & 15. & aduertit* Posth. *in tract. de manut. obseru. 103. num. 8.*

Dixerunt itaque Domini contra Consilium Calataiubij, & Consilium locorum Communitatis dandam esse declaratoriam interdicti, † contra verò Personas pri- 6
uatas, in dictis Consilijs congregatas declaratoriam excommunicationis.

Vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Mercurij 14. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Nomen debitoris non potest cedi, in præiudicium eius, cui primo hypothecatum erat; idcircò anteriori creditori permissum est Saluiano agere aduersus rem cessam, etiamsi agatur, de cambio inter Clericos ex causa illis, vt in casu decisionis prohibito, vel non prohibito, quod plenissimè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor alienans non præiudicat primo creditori in corporalibus licèt secus in incorporalibus, vt datur ratio, num. 2.*

3 *Datio in solutum extinguit omnem actionem in creditore, etiam contra illud cui priùs nomen debitoris obligatum erat.*

4 *Cessionarius inhibere potest ne vlterius prosequatur executio super nomine debitoris licèt consumptam impedire non possit.*

5 *Creditor habens hypothecatum nomen debitoris, non habet hypothecatam rem sub illo contentam.*

6 *Nomen debitoris libere tradi potest in solutum.*

7 *Nomen debitoris in præiudicium eius cui primo cessum erat cedi non potest.*

8 *Cedens non solum vtiles actiones potest cedere, sed etiam directas.*

Actio vtilis præfertur habenti directas, num. 8.

9 *Obligatio omnium bonorum comprehendit nomen debitoris, & actiones, & hypothecas dicto nomine competentes.*

10 *Creditor habet duplicem actionem alteram personalem, & alteram hypothecariam.*

11 *Creditor potest auocare à quocumque posteriore pignora sibi hypothecata.*

12 *Declaratur* Bart. *in l. nomen num. 5. C. quæ res pignori obligari possint.*

13 *Solutum posteriori potest repeti ab anteriore per hypothecariam, & quando.*

14 *Debitor soluere potest suo Creditori, & liberatur.*

15 *Cre-*

15 *Creditor vltimus cui fuit cessum nomen debitoris non potest præferri habenti priorem hypothecam.*
16 *Res vbi extat potest auocari, secus vbi fuit consumpta.*
17 *Creditor prior præfertur cessionario, vel alteri cui nomen debitoris in solutum datum est.*
18 *Clericatus est probandus quando est de intentione excipientis.*
19 *Cambium in Clerico quando sit prohibitum, & quando permissum, & num. 20. 21. 23.*
22 *Clerici prohibiti sunt negotiari quando sunt in sacris constituti non autem in minoribus.*
24 *Religiosis quando sit permissum cambium.*
25 *Procurator non potest contrahere cambium per confessionem de recepto declara, vt num 26.*
27 *Obligatio Cameralis comprehendit etiam bona futura.*
28 *Partitæ extractæ ex libro, vt dicitur à* mostra *non probant.*
29 *Retentio non competit nisi pro credito claro.*
30 *Creditori liquido retardari non potest immissio contra creditorem cuius creditum ex perceptione fructuum remansit illiquidum.*

DECISIO CCIX.

IN repropositione huius Causæ ingeniosa non minùs, quàm subtilis controuersia excitata est, num quid, scilicet, nomen debitoris alteri cedi possit in præiudicium illius, cui primò obligatum est, siquidem Bart. *in lib. 4. Cod. quæ res pign. obligat. poss.* expresse distinguit inter pignora corporalia, & incorporalia, vt nomina debito-
1 rum, nam primo Casu † per debitorem alienantem non præiudicatur creditori, cum res corporales appareant, secùs in incorporalibus, quæ non apparent, hanc ipsam differentiam agnouerunt, cum Bart. Iacob. de Arena *in dicta l. nomen, numero 4. & 5.* Cyn. & Alber. *sub numer. 1.* Ant. Faber. *de coniect. libr. 8. cap. 15. in 3. col. vers. quod autem, in potestate debitoris,* Chart. *decis. 19. numer. 7.* Scacc. *de cam. & camb §. 2 gloss. 5. numer. 444. vers. & non sine ratione, & docuit* Anton Meren. *controuer. Iur. lib. 12. cap. 20. num. 4. & 5 & in Adden. ad num. 8.*

Ratio fundamentalis est, quia creditor recipiendo so-
2 lutionem à debitore, eum liberat non obstante, † quod huiusmodi Ius alteri obligauerit, vt probat *text. ad lit. in dicta lib. 4. ibi, nisi ei cui debuit, Cod. quæ res pignor.* ergò pariformiter cedendo ac transferendo ipsum nomen in al-
3 terum, cui ipsemet soluat, † namque per huiusmodi translationem, ac dationem in solutum extinguitur in creditore, actio illa directa, & omne Ius, quod habuit aduersùs debitorem, & consequenter resoluta manet vtilis actio, quæ transierat in illum, cui primò nomen obligatum est, *l. etiam liberatur in princip. ff. quib. mod. pign. & hypothec. solut. l. nouat. ff. de nouat.* Alex. *cons. 17. numero 5. lib. 1.* qui insuper agnoscit differentiam inter cæptam, & consumptam executionem super ipso nomi-
4 ne debitoris, vt † primo casu præuentiua illa diligentia Cessionarij primo creditori non noceat, cum possit inhibere, nè vlteriùs exequatur, secundò verò secùs, & Alexandrum, qui etiam ita videtur sensisse in antecedenti *consil. 15. licet postposita in volum. 6.* ad hoc refert Osasch. *decis. 62. num. 17.*

Hæc autem procedere inquiunt, licet esset illa res data in solutum, qua mediante nomen debitoris extin-
5 ctum est, † quia Creditor habet hypothecatum dictum nomen, non autem rem sub illo contentam; vndè non potest competere hypotheca ad rem, quæ debetur ex obligatione, quia non petitur res obligata, sed quid diuersum, *l. si sponsalibus 59. in fin. ff. de iur. dot.* & ità arguunt post Iacob. de Aren. & Cyn. vbi supra, Salicet. *in eadem l. nomen col. 2. sub numero 1. vers. item quia hypothecaria,* Fulgos. *in l. Grege 13. §. cum pignori, numero 4. vers. item 2. quia hypoth. ff. de pign. & respondit* Alex. *dicto cons. 17. num. 4. & 5.*

Comprobatur, quia si aliter diceretur, nunquam ferè daretur casus, quo quis posset tuto dare in solutum ali-
6 quod creditum proprio creditori, † quia semper staret in suspenso, nè illud sibi adimeretur, & tamen quotidiè videmus hoc fieri sine huiusmodi suspicione, & alias totus mundus implicaretur litibus, ac mutua hominum commercia tollerentur inquit arguendo Surd. *cons 4. num. 12.* Cyriac. *controu. 339. num. 8. vers. subditur.*

Contraria tamen DD. placuit sententia veluti magis æqua † magisque in praxi recepta, quam probarunt 7
Ioann. Faber. *in l. fin. §. & si præfatam, numer. 12. Cod. de iur. deliberan. & in dicta l. nomen sub numer.* Alex. *cons. 15. per tot. lib. 6.* Capic *decis. 78. numer. 5. & 6. & per tot.* Cyriac. *controuer. 338. numer. 16. et seqq. et dicta controu. 339. ex numer. 9. vsque in fin. aliique infrà allegandi.* Hæc autem sententia nititur triplici fundamento: Primò, Quia ex contractu quoties in alium transfertur vtilis actio, & penes transferentem remanent directæ tantùm, non potest per eum, apud quem sunt actiones directæ amplius fieri cessio vtilium actionum, † sed solùm possunt transferri di- 8
rectæ, & earum exercitium, tamquam in simplicem Procuratorem cedentis Roman. *cons. 102. in princip.* Crauett. *cons. 191. numer. 3.* Guidopap. *quæst. 530. numer. 2.* Rota *in recent. decis. 274. numer. 1. par. 3.* In concursu autem præfertur habens vtiles actiones ei, qui habeat tamen directas, vt ex prædictis comprobat, Alex. *dicto cons. 15. num. 2. et 3.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit 1. quæst. 32. la 1. num. 5. et seq.*

Secundò, † Quia in generali obligatione bonorum non 9
solùm venit nomen debitoris, sed etiam veniunt obligationes accessoriæ, & hypothecæ pro dicto nomine competentes, Bart. *in dicta l. Grege 13. §. cum pignori, numer. 1. vers. tu dicas, ibique* Salicet. *sub numer. 4. ff. de pign.* Iacab. de Aren. *in dicta l. nomen antè, num. 1. vers. quia debitor obligando, vbi etiam* Salicet. Papon *cons. 42. num. 2. 3. et 7.* Cyriac. *dicta controuers. 339. numer. 9. cum duobus seqq.* Merlin. *dicto tract. lib. 2. quæst. 29. numer. 39 et quæst. 30. numer. 22. et seq. et dicta quæst. 32. num. 23. et 24.*

Tertiò, & consequenter, † Quia Creditor habet du- 10
plicem actionem, alteram personalem, alteram hypothecariam, Rota *in recentior. decis. 760. numer. 1. 2. et post* Zacch. *de obligat. Camer. decis. 174. numer. 1. et seq.* vndè si agere potest hac vtili hypothecaria contra pignora suo debitori obligata, † nil vetat, quin etiam ea auocare pos- 11
sit à quocumque posteriori Creditore, *l. si fundus 16. §. in ven. tic. ff. de pign. l. pignori 18. Cod. eodem tit.* Salicet. *in l. fin. numer. 19. Cod. de iur. deliber.* cum alijs quæ in id refert, ac comprobat Capic. *d. decis. 78. numer. 3.* Neguſ. *de pign. in 3. memb. 2 part. numer. 24. et seqq.* Cyriac. *d. controuers. 339. numer. 12. cum duobus seq.* Merlin. *d. lib. 2. quæst. 32. numer. 9.*

Hinc cessant rationes, & Auctoritates in contrarium oppositæ, namque † Bart. *in præcit. l. nomen sub nume- 12
ro 5.* loquitur, & intelligi debet in casu, quo nomen per solutionem euanuerit, vel res data in solutum consumpta sit, secùs verò in casu quo nomen, vel ipsa res extet qui est casus noster, † nam tunc ipsemet Bart. alio in 13
loco fatetur solutum posteriori Creditori repeti posse ab anteriore per hypothecariam, nimirùm in *l. fin. §. & si præfatam numer. 4. vers. verò dicitur hic Cod. de iur. deliber. & distinxerunt,* Surd. *dicto cons. 4. sub numer. 16.* Cyriac. *dicta controuers. 339. ante numer. 13. vers. si non est perempta,* Merlin *dicto lib. 2. quæst. 31. numer. 17. & seqq. & quæst. 32. numer. 9. vers. nam cum res extet.* Neque est eadem ratio inter debitorem, & creditorem, ac inter Creditores inter se; † debitor enim potest soluere suo Creditori *l. 3. 14
Cod. de nouat. & dicta l. nomen,* cum solutione eius quod debetur tollatur omnis obligatio, Creditor autem vltimus, cui fuit cessum nomen debitoris non † potest præ- 15
ferri ei, qui per prius habet in illa re hypothecam, ità respondit Merlin *dicta quæst. 32. sub numer. 9.* & latiùs antè eum Cyriac *dicta controuers. 339. ex num. 17.* qui etiam satisfacit omnibus obiectis, & in specie absurdo, quod dominia starent in suspenso, & quod alias tollerentur commercia, cum eadem ratio militet in eo, qui distrahit rem stabilem alteri obligatam, & tamen nemo negat, quin tali onere affecta, à quocumque recuperari possit, nec ratio confundendi commercia habetur in consideratione à DD. quando res extat, † sed tantùm vbi illa con- 16
sumpta est ex Afflict. *decis. 190. numer. 6.* Grammat. *qu. 1. numer. 7.* alijsque per eum relatis in antecedenti *controuers. sub numer. fin.* Hancque sententiam vltra supra allegatos amplexi sunt Surd. *cons. 436. num. 10. 11. & per tot.* Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 3. num. 24. & 25.* Giurb. *decis. 61. num. 9. 20. & 21. & decis. 104. num. 5.* Castill. *controuer. iur. tom. 4. cap. 61. ex numer. 81. cum pluribus seq.* Carleual. *de Iudic. tom 2. lib. 1. tit 3. disputat. 8. num. 15.* Salgad. qui alios refert in suo Labyr. *cred. part. 1. cap. 10. ex num. 46. per tot.* firmantes, † priorem Creditorem præferri Cessionario, vel 17
alteri, cui nomen debitoris in solutum datum est, & sensit Rota *in recent. decis. 425. n. 1. & seqq. part. 5. decis. 303. sub nume-*

numero 9. part. 8. in Romana domorum de Regardis 28. Ianuarii 1650. §. Iustitia, coram bon. mem. Dunozzett. & in 1. decis. huius causæ 27. Ianuarii 1666. §. nec deficit, vbi etiam in §. *seq.* firmatum fuit competere viam executiuam, quæ passim datur contrà debitorem debitoris in forma Cameræ obligatum.

Rectè igitur concessa fuit immissio Guarnerio in bonis, de quibus agitur, à Gambirasio detentis in vim associationis pro credito sibi assignato à Philonardis contrà Sabellicos, cum constet de illius credito anteriori dicto Gambirasio, vt in dicta decisione 27. Ianuarij, & 23. Iunij 1666. coram me. Non obstante, quod creditum ipsius Guarnerij fundetur in Cambio de Iure prohibito Clericis, qualis fuisse prætenditur Marcellus Philonar-
18 dus debitor, quia vltrà † quod Clericatus non iustificatur, quod tamen facere deberet Gambirasius, qui in hac exceptione se fundat *l. actor. 23. Cod. de probat.* distinxerunt DD. inter Cambium actiuum, & passiuum,
19 † vt primum quidem prohibitum sit Clericis ratione implicitæ negotiationis, cum debeant sese ostendere contemptores lucri terreni, nè curis sæcularibus detenti à Spiritualibus retrahantur *cap. negotiatorem 88. distinct.* Carolus de Grassis *de effect. Cleric. effect. 6. numero 1.* Rota *in Romana Cambii 39. Ianuarii 1665. §. fin. coram R. P. D.*
20 *meo Beuilacqua*. Secundum † verò secus, cum in eo ratio negotiandi non militet, sed potiùs succurrendi proprijs necessitatibus, licèt etiam in primo casu differentia sit inter Cambium actiuum contractum à Clerico per se
21 ipsum, ac per interpositam personam, † vt primo Casu intrat prohibitio, de qua in *dicto cap. negotiat.* secundo verò non, vt subdistinguendo tradunt Bonac. *de contract. disput. 2. quæst. 1. punct. 1. num. 15. vers. tertia sententia, & quæst. vlt. punct. 2. §. 2. vers. 2. spolium*, inferens eo casu spolium non fieri, Sopran. ad Filiucc. *tract. 43. cap. 8. quæst. 5. numero 5.* Grass. *de effect. Cleric. d. effect. 6. num. 23.* Salas. *de empt. & vendit. dub. 2. numero 8.* Bellett. *disq. Cleric. part. 1. §. 21. num. 17. & 19.* vbi etiam, quod Canones prohibentes Clericis negotiari, sunt intelligendi
22 de Cleric. in Sacr. Ordinibus constitutis, † non autem de initiatis in prima Tonsura, siuè in minoribus ordinibus positis Salon. *de iustit. & iur. quæst. 77. artic. 4. controuers. 4. numero 1. & 6.* Facund. *de contract. lib. 5. cap. 11. numero 5. & cap. 12. numero 1.* Dian. *oper. moral. parte 1. tract. 8. resolut. 72. vers. at mihi*, Scacc. *de commer. & camb.*
23 *§. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 11. numero 6.* † Præcipuè verò si Cambium contractum sit ob maximam indigentiam, & necessitatem Redoan *de spoliat. Eccles. quæst. 2. numero 41. & 60. & quæst. 15. numero 15. & seq.* Less. *de iust. & iur. libr. 2. cap. 21. de empt. & vendit. dubit. 2. numero 6. & admittit eadem* Rota *in præallegat. Romana Cambii 30. Ianuarii 1665. & prius 28 Martii 1664. vtrobique §. fin.* quæ etiam vbi damnat Cambia actiua, & passiua in Clericis, & personis Religiosis intelligi debet in sensu composito,
24 † quatenus, scilicet, Clerici simul sint Religiosi, hoc est vitam communem, ac paupertatem professi, iuxta Doctr. Ioann. à Capistr. & Fabian. *de mont. de qua per* Scacc. *dicto tract. §. 1. quæst. 7. part. 3. limit. 17. numer. 23. fol. mihi 452. aliorumque in d. allegatorum.*

Multò minùs obstante alia exceptione, quod huiusmodi Cambium contractum fuerit per confessionem de recepto ab eodem Marcello etiam vti Procuratore Ioann.
25 Petri fratris, qui ob id excedere † non poterat fines mandati realiter, & effectiuè pecunias non recipiendo, *text. in l. diligenter, ff. mand.* Bertaz. *de clauf. gloss. 11. clauf. 31. numero 15.* Quia visa fuit dicta exceptio in facto corruere, dum mandatum ipsum Procuræ datum in Summario responsionis Guarnerij, continet expressam facultatem confitendi ibi, *ac habuisse, & recepisse confiten. deque exactis, ac habuisse & receptis, & recepisse*
26 *confessis quietan.* hoc enim casu † mandatarius ex confessione de recepto, non dicitur excedere fines mandati, Alciat. *in l. 2. §. fin. numero 2. vers. sed et si mandati verbis, ff. si cert. pet. Sarmient. select. interpret. lib. 3. cap. 11. num. 3. & seq.* Rota coram Seraphin. *decis. 987. numero 5. vers. nisi speciale datum fuisset mandatum ad confiten.*

Immissio verò est concedenda Cauallerino non solùm in duabus portionibus dicti crediti spectan. ad Marcellum, & Ioann. Petrum de Philonardis in Instrumento
27 Cambij obligatos, † sed etiam ad portionem Flaminij eorum fratris tamquam effectam eorum proprium patrimonium illius præmortui ab intestato, cum certùm sit in obligatione Camerali venire tam bona præsentia quam futura, Zacch. *post Galles. quæst. 5. numer. 37.* Buratt. *decis. 687. num. 4.*

Non refragante, quod huiusmodi portio non potuerit deuenire in personas fratrum, nisi vti obligata ad fauorem Gambirasij, cui proindè in ea portione competat retentio, quia vel hæc obligatio desumitur ex Instrumento Cambij, & tunc omisso, quod illud à Flaminio non interessente nunquam fuit ratificatum vti posteriùs credito Cauallerini ei nocere non potest, vel desumitur ex mercibus ab eius fundaco receptis, & cum de eis non constet in libro giornali, minusque in libro magistro prout communiter ab omnibus Mercatoribus practicatur, † sed tantùm in quodam libro, vt dicitur, *à Mostra*, probatio indè proueniens non concluditur Rota *in terminis decis. 558. numero 2. part. 2.* cum alijs in postrema decisione huius causæ, § *final.* 28

Neque ex eo quod cæteri fratres recognouerint debitum, mediante dicto Instrumento Cambij scutor. 1000. ibique asseruerint hanc summam esse conflatam ex tot mercibus infertur necessario eos approbasse partitas in dicto libro *à Mostra* contentas, cum recognitio verificari possit respectu aliarum mercium, præcipuè dum partitæ incipiunt ab anno 1637. Instrumentum verò post decennium, nempè de anno 1647. Licèt in omnem Casum sufficiat creditum Gambirasij respectu † portionis 29
tangentis Flaminium non esse distinctum, & clarum, quale requiritur ad hoc, vt ei competat retentio Rota *decis. 498. numero 15. apud* Cenc. & *in Romana retentionis domorum 20. Aprilis 1654. §. fin. coram bon. memor. Bichiq.* Insuperque remaneat illiquidum ex fructibus per 16. annis perceptis ex bonis controuersis, † qua etiam ratione 30
immissio liquido Creditori retardari non potest, Cardin. Caual. *decis. 539. numero 5. & 6. in recent. decis. 30. numero 14. & 15 par. 8. Rom. retentionis domorum 23. Maii 1642. §. fin. coram Reu. Imolen. & in Ancon. Prædii 8. Februarii 1658. § super retentione coram me.*

Et ita in confirmationem primæ decisionis resolutum vtraque.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granaten.

Calagurritana Præeminentiarum.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

De præcedentia Vxoris in diuinis officijs commensuranda, & dimetienda ab illa sui Viri in hac præsenti Decisione agitur, & tractatur. Vbi quod dignitates, & priuilegia maritorum etiam Vxoribus communicantur.

SVMMARIVM.

1 *Responsorium pro defunctis recitare non licèt his diebus quibus iuxta Rubricas est prohibitum facere commemorationem mortuorum.*
2 *Oblationes fieri debent in loco Presbyterij.*
Rota sequitur opinionem Sacr. Congregationis Rituum, quamuis per antea contrarium tenuerit, numero 2.
3 *Personas priuatas publicis Personis præferri de iure repugnat.*
4 *Præcedentia quæ competit Viro, eadem quoque Vxori competere debet.*
Vxor sic alias præcedit Vxores, prout alios maritos similiter præcedit Vir, num. 4.
5 *Vxor maiora priuilegia, vel dignitates sortiri nequit, quam eadem, quæ competunt illius Viro.*
6 *Vxores illustrantur, & coruscant radijs maritorum.*

DE-

DECISIO CCX.

TAM quoad responsorium, quam quoad offertorium recesserunt Domini à decisis 10. Decembris 1664. * & 6. Februarij anni 1665. Quia super his con-
1 culta Sacra Rituum Congregatio respondit, † non licere dicere, vel recitare responsorium pro defunctis in diebus, in quibus iuxta rubricas est prohibitum facere commemorationem mortuorum. Oblationem verò es-
2 se faciendam in loco Presbyterij † quam resolutionem libenter Rota amplexa est, quamuis contrarium firmauerit in præcedentibus decisionibus, vt in simili factum fuit in *Romana Capellaniæ* 23. *Ianuarii* 1589. *coram Pamphilio penes* Marchesanum *de commissionibus part.* 1. *fol.* 146. *& in recentior. decis.* 497. *nu.*1. *part.*4. *tom.* 1. *& coram* Merlin. *decis.*825. *num.* 10.

Maior difficultas versabatur circa præcedentiam vxoris Antonij in offerendo, cuius cognitio fuit per eamdem Sacram Congregationem Rotæ specialiter reseruata; verum cum sub die 14. Martij præteriti fuerit resolutum nullam Antonio competere præeminentiam in sedendo, ac in incessu in processionibus aduersus Magi-
3 stratum, cuius ipse membrum est, † cum repugnet priuatas personis publicis præferri, vel si quæ daretur probatio consuetudinis respectu præeminentiæ loci illam esse referendam ad officium Præpositurae, quod gerit inter illos de Magistratu, & vt latiùs in dicta decisione censuerunt Domini eundem ordinem statuendum esse
4 respectu vxoris, † ita vt quemadmodum Antonius aliquos præcedit ratione officij, quod exercet; sic vxor
5 eorum vxores in offertorio præcedere debeat, quæ † maiora priuilegia, vel dignitates sortiri nequit quam eadem quę competunt marito, *l. vltima Cod. de Incolis lib.*10 *l. mulieres, Cod. de dignitat. libr.* 12. Ferrett. *cons.* 167. *numero* 6. vbi quod vxores illustrantur, & corruscant
6 † radijs maritorum Cassaneus *Cathalogo gloriæ mundi parte* 8. *considerat.* 21. Tiraquell. *de nobilitat. cap.* 18. *à num.* 1. Cyriac. *controuers. forens. controuer.* 273. *num.* 23.

Et ità vna tantùm, &c.

Supradictæ duæ Decisiones * in hac causa primo loco emanatę coram eodem Illustrissimo D. Pręside Granaten. habentur impressę in pręcedenti parte 14. recentior. & sunt decision. 234. & decis. 257. Decisio verò quę immediatè subsequitur, & ipsa quoque in eadem causa successit.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana translationis pensionum.

Mercurij 14. *Martij* 1668.

ARGVMENTVM.

Translatio pensionis non potest fieri ad interrogationem alterius præuia responsione moribundi, *Signor sì*; præsertim quando transferens est adeò oppressus morbo, vt indè ad paucas horas decesserit, quidquid sit in testamento, quod ad interrogationem alterius factum substinetur data tamen in testatore potentia mentis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum denegatur cessante læsione.*
2 *Transferens pensionem debet nominare personam Translatarij.*
3 *Nominatio personæ in translatione pensionis est de substantia translationis.*
4 *Translatio pensionis facta in extremis à persona sensibus penè orbatis non substinetur.*
5 *Translatio pensionis facta à moribundo respondente ad interrogationem* Signor sì *non substinetur.*
6 *Translatio pensionis facta ab eo qui inde ad paucas horas decessit non substinetur.*
7 *Moribundus ignorat quidquid dicit.*
8 *Testium depositiones conquassantur ab alijs numero, & fide maioribus.*
9 *Testibus magis informatis, & continuo astantibus magis creditur.*
10 *Moribundus cui Sacramenta subministrari non potuerunt non dicitur stetisse in suis sensibus.*
11 *Testamentum fieri potest ad interrogationem alterius.*
12 *Translatio pensionis non potest fieri ad interrogationem alterius, & datur ratio num.* 13.
14 *Transferens pensionem, & si perfectè non loquatur debet tamen esse sui compos.*
15 *Moribundus sui compos ad interrogationem alterius disponere potest.*
16 *Responsio* Signor sì *cadens super re incerta nihil disponit.*
17 *Testi familiari, & vnico non creditur, & datur ratio, num.* 18.
19 *Testis Sacerdos quando præferatur.*
20 *Testes omni exceptione maiores requiruntur in dispositione in qua potest fieri fraus.*
21 *Discursus præcedentes, vt sint præordinati ad dispositionem debent esse proximi.*
22 *Notario non creditur nisi de rogatis.*
23 *Insertio instrumenti facta protocollo lite pendente non probat.*
24 *Instrumentum non fuisse stipulatum statur assertioni notarij.*
25 *Veritas præualet cuicumque præsumptioni.*
26 *Notarij interuentus requiritur in translatione pensionis.*
27 *Translatio pensionis facta absque interuentu Notarij non substinetur.*

DECISIO CCXI.

TRANSLATIONEM pensionum, quam Ioann. Dominicus ad sui fauorem pretendebat fuisse factam à Rutilio eius Patre non substineri decisum, atque pronunciatum fuit per sententiam Rotalem Eminentissimi Domini mei Cardinalis Celsi, quam hodie validam, iustam, & in iudicatum transactam pro Canonico Marco Paulo Tierio, alijsque titularibus Rota cognoscens petitam à Ioann. Dominico restitutionem in integrum denegauit; concedi autem non solet, 1
† quando lęsio, vt in proposito excluditur à validitate, & iustitia sententię, Abb. *in cap. ex literis sub numero* 5. *de restitut. in integritat.* Rota *in Romana Saluiani* 21. *Iunii* 1666. §. *nec Domini coram R. P. D. meo Carpineo, & in Romana pecuniaria* 13. *Ianuarii proximi præteriti coram me.*

Iustitia super qua partes acriter insistebant, cum validitas vndique clara sit deducebatur ex ineuitabili motiuo nullitatis translationis, dum in nihilo seruata fuit forma in indulto pręscritta, non enim coram persona Ecclesiastica dignitate decorata, minusue coram Notario, & Testibus nominata fuit persona, in quam Rutilius pensiones transferre volebat, quam per se ipsum nominare tenebatur, vt patet ex breue relato in *Summario* eiusdem Ioann. Dominici *numero* 3. ibi: *in vnam, vel plures personas*, vt supra, *qualificatas; & expressas, per te quandocunque placuerit, etiam in Mortis articulo, vt præfertur nominandam*, † vnde 2
cum personam translatarij ipse non nominauerit, translatio ex defectu formę remansit inefficax per Text *in l. cum hi*, §. *si prźter*, *ff. de transaction.* Surd. *decision.* 268. *numero* 8. *&* 9. Rota *decision.* 38. *numero* 34. *parte* 6 *recent.* & in terminis similis innulti ab eodem Papa elargiti dixit Rota *in Perusina pensionis* 28. *Maii* 1649. *coram bon. memor. Peutingerio in recentior. decision.* 307. *numero* 4. *&* 5. *part.* 10. *confirmata* 9. *Decembris* 1650. *coram eodem apud* Zach. *quæst. Medicoleg. decision.* 95. *quas sequitur decisio huius causæ emanata* 26. *Maii* 1662. *coram Eminentissimo Celso*, §. *minus substineri.*

Ex quo patet indulto satisfactum non fuisse per responsionem datam ad Interrogationem per verbum, *Signor sì*, quia vltra quod nominatio personę requisita † 3
pro forma substantiali ad effectum obuiandi fraudibus debebat specifice adimpleri, vt Consuluit in terminis Spad. *consil.*80. *numero* 8. *libr.* 3. cum Rutilius per lethalem casum ab Equo remansisset adeò contusus, & fractus, vt iacens in lecto sine sensu, & sine motu per solam respirationem à cadauere differret sicut Testantur

Episcopus Castellaneten. Parochus, & Barbitonsor, quo-
rum dicta refert præterita decisio, §. quod autem, cum duo-
4 bus seqq. † præterea verisimile non est, quod habuerit
animum transferendi, & esset in sensu perfecto prout
omninò esse debebat ad hoc, vt eius dispositio substinere-
tur, vt de Testamento firmant Soccin Iun. cons. 183. per
tot. & signanter num. 12. & 13. lib. 2. Caldas. cons. 24. num. 8.
& 11. Corn consil. 103. num. 12. & 13. lib. 1. cum alijs relatis
per Caren. resolut. 3. num. 7 & in dicta Perusina pensionis co-
ram bon. mem. Peutingerio.

Indè manifestè conuincitur, quod dicta responsio, Si-
gnor sì, ad sugestionem Astantium emissa, vt affirmat
idem Episcopus Castellaneten. Testis omni exceptione
maior, ibi: Se bene intesi risponder due volte disì, ad
ogni modo dubitai, se questo era sufficiente, mentre si gli di-
ceua prima, e più volte dite Signor sì, potiùs fuerit, ad
5 submouen. molestiam, quam iteratæ suggestiones ægro-
to augeban:, secundum Clar. in §. Testamentum quæst. 37.
num 6 Cardin Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6. num. 9.
quam quod talis esset eius voluntas, cuius potentia vi
morbi iam exulauerat, vt euentus docuit dum illinc ad
6 paruas horas interijt, propterea, † cum in eo statu me-
moria reddita esset imbecillis, & totus langueret intelle-
ctus, vt ex mente Aristotelis in primo de Anima, scribit,
Bald. in l. vlt. num. 18. & 19. C. de bon. quæ liber. præsumi de-
7 bet, quod Rutilius † in extremis laborans ignoraret
quidquid diceret, & ageret Thes. quæst. 99. num. 9. vers. 1.
quod sane lib. 2. Ciriac. controuer. 349. num. 70. Mart. de
success. legal. part. 4. quæst. 1. artic. 3 num 18. & 19. Zacch.
quæst. Medicoleg. lib. 2. tit. 1. quæst. 19. num. 24. Rota decision.
288. num. 9. & 10 & 346. num. 19 & 20. part. 9. recent. & in
Æsculana dotis 16. Ianuarij 1665. coram bon. mem. Leone Ve-
rospio.

Nec ad probandam sanam Rutilij mentem visa fuit
sufficiens medicorum fides data in eodem Summ. nu 9 tum
quia extraiudicialis, tum etiam, quia attestantes suppo-
nunt ad alterius relationem id, quod est in quæstione, ibi:
Essendoci stato representato, che il Signor Rotilio Paracciano
nella sua infermità prouenuta dalla cascata da Cauallo si do-
lesse de proprij mali, e desse chiaramente segni di sentir dolo-
re, &c. quamobrem nihil concludit, prout nihil probant
Testes alias ad id inducti, qui vltra exceptiones, quas pa-
8 tiuntur, conquassantur † ab alijs contrarijs Testibus nu-
mero, & fide maioribus, vt dicit decisio §. hinc patet non
percutiunt tempus, & actum translationis, sed deponunt
ferè de momento, nam alter ex ipsis, qui est medicus semel
tantùm, & tantisper permansit, vt ipse ait iuxta quintum
Interrogatorium, & secundus bis tantùm accessit, nec re-
cordatur de Tempore, vt ibidem etiam ipse respondit, vi-
9 ce versa Barbitonsor, † & Iuuenis Nicolai Larchè, qui
continuo astiterunt, & ob id magnam fidem merentur, vt
de similibus Testibus loquitur Cald. d. cons. 24. n. 27. indiui-
duant, che non stette mai in proposito, qua de causa nec
Parochus ipse deponere potuit ei subministrasse Sacra-
menta, quorum mediantibus signis capax omninò fecis-
10 set, † nec vllo pacto destitutus decessisse, si mente, & in-
tellectu verè sanus extitisset, vt tradit Carer. cons. 117. nu.
3. vers. Curati Ludouic. Bell. cons. 54. num. 3. vers. cui Curatus
Rot. dec 346. n. 18. & 19. part. 9. rec. & in dicta Perusina pen-
sionis 9. Decembris 1650. §. presertim quia.

11 Et quemadmodum Testamentum † fieri posse ad in-
terrogationem alterius ex cumulatis per Rotam in Squil-
lacen. Testamenti 7. Iunii 1662. cor. R. P. D. meo Priolo, ita e-
tiam translationem pensionis validam censeri contende-
12 bant Informantes pro Io. Dominico, nam paritas visa †
fuit non currere, cum longè dispar vigeat ratio inter vtrũ-
que, etenim illud est fauorabile, pro quo in dubio esse pro-
nunciandum, vt per text. in l. si pars, ff. de inoffic. Testam. de-
13 cidit Rot. decis. 280. n. fin. par. 9. rec. † hæc vero odiosa tam-
quam prorogatum onus beneficij ideò strictè interpretan-
dum Lotter. de re benef. q. 36 n. 113. l. 1. Rot. dec. 733. num. 2.
par. 2. & dec. 485. n. 4. p. 4. rec. Grat. discept. 296. num. 67.

Quinimò Rota, & DD. in contrarium adducti loquun-
14 tur quoties Testator, † seu transferens quamuis per acci-
dens perfectè loqui non possit persistens tamen in sensi-
bus adimplet ad vnguem in reliquis indulti formam, vt
est Casus decisionis 455. Coccini, & si illi deficit corporis sa-
nitas non deest, vt in præsenti mentis integritas, ac delibe-
15 rata, & præordinata voluntas ad ita præcisè disponen. †
quo casu dispositio ad interrogationem toleratur, cum ha-
beat præexistentem causam ex explicatione inconcussæ
voluntatis, vt de com. testetur Thes. d. q. 99. num. 7. Surd. cons.
414. n. 54. Clar. in §. Testamentum q. 37. n. 5. Rot. in Firmana
releuationis Testamenti 25. Iunij 1660 coram R. P. D. meo Al-
bergato, & in allegata Squillacen. Testamenti, §. & proculdu-
bio, cum §. seq. coram R. P. D. meo Priolo, in quibus terminis
loquitur Rota in Ferrarien. pensionis coram Reuerendissimo
D. meo Decano, & glos. in l. Iubemus C. de Testam. vt exemplifi-
cant ibi Bald. num. 4. & duobus seqq. & Alex. num. 9.

Probatio autem huius præcedentis voluntatis non re
sultat ex dicta responsione † Signor sì, quæ non solùm ex 16
iam dictis, verum etiam magis redditur incerta, quia cum
Rutilius plures pensiones obtineret ex illa determinare,
certitudinaliter percipi non poterat, vtrum omnes, vel ali-
quas tantùm, vel in totum, vel in partem transferre vel-
let, & sic vti integra facultate nec ne, vt in indiuiduo dicit
Spad. in eodem cons. 80. n. 12. l. 3. Nec minus id concludunt
tres Testes vltimo loco examinati, quorum duo ingenuè
fatentur Rutilium de tali re nunquam cum eis sermo-
nem habuisse, alter verò licèt affirmet pluriès Rutilium
illi dixisse velle pensiones transferre in Ioannem Domi-
nicum nimis affectate deponit, † est familiaris vnicus, & 17
Compater nullum gradum probationis facit, vt innuunt
Cald. d. cons. 24. n 23. Ludouic. Bell. cons. 54. num. 7. & intrat
vulgatum axioma, † dictum vnius, dictum nullius de quo 18
in l. iurisiurandi C. de Testibus. Nec proficit qualitas Sacer-
dotalis † qua ipse est insignitus, quia licè hæc fidem Testi 19
augeat, tamen in hac materia vltimæ voluntatis præser-
tim conditæ à moribundo in qua de facili † fraus fieri po- 20
test requiruntur Testes numero plures, & omni exceptio-
ne maiores, Cald. in sæpè citato cons. 24. n. 23. Bell. cons. 53. n.
14 & cons. seq. n. 7. Thes. d. q. 99. n. 28. sub vers. ideò si notatus
Roderic. Suar. alleg. 1. n. 15. & 23. eo magis cum non depo-
nat de continuatione voluntatis de tempore prætensæ
translationis, sed generice dicat de tempore longè ante in-
firmitatem, quod non releuat, cum contingere potuerit,
quod illi dixerit perfunctorie, vt fieri solet blandiendo fi-
lijs, quod non est sufficiens pro præordinatione volunta-
tis transferendi, † quæ debebat esse ordinata ad istum met 21
actum præcisum, ita quod nullus sit dubitationi locus, vt
notat Clar. d. q. 37. n. 7 Cald. in mox. alleg. cons. 24 nu. 10. Ca-
ren. resolut. 3. n. 8. & seqq. Rot. decis. 346. n. 26. par. 9. recent.
& in dicta Perusina pensionis coram bon. mem. Peutingerio.

Demùm ponit rem in claris defectus Instrumenti
translationis, nec illud in actis productum meretur no-
men Instrumenti, cum sit quædam simplex attestatio fa-
cti tunc gesti, quam metu grauatoriæ notarius exhibuit
indè nihil probat, † cum Notario non credatur, nisi de ro- 22
gati, gloss. in §. nos autem verbo iniungatur Auth. de Tabel-
lion. Rota decis. 285. part. 2. diuers. & coram Buratt. decis.
444. num. 1. in nihilo refragrante, quod talis scriptura præ-
sumatur rogata, cum reperiatur in protocollo inter alia
Instrumenta, nam præter, quod hæc insertio, tamquam † 23
facta lite pendente non est attendenda, iuxta Doctr Bald.
in rubr. num. 45. vers tunc autem, C. de fid. Instrum. Rot. decis.
265. num. 2. coram Buratt. cessat omnis scrupulus, † dum 24
certum est ex depositione Testium, & ipsius met Nota-
rij, quod Instrumentum translationis stipulatum non
fuit, cum Rutilius non esset habilis ad transferendum, † 25
quæ veritas præualet cuicunque præsumptioni, l. Impera-
tores, §. multæ, ff. de probat. Rot. decis. 155. num. 20. part. 9.
recent.

Nec prædicta remouentur ex eo quod Notarius in
translatione non debeat interuenire tamquam Exequu-
tur cassando antiquam pensionem, & nouam reassumen-
do, quoniam licèt eius interuentus ad prædicta non desi-
deretur, requiritur tamen, † vt tamquam Notarius se ro- 26
get de translatione, cum adhibeatur ad promouendum, &
conficiendum probationem actus, qui geritur, Lotter. de re
benef lib. 1. q. 40 n. 51. & n. 60. vltra quod rogat actum trans-
lationis vti Notarius Put. decis. 334. n. 2. lib. 2. & decis. 689.
n. 2. ad fin. part. 4. diuers. & decis. 322. n. 4. coram Coccino, † 27
quod cum in præsenti factum non fuerit, eo minus substi-
neri potest prætensa translatio, vt respondit decisio Emi-
nentissimi D. meo Celsi.

Atque in dubio ter proposito decisum fuit non consta-
re de causis restitutionis in integrum, vtraque parte infor-
mante.

R. P. D.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Calaguritana Præeminentiarum.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Cùm monumenta supra terram eleuata in Ecclesia prohibeantur tamquam indecentia, eo magis toleranda non est Tumba amouibilis lugubri panno ornata, quæ singulis diebus etiam festiuis sic induta reperiatur, quæ quia vltrà quod indecens iudicatur, & causat deformitatem, omninò amoueri debet, quacumque contraria consuetudine minimè refragante.

SVMMARIVM.

1 *Tumba amouibilis in Ecclesia lugubri panno ornata etiam in quibuscumque festiuitatibus, quia causat deformitatem amoueri debet.*

Panni lugubres in Ecclesia super tumbis mortuorum in festiuitatibus tolerandi non sunt, numero 1.

Deformitatem Ecclesiæ, ac etiam impedimentum ea quæ afferunt veniunt amouenda, num. 1.

2 *Monumenta supra terram eleuata tamquam indecentia in Ecclesia damnantur, & amoueri mandantur.*

3 *Synodalis constitutio ligat omnes existentes intra terminos Diœcesis.*

4 *Synodalis Constitutio præsumitur vsu recepta.*

5 *Possessio in facultatiuis quomodo acquiratur.*

6 *Magistratus potuit aliquandò aliquod permittere, & postea iusta ratione ductus prohibere.*

7 *Magistratus est dignior quolibet de Populo, & num. 8.*

Magistratus repræsentat totum populum, numero 7.

Ciuis dicitur membrum, & de corpore magistratus, num. 7.

8 *Magistratus ratione publicæ administrationis habet præeminentiam supra omnes priuatos, & sup. num. 7.*

9 *Priuatas personas publici Magistratibus præferri de iure repugnat.*

10 *Præcedentiam potest consuetudo tribuere minori aduersus maiorem, & posteriori contra priorem intellige, vt num. sequent.*

11 *Prælatio minoris respectu maioris ita demum toleratur à iure quatenus subsistat ratio aliqua dignitatis, vel officii.*

12 *Consuetudo concedens prælationem minori aduersùs maiorem, quatenus reprobetur, & impræscriptibilis esse dicatur, & supra num. 10. & 11.*

DECISIO CCXII.

RESPONSVM fuit constare de bono Iure Magistratus Oppidi de liqueitlo, quoad prohibendum ne Antonius Adan de Iarza habeat Tumbam eleuatam in Ecclesia Parochiali dicti Oppidi, nec præeminentiorem locum in sedendo, quæ præeminentiæ fuerunt reseruatæ in decis. in hac causa coram me emanata * 10. Decembris 1664.

Cum enim hæc Tumba sit amouibilis, & retineatur panno lugubri ornata in quibuscumque Festiuitatibus etiam Sanctissimæ Natiuitatis, ac Resurrectionis Domini Nostri, quibus Festiuis ornamentis Ecclesia decoratur, & existat in vna ex nauibus lateralibus dictæ Ecclesiæ eleuata ad formam relationis Plantæ de communi partium consensu factæ, cuius copia datur Summario *numero* 1. & causet deformitatem, & impedimentum, vt deponunt Testes pro Magistratu examinati *numero* 2. † amoueri debet ratione impedimenti, & 1
deformitatis, *leg. 1. & 2. ne quid in loco sacro l. Prætor. ait §. locorum sacrorum ne quid in loco publico*, præsertim resistente Constitutione san. memor. Pij V. In ordine Bullar. tom. 2. fol. 135. §. sexto, vbi monumenta supra Terram eleuata tanquam indecentia in Ecclesia, damnantur, † & amoueri mandantur quibus adstipu- 2
latur Constitutio Synodalis quæ id quoque prohibet, † 3
& ligat omnes existentes intra terminos Diœcesis Henrich. Boich. *in tractat. de Synod. Episcop. 3. parte art. 2. concl. 1. numero* 1. quæ Constitutio fuit vsu recepta, & etiam in dubio præsumitur, prout tenuit Rota *in alia* 4
Calaguritana Tumbarum, apud Seraphin. *decis.* 813. *numero* 2.

Nec iuuat opposita immemorabilis, nam omissis exceptionibus, datis contra Testes de quibus In Summario Magistratus, *numero* 4. ad hoc vt suffragari posset necessarium erat, vt deponerent quod Magistratus aliquando prohibuerit, Antonio vel eius Antecessoribus dictam Tumbam eleuatam habere, & quod ipse aut alius se apposuerit, & postea Magistratus, huiusmodi oppositioni acquieuerit, † prout requiritur ad acqui- 5
rendam possessionem In facultatiuis, Castr. *in l. qui luminibus, ff. de seruit. Vrban. præd. numero* 1. Rota *decis.* 530. *numero* 2. & 3. *part. 2. recentior.* & sic potuit Magistratus hoc aliquando permittere, † & postea iuxta ra- 6
tione ductus eum pœnitere, Rota coram Seraphin. *decis.* 813. *num.* 5.

Quoad præeminentiorem locum in sedendo, ac in incessu in processionibus pro Magistratu, quoque resolutum fuit, nam cum Magistratus, sit longè dignior Antonio, † tanquam repræsentans totum Oppidum 7
cuius ipse est vnus, & membrum huius Corporis, Mastrill. *de Magistr. libr. 3. cap. 4. numero* 78. à Pont. *de potest. Proreg. tit. de offic. elect. §. 8. numero* 35. *in fin. cum seqq.* nullum ius prætendere potest contra Magistratum cui ratione publicæ administrationis, † de Iure compe- 8
tit Præeminentia inter omnes priuatos, Bobbad. *in polit. libr. 2. cap. 21. numero* 61. quem refert, & sequitur Capicc. latr. *decis.* 181. *numero 5. in fin. & numero* 6. vbi quod continet repugnantiam, vt priuati † publicis Magistra- 9
tibus præferantur, quæ daretur si inter caput quale est Gubernator Oppidi, & Magistratum qui reputatur Corpus intermediaret, Antonius, & sicuti priuatus præcederet, maximè quia nullum Ius habet in hac Ecclesia quæ fuit Incolis Oppidi donata, & ab illis reparata, plurimaque iura exercent latiùs expensa *in decis. huius causæ* 10. *Decembris* 1664. §. *Nec obstant.*

Parum refert, quod consuetudine fieri possit, vt minor maiori aliquando præferatur, † & posterior Priori, 10
nam præterquod Testes adducti ad probandum consuetudinem patiuntur exceptiones recensitas, ac probatas allegato Summario *numero* 4. & 5. etiamsi quæ daretur probatio consuetudinis referenda esset ad officium Præpositurae, quod gerit Antonius non autem ad aliam Causam Id suadente Iuris dispositione, † secundum 11
quam prælatio minoris respectu maioris, ita demùm in aliquibus casibus tolleratur, quatenus subsistit, ratio aliqua Dignitatis, vel officij alias omnis consuetudo reprobatur, † tanquam Irrationalis, & impræscriptibilis 12
Doctores *in capit. 1. de maior. & obedien. præsertim* Butr. qui benè declarat *numero* 11. & conciliando contraria, Rota apud san. mem. Gregor. *decis.* 310. *numero 6. & coram* Eminentiss. Otthobon. *decis* 4. *num.* 36.

Et Ita vna tantum altera sæpius citata, & Intimata &c.

Concordantes Decisiones in hac causa adnotauimus, supra ad decision. præcedentem, quæ pariter in eadem causa emanauit, ideò ad illam lectorem remittimus.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. bonorum.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Tutore absente pupillo dari solet tutor, vel curator ad certum actum qui potest transigere, & transactio substinetur, maximè quando fuit facta cum interuentu Procuratoris, & Aduocati, consanguineorum, & Prætoris decreto, nec requiritur solemnitas Ægidianæ, quando in loco viget particulare statutum tribuens certam formam contrahendi.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris generalis auctoritas non autem particularis in contractu pupilli requiritur, & datur ratio, num. 2.*

3 *Constitutiones loquentes de interuentu tutoris in contractibus impuberum, non intelliguntur de Curatore ad certum actum.*

4 *Tutor quando propter absentiam contractui pupilli, interuenire non potest datur curator.*

5 *Tutore absente, vel impedito Iudex dare potest curatorem, & num. 6.*

7 *Obseruantia Curiarum est seruanda, nec contra illam iudicandum est, ad euitandas controuersias.*

8 *Tutor, & Curator à pari procedunt.*

9 *Tutor vbi non est absens contractus sine illius præsentia non substinetur, sed limita num. 10.*

11 *Tutor ad vnum actum, seu Curator, licet teneatur satisdare rem pupilli saluam fore, tamen de praxi Curiarum non admittitur, num. 12.*

13 *Satisdatio Tutoris, vel Curatoris pupillo dati ad certum actum recessit ab Aula, & num. 14.*

15 *Obseruantia Curiarum probatur, per attestationes Curialium, & desumitur etiam ex instrumentis.*

16 *Consuetudo attenditur in his quæ requirunt solemnitatem, licet contrarium de iure sit cautum.*

17 *Tutoris datio ad certum actum ex circumstantijs substinetur.*

18 *Tutor ad certum actum licet non possit facere, quæ Prætoris auctoritatem requirunt, hoc tamen non procedit quando pupillus, vel non habet tutorem, vel quando actus à lite procedit.*

19 *Curator potest obligare pupillum circa ea quæ, sunt de substantia litis.*

20 *Tutor transigendo de consilio Procuratoris, & Aduocati bene agit.*

21 *Tutor reuersus, & approbans gesta à Curatore dicitur illa ratificasse, & substinentur.*

22 *Transactio facta à Tutore ad certum actum redditur valida ex circumstantijs facti.*

23 *Nullitates in transactione minoris, vel pupilli, an sint sufficientes impedire translationem possessionis, & num. 24.*

25 *Ægidiana non habet locum in terris, in quibus vigent statuta particularia, quod limita vt num. 26.*

27 *Ægidiana non habet locum quando statuta particularia dant certam formam illaque seruata tribuunt securitatem.*

28 *Causa in distractione bonorum pupilli, vel debet esse vtilis, vel necessaria.*

29 *Causa siue vtilis, siue necessaria, quando in contractu pupilli interuenit præsentia Procuratoris, & Aduocati Tutoris, & auctoritas Prætoris rationabilis reputatur.*

30 *Tutori imputanda esset substentatio litis calumniosæ.*

31 *Tutor prudenter se gerere dicitur abolendo nouas lites.*

DECISIO CCXIII.

IN gradu appellationis à Sententia Locumtenentis Generalis Prouinciæ Romandiolæ absoluente Ioan. Baptistam Ganbam, & Iacobam Aldobrandinam Coniuges à manutentione, reintegratione petita, per Franciscam Aldobrandinam, & Ludouicum Suprium Virum ad bona viginti antè annos, per transactionem dimissa, fuit primo resolutum die 7. Iunij 1666. manutentionem hanc, seù reintegrationem non competere; Sed suspenso deinde hoc articulo placuit DD. cognoscere de viribus transactionis, quam substineri responderunt 20. Maij præteriti; Nunc verò super vtroque dubio auditis partibus visum est in omnibus persistere in decisis; Quoniam obiectam nullitatem ob non interuentum Tutoris legitimi tàm de iure, quàm ex Statuto Rauennæ lib. 4. rubr. 1. requisiti in alienationibus Pupillorum plenè substulit prima decisio à §. *& licet vsque ad finem*, aliàs verò quæ ex defectu causæ, atque insinuationis pro iniustitia, & inualiditate eiusdem transactionis objiciebantur, dissipauit altera decisio in §. *iustam cum duobus seqq. & in §. minusque vsque ad finem*, vbi etiam satisfactum fuit motiuo læsionis, quæ ex pluribus casibus deducebatur.

Nec fundamenta prædictarum decisionum euertere potuerunt obiecta modo repetita; Non enim obstabat primum in quo magis insistebant Informantes tamquam exclusiuum consensus ex hoc contractu transactionis in quo personas Infantium non auctorauit Tutor, qui earum haberet administrationem, † sed alter 1
huic actui tantum designatus contra dispositionem, *text. in §. certæ autem rei Instit. qui Testam. Tutor. dar. poss. & l. certarum, ff. de Testam. Tutel.* & † contra vulgatam 2
regulam, quod personæ succurritur non causæ, *l. ex pluribus, ff. de administr. Tutor.* & his pluribus adductis, Dec. *cons. 469. num. 3. &* Curt. Iun. *qui consuluit in eadem causa cons. 29. num. 2.* Id potissimum exigente statuto, quod vbi in Contractibus impuberum requirit † 3
auctoritatem, & interuentum Tutoris intelligi non potest de Curatore, ad certum actum *ad text. in l. Curator. 11. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his &c. & in l. Curatores 19 ff. de auct. Tut. & in proposito* Rota *decis. 504. num. 1. & seqq. part. 5. tom. 2. recent.*

Quoniam approbata fuit responsio, quam vtraque decisio huic obiecto applicauit, quod nempè iura prædicta non procedant, quando propter impedimentum, vel absentiam Tutoris legitimi † agitur de prouidendo pupillis, vel Infantibus de Tutore, vel Curatore, qui certum actum necessario explicandum auctorare debeat, iuxta singularem doctr. Bart. *in l. fulcinius 7. §. labeo autem, ff. quibus mod. in poss eatur*, qui extendit literam dicti text. loquentis de furioso ad pupillum, per hæc verba, *fateor tamen quod etiam in pupillo si bona essent tempore peritura, vel immineret æs alienum graue, posset Iudex dare Curatorem ad vendendum : &* Alex. *ibi in addit.* intelligit hoc procedere dummodo Iudex Curatorem det de Consilio Coniunctorum Pupilli, & in subsidium, quando non reperitur Tutor, quæ omnes circumstantiæ in hac deputatione interuenerunt, quia Tutor erat absens, imminebat graue æs alienum, & Prætor fuit ab Infantibus proximioribus requisitus, quam Bart. doctr commendat, & æquam dicit, Bald. *in tit. de Milit. Vassall. qui contumax est num. 20. vers. inquit* Bart. & eam sequitur Osasch. *in decis. Pedem. 89. num. 6.* eique congruit optima distinctio eiusdem, Bart. *in l. solet 13. ff. de Tutel.* 4
vbi † admittens, quod Tutore absente, vel impedito Iudex possit dare Pupillo Curatorem subdit officium illius finiri, finita necessitate, ex quo infert incongruum non esse vrgente necessitatate, † pupillo ad 5
certum actum de Tutore, vel Curatore prouideri, *vt ex text.* 6

ex text. quem singularem dicit in l.1. vers. si Curator, ff. de
eo qui pro Tutor. se gess. infert. ibi Bald. & not. Rom. Sin-
gul. 241. probatque Prag. in tract. de Tut. & Curat. quæst.
4. num. 5. Manz. eodem tract. quæst. 3.2. quæstionis princip.
num. 2. aliisque cumulatis Lhomas pariter eodem tract. tit. 11.
cap. 11. num. 36. fol. 61.

Concordat cum hac intelligentia obseruantia longe-
uæ consuetudinis in eadem Ciuitate plurium deputa-
7 tionum Instrumentis comprobata, † contra quam ne-
fas esset hodiè iudicare, nè plurimæ in ea Regione
suscitarentur controuersiæ, vt in prima decisione ani-
maduersum fuit, §. ad substinendum, vbi Bart. aliisque
per Montan. adductis probatum existit consuetudinem
hanc dubij iuris interpretatiuam esse attendendam, &
præter illos probant in his terminis, Manz. de Tut.
quæst. 2. cap. 3. & Amat. decis. Marchiæ 63. num. 3.

Hinc non aduersatur Statutum Rauennæ adducta
Rub. 1. lib. 4. quod licet loquatur de Tutore, & stri-
ctè, ac literaliter sit accipiendum iuxtà aliam rubr. 123.
libr. 5. recipit nihilominus passiuam interpretationem à
8 iure, † quod dispositionem de Tutore loquentem in
Curatore ex propria significatione sæpissimè adaptauit,
l. Pater Seruianam §. Conditionum, ff. de Condit. & de-
monstr. l. Curatores vbi gloss. in verbo Tutelæ, C. de sus-
pect. Tutor. l. ad litem vbi gloss. in figuratione Casus, &
in l. Tutor. C. de in lit. dan. Nec contrarium euincit de-
9 cis. 504. part. 5. recent. quia ibi non constabat, † Tu-
torem legitimum fuisse absentem, & propterea satis-
factum non fuerat statuto requirenti præsentiam Tu-
toris iuxt. alleg. text. in l. Curator. 11. ff. de auctor. Tut.
10 Secus † verò in hoc casu, quo ob legitimum absentiæ
impedimentum datus fuit Tutor ad actum momento
expiendum, iuxta superiùs allegata, & benè distin-
guendo not. Bart. in d. l. solet num. 1. vers. quandoque pu-
pilli, ff. de Tutelis.

Minus obstitit, quod Tutor ad hunc Transactionis
Contractum deputatus non satis dederit, rem infan-
11 tium saluam fore, quod etiam à Curatore ad vnicum
actum fieri iubet, text. in l. non quasi in princip. vbi glos.
in verbo satisdationem, & in l. & si ad species, ff. rem
pup. Salu. fore, & per alium text. in l. fin. §. omnem C.
de administrat. Tutor. infert. Alex. cons. 193. per tot.
lib. 5.

12 Quia rigor hic Iuris communis ex stylo, † & praxi
Curiarum omnium, & signanter huius Tribunalis
non admittitur, sed seruatur opinio, Specul. in tit. de
Curat. §. vt autem num. 2. Secundum quam non admit-
titur exceptio satisdationis de qua in l. 3 ff. rem ratibab.
in Curatore dato ad certam litem; vel rem de quo ille
text. non loquitur, vt ex Beltram Grat. Ioseph. Lu-
douico, ac Rota nostra coram Achille, & Puteo Te-
stantibus de hoc stylo probatum fuit in postrema deci-
sione § hanc validitatis in fine; Non repugnante, quod
plerique ex dictis auctoritatibus loquantur de Curato-
re ad litem, quia hoc euenit ob contingentiam Ca-
13 suum, † sed non indè excludunt hunc stylum in Cu-
ratoribus ad certum actum, de quibus etiam loquitur
Specul. qui fuit antesignanus huius opinionis loco ad-
ducto, num. 2. ibi. An Curator datus ad rem, vel litem
certam, & ratio ab illis adducta, quod in tantum sa-
14 tisdare non teneantur, † in quantum non admini-
strant, æquè adaptatur Curatori ad litem, quàm ad
certum actum, & de isto loquutus fuit, Gratian.
cons. 156. num. 2. Rota Macerat. apud Amat. decis. 63.
per totam, & Rota nostra decis. 216. num. 4. & 6. par-
te 1. diuers. quæ proindè non dilatando calamum, vt
volebant informantes, sed appositè hunc stylum ad
Curatorem datum ad negotium certum extendit.

Hæc facilius admissa sunt attenta eiusdem, Ciuita-
tis Consuetudine non dandi similes satisdationes à Cu-
15 ratoribus ad negocia, seù lites deputatis, † quam vl-
trà attestationem sex Curialium Collegialium, proba-
uit longæua obseruantia desumpta ex pluribus Instru-
mentis metam centum annorum exceden. Aldobrand.
cons. 102. num. 15. vers. stante igitur Consuetudine lib. 2.
Paris. cons. 13. num. 33 cum seqq. lib. 1. In ijs enim,
16 quæ respiciunt solemnitatem, † quamuis alias dispo-
situm sit de iure communi, attendi consuetudinem
firmauit, Rota decis. 115. num 4. & 5. part. 7. recent. &
in Bononien. Censuum 2. Aprilis 1666. §. parum refert coram
R. P. D. meo Ottalora.

Præterea plura concurrebant in præsenti facti spe-
cie, quæ scrupulosam hanc satisdationem excusare po-
terant. † Quandoquidem Franciscus de Cupis, non 17
solum fuerat à Iudice ad Coniunctorum instantiam in
Tutorem deputatus, sed negotijs infantium plenè in-
structus reperiebatur, quippe, qui in litibus, &
causis in transactione enunciatis interuenerat; vndè
auctoritates loquentes de Curatore dato ad lites non
erant huic Casui pœnitus inaplicabiles, & licet ad sen-
sum, Bart. in l. Curatorem in fine, ff. de auctor. Tutor.
& Curat. deficeret in illo facultas explicandi eos actus,
quos pupillus haberet facere Prætore auctore, † at- 18
tamen hoc non procedit quando Pupillus Tutorem
non haberet, vel quando actus venirent occasionali-
ter propter litem, vt benè declarat, Andr. de Barthol-
dio inter Cons. Felin. 16. n. 3. & 4 & apertius num. 19.
post med. vbi quod poterit Curator ad litem obligare
Pupillum ad, † ea quæ sunt de substantia litis, & 19
etiam ad ea, quæ ex lite sequuntur, & quæ ipsam li-
tem firmant qualis profectò est transactio à litibus præ-
cedentibus originata.

Vlterius vltra enunciatum Tutorem susceptum fuit
antequam veniendum esset ad hanc transactionem,
† Consilium Procuratoris, & Aduocati, quorum 20
etiam auctoritas conducit ad iustitiam, & validita-
tem contractus, vt colligitur ex ipsa, l. magis puto, §.
non passim post med. ibi, Aduocatumque Pupillo dare,
vt instruere possit Prætoris religionem, ff. de reb. eorum,
& notatur in decis. 233. num. 3. bon. mem. Merlin. &
454. num. 6. part. 5. recentior. & ex abundanti legiti-
mus Tutor ad Patriam reuersus hunc Contractum pa-
riter approbauit, † soluendo Iacobæ tamquam ces- 21
sionariæ Infantium, ex vi præcedentis transactionis,
ex quo venit indubitatè illius ratificatio, quàm ex in-
teruallo fieri posse probat, Rota decis. 49. num. 17.
coram Buratto, Porrò ex horum omnium concursu
dubitari amplius non potest, quin minus suspecta red-
datur transactio, † & credeñ sit omnia cautè, & 22
prudenter gesta fuisse, vt ex Bald & Surd. ponderauit
2. decis. Merlini, & part. 5. recentior.

His admissis ad exclusionem primæ, ac præcipuæ
nullitatis, † quæ potens erat translationem possessio- 23
nis ob defectum consensus impedire, iuxt. decis. Achill.
15. num. 5. de restit. spoliat. approbatam in his terminis
decision. 135. Seraphin. facilior fuit resolutio respectu
aliarum, quæ licet probatæ non apetiebant viam ad
intentatum remedium Canon. reintegrandæ, † sed 24
iura Actoribus reseruabant in petitorio discutienda,
ad not. per Alexand. in l. possessionis num. 2. ff. de ac-
quir. possess. & per Soccin. & Ruin. in dict. decision.
Achill. allegatos. Quandoquidem illa, quæ repeteba-
tur ex omissa insinuatione requisita à Constitutione
Ægidiana sublata fuit in vltima decisione solidissima
responsione, quod hæc Constitutio, licèt à Paulo Ter-
tio, ad totam ditionem status Ecclesiastici extensa,
locum non obtinet in ijs locis, † in quibus particula- 25
ria statuta solemnitates præscribunt in Minorum,
Contractibus adhibendas, iuxta plures resolutiones
cumulatis in decision. 192. n. 12. post Zacch. ee obligat.
Camer.

Et licet Rota hanc Conclusionem temperauerit,
† quando Statuta cum Constitutione Ægidiana com- 26
patiuntur, & compati dixerit quando illa disponunt
de solemnitatibus adhibendis in Contractu, cùm
Constitutio disponat de insinuatione facienda post;
Attamen vt in alia fuit ponderatum; non fuit ap-
plicabilis hæc limitatio, quia cessat compatibilitas
eo ipso, quod Statutum Rauennæ iubet, vt ser-
uatis prædictis solemnitatibus contrahentes cùm mi-
noribus tuti sint, & securi, † ac si cum maiori- 27
bus contraxissent, vt respondendo contrarijs decisio-
nibus firmatum fuit in dicta vltima decisione §. nec
dici potest, & priùs resolutum in decision. 145. num.
28. part. 6. recentior. & in Bononien. Indemnitatis 30.
Ianuarii 1651. §. nec refragatur coram R. P. D. meo
Albergato, & in aliis quæ ibidem referuntur.

Alia verò nullitas deducta ex defectu causæ, quæ
in distractione bonorum Pupilli, † vel debet esse 28
necessaria, l. 1 ac toto tit. ff. de reb. eorum l. neque
Tutores C. de administrat. Tutor. vel saltem vtilis iu-
xtà memorati Statuti censuram in d. lib. 4. rub. 1.

post

post med. visa fuit non subsistere ex pluribus, quæ in comprobationem præcisæ necessitatis, ac non modicæ vtilitatis cumularunt præcedentes decisiones, & signanter prima in §. nec obstare, & secunda in § iustam, & in §. & re vera, vbi admisso valore bonorum assignatorum Iugalibus de Gambis, in scutis 6516. istoque comparato cum scut. 2000. à dictis Iugalibus excomputatis cum alijs scutis 1950. in tot capitalibus Censuum accollatis, quibus adiunctis scut. 2000. promissis infantibus si nuberent constitit bonorum valorem has summas coaceruatas superasse in solis scutis 566. super quibus, nec diurna alimenta, nec necessaria mobilia, ac apparatus consequi potuissent Infantes, nisi prouida hac, & prudenti transactione certitudinem hæc omnia obtinendi reportassent, & tamen vltrà dicta Capitalia Censuum fuerunt accollati fructus vsque tunc decursi ascendentes ad scuta 534. Ità vt remoueatur omnis difficultas

Præterea animaduersum fuit, quod tàm Iacoba, quàm alij Creditores non tenebantur tot bona in solutum recipere, sed poterant sine dubio ad subhastationem procedere, quo casu de valore illorum multum detrahebatur; quapropter his omnibus maturè pensatis facilè dignosci potuit, quam vana esset prætensio transactionem hanc tamquam causa, siuè necessaria, siuè vtili,
29 † destitutam, infringere, quam consilium Aduocati, & Procuratoris, consensus Consanguineorum, & decretum Prætoris iustam, & rationabilem reputarunt, iuxtà latè deducta, per Surd. *consil.* 451. *numero* 27. *& in Bononien. de Tostinis, coram Reuerendissimo Domino meo Decano post Salgad. in labyrint. Credit. decis.* 40. *numero* 8. Maxime cum, & illi, & Tutori imputari merito pos-
30 set si superuacaneas lites, † nomine infantium calumniosè defendissent, & bonam fidem non agnouissent *ad text. in l. quoties §. sicut in fine, ff. de administr. Tutor. & in l. non ignotum C. eodem, & notatur communiter in l. pactum Curatoris, ff. de pactis* Rota coram Mantic. *decis.* 339. *num.* 7.

Denique admissa non fuit replicatio, quod super domo Rauennæ, & Prædio Sauarnæ potuissent Infantes proprio iure creditores omnes excludere, quoniam respectu domus approbata fuit responsio vltimæ decisionis, quod scilicet non terminata Inuestitura, per mortem Hippolyti non poterat Capitulum ad præiudicium Iacobæ existentis in tertia generatione de hac domo Infantes nouiter inuestire, & respectu Prædij Sauarnæ anterior erat prætensio Iacobæ pro consecutione legati scut. 1200. ab Equite Aldobrandino, à quo illud proueniebat relicti pro dote fœminarum descendentium, & hæc vel altera
31 prætensio poterat, † esse nouarum litium exordium, quas prudens Consilium fuit quantò citiùs anteuertere, *iuxtà gloss. in cap. cum Causam in verbo restituerent, vers. est ratio de empt. & vendit l. 1. vbi notant omnes C. de Pactis l. si ea la 2. C. de Vsur. cùm alijs in secunda decisione adductis in § finali.*

Et ita vtraque &c.

Alias in hac eadem causa Decisiones emanatas adnotauimus supra ad decisionem 107. in hac eadem parte XV.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Marsicen. Iurisdictionis.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Ardua iurisdictionis, quæstio diù in hoc S. Tribunali agitata inter Episcopum Marsicen., & Archipræsbyterum Terræ Saponariæ, eiusque Præsbyteros vt patet, *ex decisionibus allegatis in principio alterius decisionis bon. memor. Cardinalis Corradi impress. in recentior. decision.* 153. *numero* 1. *&* 2. *parte* 11. hic super sola taxatione expensarum discutitur; & tamdem deciditur. Vndè plura de illarum natura, & qualitate remanent declarata.

SVMMARIVM.

1 *Expensas reficere tenetur is qui in causa succubuit, amplia vt num. seqq.*
2 *Victus de stylo Rotæ tenetur Victori ad refectionem expensarum, siuè habuerit iustam causam litigandi, siuè non.*
3 *Expensæ debentur in fine litis.*
Causa non dicitur finita, si pendeat causa appellationis, num. 3.
4 *Commissio etiam obtenta sub banca sufficit ad hoc, vt causa non dicatur finita, & quando vide numer. seqq.*
5 *Commissio causæ si fuit signata manu Summi Pontificis, alia quæcumque commissio attendi non debet.*
6 *Papa vbi in causa rescripsit semper ad illum recurri debet.*
Pontifex si manus apposuit, nullus alius potest in causa se intrommittere, num. 6.
7 *Regestrum, citationes, examina testium, nota sententiæ, & similia dicuntur expensæ iudiciales.*
8 *Expensæ iudiciales liquidantur iuxtà quietantias, & receputas Notariorum.*
Expensæ quæ ex ijsdem actis dicuntur liquidæ, & certæ veniunt omninò reficiendæ, num. 7. & 8.
9 *Expensæ quæ dicantur iudiciales, quæ autem extraiudiciales, & supr. num. 7. cum seq.*
Honoraria Procuratoris, & Aduocati, ac mercedes Copistarum dicuntur expensæ extraiudiciales, num. 9.
pro Expensis extraiudicialibus Sacra Rota, semper taxare consueuit scuta decem pro instantia, num. 9.

DECISIO CCXIV.

CVM per sententiam latam coram bonæ memoriæ Leone Verospio, declaratum fuerit processum, & acta sententiam, & rem iudicatam super iure exercendi Iurisdictionem in Terram Saponariæ omniaque gesta, cum Archipresbytero afficere etiam presbyteros d. loci, hodie Reuerendissimus Dominus Episcopus Marsicen., petijt disputari dubium; An & ad quam summam sint taxandæ expensæ, & ad eius fauorem ipso tantum informante resolutum fuit

Quod expensæ debeantur nulla cadit difficultas, quia regulare, est quod succumbens, † teneatur Victori re- 1
ficere expensas, *ad text. in l. properandum* 9. *§. sin autem C. de iudic.* & de stylo Rotæ indistinctè tenetur, † siuè 2
habuerit, vel nè iustam causam litigandi, vt tradit Fenzon. *ad stat. Vrb. de expens. litium cap.* 196. *num.* 47. Rota coram Buratto, *decis.* 449. *in fin. Addentes ad eumdem decis.* 981. *num.* 9. *& in Oscen. expensarum* 5. *Iulij* 1649. *§. huiusmodi, verò coram Em nentissim. Domin. Cardinali Celso.*

Non obstat, quod expensæ debeantur in fine litis, † 3
& in præsenti lis non dicatur finita ex quo pendeat causa, appellationis coram Reueren. Patre Domino meo Beuilacqua vigore commissionis † obtentæ sub banca ab 4
Eminentiss. D. Cardinali Signaturæ Iustitiæ Præfecto; quia cum huiusmodi causa fuerit Commissa in Rota mediante commissione signata à Summo Pontifice, cum clausula, appellatione remota, † hodie non debet at- 5
tendi alia commissio, nisi pariter signata manu Sanctissimi, vt per decretum mandauit D. Auditor Summ. Informationis *num.* 2. ea ratione, quia vbi Pontifex rescripsit semper ad illum debet recurri, † & nullus alius po- 6
test manum apponere ad tradita, per Marchesan. *de commiss. parte prima fol.* 68 *num* 192.

Taxatio verò respectu expensarum Iudicialium, † 7
quæ

quæ consistunt in Regestro citationis, examine testium nota sententiæ, & similibus fieri debeat, iuxta
8 quietantias, & receputas factas à Notarijs Causæ, † quia cum certè, & liquidæ reddantur, ex actis veniunt absque alia diminutione reficiendæ, vt dictum fuit *in Romana fideicommissi de Spiritibus prima Iulii 1647. §. & quia coram me, in Meleuitana expensarum 12. Februarij 1662. §. has verò coram Verospio, & in Leodien. residentiæ 4. Iulii 1664. §. Instetit, coram R. P. D. meo Albergato.*

Respectu verò extraiudicialium concernentium honoraria Procuratoris, & Aduocati, ac mercedem Co-
9 pistarum, † quæ pro vnica dumtaxat instantia petuntur, Domini sequendo solitum huius Tribunalis, taxandas esse dixerunt ad scuta decem, vt seruatum fuit *in Romana expensarum 16. Februarii 1654. §. finali, coram bon. mem. Dunozetto, & in aliis congestis in S. Seuerini expensarum 15. Ianuarii 1666. §. finali coram eodem R. P. D. meo Albergato.*

Et ita Altera &c.

Decisiones superius in hac causa enunciatæ coram bon. mem. Leone Verospio, habentur impressæ in præcedenti parte 14. decis. 156. & 192. aliæ verò plures in eadem causa emanatæ, coram diuersis Auditoribus, super controuersiæ iurisdictionis, ex antecedenti argumento colligito.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Vrgellen. Parochialis.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Status vltimus collatiuus beneficij attenditur concurrentibus præsertim prouisionibus Apostolicis, nec statur antecedenti, nisi ille probetur, per rem iudicatam, confessionem partis, vel per publicum instrumentum; maximè quando prout hic prouisiones Apostolicæ fulciuntur obseruantia diuturna.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non denegatur, quoties sententia est iniusta.*
2 *Status vltimus beneficij inspicitur, an sit sæculare, vel regulare.*
3 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*
4 *Beneficia omnia præsumuntur sæcularia.*
5 *Prouisio Apostolica, probat statum collatiuum beneficij.*
6 *Status vltimus beneficij attenditur ad sustinendum prouisionem Apostolicam.*
7 *Status vltimus non attenditur quoties de anteriori constat, quod declara, vt num. 8.*
9 *Beneficia non cadunt sub dominio laicorum, absque dispensatione legitima.*
10 *Iuspatronatus in suspectis de vsurpatione, requirit rigorosas probationes, iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini.*
11 *Vniendi facultas non competit inferioribus Episcopo.*
12 *Vnio interdum probatur ex diuturno tempore, quod declara, vt num. 13.*
14 *Titulus iniustus non operatur præscriptionem.*
15 *Iura extracta lite pendente, ex Archiuio non probant contra non subditum, quod amplia, vt numer. 16.*
17 *Prouisiones Apostolicæ conditionales, verum Ecclesiæ statum præseruant.*
18 *Prouisiones Apostolicæ æmanatæ ad supplicationem partis non probant, quod amplia, vt num. 19. & limita vt num. 20.*
21 *Puri, & purificati idem est iudicium.*
22 *Prouisio Apostolica remanet iustificata, per lapsum triginta annorum iuncta obseruantia subsecuta.*
23 *Obseruantia debet esse vniformis prouisionibus Apostolicis.*
24 *Tempus controuersiæ non subducitur ex obseruantia, licet secus sit in præscriptione.*
25 *Vnionis status præcedens est clare probandus, nec admittitur quoties requirit altiorem indaginem.*
26 *Stato vltimo collatiuo beneficii non præiudicatur, per statum vnionis antecedentem dubium.*

DECISIO CCXV.

PETRO Garretta Parocho Ecclesiæ Sancti Archangeli Oppidi, Fontis Longi Vrgellen. Diœcesis defuncto de Anno 1661. Dominicus Villar, præuio concursu habito, coram ordinario Vrgellen. de eadem Ecclesia Apostolicam prouisionem impetrauit, illiusque possessionem assequutus est, de qua fuit expulsus à Francisco Garier vigore sententiæ per Iudicium contradictarum in hoc Sac. Tribunal. coram R. P. D. meo Taya, obtentæ sub eo potissimum fundamento, quod in dicta Ecclesia Parochiali vti vnita Monasterio B. Mariæ de Mediano cura animarum à longæuo tempore solita esset exerceri per Vicarios amouibiles extincto per vnionem titulo collatiuo.

Interim Dominicus Villar pro recuperando beneficio, plurimis, & valdè vrgentibus rationum momentis fretus recursum habuit ad Signaturam Iustitiæ, quæ commisit cognitionem restitutionis in integrum sine præiudicio rei Iudicatæ, super quo rescripto hodie proposui dubium in hac materia dati consuetum, cui DD. responderunt constare de Causis restitutionis in Integrum.

Quam resolutionem de plano procedere, † quoties pro- 1
ut in præsenti Casu sententia detegitur Iniusta, nemo est, qui inficietur Rota *decis. 251. numer. 2.* coram Seraphin. *in recent. decis. 492. num. 1 par. 1. decis. 307. numer. 1. part. 2. decis. 459 num. 1. & 2.* coram Greg. *decis. 161. n. 2. cor. Eminentiss. Cardin. Ottbob. & alibi passim.*

Iniustitia autem sententiæ ex eo præcipue oriri constitit, quod in ea suppositum est controuersam Parochialem tamquam vnitam regulari Ecclesiæ B. Mariæ de Mediano regi, & administrari debere, per Vicarios ad nutum amouibiles, cum tamen fuerit collatiua in vltimo illius
statu, † qui proinde inspicitur ad Iudicandum an benefi- 2
cium sit regulare, vel sæculare, vt communiter notant DD. in *cap. cum beneficio de præben. in 6. & firmauit* Rota *decis. 2. de præben. in nou. & decis. 65. num 24. part. 11. rec.*
† & semper attenditur in beneficialibus Oldrad. *cons. 312.* 3
num. 2. in fin. Gonzal. *super regul. Cancell. gloss. 45. §. 2. nu. 14.* Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 17.* Put. *dec. 2. nu. 4. lib. 3.* Rot. *dec. 99. nu 14. par. 10. rec.*

Vltimus verò status dictæ Ecclesiæ comprobatur colla-
tiuus, nedum ex assistentia Iuris communis, † quo om- 4
nia beneficia præsumuntur sæcularia, *vt tradunt DD. in dicto cap de beneficio de præben. in specie* Franc. *numer. 5.* Idemque dicunt Staphii. *de liter. grat. in decim. form expect. num. 3.* Rebuff. *in prax. tit. quotuplex sit beneficium nu. 4.* cum aliis, quos refert Gonzal. *super regul. 8. Cancell. gloss. 7. num. 1. & seqq.* Rot. *d. decis. 2. num. 2. vers. facit de præben. in nou. & decis. 823. num. 3. coram Pen.* sed etiam ex duabus prouisionibus Apostolicis se se consequentibus, atque effectum sortitis prout apparet *ex dat. in summ. Dominici cum tribus seqq.* † quæ propterea concludentem 5
importat probationem vltimi status collatiui, vt in similibus terminis respondit, Rota *decis. 315. num. 1. part. 2. & decis. 65 num. 1. & 2. part. 11. recentior.* † qui- 6
que attenditur pro sustinenda prouisione Apostolica in puncto, Rota *decis. 106. num. 8. part. 11. recent.*

Non obstat, quod vltimus status non debeat atten-
di, † quoties de anteriori constat, *vt pluribus alleg.* 7
aduertunt Add. ad Gregor. *decis. 434. numer. 20. & ad* Buratt. *decision. 776. num. 12. vers. ex prædictis cum aliis in decis. 152. num. 11. part. 10. recent. congestis.*

Quoniam hæc limitatio solummodo procedit quan-
do de † antecedenti contrario statu constat per liqui- 8
dissimas probationes, vt per publica Instrumenta euidenter clara, aut per rem Iudicatam, vel Partis confessionem, Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 66.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 19. & 32.* Add. ad Gregor. *decis. 77. num. 12. vers. si tamen & ad*

Buratt.

Buratt. *decision.* 776. *numer.* 16. Rota *decision.* 435. *nu.* 4. *part.* 2. *decision.* 13. *num.* 26. *part.* 6. *& decision.* 65. *nu.* 26. *part.* 11. *recent.*

Cuius generis probationes in proposita facti specie desiderari dixerunt DD. adductæ enim ad probandum statum regularem anteriorem dictæ Ecclesiæ sunt æquiuocæ, & imperfectæ, & quocumque robore destitutæ; æquiuocæ, quia vnio præfatæ Parochiæ prætenditur ex donatione Ermengaudi Poleni, Archidiaconi Barchinonesi vsque de anno 1095. Monasterio B. Mariæ de Mediano, *Summario Trioris numero* 8. & tamen alibi legitur stabilia à Priore de anno 1458. *eodem Summario Trioris numero* 11. ex quibus imperfectæ resultant probationes, nam quo ad donationem nihil continet, quod legitimè referri possit ad Ecclesiam Parochialem, de qua agitur, quia Donans loquitur de Ecclesijs hæreditarijs ibi: *omnes Ecclesias quæ dudum fuerant de meis Progenitoribus*, quod nequaquam intelligi
9 potest de Ecclesia Parochiali, † cum beneficia non cadant sub Dominio laicorum absque dispensatione legitima, *can.* 1. *cum.* 3. *seqq.* 10. *quæst.* 1. *cap. decernimus* 2. *de Iudic.* & in terminis donationis à laico factæ, ex qua vnio inferebatur respondit, Rota coram Eminentissimo Cardinali Otthobon. *decision.* 179. *numero* 15. *& decis.* 223. *num.* 3. minusque intelligi valet de Iurepatronatus, licet in donatione legantur hæc verba pro *aliquibus eorum vocibus*, quia Progenitores erant Toparche, & Domini Loci, in quibus propterea cadebat vsurpacionis præsumptio, & consequenter docendum
10 esset de Iurepatronatus, † & fundatione, vel dotatione, iuxta dispositionem Sac. Concil. Trident. *cap.* 9. *sess.* 25. *de reformat.* Rota *decis.* 468 *num.* 8. *part* 9. *recentior. & in Leodien. Vnionis* 28. *Iunii* 1666. §. *Cuius authoritas*, *& §. quoties enim coram me.*

Sicut nec vnio substineri potest facta ab Archidiaco-
11 no, aut à Priore Monasterij de Mediano, † quia facultas vniendi non competit inferioribus Episcopo, ex alleg. apud Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 12.
12 *&* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 66. *numer.* 1. † & quamuis vnio aliquando probari dicatur ex diuturno tempore, Rota *decis.* 9. *numero* 10. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* hoc tamen in presenti Casu non procedere potest ob vrgentiores præsumptiones, tam de Iure communi, quod dicta Parochia sit in statu collatiuo, quam ex situ dictæ Ecclesiæ vicinæ Prioratui de Mediano, atque etiam ex totius Oppidi ruina, & deuasta-
13 tione, qua durante vnita est à priore, † quæ præsumptiones solam probationem concursus longæui temporis elidunt, nisi de titulo subsistenti simul appareat iuxta doctr. Innoc. *in cap. si diligenti de præsumpt.* ibi: *si in Contrarium sint aliæ præsumptiones violentiores non iuuabitur probatione Concursus temporis nisi*, *& titulum probet*, *Idem in cap. dudum de decim.* quem sequuti sunt, Ioann. Andr. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. *numero* 4. *&* Anchar. *ibidem numero* 3. *vers. ego in hoc exemplo*, qui titulus donationis Ermengaudi cum sit iniustus, & vi-
14 tiosus ex supra firmatis, † præscriptioni inducendæ inseruire nequiuit, vt ibi subdit, Anchar. *num.* 4. *vers. titulus autem Iniustus.*

Omni quoque robore destitutæ sunt probationes cumulatæ ad probasi statum regularem dictæ Parochiæ, siquidem exhibita Instrumenta donationis de anno 1095. *Summario Trioris*, *numero* 8. deputationis Vicariorum de anno 1205. & 1477. *eodem Summario numero* 9. *&* 12. vnionis factæ à Priore de anno 1459. *numero* 11. Concessionum, seù Conductionum, quæ emanasse asseruntur in synodis, *numero* 15. *&* 16. sicut, & attestationum, atque id genus aliorum anno 17. vsque ad 22. extracta sunt lite pendente ab Archiuio Mona-
15 sterij, & ob eam causam non probant contra Dominicum non subditum, Rota coram Put. *decis.* 441. *num.* 2. *lib.* 2. *coram* Caual. *decis.* 331. *numero* 2. *coram* Seraphin. *decis.* 642. *numero* 1. *coram* Millin. *decis.* 34. *numero* 1. *& seqq. coram* Mart. Andr. *decis.* 65. *numero* 2. *&* 3. eoque magis, quod non est Certum quo tempore dd. Instrumenta reposita fuerint in Archiuio Monaste-
16 rij ante motam litem, † vt est necesse ad hoc, vt dici possent in forma probanti, Caputaqu. *decis.* 41. *numero* 4. *part.* 1. Rota *decis.* 549. *numero* 1. *&* 2. *part.* 4. *diuers. & mirifice in Vicen. Parochialis* 21. *Iunii* 1650. §. *Instrumenta pariter coram bon. memor. Bichio*, vbi similia Instrumenta, quæ plura sæcula emensa fuerant, veluti Collationum factarum ab eo, qui prætendebat Parochiam vnitam de anno 1395. 1405. 1494. 1535. declarationum emissarum de anno 1004. & concordiæ initæ de anno 1262. & non obstante tot sæculorum serie, & immemorabili vetustate visa fuerunt inefficacia ad souesi vnionem, & ex eo quod extracta fuerunt ab Archiuio Archipræsbyteratus, lite pendente, de cuius interesse controuertebatur, & quod non constabat, quo tempore reposita fuerant in Archiuio, quæ omnia vitra imperfectionem probationum apprimè conueniunt casui proposito.

Minusque statum vltimum collatiuum turbare potest obiectum, quod prouisiones Apostolicæ fuerint impetratæ cum clausulis forsan &c. vt asseris &c. & dummodo pro hac vice ad nos collatio pertineat &c. quæ sunt Conditionales, † & verum Ecclesiæ statum 17
præseruant, Add. ad Gregor. *decis.* 314. *num.* 6. *decis.* 332. *numero* 6. *vers. & in his terminis* Rota *decis.* 142. *numero* 5. *part.* 5. *& decis.* 84. *num.* 8. *part.* 8. *recentior.* † & cum emanauerint ad supplicationem Par- 18
tis non probant, nisi aliundè Iustificentur, Garz. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *numero* 361. Rota *decis.* 433. *num.* 20. *part.* 9. *recent.* † etiamsi effectum sortitæ fuerint, 19
Rota *decis.* 433. *num.* 21. *&* 22. *part.* 9. *recent.*

Huic enim obiectioni DD. responderunt dd. clausulas præseruare statum, & iura † quatenus subsistant, 20
vt optimè distinguit, Add ad Gregor. X V. *d. decis.* 332. *&* 350. sed in facto controuerso non amplius esse conditionales, quinimo indubium veritatis sulcimesi adeptas esse postquam iustificatæ sunt, † quia puri, 21
ac purificati idem est Iudicium, *l. sed & si de sua circa fin. ff. de acq. hæred.* Ias. *in l. quoties numero* 3. *ff. de verb. oblig.* Surd. *decis.* 113. *numero* 6. *cum aliis allegat.* in terminis gratiæ Apostolicæ Conditionalis, & iustificatæ, per Rota *in decis.* 197. *numero* 3. *part.* 2. *recent. & coram* Buratt. *decis.* 842. *numero* 4. & quidem primam prouisionem Apostolicam obtentam de anno 1632. *Summario Dominici Villart. numero* 1. remanere abundè Iustificatam per lapsum 30. annorum iuncta 22
obseruantia, per tradita à Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap. numero* 101. *& seqq.* Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *numero* 479. Rota *decis.* 431 *numero* 10. *coram* Gregor. XV. ibidem Add. *numero* 13. *vers. iuxta opinionem decis.* 275. *numero* 24. *part.* 6. *recent.* quæ obseruantia est vniformis in tribus prouisionibus † Apostolicis, pro- 23
ut in hac materia requiritur, Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *numero* 15. & excedit spatium 30. annorum, nempè à dicto anno 1632. quo incæperunt dd. prouisiones Apostolicæ, vsque ad tempus præsens, quod benè computatur, non obstante lite mota, quia ex hac obseruantia cuius beneficio præsumitur, solemnitatum, tituli, aut aliorum narratorum iustificatio, † 24
non deducitur tempus Controuersiæ, licet secus ad effectum præscriptionis, Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *numero* 17. Rota *in Oscen. seù Barbasten. Pensionis* 14. *Ianuarii* 1602. *coram Lancellott. impress. apud* Marches *de Commiss. part.* 2. *fol.* 578. *cum pluribus adductis apud* Add. ad Greg. *decis* 354. *numero* 18. *vers. & demum circa tempus*, *& decis.* 431. *numero* 13. *tit.* 5. *vers. & ad istum effectum.*

Ex quibus omnibus DD. iudicarunt vnionem præfatam non esse admittesi, cùm non fulciatur probationibus claris, † indubitatis, aut altiorem indaginem 25
non requirentibus, per ea, quæ in simili dixerunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 80. *numero* 1. Rota *decis.* 179. *numero* 1. *coram* Eminentissimo Cardin Otthobon. *cum pluribus relatis in Senogallien. Parochialis* 12. *Februarii* 1666. §. *illud tamen coram me*, atque probationes super statu anteriori prætenso regulari, esse æquiuocas, imperfectas, & nulla iuris firmitate munitas, † & consequenter vltimi status 26
Collatiui prærogatiuam euincere non posse, Rota *decision.* 269. *numero* 3. *in fine*, *& seqq. part.* 2. *diuers. decision.* 465. *numero* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. decision.* 69. *numero* 20. *part.* 8. *& decis.* 99. *numero* 18. *part.* 10. *recent.*

Et ita &c.

R. P. D.

REVERENDISSIMO P.D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Immolen. fructuum Census.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Saluianum non competit posteriori creditori, aduersus anteriorem non obstante remissione iurium ab eo facta quæ non vetat eorumdem cessionem; posteà fieri non posse, præsertim quando anteriori competit retentio ex causa melioramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Creditori posteriori aduersus anteriorem Saluianum non competit.*
2 *Iurium remissio non operatur cessionem, sed adhuc ea non obstante iura cedi possunt.*
3 *Promissio restituendi eadem bona quatenus extent, est contraria fundo dotali.*
4 *Melioramenta operantur retentionem, quando à Iudice non fuit præfixus terminus ad liquidandum.*
5 *Emptio per Procuratorem cum promissione de rato substinetur stante stipulatione Notarij, & numero 6.*
7 *Præstatio annua tot requirit præscriptiones quot sunt tempora.*
8 *Præscriptio ad hoc vt intret requiritur scientia omnium ad quorum manus res peruenit.*
9 *Ignorantia in dubio præsumitur.*
10 *Ignorantia tribuit causam restitutioni in integrum.*

DECISIO CCXVI.

PLVRES Census imposuerunt Taurellij ad fauorem hæreditatis Barbazzinæ; Primum de anno 1630. alterum de anno 1636. alios duos de anno 1638. & vltimum de anno 1640. pro quorum fructibus intentato Saluiano in partibus obtinuit hæreditas Immissionem aduersus Prædium olim à Debitoribus possessum, quam tamen DD. in gradu appellationis, hodie denegarunt, ex duplici fundamento.

Primo, quia pro parte Puggiolini, & aliorum Pos-
1 sessorum fuerunt apposita credita anteriora, † quo fit, vt pro posterioribus non competat Saluianum, inquit Rota apud Cardin. Mantic. *Decis. 69. num. 1. coram* Buratt. *decis. 858. num. 1. & seqq. & penes* Zacch. *de oblig. decis. 187. num. 9.* Quæ credita desumebantur ex Iuribus Dotium Flaminiæ Vincentiæ, & Iustinæ vsque de anno 1602. 1625. & 1632 cessis postea de anno 1645. & seq. ipsismet Possessoribus, & in eorumdem Summario, *numer. 2. & 4.*

Nihil obstante respectu Iurium Flaminiæ, & Vincentiæ quod ea prius fuerint cessa occasione venditionis duarum Domorum in solidum factæ cum Benedicto earum filio, & respectiuè marito de anno 164.. Quia animaduerterunt DD. non fuisse veram, ac realem cessionem, per quam translata fuerint Iura mulierum in emptores, sed simplicem remissionem hypothecæ ad eorum fauorem, alioquin ijsdem mulieribus veluti super alijs bonis generaliter competesi. Ideoque benè potuerunt, mulieres Iura sibi in alijs bonis competentia positiuè transferre in
2 Possessores, † cum per talem remissionem à se abdicata non fuerit, vt respondit Roman. *cons. 140. num. 1. & cons. 187. num. 1. & 2.* Thom. *decis. 109. num. 10.* Rota *in Tiburtina Saluiani 8. Iunii 1646. §. fuit enim responsum cum seqq. & 7. Iunii 1649. §. Placuit coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Respectu verò Crediti Iustinæ non obstat, quod ipsa habuerit Dotem in certis stabilibus, super quibus dumtaxat experiri poterat non autem super prædio, de quo agitur, & consequenter, Iura super inde cessa Possessoribus in nihilo suffragentur, quia maritus in Instrumento promisit quidem restitutionem in ijsdem bonis, sed addidit, quatenus existerent, alias in pecunia numerata Summario *num. 1.* quæ verba procul Dubio, † important licentiam alienandi ipso Iure exclusiuam fundi Dotalis, 3
Rolan. *cons. 86. num. 13. vers. 4. Accedit lib. 4.* Honded. *cons. 41. num. 9. vers. data potestate lib. 1. & responsum fuit coram Eminentissimo D. meo Vice Comite in Romana Dotis 10. Iunii 1661. §. Idque clarius.*

Secundò moti sunt DD. ex melioramentis factis in prædio, de quo agitur, quæ licèt tantummodò in genere probata, † sufficiunt, tamen ad effectum retentionis 4
dum à Iudice non est præfixus terminus pro ijs in specie liquidandis, Rota *decis. 112. in fin. vers. Quò verò ad retentionem part. 2. Romana Saluiani 1. Iulii 1609. cor.* Manzanedo penes Marchesf. *de Commiss. part. 1. fol. 1018. §. vltimo visum fuit coram* Buratt. *decis. 169. num. 11. & aliis adductis in Meleuitana Donationis 8. Februarii 1658. §. Quò verò coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Non sic placuit prima exceptio pro parte eorumdem Possessorum opposita ex eo quod Census fuerint ab hæreditate acquisiti absque vlla persona legitima, qui quidem Census acceptati, ac ratificati fuerunt solùm de anno 1659. & sic longè post Ius quæsitum Possessorum de anno 1646. † Quoniam vltra quod probatur mandatum 5
de tempore emptionis, dum pretium solutum fuit de pecunijs ipsius hæreditatis, Rota coram sanct. mem. Gregor. *decis. 111. num. 5. & decis. 275. num. 3.* responsum fuit id non procedere stante stipulatione Notarij pro absentibus alijsque quorum interest in obligatione Camerali contenta, ex ea † enim acquiritur Ius ante acceptatio- 6
nem absque alia cessione, & ratificatione, Alex. *consil. 207. num. 2. & cons. 208. num. 1. lib. 7.* Rolan. *cons. 19. numer. 17. & 22. lib. 1.* Rota *diuers. decis. 489. part. 1. cum aliis relatis per* Cenc. *quæst. 67. num. 32. & 36.*

Minùs placuit præscriptio decennij pariter per Possessores opposita. Tum quia † in annuis præstationibus tot 7
sunt præscriptiones, quot tempora, Rota apud Pacific. *decis. 300. num. 3. & seqq.* Merlin. *de pign. lib. 5. quæst. 21. numer. 49.* † tum quia bona transferunt in plures manus. 8
Ideò nulla potest considerari præscriptio non data scientia in Administratore hæreditatis de possessione singulorum cum tamen † ignorantia præsumitur, Rota apud 9
eumdem Pacific. *decis. 169. num. 13.* † ex eaque in omnem casum competeret restitutio in integrum dicta *decis. 300. num 6. & 7.* Merlin *d. quæst. 22. num. 54 & seqq.* 10

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. fideicommissi de Nascentorijs.

Mercurij 14. Martij 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum conditum fauore filiorum, & descendentium legitimorum, & naturalium purificatur etiam fauore religiosi professi naturalis qui licitè exijt de religione, & obtinuit legitimari, quod fieri potuit etiam in præiudicium substitutorum, cum ex tali vocatione non censeantur exclusi naturales, probata tamen filiatione etiam per coniecturas, & vocatis, vocandis in annullatione professionis, & in agnitione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Descendens ex fideicommittente, vocatus dicitur ad fideicommissum ordinatum pro descendentibus.*
2 *Filiatio probatur coniecturis etiam ad effectum successionis.*
3 *Testes examinati in causa status probant in omni iudicio.*

4 Na-

4 *Natus ex concubina, ad quam nemo habebat accessum, dicitur naturalis, sicut legitimus est qui nascitur ex coniugibus.*

5 *Filiatio probatur ex quo Pater curauit Filium baptizzari, & in libro parochi pro eius filio describi.*

6 *Filiatio probatur ex alimentorum subministratione.*

7 *Filiatio probatur ex publica fama, & reputatione.*

8 *Filiatio probatur ex renunciatione procurata à filio in religionem ingrediente.*

9 *Testes numero plures sunt præferendi, & contrarij ad concordiam reducendi.*

10 *Concubinæ solent habitare seorsum ab homine festis solemnibus ad euitanda scandala.*

11 *Filiatio adscribitur ei cuius arbitratu quis mulierem habebat etiamsi alij accederent, & num. 12.*

13 *Legitimatio vigore facultatum Archiuij non procedit cum præiudicio tertij.*

14 *Legitimationes omnes in præiudicium substitutorum reuocantur, quod declara, vt num. 15*

16 *Filius legitimatus deficere facit conditionem si sine filijs legitimis, & naturalibus, quod amplia, vt num. 17. & 18.*

19 *Legitimatis in tantùm aufertur successio in quantum concurrit mens testatoris.*

20 *Lineæ nomen includit etiam filios naturales.*

21 *Legitimorum, & naturalium nomine, veniunt etiam legitimati.*

22 *Discretiua locutio de legitimatis arguit illorum vocationem.*

23 *Legitimatis quando non resistit voluntas testator fideicommissum defertur reuocabiliter substitutis.*

24 *Religiosus qui licitè exijt è religione recuperat bona fideicommissi.*

25 *Sententia obtenta in contradictorio afficit, etiam alios possessores.*

26 *Sententia annullatiua professionis obtenta citatis possessoribus bonorum ad quæ professus aspirabat sustinetur contra omnes.*

DECISIO CCXVII.

SVPER existentia perpetui, & absoluti fideicommissi ab Equite Ioanne Rainerio de Nascentorijs or natl, non fuit vnquam in Rota dubitatum, sed super illius purificatione multæ, & quidem diuersæ prodierunt resolutiones; nam cum Testator in primo gradu succedendi sexdecim casus diuersos considerasset, his omnibus vnica periodo suas adaptauit dispositiones his verbis: *Quod si aliquo gradu, & ordine successiuo institutionum prædictarum instituti, vel substitutus, ac hæres cum effectu postea quandocumque decesserint, vel decesserit cum filijs masculis legitimis, & naturalibus, vno, vel pluribus ipsos filios vnum, vel plures in capita, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales in stirpes in infinitum, & si absque filijs, & descendentibus huiusmodi decesserit, vel decesserint vocatum, seu vocatos in sequenti gradu Institutionum prædictarum, & illius, seu illorum filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales in stirpes, & vt supra instituit, & substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum respectiuè, ac distinctè, vt supra singula singulis debitè referendo, & congruè adaptando.*

Vndè primis non existentibus institutis delata successione in Alexandrum filium Emilij de Blanchis, & hoc, & filio defuncto in Pirrum, cum supposito, quod iste è viuis excessisset absque filijs legitimis, & naturalibus, & quod extincta linea, tàm masculorum, quam fœminarum factus esset locus substitutioni proximioris Agnati, vel Cognati. Primo coram bon. memor. Motmanno dictum fuit fideicommissum hoc purificatum esse ad fauorem Camilli de Blanchis, vt in decisione coram ipso edita die 14. Decembris 1636. Deindè admisso ad causam Angelo de Mangis *in decis. 281. part 8 recent.* Compertum fuit ipsum esse filium primogenitum proximioris Cognati ipsius Testatoris, ideoque vocatum in defectum lineæ Æmilij: & præferendum Camillo, qui erat proximior agnatus Pirri vltimi grauati, vt latè demonstratum fuit in *decis. coram Reuerendissimo Imolen. 97. à numer. 6. vsque ad numer. 24. & 135. à numer. 10. vsque ad numer. 24. part 8. recentior.*

Et cum hoc supposito deficientiæ lineæ masculorum, & fœminarum Æmilij processerunt in alia instantia decis. bon. memor. Carilli inter eius impressas 233. & 275. & Reuerendissimi Roias pariter inter illius impressæ 234. & 253. cum reliquæ super alijs incidentibus huius causæ emanassent; Cui supposito adeò firmiter tunc Rota inhærebat, vt ab illo non retraxerit existentia Æmilij, tunc Patris Philippi in Religione Patruum Cruciferorum professi in tantum, vt nec ipsùm, tanquàm non aptum agnationem conseruare, nec nomen, & insigna Testatoris assumere, & multò minùs domum illius iuxta legem Testatoris habitare, nec Religionem suam voluerit ad causam admittere, *vt in alia decis. 238. coram eodem Reuerendiss. Abulen.*

Verùm annullata binis sententijs professione, & obtenta legitimatione à Collegio Archiuij, cum principale suppositum præteritarum resolutionum, ex hac noua facti contingentia penitus collapsum sit, & liquido constet lineam Æmilij senioris, in conditione positam per existentiam huius Æmilij iunioris, modo capacis non defecisse, merito responsum est constare de fideicommisso ad illius fauorem.

Quoniam persona huius Æmilij iunioris, tam videtur comprehensa in parte dispositiua perpetui huius fideicommissi in qua aliquo ex Institutis deficiente cum filijs substituuntur proprij filij, & descendentes, quàm in alia conditionali, in qua non priùs admittuntur filij proximioris agnati, quam euacuata fuerit linea masculorum, & fœminarum Æmilij; Vndè cum ipse sit descendens ab Æmilio seniore ex Pirro filio, † consequens est, quod 1 in vtraque appellatione, & descendentium, & lineæ contineatur, vt de vtroque est optimum cons. Bald. 321. *lib. 1. & decis. 226 numero 3. & 424. numero 1. part. 2. recent.* nec in dubium hodiè reuocata fuit filiatio, quam etiam ad graueni † successionis effectum posse ex coniecturis, 2 & præsumptionibus induci admisit, Rota *in Viterbien. fideicommissariorum 2. Maii 1663. coram bon. mem. Leone Verospio*, & multis iuribus comprobauit *in decis. 68. num. 3. part. 9. recent. in Bononien. fideicommissi 26. Nouembris prox. præt. in principio coram me.*

Cum verò inter præcipua probandæ filiationis argumenta illud primum locum obtineat, quod ex ventre rigorosæ custodito deduci solet; hoc profectò mirabiliter assistit Æmilio, cuius mater Catherina, tam ante, quam tempore conceptionis, & suæ natiuitatis in propria eiusdem Pirri domo, tam arctè detinebatur, vt testis formiter in hac causa inductus coram Eminentissimo Celso referat, *che non potesse praticare nè conuersare con alcuna persona, eccettuato le Donne di Casa, e Luca Canneuaro, che gli portaua il vitto, e questo per la gran gelosia, e strettezza, con la quale la teneua*; & alter coarctando negatiuam subiungat, *non puol esser, che lei andasse fuori di Casa, perche il Signor Conte non voleua, che vi andasse, che la teneua stretta, e puol anco essere, che non andasse ne anche à messa.* Quorum dicta confirmantur à Testibus ad rei memoriam attestantibus, qui morte præuenti reperi non potuerunt, & ab alijs formiter examinatis coram R. P.D. meo Taia, in alia causa contra illos de Blanchis, † 3 & qui suffragantur in ista tanquam deponentes in materia status ad *l. Ingennum, ff. de statu homin.* vt in puncto Testium probantium filiationem Mart. Andr. *decis. 84. numero 2.* ex hac enim cohabitatione, & consuetudine excluso aliorum accessu eadem insurgit præsumptio, quod quis præsumatur natus † ex eo, qui mulierem in 4 Schemate Concubinatus retinebat, quæ insurgeret erga coniugem si natus esset in matrimonio, *iuxta gloss. communiter receptam in cap.* Michael. *verbo constiterit de fil. Præsbyt. & facit text. in l. si Vicinis, C. de nupt.* Bald. *in l. filium sub numer. 17. ff. de his, qui sunt sui, vel alien Iur.* Paris. *cons. 10. numer. 23. & seq. lib. 2.* Alex. *cons. 157. num. 2. vers. nisi illa fecisset lib. 5.* Cardin. Paleott. *in suo tract. de Not. & Spur. cap 26. sub num. 4.* vbi quod hæc præsumptio introducta ad matrimonij similitudinem plenè, Rota *in decis. 68. numer. 18. part. 9. recentior. & in Romana fideicommissi 13. Martii 1662. §. his itaque constitutis coram bon mem. Verospio, & in Nullius, seu Terræ Pontiani successionis 5. Iunii 1662. § Nec subsistit cum seq. coram Reuerendiss. Ninot Episcopo Gerunden.*

Neque hæc coniectura, quæ omnium præpotens est destituta remanet fulcimento aliarum, quæ in similibus causis etiam ad effectum successionis considerari solent: quandoquidem statim nato Puero ex hac muliere fuit sacro Baptismate ablutus † de ordine Pirri Progenitoris, 5

qui

qui rogauit Iosephum Gauazonum, vt illum leuaret à
ſacro Fonte, paternum nomen Æmilij imponi voluit,
ac vti filium illius inſcribi in libro, in quo nomina Bap-
tizatorum aſſeruantur, qui omnes actus, tanquam pro-
portionati ad parentes, conferunt ad filiationem pro-
bandam, Bald. *in l. non ignorat col. 1. Cod. de his qui accuſa-
re non poſſ.* Angel. *in l. liberorum num. 2. ff. de his qui not. in-
fam.* Surd. *conſil. 1 num. 42. cum alijs in citat. deciſ. 68. num 5.
part. 9. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Bolegninis 5.
Maij 1651. coram Eminentiſſimo Otthobono, & in Viterbien.
fideicommiſſi 2. Maij 1653. §. Plures coram bon. mem. Leone
Veroſpio.*
6 Accedit inſuper educatio, † ac ſubminiſtratio ali-
mentorum, ac illius agnitio, & nominatio in filium, ſe-
riò facta, omneque aliud paternæ dilectionis argumen-
tum, vſque quo habitum Cruciſerorum ſuſcepit, ex qui-
bus conſtitutus exiſtit in quaſi poſſeſſione filiationis, adeò
vt onus probandi contrarium negantibus incumbat, Bu-
tr. *in cap. tranſmiſſæ, qui fil. ſint legit.* Bald. *d. l. non igno-
rat, num. 4. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* Alex. *conſ. 88. nu-
mer. 7. vol. 7* Rota *deciſ. 641. num. 1. part. 3. deciſ. 597. num. 7.
part. 5. & deciſ 68. num. 5. part. 9. recent. & in adducta V. ter-
bien. fideicommiſſi 2. Maij 1653. §. Plures, in Peruſina fidei-
commiſſi 14. Maij 1663. §. His itaque coram bon. mem. Leone
Veroſpio*, in quibus omnibus concluditur hæc plurimum
operari ad probationem filiationis etiam in præiudicium
aliorum.
7 Confirmantur prædicta ex fama publica, quæ † in
Ciuitate Bononiæ percrebuit, vbi Æmilius communi-
ter pro filio Com. Pirri reputabatur, ſemperque ibi, &
vbique & in Conuentu, in quo profeſſionem emiſit in
hac reputatione durauit, quæ ſola pro filiatione ma-
gnam ſuppeditat coniecturam, ex dicto Iacobi de Butrig.
in l. quidam, ff. de probat. & Ant. de Butr. *in d. cap. Tranſ-
miſſæ verſ. quandoque adeſt qui fil. ſint legit.* Surd *d. conſ. 1.
num 48. cum alijs congeſt. in d. deciſ. 68. num. 6. & in d. Bonon.
fideicommiſſorum 26. Nouembris proximi præteriti §. Præ-
terea coram me.*
Et demùm aliis omiſſis ex ipſo renunciationis actu,
quem Pater ab Æmilio filio reportare voluit de omnibus
8 bonis ſucceſſionibus, & iuribus, † tam ad ipſum renun-
ciantem competentibus, quàm de cætero per obitum d.
Com. Pirri competituris, quam certè renunciationem
Pirrus non procuraſſet, niſi ſciuiſſet Æmilium eſſe ſuum
filium ad tradita, per Rota *in deciſ.* Matt. Andr. 58. *& in
Romana fideicommiſſi de Iuſtis 5. Iunij 1646 §. quod autem co-
ram Reuerendiſſ. Papien. & in d. Nullius, ſeù Terræ Pontia-
ni ſucceſſionis §. Eoque faciliùs.*
Hanc verò filiationis probationem tot coniecturis, &
præſumptionibus deductam offuſcare non potuerunt duo
Teſtes in vim remiſſorialium inducti de anno 1661. de-
ponentes Catherinam continuò habitaſſe domum ab ip-
ſa conductam in contrada *de Bagarotti*, & diſtinctam ab
9 illa, in qua degebat Com. Pirrus: Quia in concurſu †
aliorum Com. Æmilij, qui numero plures contrarium
de directo concludunt, vel non ſunt attendendi ad *text.
in cap licet cauſam 19. verſ. & præmiſſis de probat.* vel redu-
cendi ſunt ad concordiam, vt ſcilicet domum conductam
10 Catherina retineret, † vt in ſolemnioribus diebus, vel
metu cenſurarum, vel ad euitanda ſcandala à concubi-
nario ſe ſepararet, & hæc accidentalis ſeparatio, in fœ-
mina ſoluta, non tollit præſumptionem, quod proles
11 concepta † adſcribi debeat ei qui mulierem arbitratu ſuo
retinet, licèt non omni temporis momento cum ea ver-
ſetur, vt ex *text in l ſi quis ita, ff. de condit. & demonſtr.
12 bene arg.* Cardin. Paleott. *de not. & Spur. cap. 26. num. 4.* †
& licet etiam conſtitiſſet, quod alijs ſui copiam quando-
cumque fecerit, Abb. *in cap. per tuas 10. num. 2. vbi etiam*
Dec. *in 1. col. de probat.* Barbat. *conſil. 27 num. 1. verſ. & plus
etiam vol. 1. & pluribus* Rota *in Peruſina fideicommiſſi 18.
Maij 1663. §. Præterea cor. bo. mem. Leone Veroſpio, & in d.
Nullius, ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis, §. pariter non
vrget.*
Hæc de filiatione, ſed plura, & vrgentia ſuper effica-
cia legitimationis obijciebantur; Quippè quæ impetra-
ta ab Æmilio poſt mortem Patris, & lite iam mota non
poſſet ſubſtitutos ad ſucceſſionem admiſſo, & non cita-
tos excludere maximè quod obtenta fuerat à Collegio
13 Archiuij, † cuius facultates reſtrictæ ſunt, vt legitima-
re non poſſit cum præiudicio tertij, vt aduertit in ſpe-
cie, Honded. *conſ. 67. num. 38. lib. 1. ac* Rota *deciſ. 38. num.
54. & ſeq. part. 8. recentior.* quod expreſsè etiam cauetur in
Conſtit. ſan. mem. Pij IV. prius in ordine 86. hodiè in Bul-
lar. impreſſ. Lugdun. 45. annullantis facultates omnes † 14
legitimandi in præiudicium ſubſtitutorum, Honded. *d.
conſ. 67. num. 42.*
Hæc autem omnia vnica reſponſione ſublata ſunt, in-
terpretando procedere, quando legitimatio obtineretur
ad excluſionem ſubſtitutorum contra teſtantium volun-
tatem ſecùs, verò † ſi Teſtatoris voluntas legitimationi 15
non repugnaret, quia vt aduertit Aretin. *in l. ex facto
num. 12. verſ. ſed huic rationi de vulg. & pupill. &* Iaſ. *in l.
Gallus, § Et quid ſi tantùm num 140. ff. de liber. &* Poſth.
ſubſtitut. hoc caſu non præiudicat legitimatio, ſed ipſa
diſponentium voluntas, qui vtendo verbis aptis etiam le-
gitimatos comprehendere efficiunt, vt illorum exiſten-
tia faciat deficere conditionem ſi ſine filijs legitimis & na-
turalibus, † ſub qua ſubſtituti vocantur, quod pluri- 16
bus rationibus, & auctoritatibus confirmat, Laderch.
conſ. 23 num. 21. & ſeqq concludens tali caſu opus non eſſe
citatione, † nec deſiderari, vt voluntas Teſtatoris de- 17
prehendatur ex verbis diſponentibus, vt opinatus fuerat,
Ruin. *conſ. 173. in 2. vol. &* Socc. Iun. *conſ. 120. num. 16. lib. 2.*
& poſt ipſum Iacob. de Leonard † ſed ſufficere, vt de ea 18
quoquo modo appareat, Crauett. *de antiquit. tempor. part.
1. num. 21.* & ſignis, vel coniecturis demonſtratur, Bald *in l.
Teſtamento num. 14 ad med. Cod. de teſtam. milit. & dicto conſ.
363. num. 2. lib. 5* Iaſ. *conſil. 127. num. 18. verſ. Et ſufficit lib. 4.*
Peregr *conſ. 68. num. 2. verſ. imo ſufficere lib. 2. cum pluribus
congeſtis à* Rota *deciſ. 13. num. 5 part. 9. recent. & in d. Nul-
lius, ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis, §. Non obſtat, quod in in-
ſtrumento.*
Et cùm hac intelligentia recipienda eſt etiam Conſtitu
tio Piana, quæ in tantùm vim tollit legitimationibus in
præiudicium ſubſtitutorum, † in quantum illi exclude- 19
rentur à legitimatis contra teſtantium voluntatem, vt in
caſibus exemplificatis ab Eugen. *conſ. 62. num. 66. lib. 1.* ſe-
cus autem ſi ſecundum eorum voluntatem, vt ponderan-
do ſenſum, & verba eiuſdem Bullæ ſentit, Decian. *reſponſ.
38. num. 22. in 3 vol.* Laderch. *dicto conſil. 23. num. 23.* Cardin.
Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 46. & latiſ-
ſimè* Eugen. *conſil. 52. num. 65. vſque ad fin ac* Rota *deciſ. 388.
à num. 1. vſque ad num. 7 part. 1. recent.*
In caſu præſenti etiam Pirri Patris voluntas concurrit,
qui viuens Æmilium legitimari procurauerat, vt teſtes
referunt adducti in *Summario impreſſo num. 5.* & illa Te-
ſtatoris non defecit, quæ reſpectu filiorum primi gradus
fuit expreſſa, & reſpectu deſcendentium ab Æmilio ne-
pote tacita deducebatur, ſiue quia illos poſuit ſub condi-
tione lineæ non exiſtentis, † quæ includit etiam natura- 20
les, Giouagn. *conſ. 21. num. 1. 16. & ſeq.* Seraphin. *deciſ. 380.
num. 5.* ſiue quia illos diſpoſitiuè vocauit ſub nomine maſ-
culorum legitimorum, & naturalium, † in quo venire 21
legitimatos abſolutum eſt, apud omnes iuxta commu-
nem DD. tradit in *l. ex facto, § ſi quis rogat. ff. ad Trebell.*
Ioann. Andr. *in addit. ad ſpecul. lib. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt.
§. fin gloſ vlt poſt med. verſ. continuandum,* Cuman. *conſ. 168.
num. 5.* Gozad *ad conſ. 29. num. 19.* Giouagnon. *conſ. 21. num.
17.* Cyriac. *controuerſ. 207. num. 49. latiſſimè* Menoch. *conſil.
266. num. 20. & per tot.* Eugen. *adduct. conſil 52. num. 24. &
ſeqq. lib. 1. cum alijs per* Mantic. *de coniectur. d. lib. 11. tit. 10.
num. 9. ac per* Rota coram Seraph. *deciſ. 880. coram* Pen. *de-
ciſ. 427. num. 3. & 8. ſecundum impreſſ. Venetam in deciſ. 378.
per tot. part. 1. & 100. num. 5. & 6. part. 5. recent. et in Romana
fideicommiſſi de Griſonibus 10. Maij 1656. coram bon. mem.
Dunozetto, et latius in d. Nullius, ſeu Terræ Pontiani Suc-
ceſſionis, §. non obſtat, et §. ſeq.* à qua deciſione in tan-
tùm fuit receſſum ſub die 4. Iunij 1663. in quantum ſub-
ſtitutus erat alter filius fideicommittentis ad latè tradita
per Fuſar. *quæſt 408. num. 96. et 97.*
Parum obſtante ſubtili aliquorum ponderatione ducta
à diſcretiuo modo loquendi, quo ſuis in filijs Teſtator
vſus fuit primo ad ſucceſſionem legitimos, & naturales
inuitando, & deindè legitimatos; nam vis diſcretiuè
potiùs retorquebatur, nam in primo caſu, quo noluit
legitimatos ſuccedere vna cum legitimis, & naturalibus
id ſatis expreſſit de eis ordinatè loquendo, quod non ſine
miſterio in linea Æmilij, † & in deſcendentibus ab ipſo 22
omiſit, vt ad propoſitum optimè ponderat, *deciſ. 378.
num. 12. part. 1. recent.*
Per ſuperuenientem itaque legitimationem, nec con-
tra paternam voluntatem, nec vltra placitum Teſtato-
ris im-

tis impetratam effectus fuit capax Æmilius huius fideicommissi non obstante, quod illud proximioribus agnatis, ante legitimationem apertum esset, atque agnitum mediante bonorum acquisitione, quia vbi legitimatis non
23 resistit voluntas testantium hæreditas † defertur substitutis reuocabiliter, & locum habet retrotractio etiam in illorum præiudicium iuxta doctrinam, Bart. *in l.Gallus*, §.*quid si tantùm num.* 14. quem ibidem sequitur Castr. & Ias. *num* 43. Crot. *num.* 69. *et* Ruin. *num.* 128. *ff. de liber. et* Posth. Peregr. *cons.* 68. *num.* 1. *et seqq. lib.* 2. qui dicit huic conclusioni neminem contradicere, Curt. Sen. *consil.* 16. *num.* 2. *et plurib.* Gabr. *cons.* 29. *à num.* 10. *vsque ad* 20. *lib.* 1. Cardin. Seraph. *decis.* 1331. *num.* 11. *et in recent. decis.* 32. *nu.* 36 *part.* 9.

Cumque ex sententia Eminentissimi Vicarij à Rota confirmata sublata fuisset alia eiusdem Æmilij succedendi incapacitas, respectu professionis in Religione Cruciferorum emissæ, quam dictæ sententiæ nullam declararunt, meritò ad sui fauorem pronunciatum fuit
24 constare de fideicommisso, † licitus enim à professione recessus facit, vt Æmilius illicò, & bona renunciata, & Ius succedendi recuperasset, vt docet Hostien. & Ioan. Andr. *in cap. Quod à te de Cleric. coniug.* quos ibi sequitur Abb *num* 4. *vers. Si verò fecit professionem* Natt. *cons.* 180. *antè num.* 3.

Nec elliditur vis huius sententiæ super nullitate professionis, ex eo quod citatus non fuerit D. Angelus, alij-
25 que possessores bonorum huius fideicommissi, † quoniam obtenta cum legitimo contradictore, nempè cum illis de Blanchis acriter se defendentibus, vt constat ex lectura decisionis desuper editæ *coram R. P. D. meo Beuilacqua die* 5. *Maij* 1660. facit ius respectu omnium *vulg. l. ingenuum*, *ff. de stat. homin.* & afficit personas etiam diuersas, & in diuerso Iudicio Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis.* 535. *num* 3. *et decis.* 352. *num.* 2 *part.* 3 *recent. cum alijs in Romana fideicommissi de Casalibus* 11. *Martij* 1643. *et* 4. *Martij sequentis anni coram bon. mem. Peutingerio.*

Hinc non obstant *decis.* 370. *num.* 4. *part.* 9. *recent. et deducta in Placentina Nullitatis Professionis* 31. *Martij* 1656. §. *Præterea coram R. P. D. meo Albergato*; Quia in casu dd. decisionum sententiæ annullatiuæ professionum obtentæ fuerant nemine citato, & tamen causæ commissæ reperiebantur cum clausula *vocatis vocandis*. Ideò non mirum si declaratum fuit esse nullas, & non afficere il-
26 los, de quorum principale interesse agebatur; † secus in præsenti, vbi, vt dictum est aderant legitimi contradictores, nempe illi de Blanchis, qui vti etiam Monasterium citati fuerunt, quod sufficit in materia status.

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 16. Martij 1669. coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Carpineo, quam infra in sequenti apponemus volumine.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Laudi.

Mercurij 14. *Martij* 1668.

ARGVMENTVM.

Laudum habet executionem paratam licèt cadat super fideicommisso, vel literali, vel alias ex iuris dispositione claro, vtpotè si cadat super exclusione fœminarum vt fuit contemplatus sexus Masculinus.

SVMMARIVM.

1 *Laudum habet executionem paratam præsertim quando prouenit ex compromisso munito strictissimo pacto executiuo.*
2 *Laudi validitas, & iustitia in dubio præsumitur.*
3 *Clausula* quos omnes *inducit reciprocum fideicommissum.*
4 *Fideicommissum perpetuum, & descensiuum, ex quibus verbis inducatur.*
5 *Qualitas masculinitatis in fideicommissario requisita repellit fœminas.*
6 *Testator dicendo*, voglio che li miei beni stiano in eterno, in casa mia, *censetur voluisse facere particulare fideicommissum.*
7 *Detractiones non competunt super Bonis particulari fideicommisso subiectis, quod declara, vt numero* 8.
9 *Neptes filiarum appellatione non veniunt quando agitur de detractione dotium.*
10 *Verbum* præfata *includit casum expressum, & reijcit similes.*

DECISIO CCXVIII.

Renuente Angela de Guastamilijs stare laudo à Griffono ser. ser. emanato inter ipsam, & sorores, quæ eidem acquieuerunt, ac Matthæum, & fratres pariter de Guastamilijs super duobus fideicommissis ad istorum fauorem purificatis per obitum Hieronymi Iunioris sine filijs masculis, proposui hodiè dubium, an laudum prædictum sit exequendum, & fuit affirmatiuè resolutum.

Emanauit enim vigore amplissimi compromissi, in eius personam facti de quo in *Summario* fratrum *num.* 3. vbi præuio Iuramento, & renunciatione cuicumque appellationi, ac reductioni ad arbitrium boni Viri conuentum, fuit inter partes, quod quidquid ab eodem Griffono super dd. fideicommissis fuerit laudatum haberet vim trium conformium à Sac. Rota latarum, & rei iudicatæ, & omnimodæ executioni daretur, † ideòque impugnari ab Angela ampliùs non potest, sed paratam executionem meretur, *ad text. cum sua materia in l. ne arbitris* 4. *et l. cum antea* 5. *Cod. de recept. arbitr.* Grat. *cons.* 34. *num.* 5. *lib.* 1. Patis. *cons.* 46. *num.* 5. *lib.* 1. Rota *in Beneuentana manutentionis* 27. *Iunij* 1650. *coram bon. mem Peutingerio* §. *fin.* 1

Concurrente potissimum, vt in proposito casu, validitate, & Iustitia illius quæ † non solùm de Iure præsumitur, *iuxta dictum* Bald. *in l. Item Pomponius* 14. §. *recepisse in fin. ff. de recept. arbitr.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 76. *nu.* 3. Rota *in Bononien. Censuum* 6. *Iunij* 1664. *cor. R. P. D. meo Albergato*, §. *nec aduersatur in fin.* Verùm etiam Iustitia super qua maior Ius fieri posset, abundè resultat ex literali vocatione Matthæi, & Fratrum in vtroque testamento. In primo enim de quo in dicto *Summario nu.* 1. Baptista Testator institutis hæredibus Ioann. Antonio, & Francisco filijs substituit omnes descendentes masculos per masculum, quos omnes Inuicem, & vicissim vulgariter, reciprocè, & per fideicommissum substituit, omnibusque sic, vt supra vocatis in infinitum, quamcumque alienationem prohibuit. In secundo verò Hieronymi Senioris dato in eodem *Summario num.* 2. institutis per eum hæredibus filijs, & descendentibus suis masculis, vltimo eorum sine filijs morienti substituit Michaelem, & Petronium filios prænominati Ioann. Antonij, & eorum filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales natos, & quandocumque nascituros per lineam masculinam in infinitum, quos omnes instituit, & ad inuicem substituit vulgariter, & per fideicommissum, † quæ clausula, *quos omnes ad inuicem* in vtroque Testamento repetita inter omnes, vt supra vocatos reciprocum etiam fideicommissum importat ex latè congestis *in Bononien. bonorum* 27. *Ianuarij* 1662. *coram R. P. D. meo Albergato*, §. *quia ponderatis*, *& in Bononien. fideicommissi de Grottis* 4. *Iunij* 1666. *coram R. P. D. meo Ottalora*, §. *primo quia*, & expressis verbis non per viam rationis sed enixæ dispositionis ab vtroque Testatore prolatis, & quodcumque tempus successiuum includentibus † perpetuum, & descensiuum fideicommissum fauore omnium masculorum descendentium remansit inductum *ex cumulat. in Firmana fideicommissi* 22. *Maii* 1658. §. *nam quoad fideicommissum coram R. P. D. meo Taia*, *& in Bononien. Prædii* 27. *Iunii* 1659. §. *non quia coram R. P. D. meo Priolo*, *& in Auenionen. fideicommissi* 26. *Iunii* 1665. *coram R. P. D. meo Emerix*, §. *cuius dispositionis*, *& in Romana fideicommissi eadem die & anno coram R. P. D. meo Ottalora*, §. *existentiam.* 2 3 4

Cumque respectu primi Testamenti Angela non impugnet Matthæum, & Fratres à Baptista descendere, mediante Ioann. Antonio eorum Auo prout verè descendunt minusque controuerti possit, quoad secundum Hieronymum Iuniorem, & Petronium sine filijs masculis

sculis decessisse, existentia Angelæ, & Sororum istis Fratribus obesse non potest, cum sint destitutæ qualitate masculinitatis, quàm vterque Testator in suis descendenti-
5 bus requisiuit, qui † proindè defectus operatur, vt à prædictis successionibus omnino repellantur, *iuxta text. in l. pronunciatio 195. in fin. ff. de verb. significat.* Rot. *in Auenionen. fideicommissi 7. Maii 1638. §. sed præterea coram bo. mem. Pirouano, & in Ariminen. Castrorum 29. Maii 1665. coram Reuerendiss. D. Cerro Dec. §. non obstat, & in Bononien. discussionis 18 Iunii 1666. coram R. P. D. meo Emerix, in fin. princ.*

Nulla quoque super istis fideicommissis potest cadere detractionum prætensio, quia vltra quod in vtroque Testamento fuerunt expresse prohibitæ, prohibitio alienationis de qua in secundo Testamento est vestita præcipua, & singulari ratione, vt bona immobilia, quousque mundus durabit illibata apud institutos, & substitutos perma-
6 neant dicto *Summario nu. 2.* in fine, † quæ Testatoris consideratio, cum super dd. immobilibus particulare fideicommissum inducat iuxta plenissimè deducta *in Bononien. Prædii 27. Iunii 1659. coram R. P. D. meo Priolo, §. non*
7 *quia*, hinc est † quod super istis tamquam particulari fideicommisso subiectis non competunt detractiones, Rota *decis. 167. num. 5. par. 11. recent. & in Bononien. Prædii 1. Iunii 1665. coram R. P. D. Bourlemont, §. super quo* saltem donec, & quousque per Angelam non docea-
8 tur † per legitimum Inuentarium non extare bona, vel libera, vel vniuersali fideicommisso subiecta, vt primus omnium docuit Bald. *in rubric. ff. de rer. diuis. col. 1. vers. sed pone, quem secuti sunt* Ias. *in l. filium quem numer. 17. C. famil. ercisc.* Menoch. *cons. 40. numer. 438. & firmauit* Rot. *decis. 47. num. 2. & 12. part. 5. & decis. 301. numer. 15. par 6. recent.*

Minusque super isto secundo fideicommisso maiores dotes istis Sororibus debebantur, quàm quæ fuerunt ab arbitro taxatæ in libr. 3800. pro qualibet quamuis enim Testator prædictus cuilibet ex suis filiabus scuta bis mille pro dote reliquerit, hac tamen dispositione gaudere non possunt Angela, & Sorores, quæ non filiæ sed
9 neptes sunt Testatoris, quæ † proinde secundum subiectam materiam non veniunt sub appellatione filiarum, *iuxta text. in l. quod si nepotes 6. ff. de Testam. tut.* Roland *cons. 43. num. 29. lib. 4.* Cyriac. *controuer. 8. num. 113.* Rot. *in Bononien. fideicommissi 16. Ianuarii, §. altera vero & 22. Maii 1662. in princ. cor bon. mem. Leone Verospio.* Idque præsertim quia Testator conditionaliter, & taxatiuè locutus fuit, si, & quatenus, & in eo casu tantum, quo sine filiis masculis decederet. Ideòque per natiuitatem Hieronymi Iunioris eius filiis, talis dispositio cadu-
10 cata remansit, verba † *enim præfata* expressum dumtaxat casum includunt, & alios quantumuis similes reiiciunt, *arg. text. in l. ille aut ille 25. ff. de leg. 3. & in l. liberto 31. §. libertos, ff. de neg. gest.* Rot. *decis. 240. num. 5. part. 6. recent. & in Marsicana successionis 4. Februarii 1665. §. Minus coram R. P. D. meo Emerix.*

Et ita vnica tantum Parte, &c.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana seu Neapolitana literarum cambii.

Vener. 13. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Mandatarius recusare potest solutionem mandati detecta decoctione mandantis quidquid dicendum esset si decoctio superuenisset post acceptationem, vel mandatum fuisset acceptatum post decoctionem, quibus in casibus mandatarius soluere tenere-tur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius non intelligitur se obligasse nisi rebus sic stantibus.*
2 *Mandans per mutationem status censetur mandatum reuocasse.*
3 *Mandatum censetur reuocatum per decoctionem, & mortem mandantis.*
4 *Decoctio quando superuenit post acceptationem literarum, mandatarius non euitat illarum solutionem & datur ratio num. 5.*
6 *Fideiussor per decoctionem debitoris non liberatur.*
7 *Decoctio detecta post acceptationem, quæ tamen per antea latebat excusat acceptantem à solutione.*
8 *Acceptans literas multò magis excusatur à solutione mandantis decoctione latente quando acceptatio processit animo se se reualendi.*
9 *Decoctio proxima, vel latens ex quibus probetur.*
10 *Decoctio latens non excluditur ex aliquibus actibus, & circumstantiis facti inconsiderabilibus.*
11 *Decoctio perfecta non requiritur in latente sed sufficit quælibet mutatio status.*
12 *Decoctioni proximè gesta sunt plena fraudibus, & datur ratio num. 13.*

DECISIO CCXIX.

CÆSARIS decoctio causam præbuit Cucurno denegandi solutionem literarum scutorum mille sibi ab eo de Ciuitate Neapolis transmissorum cumque Valentinum, ad cuius fauorem scriptę reperiebantur Iudicium coram A. C intentasset contrariamque sententiam obtinuisset, causa ad me per appellationem deuoluta, dedi dubium. An Cucurnus ad literarum solutionem teneretur, & Domini negatiuè responderunt.

Pro illius autem faciliori resolutione tres casus per DD. destinguebantur primus vbi decoctio scribentis, seu mandantis literas contigit ante acceptationem, & tunc concordant Doctores omnes mandatarium non teneri non solùm ex defectu consensus ipsiusmet mandatarii, qui † non 1
intelligitur se obligasset, nisi rebus in eodem statu manentibus, Roman. *in l. nuda ratio, ff. de donat. sub numer. 12.* Genue *de scriptur. priuat. lib. 3. tit. de lit. Cambii numer. 78.* Rot. *in diuers. dec. 127. num.... par. 1.* sed etiam ex defectu consensus mandantis, † qui per mutationem status cen- 2
setur mandatum reuocasse, *l. Mutuos, §. fin. ff. de proc.* Stracc. *de decoct. part. 3. nu. 50.* Rota *Ianuen. decis. 2. nu. 31.* quemadmodum censeretur reuocatum † per mortem 3
mandantis cui decoctio æquiparatur, Seraphin. *decis. 794. num. 17.* Rota penes Cenc. *dec. 168. num. 9. & 10. & in his terminis responsum fuit in Romana literarum Cambii* coram Motman. *decis. 345. par. 5. rec. & in alia coram Coccino sub die 16. Martii 1640.*

Secundus casus est vbi decoctio superuenit post acceptationem, † & tunc mandatarium solutionem euitare 4
non posse resoluit Regium Consilium Neapolitanum, apud Franch. *decis. 303. per tot quem sequuti sunt* Ricc. *in Collect. decis. 40.* Fab. de Ann *cons. 82. num. 21. & 22.* Paschal. *de patr. pot. par. 1. cap. 8. num. 70.* ex ea ratione acceptans † dicitur fideiubere pro scribente, Fideiussor autem 5
† per decoctionem debitoris non liberatur, *Auth. præsent.* 6
C. de fideius. Franc. *d. decis. 303. nu. 3. cumque in his terminis probauit* Rota *in Romana literarum Cambii 11. Februarii 1592. coram Cardin. Arigonio in alia 29. Aprilis, & 20. Iunii 1611. coram Cardin. Lancellotto, & in præallegat. coram Coccino sub § ratio resolutionis fuit.*

Tertius est casus vbi decoctio fuit quidem detecta † post 7
acceptationem sed multò ante latenter inceperat & tunc excusari acceptantem vtpote qui si statum scribentis compertum habuisset nullatenus se obligasset est *text. in l. cum quis, ibi: Tacitè enim hæc conuentio inesse stipulationi videtur si in eadem causa maneat, ff. de sol.* Fab. de Ann. *d. consil. 52. à num. 11.* Mastrill. *dec. 221. num. 2. par. 3.* præsertim, si obligatio emanauerit non ex causa compensationis cum credito scribentis † sed animo se releuandi, & consequen- 8
di indemnitatem tamquam sub conditione sine qua non Dec. *cons. 475. num. 23.* Olasch. *decis. 91 num. 14.* Merlin. Pignatell. *Centur. 2. cap. 11. num. 14 & in his terminis præcisis in quibus nos versamur nimirum latentis decoctionis solummodo post acceptationem literarum detectæ respondit* Rot. *in Rom seu Neapolitana literarum cambii 9. Iunii 1653. coram bo. me. Dunozetto.*

Quod versamur in his terminis visum est probari ex eo quod licet Cæsar solummodo sub die 13. Mart. publice foro cesserit attamen etiam ante acceptationem literarum secutam die 6. eiusdem. Imò ante diem 27. Februarii qua scriptæ fuerunt verè dici poterat decoctus vt iustificatum fuit ex Testibus formiter deponentibus super eius deterioratione, ac declinatione status vsque de mense Ianuar. comprobatum ex pluribus actibus tam executionis passæ super mobilibus pro scuta 400. *Summario nu.* 6. quàm venditionis mercium viliori pretio *Summario num.* 7. nec non dimissionis scripturalis à suo seruitio, ac sequestrationis
9 Vxoris in Monasterio ex † quibus, & aliis actibus recensitis in *Summario num.* 8. 9. *& seqq.* non dubitarunt Domini de vergentia Cæsaris ad Inopiam, ac de latenti decoctione postmodum detecta ex adductis per Itracch. *de decoct. part.* 3. *num.* 26. *&* 27. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 59. *num.* 4. Donat. Anton. de Marin. *vbi de actu appositionis Vxoris in Monasterium allegat.* 120. *num* 7. *cum aliis per* Scacc. *de com. & camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 901. *& seqq.* Rocch *respons.* 10. *num.* 12 *cum multis seqq. lib.* 2.

Hinc visi sunt non obstare quidam contractus gesti per Cæsarem quatuor, vel quinque diebus ante dictam pu-
10 blicam decoctionem, quia † omisso quod omnes continent partitas, vt accient *passatore* absque numeratione pecuniæ apparentque facti cum eius Consanguineis quorum interérat eum substentare, responderunt DD satis esse quod antecedenter constaret de illius deterioratione, cum ad effectum de quo agitur non sit necessaria formalis
11 & perfecta decoctio, † sed quælibet declinatio, ac mutatio status sufficiat, quæ si innotuisset accetantem non decepissent, vt post Fabb. de Ann. *d. conf.* 82 *sub num.* 35. *cum multis seqq. in add. & num.* 48. Cost. *tract. Aut sciebat aut ignorabat distinct.* 29. *numer.* 12. Scacc. *de Com. dicta gloss.* 5. *num.* 401. *&* 403. Gizzar. *decis.* 59 *num.* 13. Castill *controu. iur. lib.* 4. *cap.* 59. *numer.* 29. *& alios quamplurimos firmauit* Rota *in præallegata Romana seu Neapolitana literarum cambii coram Dunozetto*, §. *nam &* §. *non obstat*, *quod di-*
12 *catur*, & alias gesta à proximè decoctionis † solent esse plena fraud bus, & simulata de iisque iudicatur, ac de gestis à decocto Rocch. *in eius tract. decoct. post respons. tom.* 2. *num.* 127 Merlin. Pignatell. *d. cap.* 11. *num.* 16. Fenzon. *ad Stat. Vrb.* 109. *num.* 27. *& seqq.* Rota coram Seraphin. *dec.* 149. *num.* 9. coram Buratt. *decis.* 9. *num.* 1 *& in fin. vbi* Adden. *lit. D. & decis.* 109. *num.* 1. *in recent. dicta decis.* 345 *nu.*
13 11 † vbi considerat rationem obuiandi huiusmodi fraudibus mercatorum ne alias Campsores ad quos diriguntur literæ dum in longinquis partibus degunt imminentis decoctionis ignari sine consensu obligentur, *& aliis allegatis in Romana Mercedis* 12 *Decembris* 1659. §. *quia vt dicta coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Bononien. Pecuniaria* 1. *Aprilis* 1662. §. *penult. vers. quod procedit etiam de iure communi coram me*.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Prædij.

Vener. 13. *Aprilis* 1668.

ARGVMENTVM.

Cùm etiam per solam litem quis constituatur in mala fide, ideò eo magis tenetur ad restitutionem fructuum si ad illos fuerit per sententiam condemnatus, quàm condemnationem euitare minimè potest ex eo quod antea sententias fauorabiles reportauerit, si deinde eædem sententiæ in gradu appellationis fuerint per alias sententias posteriores reuocatæ.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti mala fide, veniunt restituendi, & vide num. sequentibus.*

Fructus percepti lite pendente in Rota dicuntur mala fide percepti num. 1.

Possessor quo primum sciuerit rem esse alienam tenetur illam vna cum fructibus Actori restituere, num. 1.

2 *Sententiæ per alias subsequentes reuocatæ in nihilo suffragantur.*

Possessor non euitat restitutionem fructuum per exceptionem sententiarum, ab eo obtentarum, si illæ posteà reuocatæ sunt num. 2.

3 *Sententia cuius causa quis possidebat si reuocata sit, res cum fructibus restituenda est.*

4 *Fructus præsumuntur percepti secundum quantitatem in locatione conuentam, nisi contrarium probetur.*

5 *Locatio etiam in parte arguit quantitatem fructuum in toto.*

Fructus dicuntur in totum secundum locationem percepti, etiamsi locatio fuerit facta tantummodo in parte, num. 5.

DECISIO CCXX.

Lvcia, & Sorores de Barberiis in vim prætensi fideicommissi tentarunt Iudicium in partibus, & deinde coram Auditore Cameræ, & obtinuerunt adepta etiam possessione Prædij à Catherina, & Sororibus de Benincasa possessi, Cum verò istæ ad Rotam appellassent priùs coram Reuerendissimo Patre Domino meo Priolo, postmodum autem coram me emanarunt, duæ sententiæ reuocatoriæ, quæ etiam fuerunt executioni demandatæ, ac in Iudicatum transactæ. Hinc dubio de more proposito an, & in qua summa debeantur fructus ab eisdem Dominis de Barberiis percepti, Domini affirmatiuè, vt infrà responderunt.

Quod enim deberentur visum fuit extrà omnem controuersiam versari, † dum mala fide percepti fuerunt lite 1
scilicet pendente in Sacra Rota *ad text expressum in Litem veniunt* 22. §. *præter ibi quo primum sciuerint, ff. de petitione hæreditatis, & inuulgata l. litigator* 2. *C. de fructibus, & litium expensis* Rota coram Cardinali Seraph. *decis.* 835 *in princ.* coram Eminentiss. Otthob *dec* 193 *num.* 1 *cum aliis allegat s in Romana deuolutionis domus* 30. *Maii* 1659 *in principio coram me*. Nihil obstantibus sententiis in fauorem earumdem Sororum de Barberiis obtentis, † vtpotè po- 2
steà per subsequentes sententias reuocatis, ad *text. in l. filio* 16. §. *fin. ff. de Inoffic. testam.* vbi respondit Iurisconsultus reuocata sententia cuius causa quis possidebat † rem vna 3
cum fructibus esse restituendam, & dixit Rota coram Buratto *decis.* 568. *num.* 17. *& in rec. decis.* 2. *num.* 3. *cum multis seqq. par.* 11.

Quo verò ad quantitatem, illam deduxerunt Domini ab Instrumento locationis factæ per easdem debitrices de anno 1662. In annuis libris quatuorcentum vigintiquinque; præsumptio est enim, quod eosdem fructus exegerint ad summam in locationibus conuentam, nisi contrarium † probetur, vt dixit Rota coram Buratt. *decis.* 173. 4
num. 3. *&* 4. *in rec. dec.* 211. *num.* 2. *&* 3. *par.* 9. præcipuè quia locatio legitur facta ad septennium inceptum de consensu partium de anno antecedenti 1661. pro quo tempore non dubitarunt Domini de quantitate fructuum, vt supra restituenda, relictis in suspenso cæteris annis antecedentibus, & in fortioribus terminis locationis etiam in parte † quod ex illa probetur quantitas perceptionis in to- 5
tum firmauit Rota *in præallegata Romana deuolutionis domus* 30. *Maii* 1659. § *quod autem coram me*.

Et ita altera tantum parte, alia verò parte pluries citata resolutum fuit.

Plures in hac causa super negotio principali emanarunt decisione coram eodem Reuerendiss. D. Albergato Decano, & cor. bo. me. Priolo, quarum duæ habentur in præcedenti par. 14. & sunt in ordine dec. 110. & 498.

R. P. D. CALATAIV.

Romana fideicommissi de Fabiis.

Veneris 13. *Aprilis* 1668.

ARGVMENTVM.

Substitutus vocatus sub conditione si alter vltimus substitutus sine filiis decesserit, non admittitur eodem vltimo instituto cùm filiis prædefuncto, quamuis iidem filii fuissent incapaces succedendi, vtpotè in religione professi, ea ratione quia in conditionibus voluntariis nudum factum attenditur, etiam si illud non sortiatur iuris effectum.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio conditionalis si vltimus sine filiis decesserit, euanescit per existentiam filiorum vltimi vocati, & num.2.*

Filia facit deficere conditionem si sine filiis, & impedit immissionem, num.1. & 2.

3 *Substitutus sub conditione si sine filiis, &c. excluditur etiam per filium religiosorum, vel monialem.*

4 *in Conditionibus voluntariis merum, & nudum factum attenditur, licet illud iuris non sortiatur effectum.*

Substituti ad exclusionem quod quis fuerit sub conditione vocatus, non attenditur incapacitas personæ, quæ conditionem faciat deficere, sed solùm illius existentia consideratur, num.4.

5 *Mors ciuilis ad effectum excludendi substitutum non æquiparatur naturali.*

6 *Renunciatio generaliter facta, si non fuit merè realis, sed potiùs personalis, deficiente persona cuius fauore facta fuit extinguitur*

Renunciatio personalis proficere non valet personæ, cuius intuitu facta non fuit, num.6.

7 *per Renunciationem à Moniali factam quando non dicatur fideicommisso contrauentum.*

8 *Renunciatio etiam generalis facta de successionibus Abauorum, & Tritauorum, non compræhendit eorum fideicommissa, de quibus specialis mentio habita non fit ad euitandam pœnam caducitatis.*

9 *Clausulæ generales non sunt aptæ ad supplendum intellectum non expressorum, sed vti accessoriæ, & consecutiuæ ad specificata tantummodò referuntur.*

Caducitatem ad incurrendam non sufficiunt clausulæ generales, sed indiuidua, & specialissima mentio requiritur, num 8. & 9.

DECISIO CCXX.

HIPPOLYTA de Fabiis in suo vltimo cum quo decessit Testamento, instituit sibi hæredes Vniuersales Franciscum, & Ludouicum filios eisque descendentibus substituit eorum Filios, Nepotes, & Pronepotes in infinitum, & vltimo sine filiis morienti substituit Venerabile Hospitale Consolationis. Decessit primo loco Franciscus sine filiis, Ludouicus autem reliquit Hippolytam iuniorem, ex qua natæ sunt Soror Maria Virginia professa in Monasterio SS. Dominici, & Sixti, & Constantia, quæ sibi hæredem instituit Hieronymum Clementinum contra quem, vti possessorem, cum Hospitale obtinuisset ab A. C Areosto sententiam super Immissione, commissa mihi causa Appellationis, & admisso ad Causam d. Monasterio nomine quo supra, proposui dubium de more, an Hospitali sit danda Immissio, & fuit negatiuè resolutum.

Ipsius siquidem vocatio apparet Conditionalis, & restricta ad Casum, quod vltimus ex institutis sine
1 filiis decederet, vnde existentia Sororis Mariæ Virginiæ facit prædictam conditionem deficere, & impedit Immissionem Hospitali sub præfata conditione vocato, iuxta *text. in l. filiusfamilias* 114. §. *vt quis in fine, ff. de legat.* 1. &
generaliter in terminis vocati sub conditione, † benè scri- 2
psit ad propositum, Gratian. *discept.* 659. *num.* 27. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 15. *vers. verum his obiectis*, Rota *dec.* 151. *num.* 2 *par.* 3. *rec. & in Imolen. successionis* 14. *Mart.* 1659. *coram R. P. D. meo Beuilacqua in fine principii, & in Bononien. Primogenituræ de Luparis* 6. *Iunii* 1664. *coram R. P. D. meo Priolo*, §. *animaduertebat*, & in præcisis terminis
substituti vocati sub conditione si sine filiis, † quod exclu- 3
datur per Religiosum, & per Monialem, benè Anchar. *cons.* 346. *per tot. &* Rota *in Roman. fideicom. de Soriciis* 22. *Maii* 1642. *coram bo. me. Carillo inter eius impress. dec.* 266. *num.* 1.

Idque non obstante, quod ea sit Monialis professa in dicto Monasterio, quia in conditionibus, prout hic, volun-
tarijs, merum, & nudum factum attenditur, † licet Iuris 4
effectum non sortiatur, neque habetur ratio ad capacitatem, seu incapacitatem personæ superuiuentis, sed ad effectum conditionis sub qua substitutus est vocatus, qui ad eius exclusionem excuberat, iuxta vulgatos, *tex. in l. qui hæredi in princ. & l. meuius* 55. *ff. de condit. & demonstr.* Rip. *in l. ex facto*, §. *ex facto*, *n.* 10. *vers. respondetur, ff. ad Trebell. cum aliis cumulatis in d. Bononien. de Luparis*, §. *ea efficaci*,
minusque in similibus casibus mors † ciuilis æquiparatur 5
naturali, *l. Status Florius* 48 §. Cornelio Felicis, *ff. de iure fisci, l. cum pater* 77. §. *hæreditatem, ff. de legat.* 2. *& in nostris terminis* Anchar. *d. cons.* 396. *num.* 2. Rota *dec.* 151. *num.* 1. *p.* 1. *recent.*

Neque obstat amplissima refutatio facta ab eadem Moniali in ingressu Monasterii, cuius vigore nec ipsi Renuncianti, nec Monasterio ex eius persona datur amplius regressus ad bona renunciata, cum enim illa non fuerit realis, & totaliter abdicatiua, sed potius personalis, & translatiua, tanquam facta fauore Patris, & eius filiorum, per obitum proinde eorum penitus extincta reman-
sit, † nec Hospitali substituto, cuius etiam intuitu facta 6
non fuit, quid quàm proficere valet, vt plenissimè firmatum fuit in *Marsicana successionis* 4. *Febr.* 1667 *cor. R. P. D. meo Emerix*, §. *minusque cum seqq.* & indiuiduo deductæ refutationis, *in Romana fideicommissi de Steccatis*, receden. ab alias decisis 4. *Febr.* 1667. *per tot coram R. P. D. meo Bourlemont*.

Minusque facit, quod dicta Hippolyta Testatrix aliud ordinauerit fideicommissum in casum alienationis cum comminatione pœnæ, quod contraueniens ipso iure pro mortuo reputetur, & fideicommissum ad successiuè vocatum deueniat, quia cum dicta renunciatio per quàm prætenditur incursa pœna contrauenienti, non faciat mentionem de fideicommisso Proauiæ, qualis est Testatrix respectu Sor. Mariæ Virginiæ, & in cuius testamento est
tale onus impositum, † hinc sequitur quod de isto fidei- 7
commisso nulla facta fuit alienatio, quæ successiuè possit imputari dict. Moniali, ad effectum vt pro mortua debeat reputari ad fauorem substituti vocati in casum contrauentionis, vt de hac eadem refutatione, respectu tamen Proaui firmatum fuit in *Roman. fideicommissi de Steccatis* 15. *Iunii* 1665. § *secundo inferebant & Februar.* 1667. §. *vtique omnis vmbra cum seqq.* in quibus habetur, quod quamuis in ea fuerit facta mentio Abauorum, & Tritauorum, qui sunt magis remoti, necnon fuerint adiectæ
clausulæ amplissimæ, † adhuc tamen cum de fideicom- 8
misso Proauorum specialis mentio non legatur, sed potius per gradus, & personas distinctas de aliis dumtaxat fuerit habita ratio, vel dicendum eos consulto omissos fuisse ad euitandam pœnam caducitatis, vel in omnem casum ad eos specialiter non nominatos, non est facienda
extensio ex iuribus ibidem relatis, † & clausulæ quan- 9
tumuis generales non sunt aptæ ad supplendum intellectum non expressorum, sed vti accessorie, & consecutiuè ad specificata eorum similes non excedunt, vt præter ibidem adductos est *textus punctualis in l. legatorum* 33. §. *qui plures, ff. de legat.* 2. *& probat alius in l. ex pluribus* 89. *ff. de solut.*

Et ita vtraque &c.

Fuit confirmata præsens Decisio infra sub die 29. Maii 1669. coram eodem R. P. D. Calataiu, quàm in sequenti apponemus volumine.

R. P. D. TAIA.

Romana Hypothecæ.

Vener. 13. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Admirabilis est articulus, non quia rarus, sed quia licet frequens, & vsitatus à nemine hactenus fuerit vnquam formiter disputatus super obligatione hæredum à defuncto facta non tantum vltra primos hæredes de iure nullatenus extendenda, verum etiam ad effectum denegandæ hypothecæ Creditoribus testatoris in bonis propriis eiusdem hæredis aduersus suos Creditores, qui simili obligatione, cùm illo contraxerant.

SVMMARIVM.

Lite quandoque maior est quæstio, & persæpè de modicis non modicè disputatur in princ.

1 *Hæredis appellatione veniunt non solum primi hæredes, sed etiam vlteriores hæredes.*

2 *D. IO: BAPTISTA DE LVCA, non dicitur hospes, vel Aduena iuris, sed domesticus iurisprudentiæ appellatur.*

3 *Hæredis obligatio, an comprehendat non solum primos, sed etiam vlteriores hæredes, punctus est non adhuc formiter disputatus, plerumque vtilis, & vsitandus.*

4 *Obligatione hæredum non comprehenduntur bona eorum vltra primorum hæredum.*

5 *Obligatio generalis bonorum hæredum continetur in obligatione Camerali*

6 *Obligatio bonorum hæredum nominatim facta, an valeat quantumuis dubii iuris esse videatur, præualet tamen opinio affirmatiua, & num. 7 sed contra num. 8. cum seqq.*

9 *Bona hæredum, vt obligari possint, requiritur obligationem fuisse nomine successoris conceptam, vel promissionem de rato, quod an sit verum, vide in num. seqq.*

11 *Iudicandum non est ex multitudine authorum, sed tantum ex eo, quod melius æquiusque videtur.*

12 *Obligatio generalis à defuncto facta non comprehendit bona quæ ex alia causa, quam hæreditaria ab hærede acquisita sunt.*

Creditores defuncti auocare non possunt ea bona, quæ ab illius hærede ex alia causa acquisita sunt numer. 12.

13 *PAVLVS Iurisconsultus magno vir ingenio, in* l. Paulus 29. ff. de pignor. *non creditur de iure aperto respondisse, illius dictum expenditur supra, & infra num. anteced. & seqq.*

14 *Creditori, cui res aliena obligata est, non conceditur pignoris persecutio quamuis Dominus rei extiterit Dominus obligantis, & vide numero 15. cum seqq.*

17 *Contrarietas nulla inter libros Digestorum, & Codicis reperitur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiat.*

18 *Creditor non habet actionem directam aduersus pignus sibi ignorante Domino obligatum, quamuis obligans euaserit hæres Domini pignoris, sed vtilem tantum.*

19 *Iustinianus fuit admodum propensus in tacitis hypothecis legatorum, & dotium concedendis*

20 *Hypotheca dotis fauore vxoris contra creditores mariti quomodò concedatur.*

21 *Hypotheca tacita fauore dotis, & legatorum à Iustiniano concessa non datur in bonis hæredis.*

22 *Debitor si aliquid gessit nomine, aut non nomine hæredis valde differt, cum in primo actu ratificatio inducatur, in secundo verò nequaquam.*

23 *Oligatio rei alienæ vt alienæ pro sua, alia est, alia vero obligatio hæredis vt hæredis postea successoris.*

24 *Obligatio hæredis, & bona hæredum ex contractu, an differat ab obligatione quæ fit ex legato.*

25 *Testator habet facultatem legandi ab vno & à singulis imò & ab omnibus hæredibus.*

26 *Ius aliquando moribus, non legibus introductum est.*

27 *Legibus scriptis quibus de causis non vtimur, id custodiri oportet quod moribus, & consuetudine introductum est.*

28 *Textus in* l. de quibus 32. ff de legibus *adducitur, & declaratur.*

29 *Proxima non autem remota attendenda sunt.*

Consuetudine cessante quid spectandum sit nu. 29 & seq.

Consuetudo proxima non autem remota attenditur, & hæc est regula certior, num. 28. & 29.

30 *Consuetudo non extenditur de vno casu ad alium.*

Consuetudo probari debet in actu de quo agitur, numer. 30.

31 *Consuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia.*

32 *Consuetudo contra legem exigit præscriptionem longissimi temporis 40. annorum.*

33 *Consuetudo siue recipiatur contra rationem iuris, siue non ratione iuris introducatur semper exigit præscriptionem quatragenariam.*

34 *Consuetudo quæ dicatur rationabilis, quæ autem irrationabilis remittitur arbitrio Iudicis.*

35 *Consuetudo contra legem, vel contra rationem legis quæ dicatur irrationabilis.*

36 *Consuetudo obligandi bona hæredum videtur contra legem, & contra rationem legis expressam.*

37 *Bona hæredis numquam fuerunt testatoris.*

38 *Pignoris conuentio ipsa tribuit actionem, siue directam, siue vtilem.*

39 *Hypotheca, & pignus quantum differant inter se.*

40 *Hypotheca, & pignus regulariter contrahuntur expressim, non autem tacitè paucis tantummodo casibus exceptis.*

41 *Hypotheca, & pignus quandoque tacitè à lege vel statuto inducuntur.*

42 *Hypotheca, & pignus contrahantur ne per aditionem hæreditatis ex quasi contractu cum legatariis.*

Hæres per aditionem obligatur in fauorem legatariorum ex quasi contractu, num. 42.

43 *Obligatio bonorum hæredum si vltra primos, etiam vlteriores hæredes comprehenderet, à primo hærede procederetur in infinitum, quod durum esse videtur.*

44 *Obligatio bonorum hæredum an requirat scientiam obligationis bonorum suorum.*

45 *Obligatio bonorum hæredum bono publico refragari videtur, & multo magis vlteriorum hæredum.*

46 *Consuetudo obligandi bona hæredum videtur esse irrationabilis.*

Consuetudo, quæ bono publico aduersatur dicitur irrationabilis, num. 45. & 46.

Consuetudo dicitur rationabilis si bono publico non refragatur, num. 46.

47 *Consuetudo vt dicatur irrationabilis satis est quod non fuerit ratione introducta.*

48 *Bona hæredum etiam si quis obligare potuisset, videtur, tamen illos obligare noluisse per multos successores, & in infinitum.*

49 *Verbum hæres in materia de sui natura non transitoria ad hæredes, de primo hærede intelligitur.*

50 *Verbum hæres, quod in obligationibus comprehendat non solum primos, sed etiam vlteriores hæredes in infinitum absurdum esse videtur.*

51 *Hæredis appellatione veniunt etiam hæredes hæredum.*

52 *Hæredis nomen per multas successiones accipitur, etiam longissimas, nu. 53.*

54 *Hæres vltra primum, & hæres hæredis propriè non sunt hæredes defuncti.*

55 *Vnda superuenit aliam vndam.*

56 *Hæres hæredis dicitur propriè hæres, etiam in ea dispositio-*

positione, quæ habet strictam interpretationem.

57 *Hæredis appellatione etiam in pœnalibus veniunt hæredes hæredum.*

58 *Hæredes, qui per successionem etiam longissimam defuncto succedunt, non minus dicuntur hæredes, quàm primi hæredes.*

59 *Hæredes hæredum dicuntur hæredes largo modo, & impropriè.*

60 *Hæres hæredis, quod dicatur eadem persona cum defuncto de iure cautum non reperitur.*

61 *Hæres vix quodammodo dici potest, quod sit vna eademque persona cum defuncto.*

62 *Hæres eius, qui fuit hæres Titii, quomodo dicatur esse hæres ipsius Titii, & num. seqq.*

63 *Hæres defuncti alius est, alius verò hæres hæredis.*

64 *Actiones hæreditariæ omnes sunt in personam.*

65 *Actio hypotecaria est actio in rem.*

66 *Dispositio de hærede facta ab homine verificatur in primo hærede.*

67 *Voluntates testantium plenius interpretantur, quàm contractus.*

DECISIO CCXXII.

LITE maior est quæstio, & Iudex deputatus cuidam
vniuersitati causarum de modico, non modicè dubi-
taui in obligatione Camerali vel simili expressa, qua con-
trahentes obligarunt se suosque hæredes, & bona etiam
1 hæredum, An bonorum quoque hæredum obligatio, †
non solum ad primum hæredem, sed ad vlteriorem refe-
ratur, sicuti refertur hæredis appellatio, *l. hæredis appel-
latio 65. ff. de verb signif. cum ibi, & infrà notat*, quod in-
cidit concurrentibus creditoribus hæreditariis defuncti, &
creditoribus vlterioris hæredis, credentibus post quàm fa-
ctus est hæres hęredis, & agentibus omnibus contra tertios
possessores.

Quantum potui sciscitatus, nisi percunctatus, consul-
ui defunctos, & viuentes probantissimos Curiales, & ip-
sis variis plerisque dubiis, præcipuè D. DE LVCA res-
2 pondente pro sua notitia, † (quam habet non hospes, &
aduena, sed ciues, & domesticus Iuris prudentiæ) pun-
ctum esse peregrinum, adhuc formiter non disputatum,
3 † nunc disputandum æquè ac disputabile, nec minus vti-
le, quàm vsitandum; Denique subsidiaria quasi actio-
ne, consului Rotam, & DD. hodie non nemine discre-
pante responderunt obligatione bonorum hæredum non
4 comprehendi † bona hęredo vltra primos, prima decisione
quantum in Alma Curia hactenus constat, drimaque do-
ctrina, nisi contrarium sensisse videatur Bertaz. *claus.* 12.
gloss. vltim. num. 2. vers. & est sciendum.

5 De hac obligatione generali bonorum hæredum † in
obligatione Camerali apud Zach. *sub proem. &* Rotam
decis 83. *& Annot. ad* Buratt. *decis.* 564. *nu.* 5. & amplius
Merlin. *de pignor quæst.* 15. *à num.* 27. *lib.* 2. *&* Cost. *propria
claus. conuent.* 41. Mart. *claus.* 85. *part. prima* An ipsa obli-
6 gatio bonorum hæredis nominatim facta valeat † dubii iu-
ris est apud Merend. *controu.* 18. *ab init. lib.* 20 Gratian. *disc.*
315. *num.* 9. & 10. Franch. *decis.* 53. *num.* 7. & receptam qui-
7 dem est pro veriori opinio, † vt valeat, Gratian. *dicta disc.*
225. *n.* 76. Surd. *dec.* 225. *in fine, & disc.* 433. *nu.* 22. *cum alleg.
apud* Merlin. *qu.* 16. *num.* 2. *dict. lib.* 2. Hodier. ad Surd. *dict.
dec.* 315. *num. primo* Meyner. *de pignor. tit.* 9. *num.* 12. *par.* 1.

8 Sed contra ne valeat, & præcipua authoritate, Baldi
*ad l. Paulus, ff. de pignor. lectura noua in fine, & ad l. primam
C. communia de legat. num.* 25. *in fine*, senserunt alii quo se-
niores, eo grauiores, apud Surd. *dicta decis.* 315. *dicto num.*
9. *& ad huc* Bertaz Negusan & Phanuc apud Merlin. *di-
cta qu.* 16, *num.* 8. Mozzius *de contr. tit. de person. quæ pign.
num.* 7. Oñat. *de contr. disp.* 56. *de pignor. num.* 38. *vers. quia
testator*, & sensit Merend. *dict. contr.* 18. *ab init* & cum se-
nioribus illis Consilium Neapolitan. apud Afflict. *decis.*
200. *num.* 2. *vers. Immo dico*, & de hac pro communi opinio-
ne Reuerter. *dec.* 565. *num.* 2. *vers. pro opinione.*

Et addi possunt, qui requirunt obligationem nomine
9 † successoris, vel promissionem de rato, Bart. *dd. l. rem alie-
nam, ff. de pignor. act. num.* 14. *vers. Item oppone, &* Alex.
& alii apud Spad. *cons.* 340. *numer.* 2. *à vers. ad effectum ergo
lib.* 3. Mozzius *dicto loco vers. nisi defunctus*, quod nec habe-
10 re iuris † saporem (vtinam non ex palato) visum est Mer-
lin. *dicta quæst.* 16 *num.* 19. & 20. Et ego sentiebam in Audi-
torio Scholastico, & adhuc sentirem, vt neque ex multi-

tudine authorum authorum, quod melius & æquius † est 11
iudicandum, §. *sed neque ex maltitud. l.* 1. *C. de veteri iure*;
Mihique respondit Paulus *in suo illo lib.* 5. *responsorum dict.
leg. Paulus* 29. *ff. de pignor.* cum respondit in generali obli-
gatione, quæ ex bonis defuncti non fuerunt, sed postea ab
hærede eius ex alia causa acquisita sunt vindicari non pos-
se à creditore testatoris, † videlicet quia hæc nunquam 12
fuerunt testatoris, vt indicat Paulus & explicat *gloss. pri-
ma adeoque ratione communi, tàm contra specialem, quàm
contra generalem obligationem*, & proinde non, vt expres-
sè non obligata, sed vt neque expressè obliganda, & obli-
gabilia, maximè directo responso in rem ipsam, & bona,
quę vindicari non possint; Et aliàs magno Vir ingenio de
iure aperto responderit Paulus † (Quæ ex bonis defuncti 13
non fuerint, sed postea ab hęrede eius ex alia causa acqui
sita sunt vindicari non posse à creditore testatoris, quia te-
statori obligata non sint,) vt Claudius de Scæuola dixit in
l. à testatore 109. *ff. de condit. & demonstr.* ne dicamus quod
dixit Celsus Labeoni *in l. Domitius* 37. *ff. de testam.*

Et declarauit ipse PAVLVS *lib.* 3. *quæst. in l. rem alienam*
41. *ff. de pignor. act.* vbi si ego Titio, † qui rem meam obli- 14
gauerat sine mea voluntate hæres extitero, pignoris per-
secutio concedenda non est creditori, & ibi not. Bart. aliud
esse quando dominium superuenit debitori aliud quando
debitum superuenit domino, & quasi casus visus est Sa-
lyc. *ad l. vltim C. qui pot. in pign. num.* 5. *vers. & vltimo vide-
tur.*

Nec obstabat Modestinus *lib.* 2. *differentiarum in l. si Ti-
tio* 22. *ff. de pignor.* † vbi vt cumque si Titio qui rem meam 15
ignorante me creditori suo pignorauerat, hęres extitero,
vtilis pignorantia datur creditori; quia quęcumque multi
multa contulerint † citra correctionem *dict. l rem alienam* 16
ex dicta l. si Titio, quam excitauit Accursius *ad dictam l. si
Titio gloss. vnic. vers. sic ergo*, & approbauit Cuiacius *ad di-
ctam l. rem alienam à vers. quid igitur dicemus*, & citra con-
trarietatem, (contrarium autem aliquid in hoc Codice,
scilicet digestorum positum nullum sibi locum vindicabit
† nec inuenietur si quis subtili animo diuersitatis rationes 17
excutiat inquit Iustin. §. *contrarium autem l.* 2. *C. de vet. iu-
re*) satisfaciebat, & satisfaceret sensus Modestini *in dicta
l. si Titio de contraria actione personali*, iuxta *l. vltim. C. de di-
stract. pignor ad d. gloss. vnicam d. l. si Titio in princip.* Bart,
vers. Dic vt hic, præclarè Bart. *etiam ad dictam l. rem alie-
nam numer.* 14. Spad. *d. cons.* 340. *ab init.* Phanuc. *de Inuent.
part.* 7. *num.* 143. *cum plurib. apud* Genuam. *in conciliatione
harum ll. pro quarta, & postrema Accursii n.* 12. *maximè post
* antesignanum nostrum* Bart. apud Genuam.

Et adiiciebam Iustinianum adeo tacitis hypothicis in
legata, & magis in dotes vxorium propensum *in l.* 1. *&* 2. 19
*C. communia de legat. sed non vsque Instit. de legat. l. vlt. C. qui
pot. in pign.* vbi de Hypotheca cum potiori iure contra om-
nes habentes mariti creditores, licet anterioris sint tem- 20
poris priuilegio vallati, non tamen adeò testamentarium
in legatis, & vxorium in rei vxoriæ actione, vt statueret
aliquam tacitam † hypotecam in bonis hæredis *dicta l.* 1. 21
& dicta l. vlt. cum aliis.

Viderint alij differentiam in ijs, quæ debitor gessit
nomine hæredis, aut non nomine hæredis † propter
ratificationem in primo actu, & citra ratificatio- 22
nem in secundo inductam à Bartol. *in dicta leg. rem alie-
nam num.* 14. *vers. Item oppone ex Gloss. & explica-
tam ab* Alexand. *ad l. si seruus alienus ff. de leg. prima numer.*
3. *vers. & hoc esset benè notandum, & amplius à* Spad. *di-
cto consil.* 340. *maximè num.* 3. *cum aliis apud ipsum, &* Mer-
lin. *de pign. d. quæst.* 16. *num.* 19. *& præcipue* Negusant. *de
pignor. membr.* 2. *numer.* 57. *vers. & sic differentia part.* 2.
(nisi subtilius, & diuersius Negusantius ex Alexandro
allegato accepit differentiam nomine hæredis pro simplici
neminatione, quatenus alia sit obligatio rei alienę pro
sua debitoris, † alia hęredis vt hęredis posteà successoris, 23
vt videtur ibi, Aut defunctus obligando bona hæredis non
fecit mentionem de hęrede,) cum hanc differentiam non
habere iuris saporem senserit Merlin. *dict. quæst.* 16. *dicto
numer.* 20. & miratus sit cum aliis, & suo Consilio Nea-
pol. Afflict. *decis.* 111. *num.* 16. *& contemptim dicta dec.* 200
in fine.

Nec opus, aut operæ pretium est disputare rationes,
& comparationes obligandi hęredes, & bona hęredum
† contractu, & legato apud *alleg.* maximè ex Franc. Aret. 24
*ad l. hæredis seruus, ff. de leg. à vers. & ista Gloss. ad vers.
In eadem glossa*, pro facultate, ac libertate legandi

T 3 ab

25 ab vno, & à singulis, † sicut ab omnibus hæredibus vsque ad exhaustam partem alicuius, §. *& cum quæsitum Instit. de leg. falcid. l. in singulis hæredibus 77. ff. eodem*.

Ex his & huiusmodi, eundo quo itur, (vtrum quo eun-
26 dum,) constitit hoc ius moribus, † non legibus introductum, vt sæpè dicebant Iurisprudentes *l. 2. ff. de vulg. l. 5. ff. de act. empt.* & de quibus causis scriptis legibus non vti-
27 mur, id custodiri oportet, † quod moribus & consuetudine introductum est, *l. de quibus 32. ff. de legib.* & si qua in re hoc deficiat, tunc quod proximum, & con-
28 sequens rei est, *dicta l. de quibus*, † & simile in facto *glossa prima vers. secundo* si hoc deficiat; Nisi alius sit sensus *d. l de quibus*, & cum in casu controverso deficiat consuetudo, spectanda sit non alia similis, sed præce-
29 dens illius casus, † atque ita proxima non remota, quod probat *l. prima C. quæ sit longa consuet.* Menoch. *de Arbitr. Iudic. cas. 84. num. 5.* quæ est regula certior *d. l. 1. & ex* Bald. *ad dictam l. de quibus sub num. 7.* Rota *decis. 37. num. 35. par. 2. diu.* & consuetudo de vno casu ad alium extendi non po-
30 test, † sed debet probari in actu de quo agitur, ex ipso Bald. *ad cap. primum de his qui feud. dare poss. num. 21.* Rota *decis. 172. num. 2 part prima diu. & decis. 254 num. 18. par. 10.* atque vt scripsit ibidem Bald. quantum consuetudo
31 habet de actu, † tantùm habet de potentia, & amplius quia esset præter legem, Piagg. *de consuet. quæst. 12 ab init.*
32 *& à num. 94.* † quod si contra legem adhuc exigit præscriptionem longissimi temporis 40. annorum, Rota coram Buratt. *decis. 19. num. 7. cum aliis annott. ad decis. 3. num. 15. vers. sed contra ius*; Et quidem siue contra rationem iuris
33 reciperetur, vt dicitur *in l. quod contra 14.* † siue non ratione iuris introduceretur, vt dicitur *in l. quod non ratione 39. ff. de legib.* & hoc ipsum arbitrio iudicis est, vt quæ dicatur
34 consuetudo rationabilis, † vel irrationabili secundùm Hostien. &c. Crauett. *cons. 96. num. 3. vers. & quando* Menoch. *de Arbitr. Iudic. cas. 82. num. 2.* si clarum esset consuetudinem esse irrationabilem, contra rationem legis,
35 nec esset dubium quin sit contra legem, † sicuti è contra si clarum esset consuetudinem esse contra legem, non esset dubium quin sit irrationabilis, Menoch *d. cas. 82. num. 4.*

36 Plane consuetudo ipsa obligandi bona hæredum † videtur contra legem, & contra rationem legis expressam, *dicta l. Paulus, & d. dicta l. rem alienam*, quia bona hæredis
37 nunquam fuerunt testatoris, † vt declarat *Gloss. prima d. l. PAVLVS*, & quia hæres nihil ipse pepigit de pignore & requiritur vt conuenerit ipse de pignore, cum sola pi-
38 gnoris conuentio † illa sit, quæ pignoratitiam, siue directam, siue vtilem, inducere potest, *dicta l. rem alienam* Cuiac. *obser. 26. ad med. lib. 19.* Fab. *coniect. iur. cap. 17. vers. Verum longè aliter lib. 20.* Connan *comment. iur. cap. 13. num. 8. & 9. lib. 4.* Borell. *de pignor. cap. 7. à vers. quo posito*, Balduin *cap. 12. vers. diximus pignus*; Et mirabile videretur
39 quomodo hypoteca, † & pignus, (quantum, & quorsum differant, §. *Item seruiana Instit. de act. cum ibi not.*) quæ
40 contrahuntur † expressim *ex dd. ll.* paucis exceptis sub suis rubricis, *ff. & C. in quib. caus. tacitè contrah.* Adeo vt ta-
41 citè saltem à lege, † vel statuto inducantur, *vt ex dd. titulis, & aliis alleg. retulit* Merlin. *qu. 11. ex num 15. lib. primo*
42 contrahuntur tamen per aditionem hæreditatis, † vix quasi contractu cum legatariis §. *Hæres quoque Inst. de obl. quæ ex quasi controu.* & ignoranter, ignorata obligatione defuncti, atque ignorantius, ignorata quoque successione defuncti defuncto antecessori, quin etiam defunctus successiuè antecessoribus, qui bona hæredum obligauerunt.

Quod si quasi contrahatur adhuc ab hærede hæredis per aditionem hæreditatis defuncti ignorata quoque illius aditione hæreditatis defuncti, qui obligauerat, quin etiam ignorato ipso priore defuncto, quàm durum est? adeo non proximum neque consonum in facto consuetudini obli-
43 gandi bona hæredum vlteriorum ita procedendo, † cùm quia à proximis hæredibus procedendo proceditur in infinitum, tum etiam quia proximi hæredes cogitari saltem potuerunt contractus proximorum defunctorum non etiam superiorum quos ipsos alii præter proximos neque
44 cogitarunt, † & controuertitur etiam in primis hæredibus an sit necessaria scientia obligationis bonorum suorum Phanucc. *dicto cap. 16. numer. 139.* Merlin. *d. qu. 16. ex num. 34.*

Sed & bono publico refragari videtur huiusmodi hypo-
45 teca bonorum hæredum, † & multò magis vlteriorum in obligationibus hæreditariis innumeris, & infinitis, & ideo videtur irrationabilis consuetudo, † vt rationabilis 46
est, quæ bono publico non refragatur, Menoch. *d. cas. 82. num. 8* & satis est non esse ratione introductum *dict. l. quod non ratione* Rota *decis. 254. num. 19.* 47

Sin autem quis obligare quidem posset bona hæredum vlteriorum per multas successiones, & in infinitum, † ta- 48
men voluisse minime videtur, quia non tantùm ex suprascriptis hæc obligatio non personalis, sed sed realis sua natura non transit in hæredes, sed etiam cum hoc verbum Hæres profertur in materia, quæ sua natura non transit in hæredes, † de primo tantum intel- 49
ligitur Rebuff. *ad l. sciendum, ff. de verb. signif. vers. quartus casus*, Ludouic. *conclus. 16 Illat. 44. limitat. 3. & 8.* Gomes. *var. resol. 11. de quib. controu. num. 14. vers. si vero loquimur tom. 2. vbi sub num 15.* si expressè actum sit inter Partes transit, sed est noua concessio, *vers. vnica tamen* Rauden. *de Analog. cap. 10. à num. 22.* Item quia absurdum sequeretur videlicet omnium iam bonorum ferè omnis obligatio, & nihil immune à pignoribus, & hypotecis, consuetis Cameralibus obligationibus præter alias aliter, expressas; † Quod si absurdum quoddam sequere- 50
tur, hoc verbum hæres de primo tantum intelligitur Rebuff. *ad d. l. sciendum vers. sextus ad rem*, Rauden. *dicto cap. 10. num. 25.*

Nec parum conferre videtur, quod hæredis appellatio non solum ad proximum hæredem, sed & ad vlteriores refertur quidem, nam, † & hæredis hæredes, & deinceps 51
hæredis appellatione continetur *l. hæredis appellatio 65. ff. de verb. sign.* sed sciendum est huiusmodi hæredem † per 52
multos successores accipi *dicta l. hæredes 70. ff. eod.* & per successionem longissimam † *l. qui per successionem 155 ff.* 53
de reg. iur. adeoque non, quia pariter & propriè hæres, & hæres hæredis sint hæredes defuncti, sed quia hæres † 54
hæredis per multas saltem duas successiones est, & velut vnda superuenit vndam ex Horatio notatum † fuit *ad d.* 55
l. sciendum.

Iamque remouentur, aut non refragantur *dicta l. hæredis appellatio & dicta l. sciendum*, † etiam de propriè hæ- 56
rede, etiam in ea dispositione, quæ habet strictam interpretationem apud Gratian. *disc. 743 numer. 18.* etiam in † 57
pœnalibus apud Bertaz *dict. gloss. vltim. sub dict. numer. 2.* postquam egerat de forma obligandi bona hæredum.

Quia præter suprascripta de potestate, & de voluntate, & de verborum significatione, qui per successionem eiusmodi longissimam defuncto hæredes extiterunt † non 58
minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes existunt *dicta l. qui per success.* largo modo † & impro- 59
prie ex Decio *num. 2. vers. de prædicta*, vbi etiam dicitur hæres secundum quid, & non simpliciter dum appellatur hæres hæredis, *num. 10 à vers Tertio intellige, & post* Cephal. & Riminaldum Masull. ad Capic. *decis. 191.* nec reperitur hoc iure cautum, † quod hæres hæredis dicatur ea- 60
dem persona cum defuncto &c. apud Paul. Castrens. *cons. 217 vers. sed prædictis lib. 2.* & sequuti sunt Dec. *ad l. hæredem ff. de reg. iur. num. 7 vers. & adde*, Tiraqu. *retr. conuent. § primo gloss. 6. num. 19. in fin. & le Mortsait le Vif dub. 5. num. 5 par. 2. & cum pluribus* Giurb. *obser. 104. nu. 28.* Quin etiam vix est vnam quodammodo † esse personam 61
hæredis, & defuncti *Authent. de iur. iur. sub init.* quin immò vix qui hæres extitit ei, qui Titio, † Titio quoque 62
hæres videtur esse, adeoque cum hac differentia vt Titio primus hæres fuerit secundus autem hæredis hæres Titio esse videatur, §. *vltimo l. 7. ff. de acquir. hæred.* & quidem in actionibus hæreditariis, † quæ omnes sunt in perso- 63
nam *l. prima & seqq. C. de hæred. act.* & de quibus laxius vti ad quas Gratianus, & Gratianistæ secus de hypotecaria, † quæ in rem est *l. pign. 17. ff. de pign. l. pignoris 18. C.* 64
eod.

Cauendo insuper aliud videri de pariter obligato hærede hæredis quo maximè opposita tendunt, aliud de pariter 65
obligando, & obligandis eius bonis.

Præterea ex ipsis oppositis, & apud ipsum Gratian. Menoch. *cons. 89. num. 13. ex sententia Bartoli & plane §. Hæc verba l. 8 ff. de vulg.* dispositio homini † verificatur 66
solum in primo hærede, id quod probant alii plures, & ipse Menoch. quod si in testamentis *dicto §. hæc verba*, multò magis in contractibus, vt in testamentis plenius voluntates † testantium interpretamur *l. in testamentis 11. ff. de* 67
reg. iur.

Et sic vtraque parte informante decisum.

Adno-

Adnotatur iuxta præcedens responsum D. IO. BAPTISTA DE LVCA succedens discurs. 38. de credito lib. 8. & comprobatio alterius D. De Luc. ad franch. decis. 581. num. 8.

Sequitur Responsum ad materiam Decisionis præcedentis D. ALOYSII Manzi Patritij Lucensis Authoris præstantissimi consultationum, seù rerum iudicatarum.

SVMMARIVM.

1 *Rotæ Romanæ auctoritas, & iudicium sufficit pro decisione cuiuscumque articuli.*

2 *Obligatio in forma Cameræ idem importat, ac obligationem propriam suorumque hæredum.*

3 *Hæredum appellatione non tantùm primi, quam etiam omnes in infinitum includuntur hæredes intellige, vt num. seqq.*

5 *in Stipulationibus stricta facienda est interpretatio.*

6 *Exceptio facta in aliquibus casibus extenditur etiam ad alios similes.*

7 *Hæredis nomine in materia odiosa, de primo tantùm hæredes intelligitur.*

8 *Mortis appellatione in abstracto continetur æquè mors naturalis, ac ciuilis.*

9 *Mors naturalis solummodo venit appellatione mortis in ea materia, in qua stricta fieri debeat interpretatio.*

10 *Hæredis appellatione in contractibus de sui natura transitoriis ad hæredes veniunt etiam hæredes hæredum.*

Secus autem si agatur de re, quæ secundum suam naturam non sit transitoria ad hæredes, nu. 11.

12 Textus in l. annalibus 22. C de legatis *cum suis similibus declarantur ac etiam supra num. 3. cum seqq.*

13 *Obligationes omnes, promissiones, & pacta transeunt in hæredes.*

14 *Stipulatio etiam stricti iuris transit ad hæredes.*

15 *Obligatio defuncti, quod obliget etiam hæredem est secundum iuris dispositionem.*

16 Tiraq. de retr. conuent. §. 1. gloss. 6. nu. 20. *declaratur & sup. num 13. cum seqq.*

Obligatio bonorum hæredis de sui natura non venit in obligatione defuncti, nu. 16.

17 *Obligatio bonorum defuncti non continet bona hæredum.*

18 *Statuta continuatiua possessionis defuncti in hæredem, non comprehendunt hæredem hæredis.*

19 *Statuta continuatiua possessionis defuncti in hæredes sunt contra ius.*

DECISIO CCXXIII.

LICET Sacræ Rotæ sola authoritas, & iudicium, quod semper venerari soleo, pro multis sufficiat
1 † ad credendum, quod obligatio facta à debitore non modo suorum bonorum, sed etiam bonorum suorum hære-
2 dum, seù saltem in forma Cameræ Apostolicæ, † quod est idem, vt ex formulario tradito apud Gallesium, compræhendere non valeat bona hæredum, sed bona tantummodo primorum, & immediatorum hæredum, Idem tantum ex duabus potissimum rationibus conformari posse crediderim.

Primo, quia & si textus habeamus indiuiduas defi-
3 nientes, quod appellatione hæredum † non tam primi, quàm sequentes, & omnes in infinitum includantur hæredes, *vt in l. hæredis appellatione 65. l. sciendum 70. ff. de verb. sign. l. in annalibus 22. C. de legat.* hoc est verum, si quærimus in abstracto, an appellatione hæredum contineatur hæres hæredis, & ideo in allegatis
4 legibus dicitur, referri etiam ad vlteriores hæredes, † quia scopus legislatoris fuit determinare, quidnam in abstracto sub verbis includatur; Aut quæritur de quæstione in concreto, & in concreto odioso, & in quo est facienda
5 interpretatio stricta, & per prius, † vt in stipulationibus *l. stipulatio ista §. in stipulationibus, ff. de verb. oblig.* & tunc potius retorqueri posse videtur dispositio præfatæ *l. sciendum*, in exceptionibus ibi positis ad limitationem traditæ regulæ, quæ continent materiam odiosam,
† cum exceptio facta in aliquibus casibus ad similes 6
extendatur, ex latè traditis apud Dec. *in l. prima numero 32. de reg. Iur.* sequitur, quod quotiescumque materia sit odiosa, † intelligenda sit de primo hærede 7
tantùm, ita ratiocinatur Alex. Rauden. *in suo tract. de Analogis lib. primo cap. 10. ex numero 20. vsque ad numero 27. vbi numero 26.* infert ad appellationem mortis, sub qua in abstracto continetur, tàm mors naturalis, quàm mors ciuilis; † verùm si quæstio ver- 8
setur in dispositione, in qua stricta sit facienda interpretatio, intelligi debet de morte naturali † tantùm, 9
& alios adducit Ioseph. Ludouic. *conclus. 16. illat. 44. vers. limitatur secundò.*

Secundò fortius, & tutius distinguendum est, aut agitur in contractu de re, & obligatione sui natura, & ex Iuris dispositione ad hæredes quoque transmissibili, & transitoria, † & tunc hæres hæredis, & 10
omnes in infinitum sub hæredum nomine concludunt, siue eorum in stipulatione fiat mentio, siue non; aut agitur è contra de re, siue obligatione regulariter, & ex Iuris censura ad hæredes non transitoria, & aduersus regularem Iuris dispositionem à contrahentibus in obligationem deducta, † & eo ca- 11
su mentio, & appellatio hæredum primos tantùm, & immediatos compræhendet Gomez. *var. resol. tom. 2. cap. 11. sub numero 23. vers. dubium tamen singulare*, & ibi respondet *ad text. in dicta l. in annalib.* Cotta *in suis memorial. in verb. hæredis appellatione vers. secundo limita* Ioseph. Ludouic. *dicta conclus. 16. illat. 44. vers. tertio limitat.* & ideo ait Sim. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. libr. 3. interpret prima dubit. 3. solut. 5. numero 24. 25. 26.* quod regula tradita in dictis legibus non procedit † in duobus casibus. 12
Primo quando intentio disponentium directa fuit in certum, & determinatum hæredem. Secundo quando in re aliqua de Iure non transitoria ad hæredes, quia tunc, vt inquit, res ipsa, vel obligatio non transit vltra primum hæredem. Et quamuis Tiraquell. *in sua tract. de retract. conuent. §. primo gloss. 6. numero 20.* contrarium tenuisse videatur in suo casu, quia, vt ait, omnes obligationes, promissiones, † 13
& pacta in hæredes transeunt, etiamsi versemur in stipulatione, quæ est stricti Iuris *leg. si pactum ff. de probat. vbi* Bald. Alberic. & alij. Non obstat tamen nostræ distinctionis membro, quia non est contra, sed potius secundum Ius, quod persona hæredis remaneat obligata pro obligatione defuncti, † 15
etiamsi non fuerit specialiter, obligatio pro se, & suis hæredibus concepta ex iam dictis, imò confirmat casum nostrum, in quo agitur de obligatione facta bonorum hæredis, quæ sui natura non veniunt, nec de Iure ligantur cum obligatione defuncti,
† vti mox dicam, quia in eadem Gloss. *6. numero* 16
22. benè ait, contraria procedere in casibus specialibus, qui ratione quadam priuata, & speciali non transeunt ad hæredes, nisi de eis specialis mentio habita fuit. Quod autem obligatio facta bonorum hæredis sit facta super re ad hæredes non transmissibili, patet, quia regulariter obligatio generalis bonorum defuncti, † non continet bona hæredum, vti latè 17
dixi *consult. 56 num. 11.*

Et hinc est, quod in proposito dicunt DD. quod statuta continuantia possessionem defuncti in hæredes
† non comprehendant hæredem hæredis, vti trad. 18
Cotta *in suis memorial. in verb. hæredis appellatione vers. 3. limit.* Plot. *in l. si quando num. 847. & infert.* Raudens. *dicto tract. de analogis lib. 1. cap. 15. num. 347.* quia inquit, est contra Ius commune, † & ei 19
directo contrarium esse tradit Io: de Imol. *cons. 16. nu. 14.* Tiraq. *in tract. de mort. saisit. part. 1. declarat. 3. nu. 3.* Menoch. *cons. 139. nu. 10.* Rota *dec. 392. nu. 2. in fin. par. 2. rec.*

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Cusentina Terrarum.

Lunæ 16. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Permutatione facta de bonis fructiferis cum censu creato ex simplici credito, & sic nulliter contra formam Pianæ Constitutionis, quia semper tenetur cedens facere bonum debitorem cessum; ideò fuit ille condemnatus ad restitutionem pecuniarum vna cùm eo quod creditoris interesse potuit.

SVMMARIVM.

1 *Promissio censum esse verum, & exigibilem, importat vt ille sit vere, & legitimè creatus.*
Debitor promittens censum verum, & exigibilem omni exceptione remota, de iure remanet efficaciter obligatus, num. 1.
2 *Censum qui promisit esse verum, & exigibilem debet præstare se esse creditorem cum effectu.*
Vendens nomen debitoris, quid de iure præstare teneatur, num. 2.
Debitor cessus verus in substantia venit, de iure præstandus.
3 *Census cessus, vel permutatus, nec verus, nec exigibilis dici potest si fuit creatus ex credito.*
4 *Census creatus ex credito, non autem cum pecunia numerata remanet nullus, & inualidus.*
5 *Constitutio Sanctæ memoriæ Pii V., super forma creandi censum est in Regno Neapolitano etiam vsu recepta.*
6 *Cedens creditum tale quale sibi spectat liberatur à præstando locupletem debitorem cessum, non autem à manutenendo illum verum.*
7 *Permutatio facta de terris fructiferis, cum censu nulliter imposito, non sustinetur ratione crediti sortis ipsius census.*
Solutio vnius rei pro alia inuito creditore fieri non potest, num. 7.
8 *Cedens censum impositum non seruata forma Constitutionis Pianæ tenetur ad restitutionem pretii, & ad omne id, quod creditoris interest.*
9 *Inexigibilitas debitoris certi ex quibus dicatur concludenter probata.*
Inexigibilitate crediti cessi probata, potest quis capere possessionem propria auctoritate vigore pacti conuenti, num. 9.
10 *Associatio conceditur vigore constituti, & pacti de capiendo possessionem propria auctoritate.*

DECISIO CCXXIV.

CESSIT Fratribus de Monacis in permutatione Terrarum, de quibus agitur, Iulius de Acro Censum ad sui fauorem impositum à Paulo Cimino Barone Terræ Cauuri, promisitque illum verum, & exigibilem, & in euentum contrarii, & litis quomodolibet, inferendæ tribuit facultatem Cessionariis capiendi earundem possessionem propria auctoritate prætendentes vtrumque Casum euenisse, petierunt contra fratres de Amantea modernos possessores associari, quod Rota denegauit, *vt ex decis.* 36. *post* Oleam *de Cession. Iur.* à quo hodie post trinam propositionem ex nouiter deductis recessum fuit.

Probat enim Instrumentum permutationis in Summario illorum de Monacis *num.* 2. Iulium promisisse Cen-
1 sum esse verum, & exigibilem, †quod importat, vt sit ri-
tè, & legitimè creatus, adeò vt illius debitor omni exce-
ptione remota remanserit de iure efficaciter obligatus, per
text. in *l. si nomen, ff. de hæred. vel action. vend vbi* Bald.
aduertit, quod vendens nomen Debitoris, debet præsta-
2 re se esse creditorem, cum effectu illudque facere bonum
de iure scilicet, quod verum sit in substantia idem firmant
Giurb. *decis.* 87. *num.* 10. Dec. *cons.* 102. *num.* 1. Mantic. *de taeit. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 5. Cenc. *qu.* 2 *nu.* 23. *vers.* 1. *est* Adden. ad Greg. *dec.* 579. *n.* 5. *cum aliis cumulatis per* Oleam *de cess. Iur. tit.* 7. *qu* 3. *nu.* 3.

In præsenti autem facti specie, nec verus, nec exigibi-
lis dici potest census permutatus, † cùm apparear nulliter 3
impositus, vt potè de credito prouenienti ex pretio Animalium, non autem cum pecunia numerata, vndè tamquam creatus contra expressam formam Bullæ san. me.
Pij V. requirentis actualem pecuniæ numerationem, † 4
remansit nullus, & inualidus iuxta receptissimam sententiam Rotæ *de qua in decis.* 80. *num.* 5. & 118. *num.* 3. & *decis.* 120. *num.* 2 post Cens. de Cen. & *decis.* 20. *num.* 17. *par.* 9. *rec* & *in Baren. Census* 15. *Iunii* 1661. *coram bon. memor. Leone Verospio.*

Nec dici potest hanc Sanctissimi Pontificis Constitutio-
nem non esse in Regno Neapolitano vsu receptam, † 5
nam contrarium firmat Viu. *decis.* 369. *num.* 17. *lib.* 2 Dicens esse in viridi obseruantia, & pluries dixit Rota *nempè in Thelesina Census* 9. *Decembris* 1630 *cor. bo. me. Dunoz. in Brundusina Assistentiæ* 27. *Martii* 1645. coram bo. mem. Card. Verospio apud Merlin. de Pignor. *dec.* 43. *num.* 15. *repetita in rec. dec.* 20. *par.* 9. & *in alleg. Baren. Census cor. bon. me. Leone Verospio.*

Non obstat, quod Census certus fuerit eo modo quoad
Iulium cedentem spectabat, nam quando creditum ce-
ditur tale quale liberatur quidem cedens à præstando de-
bitorem cessum locupletem, & soluendo, † non autem à 6
manutenendo illum verum de iure redditur Immunis, vt sentit Mangil *de euict. quæst.* 79. *numer.* 7. & 14. Gratian. *discept.* 101. *num* 22. & 23. Olea *vbi supra numer.* 3. *in fin.* Rota *in Romana pecuniaria* 5. *Iulii* 1655. §. *vltimo coram me*, quamobrem in casu nostro multo magis intrat conclusio dum expressè census cessus fuit pro vero, & exigibili.

Minus satisfacit responsio, quod licet census sit nullus
adhuc remanet creditum sortis, quia cessat obiectum ani-
maduertendo mentem Contrahentium fuisse dandi, &
recipiendi rem æquè fructiferam in compensationem Ter-
rarum fructiferarum, † Non autem simplex, & sterile 7
creditum pecuniarium, & sic intrat regula, quod vnum
pro alio inuito creditore solui nequit, & in Terminis quod
cedens Censum impositum non seruata forma Constitu-
tionis Pianæ, †teneatur ad restitutionem pretii, & ad om- 8
ne quod creditoris interest firmat Leotard. *de vsur. qu.* 90. *nu.* 22. Grat. *dec. March.* 13. *nu.* 31.

Demum accedit inexigibilitas resultans ex lite, & ge-
nerali concursu creditorum, & discussione omnium bono-
rum debitoris, & in qua idem Iulius de Acro fuit vocatus,
& interpellatus à Dominis de Monacis ad eos liberan-
dum à molestiis, *vt in eodem Summa. num.* 4. 5. & 12. cum
subsecuta sententia graduatoria per quàm ipsi cessionarii
exclusi remanserunt, cum pretium bonorum fuerit con-
signatum aliis creditoribus anterioribus, & potioribus res-
pectiuè, † quæ sententia, & interpellatio operantur, vt in 9
casu isto factus sit locus pacto de capiendo possessionem
propria auctoritate stante dicti census inexigibilitate Ro-
ta *dec.* 24. *num* 1. & *decis.* 31. *num.* 2. & 3. *post* Oleam *de cess. Iur. idem* Olea *d. tract. tit.* 7. *par.* 3. *num.* 38. Rota *in rec. decis.* 207. *par.* 11. *num.* 1. *vers. est inquam probata inexigibilitas*, & *num.* 2. Quapropter iuncta inexigibilitate cum nullitate
impositionis census satis Dominis visa fuit commissa sti-
pulatio, & locus Constituto, & executioni pacti de ca-
piendo possessionem propria auctoritate † cuius vigore 10
competit associatio Magon. *decis. Lucen* 87. *num.* 14. & 15. Gratian. *disceptat.* 926. *num.* 21. Rota *decis.* 16. *num.* 1. *post* Salgad. *Labyr. Credit.* & cum aliis in principio præteritæ decisionis.

Et ita vtraque in secunda propositione, in ista verò illis de monacis tantum informantibus Fratribus de Amantea pluries intimatis, & expectatis conclusum fuit.

R.P.D.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana quarti dotalis.

Lunæ 16. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Constituerat mulier secundo viro dotem super bonis sui primi viri, quæ solum ad vsumfructum retinebat deinde constante matrimonio conuenit cùm eodem secundo viro super quantitate ab vno quoque lucranda; quæritur an transactio, seù conuentio huiusmodi substineatur, & affirmatiuè concluditur ex rationibus in subsequenti Summario, & Decisione ponderatis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum lucrandæ dotis de iure permittitur.*
2 *Conuentio de lucro dotis quomodolibet fieri conceditur à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 131.*
3 *Pactum à muliere factum super lucro dotis obseruari debet.*
4 *Mulieris conuentio super lucro dotis facta constante matrimonio, quando substinetur & num. 9. cum seqq.*
5 *Transactionem ad substinendam sufficit solus timor futuræ litis.*
6 *Maritus recipiens in dotem ab vxore fructus ex aliquo pignore percipiendos, illos inuestire tenetur, & solum est Dominus fructuum, & nu. 7.*
7 *Dos in fructibus recepta in eisdem fructibus venit restituenda, & sup. nu 6.*
Maritus recipiens solos fructus in dotem hoc ipsum sibi imputare debet nu. 7.
8 *Maritus, eiusque hæredes de iure compelli non possunt ad restitutionem dotis, quam ille non recepit, nec dolo desiit recipere.*
9 *Reductio, seù Pactum quarti dotalis inter virum, & vxorem fieri nè possit constante matrimonio, & supr. nu. 4. & nu seqq. infra.*
10 *Transactio facta inter coniuges constante matrimonio super lucro dotis, quando est reciproca substinetur.*
Læsio semper excluditur, quando quis ex futuro contingenti æque potest recipere commodum sicuti, & damnum, nu. 10.

DECISIO CCXXV.

DENVO censuerunt Domini quartum dotale Helenę Deberi iuxta formam secundi instrumenti atque ita standum esse *in decisis sub die* 28. *Iunii* 1666. Ratio resolutionis fuit pactum expressum quo ipsa, & Iacobus vir transigendo quartum reduxerunt ad sc. 125. ac si dos fuisset sc. 500. quod eisdem facere licuisse dubitari non potest,
1 siue attendatur vtriusque Iuris dispositio † de qua in eo donatio permittitur *§. sane de donati inter vir. & vxor. & in l. 1. § illo vbi gloss. in verbo pactionibus C. de rei vxor. act.* siue Statutum *Vrbis cap. 131. lib. 1.* Indulgens contrahentibus super illo posse quomodolibet conuenire vnde tanquam a iure permissum, & ab ipsa muliere in instrumento restitutionis dotis non controuersum impleri debet per *text. in l. 1. §. Prætor ait ff. de pact.* Surd. *cons.* 113. *nu.* 1. & 2 Peregr. *decis. Patanin* 18. *nu.* 12. Rota *dec.* 102. *nu.* 11. & 12. *par.* 8 *rec.*

Nec in tali conuentione considerari potuit defectus causæ itaut intrare possit dispositio eiusdem *Statuti capit.* 131. *eodem lib.* 1 requirentis in contractibus mulierum copulatiuè solemnitates, & iustam causam, quoniam, cum
4 id factum fuerit ad euitandas lites † quæ oriri poterant, tàm super restitutione dotis, quàm lucri dotalis ex eo, quia bona stabilia data in dote tradita fuerunt ab ipsa Helena in fundum dotalem cum pacto eadem restituendi, quod nullatenus effectum sortiri poterat dum maior pars illorum non erant propria, sed hæreditaria primi viri ad quę associata fuerat donec ex fructibus de suo credito satisfecerit, quæ causa cum fuerit Iudici exposita, & ab ipso plene cognita sufficiens. Fuit ad transigendum † cum so- 5
lus timor litis sit ad effectum substinendi satis transactionem *l. 2. C. de transact.* Grat. *disc.* 865. *nu.* 1. cum aliis relatis, tàm in præterita *dec. §. non obstat exceptio quam per* Moder. Hisp. *in suo nouissimo tract. de transact. tit. 2. part. 2. numer. 9. & seqq.*

Neque releuat, quod saltem fructus illorum censeantur dati in dotem itaut Maritus illos quemadmodum exigebat successiuè inuestire teneretur pro dote vxoris, † & so- 6
lum fructibus fructuum in sortem redactorum constante Matrimonio frui debuisset iuxta *text. in l. si conuenerit ff. de pact. dot. l. dotis fructus ff. de Iur. dot.* quia præter, quod hæc Iura, & dicta illa sequentes loquuntur prout considerat *decis. huius causæ in §. non subsistit*, quando non ipsa bona, vt in proposito, sed ipsi fructus specialiter dati in dotem, † quo 7
casu facienda est restitutio eorumdem fructuum, & sibi imputare debeat Maritus, qui ita duxit vxorem, vt ad uerterunt Guttier. *de tutel. p. 3. c. 35. nu. 4.* Thesaur. Iun. *qu. forens. lib. 3. qu. 41. in fine* Rot cor. Merl. *dec.* 843. *nu.* 3. & 4. in præsenti autem cessat ex facto difficultas cum ex Testibus, & aliis datis in hodierno Summ vicinelli appareat ante, & post associationem ab Helena obtenta bona prædicta semper fuisse possessa à quibusdam de Vecchis Creditoribus primi viri, & eidem Mulieri anterioribus, qui cum in iudicio associationis citati minimè fuissent impediuerunt in Tribunali A. C. manutentionem à dicta muliere super dd. bonis petitam; Ideo quoquo modo fructus viro promissi fuerunt semper erit verum dicere ipsum eiusque hæredes compelli non posse ad restitutionem † illius quod 8
non fuit assequutus, nec dolo aut culpa assequi desiit ad *Text. in l. Cohæredi §. cum filiæ ff. de vulg. & Pupill. l. 3. §. vxor. vbi* Bart. *ff. de dot. præleg* Rot. *in Romana Pecuniaria 7. Maii 1660. §. respectu vero cor. me.*

Non obstat, quod transactio & reductio quarti facta fuerit constante matrimonio, quo durante nihil innouari potest inter virum, & vxorem † vnde hæc in dote læsa re- 9
manet iuxta *cons. Nattæ 207. per tot.* Etenim ipse loquitur in dote vndique certa, & nihil dixit de lucro super quo Partes in proposito casu transigere voluerunt ibi: *ad effetto solo di liquidare il quarto*, quod ex iam dictis fieri non prohibetur etiam constante matrimonio, quia Pactum fuit reciprocum inter Coniuges dependens ab incertitudine futuri euentus præmorientiæ, quod sicuti cuilibet ex ipsis accedere poterat ita etiam quandocumque † læsionem 10
excludit, quæ nunquam consideratur, quando quis ex futuro contigenti potest pati damnum sicuti, & consequi lucrum per *Text. in l. 1. C. de pact. l. si iactum retis ff. de act. empt.* Alex. *in l. de fideic. n. 2. C. de trans.* Oddus *de rest. in integrum par. 2. qu. 57. art. 3. n. 18.* Rota *dec.* 582. *nu.* 18. *tom.* 3. *p.* 4. *rec.* & *in Hispalen rescissionis contractus 29. Maii 1641 §. Imò ad effectum cor. bo. me. Peuting.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien Dismembrationis.

Lunæ 16. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Retractatur Vnio facta Seminario de beneficio Parochiali contra formam Sac. Concilii Tridentini, quamuis beneficium vnitum etiam solo habitu curam haberet annexam, & quamuis etiam aduersus illam præscriptio quadragenaria adduceretur, quia cum titulus detectus fuisset inualidus, eadem præscriptio nullatenus suffragatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio Ecclesiæ requirit iustitiam & validitatem, necessitatis nempè, vtilitatis, & solemnitatis eodem modo, quo requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ.*

2 *Vnio facta Seminario contra formam* Concilii Tridentini capit. 18. sess. 23. de reformat. *est ipso iure nulla.*

3 *Parochialis Ecclesia, etiam habitu tantùm curata, Seminario vniri ab Episcopo minimè potest.*

4 *Vnio, disunio, dismembratio, suppositio subiectio, seu ammembratio quomodò differant inter se.*

5 *Disunio facilior est, quam dismembratio.*

6 *Episcopus cessante causa vnionis potest illam dissoluere non solùm à se factam, sed etiam à Papa.*

Episcopus in dissolutione vnionis quando procedat vti delegatus Sedis Apostolicæ, nu.6.

7 *Vnio fieri non potest non vocato defensore beneficiorum vniendorum.*

8 *Dissoluitur eo prorsus modo, quo quid colligatum reperitur.*

9 *Consensui nihil tam contrarium est quam error.*

Consentire non videntur qui errant, nu.9.

Regula quæcumque patitur exceptionem præter illam quam errantis nullus est consensus, numero 9.

10 *Vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ examinari tantùm possunt, & vide nu.seqq.*

Conc. Trid. cap.6. sess.7. de reform. *traditur, & declaratur, nu. 10. & 11.*

11 *Subiectio perpetua examinari tantummodo potest à quadraginta annis citrà, & numer. seqq. vbi vide.*

12 *Vnionem simpliciter allegans immemorabilem probare tenetur, deducens verò illam fuisse factam, & possedisse per 40. annos, titulum per solam famam iustificare debet.*

13 *Præscriptio quadragenaria omnes, & quascumque actiones compræhendit.*

14 *Præscriptio quadragenaria competit inter duas Ecclesias.*

15 *Reintegratio non datur propter præscriptionem 30. vel 40. annorum.*

Actio nulla competit aduersus præscriptionem trigenariam, vel quadragenariam, nu. 15.

16 *Potestas disponentis Coadiutoris non dependet à forma dationis coadiutoriæ.*

Præscriptio non potest habere locum vbi detegitur titulus inualidus, nu.16. cum seqq.

17 *Coadiutor Episcopi in beneficialibus nullam habet potestatem nisi Episcopus patiatur exilium mentis.*

18 *Præscriptio prodesse non potest ex defectu dispositionis puta factæ contra formam Sacri Concilii Tridentini.*

DECISIO CCXXVI.

ANnò 1376. Bernardus Vicarius tunc Episcopi Bononiesi vniuit duas Ecclesias Parochiales S. Iacobi, & S. Blasii vt pauperes sed anno 1594. iis vacantibus Archiepiscopi Coadiutor præuia assertione, quod Beneficium S. Iacobi esset Parochiale, & illud vnitum S. Blasii simplex, hoc dismembrauit disuniuit, & separauit, & perpetuò vniuit & applicauit, & incorporauit Seminario anno 1653. causa ad Rotam deducta post duas Decisiones, pronunciatum fuit dismembrationem Parochialis Ecclesiæ S. Blasii ab alia Parochiali S. Iacobi illiusque applicationem cum Bonis, & Iuribus ei annexis ad fauorem Seminarii factam fuisse, & esse nullas, & appellante Seminario post aliam decisionem alia sententia iterum fuit confirmatum. Hodie proposito dubio an sententię Rotales sint confirmandæ, vel infirmandæ Dominis confirmandas esse responderunt.

Et visum est, vt de validitate non dubitatum sic de solliditate siue Iustitia non dubitandum, & iniustitia, & inualiditate dismembrationis requirentis iustitiam, & validitatem actus iusta causa necessitatis, nempè, vel euidentis vtilitatis, atque solemnitatis † eodem modo, quo 1
in alienationem Bonorum Ecclesiasticorum ad certam rationem, & allegata, vberimè *in dec.224. nu.40. par.10.* in proposito Dominis non constitit iusta causa, imò constitit iniusta causa, hęc allegata vndique Parochialis Ecclesię Seminario vix permitente vniri aliqua Beneficia simplicia, Sac.Conc.Trid *cap.18.* ibi, *nec non Beneficia aliqua simplicia de reform. sess.23.* Vnde certum est vnionem ab Episco po factam esse nullam, iam † enim sæpiùs censuit Sacra 2
Congregatio Concilii Parochialem etiam habitu tantum curatam minimè posse vniri Seminario ab Episcopo ex dicto *cap. 18.* † Iudice non solùm teste rerum Conciliarium 3
optimo, atque optimè merito *R. P. D. Fagnano ad §. qui verò cap. extirpan. de præben. nu 55.* & consensisse videtur Coadiutor vniens dictum Beneficium vti simplex non vti Parochiale, quod maximum fundamentum visum fuit Dominis.

Informantes pro Seminario distinguebant disunionem de qua agitur à dismembrationem. Vnio enim & disunio fuit inter Beneficia, quæ remanent inter se æqualia, & paria. † Dismembratio verò & suppositio, seu subiectio 4
seu ammembratio, fit inter inferiora, & faciliorem esse disunionem, quam dismembrationem, † cum incon 5
gruum sit membrum stare per se, & ipsam disunionem Beneficiorum videri faciliorem, licèt postea difficilis sit disuniti Beneficii vnio Seminario. Adeoque cessante paupertate, quæ fit causa primæ vnionis Beneficiorum iam viginti annis non Inuenientium Rectores, vt asseruit Vicarius ille vniens, cessaret vnio inuento Rectore alterius de vnitis, † & posset Episcopus vnionem factam cessante 6
causa dissoluere; nec solùm à se factam, sed etiam à Papa, vel legato ex Petr. de Perus. & postea Rebuff. *prax. Benef. de vnion. reuocat. à nu.15. par.9.* Garz. *de Benef. cap.2. à nu.31. par.12.* Barbos. *Iur. Ecclesc. cap. 16. in fine libr.3. vbi post* Garz. *reuoc.* vnionis operatur, quod Ecclesia vnita remaneat in statu antiquo sicut erat ante vnionem

Sed informantes pro Parocho respondebant dismembrationem, siue disunionem Beneficiorum, & vnionem Seminario non esse distinctas, aut non esse distinguendas, vti contemporaneas, & vti causam, & causatum, & considerandum quoque ipsam disunionem, siue vnionis resolutionem non fuisse factam cum causa, vel fuisse factam cum falsa causa, tamquam Parochialis Beneficii Sancti Iacobi, & simplicis Sancti Blasii, incognita antiqua vnione, & Beneficiis vnitis adhuc factam fuisse cum magno damno Beneficii Parochialis Sancti Blasii, non simplicis dismembrati, aut disuniti, vt asserebatur, † 7
& quidem nullo vocato defensore Beneficiorum disuniendorum, quod maximè aduertunt, Barbos. & alii allegati apud Sanleger. *Benef. quæst.156. nu. 4. maximè à vers. Tamen quando agitur de dissolutione*, & hæc Dominis magis arridebant, & admiserunt præsertim quod nihil iam naturale est, † quam eo genere, quodque dissoluere quo col- 8
ligatum est, *l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. iur.* nihil tamen consensui, tam contrarium est, quam error, † vt 9
non videntur consentire, qui erant *l. nihil consensui 116. in princ. & in fin. § eodem, & ibi* Decius *nu. 1.* qui concludit regulam non videri habere aliquam limitationem, & confirmat Cagnolus.

Vnde informantes pro Seminario transierunt ad specialem præsumptionem quadragenariam, & supra quadragenariam ab anno 1594. ad annum 1653. & vnionis perpetuæ à quadraginta annis citra factæ † examinari tantùm 10
possunt ex Sacro Concilio Tridentino *capit. 6. de reform. sess. 7. cum ibi notatis, & de eo* Barbos. *dicto capit. 16. num. 67.* Rebuff. *prax. Benefic de vnion. numer. 34. & 35. part.1.* Loter. *de re Benefic. quæst.28. num.164. libr. 1.* Rota coram Seraphin. *dec 1432. nu.4. & cor. Penia, Lugdunen. Æditionis decis.30 num.7. vers. nihilominus DD. & coram Buratto decis.734. num. 6. & 7. confirmata decis. 756. num. 5. 6.* & de subiectione † Rota coram Ludouis. *decis.17. n.4. & dec.39.* 11
numer. 1. ex quibus si quis allegauit simplicem vnionem, & approbauerit diuturnam possessionem requiritur tempus immemorabile, secus si allegauerit vnionem esse factam & se possedisse per 40. annos hoc † enim 12
casu sufficit probare titulum vnionis etiam per simplicem famam, Rebuff. & Rota coram Penia vbi supra, & de generali præscriptione quadragenaria, † quod comprehen- 13
dat omnes, & quascumque Actiones, est *authet. quas actiones,*

actiones, C. de Sacr. Eccles. cap. 8. de praescript. Redoan. de rebus Eccles. tit. de significat. Verborum §. item sub vocabulo
14 à numer. 12. & 13. & inter duas Ecclesias † cap. 6. & cap. 9. de praescript. quod si non competiit reintegratio propter praescriptionem triginta vel quadraginta annorum, cor.
15 † bon. memor. Verospio 10. Februarii 1659 nec alia actio competet contra huiuscemodi praescriptionem ex allegatis.

Sed Domini varia, & alias responderunt, & eo minus visum est obstare obseruantiae, vt supra diuturnae, & in disunione, & applicatione omninò necessaria iuramentum iniunctum in concurrentibus ad Parochialem, quo promittebant vnionem, & omnia in eo contenta inuiolabiliter obseruare, & dictum Seminarium, & bona applicata non turbare, vt in legibus concursus. Dicebant esse non prodesse praescriptionem vbi dispositio ipsa non profuisset ex defectu disponentis Coadiutoris, cuius non
16 probatur potestas, † quae non pendet à forma dationis Coadiutoriae Barbos. iur. Eccles. cap. 10. num. 23. lib. 3. cum aliis, & recepta est distinctio facultatis Coadiutoris in re
17 Beneficiaria competentis † tantùm si Episcopus patiatur exilium mentis, & in competentis, nisi probetur, iuxta Oldrad. conf. 44. numer. 3. vers. ad haec enim ad Paris. de resignat. quaest. 20. à num. 20. lib. 7. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg. 118. in fine vers. mihi tamen, & iur. Eccles. cap. 15 num. 52. lib. 1. cap. 10. nu. 23. lib. 3 & demum dicebant non
18 prodesse praescriptionem, † vbi dispositio ipsa non profuisset ex defectu dispositi, videlicet vnionis Ecclesiae Parochialis etiam ab Episcopo procedentis contra Sacr. Concilium Tridentinum, vt supra.

Et ità vtraque &c.

Plures Decisiones aeditae sunt in hac causa coram bon. memor. Verospio, & Reuerendissimo D. Beuilaqua, quae habentur in praecedenti parte 14. recent. & sunt decis. 29 & 165.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Praeside Granatens.

Leodien. pecuniaria.

Veneris 20. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Continuat ac respectiue confirmat praesens Decisio aliam decisionem praecedentem suprà in hac parte *decision.* 42. in eo quod mutuum ab Abbate contractum absque consensu Monachorum non praeiudicet Monasterio nisi in casibus quo versio pecuniarum fuerit plenè, & concludenter, non autem praesumptiuè probata.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum receptum ab Abbate absque consensu Monachorum, & contra formam statuti suae Religionis non substinetur.*
2 *Ecclesia, seu Monasterium constito de versione tenetur ad restitutionem pecuniarum mutuo ab Abbate receptarum.*
Ecclesia est cultrix iustitiae, nu. 2.
Ecclesia locupletari non debet cum iactura aliena, num. 2.
3 *Versio pecuniarum in vtilitatem Ecclesiae probari debet plenè, & concludenter vbi Abbas contraxit sinè consensu Monachorum, quidquid secus esset vbi consentientibus Monachis esset contractum.*
4 *Quietantiae priuatae super receptione pecuniarum non obligant Monasterium.*
Quietantiae priuatae, vt obligent Monasterium, quae requirantur, nu. 4.
5 *Probatio admissa pro concessione remissoriae non sufficit vbi agitur ad decisionem causae.*
6 *Abbas aliique Ministri si contrahendo Monasterio praeiudicare non potuerunt, multò minùs hoc facere possunt confitendo.*
7 *Testes examinati in iudicio criminali non probant, si non obstante eorum depositione emanauit sententia contraria.*
8 *Instantia pro admissione ad beneficium* cap. Odoardus *facta à procuratore constituto ab Abbate an praeiudicet Monasterio.*
9 *Mandatum procurae factum ab aliquibus Monachorum non capitulariter congregatorum non reputatur de iure sufficiens.*

DECISIO CCXXVII.

DVAE emanarunt sententiae Rotales absoluentes Monasterium Vallis Scholarium à restitutione mutui florenorum 4500. ab Abbate Paulo Vertea cum Adamo Gabrielis contracti, sed commissa mihi causa in tertia instantia fuit sub die 12. Iunii 1665. * resolutum dictas sententias esse reformandas quoad florenos 3709. à qua tamen resolutione cum post modum fuerit recessum 4. Martii * 1667. dubitaui, an sit standum in primo vel secundo loco decisis, & Domini postremam Decisionem confirmandam esse censuerunt.

Vt enim admittunt omnes praecedentes decisiones versamur in mutuo contracto ab Abbate absque aliorum Monachorum assensu, & sic contra expressam dispositionem statuti istius Ecclesiae, quo cauetur ne quis Prior (hodiè Abbas) mutuo pecuniam recipiat vltrà summam florenorum 20 sinè speciali mandato Monasterii, † ac 1
proindè in eo quod excedit contractus, non sustinetur in praeiudicium Ecclesiae, vt benè Panorm. *in cap. constitutus numer. 2. de Procurat.* Bald. *in l. licet, Cod. eodem tit.* Paenia *decis. 414. numer. 5. relat. in vltima decis. & facit tex. in l. diligenter, ff. mandat.* Ciriac. *controu. 278. nu. 8. & 452. num. 7.*

Et quamuis constito de versione Monasterium in distinctè teneatur ad restitutionem ne Ecclesiae, quae est 2
cultrix Iustitiae locupletetur cum iactura aliena, *ad text. in cap. 1. de solut.* Bald. *in auth. hoc Ius porrectum numer. 23. vers. quaero vtrum C. de Sacros. Eccles.* Couar. *var. resol lib. 2. cap. 17. num. 3. cum aliis congestis in penultima decisione huius causae.* Vbi tamen Praelatus mutuum contrahit sinè consensu Monachorum debet constare de versione plenè, & concludenter, non autem praesumptiuè, & coniecturaliter quidquid † sit è conuerso, vt distinguendo firmat 3
Castrens. *conf. 337. sub numer. 2. lib. 1.* Calderin. *conf. 7. de probat.* Angel. *conf. 245. numer. 3 aliique in vltima decisione adducti.*

Haec solida fundamenta non impugnabant Informantes pro Alcide de Carolis, sed solùm denuò insistebant in eo quod versio sit sufficienter probata, saltem quoad florenos 3709. ex pluribus quietantiis solutionum factarum diuersis Monasterii Creditoribus depositione trium Religiosorum dicentium pecuniam mutuatam cessisse in Monasterii necessitatibus, & aliis Testibus deponentibus de summa egestate Monasterii tempore contracti mutui, & denique ex propria Monachorum Confessione resultante ex instantia admissionis ad Beneficium *cap. Odoardus* citatis omnibus Creditoribus, & in specie Adamo Creditore mutui, quae ex Episcopali Statuto Leodiensi debiti confessionem importat.

Quae tamen omnia fuerant semper optimis responsionibus reiecta, tam in vltima decisione, quam in aliis praecedentibus coram R. P. D. meo Beuilaqua, & Reuerendissimo D. meo Decano, nam quietantiae, sunt simplices, & priuatae scripturae absque expressione causae nominis Monasterii, nec personae mutuantis, & sic non habiles ad obligandum Monasterium † ad quem effectum 4
duo concurrere debent. Alterum quod descripti ibidem sint veri, & legitimi eiusdem Creditores alterum, quod fuerunt dimissi ex propria pecunia mutuata, vt aduertunt Anton. Butr. post Imol. *in cap. 1. numer. 57. de deposit.* Ruin. *conf. 68. numer. 7. libr. 1.* Bald. *conf. 125. col. vlt. libr. 5.* Gratian. *discept. 45. numer. 2. & alii quamplures*, quos refert *vltima decisio, §. Quoniam*, quorum neutrum fuit concludenter iustificatum, vt ostensum fuit in particulari scriptura facti.

Sup-

Suppositum autem quod omnes quietantiæ extractæ sint ex Libro Receptoris Monasterii, in facto non subsistit, cum nunquam constiterit de illius existentia, quæ frustrà modo prætenditur probata ex concessione compulsoriæ specialis, sub die 1. Februarii 1664. quia Rota agnita releuantia, dilatauit fimbrias, desumendo probationem existentiæ ex solo fumo resultanter, ex depositione
5 eiusdem Receptoris, † quę non sufficit modo quo agitur de definitione causæ, quidquid sit ad effectum Compulsoriæ, pro qua sat est qualis qualis probatio.

Depositiones trium Monachorum sunt de auditu ab ipso Abbate, & Receptore, qui quemadmodum contra-
6 hendo, non valuerunt Monasterio præiudicare, † multò minùs confitendo, vltra quod fuerunt examinati in Iudicio Criminali moto contra dictos Abbatem, & Recepto-
7 rem, qui tali depositione non obstante, † ambo fuerunt condemnati, vt latiùs ponderant omnes pręcedentes decisiones.

Alii verò Testes super Indigentia Monasterii conquassantur aliis Testibus numero pluribus deponentibus tempore mortis Abbatis Lathomi prædecessoris Verteæ redditus fuisse affluentes, & quamuis dicatur eumdem Lathomum recessisse cum nonnullis debitis ea tamen fuerunt postmodum accollata à Lamberto Receptore, vel in omnem casum exindè resultaret aliqualis præsumptiua probatio versionis, quæ in hac facti specie non admittitur ex supra allegatis.

Et demùm non releuat Instantia super admissione ad
8 Beneficium *cap. Odoardus*, † dum fuit facta à Procuratore constituto ab eodem Vertea, absque mandato Monasterii. Parum obstante, quod in hodierno Summario datur mandatum subscriptum à nonnullis Monachis, quia nihilominus non suffragatur, dum non legitur factum; saltem à maiori parte Monachorum capitulariter Con-
9 gregatorum, vt sensit Rota *in Nouarien. Bonorum 13. Ianuarii 1642. cor. Merlino confirmata prima Iulii 1644 coram Dunozetto*.

Et ita vtraque &c.

☞ Supra in hac eadem parte * adest alia in hac causa decisio, quæ est in ordine la 42. cuius in calce cætera Decisiones concordantes adnotatæ sunt.

R. P. D. VICECOMITE.

Eugubina Bonorum.

Veneris 20. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Inter alios titulos habiles ad transferendum dominium referuntur etiam, & adnumerantur adiudicatio, & deliberatio facta à iudice ritè, & rectè procedente. Reiiciuntur ideò exceptiones fideicommissi, ac indiuisæ possessionis cum alio bonorum adiudicatorum, ex eo quia illæ non fuerint concludenter probatæ, vt requiritur in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Possessio transfertur autore prætore ritè, & rectè procedente.*
2 *Manutentionem prætendere non potest priuatus à Iudice, nisi docuerit illum de facto, & vti priuatam personam processisse.*
3 *Deliberatio, & adiudicatio facta à Iudice pro verò credito dicitur titulus habilis ad transferendum dominium.*
4 *Fœminæ non possunt aspirare ad fideicommissum, ad quod tantummodo masculi reperiuntur vocati.*
5 *Fideicommissum factum pro conseruatione agnationis fœminas nequaquam de iure compræhendit.*
6 *Fœminæ non veniunt ad fideicommissum pro masculis ordinatum, quamuis defecerint omnes masculi.*
7 *Fideicommissum pro masculis ordinatum expirat in vltimo masculo prædefuncto, nec facit transitum ad fœminas.*
8 *Hæreditaria qualitas satis probatur ex possessione bonorum, & solutione debitorum.*
9 *Inuentarium præsumitur non confectum dum hæres citatus de illo non docuit, neque rationem reddidit.*
10 *Hæres qui non confecit inuentarium tenetur de proprio.*
11 *Fideicommissarius probare tenetur bona per eam controuersa fuisse in bonis fideicommittentis.*
12 *Expressio generalis facta à fideicommittente in suo testamento non probat, amplia nu. seq.*
Expressio bonorum in testamento facta, vt suffragetur, requiruntur demonstrationes speciales, nu. 12. & 13. vbi amplia.
14 *Possessio omnium corporum intra generales confines existentium excluditur ex eo quod alter aliquod corpus intra eosdem confines possidere prætendit.*
15 *Possessio particularis intra fines generales expressa quando necessario probanda sit.*
16 *Diuisio secuta inter hæredes quando præsumat bona fuisse hæreditaria.*
17 *Temporis cursus cùm sola possibilitate, quod diuidentes potuerint alia bona acquirere sufficit ad exclusionem præsumptionis ex diuisione resultantis.*
18 *Præsumptio quod bona inter hæredes diuisa fuerint hæreditaria, cessat probatis acquisitionibus ipsorum hęredum.*
19 *Diuisio probat bona fuisse fideicommisso subiecta quando diuidentes id asseruerunt, alioqnin præsumuntur propria.*
20 *Protestatio in diuisione facta ab hæredibus quod non intendunt à fideicommisso recedere reseruat quidem; non autem inducit fideicommissum.*
21 *Bona præsumuntur habita tamquam libera non vti fideicommissaria ex discretiuo modo possessionis, & actionis ab hærede intentatæ.*
22 *Fideicommissarius si bona non accepit de manu hæredis vel iudicis, censetur vti hæreditaria, & propria appræhendisse.*
23 *Bona empta in adimplementum præcedentis voluntatis testatoris dicuntur fideicommissaria, sed vide num. seqq.*
24 *Bona acquisita à fideicommissario mediante datione in solutum bonorum fideicommissariorum, in illis subrogata dicenda sunt.*
25 *Subrogatio in fideicommissum frustrà prætenditur, si bona data in solutum non probantur fideicommissaria.*
26 *Fideicommissum non inducitur in bonis ab hærere quæsitis, si hæres acquisiuit pro se, & hæredibus.*
Fideicommisso repugnat acquisitio facta pro hærede, num. 26.
27 *Res empta nomine proprio ex pretio rei hæreditaria non efficitur hæreditaria.*
Res non succedit loco pretii, nec etiam in vniuersalibus, num. 27.
28 *Res empta ex pretio rei fideicommissariæ non efficitur fideicommissaria sine scientia fideicommissi, & quomodo.*
29 *Pretium non autem res ex eo comparata venit in restitutionem fideicommissi, & quando.*
30 *Fideicommissi scientia in hærede suo non præsumitur.*
31 *Præceptum non voluntas testatoris requiritur ad efficiendum rem ab hærede quæsitam esse fideicommisso subiectam.*
32 *Possessio pro indiuiso refertur ad quamlibet glebam.*
33 *Executio facta super re ab aliquo cum alio pro indiuiso possessa, sicuti pro portione non debitoris est nulla, sic quoque nulla erit pro portione eiusdem debitoris intellige, vt num. seq.*

34 *Exe-*

34 *Executio, & deliberatio rei cum alio communis quando vitietur in totum, & supra num. anteced.*

35 *Venditio potius territorii, quàm bonorum intrà illius fines existentium ex quibus dicatur facta.*

36 *Venditio Castri facta sub verbis* cum suis terris, & tenimentis *non importat venditionem terrarum, nisi probetur aliqua prædia de eo tempore eidem Castro fuisse annexa.*

DECISIO CCXXVIII.

EXECVTIONEM mandati in Tribunali A. C. relaxati ad fauorem Vbaldi Antonii Bugianni pro sc. 2566. contra bona hæreditaria Co: Ioan. Baptistæ de Cantalmaiis debitoris confirmata in nonnullis bonis stabilibus intra Territorium Arcis Dariæ, & Carpinarum per illorum subhastationem, & deliberationem factam eidem Vbaldo creditori, vti plus offerenti impugnabant Comitissa Felix, & Sorores aliæ de Cantalmaiis in dicto Iudicio veluti hæredes citatę ex eo quod eadem bona tanquam propria possidebant, ideòque ad illarum instantiam commissa causa appellationis in Rota, & successiuè disputato dubio super manutentione eoque non resoluto fuit datum alterum dubium super bono Iure, & in secunda propositione hodie coram me decisum constare de illo ad fauorem Bugianni.

Non solùm ad effectum manutentionis, quia iam pos-
1 sessio Iudicis auctoritate ritè, & rectè procedentis † fuerit in eum translata vulgata, *l. iustè possidet, ff. de acquir. poss.* non possunt dictæ Sorores manutentionem prætendere dum non probant prout deberent clare, & euidenter, & ex iisdem actis nullitatem seu Iniustitiam supradictæ sub-
2 hastationis, & deliberationis † itaut à Iudice de facto, & tanquam priuata persona procedente dici possint spoliaię, Alex. *in l. 3. §. fin. num 23. & 28. ff. de acquir. possess.* Posth. *de manut. obseru. 12. nu.* 8. cum ibi plenè congestis Rota *dec. 67. nu. 22. & 23. cor.* Eminentiss Otthob. *dec. 226. num. 2. & 3 in Tudertina bonorum 12. Decembris 1667. § præsertim cor. R. P. D. meo Carpineo, & in Romana reintegrationis 23 Febr. 1654 cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Verùm etiam quoad petitorium cum deliberatio, &
3 adiudicatio Iudicis facta Creditori pro verò debito † sit titulus habilis ad transferendum Dominium, *l. 1. & l. fin. C. si in caus. Iudic.* Sa.ust. Tiber. *in praxi lib. 1. cap 44. nu. 3. cum ibi allegatis* Posth. *de subhastat. inspect. 19 num.* 83. & 84 Rot. *dec. 4. num. 2. par. 2. diuers.*

Non subsistente exceptione fideicommissi per q. Co: Ioannem Baptistam Seniorem ordinati per dictas Sorores opposita.

4 Tum quia in eo fœminæ nullibi leguntur vocatæ † sed tantùm masculi, & hoc sufficit pro illarum exclusione, Bart. *in l. cum Auus sub numer. 4. ff de condit. & demonstrat.* Abb. *cons. 36. num. 1. lib. 1.* Socc. Sen. *cons. 63. num. 14. lib. 3.* Rot. cor. Buratt. *dec. 272. n. 1. 2. & 378. n. 5. par 9. & decis. 1. num. 57. par. 10. rec.*

Præcipuè cum Testator habuerit, & expresserit ratio-
5 nem † conseruandi bona in agnatione, Grat. *discept. 866. num 5.* Menoch. *cons 926. num. 36.* Mantic *de coniect. vlt vo. lunt. lib. 8. tit. 12. n. 8.* & alii relata in supracitata *dec. Buratt.*
6 *272. n. 2.* quamuis defecerint † omnes masculi vocati, Gabr. *cons. 132. qu. 5. n 56 & 57. lib. 1.* Peregr. *cons 58. n 6. vers. 2. conclusio, & cons. 159. n. 13. & 14 vers. 4 est casus vol 5.* Buratt *d. dec. 272. per tot. & dec. 454. n. 2. & per tot* Rota *dec. 117 n. 2. & seq. par. 2. rec.* sed dicendum est expirasse in Hieronymo
7 vltimo masculo † ex vocatis prædefunto, *l. cum pater, §. libertis in fin. col. qui solidum, §. prædium, & ibi DD. ff. de leg. 2.* Peregr. *de fideic. art. 52. num. 2.* Rota *dec. 203. num. 1. circa fin. par. 2. rec.*

Quod si ex persona Hieronymi, & tanquam illius hæredes excipere intendunt de hoc fideicommisso multo minus euitare possunt ex cutionem in bonis de quibus agitur, & illorum deliberationem etiam si essent propria, vel Hieronymi, vel earum Dominarum Sororum ex quo ipsæ fuerunt hæredes Hieronymi, & Hieronymus autem Vincentii prout hinc indè admissum fuit, Vincentium
8 autem fuisse hæredem Co: Ioan. Baptistę debitoris † satis probatum fuit ex possessione bonorum, & solutione debitorum hæreditariorum, *leg. pro hæred. ff. de acquir. hæredit.* Paul. de Castr. *in l. potuit numer. 4. Cod. de Iur. deliber.* Gregorio *decision. 98. numer. 1. & ibi adden. numer. 6.* Rota *decis. 399. num. 34. par. 9. & decis. 73. numer. 15. par. 11 recens.*

Et ideò cum nullum fuerit confectum inuentarium de bonis hæreditariis dicti q. Co: Ioan. Baptistæ debitoris pro. ut præsumitur dum † pluries citatæ de illo non docuerint 9
nec vllam dictarum hæreditatum rationem reddiderint, Grat. *discept. 767. n. 32. & 33. & disc. 981. n. 24 cum duobus seqq.* etiam de proprio tenentur † iuxta praxim Bald. *in l.* 10
fin. §. & si præfatam num. 3. Cod. de Iur deliber. à Rota *receptam cor.* Merlin. *dec. 721. n. 2. & dec. 39. n. 9. & seq. par. 6. recent. cum decis. ibi cumulatis.*

Tum etiam quia non docuerint bona controuersa fuisse in bonis Testatoris fideicommittentis prout plenè, & concludenter probandum erat † ab eis in fideicommisso se 11
fundantibus, Peregr. *de fideicom. art. 44. num. 1.* Crauett. *cons. 198. num 8.* Merlin. *decis. 476. num. 2.* Rota *decis. 175. num. 4. par. 6. rec.*

Non enim ad hunc effectum deseruire potest generalis expressio facta in Testamento eiusdem Co: Ioan. Baptistæ Senioris fideicommittentis, † ibi: *Arcem Dariam, & Ca*rpiriam cum omnibus Tenimentis, poderibus, domibus, & *Iurisd. Ictione gladiique potestate, & aliis pertinentiis, & ad. iacen. &c.* quia requiruntur speciales demonstrationes bonorum particularium à fideicommittente possessorum, Bart. *in l. demonstratio num. 14. vers. item ad demonstran. ff de condit. & demonstrat.* Duran. *dec. 28. num. 23 & seq.* Merlin. *decis. 396. num. 12.* Rota *decis. 378. num. 25. par. 9. & decis. 135. nu. 6. part. 11. recent & in Romana Castri Orcbiani 11. Maii 1667. §. fin. cor. R. P. D. meo Albergato.* Præcipuè cum agatur de bonis particularibus † pertinentibus ad vniuersita. 13
tem Castri, Merlin. *dec. 655.* intra cuius Territorium pro parte Bugianni probatum extitit plures alias personas diuersa corpora possedisse, & possidere à quibus corpora titulo emptionum habuerunt ex quo sicuti cessat præsumptio possessionis in fideicommittente omnium corporum † intra generales confines existentium, Surd. *cons. 473. n.* 14
20 Merlin. *decis. 167. n. 3. cum alleg. in Pisana Tenutæ 17. Nouembris 1664. §. tamen ex prædictis cor. R. P. D. meo Bourlemont.* Ita † magis viget necessitas probandi Identitatem 15
bonorum controuersorum per particulares, & indiuiduales demonstrationes, vt dignosci possint, & distingui possessa titulo fideicommissi ab acquisitis alio titulo, Surd. *cons. 151. nu. 49 circa fin. & cons 410. n. 27 & 28.* Grat. *disc. 736. à n. 63.* Add. *ad dec.* Gregor. *dec. 575. n. 11. & in Tudertina Bonorum 3. Decembris 1666. & 12. Decembris 1667. §. alterum quod stante cor. R. P. D. meo Carpineo.*

Minus talis probatio identitatis bonorum desumi ex instrumento diuisionum eorundem bonorum factarum inter ipsos hæredes grauatos de anno 1594. idest post annos decem à die obitus fideicommittentis † quasi quod bona 16
diuisa intra territorium existentia censenda sint ea quæ fideicommittens in eodem territorio possidebat *iuxta cons. Fulgos. 145.* Primo quia lapsus tanti temporis cum sola possibilitate, quod diuidentes potuerint interim alia bona acquirere, † sufficit ad excludendam omnem præsum- 17
ptionem, quæ alias oriri posset ex diuisione, Peregrin. *de fideicom. art. 44. num. 2. vers. cæterum si interuallum* Surd. *dec. 339. n. 19.* Merlin. *dec. 383 num. 4* Duran. *dec. 201. num 3.* Rota *dec. 258. n. 13 & seq. par. 5. & dec. 135. numer. 4. & seq. par. 11. rec*

Multò magis cessat talis præsumptio quando constat de actualibus intermediis † acquisitionibus de quibus su- 18
pra, vt aduertit idem Fulgos. *dicto cons. 145. num. 2. vers. Porrò & in Vrbeuetana Saluiani 29. Martii 1666. § & multò minus cor. R. P. D. meo Carpineo.* Secundo quia tunc diuisio probat bona fuisse fideicommisso subiecta † quando 19
diuidentes in instrumento id asseruerunt alioquin præsumuntur propria, Surd. *dicta dec. 339. numer. 15.* Grat *disc. 215. num. 14.* quamuis protestati fuerint se nolle recedere à fideicommisso vt in præsenti casu; talis enim protestatio reseruat quidem fideicommissum iam ordinatum † sed il- 20
lud non valet inducere, Surd. *dicta decision. 339. numer. 79. vers. fortius* Gregor. *decis. 85. num. 11.* Gratian. *præcit. disc. 215. num. 14.*

Immò ex quo Comes Vincentius à quo dictæ Sorores causam habent post obitum Co: Ioan. Baptistæ debitoris non intentauit immissionem vigore ass fideicommissi super bonis controuersis, sed tantùm super aliis cum tamen hæc quoque possederit eadem propria auctoritate appræhendendo † ex hoc discretiuo modo procedendi, & possi- 21
dendi

dendi censetur illa agnouisse tanquam libera, Dec. *cons.* 55. *numer.* 11. Menoch. *cons.* 86. *num.* 26. Surd. *dicto cons.* 233 *num.* 43. dum enim illa non accepit de manu heredis, vel
22 Iudicis † censetur nomine hæreditario, & vti propria, & libera appræhendisse, Roman. *cons.* 247. *tot. num* 4. *& seq.* Merlin. *dec.* 44. *n.* 6. *&* 7. *& dec.* 231. *nu.* 3. Greg. *dec.* 98. *nu.* 1. *& ibi* Adden. *num.* 7.

Parum referente, quod post acquisitiones factas per Co: Ioan. Baptistam Seniorem fideicommittentem trium nempè ex quatuor partibus supradictæ Arcis Dariæ, & Carpinarum & deinde alterius trigesimæ partis ex altera quarta parte cum his tenimentis, &c. Petrus Franciscus & Hieronymus primi hæredes grauati emerint aliam ratam à quodam Paulo de Beolis cum assertione quod vendens illam possidebat pro indiuiso cum alia portione de qua suprà, & quod talis venditio fiebat in executionem promissionis de vendendo factæ Co: Ioan. Baptistæ fideicommittenti cum viuebat & pro scutis 5000. ad cuius computum, & pro scutis 3000. data dicebantur venditori alia duo Prædia in Villa Petazzani pariter fideicommissaria, ex qua facti circumstantia inferebant supradictæ Sorores quod hæc rata altero loco acquisita esset reputanda fidei-
23 commissaria, † vel tanquam empta in adimplementum præcedentis voluntatis Testatoris, vt per Bart. *in l. Imperator*, *§. cum autem numer.* 2. *ff. de leg.* 2. Surd. *dec.* 15. *num.* 22. *& seqq. & n.* 28. *vers. Præterea* Rota *dec.* 308. *nu.* 5. *&* 6. *par.* 11. *rec.*

24 Veluti subrogata † loco dictorum bonorum fideicommissariorum, quæ data fuerunt in solutum, Bart. *vbi supra vers. autem loquuntur* Ias. *cons.* 231. *nu.* 2. *& seq. libr.* 2. Peregr. *dec.* 11. *num.* 4.

Quia cum non constet etiam bona data insolutum fuisse fideicommissaria frustra prætenditur subrogatio acquisitorum, cæterum probata qualitate fideicommissaria in alienatis adhuc cum Petrus Franciscus, & Hieronymus acquisierint pro se & hæredibus excluditur esse fidei-
25 commissum † cuius subsistentia repugnat hæredum admissioni, Anchar. *cons.* 23. *numer.* 4. *ad medium vers. sonat enim Absurdum* Cephal. *cons.* 646. *num.* 58. Peregr. *dicta de-*
26 *cis.* 9. *num.* 9. & secundum † conclusionem communiter receptam res empta nomine proprio ex pretio rei hæreditariæ non efficitur hereditaria per Regulam quod neque in
27 vniuersalibus † res succedit loco pretii per *l. sed etsi leg. §.* 1. *de petit. hæredit.* Menoch. *cons.* 213 *per tot.* Fusar. *de subst. qu.* 627. *à n.* 8. *vsque ad* 121. Buratt. *dec.* 284. *n.* 1. *&* 2. Duran. *dec.* 63. *n.* 1. *&* 2. quamuis in contrarium male allegantur, & *dec.* 277. *nu.* 2. *& seq. par.* 2. *rec.*

Et in omnem casum tenentes contrarium per *l. si hæres institutus*, *§.* 1. *ff. ad Trebell. & per l. Imperator*, *§. vlti*
28 *mo, ff. de leg.* 2. † requirunt in alienante scientiam fideicom-
29 missi alias admittunt non rem acquisitam † sed pretium esse restituendum per supradictam, *l. sed etsi lege*, *§. primo ff. de pet. hæredit.* Bart. *in dicta l. Imperator*, *§. fin. num* 2. *vers.* 1. *casu* Menoch. *dicto cons.* 213. *num.* 71. *& aliis cumulatis per* Fusar. *supracitata qu.* 627. *nu.* 45 *& seq.* scientia autem fi-
30 deicommissi in Petro Francisco & Hieronymo † heredibus suis non præsumitur quoad duo prædia Petazzani, Menoch. *dicto cons.* 213. *numer.* 78. *&* 81. *latè* Fusar. *quæstione* 595.

Quod autem præcesserit voluntas testatoris neque hoc probatum habemus; admissa enim promissione de emendo, & vendendo non indè sequitur per necesse Testatorem voluisse hanc quoque portionem esse fideicommissa-
31 riam † cum tamen ad effectum de quo agitur non simplex voluntas Testatoris sit sufficiens, sed præceptum expressum requiratur in his enim terminis loquuntur omnes exaduerso in proposito allegari, & qui possent allegari.

Et quia admisso quod hæc portio fuerit ab acquirentibus sibi ipsis, & non fideicommisso acquisita itaut liberè peruenerint in Ioan. Baptistam debitorem adhuc replicabatur ex quo à Beneuolo venditore, & consequenter ab Emptoribus, & ab eis causam habentibus possessa fuit pro indiuiso, cum alia portione fideicommisso Com. Io
32 an. Baptistæ Senioris obnoxia † consistente in qualibet gleba ad tradita per *gloss. in l. si quis fundum verbo locus vbi* Bart. *vers. ad secundam partem*, *ff. de acquir. possess. cum aliis allegatis per* Marescott. *var. resol. lib* 2. *cap.* 138. *num.* 35. sicuti fuit nulla executio, & deliberatio respectu quotæ, fi-
33 deicommissariæ † ita ratione indiuiduitatis nulla quoque fuisse quoad quotam liberam, & sic in totum Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *vers. aut continet quid indiuiduum*, *C. de err. Calculi*, quem sequuta fuit Rota *dec.* 594. *num.* 6. *par.* 4. *& dec.* 196. *num.* 11. *par.* 11. *rec.*

Responsum fuit quod conclusio posset applicari, & procedere si constaret certitudinaliter de aliquo corpore particulari, vel à fideicommittente, vel à venditoribus tunc possesso, & quod nunc fuerit deliberatum data enim certitudine alicuius integri corporis pro indiuiso possessi, confusio partis liberæ ad partem fideicommissariam posset istam executionem, & deliberationem vitiare, † verùm 34
cum non fuerit doctum de tali possessione corporis particularis existentis intra confines generales imò exaduerso, probatum intra eosdem limites adfuisse, & adesse multa corpora libera semper subsistunt in contrarium supra ponderata, & firmata.

Præterquam quod emptiones factæ à Petro Francisco, & Hieronymo supradictæ portionis Arcis Dariæ, & Carpinarum cum suis tenimentis, &c. enunciatæ pro confinibus terminantibus territoria Ciuitatis Castelli, & Montoni vendita comprehendere non potuissent bona particularia existentia intra dictos confines nisi probetur vendentes tunc dicta bona particularia possedisse; † sed dicendum 35
est tantummodo venditam iurisdictionem territorii intra enunciatos fines existentem secundum, Natt. *cons.* 313. *n.* 2. Surd. *dicto cons.* 135. *numer.* 24. *&* 46. *& cons.* 135. *cum aliis allegatis in decis.* Duran. 128. *num.* 25. *vbi num.* 26. quod illa verba *cum terris & tennimentis*, † important conditionem 36
videlicet si, & quatenus prędia aliqua erant de eo tempore Castris annexa ex Bald. *in cap.* 1. *§. & contrario num.* 1. *de inuest. fact. de re aliena*, *&* Alex. *cons.* 43. *num. princ. vol.* 1. super iurisdictione autem pro indiuiso possessa nulla facta fuit executio.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Viterbien. Horti.

Veneris 27. *Aprilis* 1668.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur possidenti de tempore motæ litis, maximè si possessio fuerit titulata, quæ semper præfertur aduersus nudam detentationem. Venditoris voluntas cùm ab illius facultate resultet, non ideò præsumitur dominus tantummodò stiliorum, & massaritiarum, voluisse cùm illis vendere bona in quibus eadem stilia, & massaritiæ existebant si in illis nullum ius, nullumque dominium habebat.

SVMMARIVM.

1 *Remedium retinendæ possessionis dicitur remedium extraordinarium.*
2 *Factum nudum attenditur in remedio retinendæ possessionis.*
Possessio de tempore motæ litis ad effectum concedendi retentionem attenditur, num. 2.
3 *Possessio anterior manuteneri debet.*
4 *Venditoris voluntas ab illius tantùm potestate dimetienda est.*
Dominus stiliorum non autem rei, sola stilia, non rem vendidisse censetur, nu. 4.
5 *Manutentio quæ cedentibus debita non erat cessionariis competere non potest.*
6 *plus Iuris nemo in alium transferre potest quam ipse habeat.*
7 *Dominus rei consentiens venditioni stiliorum in eadem re existentium ab illorum domino facta, sibi non præiudicat.*
Consensus domini rei circa venditionem stiliorum, & massaritiarum non extenditur ad proprietatem ipsius rei.
8 *Possessio capta vigore mandati iudicis, quod dedit causam liti, non est attẽdenda ad effectum manutentionis.*

9 Te-

9 *Testes ad perpetuam rei memoriam nullis suffultis adminiculis non suffragantur.*
10 *Possessio titulata manuteneri debet aduersùs simplicem detentorem.*
11 *Titulus benè probatur ex inuestitura emphyteusis.*
12 *Constitutum transfert in constitutariam omne remedium possessorium.*
13 *Constitutum transfert in constitutarium etiam remedium retinendæ possessionis.*
14 *Fabrica probat possessionem rei, in qua fabricatur.*
15 *Pactum initum inter socios quod societate finita bona in quibus fuit exercita societas deberent ad illorum dominos redire, eorum possessionem plenè probat.*
Possessio pro certò tempore concessa eo finito ampliùs suffragari non potest, nu.15.
16 *Confessio quod quis obtinuit aliquam rem in emphyteusim illius possessionem plenè probat.*
Confessio ad effectum manutentionis plenè præiudicat confitenti, num.16.
17 *Filii ad effectum manutentionis non iuuantur possessione patris, aliorumque suorum auctorum absque noua apprehensione.*
18 *Possessio prima quamuis antiquior, si non fuit ab hærede continuata cedit iuniori.*
19 *Manutentio debita patri, qui iudicium introduxit, debetur filio qui illud continuauit.*
Instantia transit ad hæredes cùm toto iure defuncti, nu.19.
20 *Protestatio præseruat ius protestantis.*
21 *Clausula* Constituti *in inuestitura emphyteusis apposita iuuat omnes comprehensos etiam ad effectum manutentionis.*

DECISIO CCXXIX.

IN prima Decisione huius causæ coram R. P. Domino meo Emerix decreta fuerat illis de Ciofis manutentio in possessione horti ad vsum dealbandi Ceras, sed disputato postmodum coram eodem dubio super bono Iure illoque pro Galeris resoluto. Reasumpta hodie fuit coram me in locum eiusdem Domini suffecto quæstio manutentionis, quam eisdem de Galeris concedendam esse Domini censuerunt.

Quoniam ex eadem Iuris regula (quod in hoc remedio
1 extraordinario retinendæ † solùm nudum factum, & quis
2 de tempore motæ litis possideat, † sit attendendum §. *retinendæ instit. de interdict.* Visum fuit possessionem horti, de quo agitur de tempore huius litis motæ non fuisse penes Ciofos manutenibilem, vt in *decis.* 4. * *Iulii* 1644. fuit suppositum, sed fuisse apud Galeros, & quidem à
3 multo tempore ante, † & ideò hanc vti antiquiori merenti manutentionem, Bart. *in l.1. §. hanc satisdationem nu.* 8. *vers. si verò vtique, C. vti possess.* Menoch. *de retinen. remed.* 3 *nu.7.* 25. Anch. *cons.* 272. *nu.1. vers. & proculdubio* Rot. cor. Greg. *dec.9. nu.5. & in rec. passim.*

Et quoad Ciofos non subsistit, quod talem possessionem ipsi acquisierint per instrumentum prætensæ venditionis dicti Horti sibi factæ à Brunaccis, & Magalottis, quia cum isti simplicem vsum haberent stiliorum, & Instrumentorum pro confectione Ceræ vsualium, & quidem dumtaxat societatem, vt firmat *decisio* super bono Iure emanata * 5. *Iulii* 1666. § *quia responsum* (ipsi venditores non erant Domini horti) & ideò metiendo eorum volun-
4 tatem à potestate † dicendum est stilia, & Instrumenta tantùm vendidisse, *l. Lucius Titius Imperatores, ff. ad municipal.* Surd. *cons.*431. *nu.*41. *lib.*3. Rota *dec.*146. *nu.* 23. & *dec.*418. *nu.1. par.9. rec.* & manutentio, quæ cedentibus
5 debita non erat † Cessionariis competere minimè potest, Posth. *de manut. obseru.*73. *nu.7.* Rota *post eumdem dec.* 137.
6 *nu.7.* ex vulgata Regula † de qua *in l. nemo plus Iuris, ff. de regul. iur.*

Neque insistere possunt Ciofi in confessione elicita ex capitulis socialibus initis super eodem negotio, in quibus Galeri d. venditioni consentientes dicebantur proprio fa-
7 ctoà propria possessione cecidisse, † quia ex prædictis patet dictum consensum referri debere ad stilia, & massaritias tantùm, non autem extendi posse ad proprietatem ipsius Horti, vt in eadem *dec.* 5. *Iulii* * 1666. *dicto §. quia, & §. neque minus.*

Quo verò ad possessionem adeptam per eosdem fratres de Ciofis vigore mandati de manutenendo ab A.C. relaxati † tamquam illa, quæ dedit causam liti, quæ hodiè agi- 8
tatur in gradu appellationis commissæ in Rota à Signatura cum facultate manutenendi, quem de Iure non est ad effectum de quo agitur attendenda, Posth. *de manut. obser.* 17. *nu.*55. Rota *post eumdem dec.*164. *nu.8. dec.*546. *nu.7. dec.* 550. *nu.2.* & alibi sæpissimè.

Testes autem examinati ad perpetuam rei memoriam tanquam destituti † adminiculis præsuppositis in eadem 9
dec.4. Iulii 1664. quibus suffulti plenè poterant probare hodie nullum genus faciunt probationis.

E contra verò fratres de Galeris optimè probant propriam possessionem non solùm ratione anterioritatis, vt supra fuit firmatum, sed † etiam præcipua ratione tituli 10
manutenibilem aduersùs Ciofos simplices detentores, Bart. *in l. si duo, nu 4. vers. sed si vtraque, ff. vti possess.* Menoch. *de retinen. remed.*3. *nu.*733. Rota post Posth. *de manut. dec.* 655. *nu.2. & in rec. dec.* 277. *nu.9.* Qui quidem titulus benè iustificatur ex inuestituris Emphyteuticis à mensa Episcopali Viterbi, † sibi factis. Prima nempè de anno 11
1631. altera de anno 1638. & hæc cum clausula *Constituti* † quę in Constitutarium tribuit omne remedium posses- 12
sorium, Posth. *de manut. obseru.* 20. *num.*15. Greg. *dec.*437. *nu.2. & ibi allegat.* & in terminis † retinendæ respondit, 13
Rota penes *proxim allegat.* Posth. *dec.* 141. *nu.* 1. & *in rec. dec.2. nu.2. & dec.*191. *nu.1. par.*10.

Accedentibus pluribus actibus possessoriis in facto recensitis, quorum præcipuus de fabrica in ipso Horto constructa, † quę possessionem inducit, Posth. *sæpè citat.* 14
*obseru.*25 *nu.6. cum aliis adductis in Neapolitana ædificii* 12. *Aprilis* 1662. *cor. Eminentiss. Celso.*

Neque spernendum videtur pactum cum ipsis Ciofis inter alia capitula socialia initum, nempè, quod finita Societate Hortum cum suis Iuribus reuerti deberet ad Galeros † ex isto enim modò paciscendi colligitur euidenter 15
possessionem ad tempus datam Ciofis finito tempore conuento illo suffragari minimè posse sed ad Galeros concedentes rediisse, Bartol. *in leg. cum in rem verso numer.* 14. *ff. de vsur.* Peregrin *de fideicommiss. artic.*46. *numer.* 5. attenta præsertim confessione propria illorum de Ciofis emissa in ipsis Capitulis socialibus vbi fassi fuerunt, quod Galeri Hortum obtinebant in Emphyteusim, quæ confessio optimè probat contra confitentes † pręcipuè ad effe- 16
ctum manutentionis, de qua nunc agitur Rota *decision.* 561. *num.1. & 2. par.* 1. & *decis.* 460 *numer.3. & 4 parte* 3. *recent.*

Non obstante vnico obiecto pro parte illorum de Ciofis ad se confouendum in propria detentione nouiter deducto videlicet omnes actus possessorios à Galeris allegatos legi factos à Cæsare Hieronymo Augustino, & Vincentio, qui omnes decesserunt non autem à Ioannem Baptistam, & alii fratribus dicti Cæsaris prædefuncti filiis, † qui absque noua apprehensione iuuari non possunt ad 17
effectum manutentionis possessione Patris, & aliorum Auctorum defunctorum, *leg. cùm hæredes vbi omnes scriben. leg. quia vniuersus §. quod per Colonum, ff. de acquiren. possess.* Menoch. *de retinen. remed.*3 *num.*57. Coccin. *decis.* 464. *nu.*3.

Quia primæua possessio licèt antiquior, quando † non 18
fuit ab hærede continuata cedit iuniori, Rota coram Comitulo *decision.* 138. *numer.* 8. & *decis.*27. *numer.* 13. *par.*1. *diuers.*

Quoniam obiectum cessat ex pluribus, & primum quia Iudicium possessorium introductum à Cæsare ex primis inuestitis mediante appellatione interposita à præfato mandato A. C. prosecutum fuit per Ioannem Baptistam Galerum filium, qua continuatione attenta manutentio Patri debita si viueret debetur filio in Iudicium continuati, † iuxtà receptam conclusionem, quod instantia 19
transit ad hæredes cum toto Iure defuncti, *l. si is qui Romæ, ff. de Iudic. leg. si eum hominem de fideiuss.* Lancellot. *de attentatis par.* 2. *cap.*4. *lim.1. numer.* 19. Rota *decis.* 141. *num.2. cum tribus seqq. penes* Pacif. de Salu. Caril. *decis.*35. *num* 4 & 5.

Secundo quia in actu apprehensæ possessionis per Ciofos de anno 1646. vigore supradicti mandati Ioannes Baptista reperiebatur in possessione Horti, & protestatus fuit

fuit per dictam appræhensionem nullum sibi posse inferri
20 præiudicium † per quam protestationem præseruatum fuit Ius protestantis, *l. si fideiussor*, §. 1. *ff. qui satisdare cogantur*, Alex. *cons.* 131. *num.* 13. *vers. quia respondeo lib.* 4. Rota *dec.* 146. *num.* 27. *par.* 9. *tom.* 1. *&* *dec.* 133. *num.* 11. *par.* 11. *rec.*

Tertio demùm ex superius allegata clausula *Constituti*
21 apposita in Instrumento Inuestituræ anni 1638. † quæ iuuat omnes in Inuestitura, comprehensos etiam ad effectum manutentionis Rub. *singul. de clausulis part.* 4. *claus.* 217. *numer.* 47. Duran. *decis.* 84. *numer.* 30. Rota *decis.* 445. *numer.* 1. *part* 4. *tom.* 1. *recent.* *&* *in Romana fideicommiss. de Cesis* 14. *Martii* 1657. §. *Diuisiones verò coram bon. me. Dunozetto &c.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Ferrarien. Frumenti.

Veneris 27. *Aprilis* 1668.

ARGVMENTVM.

Prætendebant emptores frumenti, ob non traditionem ipsis factam, consequi à venditore damna, & interesse de quibus contra eumdem venditorem fuerant expresse protestati; Verum quia & ipsi priùs pro eorum parte non adimpleuerant soluendo, vel deponendo pretium; merito fuit resolutum damna, & interesse non deberi, quia nulla ratio patitur potiri emptorem fructibus, vel interesse nisi pretio integrè persoluto.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio facta ab emptore aduersus venditorem de damnis, & interesse ob non traditionem, non suffragatur nisi soluto, vel saltem deposito pretio.*

Emptor contractum ex parte sua impleuisse tenetur, si velit aduersus venditorem agere ad damna, & interesse, num. 1.

Pretii solutio, vel depositum requiritur dum ex empto agitur, num. 1.

2 *Emptor si habeat venditorem suspectum, & tamen actione ex empto agere velit, pretium, per prius deposuisse tenetur.*

3 *Actio ex empto non competit nisi pretio integrè soluto.*

4 *ex Contractu vltrocitroque obligatorio agis quis minimè potest, nisi illum ex parte sua totaliter adimpleuerit.*

5 *Actio neque ad pœnam, neque ad aliud interesse non competit ei qui ex parte sua contractum non adimpleuit.*

6 *Exceptionem non adimplementi etiam iudex potest, & tenetur supplere, & num.* 7.

8 *Exceptio non adimplementi dicitur opposita ipso iure.*

9 *Onus alteri parti iniunctum non fuisse adimpletum quis prætendere non potest, nisi & ipse ex parte sua adimpleuerit, & num. seq. vbi vide.*

11 *Emptor, & venditor quis prius ex pacto adimpleuisse dicatur ad hoc vt actione ex empto agi potuisset, & supra num.* 10.

12 *Verborum obligatio, & ipsa stipulatio contrahitur interrogatione præcedente, & responsione subsequente.*

13 *Pacta plura etiam in contractibus stricti iuris, & in continenti apponi possunt, & valent.*

14 *Præcedere aliqua, aliaque succedere necesse est.*

15 *Emptor, & venditor parum sibi inuicem fidem habentes, vnusquisque rei suæ depositum facere tenetur.*

16 *Rei traditio præcedere debet, eique pretii solutio succedere.*

Cautio, seù quietantia præcedere debet, deindè verò numeratio pecuniæ interuenire, num. 16.

17 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ideo datur, quia quietantia numerationem præcedere solet.*

18 *Literarum obligatio prius præcedere debet, posteà verò pignoris datio, vel huiusmodi.*

19 *Actus continuus non interrumpitur quando tempore diligens pater familias conficere possit.*

20 *Fides de pretio habita dici non potest, si illud post rei consignationem erat soluendum, & numer. sequent.*

21 *Pretium si soluendum erat*, volta per volta, che si consegna il grano, *non potest dici quod de eo fuerit habita fides.*

22 *Hæres in traditione vsusfructus, quando dicatur in mora, si vsufructuarius non cauerit, & numer. seqq.*

24 *Capita separata, & correspectiua distinguuntur inter se.*

25 *Pretii consignatio est omninò necessaria ad effectum superlucrandi fructus vel interesse.*

26 *Exceptio pretii non soluti retardat executionem sententiæ super rei traditione obtenta.*

27 *Oblatio non sufficit ad consequendam, vel acquirendam actionem, aut quidquid aliud præter moræ purgationem.*

28 *Emptor qui post traditionem fundi soluere promisit, nulla ratio patitur, quod consequi possit fructus, vel interesse antequam pretium persoluerit.*

29 *Dictio* mentre *dicitur aduerbium temporale.*

DECISIO CCXXX.

RECESSVM tandem est à decisis 27. Aprilis 1667. & prius prima Martii 1666. nullumque damnum, & nihil deberi emptoribus frumenti à venditore conclusum, & quia emptores tempestiue 20. Augusti, coram Gubernatore interpellarunt quidem venditorem ad tradendum frumentum d. Mense Augusti conuentum, & quando negligeret protestati sunt, de pœnis, damnis, & interesse, & de omnibus aliis, † sed non obtulerant pre- 1
tium adeo non soluerunt, siue deposuerunt implendo ex sua parte, & offerri pretium venditori ab emptore debet cum ex empto agitur, §. *offerri pretium*, *l. Iulianus* 13. *ff. de act. empt.* & solui, & apud alium deponi si † forte 2
habeat eum suspectum ait, *ibi gloss. offerri* atque ita actio ex empto non competit cum effectu, † nisi pretio integre 3
soluto secundum, Bart. *&* *alios in d. decision.* 1667. *in fine*, & generalior ex contractu vltrocitroque obligatorio non potest effectualiter agi, nisi ab eo † qui totum contra- 4
ctum ex parte sua impleuerit secundum ipsum, Bartol. *ibidem* *&* *ad l. acceptam C. de vsur. numer.* 3. & cum pluribus Mascard. *de prob. conclus.* 1394. *à numer.* 7. vbi ne possit quis agere, nec ad pœnam, nec ad aliquid aliud nisi † 5
liquidissimè probet se adimpleuisse num. 11. ampliando, vt Iudex etiam parte non opponente, † hanc exceptio- 6
nem supplere possit, *num.* 23. *&* 24. *&* *ex* Bald. *ad l* 8. *C. de act. empt. in fin.* *&* *alii* Mangil. *de euict. qu.* 97. *numer.* 8. *&* 9. & teneatur † supplere addit Crass. *except.* 13. *num.* 4. *num.* 7
38. *vers.* *&* *hanc except.* *&* *num.* 53. & dicatur apposita, † 8
ipso Iure *num.* 52. *cum aliis*.

Et conducebat arrha communis, & passa dandi *alla parte che sarà stata osseruante, & in oltre alla perdita che farà la parte mancante sarà anche sottoposta à ogni danno, spesa, & interesse, che hauesse patito la parte osseruante* quo magis tenebatur, etiam soluere emptores, vt obseruarēt, & minus obtulerunt, si etiam obtulissent, & magis si soluissent aut deposuissent, ipsi emptores & verè obseruasset venditor, quatenus credatur potuisse obseruare, & tradere frumentum supplicasset enixius pro rescripto diffinitiuo, siue vt traderet pro executione, siue ne traderet pro liberatione.

Non valuerunt aliter replicata, & nunc resoluta videlicet pactum soluendi pecuniam Ferrariæ, *volta per volta fatte le consegne*, & considerari oportet cuinam Partium onus fuerit iniunctum, † primo pro parte sua adim- 9
plendi *decis.* 368. *numer.* 1. *part.* 4. *diuers. vt in dicta decis.* 1.
Martii

Martii 1666. in fine & seqq. dec.369. n.1. d. par.4. cum allegat quas sensit, Rota & Buratt. *dec.* 819. *nu.2. & cum pluribus dec.471. num.23. & 24. par.9. rec.*

Præualuit enim consideratum in decisionibus longè,
10 † priusquam incontinenti implendum fuisse ab altera parte, vt cautè in *dicta decis.368. d. num.1.* proponuntur illi
11 obligati prius soluere annuatam &c. *& d. decis.369.* suo initio proponitur pretium frumenti in pactum deductum longe ante consignationem in litore Ianuen. faciendam, &c. hæc autem potius videri pactum contemporaneæ traditionis, & solutionis aut in continenti, *& à volta per volta fatte le consegne*, prout traditio ab altera parte, & numeratio ab altera non possunt inculcare vno actu, & penetrari non solum tamquam duo, sed etiam tamquam mutui, & reciproci actus inuicem dari, & accipi plusquam efflari, & sorberi, & ipsa stipulatio, & verborum
12 obligatio contrahitur, † ex interrogatione præcedente, & responsione sequente *instit. de verbor. obligat. in princ. & ibi gloss.* 1. præter alia etiam pacta quæ etiam in contracti-
13 bus stricti Iuris, † etiam incontinenti apposita insunt, *l. lecta 40. ff. si cert. petat. & ibi notat.* Bart. & alii & necesse
14 est vt aliqua præcedat, & alia succedat, † vt interdum emptor nummos, & venditor mercem, quidem inuicem
15 parum fidei haberent, † deposuerint, *l. si soluturus 39. ad fin. ff. de solut. & addit. ad gloss vlt. vers. Quid ergo l.4. C. de act. empt.* & regulare est præcedere rei traditionem, & suc-
16 cedere pretii solutionem, † vt in literarum obligationibus præcedere cautionem etiam de recepta, & succedere
17 pecuniæ numerationem, † & inde prædictam exceptionem non numeratæ pecuniæ, *Instit. de liter. obligat.* quin
18 etiam pignorum datio, & sic † de singulis aliis negotiis, vt notat Cuiac. *in parasit, & est rubr. C. de dot. caut. non numerat.* Quibus positis venditor iure habuit fidem continuam ordinariam emptoribus non temporis sed loci Fer-
19 rariæ, qui tamen continuum actum non interrumpit, † quanto tempore diligens Paterfamilias conficere possit &c §. *cum ita l. continuus 137 ff. de verb. obligat.* adeoque habuit fidem continui actus quo emptores tradito sibi frumento in confinibus à ministris etiam quidem *à volta per volta* venditores repeterent Ferrariam ad soluendum pretium venditori, & forte postquam essent *fatte le consegne*
20 non tamen *portato via il grano*, † atque ita dici non potest habita fides de pretio, *l. quidem vendidi 29. ff. de act. empt. & ibi gloss. ordinaria, & marginalis l. si verò 12. ff. de rei vindic. & ibi glos. fuerit & marginalis, l.3. ff. de pignor act. & ibi glos. &* Bart. *ibi* quidem non sit aliqua dubitatio dan-
21 da ab homine, & eleganter si in creditum † non alii ait Vlpian. §. *plane l.4. ff. de tribut. act.* & venditor frumenti, per pactum soluendi pretium Ferrariæ, & multo minus *à volta per volta fatte le consegne* partiatur, & continue in creditum non abiit minus aliquam dilationem dedit.

Et quamuis *ad l.1. C. de vsur. & fruct. legat. num.22.* in traditione vsusfructus, & eius cautione senserit adhuc
22 hæredem, † in mora licet fructuarius non offerat cum primum debeat tradi, & immediatè caueri, quod Socc. Sen. *cons. vlt num.3. vers. non obstat lib.3.* ad inuerisimilitudinem soluendæ pecuniæ, & alii ad alia traduxerunt.

Cauendum est eos agere de ordinatis, & ordine seruan-
23 do, † vt inquit, Bald. vti de separatis & proinde ordinatis, secus de connexis vt sensit ipse, Bald. *ad d. l.8. in fine præclare* Alex. *ad l. cum proponas 21. C. de pact. num.2.* &
24 bene distinguendo capita separata, † & in vno contracta, & correspectiua etiam in pluribus adnotatis ad Buratt. *decis.54. num.17. cum alleg. & præcipuè* Rota *dec.428. n.6. & 7. par.1. rec.*

Deinde distinctæ sunt acquisitio actionis, & lucratio
25 fructuum, vel interesse, † & pro hac certi consignationem pretii esse necessariam, Tiraq. *retr. conuent. §.5. glos. 6. num.4.* Lup. *de vsur. conuen.2. num.207.* Fontan. *decis.73. maxime num.13. & 14. & decis.74. num.16.* cum aliis, itaut quando emptor agit ad rem emptam tradendam, & re-
26 portauit sententiam fauorabilem † magis communis sit opinio, quod per exceptionem pretii non soluti huiusmodi executio impediatur, vt per Iason. *ad §. si quis Iurauerit 1. l. si duo ff. de Iur. Iur. nu.4. vers. tamen adde* quidem contraria opinio est verior, & communis cum alleg. apud Mangil. *d. quæst. 97. num.11. & 12.* Ex quibus patet, quam
27 insufficiens esset quæuis oblatio, † nullaque fuerit ad consequendam actionem, quin etiam ad alia præter moræ

purgationem ad *d. l. acceptam 19. C. de vsur. & ibi* Bart. *nu. 1. & 3. cum aliis in fin. decis. 27. Aprilis 1667.* Quis verò putet aut ferat in emptionibus, & redemptionibus vtrumque pactum fuerit emptorem fundi postea soluturum tradendum † antea venditori interim lucrari fructus, aut 28
contra venditorem postea traditurum soluenti antea emptori interim lucrari fructus aut fructuum interesse.

Denique considerata est integra conuentio, *nel mese d' Agosto &c. depositare scudi 200. e questi mentre vna parte mancasse subito dare tutti li 400. depositati dalle parti, à quella parte che sarà stata osseruante, & oltre alla perdita, che farà la parte mancante sarà anche sottoposta ad ogni spesa, danno, & interesse, che hauesse patito la parte osseruante*, quæ videtur pertinere ad totum mensem Augusti etiam sicuti post mensem Augusti emptores habuissent actionem ad depositum, quam habere putarunt, & exegerunt, ita habuissent etiam ad damna expensas, & Interesse non quæcumque postea essent passuri, sed quæcumque passi antea fuissent, tum expressim redacta conuentione ad mensem Augusti, tum etiam ipsa declara, *Che sarà stata osseruante &c. che hauesse patito &c.* præcedente aduerbio temporali, † *mentre vna parte mancasse subburbio &c.* 29

Et ità vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Colonien. Canonicatus.

Veneris 4. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Impetrans Beneficium certo modo propter irregularitatem alicuius prouenientem ex aliquo vitio corporis eo concludenter, imò concludentissimè non probato venit vndequaque reiiciendus; Hinc plura de qualitate irregularitatis, de vitio Claudi, quod deformitatem, vel non deformitatem inducat, aliæque etiam irregularitates remanent in præsenti decisione declaratæ.

SVMMARIVM.

1 *Reo & possessori sufficit vincere per non ius actoris, amplia vt num. seqq.*
2 *in Beneficialibus indistinctè quis vincere non probibetur, per non ius partis.*
3 *Narratiua in specie probari debet, quando est fundamentum gratiæ alicuius.*
Actor tenetur iustificare fundamentum suæ intentionis, num.3.
4 *Beneficiis in impetratione facta certo modo requiruntur probationes apertissimæ, & indubitatæ.*
5 *Attestationes extraiudiciales procuratæ lite pendente non merentur attendi, nec in iudicio, nec extra.*
6 *Attestationes, & fides extraiudiciales contrarii attestationibus, & fidibus conquassantur, eo magis si hæc fuerint factæ à Viris probatæ fidei, & doctrinæ.*
7 *Sententia contumacialis præsumitur potius data ex contumacia, quam ex iustitia.*
8 *Sententia contumacialis si non iustificatur ex actis, neque facit aliquem gradum præsumptionis iustitiæ.*
Sententia reuocata non habet pro se præsumptionem iustitiæ, num.8.
9 *Irregularitatis defectus proueniens ex vitio corporis remittuntur arbitrio, & conscientiæ Ordinarii.*
Ordinarii approbationem habens, quia fuerat ab illo promotus ad aliquem ordinem, dicitur in eo habere intentionem fundatam, num.9.
10 *Claudicatio, & deformitas non quælibet irregularitatem inducit, sed ea tantum, quæ notabiliter corpus vitiat.*

*Dispensatio apostolica non requiritur in omni irregula-
ritate proueniente ex corporis vitio, sed in ea solum
quæ causat deformitatem.*
*Claudus si sine baculo, & pede ligneo incedere potest
non probibetur ab Episcopo etiam sine dispensatione
ordinari, num.10.*
11 *Approbatio Commissariorum apostolicorum iudicialiter
facta cæteris quibuscumque probationibus præferri
debet.*
12 *Impetrans Canonicatum certo vacationis modo, eo non
probato, non potest ex alio titulo obtinere.*

DECISIO CCXXXI.

CANONICATVM Subdiaconalem Ecclesiæ Col-
legiatæ vtriusque sexus Beatæ Mariæ Virginis, &
Sanctorum Cosmæ, & Damiani Oppidi Essendien. Co-
lonien. Diœcesis vacantem, per Obitum Franchi de Men-
se Ianuarii 1658. Sedi Apostolicæ reseruato, hodie Domi-
ni adiudicandum esse censuerunt Ioanni Bommerschome
prouiso Apostolico, & possessori, non attenta impetra-
tione certo modo, per Guilelmum Langium obtenta sub
narratiua, quoad Ioannes tanquam corpore vitiatus esset
irregularis.
Quia sicuti Ioanni reo, & possessori sufficit vincere,
1 † per non Ius Actoris ad *text. in l. fin. Cod. de rei vindicat.*
2 Quod indistinctè procedit in beneficialibus, † Anchar.
cons.233. in princ. Merlin. *dec.200. nu. 1.* Buratt. *decis.* 380.
*pariter num.1. & in Leodien. Canonicatus 22. Maii 1665. cor.
Reuerendiss. D. meo Decano.* Ita Guilelmus propriam nar-
3 ratiuam tenetur plenè, & concludenter probare, † non
solum quia est fundamentum suæ gratiæ, Rota cor. Pe-
nia *decis. 612. num.6. iuxta Lugdunen. impress. in rec. decis.
443. num.2. par.2. & decis.10. num.3. par.11.* Verum etiam
4 quia versamur in terminis impetrationis, † *certo modo*,
in qua apertissimæ, & indubitatæ requiruntur iustifica-
tiones, Gonz. *ad reg. 8. gloss. 15. numer. 123. & 124.* Rota
coram Verall. *dec.27. num.2. par.2.* Gregor *decis.353. num.
9. vbi* Adden. *n.18. & in rec. dec.122. nu.3.* & alii sæpissimè;
quæ autem fuerint adductæ ad hunc effectum, per Gui-
lelmum visæ sunt Dominis penitus irreleuantes.
Attestationes, namque nonnullorum Ciuium eiusdem
Oppidi, & declarationes Patris Inquisitoris, nec non
Rectoris Ecclesiæ Beatæ Mariæ ad Indulgentias, omisso,
quod sunt simplices fides extraiudiciales, & lite penden-
5 te procuratæ, † quæ nullam fidem, nec in Iudicio, nec
extra merentur, *l. solam Et ibi gloss. in verb. solum Cod. de
Test.* Menoch. *cons. 322. num. 45. vers. nec dici potest* Ro-
ta *decis. 221 numer. 14. part. 6. recent.* Contrariis nihilo-
minus Theologorum, & Canonistarum eliduntur, quæ
6 tanquam emissæ à Viris probatæ fidei, & doctrinæ, reco-
gnitæ, de actis, & numero, & dignitate respectiuè prę-
ponderantes, in concursu sunt potius attendendæ, Decia-
nus *cons. 51. numer. 101. lib. 2.* Rota *dec.118 nu.19. & dec.
146. num.21. par.9. rec.* cum ibi alleg.
Sententia Officialis Colonien. neque gradum probatio-
nis facit, quia emanauit in contumaciam ex recepta con-
7 clusione, † quod sententia contumacialis præsumitur po-
tius lata ex contumacia, quam ex Iustitia in casibus, pro-
ut in nostro, in quibus attendenda venit veritas facti, la-
tè Felin *in cap. cum* Bertoldus 18. *num 20. de sent. & re Iu-
dic.* Soccin. *eo tit. gloss.14. par.12. num.47. & 76.* Gregor. *de-
cis.371. num.10. & ibi* Adden. Rota *dec.665. num.3. part.1.
& decis.147. num.5. par.2 rec.* Neque gradum præsumptio-
8 nis Iustitiæ, † nisi iustificetur ex actis, Seraphin. *dec 254
num.9.* Buratt. *decis.47. num.5.* Quod tantum abest, vt im-
mò fuerit per duas contrarias ab Apostolicis Delegatis re-
uocata.
E conuerso Ioannes habet pro se præsumptionem fun-
datam in Iudicio sui Ordinarii, qui illum ad Subdiacona-
tus ordinem promouit, & sic habilem iudicauit ad mini-
strandum in eodem ordine, cum illius arbitrio, & con-
9 scientiæ remissum sit iudicare circa istas, † irregularita-
tes prouenientes ex defectu corporis, *text. in capit. 2. de
corp. vitiat. vbi gloss vltim. &* Abb. *num. 3. in fin. vers. quis
declarabit* cum omnibus Canonistis, Corrad. *in prax dis
pens. apost libr. 3. capit. 6. post numer. 8. versic. vbi autem*,
Barbos. *de officio Episcopi allegat. 42. numer. 60. cum ibi
alleg.*
Non enim omnis deformitas, aut claudicatio irregula-
ritatem inducit, ita vt indigeat dispensatione apostolica,
sed illa tantum, † quæ taliter vitiat corpus, vt sine ba- 10
culo consistere non possit, vel cogatur pede ligneo clau-
dicare, ad *text. in can. si quis in infirmitate, vbi gloss. in
verb.* Claudus *distinct. 55. iuncto Can. nullus Episcopus de
consecr. dist. 1.* Abb. *in cap. 2. num.3. de Cleric. ægrot.* Bar-
bos. *de offic. Episcopi supracitat. alleg. 42. num.40.* cum ibi
cumulatis.
Habet præterea pro se declarationem Commissariorum
à Delegatis Apostolicis Deputatorum, qui ex oculari, &
diligenti inspectione seruatis de iure seruandis, & ipso Gui-
lelmo citato, illum habilem pronunciarunt, † quæ ap- 11
probatio cum sit Iudicialis cęteris omnibus venit præferen-
da Eminentiss. Otthob. *dec.58 num.38.*
Obiecta nullitas ordinationis ad titulum Canonicatus
litigiosi non est præsentis inspectionis, quia Guilelmus,
qui Canonicatum certo vacationis modo impetrauit, † 12
illo non probato non potest ex alio obtinere, Garz. *de be-
nef. par.11. cap.3. n.16.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 32. n.9.* Put. *de-
cis. 320. lib.1* Crescent. *dec.15. de Præben. & in Moguntina
Canonicatus 16 Ianuarii 1665. §. Neque Philippo cor. Reue-
rendiss. D. meo Decano.*
Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granatesi.

Firmana bonorum.

Veneris 4. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Valoris probationem plenè complectitur præ-
sens Decisio faciendam ab instrumentis
venditionum, quæ licet per se non suffi-
ciant; transferunt tamen onus probandi in
alteram partem, maximè in antiquis in
quibus etiam præsumptiones, & coniectu-
ræ admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Peritorum electio ordinata cum supposito deficientiæ
alterius probationis, cessat vbi apparet aliam pro-
bationem existere.*
*Instrumenta probant valorem etiam contra tertium,
num.1.*
2 *Instrumenta vbi non sunt numero plura probant
simpliciter valorem conuentum, non autem commu-
nem.*
*Emptor moueri potest ad aliquod cariùs emendum aliqua
sua particulari affectione, num.2.*
3 *Venditio licet non probet verum, & iustum valorem,
probat tamen præsumptiuè.*
*Præsumptioni ex venditione resultanti circa valorem
standum est, donec contrarium probetur, num.4.*
4 *Valoris præsumptio resultans ex venditione, vnde
procedat.*
*Emptor rem cariùs emere non præsumitur, num. 4. &
num.6. vbi vide.*
*Præsumptio valoris ex venditione resultans transfert
onus probandi in alteram partem, num.4.*
5 *Res præsumitur vendita iusto pretio.*
6 *Emptor non præsumitur stultus, vt velit ratione
affectionis rem cariùs emere, & sup. numer. 2 & 4.
vbi vide.*
7 *Venditor non præsumitur rem vendere voluisse viliori
pretio.*
Iactare suum nemo præsumitur, num.4. & 7.
8 *Valorem rei impugnans, illum probare tenetur.*
9 *Instrumentum licèt vnicum probat valorem rei,
saltem ad effectum transferendi in alteram par-
tem.*
10 *Venditio facta præuia æstimatione peritorum facit,
quasi statum super probatione valoris.*
11 *Valoris probatio si per lapsum temporis fieri non
potest, admittit etiam præsumptiones, & con-
iecturas.*

12 Iu-

12 *Iudex potest constituere valorem, ex officio in antiquis, vbi probationes omninò non concludunt.*
13 *Valor probari debet de tempore euictionis.*
Sufficit tamen vt ille probetur anno postea, & antecedenti, num.14.
14 *Valor breui tempore non præsumitur immutatus.*
15 *Mutatio valoris per decennium non præsumitur.*
16 *Melioramenta cedunt commodo meliorantis.*
17 *Augumentum proueniens ex beneficio temporis ad Donum spectat.*

DECISIO CCXXXII.

ANNO 1599. euictis Francisco Orlando Prædiis sibi in permutatione assignatis à Bernardino Pellicano fuit per plures decision. resolutum competere Horatio Orlando, vti Nepoti Francisci regressum ad proprium Prædium detto *l'Aqua-Santa* pro concurrenti quantitate salmarum euictarum ad quem effectum Rota sub die 16. Maii proximi præteriti mandauit eligi Peritos qui referrent de qualitate, & valore Terrarum, hinc inde tempore euictionis; Verum ex impossibilitati reperiendi peritos, qui possent deponere de valore post annos septuaginta; Horatius repertis nonnullis Instrumentis venditionis Prædiorum factæ præuia æstimatione Peritorum anno ante, & anno post euictionem, obtinuit disputari dubium An sit recedendum à decisis; ita vt constet de valore & affirmatiuè resolutum fuit.

Siquidem resolutio capta, quod valor iustificaretur mediante electione Peritorum emanauit, cum supposito quod alio probationis genere veritas haberi non posset,
1 † vnde cùm ob temporis vetustatem Periti idonei, non
reperiantur, attendenda sunt dicta Instrumenta, quæ pariter valorem probant etiam contra tertium Bald. *in l. 2. num.27. vers. denuò quæro, & nu.50. & 59. C. de rescind. vend.* Menoch. *consil.* 358. *num.* 30. Rota *decis.* 248. *num.* 3. *& 4. par 4 tom.2. rec. latè in Bonon. Prædii 7. Iunii 1641. §.1. cor. bo. me. Peutingerio, & in firmana fideic. 28. Martii 1667. cor. me.*

Et quidem respectu Prædii *Aquæ-Sanctæ* salmarum quinque ad quod petitur regressus illud anno 1598. venditum fuit præuia æstimatione Peritorum in scut. 1006. & sic ad rationem scut. 201. pro singula salma, & in aliis 350 quoad Domum, & Pescheriam in eo Prædio existen. Summario Orlandi num 1. Prædia verò euicta nempè, *à Bocca di Gabbia, & fonte Spina*, vendita fuerunt anno 1600. in scut. 418. 75. dicto Summ. num 4.

Non obstant quod Instrumenta venditionum probent solummodo valorem conuentum, non autem valorem
2 iustum, & communem, † maximè quando illa non sunt
plura, sed vnica, cum emptor moueri possit aliqua affectione ad carius emendum, vt aduertit, Cyriac. *contr.* 257. *num* 7. *& 453. num.* 12. *& 13.* quia licet venditio non
3 probet iustum, & irrefragabilem rei venditæ valorem, †
facit tamen probationem præsumptiuam cui standum est quousque contrarium probetur, *l. si circumscripta C. solut. matr.* Natt. *cons.* 650 Mascard. *de probat. conclus.* 1407. *nu.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 21. *plenè* Rota *in dicta Bonon. Prædii 7. Iunii 1641. per totam coram Peutingerio*,
4 vbi quod siue hæc sit præsumptio Iuris, † cum trahit origi-
nem à dispositione, *text. in l. cum de indebit. ff. de probat.* siuè cum præsumptione Iuris habeat affinitatem, vtroque modo transfert onus probandi in Aduersarium Res
5 enim præsumitur, iusto † pretio vendita, Bald. *in leg. si*
fundus §. quamquam in fine, ff. de reb. eor. Iacobin. *in l. vnica, num.* 59. *C. ne liceat petent.* Fabian. *de vendit quæst.* 8. *num.* 25. Cagnol. *in l. 2. num.* 233. *C. de rescind. vendit.* Roland. *cons.* 92. *num.* 7. *lib.* 2. Gregor. *decis.* 194. *num.* 1. *& decis.* 553. *num.* 2. & sicut emptor non præsumitur stultus,
6 & quod velit eam emere maiori pretio, † quam valet ali-
qua affectione motus, Cynus *in l. 1. in fine C de sent. quæ pro eo vers. in tertio verò*. Ita nec venditor vendere viliori
7 pretio, † cum nemo præsumatur velle iactare suum ad
text. in l. cum de indebito, ff. de probat. vnde qui dicit rem non
8 esse, † tanti valoris probare tenetur, Bald. *in leg. per di-*
uersas num. 13. *C. mandati* Gregor. *dicta decis.* 194. *num.* 21. *& decis.* 135. *numer.* 17. *par.* 6. *rec.* Nihil obstante quod In-
9 strumentum sit vnicum, † quia nihilominus militat ea-
dem ratio, vt in terminis firmauit, Rota *in dicta Bonon. Prædii cor. Peutingerio*, cum qua etiam transiuit *in Auximana fideicommissi 26. Maii 1642. coram Dunozetto §. valor,*
& §. nec dicatur; fortius quia venditio fuit facta præuia
æstimatione Peritorum, † sic facit quasi statum pluribus 10
relatis, Possidon. *de empt. & vend. libr.* 3. *dub.* 73. *num.* 3. *& 4.* quinimò dum per lapsum temporis annorum 70. va-
loris Probatio redditur difficilis, † admitti debent præsum- 11
ptiones, & coniecturæ Alciatus *cons.* 116. *num.* 3. *lib.* 1. Bursatt. *cons.* 184. *n.* 6. *lib.* 2. Rota coram Merlin. *dec.* 695. *nu.* 5. *& 6.* vbi quod eo casu potest Iudex ex officio valorem sta-
tuere, † etiam si probationes non sint omninò concluden- 12
tes, Bart. *in l si quid ex* Pamphil. *num* 3. *ff. de leg.* 2.

Minus releuat quod dicta Instrumenta non percutiant
tempus præcisum sequutæ euictionis, † quo tempore pro- 13
bandum esse valorem firmauit, Rota *in decisione reuidetur, §. in æstimatione*, quia sufficit venditiones fuisse factas
anno ante, & anno post sequutam euictionem, † in quo 14
breui tempore valor stabilium non præsumitur mutatus, Alex. *cons.* 133. *circa finem libr.* 1. vbi quod per decennium
mutatio, † non præsumitur, Mascard *de probat. concl.* 15
657. *num.* 66. Caual. *decis.* 558. *num.* 4. *& decis.* 211. *num.* 4. *par.* 10. *rec.*

Quæ dicebantur de melioramentis factis in Prædiis,
quæ regulariter † cedere debent ad commodum melioran- 16
tis, ex Ciriac. *controu.* 220. *num.* 13. non fuerunt habita in consideratione, quia Doctum non fuit prouenisse ex vera diligentia, siuè industria possessorum, & si aliquid ades-
set augumentum, † ratione temporis illud cedere debet 17
in commodum Orlandi, vt in proposito admittit idem, Ciriac. *dicta controu.* 220 *num.* 11.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Viterblen. Pecuniaria.

Veneris 4. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Damnum ex Societate resultans totum adscribitur Socio qui negotium proprio, non autem Sociali nomine gessit; cumque quoad ipsum Societas dissoluta remanserit, non amplius disdicta requiritur; quidquid secus respectu corresponsalium, ne ratione communis fidei defraudari remanerent.

SVMMARIVM.

1 *Societas tam diù durat, quam diù Socii in vno eodemque consensu perseuerant.*
Socius scribens literas circulares, quod non præstetur amplius fides literis à Sociis conscriptis, Societatem dissoluere voluisse dicitur, num.1.
2 *Societas remanet terminata, si alter Socius non habet amplius complementum in illa.*
3 *Diuersitas inducitur etiam circa difformitatem gerendi consensum.*
Societas mutata dicitur ex mutatione formæ in conscribendis epistolis, nu.3.
4 *Mercatorum attestationi multum defertur etiam circa dissolutionem Societatis.*
5 *Societas dicitur terminata, si illius merces ab altero Socio proprio tantum nomine distrahuntur, non autem communi.*
6 *Socius commune negotium suo tantum, & particulari nomine describens à Societate recedere voluisse declarat.*
Disdicta postea inter Socios secuta præcedente actus super dissolutione Societatis, quatenus dubios expresse declarat, num.6.
7 *Socii solius facto quæ post dissolutam Societatum damna subsecuta sunt, eius quoq; damno tantummodo cedunt.*
8 *Societas non remanet dissoluta per mutationem complementarii.*
Literæ Socii quę auferunt complementum consocio demonstrant Societatem fuisse finitam, num.8.
9 *Societas non dicitur terminata respectu correspondentium, nisi verbis explicitis fuerit disdicta.*

10 *Societas etiam sine disdicta dissoluitur in odium Socii proprio tantummodo nomine, non autem Sociali negotiantis.*
Socius quamuis sit immunis à damno in iisque ab altero Socio gesta sunt contra formam Societatis, non prohibetur tamen ex Societate commodum reportare, num. 10.

11 *Participatio alterius non repugnat Societati inter alios contractæ.*

12 *Societatis, renouatio cum Socio à Societate disiuncto non procedit, nisi data in illo sententia dissolutæ Societatis.*

13 *Ignorantiam publicationis literarum, alicuius edicti, vel lectionis earum si quis allegat non auditur.*

DECISIO CCXXXIII.

ADVERSUS decisionem editam primo Decembris 1659. cor. D. meo Verospio tria deducebant Informantes pro Paulo Ciofos, quod per epistolam circularem ab eodem scriptam 28. Aprilis non fuit dissoluta Societas secundo quod talis epistola respiciebat, tantùm Societatem fundacalem non autem frumentariam, & tertio quod quatenus etiam Societas dissoluta fuisset, ad huc tamen per actus à Serchietto successiuè gestos tacitè renouata remansit, quibus tamen obstantibus post binas propositiones placuit DD. standum esse in decisis.

Stat enim in suo robore fundamentum prædictæ decisionis, quod per epistolam circularem transmissam, per Ciosum ad correspondales, negotii communis ne in posterùm aliquam fidem præstarent subscriptioni factę nomine di Paulo Ciofi, & Sancti Serchietti, sed illi d. Paulo è Carlo Ciofi Societas exinde dissoluta remanserit cum regula-
1 re sit in subiecta materia, quod † tamdiù contracta Societas durat quam diù Sociorum consensus integer, & in eodem statu perseuerat quæ sunt præcisa verba, *text. in §. manet instit. tit. de Societ. & l. tamdiu, 5 ff. pro Socio.*

Integer autem, & in eodem statu non poterat dici animus in proposito casu, inter Ciosum, & Serchiettum, dum vigore prædictæ epistolæ, iste non habebat amplius complementum minusque literas amplius subscribere poterat contrà expressum pactum apocæ Socialis in articulo sexto, eius præterito Summ. nu 5 cuius controuersia ope-
2 ratur, vt Societas, † quæ alias duratura esset ad sexennium terminata remaneat, iuxta *text. in l. si conuenerit 14 ff. pro Socio, & l quaero 54. § inter locatorem, ff. locat.* Menoch. *conf* 121. *n.* 10. Ruin. *in conf.* 175. *nu.* 12. *lib.* 1. Felic. *de Societ. c.* 35. *num.* 28. Alex. *conf.* 132. *n.* 10. & 11. *lib.* 5. vbi quod difformitas circa modum gerendi, consensus etiam inducit
3 diuersitatem, † & in puncto quod ex mutatione formæ inscribendis epistolis in quibus non fit mentio consocii, quod Societas dissoluatur probant, Mascard. *de prob. concl.* 1315. *num.* 5. *secundum impress. anni* 1597 Cal. *de mod. articulandi tit. de propria spe probationum, quæ fit per testes, nu.* 457. *fol.* 1245. & Io: de Neuia *de Commerc. terrestr. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *cap.* 43. *fol mihi* 43. & *conferunt notata à* Buratt. *dec.* 85. *vers. in primis.*

Comprobatur etiam præfata terminatio ex attestatione quamplurium mercatorum vrbi dicto Summario præ-
4 ter. &c. *num.* 10. † quorum iudicio in similibus casibus, permultum de ferri vltra relatos in decis. *D. mei Leonis Verospii firmauit* Rota *in Romana seu Mediolanen. pecuniaria* 5. *Decembris* 1667. *coram R. P. D. meo Taya § fin.* & quatenus aliquis scrupulus adhuc remaneret penitus sublatus videtur, ex obseruantia deducta ex gestis ab eodem Ciofo post scriptam dictam epistolam non solum etiam
5 pro, † distractionem frumenti Socialis proprio dumtaxat nomine non communi negotiauit d. præterito Summario *num.* 5. ex quo Societas, dicitur terminata *ad text. expressum in l. Itaque* 64 *ff. pro Socio* Mascard. *loco cit. num.* 3. Felicius *de Societ. d. cap* 35 *num* 2. Ioseph. Ludouicus *tit. de Societ. concl.* 1 *vers.* 2. *præsumpt. cum cumulat, per* Rotam *in Bononien. bonorum* 4. *Maii* 1663. *coram R. P. D meo Priolo, §. Itaque constan.* verum etiam negotium fundacale
6 quod non controuertitur commune tanquam, † suum proprium descripsit in dicta præsumpt. *num.* 6. ex quo pariter inferri ad dissolutionem Societatis probat, *text. in d. l. Itaque, & l. Titium, & Meuium* 47. *§. altero, ff. de administrat. tut.* Soccin. Sen. *conf* 87. *num.* 13. *vers. itaque Sicut dicitur lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 9. *tit.* 23. *num.* 29. maximè concurrente expressa disdicta facta à Ciofo, d. præt. Summario *num.* 3. quæ præcedentes actus, si essent æquiuoci, manifesta declarat; Vnde damna quæ à die transmissæ epistolæ ab inde deuenerunt, † tanquam sequuta post fini- 7
tam Societatem cedunt Periculo Ciofi, *vt præter relatos in prædicta decis. dixit* Surd. *conf.* 12. *num.* 51 & *firmauit*, Rota *in Bononien. Societ.* 10. *Decembris* 1663. *§. ac proinde cor. Reuerendiss. Gerunden.*

Non obstat quod prædicta epistola, nil aliud importet, quam mutationem complementarii, per quam non censetur dissoluta Societas iuxta alias attestationes mercatorum datas ad Partes, quia † quidquid sit respectu corres- 8
pondentium; certum est quod respectu Serchietti, per illam fuit sibi ademptum complementum, *ad literam text. in l. si Pupill.* 11. *§. de quo palam, ff. de instit act. ibi, de quo palam scriptum fuerat ne, cum eo contrahatur*, quod cum de directo sit contra sextum Capitulum Serchietti Societas, per talem mutationem dissoluta remansit ex supra notatis.

Et ista responsio influit ad solutionem alterius obiecti, scilicet quod per litteras correspondentibus directas non dicatur terminata Societas, † nisi explicitis verbis facta 9
fuerit disdicta, vt loquitur, *Text. in d. l. si pupill. in §. de quo palam, cum* Gomes *var. resol. tom.* 2. *tit. de Societ. c.* 4. *n.* 6 *vers. verum tamen, cum* Rota *dec.* 151. *num.* 12. & *seqq. par.* 10 *rec.* procedit enim conclusio in dissoluenda Societate respectu correspondentium, ne inde fraudati remaneant, sed ad effectum, † vt cum consocio illiusque respectu dissoluta, 10
remaneat non requiritur talis explicita disdicta, sed in odium illius clandestini, & intempestiui actus dum Societas, per sexennium durare debebat Socius ignorans, dicitur liberatus à Societate ad effectum, vt sit immunis à damno licet eius fauore pro lucro captando Societas adhuc durare dicatur, *iuxta text. express. in l. actione* 64. *§. diximus, & l. si conuenerit* 14. *§ quod tandem, & l. quod & Socius* 17. *§. absenti ff pro socio* Mant. *de tacit. lib.* 6, *tit.* 23. *n.* 24. & 32. Michalor. *de duobus frat. par.* 3. *c* 36. *n.* 17. *cum aliis cumulatis in dec. D. mei Verospii.*

Minus facit secundum obiectum, quod scilicet talis epistola circularis respiciat dumtaxat Societatem fundacalem non autem triticariam, quia vltra quod Societas frumenti erat filia, & totaliter dependebat ab illa fundaci, vt attestantur mercatores dicto Summ. num. 10. & epistola indistinctè ad corr. spondentes, tam fundaci, quam tritici fuit transmissa. obiectum funditus corruit ex subsequuta obseruantia deducta ex eo quod post illius transmissionem Ciofos proprio nomine frumentum distraxit dicto præterito Summ. nu. 5. ex quo controuerti non potest, quod vtraque Societas dissoluta remansit, non obstante, quod in illa frumenti participaret etiam dictus Marchio Maidalionus, quia † ipsius participatio non repugnat Societati inter Ciofum, & Serchiettum contractæ, *vt est text in l. cum in Societatis tertio C. pro Socio, & firmauit* Rota *in Romana participationi* 2. *Iunii* 1614. *cor. Vbaldo* penes Marches. *de commens par.* 2. *fol.* 508. *nu.* 4. & 5. *quam refert. & sequitur Eminentiss. Ottbob. dec.* 40. 20. 28. 11

Neque demum ex actibus gestis, per Serchiettum post epistolam, de quibus in Summ. *nu.* 2. Ciofi *nu.* 7. *cum seqq.* inferri potest ad tacitam renouationem, quatenus etiam Societas dissoluta fuisset, quod est vltimum obiectum, ex datis exaduerso in d. Sum. quia non probatur, † præce- 12
dentem clandestinam dissolutionem innotuisse ipsi Serchietto, quo casu exinde non inferri ad dissolutæ Societatis renouationem, *probat. text. in l. sed & socios* 13. *§. absenti ff. pro socio & dixit*, Rota in Bonon. *Societatis* 5. *Iunii* 1662. *cor. R. P. D. meo Emerix § finali*, cui non aduerfatur dispositio alterius, † *Text. in d. l. si Pupill.* 11. *§. de quo palam* 13
ff. de instit. act. in illis verbis, *si quis dicat ignorasse se literas, vel non obseruasse, cum multi legerent, quod propositum esset, cum palam esset propositum non audietur*, quia fundatur in publicatione, quæ in proposito casu non fuit iustificata, & ignorantia Serchietti satis apparet ex eo quod statim habita notitia contra d. Ciofum protestauit in actis.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R P.D.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Lucri Dotalis.

Lunæ 7. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Lucrum Dotis in iis bonis, & rebus quæ commodè diuidi possunt, pro quarta illorum parte debetur; in aliis verò quæ commodam non patiuntur diuisionem, quamuis, & in earum singulis, similiter debeatur, officio tamen iudicis, vel in vnica tantum re pro omnibus assignatur, vel pretium solummodo traditur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam suam recipit declarationem ab iis, quæ libello petita sunt.*
2 *Quartum dotale, quoad loca montium, & census pro quarta eorum parte debetur.*
Loca montium, & census congruam patiuntur diuisionem, num. 2.
3 *Quartum dotale pro bonis, quæ non existunt, vel commodè diuidi non possunt, in eorum pretio debetur.*
Pretium in vniuersalibus succedit loco rei num. 3 & 4 vbi amplia etiam in dote.
4 *Res dotalis debita si non existat aut commodè diuidi non possit, tunc illius pretium debetur.*
5 *Vinea licet commodè diuidi possit, attamen aliquando ex tali diuisione oriri, potest confusio, & scandalum.*
6 *Diuisio fieri debet à Iudice, quoties ex illa succedere posset confusio, & scandalum.*
7 *Lucri dotalis pro consecutione, quis non debet in omnibus rebus particularem vindicare portionem.*
8 *Lucrum dotis debitum super pluribus bonis, consequitur tamen super vnica tantum re ad æstimationem peritorum.*
9 *Legitima quamuis debita in quolibet corpore, in vno tantum arbitrio boni viri assignatur, & numer. seqq.*
10 *Patrimonia mediante eorum diuisione corrumpenda non sunt.*
Bonis alterius vbi quis nocere cupit, sua quoque iura præcipitat, num. 10.

DECISIO CCXXXIV.

SENTENTIAM Rotalem Reuerendissimi D. mei Decani, ex capite iniustitiæ non potuisse facere transitum in iudicatum, vsque sub *die 20 Febr. proximi præteriti*, prætendebant Saluccius, sed disputato dubio sub d. die contraria coram me, emanauit resolutio, aduersus quam obtenta, per eum noua audientia, & reuocata ad trutinam d. decisione Domini dixerunt sententiam prædictam modo quo infra esse declarandam.

1 Regulare si quidem est quod sententia à petitis, † in libello suam recipit declarationem, *ad text. in l. edita C. de edendo, & in l. in delictis 4 §. fin. ff. de noxalib. action.* Vndè cum in eo quartum dotale in genere fuerit ab Alexandro petitum, summa scutorum 1500. per Reuerendiss. D. meo Decano in sententia successiuè declara, non est accipienda dispositiuè, hoc est vt debeantur scuta 1500. in pecunia numerata. sed demonstratiuè ad quantitatem lucri debiti super bonis dotalibus; Ideoque quoad loca montium, & sensum, quæ commodam, & congruam diuisionem
2 patiuntur, † Alexander quartam partem sibi debitam vigore statuti recipere debet, iuxtà pulcrum textum *in l. in commodato 17. §. duabus, & ibi glos. verbo separatæ sint, ff. commodati.*

Quo verò ad alias res cum modo non existant, aut saltem congruam non patiantur separationem, quarta pars
8 pretii eidem debetur; cum † regulare sit, quod in vniuersalibus re vendita, pretium eius loco succedat, *l. in familia 20. C. familiæ ercifcundæ gloss. in l. iubeo 14. in verbo pretium ff. de verb. signific. gloss. in l. si & rem 22. verbo quia potest, ff. de petitione hæredit.* & procedere etiam in petitione † rei 4
dotalis probat ad literam *gloss. fin. in additionibus in l. qui vas 49. §. finali ff. de furtis.*

Restringitur itaque difficultas principaliter ad vineas, quæ etsi diuidi possint, nihilominus tamen quia ex tali diuisione oriretur confusio & scandalum, † si Alexander de 5
quatuor stantiis domus vnam, & de octo petiis vineæ, duas possideret, Iuris Consultus Vlpianus, *in l. communi diuidundo 17. ff. communi diuidundo* aduertit, quod quotiescumque ex diuisione oriri posset confusio, † Iudex ad eius officium 6
similes diuisiones facere pertinet, ex text. *in l. plane 3. in princ. ff. familiæ ercifcundæ, & l. cum hi 8. §. causæ ff. de transf.* & ab ea facienda debet omninò abstinere, cùm alias inconueniens videatur, quod quis pro consecutione lucri sibi à statuto debiti † habeat in omnibus rebus particularem vin- 7
dicare portionem, quæ sunt præcisa verba *text. in l. potest. 29. ff. de legat. 1.* Vnde attentis facti circumstantiis, & ad euitandas discordias quæ verisimiliter post litem exorientur, videtur indulgendum Alexandro, vt possit detrahere residuum lucri sibi decreti vsque ad summam scutor. 1500. super vna ex duabus vineis præuia æstimatione eiusdem † 8
ad exemplum legitimæ, quæ licet filio debeatur in qualibet gleba hæreditaria, & tamen patrimoniales res in parte diuisæ incommodam recipiant separationem, † ex æqui- 9
tate iuris arbitrio Iudicis remittitur vt in vna, vel duabus neque de melioribus, neque de peioribus filio legitimæ portionem assignet, iuxtà prouidam dispositionem Imperatorum Theodosii, & Valentini, *in l. meminimus 2. Cod. quando, & quibus quarta pars lib 10.* ibi, *sed multi tanquam corrumpendi* totius patrimonii occasione † capta vniuscu- 10
iusque rei sibi particulam vindicando adeo totas dilacerant facultates, & dum participibus relictorum opum nocere cupiunt, sua quoque iura præcipitent, cum quo concordant Bald. *in l. filius quem n. 8. vers. in contrarium C. familiæ ercifcundæ, &* Peregr. *de fideic. art. 36. nu. 74.* Crassus *in §. legitima qu. 14. n. 1.* Rota *dec. 113. n. 2. post* Merl. *de legit.*

Et ita &c.

REVERENDISSIMO P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Officii.

Lunæ 7. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Breue Summi Pontificis redditur subreptitium quotiescumque Papæ non fuerunt narrata ea omnia, quæ vel illum retraxissent à concessione facienda vel idem Pontifex difficiliùs concessisset maximè, quando, prout hic, derogari debuisset regulæ de iure quæsito non tollendo.

SVMMARIVM.

1 *Officium emptum super periculo vitæ alterius cum reseruatione dispositionis in fauorem emptoris, eo mortuo transit ad illius hæredes.*
2 *Vacatio non datur nisi per obitum illius, sub cuius vitæ periculo officium existit.*
3 *Depositarii non solent soluere hæredibus nisi illorum persona plenè legitimata.*
4 *Taciturnitas officialis, in quo alioquin resultaret delictam præsumi facit omnia fuisse iustificata.*
Delictum in officio non præsumitur, num. 4.
5 *Ædictum quod contra inobedientes capientur prouisiones necessariæ, & opportunæ quomodo intelligatur.*
6 *Verba, si piglieranno le prouisioni necessarie, non important pœnam rigorosam priuationis*
7 *Decretum vacationis in Breue Summi Pontificis appositum, si est fundatum in falso supposito corruit.*

 8 *Chi-*

8 *Chirographus Summi Pontificis carens clausula, quod omnes afficiat, ac si omnibus fuisset personaliter intimatus, quando, & qualitèr præiudicet.*

Chirographi Papæ ignorantia, quando allegari possit, num. 8.

à Pœna potest quis se eximere probabilem allegans ignorantiam, num. 8.

9 *ad Pœnam incurrendam certa, & indubitata scientia requiritur.*

10 *Attestatio officialis excedentis fines sui officii non probat.*

11 *Ignorantia arguitur ex eo, quod quis non fecerit id, quod facillimè, & absque vlla impensa facere poterat.*

12 *Gratia collationis officii redditur subreptitia, quando Pontifici non fuit narratum primum possessorem illud habere titulo oneroso.*

Gratia remanet subreptitia si Pontifici non fuit narratum, quod illum à concessione retrahere potuisset, num. 12.

13 *Officia titulo oneroso, & gratuito concessa longè differunt ad effectum nouæ concessionis obtinendæ.*

Titulus onerosus semper exprimendus est, vt gratia Pontificis substineatur, num. 12. & 13.

14 *Regulæ de iure quæsito non tollendo derogari debet, quando quis possidet titulo oneroso.*

Officium existens penes aliquem titulo oneroso alteri conferri non potest sine derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo.

15 *Gratia Pontificis, si de sui natura est tertio præiudicialis continere dicitur reuocationem regulæ de iure quæsito non tollendo, aliàs requiritur expressa derogatio.*

16 *Gratia Summi Pontificis quando ex defectu consensus Papæ dicatur erronea*, & num. 15.

DECISIO CCXXXV.

BREVE quo sanct. memor. Innocentius X. officium ratiocinationis, seù Computistæ Populi Romani Sertorio Theophilo contulerat non suffragari in Vaii præiudicium decisum fuit coram bon mem. Verospio 9 Maii 1659. à qua resolutione cum Rota recesserit præbuit colligantibus aditum quærendi, An in primo, vel secundo loco decisis esset persistendum, & proposito per me dubio Domini in decisis primo loco standum esse existimarunt.

Constat enim ex eodem Breui Papam supposuisse duplicem vacandi modum nempè per obitum Vaii in Vrbe defuncti, ac per neglectam exhibitionem tituli intrà semestre ab eodem Summo Pontifice speciali Chirographo demandatum omnibus officia Capitolina possidentibus, quorum neutrum hodie visum fuit subsistere; Siquidem vacatio per Vaii obitum contingere nequibat ex eo quia officium bon. memor. Stephanus Vaius frater proprio ære coemerat sub nomine, & periculo Francisci Portii reser-
1 uata sibi omnimoda dispositione cuius vigore † ipso Stephano defuncto superstite Francisco officii redditus, illiusque proprietas ad ipsius reseruatarii hæredes transiuit donec Franciscus Officialis viueret, Gratian. *discept.* 50. *numer.* 19. & 20. Rota *decision.* 262. *numer.* 4. *parte* 1. *diuers.* & *coram Buratt. decis.* 863. *numer.* 2. & *decis.* 635. *nu.* 3. *cor.*
2 *Card. Caual.* † propterea vacatio dari non poterat nisi per obitum Francisci Officialis, super cuius vitæ periculo officium residebat, Castrac. *de societ. offic. cap.* 2. *n.* 2. Zacch. *eod. tract num.* 39. & laté comprobat *prima decis. huius causæ* §. *Cum enim*.

Alter verò vacandi modus, in quo potissimum fundatur secunda decisio Sertorio minus prodesse potuit, nam præter quod tituli exhibitio de facili præsumi potest tùm ex primordio veritatis resultante ex reali existentia tituli habita exemptione officii, de qua in Summ. Vaii num 1. Tùm ex ipsa officii continuata fructuum, & emolumentorum solutione nedum ipsi Stephano reseruatario Verum, & Vaio hæredi, vt in eodem Summ. num. 3. etiam post lapsum terminum in Chirographo præscriptum; experientia enim docet Depositarios, & alios ad quos spectat soluere fructus similium officiorum ad actum solutionis non deuenire ad fauorem hæredum, nisi † plenè legi- 3
timata persona, & edocti de titulo defuncti, præsertim in casu præsenti, vbi solutiones factæ fuerunt cum ordine, & participatione fiscalis, cui incumbebat titulorum exhibitiones recognoscere, † qui dum siluit magis comprobat 4
eius taciturnitas, quod apud ipsum constaret de exhibitione alias negligendo deliquisset in officio, quod non præsumitur, vt dicit Menoch. *tot. præsumpt.* 85. *lib.* 2. Mascar. *de prob. concl.* 1248. *n.* 93. Surd. *dec* 221. *num* 12. Larrea *alleg. fiscal.* 2. *n.* 8 & 9. omnem vacationem excludit tenor ipsius met Chirographi: ibi: *Che poi passati li sei mesi si pigliaranno da Noi contro quelli, che non giustificaranno le prauisioni necessarie, & opportune*, quæ sanè verba cum sonent † in 5
prouisiones necessarias, & opportunas, sequendo *Text. in l. si præsens in fin. de pæn.* potiùs capi debent in mitiorem partem pro Officialis aliquali correptione circa fructus, aut officii indemnitatem, quam trahi ad rigorosam priuationis pœnam ibidem non comminatam † qua numquam 6
subintelligi debet nisi expressè legatur apposita, *glos. in cap. vlt. in fin. vers. quia cum de iurepatr.* Paris. *de resignat. lib.* 14. *qu.* 2. *n.* 3. Farinac. *cons. crim.* 5. *num.* 20. *libr.* 1. Rota *post eum dec.* 16. *num.* 18.

Et Papæ fuit suppositum Vaium deliquisse in non exhibendo titulum officii, de quo agitur, vt expressè legitur in Breui Aduersarii, ibi, *attento quod nec Stephanus, nec Vaius, nec Franciscus exhibuerunt titulum officii*, & ideò declarauit illud vacare per obitum Vaii Summar. Stephani num....

Quod tamen in facto minimè subsistit, quia Vaius nec de tempore datæ Chirographi, nec minus de tempore præfixo sex mensium vllum minimum habebat interesse super dicto officio sed solùm post decem menses per mortem Stephani effectus fuit reseruatarius, & consequentèr nullo modo dici potest † deliquisse, & corruit decretum va- 7
cationis in tali falso supposito fundatum.

In quam sententiam faciliùs Domini inclinarunt animaduertentes non probari Vaio fuisset Chirographum intimatum, nec in eo fuisse appositam clausulam, *quod omnes afficeret*, ac si singulis personalitèr fuisset intimatum, seù illud fuisse affixum in loco cunctis præciso, & noto vnde haberi verisimiliter possit notitia; qua propter † cum 8
in priuata Capitolii secretaria existeret Vaium non afficit quin in omnem casum potuerit se ab incursu pœnæ eximere allegando probabilem ignorantiam, vt in similibus terminis consuluit Farinacc. *consil. crim.* 89 *numer.* 5. & 6. *libr.* 1. dicens requiri ad pœnam incurrendam certam, & indubitatam scientiam † allegans Rota *in Romana Secre-* 9
tariatus coram Cardinal Seraphin. inter eius impress. la 972. *num* 10.

Scientiam verò probare, nec valuit attestatio fiscalis afferentis Chirographum Vaio notificasse, quod in præterita disputatione valde mouit ad credendum Vaium Chirographum non ignorasse, quia vltrà quod est simplex fides, & exceptiones, quas fiscalis patitur ostensum fuit hodie ipsum fiscalem fuisse dumtaxat in hoc negocio assumptum ad incumbendum iustificationibus titulorum, non autem ad intimandum Chirographum propterea de hoc attestando sicuti † proprii officii fines excessit ita illius 10
dicto non creditur, Menoch. *d. præsumpt.* 85. *num.* 20. Rolan. *conf.* 33. *num.* 13. *lib.* 1. *cum aliis ad propositum allegatis in Rom. Vineæ* 27. *Febr. proximi præteriti* §. *quorum coram me*, maximè cum sit multum inuerisimile, quod si Vaius tale quid sciuisset contemnendo Summi Pontificis mandata neglixisset facere id quod ita facile absque vlla impensa, & incommodo implere poterat ostendendo literas † paten- 11
tes officii, quod paulo ante acquisiuerat, *per text. in leg. nec ignorans C. de donat.* Lancell. *de attent. cap.* 12. *par.* 2. *de attent. appel pend. ampl.* 15. *n.* 24. Rota *dec* 245. *n.* 8. & 9. *cor. san. me. Greg. dec.* 40. *n.* 39. & 40. *par.* 9 *rec.*

Cæterum cum Vaius officium titulo oneroso fuisset adeptus gratia Sertorii multo minus suffragatur ex duplici capite; Primum est, quod hæc qualitas † non fuit Sum- 12
mo Pontifici expressa, & tamen sine dubio eum retraxisset à noua concessione, vt in indiuiduo considerat Gratian. *discept.* 891. *num.* 8. Rota *in decis.* 119. *par.* 3. *lib.* 1. *diuers.* longe enim ad effectum, de quo agitur † differunt 13
officia gratuito concessa, & titulo oneroso Gratian. *d. disc.* 891. *per tot.* Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 35. Peregr. *de iur. fisc. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 27. & *seq.* à Ponte *de potest. Proreg.*

reg.tit.3. §.1. num.23. Capic.Latr. consult.24. nu.48. Noguerol. alleg.5. num.25. cum sequen. Andreolus controu.408.num. 2. cum seq.

Alterum est cum in ea non fuerit derogatum regulæ de
14 iure quæsito non tollendo, prout de iure opus erat † dum officium prædicto titulo obtentum penes vnum existens alteri conferebatur, Rota coram Mohed. decis.7. de restit. spol.per tot.& signantèr num.6. vers. & obstat regula, & dec. 334. per tot.par.4. diuers.& decis.198. num. 2. coram Cardin. Millino.

Nec dicatur Papæ innotuisse officii titulum residere in vita Portii, & consequentèr illud Sertorio elargiendo at-
15 tamen voluisse regulæ derogare, † quoniam placuit responsio primæ decisionis nimirum gratiam non esse de sui natura præiudicialem, prout sunt vniones, & similia, quæ Papam certo scire præsumitur verificari non
15 posse sine tertii præiudicio † sed gratiam talem effici in proposito propter scientiam Papæ, quam ipse desumpsisse censetur ex sibi narratis, quod non sufficit ad euitandas suggestiones, quæ de facili poterant in narratiua eum circumuenire, vnde explicita requirebatur derogatio alias gratia à defectu intentionis non euasit immunis, vt dixit Rota in eadem prima decis. §. hinc, & ante in decision. 607. numer. 4. & 5. part. 3. & 174. numer. 2. & 3. part. 1. recent. cum aliis per Adden. ad Buratt. decis. 576. num. 13.

Quod libentiùs in proposita facti specie dicendum est,
16 vbi apparet Papam noluisse vti plenitudine potestatis, † sed tantùm fer. fer. Sertorio officium concedere, dum supposuit illud prædictis modis vacare, quod cum in facto non subsistat concessio ex eodem defectu consensus, & intentionis remansit erronea, etiamsi gratia motu proprio fuisset expedita, Hostien in capit. fin. numer. primo de præben. Paris. consil. 74. numer. 32. libr. 4. Lotter. de re benef. libr. 2. quæst. 54. numer. 10. & seq. Rota coram Seraphin. decision. 398. numer. 8. & in Bononien. dismembrationis 22. Maii 1658. §. animaduertebant propterea Domini coram bon. mem. Leone Verospio, cum aliis in prima decision. §. hunc.

Atque ita decisum vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. DOMINO ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Montis Alti Parochialis.

Lunæ 7. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Condemnatus per sententiam criminalem ad priuationem beneficii, non potest ciuilitèr ad illius reintegrationem aspirare, nisi priùs eadem sententia in ipso criminali iudicio reuocata, in quo si reus intra annum compareat recuperat beneficium quamuis alteri personæ collatum, secus verò si post annum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ in forma gratiosæ concessionis præbent legitimum titulum.*
2 *Priuatio beneficii probatur ex sententia criminali, in qua illa legitur expressè.*
3 *Gratia dicitur subreptitia, si fuit concessa sub expressione rei iudicatæ ob non interpositam appellationem à sententia lata sine citatione personali.*
Sententia pronunciata sine citatione personali non transit in iudicatum, quia appellari potest à die notitiæ, num.3.
4 *Sententia criminalis pronunciata iuxta formam Barbarinæ Constitutionis post decendium potest executioni demandari.*
Constitutio Barbarina quid in sententia criminali requirat, num.4.
5 *Sententia criminalis reo non comparente quando dicatur in iudicatum transacta.*
6 *Sententia criminalis pronunciata à Iudice laico in executionem literarum Sacræ Consultæ operatur priuationem beneficiorum, & num.seqq.*
7 *Literæ Sacræ Consultæ etiam absque expresso consensu Summi Pontificis habent vim literarum ipsius Pontificis.*
8 *Sententiæ nullitatis exceptio deducenda est cor. iudice criminali, non autem in Rota.*
Sacra Rota non retractat, neque reuidet sententias, seu processus criminales, num.8.
9 *Beneficii ad recuperationem agi non potest, nisi prius reuocata, vel retractata sententia criminali, postea verò vtique permittitur.*
10 *Clausula*, sine præiudicio confiscationis, *præseruat beneficia alteri collata.*
11 *Reus contumacialis comparens ante annum recuperat beneficia etiam aliis personis collata, secus autem si post annum.*
12 *Reus admissus ad nouas defensiones licet de iure recuperet bona confiscata, etiam à fisco alienata; hoc tamen in statu ecclesiastico non seruatur.*

DECISIO CCXXXVI.

POSTQVAM Blasius per sententiam criminalem priuatus fuerat Parochiali Beneficio Sanctæ Mariæ de Casalichio, fuit de mandato Vicarii, Sede tunc Episcopali vacante habitus solitus concursus, & pro idoneo reputatus Franciscus Gennarius, qui obtenta superinde à Pontifice gratiosa prouisione, possessionem Parochialis Adeptus, eam per biennium continuauit. Quoniam verò idem Blasius postmodum in Vrbe captus ad retardandam pœnam triremium, in qua fuerat in dicta sententia condemnatus commissionem restitutionis in integrum pro nouis probationibus obtinuit, indeque post vigintiduos menses habilitatus, sub cautione tamen de se repræsentando etiam nouis non superuenientibus inditiis, cum simplici Inhibitione iactationis, & iactationum de facto Parochialem, dum accidentalitèr aberat Franciscus occuparat, emanauit coram Iudice Commissario hic in Vrbe sententia pro reintegratione Francisci, quam pariter Rota post assumptam boni Iuris disputationem eidem concedendam esse respondit.

Docuit siquidem ex parte sua de Prouisione ex literis Apostolicis sibi in forma gratiosa concessis, † quæ ei pre- 1
bent vndequaque legitimum titulum, iuxtà decisionem Mohedan. 13. vt lit. pend. Royas decision. 423. numer. primo Callien. Prioratus 26. Iunii 1651. coram bon. memor. Bichio in recentiorum decision. 177 numer. primo part. 11. & in eadem 1. Iulii 1661. §. Et quidem coram Reuerendo Padre Domino Emerix. De priuatione verò Blasii docuit per dictam sententiam criminalem, in qua † ad literam legi- 2
tur priuatio beneficiorum, ad text. in capit. cum secundum de hæret. in 6. Gabr. consil. 187. numer. primo libr. 2. Garz. de benefic. part. 11. capit.3. numer. 98. Lotter. de re benefic. libr.3. quæst. 15. numer. 61. Rota in Perusina Pensionis 29. Ianuarii 1663. §. quia dictum est coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Non obstat allegata subreptio prouisionis, vtpotè emanata sub narratiua, quod ob non interpositam appellationem sententia in iudicatum transierit, † cum tamen 3
deficiente citatione personali, & sic vera contumacia licitum sit à die notitiæ appellare, neque intret res iudicata, Clem. vnica vbi Abb. & Imol. de dol. & contum. cum aliis allegat. Quoniam cum in prolatione dictæ sententiæ Blasio domi citato, processum fuerit, † iuxtà formam à 4
Barbarina Constitutione præscriptam, quam refert Zuffus tractat. de legitim. proc. crim. fol. 358. & seq. Vtique sententia Reo non comparente transiit in iudicatum, † 5
potuitque post decendium executioni demandari, capit. quoad consultationem de re iudic. & responsum fuit in d. Callien. Prioratus 1. Iulii 1661. §. Et priuatio coram R. P. D. Emerix.

Minus obstat aliud præcipuum obiectum, quod dicta
6 sententia sit nulla tanquam lata à Iudice laico, † & consequenter cesset Priuatio beneficiorum in ea contenta, quia vltra quod idem Iudex processit, ac sententiauit in vim literarum Sacræ Consultæ Pontifice assentiente, imò specificè demandante priuationem beneficiorum, vt in iisdem literis Eminentissimi Præfecti in sententia insertis, ibi: *Essendosi considerate nella Sacra Consulta le proue, con le quali si giustifica il fatto dell' homicidio con qualità aggrauante &c. Questi Eminentissimi Signori sono stati di senso, che si proceda alla speditione della causa per giustitia*, & infrà, *dourà condannarsi in pena della galera perpetua, e nella priuatione de Beneficii, poiche N. S. è concorso ad approuare la determinatione* Summario primæ positionis Gennarii *numero primo*, & tamen etiam absque tali ex-
7 pressione, & specifico consensu Papæ † literę Sacræ Consultæ habent vim literarum ipsius Pontificis, Cæsar. de Graff. *decis. 1 de præben. cum aliis per* Gratian. *disc. foren.* 839. *num. 1.*

Responderunt Domini huiusmodi nullitatem fuisse deducendam coram Iudice criminali, non autem in Ro-
8 ta, † quæ non se ingerit in reuisione, seu retractatione huiusmodi sententiarum postmodum vero, obtenta re-
9 uocatione coram suo Iudice, † licitum fuisset agere ad recuperationem Beneficii, vt responsum fuit *in Romana Canonic. S. Angeli 17. Maii 1567. coram Cotta impressa post* Farin. *in praxi quæst. 11. numer. 42. in fin. & coram* Seraph. *decision. 965. in recentior. decision. 8. numer. 13. & 23. part. 11. & in Seguntina, seu Concben. Beneficiorum 22. Iunii 1657. §. eo magis coram Reuerendo Patre Domino meo Priolo*, & relatis constitutionibus, aliisque Rotæ determinationibus respondit Spada *consil. 70. per tot. signantèr sub numero quinto versic. Nec potest D. Iudex reuocare.*

Cæterum visa fuit cessare omnis difficultas ex eo quod Blasius post lapsum duorum annorum à die latæ sententię in Carceribus Vrbis, in quibus, vt supra, detinebatur porrexit preces Sanctissimo pro admissione ad nouas probationes, narrando in specie nullitatem sententiæ priuatoriæ, tàm vti latæ à Iudice laico, quam ob non insertas in citatione ad comparendum literas Sacræ Consultæ, sed Ponifex iis non obstantibus rescripsit *sine præ-*
10 *iudicio confiscationis* quam clausulam † præseruare beneficia alteri per collationem incorporata tradunt, sicque regulariter practicari notant Lotter. *de re benef. libr. 3. quæst. 18. numer.* 164. Seraphin. *decision. 364. numer. 6. & 18.* & firmauit Rota *in Seguntina, seu Concben. Beneficiorum Reuerendo Padre Domino meo Priolo*, vbi etiam comprobat regularem distinctionem in hac materia, quod aut Reus lata sententia in contumaciam comparuit infra annum, & tunc recuperat omnia beneficia, licet aliis medio tempore collata acquisita sint, aut
11 verò † comparuit post annum, vt in hoc casu, & tunc ad ea non restituitur, quamuis se innocentem probasset, *Clar. in d. §. fin. quæst. 44. numer. 2. in fin. vers. si verò post an. num, vbi* Baiard. *numer. 10. & 11.* aduertit, quod licet
12 admissus ad nouas defensiones, † & absolutus de Iure communi recuperet bona etiam per Fiscum alienata, contrarium tamen seruatur in statu Ecclesiastico, Farinac. *consil. 14. numer. 6. & 7. & consil. 11. numer. 13. in fin. & seq.* & alibi dixit Rota *signanter in Romana Beneficiatus Sancti Petri 16. Iunii 1561. coram Oradino impressa post primum volum. cons* Farinacc. *dec 3. num. 5. in rec. dec 8. num. 10 & dec. 177. à n. 7. ad 13. par. 11.* & admissum fuit in *Perusina Pensionis 29. Ian. 1663. §. nec refert cor. Reuerendiss. D meo Decano.*

Ex quibus dixerunt Domini constare de bono Iure Gennarii eique dandam esse reintegrationem.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO

Posteà S. R. E. Cardinali.

Imolesi Bonorum.

Lunæ 7. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Subhastatio si non est notoriè nulla, vel duas ex tribus partibus veri valoris rei subhastatæ non excedat non rescinditur, remedio extraordinario reintegrandæ, sed quidem ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio læsiua, vltra dimidiam rescinditur actione rescissoria ordinaria.*
2 *Subhastatio rescinditur per reintegrationem quando continet læsionem vltra duas partes valoris rei subhastatæ.*
3 *Reintegratio ad hoc, vt competat aduersùs subhastationem opus est, quod dicta subhastatio fuerit notoriè nulla.*
4 *Deliberatio facta, seruatis omnibus de stylo seruandis est valida.*
5 *Deliberationi præcedere debet in partibus affixio ædictorum.*
6 *Tempus congruum ad reperiendos maiores oblatores, quod dicatur.*
7 *Decretum deliberationis quo tempore sit faciendum.*
8 *Citationes quando sint iterandæ in reperiendis nouis oblatoribus in subhastationibus, & num 9.*
10 *Nullitates non attenduntur in subhastationibus quando concurrit vtilitas debitoris.*
11 *Terminus viginti, vel triginta dierum est præfigendus in subhastationibus, & num. 12.*
13 *Terminus triginta dierum in subhastationibus introductus est, vt pignus lui possit.*
14 *Intimationes omnes possunt quandocumque reproduci dummodo ante expeditionem mandati, & contraria declarantur, num. 15.*
16 *Oblatio vltima quando intimanda sit penultimo oblatori & num. 17.*
18 *Deliberatio valida præsumitur ex cursu viginti annorum quo tempore deliberationem passus non reclamauit quod amplia, num. 19.*

DECISIO CCXXXVI.

IN Iudicio reintegrationis ad tornaturas 60. Fratribus de Flaminiis adiudicatas reportarunt DD. de Vainis ab A. C. sententiam fauorabilem præuia decisione R. P. D. mei Ottaloræ ab hoc Sacro Tribunali confirmatam sed comperto postmodum cor. bon. me Verospio, quod læsio tunc adducta pro præcipuo huius remedii fundamento non fuit vllo modo probata, vt singulariter discussis depositionibus Testium, & relationibus Peritorum demonstrat eadem decisio bo. me. Verospii à §. *banc verò Iniustitiæ labem*, fuit proindè contraria sententia denegata reintegratio eo magis, quod pro læsione licèt † dimidiam exceden- 1
te succurritur Parti læsæ actione rescissoria, *l. 2. C. de resc. vend.* sed exercenda Iudicio ordinario, vt habetur *ex glos. ibi in verb. Iudicis tradunt que scribentes* † non autem extra 2
ordinario reintegrationis remedio, quod solùm competit quando læsio duas partes veri valoris attingeret, vt benè distinguit, Cagnol. *in d. l. 2. num. 81. C. de rescindend. vend. quem sequuntur plures relati in dicta decisione bo. me. Verospii §. læsionis prætextu in fine vbi comprobatur hæc distinctio auctoritate Rotæ in Romana transactionis 19. Aprilis, & 28. Iunii 1660 coram eodem.*

Agnoscentes verò DD. de Vainis soliditatem huius distinctionis secundum quam à petita reintegratione ob non probatam læsionem excludebantur curarunt in hac

hac instantia expediri nouam Commissionem super nul-
litatibus quas asserebant interuenisse in processu præ-
narratæ deliberationis quibus hodie singulariter discussis
visum est neque ex earum capite dandam esse reintegra-
3 tionem, vt regulariter non datur quando † nullitates obie-
ctæ non sunt notoriæ, & euidentes cum alioquin pro vali-
ditate deliberationis semper præsumatur, Bald. *in l. 2. num.*
63. C. de resc ndend. vendit. & Pantaleon. Cremen. *in l. 3.*
num 308. eodem tit. cum pluribus in Romana Saluiani seu at-
tentatorum 23. Ianuar. 1666. §. huiusmodi verò vers. actis enim
coram me, præcedentibus maximè omnibus de stylo serua-
ri solitis demonstratis in notula actorum data in *Summa-*
rio illorum de Flaminiis *num.* 3. ex qua nouiter omnia in-
4 interuenisse, † quæ ad validitatem deliberationis requi-
rit in sua praxi, Salust. *cap. 43. lib. 1. per tot. & latius* Ridol-
phin. *par. 1. cap. 13. n. 108. vsque ad* 138.

Deducebatur prima nullitas ex constitutione Pauli V
super reformat. tit. de Baroncellis, & exequutor §. 7. &
quando vbi si contingat poni subhasta bona in partibus
existentia præcipitur, vt præter ædicta loco subhastatio-
nis fieri solita præcedentialia vbi reperiuntur bona subha-
5 standa nec aliter ad deliberationem deueniatur † nisi ha-
bita ab officiali illius loci relatione de ædictis, ibi publica-
tis, quod esse de forma substantiali tradit, Niger. *de sub-*
hastat. §. 41. numer. 15. & de praxi testatur Ridolphin.
par. 1. cap. 15. num. 131. cum aliis in Romana seu Albanen. Bo-
norum 19. Ian. 1667 §. remanet quoque coram Reuerendiss. D.
meo Decano.

Sed hæc ex facto visa sunt remoueri quandoquidem
constat ex processu fol. 364. die 26. Ianuarii de re-
productione ædicti, quod fuerit die 19. eiusdem men-
sis præcedenter affixi in partibus, vt obseruat deci-
sio bon. memor. Verospii §. final. cumque ad effe-
ctiuam tornaturarum deliberationem non prius de-
uentum fuerit quàm die 22. sequentis mensis hinc
patet, quod & ædicta præcesserunt, & inter illo-
rum affixionem, & deliberationem tempus aptissi-
6 mum ad inueniendos oblatores intercesserit atque †
ita satisfactum fuit huic solemnitati inductæ ad re-
periendum plures, & maiores oblatores, vt benè
aduertitur, *in decis. 226. num. 6. & seqq. post Post-*
hum. de subhastat. & in Firmana pecuniaria 14. De-
cembris 1651. §. Paccaroni coram bon. memor. Bichio,
reflectendo præsertim, quod reformatio non prohibet
fieri decretum ante affixionem ædictorum sed tan-
7 tum † deueniri ad effectiuam deliberationem in quo
casu procedunt deducta in contrarium, & signanter
Rota in dicta Romana seu Albanen. coram Reuerendiss.
D. meo Decano.

Neque ex eo quod ædicta proponerent deliberatio-
nem totius prædii tornaturarum 120. opus fuerat illa
reiterare postquam die 16. Februarii Flaminii Credi-
tores intimarunt, quod amplius non intendebant
8 subhastare integrum prædium † sed tornaturas tan-
tùm 60. pro quibus obtinuerunt expediri mandatum
de deliberando, *vt ex decision. 83 numero 3 parte*
quarta diuers. iuxta decision. 32. post Posthum. de sub-
hastat pro motiuo secundæ nullitatis inferebant infor-
mantes pro DD. de Vainis quoniam in casu prædi-
ctarum decisionum in tantùm dictum fuit nouas ci-
tationes requiri in quantum præcedentes licitationes
euanuerunt, nec sine noua citatione admitti pote-
9 rant noui oblatores † at in præsenti, licèt ædicta,
& præcedens exequutio totum prædium comprehen-
derent tamen non inuentis oblatoribus, qui iustum
pretium offerrent restricta fuit pro maiori Debitorum
vtilitate subhastatio ad eam partem, quæ debito pro-
portionabatur, *ad text. in auth. ei qui iurat. C. de*
donat. auctor Iud. possid. vnde si post affixionem ædi-
ctorum maior oblatio respectu integri prætii fuit scu-
ta 1800. non est quod Debitor conqueri posset si res-
pectu solius medietatis oblatorem inuenit pro scuta
10 1827 meliorata vltra duplum conditione † quando
enim Debitoris vtilitas concurrit firma remanet ad-
iudicatio quacumque nullitatum exceptione postha-
bita, vt benè aduertit Posthum. *in tractat. de sub-*
hastat. inspect. 45. à numer. 31. vsque ad 37. voluit-
que Mangil. *eodem tractat. quæst. 167. num. 2.* Rota
post eundem Posth. *decis. 40. num. 6. & decis. 64. num.*
4. vers. non obstat.

Resultabat tertia nullitas à Decreto, † quo Iu- 11
dex mandauit deliberari non assignato termino 20.
dierum de Iure communi requisito, *in auth. hoc Ius*
porrectum versicul. pro subsequuto, Cod. de Sa-
cros. Eccles. vel alio 30. de stylo Tribunalis A. C. † 12
cuius mandati vigore subhastatur de quo testatur,
Salust. *lib. 1. cap. 43. num. 2.* Ridolphin. *part. prima*
cap. 15. à numer. 121. sed hæc pariter visa fuit non
obstare cum enim decretum huiusmodi emanauerit
die 12. Ianuarii eiusque vigore affixa fuerint ædicta,
& effectiua deliberatio subsequuta non fuit nisi die
22. mensis Septembris patet ex hoc temporis inter-
uallo longè vltra 30. dies excedente satisfactum fuis-
se huic solemnitati, quæ requirebatur ad eundem
effectum recipiendi oblatores, † vt Debitor pignus 13
luere posset, vt benè in proposito aduertit, Rota
post Posthum. *decision. 226. numer. 5. & seqq. & in*
Firmana Pecuniaria, §. Paccaroni coram bon. memor.
Bichio.

Quarta, quæ obijciebatur nullitas super omissa in-
timatione decreti de deliberando sublata fuit penitus
facto dum ex reuolutione extractus fol. 480. constitit
de indiuidua illius exequutione sub eadem die 12.
Ianuarii, qua factum fuit decretum, & licèt non
appareat in actis reproducta nisi die 20. sequentis
mensis Februarii tamen non ex hoc resultat aliqua
nullitas cum absolutum sit in praxi † intimationes 14
omnes super quibus non debet Iudex interloqui posse
in quibuscumque causis quandocumque reproduci,
dummodo in actis ante mandati expeditionem repro-
ducantur, vt testatur idem Salust. *dicto lib. 1 capit.*
43. num. 4. Ridolphin. *dict. cap. 15. num. 130.* Post-
hum. *de manutent. obseruat. 107. num. 18. Decisio ve-*
rò Putei 168. *lib. primo in correct. &* Seraphin. 1010.
& quotque in obiecto adducebantur, procedunt † vel 15
quando nullo modo exequuta fuit intimatio, vel
quando fuit reproducta post deliberationem, vt benè
declarat *decisio 725. num. 8. par. 2.*

Aduertebant denique quintam nullitatem ex eo
desumptam quod vltimo, & maiori oblatori † erat 16
intimanda oblatio facta à Flaminiis, vt disponit *ea-*
dem constitutio Paulina super reformatione Tribunalium
de Baroncellis, & Exequutor, §. 7. & probat. Post-
hum *de subhastat. inspect. 24. num. 94* Rota *post il-*
lum decis. 64. numer. 8. & decision. Buratt. 765. nu-
mer. 5.

Sed ista minoris releuantiæ, quàm alia visa fuit
quoniam hæc intimatio facienda, ei, qui prius lici-
tando vicerat inducta fuit, vt iterum si velit possit
suam oblationem augere. † Ideò illo acquiescente 17
seu non conquerente non potest illius omissio Debi-
tori suffragari cuius non interest, vt declarat idem
Posthum. *loco in contrarium adductus, & obseruat*
Rota *dec. 12. num. 8. post* Nigr. *de subhast.*

Verùmtamen ex solo 20. † annorum cursu quo 18
DD. de Vainis passi sunt Flaminios ex titulo de-
liberationis possidere absque eo quod aliqua ex præ-
dictis nullitatibus obiicerent vehemens oriebatur præ-
sumptio quod omnia præcessissent ad validitatem
actus necessario, Bald. *in leg. cum in testamento, §.*
hæc verba in fin. ff. de hæreditat. institut. Ayman. *de*
antiquit. tempor. part. 3. §. Vidimus in genere numero
18, post med. † maximè quando (vt hic) sumus in 19
Iudicialibus in quibus præsumptio fortius stringit, vt
benè in his terminis probat Gratian. *disceptat. forens.*
375. num. 7. & pluribus seqq. & sequitur Mangil. *de*
subhast. qu. 200. num. 18.

Et ita vtraque &c.

R. P.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Viterbien. Prædij.

Lunæ 7. Maii 1668.

ARGVMENTVM

Cùm ad effectum immissionis vigore fideicommissi concludens probatio tam in iure quam in facto exigatur, illa propterea denegatur ei, qui nec suam vocationem probauit, minus etiam iustificauit bona fuisse a suo fideicommittente possessa.

SVMMARIVM.

1 *Decisio præcedens de stylo Rotæ semper supponitur.*

2 *Fideicommissum ordinatum in casum delicti, omnino cessat delicto nullatenus secuto.*

3 *Fideicommissarius per concludentes probationes in facto, & in iure probare tenetur ipsum esse ad fideicommissum vocatum.*

Substitutio quod de aliquo non loquatur, sufficit ad illum repellendum à fideicommisso, n. 3.

4 *Probatio alienationis vestita, quia voluit bona permanere in agnatione quando, & quale fideicommissum inducat.*

Fideicommissum inductum fauore familiæ effectiuæ testatoris non extenditur ad illos de familia alterius substituti solùm casum delicti, num. 4.

5 *Legitimatio personæ in iudicio immissionis fideicommissi est omnino necessaria.*

6 *Fideicommissum factum super iuribus sibi super aliquo corpore competentibus, excludit potius, quàm operetur possessionem testatoris in illo.*

Fideicommissarius probare tenetur bona à fideicommittente fuisse possessa, num. 6.

DECISIO CCXXXVIII.

DENEGARVNT Domini Franciscæ Gamboccia Immissionem petitam vigore fideicommissi Franciscæ de Spiritibus in possessionem Prędii nuncupati *Pantano d'Assi* possessi per Philippum Francischinum: & licèt non dubitauerint ex donatione causa mortis per eamdem anno 1577. facta Spirito ex fratre nepoti bina inter se distincta, & separata resultare fideicommissa quorum alterum est in casu delicti, & alterum in casu mortis in vim amplissimæ prohibitionis alienationis per caput separatum conceptæ, ac vestitæ optima ratione conseruandi prædium in Agnatione, & familia, vt latè comprobat
1 decisio de stylo huius † Sacri Tribunalis supponenda edita coram * bon. mem. Leone Verospio, contra Horatium & alios filios Bartholomęi illegitimi ad idem fideicommissum aspirantes, tamen censuerunt neutrum ex eisdem in fauorem Gamboccię esse purificatum.

Non enim primum quia Francisca donauit Iura, quæ super Prædio habebat Spirito nepoti, quem si propter delictum banniti contigisset, ita vt prædium in totum, vel in partem fuisse Fisco applicandum substituit filios delinquentis, quibus non extantibus filios, seu filias Marii pariter de Spiritibus vocauit, à quibus mediante quodam Lucia causam habere prætendit Gamboccia, quamobrem
2 cum † delictum patratum non fuerit, casus confiscationis non euenit, & consequenter fieicommissum in tali casu ordinatum omnino cessauit ad *text. in l. si quis ita, ff. de condit. & demonstrat.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 16. num. 2.* Fusar. *de substitut. quæst. 454. numer. 1.* Rota *decis. 368. num 7. part. 5 & decis. 258. n. 12. & 13. coram Eminentiss. Card. Ottbob.*

Minus suffragari ad petitam Immissionem obtinendam visum fuit alterum fideicommissum in casum obitus quoniam cum in isto vocati non fuerint filii Marii antecedenter substituti censentur penitus exclusi, ita vt illis incumbat onus probandi per probationes certas in facto, & in iure fuisse comprehensos, cum † sufficiat ad illos re- 3
pellendum allegare regulam substitutio de re non loquitur, iuxta Text. *in l. commodissime, ff. de vulg.* Honded. *cons. 40. nu. 57. lib. 2.* Peregrin. *de fideicom. art. 1. num. 26* Gregor. *dec. 338. num. 1 & 2. & 433. num. 5.*

Non obstat quod Donatrix voluerit Prædium semper in familia, & posteris permanere, † quia cum verbum 4
familiæ appositum reperiatur post prohibitionem alienationis factam Spirito, eiusque posteris, & descendentibus, ibi: *Cuius quidem Prædii alienationem etiam necessariam tam ipsi Spirito, quam suis posteris, & descendentibus in perpetuum prohibuit, quia voluit semper in familia, & posteris permanere.* Sequitur propterea fideicommissum non censeri inductum nisi fauore familiæ effectiuæ eiusdem Spiriti, ita quod extendi nequeat ad alios de familia Marii substitutos in casu delicti, Peregrin *cons. 57. num. 5. & sequen. lib. 5.* Fusar. *de substit. q. 351. numer. 14. de* Rota *decis. 15. num. 25. par. 7. & dec. 7. num. 35. part. 10. recentior.*

Cæterum Gamboccię multò minus competit Immissio, cum deficiat nedum in legitimatione personæ † om- 5
nino in hoc Iudicio necessaria, Peregrin. *de fideicomm. art. 43. num. 60.* Fusar. *de substit. quæst. 615. numer. 6.* Verum etiam in probatione, quod Prædium fuerit in bonis Franciscæ fideicommittentis, nam ex lectura, donationis potius apparet illud non possedisse cum non donauerit Prædium, sed Iura, & actiones sibi super eo competen. *Summario* vtriusque partis *numer. 1.* quod non sufficit, ad effectum, de quo agitur, † vbi probari debet bona ad 6
quæ petitur Immissio, vigore fideicommissi fuisse de tempore obitus Testatoris ab eo, non autem ab aliis possessa iuxta vulgatum Text. *in l. fin. C. de edict.* Diu. Adrian. toilen.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Ariminen. Bonorum.

Veneris 11. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis ex pacto, & prouidentia admittit masculos exclusis fœminis, & vbi daretur eodem tempore fœminarum, & masculorum concursus, proximior, excluderet remotiorem, & quo modo hæc procedant in sequenti decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se filiis, & nepotibus, ex legitimo matrimonio per lineam rectam descendentibus comprehendit tantùm masculos fœminis exclusis.*

2 *Verba contractum sunt propriè, & strictè accipienda.*

3 *Emphyteusis verba sunt strictè interpretanda.*

4 *Masculinum non concipit fœmininum in contractu emphyteutico, quod maximè procedit in emphyteusi Ecclesiastica, & num. 5.*

6 *Masculinum non concipit fœmininum in emphyteusi Ecclesiastica, & est communis opinio quod amplia num. 11.*

8 *Emphyteusis pro filiis, & nepotibus comprehendit masculos, & fœminas ex illis descendentes.*

9 *Fœminæ concurrunt ad emphyteusim insimul cum masculis quando sunt vocatæ.*

10 *Fœmina proximior excludit masculum remotiorem nec illius fauorem datur repræsentatio, & num. 11. & 12.*

13 *Fœmina semel exclusa semper remanet exclusa, quam uis defecerint fratres excludentes.*

14 *Masculus remotior vocatus præfertur fœminæ proximiori.*

15 Ma-

15 *Fœminarum admissio locum habere potest in defectum omnium masculorum*

16 *Statutum requirens solemnitates in contractu, non excludit Ægidianam circa insinuationem quæ venit post contractum eoque perfecto.*

17 *Statutum loci ad hoc, vt tollat solemnitates Ægidianæ debet esse confirmatum in forma specifica.*

DECISIO CCXXXIX.

DECISIONEM R. P. D. mei Emerix, die 29. Aprilis anni præteriti confirmantem sententiam Rotalem R. P. D. mei Beuilacquæ per quam concessa fuit Equiti Herculi Bonadrada ad exclusionem Monialis Constantiæ in sæculo Violantis illius amitæ, & aliorum litis consortium Immissio in possessionem nonnullorum bonorum Emphyteuticorum partim à Capitulo Cathedralis, & partim à Canonicis secularibus S. Iuliani Arimini de anno 1582. acquisitorum per Boncontem communem ascendentem, Amatum, & Palatium illius, ac Ioan. eorumdem fratrum patruum nec non aliorum bonorum de quibus solus Amatus de anno 1609. ab Ecclesia S. Fortunati fuit inuestitus: *Pro se tamen, & dictis fratribus, & quibuslibet eorum filiis, & nepotibus primo masculis, &c. & his deficientibus, vel non extantibus pro filiabus & nepotibus fœminis*. Hodie DD. coram me, qui in locum eiusdem R. P. D. Emerix in hac parte subrogatus fui reformarunt, quo ad bona prædicta acquisita de anno 1582. in reliquis illam confirmantes.

Cum enim prædictæ inuestituræ concessæ de ann. 1582.
1 receptæ legantur ab acquirentibus: *Pro se ipsis*, † *& quibuslibet eorum filiis, & nepotibus legitimis, & naturalibus natis, & nascituris ex legitimo matrimonio per rectam lineam descendentibus*, vel comprehendunt tantùm masculos, fœminis perpetuò exclusis, vt sequendo doctrinam, Guid. de Suzzar. *in l. Veteribus in princip. ff. de pact. & in l. quicunque, C. de seru. fugit. tenent. Archidiac. in c. si quis suadente sub numer. 4. vers. aut sunt verba contrahentium 17. quæst. 4.* Bald. *in l. 2. num. 11. C. de Iur. emphyt.* Imolen. *in c. potuit num 69. de locat. & in l. si ita scriptum numer. 6. ff. de legat. 2.* Alexand. *in leg. quod dicitur 130. sub numer. 24. vers. sed Adde de verb. obligat.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 14. sub numer. 5.* Rossental. *de feud. tom. 1. cap. 7. conclus. 35 sub num. 16. vers. quod etiam probatur*, Corbul. *de caus. priuat. Emphyt. ob lin. fin. num. 6. vers. ideo fœminæ* Caldas. *de renouat. emphyt. lib. 1. quæst. 18. numer. 2.* Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de success. in bon. Emphyt. quæst. 9. num. 2.* Aldobrand. *cons. 3. numer. 2. cum seqq. cons. 5. num. 1. & seqq. cons. 27. num 23. & cons. 45. num. 9.* Rimin. *consil. 121. num. 4. lib. 1.* Hippolyt. Marsil. *sin. 191.*

2 In contractibus enim † in quibus verba sunt propriè, & strictè accipienda, *l. quidquid adstringendæ, ff. de verb. obli-*
3 *gat.* Bart. *in l. 3. §. de illo, ff. pro soc.* † maximè verò in contractu Emphyteusis, qui est stricti Iuris, *Gloss. & alii DD. in §. actionum institut. de act.* in quo Emphyteusis enumeratur Speculat. *de Iur. emphyt. §. nunc aliqua, numer. 3.* Valasc. *de Iur. emphyt. quæst. 5. numer. 7.* Rot. apud Pen. *decis. 758. numer. 5. & decis. 1066. num. 4. iuxta Lugdunen.*
4 *impress.* † masculinum non concipit fœmininum, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 181. & 183.* Gabr. *lib 6. de verb. signific. conclus. 6. numer. 87. & 89.* Cuman. *consil. 161. in princip.* Rota coram Duran. *decis. 300. num.*
5 *1.* Præcipuè † cum agatur de emphyteusi Ecclesiastica, & sic de præiudicio Ecclesiæ inferendo, & latè firmat, Gabr. *de verb. obligat. lib. 6. conclus. 6. numer. 112. & seqq.* Rota apud Merlin. *decis. 89. numer. 11. in recent. decis 737. num 4. part. 4. & in Rauennaten. bonorum. 20. Maii 1667. §. idque non obstante coram R. P. D. meo Carpineo, & alibi sæpissimè.*

6 Hancque † opinionem esse de Iure veriorem, & magis amplectendam multis rationibus, & auctoritatibus respondendo contrariis firmat, *decisio seu votum 125. num. 5. part. 2. diuers. & testantur DD. longa serie congesti per Rubr. in adnotat. ad decis. 199. num. 713. & seqq. part 18. recent. illamque frequenter sequuta est* Rota apud Seraphin. *decis. 604. num. 2. & decis. 1488. numer. 2.* Merlin. *in supra allegata decis. 389 num. 11. & in recent. decis. 312. num. 13. part. 11.*
7 *vbi aliæ plures cumulantur* † exclusis autem fœminis multò magis remanent descendentes ab eis quamuis masculi, Castren. *in l. Gallus, §. nunc de leg. sub n. 6. ff. de lib. & Posth.* Soccin Iun. *cons. 66. num. 2. lib. 3.* Aldobrand. *cons. 45. num. 9. lib. 1.* Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 9. num. 1. & seqq. latè, & magistraliter discussoque ad partes articulo* Rota coram Dunozett. *in vna Mantuana Emphyteusis 7 Iunii 1638. inter impressas post disceptat. controuer. decis. 5. num. 10. ad 29. vbi respondetur omnibus contrariis, & signanter alteri decis. coram eodemmet Dunozetto, & in vna Sanogallien. bonorum 14. Martii 1646.* coram Reuerendiss. Papien. post Pait. *decis. 35. à num. 10. & seqq. & hac sententia fœminarum exclusiua retenta Hercules vti filius Eleonoræ remanet exclusus.*

Vel sequendo contrariam sententiam tenentem non solum in vltimis voluntatibus, sed etiam in contractibus Et quidem emphyteusis Ecclesiasticæ verba illa, † *Filiis, 8 & nepotibus per rectam lineam descendentibus*, comprehendere non solùm masculos, sed etiam fœminas, & ab eis descendentes secundum Salycet. *in l 2. numer. 26. quæst. 17. vers. confirmata, C. de Iur. emphyteutico, & alias tenuit* Rota coram Durano *decis. 195. num. 6. & coram Dunozetto in alia Ariminen. Emphyteusis 14. Martii 1629. & admittit ipsa decisio, quæ hodiè fuit reformata, §. comprehensio*, innixa tamen præsuppositæ consuetudini vigente attendendi masculos descendentes ex fœminis, quæ consuetudo fuit etiam supposita in supradictis decisionibus coram Durano, & Dunozetto, & data tali fœminarum, & ab eis descendentibus comprehensione adhuc præexistentia Constantiæ filiæ primi acquirentis, & sic in gradu proximioris Eq. Hercule nepote hic remanet exclusus.

Admissis enim ad emphyteusim tam fœminis, quàm masculis † sicut fœminæ concurrunt cum masculi in eo- 9
dem gradu existentibus, Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 78. num 20. cum seqq.* Fulgin. *de success. Emphyt. quæst. 7. num. 1 & num ....* Ita fœmina proximior excludit remotiorem masculum absque eo quod nepos iuuari possit Patris, vel Matris repræsentatione, † quæ in similibus con- 10
tractibus Emphyteusis ex pacto, & prouidentia non datur. Vnde † concurrere non potest cum patruo seu amita, 11
Mantic. *de tac. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 9. & seqq.* Fulgin. *de success. Emphyt. quæst. 1 num 33. & seqq.* Cald. *cons. 30 num. 35.* Adden. *ad decis.* Buratt *838. num. 16. & 17.* Rot. *decis. 230 num. 3. 4. & 5. part. 11. recent.* † Et in terminis So- 12
roris excludentis nepotem masculum ex altera Sorore prædefuncta, Rota *decis. 71 num. 1 cum seqq. part. 10. cor.* Eminentiss. Otthob. *dec. 148. nu. 5. & admittit ipsa decisio, quæ reformatur, §. nec à petita:*

Vbi quamuis obiecto videatur responderi cum supposito, quod Violantes nunc Soror Constantia fuerit semel à fratribus masculis exclusa, vel per Constitutionem Arimini fœminarum exclusiuam propter masculos, vel vigore pacti in inuestituris appositi, quod fœminæ succedere debeant tantummodo in defectum masculorum, † & ideo 13
tamquam semel exclusa semper remanere debeat exclusa quamuis fratres excludentes defecerint, Alexand. *consil. 29 n. 7. in fin. lib. 1.* Ang *cons. 184.* Paulò *ante finem* Socc. Sen. *consil. 296 n. 5. vol. 2.* Rota *dec. 37. nu 2. par. 8. rec.* Equitem autem Hærculem filium Eleonoræ pariter à fratribus exclusæ supposita tali consuetudine, vel pacto non indigere Matris repræsentatione. † Sed tanquam Iure proprio 14
vocatum esse præferendum quamuis remotiorem ex Gal. uan. Mantic. *& aliis in dicto, §. nec à petita allegatis.*

Responsio tamen DD. non placuit quia visum fuit fundamentum suppositum ex facto corruere talis enim consuetudo fœminarum exclusiua in concursu masculorum nullatenus fuit iustificata, & præcitatæ decisiones, quæ illam videntur approbare loquuntur de consuetudine admittentes descendentes masculos ex fœminis, vt impediatur reuersio ad Ecclesiam non autem, vt ipsæ fœminæ si adsint in gradu aliàs successibili exclusæ censeantur pactum verò legitur appositum in inuestitura tantùm bonorum Sancti Fortunati. Et ideò quo ad hæc bona steterunt DD. in decisis vigore enim dicti pacti vocantis fœminas ordine successiuo post masculos Eq. Bonadiada masculus quamuis descendat ex fœmina non excluditur ab amita quia cum admissio fœminarum † locum 15
habere potest solummodo in defectum omnium masculorum, qui sunt omnes præferrendi quamuis in gradu remotiores, *text. in cap 1. de eo qui sibi, vel bom. in terminis* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 18. numer. 34. & ferè ad casum* Rota coram Caualer. *decision. 583. numer. 10. & seqq. & alii*

& alii allegat. in decisio , quæ reformatur in dicto §. nec à petita.

Confirmantes iterum pro maiori parte nullitatem renunciationis Eleonoræ ob defectum duplicis solemnitatis interuentus nempè proximiorum , & insinuationis copulatiuè à Generali Constitutione Marchiæ in contractibus minorum ræquisitæ non attendentes
16 municipalis statuti dispositione , † vel quia tanquam loquens de solemnitatibus in ipso contractu adhibendiis non potest extendi ad insinuationem post stipulatum , & perfectum contractum præstandam , & ideò se compatitur cum eadem Constitutione , vel quia
17 † nullibi apparet de dicti statuti sufficienti , & necessaria confirmatione Apostolica , *vt in dicta decisione R. P. D. mei Emerix , & in aliis huius causæ R. P. D. mei Beuilaquæ latè , & firmatum , & comprobatum legitur videlicet sub die 22. Iunii 1661. 26. Febr. 1663. & 22. Iuni 1665.*

Et ita vtraque parte informante.

Supra in hac eadem parte decis. 91. * adest alia præsentis causæ Decisio emanata coram bon. mem. Emerix Seniore sub die 29. Aprilis proximè præteriti , cuius in calce etiam alias Decisiones concordantes adnotauimus.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Damnorum.

Veneris 11. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Vsufructuarius non tenetur de damno in domibus à militibus illatis , maximè si ei fuerit à testatore remissa necessitas inuentarij , ac etiam cautio vtendi , & fruendi , quæ quatenus , & quomodo à testatore condonari possint hic remanet declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Damnum ab ademptione , & diminutione patrimonii dicitur.*
2 *Deuastatio facta in domibus à militibus stantionariis vsufructuariæ imputari non potest.*
3 *Inuentarii confectio vsufructuario remitti non potest.*
4 *Substantia vsufructus est immutabilis, natura verò potest mutari, & alterari.*
5 *Rationis reddendæ necessitas potest à testatore remitti.*
6 *ALOGISTA dicitur qui rationem reddere non tenetur.*
ALOGISTA , seu qui rationem non tenetur reddere , attamen bonam fidem seruare debet , numer. 6.
7 *Cautio vtendi , & fruendi multis casibus vsufructuario remittitur.*
Cautio vtendi , & fruendi non est de substantia , sed de natura vsusfructus, num. 4. & 7.
8 *Dolus in non faciendo leuior esse videtur dolo in faciendo, ideòque facilius remittitur.*
9 *in Dolo esse non videtur, qui credidit homini, cui videbatur credendum.*
Homini fide digno absque pœna credi potest , numer. 9.
10 *Furtum non committitur in fundo, & in loco, scilicet in immobilibus.*
11 *in Immobilibus præsumptio doli non adest.*

DECISIO CCXXXX.

IN decisis 26. Nouembris * proximi hodie Domini steterunt confirmantes hæreditatem Magdalenæ non teneri ad refectionem damnorum in domibus quarum , & omnium bonorum , & Iurium Bartholomæus maritus illi reliquerat vsumfructum cum libera , & absoluta administratione ita , & taliter , vt nemini teneatur reddere vllam rationem.

Eo præcipuè visum est non esse probata , atque adeò non esse secuta damna , vt damnum & damnatio † ab ademptione, & quasi diminutio patrimonii dicta sunt *l. 3. ff. de damn. inf.* nec probari potest alias quàm per probationem præteriti, & præsentis status , vnde ambobus libratis in eorum differentia discernatur , & Domini ex testimoniis testium nihil concludi visum est , nisi domos meliores fuisse tempore mortis Bartholomæi, quàm tempore mortis Magdalenæ, & planè vt postea antiquiores, & ipsos testes alias nescire, cuius culpa alios, aut scire quidem culpa Magdalenæ, sed varijs exceptionibus accurate obseruatis , & allegatis à patrono causæ repellendos. 1

Et specialiter agendo de singulis domibus vna collapsa, vna collabente, vna incendio absumpta, & vna à militibus stationariis vastata, visa est prima irreparabilis, & irreparanda citra culpam Magdalenæ ante ipsius vsumfructum secunda reparabilis adhuc tertia, & quarta † ad culpam militum pertinere sunt visæ, & certius, clariusque nulla fructuariæ culpa, vt in decisione. 2

Cui congruè alias, & iterum visum est, quod Testator non solum vsumfructum reliquit dilectæ vxori, sed omni meliori modo, & cum libera, & absoluta administratione, ita & taliter, vt nemini teneatur reddere vllam rationem de administratione, &c. legando quoque omnia, & singula bona mobilia, quæ essent in domo ipsius Testatoris, vt illa vendere, &c. ex quibus placuit excusandam fuisse vsufructuariam ab Inuentario , & cautione, non quatenus vsufructuariam , † cui remitti non potest, *ad notata l. 1. C. de vsufruct.* punctim de marito, & vxore, *& ibi Bart. cum aliis*, cumulatis per Clar. §. *testamentum qu. 64. & abunde* Castill. *de vsufruct. tot. cap. 16. & nouissimè* Rota *decis.* 324. *num. 26. part.* 11. cum aliis, quorum me Turba fatigat, non de substantia immutabili , sed † de natura mutabili vsusfructus, Bald. *ad dicta l 1. numer. 14. vers. sed nunquid* Castill *cap. 16. num. 6. à vers. tertio constituendum*, sed amplius administratricem talem, & talium bonorum immobilium, & Iurium tantùm , legatis sibi mobilibus domesticis , aliisque hæredi ex præsertim relictis, † vt necessitas reddendæ rationis potest à testatore remitti, *l. cum necessitatem* 18. *C. de fideicomm. & ibi notant* Salyc. *& alii*, *&* Bald. *num.* 3. specialiter agens, de futuris & allegans, *l. quidam decedens , alias, §. Iulianus l. 5. ff. de administrat. tut.* de eo, qui filiis suis dederat tutores eosque † ALOGISTAS esse voluerat , à quibus tamen bona fidem exigunt Iulianus, & Vlpianus. 1 3 4 5 6

Et tamen vti multis casibus vsufructuario remittitur dicta cautio per notata per Gloss. & Doctores *ad l. 4. Cod. de vsufruct. inquit* Castill. *cap. 16. sub num.* 8. vti non de substantia sed de natura vsusfructus, vt supra, sic potuit credi, si minus esse remissa huiusmodi cautio. 7

Adhuc ad dolum, dolus ipse distinguitur in faciendo , & in non faciendo, † qui leuior videtur, vt remissus, & iam futurus in liberatione videatur secundum Decium *cons. 177 num. 2. à vers. sed tamen concordando, & cons. 191. num. 4. vers. concordando tamen, & cons.* 418. *num. 20. à vers. & istam opinionem*, & adhoc etiam facit , quod tali casu Magdalena probabilem causam credendi habuisse videtur dispositionem testatoris, nec videtur fuisse in dolo , qui probabilem habuit credulitatem, † & credidit homini, cui videbatur credendum seu fide digno, *l. Titio, 73. ff. de condit & dem & ibi* Glos. *Actiones in fine* , Decius *consil. 177. numer. 8. versic. & ad hoc etiam facit , & dicto consil. 191. num. 6. vers. & ad hoc facit, & dicto cons.* 418 *dicto n. 20. vers. & istam opinionem*, præsertim quod fundi locive furtum non † enim fieri *§. quod autem in fine institut. de vsucap.* & cum huiusmodi Rota coram Duran. *decis.* 386. *nu. 21.* Vndè cum bona immobilia omnibus nota præsumantur , &c. & nota erant proprietario , † non intrat quoad illa præsumptio doli, Rota *dicta decis. 386. dicto num. 21.* 8 9 10 11

Nec

Nec satisfecerunt interpellationes altera anno 1631 proxima morti Testatoris anno 1630. altera longè posteà. anno 1644. quæ vltima redarguit pristinam, vel circumscriptam, vel potius interuenisse, & neutra processit in causam, vbi vna causa, quam duæ interpellationes magis oportuissent.

Et ita &c. vtraque &c.

☞ Alia & prima præsentis causæ Decisio * habetur supra in hac eadem parte decis. 129.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris 11. Maii 1668.

ARGVMENTVM

Transactionem substineri sufficit ex eo quod facta fuerit super re dubia datumque sit ac remissum aliquid hinc inde nec de læsione redargui posset nisi quando super iure claro transactum esset.

SVMMARIVM.

1 *Suppositum est verificandum.*
2 *Testis depositioni solemni standum est.*
3 *Testes de confessione deponentes debent deponere, de certa, & determinata summa.*
4 *Confessio parte absente probanda est per duos testes contestes de loco, tempore, & verbis, ac esse debent omni exceptione maiores, & num. 5.*
6 *Testis vnica depositio non probat confessionem.*
7 *Confessiones plerumque emitti solent non ad sese veraciter obligandum.*
8 *Confessio non emissa principaliter ad confitendum debitum, sed ad alium finem non præiudicat*
9 *Confessio licèt geminata quando plures resistunt contrarietates non probat.*
10 *Dictio,* da, *monosilaba demonstrat idem quod dictio,* in circa, *indicans incertitudinem.*
11 *Confessio facta in testamento pro exoneratione conscientiæ probat licet testamentum reuocetur.*
12 *Iudex non potest sententiare si non adest summa certa super qua possit proferre sententiam.*
13 *quietatio facta per verba generalissima omnem prætensionem includit.*
14 *Donatio facta à Patre, filio cedit in causam necessariam.*
15 *Testes singulares probant quando agitur de declaranda non autem de probanda dispositione.*
16 *Reseruatio alicuius rei in dispositione facta arguit reliqua in dispositione comprehendi.*
17 *Restitutio arguit restituentem non esse creditorem.*
18 *Satisfactio inducitur ex acquiescentia creditoris, & quatenus.*
19 *Transactio tunc dicitur læsiua quando in illa remittitur quod certum est.*
20 *Spes successionis est pretio æstimabilis, & considerabilis*
21 *Transactio in qua aliquid hinc indè datum, & remissum est, stante incertitudine euentus est valida.*
22 *Transactio ad hoc vt rescindatur debet excedere dimidiam.*
23 *Transactionem esse validam omnis interpretatio sumenda est.*
24 *Minor ætas est probanda concludenter ab eo qui se maiorem in contractu iurauit.*
25 *Ætas non probatur ex libro baptismi, qui non continet nomen Patris, & Matris.*

DECISIO CCXLI.

PRÆTENDENS Com. Laurentius Ferrettus, dum in Galliis morabatur acquisiuisse vltra scuta 10. mil. illaque Com. Fabritio Patri consignasse, eo defuncto egit pro restitutione contra Com. Angelum illius. Donatarium vniuersalem, & sententiam in partibus, & in Curia fauorabilem reportauit, sed deuoluta causa ad Rotam, datoque dubio super Crediti existentia dilata fuit resolutio. At hodiè reproposita causa non constare de Credito Domini censuerunt.

Siquidem non probatur pecuniarum traditio Com. Fabritio: Vnde frustrà quæritur restitutio non iustificata antecedenti assignatione, qui enim vnum disputat, præsup-
ponendo alterum super quo pariter est quæstio † ante om- 1
nia suppositum debet verificare, vt post Fulgos. *in l. mancipia, C. de seru. fugit.* Dec. *consil. 251. num. 5.* Mascard. *de probat conclus. 1210. num. 5. & facit* Rota *decis. 1612. cor. Penia num. 3.*

Neque huiusmodi probatio visa fuit resultare ex testibus examinatis, quandoquidem prout in sua extraiudiciali attestatione licèt deponat Com. Laurentium in Gallia tam in illius Christianissimi Regis, & claræ memoriæ Cardinalis Mazarini munificentia, quam eius propria industria plura cumulasse, tamen formiter examinatus, ingenuè fassus fuit nescire quid, & quantum ille fuerit superlucratus, ibi: *iuxtà* 8. *Io non sò che cosa possa hauer guadagnato il Signore C. Lorenzo nella Fraucia, ne habbia
guadagnato, ne in che cosa consiste,* † propterea standum 2
est huic secundæ depositioni solemni, & Iudiciali, non autem primæ factæ extrà iudicium, sine Citatione partis Alexand. *cons. 74. num. 8. lib. 1.* Rol. *cons. 40. num. 2. & seqq. lib. 1.* Rota coram Greg. *decis. 230. num. 8. & ibi* Add. *num. 11.*

Alii autem deponentes de Confessionibus extraiudicialibus eiusdem Com. Fabritii non releuant, tum quia
non deponunt de Confessionibus † continentibus certam, 3
& determinatam summã prout requiritur, adhoc vt confessio noceat confitenti *per text. in l. certum, ff. de Confess.* Crauett. *cons. 157. n. 9. & 10.* Seraph. *dec. 487. n. 3.* Buratt.
decis. 294. num. 9. Tum quia singulares, † & tamen vt con- 4
fessio extraiudicialis tendens ad obligandum parte absente probet etiam de æquitate canonica requiruntur duo testes contestes de tempore, loco, & verbis, nec singulares sufficiunt, Rot. *decis. 187. num 15. par. 5. decis. 214. num. 12. par. 6. & decis. 38. num. 24. part 9. recent. &* coram Merlin.
decis. 170. num. 3. debentque † esse integri idest omni exce- 5
ptione maiores Gabriel. *cons. 40. num. 55. lib. 2* Fusar. *consil. 83. n. 39. & 40.* Mascard. *de probat. conclus. 379. num....* Rot. coram Cauaier. *decis. 496. num. 6.*

Contestes verò dici non possunt P. Modestus de Vrbania Ordinis Capuccinorum, & Aloysius Sotegli Gallus famulus Com. Fabritii, quia cum iste secundus non deposuerit citata parte, sed solùm extra iudicium illius de-
positio primi testis solemnis, & Iudicialis, quæ cum † sit 6
vnica non probat, Alexand. *cons. 132. num. 26. lib. 5.* Rota *decis. 341. num. 2* coram Buratt *cum aliis relatis per* Adrian. Negucant *quæst. 175 num. 21.* facilius quia huiusmodi Confessiones, vt experientia docet plerumque emittuntur sine aliqua deliberatione, & citra animum obligandi, propterea in eis cautè procedendum, multumque dependen-
tia arbitrio Iudicis, † qui ponderatis facti circumstantiis, 7
illarum æstimationem, & releuantiam exquirat, *vt aduertit* Rota *decis. 466. num. 4. part. 3. recent. sequitur* Posth. *resolut. Ciuil. 52. num. 19. & seqq.*

In præsenti autem casu fuit ponderatum has Confessiones non solùm esse inuerisimiles, cum vix credi possit Inuicem adhuc teneræ ætatis quamuis industriosum, & sagacem in comparandis equis pro Rege Christianissimo, sub oculiis Ministrorum Regiæ Cameræ, qui solent rigorosè rationes expungere in solo spatio annorum quatuor acquirere potuisse summam, adeò notabilem scut. 12. mil. sicut in illis continetur sed, & animaduersum esse multum probabile, quod Com. Fabritius, qui Com. Laurentium suum filium naturalem summoperè diligebat, ac destinauerat legitimare ducendo in vxorem Lauram Alarnantiam eius matrem, quæreret occasiones, & colores apparentes, quibus mediantibus id honestius exequi potuisset. Vnde cum confessiones huiusmodi attentis
facti circumstantiis referri possint ad hunc titulum, † ideò- 8

que

que tanquam non principaliter emissæ ad confitendum debitum, sed incidenter, & propter alium finem nullum confitenti possunt generare præiudicium, nec aliquam probationem constituere per ea, quæ tradunt DD. *in cap. fin. de success. ab intest. & latè explicat.* Neguçant *qu.* 315. *num.* 19. *cum multis seqq. & num.* 35. Posth. *dicta resolut.* 52. *num.* 18. Surd. *decis.* 250. *num.* 6. *& egregiè ferè in his terminis* Rota coram Penia *decis.* 430. *num.* 5. *& per tot. decis.* 385. *num.* 6. *in fine impress. Lugdun.*

Quibus non obstare visum fuit, quod hic versemur in vnica confessione, sed pluribus, & geminatis, quæ etiam factæ incidenter, solent probationem inducere. Nam præter quod respondebatur id fortasse locum habere si geminatio probata fuisset per integros duos testes contestes, non autem singulares, vt supra dictum est tollitur adhuc obiectum aduertendo contraria procedere in confessione omnino perfecta, non autem imperfecta, & patiente tot
9 exceptiones, † quia confessio geminata præsertim obligatoria multiplicatos istos defectus supplere non potest, Gratian. *disceptat.* 143. *sub numer.* 18. *vers. comprobatur lib.* 2. Neuizan. *cons.* 78. *numer.* 32. *quos cum aliis sequitur* Rota *dicta dec.* 430. *n.* 9. *cum multis seqq. coram Penia.*

Nec vis fieri potest in epistola eiusdem Co: Fabritii quia quidquid sit de illius legalitate, dum in eius recognitione titubat idemmet, qui recognoscit, vt in *Summario* Com. Angeli *num.* 4. ipsa etiam laborat vitio Incertitudinis, ibi: *Pretendendo, che lo possa renderli da* 12. *mil. scudi* quæ sanè verba solum referentia prætensionem Co. Laurentii, eam non fatentur, nec approbant, & attenta
10 monosilaba † illa *da*, quæ secundum communem vsum loquendi idem importat, ac dictio in circa dubietatem præseferunt, & excludunt certitudinem. Riminald. *cons.* 10. *num.* 3 *lib.* 3. Rota coram Greg. *dec.* 550. *num.* 1. *& inter recent. decis.* 73. *numer.* 3. *in princip. part.* 2. *& decis.* 427. *nu.... part.* 3.

Quod augetur ex epistola Com. Laurentii data in hodierno *Summario* Com. Angeli *num.* 2. Nam licèt in illa singulariter exprimantur omnes quantitates lucratæ in diuersis expeditionibus contraponitur tamen exitus expensarum tam effusus in omni genere, rerum, vt ferè substantia reducatur ad nihilum, hæc enim posterior confessio Com. Laurentii benè ostendit, videlicet confessiones Patris fuisse simulatas in quantitatibus expressis videlicet non emissas animo obligandi, sed ad alium finem & tandem grauat ipsum confitentem ad liquidandum quid, & quantum remanserit in manibus Genitoris.

Prout nec refragatur confessio facta in testamento cum
11 qualitate exonerationis conscientiæ, † qua stante probat & si testamentum fuerit reuocatum ex plenè cumulatis *in dec.* 63. *n* 10. *& seqq. p.* 11. *rec.* Nam præter quod talis confessio emanata à Patre in fauorem Filii multas patitur difficultates an dici possit ad piam causam, de qua loquitur decisio in contrarium allegata remouetur obiectum ratione incertitudinis, quia cum summam certam
12 non exprimat † non adest subiectum habile, super quo Iudex proferre possit sententiam condemnatoriam, *l.* 3. *& seqq. C. de sent. quæ sine cert. quantit. Can. graue* 11. *quæst.* 3. Surd. *cons.* 324. *num.* 22. *&* 23.

Cæterum rem ponit extrà difficultatem transactio post dictum testamentum inter Patrem, & Filium celebrata, in qua hic receptis certis bonis pro omni, & toto eo, quod Iure filiationis, vel alio quocumque Iure, & titulo etiam legitimæ, & alimentorum prætendere posset omnibus aliis Iuribus sibi quomodolibet competentibus ex quauis causa, & occasione competituris amplissimè renunciauit per pactum de non petendo quibusuis causis, & occasio-
13 nibus etiam non cogitatis, quæ † verba generalissima, & vniuersalia quemadmodum nulla patiuntur restrictionem ita remissionem operantur cuiuscumque prætensionis, & actionis ipsi Co: Laurentio competen., vt firmat Surd. *cons.* 267. *num.* 7. *cum seqq.* Cyriac. *controuer.* 128. *n.* 69. Merlin. *de leg. cap.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 8. *numer.* 6. Altograd. *con.* 66. *num.* 18. *lib.* 1. Donad. *de renunciat. cap.* 35. *num.* 66. *& seqq. lib* 1. Rota post Salgad. *decis.* 25. *num.* 11. *& decis.* 282. *num.* 16 *par.* 11. *rec.*

Et redditur clarius, quod in transactione, & donatione compræhendebatur hæc prætensio lucrorum Galliæ non solum ex iuris præsumptione, quod nempè Pater donando aliquid Filio, potius id agere voluerit in
14 causam necessariam restitutionis, † pro qua continuò premebatur, quam voluntariam, pro qua non poterat molestari, vt arguit Surd. *cons.* 343. *numer.* 24. & si singulares † probant, dum non agitur de noua dispositione probanda, sed expiicanda iam facta, Mart. *de success. leg. part.* 4. *art.* 10. *num.* 12. Rota *dec.* 350. *num.* 14. *part* 10. *rec. & in Auenionen. legitimæ* 8. *Iunii* 1657. *§. tum quia cor. R.P. D. meo Priolo.* 15

Concurrit etiam quod Com. Laurentius in dicta concordia, & renunciatione expressè reseruauit sibi loca Montium ipsi obuenta ex latere matris, & alia bona in posterum acquirenda, vt in Summario Com. Angeli *numer.* 5. *in fine*, ex quo patet, quod sciuit reseruare, & excipere ea, quæ nolebat in renunciatione, & transactione compræhendi, † vnde nisi voluisset, & prætensa lucra in ea 16
contineri, vtique declarasset ne lites inter ipsum, & Patrem orirentur, quas obtruncare omninò ibidem professi fuerunt, *ad text. in l. vnica*, *C. de Caduc. toll.* cum aliis cumulatis.

Porrò accedit generalis quietantia facta à Patre filio eadem die stipulatæ donationis de scutis 200. pro pretio Cymbæ eidem filio venditæ, & absolutione eiusdem ab administratione, & exigentia facta suorum introituum cum generali quietantia de omnibus pecuniis auro, argento, gemmis, mobilibus, fructibus, & Introitibus, vt in Summario præterito Co: Angeli numer. 9. Hæc enim quietatio, & restitutio inter Patrem, & Filium apertè ostendit compræhensionem lucrorum in transactione, quia Com. Laurentius non restituisset mobilia, & † sol- 17
uisset, precium Cymbæ si Patris Creditor extitisset, vt respondit Rota coram Pæn. *decis.* 480. *num.* 15. *& dec.* 385. *num.* 3.

Idipsum comprobat obseruantia, nam antea Com. Laurentius domum, & Consanguineos subuertebat quærimoniis, vt ex Summario Com. Angeli num. 8. postea verò acquieuit, & superstite Patre semper siluit, & nunquam hanc prętensionem excitauit; † signum euidens, quod 18
habuit illam pro comprehensa in transactione, & renunciatione, ac pro satisfacta, & extincta, aiias arguendo à communiter accidentibus tamdiù petere non distulisset, Paris. *cons.* 137. *num.* 12. *lib.* 4. Penia *dicta dec.* 430. *sub n.* 14. *vers. postremo, & dec* 245. *num.* 21. *par.* 7. *rec. quæ est decis. Coccini* 2242. *num.* 17.

Hinc frustra allegatur læsio in dicta transactione, quia considerato dubio litis euentu Credito lucrorum turbido, non solùm ex præmissis, verùm etiam illiquido ratione quantitatis † cessat quæcumque læsio, quæ solùm consi- 19
deratur quando in transactione remittitur quid certum vndique clarum, & indubitatum, vt per argumentum à contrario sensu firmat, *text. in l.* 2. *C. de transact.* Moder. Hispan. *in hoc tract. tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 9. Rota *dec.* 25. *per tot. cor. Eminentiss. Card. Ottbob. & in Romana quarti dotalis* 16. *Aprilis proximi præteriti*, *§. nec in tali*, *& §. non obstare coram me.*

Et sanè computatis bonis receptis, aliisque in quietantia remissis item spe † succedendi in tota hæreditate Patris 20
pretio æstimabili *ad l. spem C. de donat.* Iuribus, & prætensionibus paternis super his Creditis tam circa proprietatem, tamquam de peculio profectitio, vel saltem quoad vsumfructum considerato † eo tanquam aduentitio natu- 21
ra transactionis, quę est, vt aliquid hinc indè detur, & recipiatur, & ipsius Crediti incertitudine patet nullam extare læsionem, quæ probationes in subiecta materia debent esse concludentes, Rota *decis.* 269. *num.* 22. *part.* 11. *recent. & in Bononien. fideicommissi de Bonbiliis* 5. *Maii* 1662. *§. hæc verò coram me Verospio*, *& in Assissen. oblationum* 15. *Ianuarii* 1663. *§. nec respectu quantitatis coram R.P. D. meo Albergato*, † debentque percutere excessum longe 22
vltrà dimidiam, *vt in dicta decis.* 269. *numer.* 25. *part.* 11. *& in dicta Bononien. de Bonbiliis*, *§. nec læsionis prætextus coram Verospio*, *& in Rauennaten. bonorum* 20. *Maii* 1667. *cor. R.P.D meo Carpineo*, & sufficit, quod res sit dubia, † 23
& pro exclusione lęsionis, & transactionis validitate capienda sit interpretatio, Rot. *dec.* 67 *nu.* 7. *& dec.* 248 *num.* 16. *par.* 11. *rec. & in Perusina transactionis* 12. *Iunii* 1665. *§. fuit cor. R.P.D. meo Albergato.*

Nec placuit allegata minoritas eiusdem Co: Laurentii, † quia cum se maiorem iurauerit, debet modò ad præ- 24
scriptum *leg.* 3. *C. si maior. fact. se dixer.* probare concludenter minorem ætatem, quæ in præsenti non visa fuit iustificari, ex fide extracta ex libro baptizatorum S. Marcelli solùm continente die 14. Ianuarii 1628. fuisse † cathechizatum Laurentium filium NN. de Parochia 25
S. Ma-

S. Mariæ in Via, nam vt generalis, & nimis vaga non faciente mentionem, neque de Patre, neque de Matre Laurentii nunc actoris iuxta doctrinam Bart *in l. demonstratio falsa sub num.* 14. *ff. de condit. & demonstrat.* Dec. *cons.* 13 *num.* 9 Cyriac. *controuer.* 281. *num.* 38. Caualer. *decis.* 128. *num.* 3. *& fuit dictum in Anagnina donationis* 16. *Iunii* 1662. §. *quæ fortius coram me*.

Atque ita non constare de Credito conclusum fuit vtraque parte Informante.

REVERENDISSIMO P.D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Pisauren. pecuniaria.

Veneris 11. *Maii* 1668.

ARGVMENTVM.

Commissa causa appellationis cum clausula, *si quid exequendum* potest quidem Iudex primum mandatum exequi, vel aliud pro eadem summa relaxare, nouum autem concedere pro noua, & diuersa summa, seu quantitate minimè potest.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum contra debitorem legitimè relaxatum, vtique quod contra illum exequendum est.*
Clausula si quid exequendum *non solùm operatur, quod ad executionem deueniri possit, verùm etiam quod nouum quoque valeat mandatum relaxari, num.* 1.

2 *Solutio facta de tempore secundæ administrationis, ad illam referri debet, cum eaque, non autem prima administratione compensari.*

3 *Solutio vbi administrationes sunt separatæ, & distinctæ, non cadit in causam antiquiorem.*
Administrationes vbi sunt plures separatæ, & distinctæ, vnaquæ solutio sub sua cadit tunc administratione, neque potest cum alia administratione confundi, num. 3.

4 *Iudex vigore clausulæ* si quid exequendum *potest quidem exequi mandatum, vel nouum relaxare pro summa in eo contenta.*
Nouum autem mandatum concedere pro alia, & diuersa summa, seu prætentione nullatenus potest ibidem.

DECISIO CCXLII.

MVLTIPLICVM Censuum locorum Montium, aliorumque effectuum per spatium centum annorum ordinauit Comes Petrus Antonius Sanctinellus à secundo genito pro tempore gubernandum, cum facultate deputandi Ministrum sub certa prouisione, qui dato idoneo fideiussore administrationem reddere teneretur, de anno 1633. in dicti ordinis executionem Comes Franciscus deputauit Alexandrum Bizzanium, pro quo principaliter, & in solidum se obligauit Bernardinus frater, & præcedente administratione vsque ad annum 1661. obtinuit Marchio Franciscus Maria modernus Gubernator tam contra Ministrum, quàm illius fideiussorem mandatum ab Auditore Cameræ pro scutis 5637. sed causa mihi commissa cum clausula *si quid exequendum*, respondit Rota, quoad fideiussorem non esse exequendum ea ratione, quia illius obligatio restricta videbatur, ac tacitè limitata ad tempus, quo Alexander administrarat sub Comite Francisco, & nimirum vsque ad annum 1649. vigesima octaua Nouembris, vt ex decisionibus 17 Martii 1664. & 26. Februari 1666. cum sententia subsecutis, in qua proinde præseruatis Iuribus, & via executiua contra eumdem fideiussorem pro administratis ab Alexandro vsque ad dictum tempus deuentum fuit de ordine Rotæ ad separationem computorum, & successiuè datum dubium, an & pro qua summa mandatum sit exequendum pro scutis 4563. in hodierna propositione resolutum.

Ratio resolutionis fuit, quia ex relatione Peritorum vtrinque electorum apparet, quod detractis omnibus detrahendis, relictisque in suspenso nonnullis partitis reseruatis Iudicio Rotæ, Alexander pro administratis tempore Comitis Francisci remanet certus, & liquidus Debitor in dicta summa scutorum 4563. pro quo tempore cum non controuertatur obligatio Bernardini fideiussoris, consequenter contra eum venit exequendum mandatum, seu † aliud de nouo relaxandum in vim facultatis contentæ in dicta clausula *si quid exequendum* Rota coram 1
Millino *decis.* 362. *num.* 3. *& in recent. dec.* 150 *numer.* 1. *& decis.* 154. *num.* 14. *par.* 11.

Nec diminuendam censuerunt Domini prædictam summam sub prætextu, quod Alexander soluerit scuta 2302 in beneficium multiplici, quia dicta solutio nullibi fuit iustificata, nec habita in consideratione à Peritis, & insuper facta, vt asseritur de tempore secundæ administrationis ad illam referri deberet, † & cum ibi re- 2
ceptis compensari, *l.* 2. *vers. sin autem frumentaria, ff. de administrat. rerum ad Ciuitatem pertinentium* Escobar. *de ratiocin. cap.* 36. *num.* 3. Rota Ianuen. *decis.* 26. *nu.* 30. Magon. *decis. Lucens.* 1 *num.* 5. 21. 24. *& per tot.* Rota coram Seraphin. *decis.* 1214. *in recent. decis.* 592. *numer.* 14. *& seqq. seqq. & decis* 612 *part.* 5. *& decis.* 49. *num.* 13. *vers. frumentum, & num.* 37. *part.* 11. quando enim administrationes sunt separatæ, ac distinctæ, vt firmatur *in decis. huius causæ* 17. *Martii* 1664. §. *de potestate*, solutio non † cadit 3
in causam antiquiorem Rota *dict. dec.* 612. *num.* 10. *&* 11. *par.* 5. *& dict. dec.* 49. *num* 37. *par* 11.

Non tamen relaxandum esse aliud mandatum pro fructibus dictorum scutorum 4563. Domini benignius agendo existimarunt, siue quia si prætenduntur ratione Inuestimenti debiti, non constat quid, & quantum perceptum fuisset, siue quia in vim dictæ clausulæ, *si quid exequendum*, potest quidem Iudex exequi mandatum, seu aliud relaxare pro summa in eo contenta, † non au- 4
tem pro diuersa, & vlteriori summa quod ipsum responderunt respectu scutorum 766. quæ prætendebantur ab Actore defalcari à credito Alexandri cum ibi appareant assignata pro eius prouisionibus ratione laboris in administrando, & exigendo, & eidem in calculo ab ijsdem Peritis hinc indè electis bonificata.

Et ita Bernardino pluries citato, ac informante recusante decisum fuit, &c.

Fuit confirmata præsens Decisio sub die 18. Februarii 1669 coram eodem Reuerendissimo Decano, vt in subsequenti volumine suo loco, & tempore adnotabitur.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana Attentatorum.

Veneris 11. *Martii* 1668.

ARGVMENTVM.

Saluianum non datur contra possidentem vigore anterioris hypothæcæ, quæ fauore dotis contra promissionem incipit à die promissionis, licèt contra virum à die contracti matrimonij, Item deliberatio non potest dici nulla nec excessiua quoties fuit processum præuio legitimo credito seruatis seruandis.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat contra possidentem anteriori Iure.*

2 *Dotalis hypotheca incipit à die contracti matrimonii non autem à die promissionis quod declara, vt numer.* 3.

4 Deco-

4 *Decocto, qui in iudicio conuenitur, est deputandus curator.*

5 *Decoctus, dum fuit defensus, iudicium contra ipsum factum sustinetur.*

6 *Oblator vltimus licet sit intimandus sub pœna nullitatis deliberationis, hoc tamen procedit fauore ipsius oblatoris non autem tertii.*

7 *Statutum Vrbis prohibet annullari deliberationes post annum quod amplia, vt num. 8.*

9 *Annorum triginta lapsus facit præsumere, omnia ritè gesta.*

10 *Fructus rei nulliter subbastatæ à die motæ litis percepti imputantur in creditum.*

11 *Excessiua dicitur deliberatio quoties emanauit pro plus debito.*

12 *Statum Vrbis de præscriptionibus vendicat sibi locum in omnibus Vrbis tribunalibus.*

13 *Præscriptio inducta est in odium negligentis.*

14 *Relato sine referenti non creditur.*

DECISIO CCXLIII.

POSSESSIONEM Vineæ, & Hospitii, de quibus agitur captam per Solindium vigore sententiæ ab Auditore Cameræ latæ esse attentatam contendebant Fratres de Ægidiis, inde super hoc particulari dubio à R. P. D. Carpineo placuit videri de bono Iure, quod Ægidii assistere coram eodem responsum fuit 23. Ianuarii 1666. super quo expedita causa, & mihi commissa dubitaui 28. Martii 1667. An eisdem dandum esset mandatum de manutenendo, & fauorabilis prodiit resolutio aduersùs quàm instante Solindio denuò audiri mandarunt Domini prosequi disputationem super bono Iure, qua hodiè reassumpta censuerunt de eo constare in fauorem Ægidiorum etiam ad effectum attentatorum.

Satis enim resultare visum fuit illorum bonum Ius, ex eo quod probant in actis suam possessionem vigore Instrumenti deliberationis de Anno 1638. in fauorem Olibatii Patris sequutæ iam pro Credito dotis promissæ à Prospero Cecalotto, quàm pro alio Societatis Officii sub eiusdem obligatione sibi cesso à Venantio Fabritii, quæ Credito tanquam anteriore, vtpotè de annis 1617. & 1618. Solindium repellunt à petita Immissione in Saluiano pro Credito posteriori contracto vigore simplicis apocæ de an-
1 no 1621. in fauorem Elisabethæ eius Matris, † cum interdictum Saluiani non intret contra anteriori iure possidentem, latè Negusan. *de pignor. membr. 3. par. 5 num. 1.* Rota *dec. 484. num. 19. part. 9 Recent. cum aliis allegatis in vtraque decisione huius causæ.*

Talis quippe anterioritas in facto consistens offuscari non valuit repetito obiecto desumpto ex iuris conclusio-
2 ne, † quod hypotheca dotis incipiat à die contracti matrimonii, non autem promissionis. Nam propter quod ex facto remouetur, dum de anno 1621. de quo est creditum Solindij, nedum matrimonium inter Martham, & Olibatium longè ante celebratum fuerat, verùm etiam, & soboles procreata scilicet Raynaldus natus anno 1619. vt in *Sumario litera F.* placuit in Iure responsio data in *decisione 28. Martii 1667. §. nec aduersatur coram me*, scili-
3 cet, † hypothecam contra dotis promissorem indistinctè incipere à die promissionis, quidquid sit contra Maritum, in quibus terminis loquuntur Sectatores contrariæ opinionis, contra quos, vti fauorabiliter doti, præualet sententiam Rotæ, de qua *in decis. 8. numer. 2. post* Rodrig *de Concurs. Credit. & in Romana, seu Perusina donationis 17. Martii 1662. & 29. Ianuarii 1663. coram Reuerendissimo Gerunden.*

Nec deliberationem nullitati obnoxiam, esse dictum
4 fuit etiamsi Cecalotto communi debitori † tanquam decocto deputatus non fuerit in Iudicio Curator, quoniam cum talis deputatio requiratur ne causa indefensa remaneat, cessat in proposito, in quo ipse non solùm strenuè,
5 se defendit, vt in extractu à fol. 107., † quod ei vetitum non erat *per text. in l. 3. ff. de cess. bon.* Rot. *decis. 723. num. 5. coram Buratt.* sed etiam illius Creditores pro eorum Iure comparentes, causam defenderunt per aliquot menses protrahentes deliberationem, quæ cum emanauerit fer. fer. & pro verò Credito cum legitimis Contradictoribus opus non fuit alio Curatore.

Prout minus fuit animaduersione digna altera nullitas deducta ex deficientia Intimationis vltimo oblatori faciendæ iuxtà reformat. sanct. mem. Pauli Quinti, † 6
quia cum id respiciat fauorem ipsius oblatoris, vt statuere possit vtrum sibi expediat offerre illam maiorem summam ab alio oblatam, qui dum deliberationi acquieuit, non valet hodie ista exceptio de Iure Tertii opponi à Solindio, vt in terminis respondit Rota *in Romana restitutionis dotis 28. Iunii 1623. coram Remboldo, §. nec etiam releuat impressa post* Nigr. *de subbastat. in ordine la 12.*

Sed prædicta, & aliæ nullitates frustra à Solindio allegantur cum in Vrbe vigeat Statutum *lib. 1. cap. 191.* prohibens dari de nullitate post annum, † & ad effectum 7
impugnandi deliberationem arguit, Niger. *de subbastat. cap. 35. §. 8 num 8.* Rota *decis. 170. non obstat apud* Fenzon. *ad idem Statut.* quod † procedere in quibuscumq; nullita- 8
tibus etiam notoriis voluit, Rota *in decisione huius causæ, §. præterea cor. R. P. D.m. Carpineo*, & faciliùs hodiè admissum fuit † cum lapsus 30. Annorum faciat præsume- 9
re cuncta ritè, & rectè gesta fuisse, vt obseruat Mangil. *de subbastat. quæst. 200. num. 17. & 18* Gratian. *disceptat. 375. num. 7.* præcisè respondet defectui Intimationis à Solindio pariter opposito.

Vltra quod prædictæ nullitates in Iudicio subhastationis parum, aut nihil releuare possunt pro Solindio, qui semper potuit, & potest repelli à dicta Immissione per anterioritatem Crediti Ægidiorum, quod non potest dici consumptum in fructibus Hospitii, & Vineæ, † quia fructus nulliter subhastatæ solummodo à 10
die motæ litis percepti imputantur in creditum, Gratian. *disceptat. 706. num. 16.* Mangil. *de subbastat. quæst. 93. nu. 5.* Buratt. *decis. 227. num. 1. & seqq.* Duran. *decis. 714. num. 6. & de stylo* Rotæ *responsum fuit in Perusina Spolii 27. Febr. 1643. coram Reuerendissimo Tarraconen. penes* Posth. *de subbastat. decis. 110. num. 1. & in Sabinen. Spolii 13. Martii 1662. coram me*, in præsenti autem casu Ægidios post motam litem nullos fructus percepisse demonstratur.

Neque profuit allegatus excessus in deliberatione, quia cum facta fuerit pro scutis 1200. & Creditum Olibatii esset scuta 1000. capitalis dotis, & 1200 pro fructibus dotalibus, vt ex mandatis executiuis in *Summario* fratrum de Ægidijs *litera B*, ac etiam pro sorte principali, & fructibus antedictæ Societatis Officii sibi à Venantio cessæ, ideò negari non potest, quod Creditum Olibatii longè excederet summam pro qua emanauit deliberatio ad formam oblationis cum conditione accepto ferendi in proprium Creditum consistens in prædictis dote, fructibus, & Societate Officii, & consequenter tollitur omnis excessus, qui solùm adesse dicitur quoties deliberatio sit pro plus debito, Posth. *de subbastat. inspect. 50. numer. 60.* Rota *decis. 7. & 77. vtrobique num. 1. apud eumdem* Nigr. *eodem tract.*

Demum Solindii Creditum visum fuit præscriptione sublatum ex dispositione Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 158.* inducentis præsumptam solutionem spatio annorum sexdecim, qui effluxerunt, tam à die confectionis apocæ, quàm à die sequutæ deliberationis vsque ad Annum 1664. quo ille egit, & sententiam ab Auditore Cameræ obtinuit,
† quod Statutum decisorium vendicat sibi locum in omnibus Vrbis Tribunalibus, Rota penes Fenzon. *dec. 145. §. non obstat etiam, & dec. 174. num. 1. coram Merlin.* quæ Statutaria dispositio æquè benè impleta est, tam respectu Elisabethæ Matris, & Auctricis Solindii, quæ ab Anno 1621. vsque ad Annum 1644 quo obiit, nihil petiit, quàm ex persona ipsius filii, & hæredis, qui abindè citrà Creditum postulare neglexit, † nam præscriptio inducta fuit in 13
odium negligentium, Bald. *in auth. nisi triennale numer. 1. Cod. de bon. mat.* Bocc. *de Statut. Vrb. præscript. gloss. 1. num. 14.* Rota *decis. 407. num. 16. par. 5 rec.*

Alterum verò Creditum nuper exhibitum resultans ex Cessione Societatis Officii scutorum 100. in fauorem eiusdem Elisabethæ, nam præter quod in hoc Concursu cum Societate Officii de Anno 1617. & Crediti dotalis Ægidiorum sub die 10. Iunii 1618. vt *Summario litera C. & D.* esset tempore posterius, vtpotè creatus, sub die 18 eiusdem mensis, non releuat, quia in Instrumento Cessionis simpliciter enunciatur, quod fuit talis Societas inita sub die 18. Iunii 1618. ad fauorem Francisci Berdi, & ab isto translata in Crucium, qui illam cessit Elisabethæ, quod nihil prodest, nisi exhibeatur ipsum Instrumentum creationis Societatis, ad quod cessio refertur, † cum non cre- 14
datur referenti, sine relato, *Auth. si quis in aliquo, C. de eden.* Olea *de Cess. Iur. tit. 5. part. prima numer. 4.*

Posth.

Posth. *resolut.ciuil.* 113. *num.* 7. Rota *decis.* 324. *num.* 10. *part.* 11. *recent.*

Cætera autem opposita satis sublata fuerunt in antecedentibus decisionibus, quas Domini absque vlteriori repetitione approbarunt, existimantes, constare de bono Iure illorum de Ægidijs, etiam ad effectum attentatorum vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Reginen. Parochialis.

Veneris 11. *Maij* 1668.

ARGVMENTVM.

Vnionem retractare potest Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, si illam contra formam Sacri Concilij Tridentini factam agnouerit. Proindèque disputatur quid ad mentem eiusdem Sacri Concilij requiratur, vt Ecclesia Patronata alteri Ecclesiæ liberæ legitimè possit vniri, in eamque transferri.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Patronata non potest vniri, atque transferri in Ecclesiam liberam.*
Iuspatronatus non potest ex dispositione Sacri Concilij transferri in Ecclesiam liberam, num. 1.
Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 9. de reformation. *adducitur & declaratur, num.* 1. *& per totam decis.*

2 *Ecclesia libera serua fieri non potest.*

3 *Ecclesia simplex à fidelibus erecta auctoritate Ordinarij dicitur beneficium Ecclesiasticum.*

4 *Ecclesia habens suos redditus particulares, & onus Missarum pro benefactoribus eo magis dicitur beneficium Ecclesiasticum.*

5 *Beneficium Ecclesiasticum esse non desinit Ecclesia, licèt conferri non soleat, quia sufficit quod conferri possit.*

6 *Ecclesia vna vt alterius Ecclesiæ filia esse dicatur, quæ requirantur.*

7 *Vnio vnius Ecclesiæ ad aliam in ijs tantùm casibus permittitur, in quibus concurrit vtilitas, vel necessitas Ecclesiæ vniendæ.*

8 *Visitationis in actu ea quæ ab Episcopo gesta sunt, licèt permultùm illis deferatur, non tamen vndequaque probant, nec illis totaliter creditur.*

9 *Episcopus tamquam Apostolicæ Sedis delegatus potest absque alijs solemnitatibus, & causa vnionem nulliter factam retractare, omniaque in pristinum reducere.*

10 *Episcopus potest approbare retractationem vnionis nullæ à suo Vicario factam, & quando.*
Ratificatio idem operatur, ac mandatum etiam speciale, num. 10.

DECISIO CCXLIV.

Ex notoria nullitate vnionis factæ de anno 1631. ab Archiepiscopo Rheginensi dictum fuit sub die prima Iulij anni proximi præteriti constare de causis restitutionis in integrum aduersùs sententiam Auditoris Cameræ contrarium declarantem, & hodiè causa repropositа Domini steterunt in decisis.

Cùm enim Ecclesia Sanctæ Mariæ de Candelora sit (vt prætenditur) de Iurepatronatus Familiæ de Filoca-
1 mis, vniri non poterat Ecclesiæ Sancti Andreæ, † quæ erat libera, & in eam transferri dictum Ius patronatus resistente dispositione Sacri Concilij Tridentini *Sess.* 25. *cap.* 9. *de reformation.* vbi expressè interdicuntur huiusmodi accessiones de Ecclesijs liberis ad Ecclesias patronatas,
2 † ne ex liberis fiant seruæ ex notatis per Barbos. *in Collect. ad dictum Concil. dicto cap.* 9. *sess.* 25. *de reformation. num.* 83. *& præter adductos in decis. firmauit* Rota *decis.* 15. *num.* 7. *part.* 8. *recent. & in Placentina Beneficij* 11. *Decembris* 1647. *coram bon. mem. Arguelles.*

Non obstat, quod Sacrum Concilium loquatur de beneficijs liberis, & Collatiuis, quale non est Ecclesia Sancti Andreæ, quæ est simplex Ecclesia filialis tamquam constituta intra fines Parochiæ Sanctæ Mariæ, & nunquam fuit solita in titulum conferri. Quia quidquid sit, an Sacrum Concilium Tridentinum prospexerit solùm libertati Ecclesiæ, an verò præiudicio, quod Ordinarijs infertur circa Collationem; certùm est, quod etiam simplex Ecclesia à fidelibus erecta de consensu Ordinarij dicitur beneficium Ecclesiasticum, † vt plenè discusso 3
articulo firmauit Rota *decis.* 508. *num.* 4. *& seqq. part.* 1. *diuers.* maximè quando habet suos redditus particulares, † & onus Missarum pro Benefactoribus, prout habet 4
Ecclesia Sancti Andreæ *Summario præterito num.* 1. Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* Rota *decis.* 124. *alias* 113. *de Præben. coram* Cæsar de Grass. Viuian. *de Iurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 66. vnde licèt conferri non soleat, † sufficit, quod conferri possit Abb. *in cap. authoritate* 5
in fin. de Cens. Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 66. filialitas autem in facto non probatur, nec tale quid præseferunt visitationes Archiepiscoporum, & ad hunc effectum esset iustificandum, † quod Ecclesia Sanctæ Mariæ esset an- 6
tiquior, quodque illa Sancti Andreæ fuisset constructa ab ijsdem patronis in adiutorium Matricis, Rota *decis.* 272. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Neque ad vnionem substinendam suffragantur causæ expressæ in ipso actu vnionis, cum illæ non concernant vtilitatem, vel necessitatem ipsius Ecclesiæ † in qui- 7
bus tantùm casibus vnio permissa est ex relatis *in decisione, quæ reuidetur, §. non obstant,* nec iustificatur præter quam per assertionem Ordinarij, quæ in hac materia à Iure improbata non attenditur, Eminentissimo Otthobono *decis.* 56. *num.* 13. *& in Narnien. Vnionis* 1. *Iulij* 1643. *coram bon. mem. Bichio*, etiamsi emanauerit in actu visitationis, quia licèt illi multùm deferri soleat, † non tamen 8
sequitur, vt totaliter credendum sit, vt respondendo decisioni Seraphini 1272. *num.* 3. *in contrarium allegatæ* dixit Rota *decis.* 318. *num.* 13. *&* 14. *part.* 5. *recent.*

Quibus consequens est potuisse Modernum Archiepiscopum, siue illius Vicarium ex dispositione eiusdem Sacri Concilij tanquam Sedis Apostolicæ delegatum † 9
absque alijs solemnitatibus, & causa vnionem prædictam retractare reducendo omnia in pristinum ex adductis in decisione, quæ reuidetur *in §. Minus releuat.* Parum obstante, quod Vicarius non haberet mandatum nisi ad prosequendam visitationem, quia dùm Archiepiscopus gesta per Vicarium substinet in hoc Iudicio, † indè re- 10
sultat certa approbatio, & ratificatio, quæ idem operatur ac mandatum, etiamsi speciale requireretur *cap. ratihabitionem vbi* DD. *de reg. iur. in* 6. Gregor. *decis.* 295. *num.* 4. *& decis.* 225. *num.* 4. *cum seq.* Buratt. *decis.* 301. *num.* 8. Merlin. *decis.* 878. *num.* 4.

Denique non vrget, quod Vicarius vltrà reductionem in pristinum erexerit in nouam Parochiam dictam Ecclesiam Sancti Andreæ absque causa, & solemnitatibus applicando vlteriùs eidem redditus spectantes ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Domos separando non citatis patronis, quia hoc non excusat sententiam Auditoris Cameræ ab euidenti iniustitia resultante ex declaratione ibidem facta, quod Ecclesia Sancti Andreæ ratione vnionis factæ de anno 1631. sit de Iurepatronatus Familiæ de Filocamis, & quod omnia gesta per Modernum Ordinarium sint reuocanda.

Cæterùm an talis actus sit validus nec ne censuerunt Domini particulari dubio esse discutiendum.

Et ita vtraque &c.

Supra in hac eadem parte habetur altera præsentis causæ Decisio emanata sub die prima Iulij anni proximi præteriti coram eodem Reuerendissimo P. D. Granaten. quæ est decis. 110.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Domus.

Veneris 11. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Cum emphyteusis Ecclesiastica acquisita prò se, & hæredibus, ex lege inuestituræ hæredes sanguinis compræhendat, illis propterea debetur immissio, non obstante contraria dispositione primi acquirentis, qui in ea, quando prout hic, illa fuerit non titulo oneroso, sed gratuito concessa, vocatis præiudicare minime potest; ideoque illius natura perpenditur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica recepta* pro se, & hæredibus *ad hæredes tantummodo sanguinis restringitur.*

2 *ad Emphyteusim vocatis debetur immissio* ex lege finali C. de ædicto diui Adriani tollen.

3 *Emphyteusis acquisitio, vt dicatur facta titulo oneroso, quid requiratur.*

Solutio quælibet non facit emphyteusim esse onerosam, & quæ attendatur in hac materia, num. 3.

4 *Gratia cum solutione concessa, si solutio eam non præponderat, non excludit in conced. nte liberalitatem, neque titulum facit esse onerosum.*

5 *Facultas alienandi bona hæreditaria, non compræhendit bona emphyteutica ex pacto, & prouidentia.*

6 *Voluntas à potestate commensurari debet.*

7 *Bona emphyteutica an, & quando veniant sub appellatione bonorum, & hæreditatis & num. seq.*

8 *Dispositio generalis non compræhendit bona emphyteutica, & pactionata.*

9 *Pœna caducitatis apposita in casu contrauentionis suum operatur effectum respectu gradus cui fuit adiecta, non autem afficit sequentes substitutiones.*

10 *Substitutus solum in casum contrauentionis præcedentiam substitutorum omnium inobseruantiam probare tenetur.*

DECISIO CCXLV.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis editæ in hac causa sub die 15. Iunij* 1663. coram Reuerendissimo Domino meo Gerunden. & hodie coram me in eius locum suffecto steterunt in decisis, tàm ex capite Inuestituræ, quàm ex alio substitutionis.

Subsistit namque primum, quod domus controuersa recepta fuerit ab Annibale in emphyteusim pro se, &
1 hæredibus † cumque Paulus, & Iulia Actores sint Nepotes illius, & clausula *pro se, & hæredibus* in emphyteusi prout hic Ecclesiastica ad hæredes dumtaxat sanguinis restringatur, vt præter relatos in decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Tana, & Reuerendissimo Gerunden. firmauit Rota *in Romana deuolutionis domus 15. Iunij 1654. §. quia omisso coram Reuerendissimo Papien. & in Bononien. inuestiturarum 14. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo Beuilacqua §. alteratam* illis prop-
2 terea ex lege inuestituræ † debetur immissio *ex l. fin. iuxta text. in cap. primo §. inter filiam si de feudo fuer. contr.* Rota *in Bononien. bonorum emphyt. 15 Iunij 1663. in §. Iustitia in fine coram R. P. D. meo Emerix, & in Bononien emphyt. 27. Aprilis 1657. §. quoniam coram Reuerendissimo D. meo Varesio Almæ V. b. s Gubernatore.*

Non obstat, quod Annibal acquisiuerit controuersam domum titulo oneroso emphyteusis proinde tanquam primus acquirens potuerit de ea ad libitum disponere, & in præiudicium compræhensorum facultatem de ea inter viuos disponendi virgineæ concedere, quia optimè satisfacit responsio decisionis Reuerendissimi D. mei Ge-
3 runden. † quod scilicet cum domus controuersa esset valoris libr. 7778. & pro solis 3200. fuerit empta, acquisitio non est onerosa, quia ad huius effectum non habetur ratio cuiuscumque solutionis nisi illa sit talis, quæ gratiæ præponderantiam in concedente excludat † aliàs enim 4
concessio sapit liberalitatem concedentis, quæ Titulum onerosum excludit, vt post Marescott. *var. resol. libr. primo cap. 74. num. 5. in fine dixit* Rota *decis. 126. num. 4. post* Merlin. *de legit. & decis. 86. num. 16. coram* Merlin. *& in Romana Palatij 21. Iunij ..... coram Eminentissimo Dom. Cardin. Celso §. sed etiam* vltra relatos in alijs decisionibus huius causæ; & in omnem casum facultas concessa virgineæ fuit alienandi bona res, & Iura hæreditatis & de illis disponendi inter viuos; † vnde non est apta compræ- 5
hendere domum controuersam quæ non est hæreditaria ex pacto, & prouidentia metiendo voluntatem à potestate, † vt sequendo doctrinam Cini ad propositum di- 6
stinguit Bart. *in l. Item vendendum 18. §. nunc videamus num. primo vers. nam feudum ff. de petit. hæred.* & arguendo *ex text. in l. si quis ita §. si quis cum ignoraret ff. de Testam. tut.* optimè Pinell. *in rubr. Cod. de bonis matern. part. prima num. 22.* in quibus habetur, quod licet verba bona & hæreditas ob sui generalitatem videantur includere etiam bona emphyteutica concurrente tamen, vt in 7
casu nostro defectu potestatis, vel alia particulari ratione, quæ talem compræhensionem excludat ea nullatenus veniunt sub dicta generalitate verborum præsertim quandò vt hic sumus in emphyteusi Ecclesiastica, & pactionata † cuius bona non facta de eis indiuidua 8
mentione non cadunt sub generali dispositione, *vt ex §. emphyt. iuncta gloss. auth. de non alienan. aut permutan. reb. Eccles.* tenent Simon de Pret. *de interpret. vlt. vo unt. lib. 3. fol. 184. num. 7.* Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de Success. in bon. emphyt. quæst. 7. num. 5. & latè* Surd. *decis. 11. per tot.*

Nec refragatur, quod Annibali fuerit concessa tantum Area non autem Domus, quæ vti meliorata ab eodem cedit commodo eiusdem, & auget detractiones competentes virgineæ; obiectum enim facile diluitur ex oculari lectura inuestituræ datæ in præterito *Summario num. 1.* vbi legitur concessa domus murata cuppata rasellata, & Balchionata cum Curia Puteo, & alijs super existantibus, quæ omnes qualitates salua ratione recti sermonis congruam non Patiuntur restrictionem ad Aream dumtaxat, sed bene totam domum controuersam compræhendunt.

Eiusdem quoque naturæ est alterum caput substitutionis ab eodem Annibale ordinatum in suo Testamento in quo post obitum virgineæ vxoris vocatur Bartholomea si superuixerit, sin autem minus explicitè Paulus, & Iulia eius filij, & moderni Actores quibus nullo modo valuit præiudicare Bartholomea mater, quæ contra præceptum Testatoris virgineam molestauit, quia pœna caducitatis apposita in Casu controuentionis operatur quidem suum effectum respectu illius gradus cui fuit adiecta † non autem potest afficere sequentes sub- 9
stitutiones, nec in eis specialiter nominatis valet præiudicium inferre, vt sunt *textus ad literam in l. Pater familias 44 ff. de hæred. instit. & in l. peto 69. §. fratre ff. de legat. secundo* Peregr. *de fideicomm. art. 18. num. 29. & 30. vers. contra verò* Fusar. *de subst. quæst. 575. num. primo cum sequent. cum alijs allegatis in decis. Reuerendissimi D. Gerunden. §. nec refert.*

Idque ex oculari lectura testamenti indistinctè procedit, tàm habito respectu ad prohibitionem tactam à Testatore de non molestando Virginiam, & ratione omissi Inuentarij, & non præstitæ cautionis, & supplementi legitimæ ac reliquorum creditorum, & in omnem casum cum ad literam eiusdem Testamenti virginia vocata non sit nisi in casu, quo omnes contrauenirent † tenetur pro- 10
inde omnium antea vocatorum inobseruantiam probare iuxta punctualem *text. in l. eum Pater §. libertis in fine vers. at si nemo vendiderit ff. de legat.*

Et ita vna tantum, &c.

Præsens Decisio fuit confirmata, vt infra sub die 25. Iunij 1668. coram eodem R. P. D Calataiù.

R. P. D.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissorum.

Lunæ 14. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Filiatio illegitima probari potest ne dum directè verum etiam indirectè, hoc est præsumptionibus, & coniecturis maximè quando prout hic, agitur de filio ex muliere nobili, non autem vulgari suscepto.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio potest probari etiam coniecturis.*
2 *Filiatio ex quibus coniecturis probetur.*
3 *Filiatio, quando non potest probari per probationes liquidas probatur per leues.*
4 *Antiquum tempus in materia probatoria dicitur annorum 60.*
5 *Accessus aliorum ad mulierem, quando excludat certam filiationem respectu alterius.*
6 *Filiatio directa probaretur, quando daretur sola accedentis accessio ad mulierem.*
7 *Filiatio coniecturalis admittitur quoties agitur de filio suscepto non ex publica muliere, sed ex nobili Philocapta.*
8 *Filiatio adscribitur ei, qui accedebat ad mulierem concurrente accedentis, & agnatorum tractationibus super filiatione.*
9 *Matthematici sunt viri nobiles, & matthematica, à grandibus sequitur.*
10 *Filiationis iudicium est de statu hominum.*
11 *Testes de statu hominum in vno iudicio examinati probant etiam in alio, & num. 12.*
13 *Testes etiam inhabiles admittuntur ad probandum factum antiquum.*
14 *Agnati solent esse vigilantissimi in tractanda sobole, pro filijs.*
15 *Actus iterato, & serio facti non per errorem, sed per veram facti scientiam gesti dicuntur.*
16 *Filialis tractatus tunc solum afficit tractantes, quando est destitutus coniecturis, licet secus sit concurrentibus præsumptionibus, & adminiculis quod amplia, vt num. 17.*

DECISIO CCXLVI.

INFORMANTES pro Victorio Impugnabant decisionem à me editam die 26. Nouembris * præteriti eo potissimum fundamento, quod non constaret Camillam Fabij Matrem retentam fuisse à Hieronymo in Schemate Concubinatus, vel ita custoditam, vt de tempore conceptionis nemini ad illam pateret accessus, quo non concurrente Fabio vulgo quæsito, certus Pater adscribi non valeat. Verum his, alijsque non obstan. causa denuò ad maturitatem discussa, à decisis DD non recesserunt.

Nam visum est subsistere præcisam, & directam filiationem respectu Patris esse vel omninò, vel ferè improbabilem, † ideoque coniecturalibus, & præsumptiuis probationibus omnem causam definiri per textum *in cap. literis cap. illud de præsumpt. cap. per duas de probat. & in l. filij ff. de his, quæ sunt sui vel alien. Iur. tradit* Cardin. Paleott. *de not. & spur. cap. 21. & præter alleg. in alia decisione in principio firmant congesti per* Rota *decision. 310 num. 1. part. 11.* 1

Hinc filiationem Fabij abundè probatam Rota censuit ex cura de ipso educando à Hieronymo Patre suscepta, de qua deponit tertius Testis, Summario Benedicti impresso num. 21. ex tractatu Agnatorum interesse habentium, & ipsiusmet Victorij Collitigantis, ex publica voce, & fama, & communi reputatione, diuersisque enunciatiuis seriò, & in actibus proportionabilibus emmissis, de quibus latè, & per distincta capita tractat præcedens decisio, & ex quibus atque etiam ex leuioribus filiationem 2 in alijs casibus admisit Rota *in decis. 314 num. 3. & seq. par. 6. 310. num. 2. & seqq. part. 11. recent. coram* Eminentiss. Otthobon. *decis. 251. num. 1. & seqq. & in Perusina fideicommissi 18. Maii 1665. coram bon. mem. Leone Verospio*, quamuis in præallegatis decisionibus ageretur de recenti, in quo licet facilior, ita exactior debet probatio. † At in filiatione Fabij nati anni 1560. sicut non erat possibile habere liquidas probationes, ita leuiores sufficere aduertit in proposito Rota apud Put. *decis. 506. num. 4. lib. 2. 430. num. 15. part. 5. recent.* & tempus antiquum haberi, nedum istud centum annorum, † & vltra, sed etiam annos attingens 60. Grat. *discept for. 969 num. 7.* Put. *506. num. 7.* Buratt. *decis. 725. num. 4. & in Bononien. de Bologninis 5. Iunii 1662. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* 3 4

Nec possibilis aliorum accessus ad Camillam Matrem: aduersùs tot, tantique ponderis coniecturas, Fabium ex Hieronymo natum excludit. † Quia obiectum posset admitti, vel cessantibus coniecturis pro filiatione, vel quando vltrà possibile probaretur accessus aliorum actualis, in quibus terminis intelligenda sunt Iura, & decisiones pro Victorio allegata, vt omnibus respondendo ponderat *prima decisio §. fin.* 5

Alioquin si necessariò probanda foret adeò exacta custodia de tempore conceptionis, itaut illa cessante nihil de cæteris coniecturis tribueretur, actum esset de communi opinione, quod filiatio respectu Patris argumentis, & præsumptionibus concludatur, † nam excluso possibili aliorum accessu ad mulierem non coniecturaliter, & præsumptiuè, sed directè, & necessariò ex accedentis congressu concepisse sequeretur ad not. per Bart. *in l. 1. num. 2. Cod. quorum bonor. & reprobat.* Paleott. *de not. & spur d. cap 21. num. 8.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2 cas. 89 num 18.* 6

Præterea dubietas, quæ oriri posset ex possibili aliorum accessu, non vindicat sibi locum in casu isto, in quo non agitur de muliere pedissequa aliorum libidini exposita, † sed de Nobili amore Hieronymi capta, & spe Matrimonij illius allecta, vt inquit Tertius Testis d. Summario impress. num. 21. & ponderat *prima decisio §. pariter non obstat vers. secus verò.* 7

Hinc est, quod in hoc fœminarum nobili genere quæ retineri non possunt, vel custoditæ, vel in Schemate Concubinatus ob metum consanguineorum, & in præiudicium bonæ famæ, & nobilitatis, non requirunt DD. nec ventris custodiam, nec habitationem cum Amasio; sed probata amicitia, & commercio, Soboles nata Amico adscribitur concurrente tantum illius, & Agnatorum tractatu, vt aduertit Felin. *in cap. per tuas sub num. 17. vers. 4 nota de probat.* Gozad. *cons. 12. num. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 795. num. 6.* Barbos. *vot. decis. sub num. 15. lib. 2.* 8

Nobilitas verò Camillæ Matris probata per dd. Testes, ex eisdem offuscari non valet quatenus illam natam ex Patre Mathematico recenseant, † quoniam Ignobilitatis argumentum deducere ex professione Mathematicæ nullus rerum æquus æstimator poterit, cum illa Regum, & Principum, magnatumque sit propria, ex Marsil. Astron. lib. 3. & Iulium Cæsarem inter Armorum strepitum Astronomiæ vacasse, habetur ex Lucano de Bello Pharsalico lib. 2. Semperque hanc professionem per Regum, Principumque manus versata testantur, quamplurima à Regibus Caldeis, & Assyris, & Ægyptijs edita opera, necnon ab Alphonso X. Rege Castellæ, Leopoldo Austriaco, & Thycone Daniæ Dymnasta. Tanto minus Bononiæ, vbi ex Illustribus familijs, & Senatoribus non pauci huius Scientiæ professores numerantur, vt omnibus notum est. 9

Nec obstat, quod tota moles coniecturarum cui nititur prima decisio fundetur super testibus, & enunciatiuis emissis ab Agnatis, qui testes inducti in alio Iudicio, inter alias personas in præsenti non probant, quodque tractatus præsenti attendendi non sint tanquam deriuati à legitimatione ab ipso Fabio procurata, ab erronea credulitate Antonij, qui illum in filium Hieronymi fratris omnium primus agnouit, & in omnem casum trahi non debeant nisi ad præiudicium tractantium non autem ad præiudicium vocatorum ad fideicommissa Antonij sen. Leonelli, & Benedicti, qui vita functi ante Fabij natiuitatem illũ, nec tractare, nec agnoscere potuissent In filiũ Hieronymi.

Etenim quoad testes placuit responsio, † quod cum in Iudicio filiationis agatur de statu hominum Rota *decision. 404. numero 3. part. 3. diuers.* Testes in vno Iudicio probant in alio etiam inter diuersas personas ad Text. *in l.* 10 11

ingenuum ff. de stat. hom. l. sæpe ff. de re iudic. quæ Iura licet loquantur de sententia habent locum etiam in Testi-
12 bus † examinatis in causa filiationis optime Andr. *decis. 84. num. 2. & seqq.*

Semperque vrget, quod agitur de probando facto anti-
13 quissimo † ad quem effectum admittuntur etiam Testes inhabiles Bellon. Iun. *cons. 45. num. 47.* Redenasch. *consil. 62. num. 27.* Rota *in Florentina Oratorij 2. Maij 1661. & in Bononien. Fideicommissi de Bolognmis 5. Iunij 1662. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*. Tractatum verò duxisse originem à legitimatione non subsistit in facto, cum dentur plures actus ante legitimationem gesti, & multo minus dicendum est dependere ab erronea Antonij credulitate, quia in hac materia præiudiciali non est verisimile, quod Agnati cæcis, quodammodò oculis fidem
14 Antonij sequuti sint, † cum alioquin in his negocijs soleant esse vigilantissimi, non omittendo, quatenus possent filiationis defectum opponere, vt bene argumentatur Rota coram Vbaldo *decis. 90. numero 8. vers. & interesse*, omnisque erronea credulitas in Antonio excluditur ex actibus ab ipso seriò de proposito iterato ge-
15 stis ex quibus † non per errorem, sed per veram facti scientiam ad huiusmodi tractatus deuenisse censendum est, vt ratiocinatur in his terminis Rota coram Merlin. *decis. 488. num. 13. & seqq.*

Quod autem tractatus non nisi tractantibus sit habilis afferre præiudicium, procedit quando est adminiculis
16 destitutus, † secus verò si præsumptionibus, vt in hoc casu, & coniecturis fulciatur, vt in puncto huic obiecto respondit Rota *decis. 430. numer. 66. cum duobus seqq. part. 5. & decis. 314. num. 18. part. 6 recent.* traduntque Ancharan *consil. 225. num. 6.* Cæphal. *cons. 137. num. 8.*
17 *libr. 1.* † & distinctionem hanc procedere etiam in probanda filiatione illegitima tradit Roland. *cons. 22. num. 30. lib 3.*

Cæterum hæcque decisa sunt de filiatione Fabij in genere, nihil pertinent ad capacitatem succedendi in descendentibus ipsius ad fideicommissa maiorum, vtpotè particulari discussione suo tempore reseruata.

Et ità vtraque &c.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ Decisio emanata coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Carpineo, quæ est in ordine decisio 125.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Chelmen. Decimarum.

Lunæ 14. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Declaratoriæ concessio bellissimè in hac Decisione traditur, & declaratur non solum regulis generalibus, sed etiam maxima benignitate, & indulgentia à nostro Sacro Tribunali in præsenti casu practicata, quibus pluries inuitatis reis contumacibus ad parendum, nouus etiam terminus in illius iterata concessione fuit assignatus.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur vbi quis mandatis Rotalibus obedire recusat.*

2 *Mandato de manutenendo si quis non paruit, à Rota declaratur excommunicatus.*

3 *Declaratoria non datur vbi mandatum non continet aut exigit aliquem actum positiuum.*

Mandatum continens solum præceptum prohibitiuum, vel negatiuum nudam tantum requirit patientiam numero 3.

4 *Molestias non inferre mandatis Rotalibus, quando sufficiat ad effectum euitandi declaratoriam, & numer. seqq.*

5 *Declaratoria datur contra inobedientes, eo amplius quando per aliquod tempus fuerint ad obediendum inuitati.*

6 *Scripturæ, & testes informes attenduntur contra contumaces, & inobedientes.*

Declaratoriæ ad effectum adhibetur fides, etiam scripturis informibus, & testibus extraiudicialibus, num. 6.

7 *Impedimenta executioni mandatorum Rotalium præsumuntur præstita ab interessatis.*

Recursus ad Iudices laicos præsumuntur habiti à personis interesse habentibus, num. 7.

Argumentum de recursu ad Iudices Laicos aliaque impedimenta in iure valet, num. 7.

8 *Declaratoria datur, tàm ob recursus habitos ad iudices laicos, quàm ob alia præstita impedimenta, & supra, num. 7.*

9 *Oblatio, seù protestatio verbalis velle omnino parere emissa ab eo, qui alias executionem mandatorum impediuit, dicitur elusoria.*

Molestiæ illatæ contra formam protestationis eo magis declaratoriam publicandam esse cogunt, numero 9.

Protestatio contraria facto non impedit declaratoriam num. 9.

10 *Paruisse semel non sufficit in ijs quæ tractum successiuum habent, sed requiritur patientia, tàm de præterito, quàm in futurum.*

Tractum successiuum, ea quæ habent, successiuum quoque adimplementum requirunt, num. 10.

11 *Promissio de parendo mandatis Rotalibus requirit mandatum speciale.*

12 *Declaratoriam euitare non potest, qui personaliter monitus mandatis Rotalibus parere non curat.*

13 *in Declaratoriæ concessione Sacra Rota indulgere solet, concedendo etiam nouum terminum ad parendum.*

DECISIO CCXLVII.

DIE 7. Iulij 1666. Rota relaxauit mandatum de manutenendo Reuerendissimo D. Episcopo Chelmen. necnon illius Capitulum, & Clero Ritus Græci S. R. E. vnitis in possessione exactionis Decimarum manipularium prædialium, atque personalium à Ruthenis Incolis Ritus Græci, Ciuitatis, & Diocesis Chelmen. & ab illo tempore debitam expectauit obtemperationem præstandam, à Domino Commendatario Ecclesiæ Chelmen. sicut, & ab illius Capitulo, & Clero Ritus Latini, sed horum contumacia nimis pertinax fauorabili huiusce Sacri Tribunalis videbatur ab vti patientia varia excogitando impedimenta ad oppugnandam manda.i Rotalis executionem, qua de causa iterum proposito dubio An sit danda declaratoria, cuius resolutio ab anno circiter est dilata. Tandem Domini in hodierna deliberatione affirmatiuè responderunt.

Ex eo, quod constat in actis mandatum Rotale fuisse personaliter intimatum dicto Commendatario, Capitulo, & alijs de Clero Ritus Latini Summario impress. Episcopi Ritus Græci *num. 2. & 3.* lapsum esse terminum, ad parendum præfixum, seruatos quoque fuisse quatuor terminos, ad docendum de paritione, & neminem ex ijs de ea docere † quibus attentis Domini censuerunt, dan- 1
dam esse declaratoriam, secundum stylum huius tribunalis, de quo testatur Vestr. *in prax. lib. 8 cap. vlt. num. 19.* Rota coram Mohed. *decis. prima de sent. excom. coram* Buratt. *decis. 17. num. primo decis. 445 num. 4. & decis. 478. per tot. part. 2. decis. 254. num. 1 part. 6. decis. 229. num. primo & seqq. part. 7. recent.* Et in puncto mandati † de manutenendo 2
decis. 220. num. 1. & decis. 227. num. 3. part. 10. decis. 376. num. 5. part. 11. recent. & apud Posth. *de manut. decis. 193. num. 1.*

Quæ contumacia in præsenti casu excusari, non valet sub prætextu, quod mandatum de manutenendo continet solummodo præceptum prohibitiuum, seù negatiuum circa quod non opus est docere de aliquo actu positiuo, sed sufficit præstare patientiam Rota coram Seraph. 3
decis. 319. num 1. vers. vndè præstatio part. 2. recent. seù abstinere † à molestijs Mohed *decis. 9. in fin. de sent. & re Iu-* 4
dic. Buratt. *decis. 17. vbi adden. sub num. 8 & decis. 933. num. 1. & decis. 319. num 1. part. 2. recent.*

Quia tantum abest, vt Commendatarius Capitulum, & Clerus Ritus Latini requisitam patientiam, & abstinentiam à molestijs præstiterint, vt imò ipsi, tàm inter intimandum mandatum de manutenendo, quam inter exigendo Decimas in turbulentos, ac malè auditos proruperint actus, nedum aduersus personas sæuiendo, 5

sed

sed etiam Decimas in spretum mandati Rotalis, vi, & manu armata auferendo, & extorquendo, & alia similis generis committendo de quibus in dicto Summario impresso num. 5 6. & 7. à quibus nec resipiscere curarunt, licet indulgens huius Sacri Tribunalis arbitrium per longissimam dilationem eos ex abundanti benignitate ad id inuitauerit, Quos vtique actus, e dia-
5 metro patientiæ præstandæ oppositos, & grauiorem arguentes in obedientiam merito per declaratoriam coercere solet Rota vt videre est *in decis. 244. numero primo in Correct. coram* Puteo *decis. 177. numero 4. & decis. 893. numero 3. & coram* Merlin. *decis. 121. in fin. & decis. 272. num. 4. penes* Posth. *de manut. & decis. 376. num. 3. part. 11. recent.*

Non obstat, quod probatio inobedientiæ, & contradictionis deducatur ex simplicibus attestationibus, quæ fidem, non faciunt, quoniam in odium temere, contumaciter, atque irreuerenter erga Iurisdictionem Ec-
6 clesiasticam se gerentium † fides adhibetur scripturis, & testium examinibus, etiamsi minus authenticis, vt in terminis declaratoriæ respondit Rota coram Pænia *decis. 1634. numero 4. iuxtà Typos Lugdunen.* vltra quod impedimenta præstita præsumuntur ad Instan-
7 tiam partis, † cuius principaliter interest, vt argumentum sumendo à recursu ad sæculares Iudices de quo Seraphin. *decis. 1094. numero primo* Buratt. *decis. 238. nu. 4. in recent. decis. 461. num. 3. vers. vnde alias part. 3.* su-
8 per materia † declaratoriæ firmauit Rota *in decis. 303. in fin §. ex quibus vbi allegantur decis. 263. sub num. 3. apud* Posth. *de manut. & vna Gandauen. exemptionis 22. Iunii 1648. coram Eminentissimo Cardinali Celso.*

Minusque referre visum est Commendatarium, Capitulum per suos Procuratores declarasse se esse promptos, & paratos ad parendum, & parere omnino vel-
9 le; talis enim promissio verbalis potius videtur emissa, ad eludendum declaratoriam, cum ea non obstante molestiæ illatæ sint, quod magis excitat ad publicandam declaratoriam ex recensitis *in dicta decis. 376. numero 6. part. 10. recent.* attento præsertim, quod agitur de Iure tractum successiuum habente in quo pro-
10 pterea semel paruisse nil suffragatur, † sed necessario præstanda est patientia, tàm de præterito, quàm de futuro, vt optime in *d. decis. 376. numero 4. & 5. part. 11. recent.*

Præterea dicta promissio verbalis de parendo nullius est considerationis, dum legitur facta absque spe-
11 ciali mandato, † quod tamen requiri speciale in hoc casu dixit Rota *decis. 220. num. 15. part. 10. recent.* ex pluribus ibi allegatis.

Parochi verò, & alij de Clero Ritus Latini quibus paritèr significatum est mandatum de manutenendo pœnas delaratoriæ declinare non possunt sub prætenso defectu citationis, siquidem tollitur obiectum ex datis in calce responsionis pro Reuerendissimo D. Epis-
12 copo Ritus Græci, † & ex adductis in *decis. edita in hac causa coram me sub die 28. Iunii 1666. §. ad tertium denique.*

Cæterum Domini bene sperantes de obsequio dd. Commendatarij Capituli, & Cleri Ritus Latini benigniorem adhuc animum erga ipsos demonstrarunt con-
13 cedendo declaratoriam sub hoc modo, † nisi infrà mensem cum effectu paruerint dicto mandato Rotali, & restituerint accepta, ac sincera, & firma duraturæ obedientiæ tribuerint testimonia in futurum prout alias ex singulari moderatione obseruauit Rota *decis. 290. nu. 6. part. 4. tom. 2. dicta decis. 220. num. 23. part. 10. recent. & apud* Posth. *de manutent. decis. 72. in princip.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana, seù Tusculana Pecuniaria.

Lunæ 14. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ ex priuilegio Iustiniani Imperatoris habet in posteà quæsitis, hypothecata omnia bona sui mariti etiam aduersus illius creditores anteriores, hanc ipsam hypothecam prosequitur adhuc pro fructibus eiusdem dotis sibi ex statuto debitis.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca legalis trahitur etiam ad interesse debitum ex statuto.*
Fructus dotis ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 137. *debentur ad rationem scutorum septem cum dimidio, etiam cum priuilegio hypothecæ eiusdem dotis, num. 1.*
2 *Mulier in postea quæsitis præfertur habenti hypothecam generalem.*
Hypotheca fisci quamuis posterior præfertur anteriori hypothecæ generali in bonis tamen postea acquisitis, num. 2.
3 *Iustinianus admodum vxorius fuisse dicitur.*
4 *Vxor pro sua dote habet potiora iura contra, & aduersus omnes creditores sui mariti.*
Iustinianus prospexit vxoribus de hypotheca etiam anteriori contra creditores suorum virorum, num. 4.

DECISIO CCXLVIII.

CONSTARE de bono Iure Elisabethæ Domini responderunt ad retinenda bona controuersa pro Iure Caroli concurrentis.

Ex facto itaque 19. Ianuarij 1645. Petrus Pater Elisabethæ promisit Laurentio pro dote scuta tria millia ad effectum tamen inuestiendi in tot locis Montium &c. & in solutione Laurentius habuit à Petro duo mandata directa ad Sacrum Montem Pietatis, sed quia Laurentius indigebat scutis mille pro dote sororis, Petrus consensit tantummodo ad hunc effectum &c. in Instrumento, cui fuerunt inserta capitula matrimonialia contracta sub die 31. Decembris præcedentis; Mortuo Laurentio, & inuentis scutis 1400. non inuestitis Elisabetha 30. Augusti 1650. interpellauit filium per Tutorem pro tanta parte dotis, & quarto dotali scutorum 750. & statutarijs fructibus dotis ad rationem scutorum septem cum dimidio, pro singulis centenarijs *Statut. 137. lib. 1.* Vnde hypotheca etiam legalis trahitur ad † interesse certè vt debitum 1
ex Statuto Merlin. *de pignor. quæst. 51. numero 40. lib. 3.* Rota *decis. 383. à num. 9. part. 5. & post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 51.*

Nec deduci visum est ea mille promissa Laurentio soluenda sorori, & marito sororis etiam sine aliqua illorum cessione, quia eo magis reciderunt in obligationem, & hypothecam generalem, & in priuilegium infrascriptum.

Et ex iure præferri Elisabetham potiorem Camillo licet anteriori à 4. Februarij 1615. visum est considerando creditum, & hypothecam Lucretiæ Matris Laurentij donatarij ipsius Lucretiæ longe anterius iuxtà instrumentum 6. Ianuarij 1607. inter Cesarem Lucretiæ, & Manilium Laurentij Parentes dotalium scur. 1500. cum acconcio, & deindè ipsius æstimatione scutorum 367. 23. in alio instrumento 7. Februarij sequentis.

Nec deduci visum est trientem pro legitima debitum, etiam ex donatione aliàs inofficiosa Lucretiæ Matris Laurentio filio etiamsi eidem donatario, & scut 300. reseruata à donatrice pro testamento, quia de legitima filius questus non est, & de reseruatis Mater, neque testata est, & vtcumque omnia quæsita Laurentio reincidunt in dictum priuilegium infrascriptum prælationis Elisabethæ.

Itaque siue donatione vniuersali, qua Mater donauit filio quidem 13. Ianuarij 1645. sed post contractum matrimonium inter ipsum filium Laurentium, & ipsam Elisabetham, vt dicitur in Instrumento donationis, & legitur in Capitulis matrimonialibus præcedentibus à 31. Decembris siue successione vniuersali Laurentij Lucretię Matri postea succedenti in omnibus ad bonum ius Elisabethæ mulier præfertur habenti generalem hypothecam in postea quæsitis † vt fiscus *l. si is qui 28. ff. de iur. fisc.* 2
de qua tamen multa, vel paucis Bellon. Taurin. *cons. 41. num. 33. vers. nec obstare videtur, l. si is qui, & l. dixerit forte contra esse gloss. licet anterioris à vers. sed numquid mulier, l. vltima C. qui pot. in pignor.* Et certe plerique alij, & cum ipsis effusè Bellon. Taurin. *d. cons. 41.* Merlin. *de pignor. qu. 68. lib. 3.* Preualuerunt longè plures etiam coniurati fratres 3

Bald. *in d. l. unicam numero* 11. *&* Ang. *numero* 8. quos
à Butrigario collegit operosè Andreol. *controuers.* 9.
numero 10. aliosque contulit ex se Pater Boss. *de do-*
te capit. 18. *à numero* 49. Rota *decis* 328. *numero* 20.
part 5. *& coram Reuerendissimo Domino meo Cerro De-*
cano , in Romana censuum , seu Saluiani 5. *Maii* 1655.
& postea coram R. P. D. meo Ottalora , in Fulginaten.
bonorum 23. *Iunij* 1664. maximè si detritum videatur
4 potiùs priuilegium vxorium vxorij † Iustiniani , qui
mulieres pro dote potiora iura contra omnes Mariti
5 creditores &c. cauerat † in *dicta l. vltima* , & alijs
testibus receptis omninò pro germanis in Camera
Imperiali , apud Missingerium *obseruat.* 13. *numero*
4. *centur.* 4.
Et ità vtraque &c.

R. P. D. B E V I L A C Q V A.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Anconitana Bonorum.

Lunæ 14. *Maii* 1668.

A R G V M E N T V M.

Datio in solutum potius quam pignus de
iure præsumitur suadentibus hoc præser-
sertim coniecturis , quarum plurimæ non
solùm in præsenti decisione cumulantur ,
sed particularitèr etiam discutiuntur .

S V M M A R I V M.

1 *Contrahentes an dationem in solutum , vel pignus con-*
traxerint attenduntur coniecturæ.
2 *Traditio rei non admittens luitionem denotat dationem*
in solutum.
3 *Solutio minutatim facta magnam affert incommodi-*
tatem.
4 *Creditori , vtiliùs est recipere in solutum , quam in*
pignus.
5 *Luitio dum diù differtur arguit dationem in solu-*
tum.
6 *Datio in solutum potiùs quam pignus de iure præsu-*
mitur.
7 *Verbum,* pagò, *arguit dationem in solutum.*
8 *Valor stabilium non præsumitur variatus ex solo cursu*
duorum annorum.
9 *Testes singulares singularitate obstatiua non pro-*
bant.
10 *Valor rei probandus est de tempore contractus .*
11 *Testes ad probandum rei valorem debent esse annorum*
triginta.
12 *Testium dicta super interrogatorijs sunt attenden-*
da.
13 *Valor rei non tangit testes , sed peritos.*
14 *Literæ ad hoc vt probent debent probari emanatæ de*
tempore contractus .
15 *Obliuio præsumitur per lapsum annorum vnde-*
cim.
16 *Assertio donantis ad sui , & donatarij fauorem*
non præiudicat tertio.

D E C I S I O CCXLIX.

SEQVVTA euictione vsque de anno 1585. pro rata sal-
marum 43. prædij *della Macina* , venditi ab Aurelio
Passero Antonio Triumpho, pro istius aliquali indemni-
tate bon. mem. Cardin. Cynthius Passerus de Aldobrandi-
nis venditoris filius tradidit anno 1598. duo prædia sita in
Castro Camburani , quæ cum dubitaretur , an in solu-
tum , seù in pignus data fuissent, Rota , Reuerendissimo
D. meo Royas proponente pluries censuit data fuisse in
solutum, vt ex decisionibus inter eius impressas 180. 266.
& 345. super quo articulo tantùm juxtà ordinem datum
1. Februarij proximè præteriti hodie causa strictè repropo-
sita, Domini permanserunt in decisis.
Cùm enim de huiusmodi traditione nulla appareat
scriptura , ex qua contrahentium intentionem , qualem
præcisè fuerit colligi valeat , † vtrùm dationis in solu- 1
tum , seù pignoris contractum inire maluerint , quo ca-
su dicit Monach. *decis. Bononien.* 40. *punct.* 3. *num.* 3. *& seqq.*
recurrendum esse ad verisimilem mentem Disponen-
tium , & coniecturas , quæ plures concurrunt in casu no-
stro, pignus excludentes, & dationem in solutum demon-
strantes , quarum prima desumitur ex eo quod Trium-
phus pro restitutione pretij dictarum salmarum 43. erat
Creditor in longè maiori summa , quam esset valor præ-
diorum , prout firmatur in eisdem *Decisionibus coram D.*
Royas 180. *post princip. & decis.* 266 *num.* 1. *ad fin. & sub num.*
13. *num.* 15. Vnde cum verisimiliter † nulla spes illorum 2
luitionis adesset , hæc solùm operatur dationem in solu-
tum , & translationem dominij in ipsum Creditorem ,
itaut de illis disponere possit , per Text. *in l. qui habebat* ,
vbi glos. & Bart. *ff. de leg* 3. Merlin. *de pign. lib.* 5. *quæst.* 45.
num. 74. *& seq* Altograd. *cons* 3. *nu* 12. *lib.* 2 Rota *decis.* 145.
num. 12. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & decis.* 99. *num.* 5. *apud* Pacif. de
Salu. & esse communem opinionem de mente Soccini , &
aliorum refert Gratian. *discept. foren.* 77. *num.* 53.
Pro altera coniectura ponderarunt Domini esse pror-
sus inuerisimile , quod Triumphus voluerit eadem præ-
dia in pignus accipere , & proprium creditum illorum va-
lorem longè superans ex fructibus longissimo tempore
per particulares , & mutilatas solutiones extinguere, cum
nemo † ignoret quanta secum ferat incommoda solutio 3
scissim, & minutatim facta , propterea præsumendum est
recepisse modo sibi vt iliori, † & sic in solutum, vt in simi- 4
li, Alex. *cons.* 8. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 3. Menoch. *præsumpt.* 5. *nu.*
4. *lib.* 6. Rota *in Rauennaten. legitimæ* 28. *Nouembris proxi-*
mè præteriti §. Hinc igitur coram R. P. D. meo Priolo , & in
decis. 266. *num.* 17 *&* 345. *num.* 4. *coram Reuerendiss. Royas.*
Clariora redduntur prædicta ex longeua possessione bo-
norum per Triumphum , eiusque successores pacificè re-
tenta cum acquiescentia illorum de Truglionibus Dona-
tariorum Cardinalis Cynthij , quorum respectu reputa-
ri debet , prædia fuisse in solutum tradita Triumpho in
computum sui crediti, † aliàs tandiù illa vindicare non di- 5
stulissent, vt ratiocinatur Add. ad Greg. *decis.* 194. *num.* 26.
vers. Quæ præsumptio.
Accedit prædictis ipsa iuris præsumptio resistens pi-
gnori , & militans † pro datione in solutum , vt aduertit 6
Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 4. *quæst.* 105. *num.* 1. Rota *in Ro-*
mana Vineæ de Capocephalis 29. *Ianuarii* 1628. *coram bon.*
mem. Dunozetto , iuncto præsertim dicto vnius Testis ad
eorundem Truglionum instantiam examinati, & dati in
Summ. Flaminiæ num. 2. qui deponit ab illis audiuisse ,
Che haueua pagata l'interrogata possessione , quod emptio-
nem denotat , † ac dationem in solutum, vt benè conside- 7
ratur *in decisione* 266. *num.* 20. *coram Reuerendiss. Royas*, vbi
plures allegantur.
Nec dationem in solutum excludit in casu nostro
circumstantia ponderata pro pignore , nempè defectus
certi pretij , sine quo datio in solutum , quæ vices em-
ptionis , & venditionis obtinet , considerari non potest ,
quia pretium sai is erai certum eo ipso , quod per bien-
nium ante , nempe anno 1596. Cardinalis illa habuerat
à Todino pro scut. 2475. cum pacto redimendi , vt firma-
tur in *decis. emanata coram eodem Reuerendiss super remis-*
soria in ordine la 349. *in princip.* Vnde eodem modo , &
pro eodem pretio Domino Triumpho assignasse censetur,
cum variatus † non præsumatur ex solo duorum anno- 8
rum cursu , nulla variandi causa præcedente , vt probat
Text. *in l. pretio rerum §. nonnulla , ff. ad l. falcid.* Gregor.
XV. *decis.* 553. *num.* 5. & per argumentum ductum à con-
trario sensu notant DD. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* Rota
in Nepesina Pecuniaria 14. *Iunij* 1647. *§. Altera principalis*
coram bon. mem. Verospio.
Neque officiunt deducta ad probandum pignus ,
nam testes primo loco examinati sunt singulares etiam
singularitate obstatiua , † non concludunt in dicto , 9
& deponunt de auditu , vnde meritò fuerunt reiecti
in decisionibus D. mei Royas 580. *numero* 16. *& decis.* 266.
numero 40.
Neque probatio maioris valoris prædiorum de eo tem-
pore elici potest ab alijs testibus nuper examinatis ,
cum eorum dicta nihil concludant , † nec percutiant 10
tempus

tempus dationis in ſolutum anni 1598. prout requiritur, Seraphin. *deciſ.* 1073. *numero* 9. Rota *deciſ.* 272. *numero* 22. *part.* 5. *recentior.* imò primus, & ſecundus tunc temporis erant annorum 16. & alij duo infantes; cum tamen, vt teſtis poſſit eſſe in-
11 ſtructus † de valore requiratur ætas ad minus triginta annorum, Gregor. X V. *deciſ.* 570. *numero* 4. *vbi* Add. *numero* 10. Merlin. *deciſ.* 442. *numero* 4. *&* *in recentior. deciſ.* 272. *numero* 21. *part.* 5. *&* *deciſ.* 288. *numero* 8. *& ſequent. part.* 11. Rurſus primus teſtis ſibimet contrariatur, dum ſuper interrogatorijs deponit de valore ſcut. 50. vel 60. pro qualibet ſalma, Addens: *Che non valeuano più*. Et nihilominus ſuper articulis animosè affirmat de ſcutis cen-
12 tum, propterea ſi aliquam fidem mereretur † attendi deberet dictum ſuper interrogatorijs, non autem ſuper articulis, Rota *deciſ.* 381. *numero* 15. *part.* 9. *recentior. & in Bononien. Pecuniaria 16. Iunii* 1653. §. *non obſtat coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Romana Vineæ 27. Februarii proximè præteriti* §. *minuſque ſuffragatur coram me*. Secundus, & quartus ingenuè fatentur ſe nullam habere peritiam in æſtimandis bonis ſtabilibus, ideòque non ſunt attenden-
13 di, † cum materia ipſa non ſimplicem teſtem, ſed Peritum exigat, Rota *in Romana Domus 14. Nouembris proximè præteriti* §. *Eodemque defectu coram me, & in dicta Rom. Vineæ citato* §. *Minuſque ſuffragatur in fine*. Tertius, vt ipſemet dicit, eſt etiam imperitus, ideò eius depoſitio in conſideratione habita non fuit.

Literæ verò Dominis Cardinalis non ſunt recognitæ, neque effectuatæ, & tanquam ſcriptæ anno 1596. non excludunt dationem in ſolutum anno 1598.
14 † & ſic biennio poſt ſecutam, vt in *dicta deciſ.* 166. *numero* 21. *& deciſ.* 345. *numero* 6. *coram D. Royas.*

Donatio demùm facta à Cardinali de anno 1609. cum denominatione dictorum prædiorum, nec vide-
15 tur obeſſe, nedum quia per lapſum † vndecim annorum præſumitur obliuio, maximè in Cardinali nepote Pontificis maioribus negotijs implicito, Surd. *deciſ.* 222. *numero* 20. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 360. *numero* 5. *part.* 6. *recentior.* Sed etiam quia confeſſio do-
16 nantis † ad ſui, & Donatarij fauorem non præiudicat tertio, Rota *deciſ.* 202. *numero* 18. *part.* 9. *& deciſ.* 6. *numero* 1. *part.* 11. *recentior. & in deciſ. huius cauſæ coram Royas* 266. *numero* 21. *in fine.*

Et ita ſtandum eſſe in deciſis concluſum fuit vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Poſteà Præſide Granateſi.

Spoletana Manutentionis.

Lunæ 14. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Quia tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex æquitate *legis curabit Cod. de actionibus empti* fructus rei melioratæ ſpectant ad meliorantem; ideò ſubſtinetur conuentio inita inter virum, & vxorem quod mulier, eiuſque hæredes teneantur ſoluere melioramenta in bonis dotalibus facta, quodque eis non ſolutis licita ſit retentio eorumdem bonorum, quorum fructus etiam ad ipſum meliorantem ſpectant.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio conſequendi fructus melioramentorum, dicitur eſſe ſecundùm iuris diſpoſitionem, ideoque venit attendenda.*

Pactum initum inter virum, & vxorem, de retinendo bona dotalia meliorata, faciendique fructus ſuos, donec reſtituatur pretium melioramentorum valet, & ſeruari debet, num. 1.

2 *Fructus melioramentorum ſpectant ad meliorantem tàm ex iuris diſpoſitione, quàm ex æquitate* legis curabit, *& num.* 3.

3 *Textus* in l. curabit C. de actionib. empti *habet etiam locum vbi agitur de melioramentis.*

4 *Melioramenta facta in ſtabilibus de ſui natura fructiferis ſpectant ad meliorantem etiam quoad fructus.*

5 *Debitor, qui pro ſuo debito tenebatur in ſe accollare cenſum creditoris, ſi hoc non fecit, fructus eiuſdem cenſus ſoluere tenetur.*

Damnum emergens ei, qui illud paſſus eſt, reficiendum venit, num. 5.

6 *pro Intereſſe conſequendo probanda ſunt requiſita,* Paul. de Caſtr. In l. 3. ff. de eo quod certo loco.

7 *Lucrum ceſſans conſequi non poteſt ſine requiſitis Caſtrenſis, ſecus autem damnum emergens.*

8 *Damnum emergens vt debeatur ſufficit ſola interpellatio abſque alijs requiſitis Pauli de Caſtro.*

Amplia, & fortiùs ſi damnum iam fuerit ſuperuentum, ibid.

DECISIO CCL.

IN duabus præcedentibus deciſionibus coram me emanatis, altera ſub die vigeſima Iunij anni 1664. * & altera 11. Martij 1665. dictum fuit conſtare de bono iure illorum de Ancaianis, quoad creditum melioramentorum factorum in bonis dotalibus Magdalenæ per Flaminium Ancaianum eius virum, quo verò ad eorum fructus conſtare de bono iure illorum de Martanis; Cumque hodie dubitaſſem an ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis placuit Dominis reformare deciſionem quod fructus.

Cùm enim ex deductis in dictis deciſionibus plenè conſtet de credito melioramentorum, eorumque liquidatione in ſcuti quatuorcentum quinquaginta, indè ſequitur vt Marito melioranti, ſiuè eius hæredibus debeantur fructus, tàm ex conuentione appoſita in Inſtrumento Dotali, quod non reſtituto pretio melioramentorum maritus retinere poſſit poſſeſſionem omnium bonorum, & facere fructus ſuos nouo Summ. Anciani num. 1. † quæ conuentio tanquam conformis diſ- 1
poſitioni Iuris, ſecundùm quam fructus melioramentorum ſpectant ad meliorantem † eſt attendenda, vt in 2
ſpecie decidit textus *in l fin. vbi gloſſ. in verb. ſi per mulierem, ff. de fundo dotali*. Quam etiam ex æquitate *l. curabit C. de act. empt.* locum habentis † etiam in hoc caſu, quo 3
agitur de melioramentis factis in ſtabilibus † de ſui na- 4
tura fructiferis, ad tradita per Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 55. *& ſeqq.*

Præterea cum ex Laudo ſan. mem. Vrbani Octaui Martani tenerentur ſoluere Ancaianis intra tres menſes ſcuta quatuorcentum quinquaginta, vel in ſe accolare cenſum ſimilis ſummæ debitum ab Ancaianis Sebaſtiano Cometæ, vtique iudicialiter pulſati pro executione laudi, & in termino præfixo ſolutione, vel accolatione,
non facta † debent reficere damnum Ancaianis, qui coa- 5
cti ſunt fructus cenſus hucuſque perſoluere, & ratione damni emergentis intereſſe refundere, Menoch. *de arbitris caſ.* 19. *num.* 12. *verſ. ſecundus caſus eſt*, Peguer. *deciſ.* 33. *num.* 10. Mohed. *deciſ.* 2. *de vſuris* Rota *poſt ſecundum vol. conſiliorum* Farinacci *deciſ.* 325 *num.* 5. *deciſ.* 12. *num.* 1. *coram* Millino *deciſ.* 498. *num.* 2. *coram* Coccino *deciſ.* 605. *num.* 1. *coram* Caual. *deciſ.* 913. *num.* 1. *coram* Buratto, *& deciſ.* 52. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Neque ſubſiſtit ponderatio facta in vltima deciſione, quod ad effectum intereſſe † probanda ſint requiſita Ca- 6
ſtren. *in l.* 3. *ff. de eo quod certo loco*, quia cum non agatur de lucro ceſſante, ſed tantùm † de damno emergente, 7
ſatis eſt, quod conſtet de interpellatione, † & de damno 8
iam ſuperuento, Grat. *diſcept.* 67. *num.* 22. *& diſcept.* 987. *num.* 27. & benè diſtinxit Rota coram Cardin. Seraphin. *deciſ.* 128. *num.* 3.

Et ita Ancaianis tantùm informantibus &c.

R. P. D. CALATAIV.

Perusina Transactionis.

Lunæ 14. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Transactionem impugnare volens, restituere in primis debet accepta, ac probare læsionem vltra dimidiam, cum pro substinenda transactione considerandum sit quid vtrimque datum, & remissum est, ponderato etiam dubio litis euentu.

SVMMARIVM.

1 *Transactio non rescinditur nisi ex capite læsionis dimidiam excedentis.*

2 *Transactionis substantia pendet ab eo, quod à partibus hinc inde dimissum fuerit.*

3 *Hæres grauatus dum non conuenitur restituere bona fideicommissaria non dicitur morosus, & facit fructus suos.*

4 *Fideicommissum non dicitur agnitum dum non apparent actus fideicommissarij, pro illius agnitione.*

5 *Fiscus alienans bona præbet causam dubitandi, an illa veniant in restitutione fideicommissi, vel ne.*

6 *Positus in conditione dubium est, an censeatur vocatus.*

7 *Fideicommissum non agnitum, an transmittatur.*

8 *Litis dubius euentus plurimum attenditur ad subsistendam transactionem.*

9 *Declaratio debet in totum acceptari, & non in parte reijci, & in parte acceptari.*

10 *Releuatio indemnitatis quando competat vbi æs alienum fuit contractum pro recuperatione bonorum mediante transactione consecutorum.*

11 *Releuari debet ille, cui promissio releuationis fuit facta.*

12 *Approbatio positiua testamenti non præiudicat filijs in legitima, licet sit secus in alijs detractionibus.*

13 *Transactionem impugnans quando ante omnia accepta restituere teneatur, & numero 14. 15. & 16.*

DECISIO CCLI.

POSTQVAM per diuturnam litem annorum 28. Comes Petrus Vbaldus vti substitutus in casum delicti patrati à Cæsare, & Mutio de Parolis recuperauit à fisco, & respectiuè eius Cessionario bona fideicommissaria Ioann. Antonij Paroli, eaque mediante transactione relaxauit commodo Marchionissæ filiæ dicti Cæsaris cœpit ista prætendere nullitatem prædictæ transactionis tàm ex capite non seruatarum solemnitatum, quàm etiam ex altero læsionis, & reportata fauorabili sententia ab A.C Bulgarino deuoluta causa ad Rotam coram R. P. D. meo Albergato emanauit sententia reuocatoria, à qua interposita appellatione pro parte Marchionissæ, & commissa mihi causa proposui dubium vsque sub die 26. Nouembris præteriti, an sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, verum quia Informantes pro Marchionissa magnam vim faciebant in opposita læsione, placuit Dominis reiecta obiecta nullitate tanquam insubsistenti ordinare, vt strictè super ista informaretur, super qua assumpta hodie disputatione responsum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam.

1 Ratio resolutionis fuit, quia ad rescindendam transactionem ex capite læsionis non sufficit quælibet modica, & tenuis læsio † sed excessus debet esse considerabilis, & vltra dimidiam, vt inquit Dec. *in l. cum se num. 1. Cod. de transact.* Rota in *Forosempronien. transactionis 28. Aprilis 1662. coram bon. mem. Leone Verospio §. Et licet, & in Rauennaten. Bonorum 20. Maii 1667. §. plura denique, & 14. Maii proximi præteriti coram R. P. D. meo Carpineo*, ideòque ante omnia debet haberi ratio ad ea, quæ hinc inde † per transactionem fuerunt à partibus respectiuè dimissa, *ad text. in l. si donaturus 9. §. si quis indebitam, ff. de condit. causa data, & in l. pure mihi 5. §. si eum ff. de dol. mal. except. cum cumulatis in decisione istius causæ coram R. P. D. meo Albergato 12. Iunii 1665. §. cum enim.* 2

Remisit autem Comes ex sua parte scut. 4000. de fructibus perceptis ab illis de Crispoltis Cessionarijs fisci, qui excomputati fuerunt cum totidem ab illis expensis in emptionem bonorum fideicommissariorum post patrata delicta à Cæsare, & à Mutio, vt patet *ex decis. 191. num. 2. & seq. Reuerendiss. D. mei Abulen.* cumque in eum casum Comes Petrus esset expressè à Testatore vocatus, fructus prædicti ad ipsum spectabant etiam postquam Cæsar fuit in gratiam Principis restitutus, dum ille distulit petere fideicommissum, † hæres enim grauatus eo casu non dicitur in mora restituendi fructus, quos medio tempore percepit suo commodo cedunt, vt est *text. ad literam in l. in fideicommissario 18. & l. mulier 22. §. si hæres ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniectur. lib. 7. tit. 10. num. 7. vers. rursus etiam* Gabr. *cons. 121. num. 58. vers. perceptos autem negligentia*, Rota *decis. 517. part. 4. diuers. præter relatos in d. decis. R. P. D. mei Albergati §. 2.* 3

Non refragante, quod præfati fructus spectarent ad Cæsarem in gratiam Principis restitutum, quia cum pro † parte Marchionissæ nullus actus exhibeatur, ex quo resultare possit animus Cæsaris agnoscendi prædictum fideicommissum, minusque appareat actus alicuius positiuus consensus, vt Petrus pro eo administrauerit fideicommissum non dicitur agnitum, iuxtà text. *in l. filiusfamilias 7. ff. de tutel.* & Comes non morosus in restituendo fructus suos faciebat ex supra deductis signantèr, quia reintegratio non fuit absoluta, & generalis sed excipiebat bona quomodolibet fisco incorporata, *Summario* Marchionissæ *num. 6.* qualia sunt ista dimissa per Comitem vigore transactionis, & quæ probabiliter Cæsar potuerat dubitare an in dicta reintegratione compræhenderentur vti iam à fisco in tertium translata, ad tradita *per text. in l. 2. Cod. de quadr. præscript. cum cumulatis per* Mart. Medic. *decis. Sen. exam. 25. num. 6. & in Firmana Successionis 11. Martii 1665. coram R. P. D. meo Taia, §. & eo magis, & per tot* 4 5

Et quatenùs de illis particularis ratio habenda non esset dimisit d. Comes Petrus Marchionissæ omnia bona fideicommissaria valoris scutorum 10. mil. & vltra non attentis pluribus, & legalibus exceptionibus, quæ illius vocationem si non in totum excludere saltem diuturnis, ac æque dispendiosis litibus inuoluere poterant, vtpotè fundatæ in ventilata illa Iuris conclusione, † an ipsa tanquam posita in conditione in testamento Ioann. Antonij fideicommittentis dici possit dispositiuè vocata contra explicitam, *gloss. in l. Lucius ff. de hæred. instit.* aduersus quam non leues, & præsumptiuæ, sed vrgentes, & quæ saltem probabilem vocationem suadent coniecturæ requiruntur, iuxtà deducta plenissimè *in Auximana præten si fideicommissi 29. Nouembris 1666. coram R. P. D. meo Carpineo, §. & licet*, circa quam etiam consulti à Marchionissa primarij Vrbis Aduocati examinatis melioribus coniecturis negatiuam opinionem pro veritate tenuerunt, cuius etiam natura erat alter articulus, qui examinari debebat, an scilicet Cæsar restitutus in gratiam Principis censeretur etiam admissus ad Portionem Mutij non reintegrati in præiudicium Iuris Comiti Petro quæsiti, & an Ius fideicommissarium † ab eodem Cæsare non agnitum transmitti potuerit in Marchionissam filiam, & non dispositiuè vocatam, contra regulam textus *in l. vnic. §. in nouissimo Cod. de caduc. tollen. & in l. quoniam Cod. de iur. deliber.* qui omnes articuli ita intricati, & iuncti cum alijs ab informantibus pro Com. cumulati adeo anc ipitem reddidisset Iudicis fortunam, vt fine aliquali nota post acceptatam dimissionem omnium illorum bonorum, quæ vix post diuturnas lites recuperare potuisset transactio non potest de læsione redargui † quem dubium litis euentum plurimum habendum esse in consideratione ad effectum non euertendi transactionem ex capite læsionis, probat *gloss. fin. in l. Lucius Titius 78. §. fin. ff. ad Trebell.* Aymon. *cons. 151. num. 27.* Ro- 6 7 8

27. Rota *decis.* 407. *num.* 3. *coram* Cardin. Caualer. *& in Perusina fideicommissi de Rodulphis in recent. decis.* 169. *nu.* 25. *part.* 11. *& in Bononien. fideicommissi de Bonfiliis* 5. *Maii* 1662 *coram bon. mem. Leone Verospio §. nec læsionis.*

Neque impugnari valet ista bonorum dimissio ex declaratione Com. Petri, quod ea volebat à Chrispoltis recuperare *per detto Signor Cesare, e la Signora Contessa Emilia*, quia præter quod factum ipsum contrarium ostendit dum aduersus illos ipsemet fuit reintegratus, vt patet *ex decis.* 3. *&* 191. *Reuerendissimi D. m. Abulen.* animus prædictus erat correspectiuus ad propriam identitatem, quam idem Comes expressè sibi præseruauit, *con animo, & intentione, che hà hauuto, & hà da esser conseruato senza danno dall' obligo delli scudi* 1200. *e di ricuperare le spese d'esso Signor Conte fatte in dette liti:* Vnde per impugnationem transactionis, in qua signanter eius indemnitati cautum fuit, defuit quoque animus acquiren-
9 di pro Marchionissa, † quæ vlteriùs non potest stare vni parti declarationis, sed & aliam partem connexam acceptare tenetur, iuxtà text. *in l. plerumque* 35 *ff. de ædilit. edict. glos. in l. etiam* 29. *§. ex causa verb. audienaus ff. de minoribus cum cumulatis per* Surd. *decis.* 258. *num.* 4.

Et hinc est, quod accellatio Societatis officij scut. 435. ac promissio de releuando indemnem Comitem Petrum à duobus censibus in totum scut. 1200. non est apta prætensam læsionem inducere habita ratione ad supradeducta, quod enim attinet ad societatem officij ex notatis *in decis. R. P. D. mei Albergati*, *sub §. dicta autem apparet*
10 *contracta* pro recuperatione bonorum, † quæ mediante transactione fuerunt Marchionissæ dimissa vnde æquitatis ratio postulabat, vt Comes ab illa releuaretur indemnis, vt vltra relatos *in dicta decis. §. vice versa*, optimè probat text. *in l. domos* 58. *ff. de legat.* 1. *& l. vbi pure* 19. *§. fin. & l mulier* 22. *§. sed ipse ff. ad Trebell.* Aymon. *consf.* 202. *num.* 51. Rota coram Cardin Seraphin. *decis.* 925. *num.* 3. respectu verò censuum satis est dicere, quod in eis Cæsar, & Mutius Patrui Marchionissæ promiserint Comi-
11 ti Petro releuationem † qua stante ipse debet omninò indemnis abire, *l. Lucius Titius* 38. *ff. mandati, & in l. fideiussor pro venditore* 45. *ff. de fideiussor* Gratian. *discept.* 149. *num.* 16. Rota *decis.* 194. *num* 2. *coram* Buratt *& decis.* 270. *num.* 9. *part.* 11. *recent.* & in omnem casum illis vti filijs, & hæredibus Ioann. Antonij fideicommittenti competebant diuersæ detractiones super eisdem bonis fideicom-
12 missarijs, ex quibus Comes releuari deberet. Idque † quamuis prædicti filij dispositionem Paternam acceptauerint, in qua detractiones erant prohibitæ, quidquid enim sit de alijs simplex approbatio testamenti non sufficit ad arguendam renunciationem legitimæ, nisi eiusdem specifica mentio in approbatione habita fuerit, ad text. *in l. si quando, §. & generaliter Cod. de inoffic. testam.* Rota *decis.* 206. *num.* 6. *part* 1. *& decis.* 242. *num.* 4. *part.* 3. *& decis.* 383. *num.* 19. *part.* 9 *recent. & in Bononien. Separationis Bonorum* 15. *Iunii* 1661 *§. dum enim coram bon. mem. Leone Verospio.*

Cæterum est inanè refugium Marchionissæ ad prætensam læsionem, nisi ante omnia restituat bona, quæ vigore transactionis sibi dimissa fuerunt vna cum fructi-
13 bus sine enim hac præuentiua † restitutione de læsione dari non posse, probat text. *in l. si diuersa* 14. *Cod. de transact. cum cumulatis per* Rota coram Greg. *decis.* 418. *num.* 9. *& in Bononien. fideicommissi de bonfiliis* 5. *Maii* 1662. *§. animaduertebant, &* 24. *Ianuarii* 1663. *coram bon. mem. Leone Verospio, §. fin.* cuius text. dispositio licet soleat limita-
14 ri † quando impugnans transactionem habet aliquem iustum titulum, & causam retinendi, vt firmatum fuit
15 coram Cardin. Seraphin. *decis.* 922. *num.* 8. † titulus tamen prædictus debet esse vndequaque clarus, & liquidus nec debet pendere ab articulis iuris si enim sit dubius, vt in
16 proposito casu † est ille Marchionissæ transactio impugnari non potest nisi præcedente restitutione totius accepti, vt articulo discusso firmatum fuit per Rota *decis.* 111. *num.* 4. *part* 1. *diuers.* & sequitur Add. ad Gregor. *decis.* 354. *num.* 15. *vers. limita* 4.

Et ità vtraque parte, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Asculana Aquarum.

Lunæ 14. *Maii* 1668.

ARGVMENTVM.

Remissoriam secundam, ac etiam tertiam concedendam esse non solùm præsens concludit Decisio in ijs casibus, in quibus articuli, vel sunt magis specificè concepti, vel etiam noui adducuntur; Verùm etiam preponderat in specie quàm grauis, & grauitèr iudicanda sit consuetudo irrigandi prædia certis diebus, & horis, ob præiudicium prædiorum inferiorum omninò seruanda.

SVMMARIVM.

1 *Articuli vbi sunt releuantes, & datur fumus materiæ articulatæ semper conceditur remissoria, & num. seq.*

2 *Remissoria in prophanis datur etiam sine fumo cum sola releuantia articulorum.*

3 *Probatio dicitur releuans, si ab ea dependeat victoria causæ.*
Remissoria numquam denegatur vbi probatio tendit ad victoriam causæ, num 3.

4 *Consuetudo irrigandi prædia certis diebus, & horis maximi momenti esse iudicatur.*
Aquarum in materia quam maximè attendi solet consuetudo num 4.

5 *Consuetudo irrigandi eo magis attenditur, si ex illius inobseruantia graue inferretur præiudicium fundis inferioribus.*

6 *Remissoria vbi semel fuit concessa, super eadem materia non solet amplius concedi, limita vt numero seqq.*

7 *Articuli si magis specificè sunt concepti, siue in substantia, siue in cortice verborum, semper faciunt esse locum concessioni nouæ remissoriæ, & numer. seqq.*

8 *Remissoria secunda semper conceditur, vbi etiam vnus tantùm articulus esset nouus.*

9 *Articulus etiamsi esset mixtus, partim nempe nouus, partim verò antiquus semper facit esse locum nouæ, & secundæ remissoriæ.*

10 *Remissoria secunda, ac etiam tertia conceditur stante noua materia articulata, siue in totum, siue in parte, siue in cortice siue in substantia, & supra numero anteced. vbi vide.*

11 *Remissoria secunda conceditur vbi punctus causæ reducitur in specie ad materiam solùm genericè, & in confuso agitatam, & probatam.*

12 *Remissoria plerumque à Sacra Rota conceditur cum retardatione, vel sine arbitrio eiusdem Rotæ.*

DECISIO CCLII.

DECISUM est sub die 28. Ianuarij 1667. constare de bono iure etiam ad effectum manutentionis fauore vtriusque collitigantis, iuxtà hunc sanè modum, quod bonum ius etiam ad effectum manutentionis assistebat Ambrosijs in prædijs supra saxum, vbi est incile pro diuisione aquarum existente, pro vice autem versa idem bonum ius suffragabatur illis de Lentis in saxo, & in prædijs inferioribus in quibus probatur inducta seruitus, itaut horum manutentio elusoria non reddatur ab illis de Ambrosijs.

Qua resolutione iterùm examinata die 27. Februarij præteriti, & visis pluribus allegationibus, quæ tendebant ad probandum, quod seruitus quoque in prædijs superioribus acquisita fuerat saltèm pro diebus, & horis secundum consuetudinem à longissimo tempore obseruatam causa dilata est, & mandatum à Dominis, vt coadiuuarentur probationes, ad quod adimplendum pro parte illorum de Lentis petita est etiam hodie remissoria, quam Domini dandam esse censuerunt.

Prout

Prout re vera dari debebat cum materia in articulis
1 contenta sit releuans,† & detur fumus quo casu remissoriam numquam denegare solet, Rota *decis.*134.*num.*1.*&* 2. *decis.*661.*num.* 1.*part.*2.*recent.coram* Greg *decis.*191. *nu.* 1.*&* *decis.*562.*num.*4.*&* 5.*coram* Caualer.*decis.*250. *num.*1. *& coram* Coccin.*decis.*165. *num* 1.eoque magis, quo dispu-
2 tatio versatur in prophanis, † in quibus sufficeret sola releuantia articulorum sine fumo, *l. ad probationem* 22 *C. de probat.*Caputaq.*decis.*68.*num.*2.Seraphin.*decis.*1364.*nu.* 2.Caualer.*decis.*87.*num* 4.Gregor.*decis.*903.*per totam.*

Vtrumque autem in proposito casu concurrere visum est Dominis nam si probatur seruitus in prædijs superioribus, vt prætendunt illi de Lentis, saltem pro illis diebus, & horis, iuxtà consuetudinem ab omni tempore vsitatam nemini dubium esse potest idem iuris dicendum fore fauore Dominorum de Lentis in prædijs supra saxum, ac in illis, quæ infrà, quæ probatio est ita rele-
3 uans, vt ab ea causæ victoria pendeat, † & consequentèr non sit deneganda remissoria, vt in his terminis multoties respondit Rota coram Gregor. *decis.*124 *&* 403. *&* 405.*in recent.decis.*125.*num.*18 *& decis.*315.*num.* 6 *part.* 5. *& coram* Eminentiss.Cardin.Otthobono *decis.* 136. *num.* 4.*& decis.*188.*num.*4.

Fumus verò non mediocris habetur ex prædicta consuetudine super diuisione aquarum certis diebus, & horis, de qua videntur conuenire ipsimet testes pro parte illorum de Ambrosijs inducti, vt in Summario decisionis
4 super negocio principali num.6. † quæ consuetudo in huiusmodi commoditatibus aquarum qualis, & quanti sit momenti egregiè perpendunt pluribus allegatis, Bald. *cons.*241.*vol.*2. Castren.*cons.*323 *per tot.vol.*2. Ruin. *cons.* 191.*num.*4.*& seq.vol.*1.Paris.*cons.* 129. *in fine vol.*4. Bero. *cons.*144.*num* 39.*vol.*3 Surd. *cons.*447. *num.* 11. præsertim vbi agitur, vt in præsenti casu de inferendo graui præiu-
5 dicio Dominis † fundos inferiores habentibus Dec. *cons.* 244.*num.*6 *vers. & respondendo formalitèr* Bertrand. *cons.* 377.*per tot.lib.*6.& Rota *decis.*213.*num.*5. *penes* Posth. *de manut.*

Non obstat, quod in hac causa iam fuit obtenta re-
6 missoria in Tribunali A. C. † quodque propterea non amplius sit concedenda super eadem materia Greg. *decis.* 497.*num.*5.quia ab hac regula passim recedit Rota quoties articuli tàm in cortice verborum, quàm in substantia sunt
7 magis specificè concepti † sicut in hac facti specie, Rota coram Caualer. *decis.*969.*num.*2.*coram* Coccin.*decis.*23.*nu.* 2.*coram* Greg.*decis.*191.*num.*3.*coram* Buratt. *decis.*180.*nu.* 11.*&* 12.*decis.*877.*num.*3.*& in recent.decis.*252.*nu.*6.*par.*1.
8 vel quoties aliquis articulus † est nouus Rota *decis.* 183. *num.*2.*part.*4 *recent.& coram* Buratt.*decis.*392.*nu.*5. & suf-
9 ficeret quod esset mixtus, scilicet partim nouus, † & partim antiquus Rota coram Greg.*decis.*497.*num.*2. *& decis.* 303.*num.*17.*part.*9. *recent.* Quæ omnia legitimam causam præseferunt vtpotè à Rota in alijs casibus admissam qua
10 stante iterum conceditur remissoria † quamuis semel, aut pluries concessa fuisset, Vestr *in prax.lib.*6. *cap. vlt.num.*3. *vers.finge cum* Rota *in d.decis.*303.*num.*9.*part.* 9. *recent.*

Quodque articuli tàm in cortice verborum, quàm in substantia magis specificè fuerint concepti in hac instantia patet ex difficultate reducta ad punctum consuetudinis diuisionis aquarum in certis diebus, & horis, quæ an-
11 tea fuit solummodò confusè agitata, † atque etiam denuo deducendum proponitur, quod in parte superiori de qua est quæstio duo sunt riui aquarum, alter nuncupatur Ciuso plagiorum à quo Domini de Ambrosijs, non solebant aquam deriuare imò quando illius aquæ tentauerunt diuisionem repulsi sunt.

Ex quibus insimul combinatis cessare dictum fuit quælibet suspicio calumniæ, aut subornationis testium exaduerso obiecta.

Et ita vtraque parte informante decisum est dandam
12 esse remissoriam † cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ, &c.

Altera Decisio præsentis causæ super negotio principali est supra in hac parte, & habetur in ordine decis.9.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Separationis Bonorum.

Veneris 25. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Donatio à Patre facta Filio sub nomine Primogenituræ non est imputanda in legitimam, quod licèt non procedat quando de contraria voluntate Patris doceatur etiam per coniecturas, concluditur tamen coniecturas esse debere pernecesse concludentes, & quæ sint reiciendæ tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta à Filio de bonis paternis non docto de præcedenti alienatione cedit in causam legitimæ.*
2 *Bona empta per fratrem ab alijs fratribus alienantibus ex causa legitima acquiruntur ementi libera, à nexu fideicommissi.*
3 *Lucrum & accessio negocij de ordine testatoris continuati an cedere debeat commodo hæredis grauati negotium continuantis, vel fideicommissi, & vide num.* 4.
5 *Donatum validè à Patre Filio inter viuos non imputatur in legitimam.*
6 *Donatio facta à Patre Filio sub nomine Primogenituræ non imputatur in legitimam, & num.* 8.
Imò nec confertur cum alijs fratribus, num. 7.
9 *Argumentum quod ea, quæ non conferuntur non imputantur valet, quamuis affirmatiuè conceptum non admittatur.*
10 *Donatio facta à Patre Filio, quæ regulariter in legitimam non sit imputanda, non procedit quando constet de voluntate Patris quoad imputationem faciendam.*
*Quod intellige verùm quando de tali voluntate doceatur in eodem actu, & concurrat voluntas expressa, vel tacita per coniecturas pernecesse concludentes, num.*11.12.*&* 13.
Nec isto casu sufficit pro coniectura narratiua facta Iudici (ad effectum obtinendi licentiam donandi) quod Patri remanebant alia bona sufficientia pro legitima aliorum filiorum, num. 14 *& seqq.*
15 *Donatio facta à Patre Filio non dicitur inofficiosa, quando remanet legitima pro alijs filijs.*
*Licentia obtenta à Iudice donandi Filio in Ciuitate Bononiæ obtinet vim donationis, num.*14.
16 *Acceptatio à Filio simpliciter facta de paterna dispositione, non inducit acceptationem pro legitima quando paterna dispositio continet onus, & grauamen.*
17 *Legitima non recipit onus, & grauamen.*
18 *Inæqualitatem inter filios non est dicendum Patrem voluisse seruare.*
19 *Vnusquisque est rei suæ moderator, & arbiter.*
20 *Pater non potest de inæqualitate inter filios redargui dummodò cæteris filijs legitimam præseruet.*
21 *Donatio facta à Patre Filio non est imputanda, quando constat de voluntate Patris pro non imputatione, & quando de hac voluntate constare dicatur.*
22 *Determinatio vna, quæ plura determinabilia compræhendit, omnia debet pariformiter determinare.*
23 *Testator qui quod in vno voluit dixit, in alio etiam si voluisset, dixisset.*
24 *Legitima à Filio non agnita, nec petita transmittitur ad alios fratres, & hæredes.*
25 *Dos Materna est separanda à fideicommisso de quo, Pater Filium grauauit.*
26 *Solutio dotis ex quibus probetur.*

DECISIO CCLIII.

DOMINI de Dondinis prosequendo in hoc Sacro Tribunali iudicium super separatione bonorum fideicommissariorum q. Iacobi, ab illis liberis q. Pauli pariter de Dondinis coram bon. mem. Verospio, sententiam fauorabilem reportarunt, in qua pronunciatum fuit in hæreditate Iacobi prædicti venire omnia stabilia, argenta, gemmas, pecunias, ac nomina debitorum descripta in Inuentario per eumdem Paulum, & fratres confecto, nec non in ea esse compræhensum negotium Anconæ; cum eius effectibus peruentis ad manus dicti Pauli, ac vlterius bona eidem Paulo donata per dictum Iacobum titulo Primogenituræ imputari debere in legitimam ipsi debita in bonis Patris. Interposita autem successiuè appellatione pro parte Hippolyti Scaffilioni, ac aliorum Pauli Concreditorum, Causaque mihi commissa, proposui dubium, an sententia prædicta sit confirmanda, vel infirmanda, & pro eius reformatione iuxta modum inferius exprimendum fuit per Dominos resolutum.

Argenta siquidem, gemmæ, seu iocalia (quidquid sit de stabilibus, nominibus debitorum, alijsque effectibus hæreditarijs Iacobi fideicommittentis) pro tribus ex quatuor partibus spectabant ad alios tres fratres Pauli, cui cum ipsi ea omnia vendiderint, non docto de alia præce-
1 denti alienatione, † caduntin causam legitimæ ipsis debitæ in bonis Iacobi Patris, iuxta vulgatum *text. in l. Marcellus 3. §. Res quæ, ff. ad Trebell. millies* à Rota approbatum, vt in *decis. 214. num. 9. part. 11. recent. & in Romana fideicommissi de Donatis 7. Iunij 1660 §. de sua coram Reuerendissimo Domino meo Cerro Decano*, & alibi passim, ideoque euaserunt propria Pauli, & libera à nexu
2 fideicommissi, † à quo proindè veniunt fauore Creditorum separanda, vt etiam videtur admittere *decisio in ista causa emanata 28. Iunij 1658. coram Reuerendissimo Papien. in §. in hæreditate*.

Respectu verò lucrorum, quæ euenerunt ab anno 1631. quo decessit Iacobus vsque ad annum 1633. quo ex præcepto eiusdem negotium Anconæ continuari debebat Domini non fuerunt concordes, quia quamuis ex auctoritate Rotæ Florentinæ, quæ fundatur *in textu in l. fideicommissaria 18. & l. mulier 22. §. Hæres, ff. ad Trebell. felic. de Societ. cap. 15 num. 95. cum seq.* tueatur lucra, † &
3 accessiones cedere commodo hæredis grauati, nec venire in fideicommissaria hæreditatis restitutione, cum non videatur rationabile, quod hæres grauatus negotietur, & in gratiam fideicommissariorum lucretur, & vt ad propositum rationatur, Noguerol. *allegat. 5. num. 40. &*
4 Rota coram Coccino *decis. 409. num. 3* contrarium † tamen *text. dicit in l. qui negotiationem 58 ff. de administr. & peric. tut.* cum quo concordat naturalis æquitas fundata in eo, quod sicuti in negotiatione prædicta damna euenissent ex vi dicti præcepti hæreditas Iacobi obligata fuisset, ita & ratio suadet: quod eius fauore lucra indè prouenientia cedere debeant, vt pluribus relatis firmatum fuit *in Bononien. pecuniaria 2. Maii coram R.P.D. meo Albergato post* Roderic. *de concursu Creditorum decis. 25. & 22. Martij, & 19. Iunij 1662. coram R.P.D. meo Emerix per tot.*

Reformanda quoque visa est sententia prædicta in ea parte, in qua mandat bona Paulo donata titulo Primogenituræ esse in illius legitimam imputanda, non solùm
5 quia regulariter validè donata à Patre inter viuos † in legitimam filijs non imputantur, vt ex *l. illud secundo, C. de collat.* latissimè firmauit Rota *in decis. istius causæ 15 Iunij 1661 §. quia donatio*, vt admissum fuit *in eadem 5. Iunij 1662. §. licet enim, & 15. Iunij 1665. coram bon. memor. Leone Verospio, §. si quidem*, verùm etiam, quia donatio
6 facta fuit sub nomine Primogenituræ, † vnde cum bona
7 taliter donata non conferantur † cum alijs fratribus per ea, quæ *S. Con. in l. 1. § nec Castrense, ff. de collat. bon.* & præter relatos in decisione istius causæ 15. Iunii 1661. *§. quia donatio* firmauit Rota *in Fauentina successionis 23. Aprilis 1666. §. Neque obstare*, confirmata 7. die istius mensis coram R.P.D. meo Ottalora, neque etiam in le-
8 gitimam imputantur, † cum valeat argumentum, quod
9 ea, quæ non conferuntur neque etiam imputentur, † quamuis affirmatiuè conceptum non admittatur, vt in *dicta l. illud 20. probat* Merlin. *de leg. lib. 2. tit. 2. quæst. 1. nu. 2.* Paris. *cons. 56. num. 20 lib 3.* Alex. *cons. 24. num 4. vers. & non est verum lib. 1.* Cardinalis Seraphin. *decis. 568. num. 7.* Rota *in dicta Fauentina success. §. Apparet in fine*.

Nec est applicabilis limitatio data in præteritis contrarijs decisionibus, quod scilicet non procedat conclusio, † 10
quando constat de voluntate Patris donantis, quod talis imputatio fieri debeat, quia præter quod talis declaratio fieri debuisset in eodem actu, † vt tenet Surd. *cons. 75. num. 11.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 29. num. 47. &* 11
Adden. ad Gregor. *decis. 568. num. 13. vers. sed hæc declaratio*, prætensa voluntas expressa non exhibetur, † & 12
pro tacita non concurrunt coniecturæ illam inducentes, de quibus Merlin. *dicto lib. 2. loco citato num. 45. vsque ad finem*, & respondendo allegatæ limitationi dixit Rota *in dicta Fauentina successionis 5. Aprilis 1666. §. Et quamuis coram R.P.D. meo Ottalora*, quæ non attenduntur, si sunt leues, & generales, † sed necessariæ, & pernecesse ad effectum, de quo agitur concludere debent, vt ad- 13
uertit Rimin. *in Auth. ex testamento num. 2. Cod. de collat.* quem refert, & sequitur Rota *in Auximana donationis 28. Iunij 1658. coram R.P.D. meo Beuilacqua, §. Aliæ autem*, minusque ea videtur resultare sufficienter ex narratiua Iudici facta pro obtinenda licentia donandi (quæ in Ciuitate Bononiæ obtinet vim insinuationis) † 14
quod scilicet habebat alia bona pro legitima aliorum filiorum, quia vltra quod in proposito casu nimis vaga videtur similis assertio, vel emanauit ad inducendum Iudicem, vt faciliùs suum interponeret decretum, vel demonstrandum cæteris filijs, quod donatio non erat inofficiosa, † sed restricta ad terminum, *text. in Auth. vnde* 15
si parens Cod. de inofficioso testamento, non autem indè argui potest, quod Iacobus intellexerit Paulum imputare debere in suam legitimam, quæ vtpotè granata onere perpetuæ Primogenituræ sub pœna etiam omnimodæ priuationis, in casu alienationis, non videbatur sufficiens simplex acceptatio paternæ dispositionis, † sed cla- 16
ra, & pernecesse concludens istius oneris acceptatio requirebatur, † cum aliàs simile grauamen ministerio Iu- 17
ris ipso facto à legitima excluderetur iuxta prouidam sanctionem Iustiniani Imperatoris, de qua *in l. si quando 35. §. Et generaliter, Cod. de inofficioso testamento*, cum qua concordat Rota coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono 235. *num. 20. & in Perusina successionis 16. Maij 1659. §. Nec vrgere coram bon. memor. Leone Verospio, & in Romana prætensi fideicommissi 28. Ianuarij 1667. §. Et tantùm abest coram R.P.D. meo Carpineo*, minusque facit, quod si prædicta donatio non imputaretur in legitimam adesset magna inæqualitas inter eosdem filios Iacobi, † quod dicendum non venit, quia cùm 18
vnusquisque rei suæ sit moderator, † & arbiter, *l. in re* 19
mandata 21. C. mandat. Pater dummodò cæteris filijs præseruet legitimam, † non potest de inæqualitate redargui, 20
vt in his terminis consuluerunt, Oldrad. *cons. 224. per tot.* Menoch. *cons. 158. num. 32. & consil. 401. num. 10. & 11. & dixit* Rota *in dicta Fauentina successionis coram R.P.D. meo Ottalora, §. Neque obstare in fine.*

Et quod tollit omnem ansam dubitandi in subsequenti testamento: non solùm Iacobus donationem Paulo factam sub nomine Primogenituræ confirmauit, eamque Iure legati ipso Paulo reliquit, verùm etiam, & eum nominatim vnà cum alijs filijs pro æquali portione hæredem instituit, eisque omnibus ad limites legitimæ ipsis debitæ alienationem permisit *Summario* Hippolyti *num. 5.* vnde non est ampliùs facienda quæstio voluntatis imputationis, sed potiùs, dum vtrumque eidem Paulo dispositive reliquit, & vtrumque conuenit ipsum habere, † & imputatio ex voluntate Patris tamquam 21
non volita facienda non est, vt ex text. *in l. Titia 86. ff. ad l. falcid.* quem singularem dicit Corn. arguit in proposito *in cons. 200. num. 10. vers. accedat lib. 3.* Gabriel. *cons. 109. num. 12. & seq. lib. 1.* Merlin. *de legit. lib. 2 tit. 2. quæst. 2. num. 25* cum alijs cumulatis per Rotam *decis. 207. num. 30. & seq. part. 9. recent.*

Non refragante responsione vltimæ contrariæ decisionis, quod ea reseruatio legitimæ censeatur apposita respectu aliorum filiorum, non autem Pauli, quia cum dispositio sit concepta sub vnica structura verborum, & ab vnico quoque verbo regatur, non videtur facienda talis distinctio, † sed omnes filios supranominatos pa- 22
riformiter compræhendere debet argumento, text. *in l. si is qui ducenta 14. §. Vtrum, ff. de rebus dub.* Ruin. *cons. 3. num. 20. lib. 2. cum cumulatis per Rotam in Romana*

dotis

dotis 20. *Aprilis* 1663. *coram Eminentissimo Cardinali Vice-*
com. §. *Neque subsistit*, maximè quia idem Iacobus Te-
stator vbi voluit fieri imputationem in eodem testamen-
to expressit vt fecit in P. Gulielmo altero filio in Societa-
te Iesu existente, cui certùm, quid Iure legati reliquit
pro omni, & toto eo, quod prætendere posset, tam ra-
tione legitimæ quam dotis maternæ, vt cuiusque alte-
23 rius causæ, vndè æquè benè, † & sciuisset exprimere de
Paulo, si donationem illi factam, & in eodem testa-
mento confirmatam imputari voluisset, *l. vnica*, §. *sin*
autem ad defficientis, *Cod. de caducis tollen. cum alijs vul-*
gatis.

Prætereà vltrà ea, de quibus fit mentio in sententia
Rotali visum est DD. fauore Creditorum separandam
esse à fideicommisso ex persona Pauli tertiam partem le-
gitimæ debitæ Pompeio filio Iacobi fideicommittentis,
& fratri respectiuè Pauli præfati, cum enim post illius
obitum tres fratres superstites ipsius hæreditatem agno-
uerint, & tam vti hæredes Patris, quam etiam fratris
ad diuisionem eiusdem inter se se deuenerunt dicto *Sum-*
mario num. 4. hinc est quod in hæreditate Pauli prædicti
videtur computanda, *& ista tertia pars pro legitima Pom-*
24 *peij, quæ quantumuis ab eo non agnita † nec petita, ad-*
huc tamen ad fratres, & hæredes transmittitur l. 1. in prin-
cip. Cod. de his quo arte apertas tabul. Cephal. *consil* 404.
num. 33. Honded. *consil.* 63. *num.* 107. *lib.* 1. Merlin. *de*
legit. lib. 5. *tit.* 4. *qu.* 9. *n.* 1. Rota *in Bononien. de Herculanis*
4. *Februarij* 1664. §. *Domini primo loco coram Reuerendis-*
simo Domino meo Cerro Decano; & demùm vltra deducta
dixerunt ex persona eiusdem Pauli separandam esse à fi-
25 deicommisso Iacobi tertiam partem dotis maternæ †
scut. 6280. auri in totum, vt ex instrumentis datis dicto
Summario num. 12. vt firmatum fuit *in dicta Bononien. de*
Herculanis, §. 2. *libr.* de cuius enim solutione constare
visum est ex instrumento publico dato in eodem *Summa-*
26 *rio num.* 12. † in quo idem Iacobus eueniente casu resti-
tutionis dotis, omnia sua bona pro dictis scutis 6280. obli-
gauit.

Et ita vtraque &c.

Fuit confirmata præsens Decisio coram eodem R.P.D. Caiataiù sub die 18. Maij 1669. quam resolutionem, si Deus dederit, habebis infra in sequenti volumine adnotatam.

REVERENDISSIMO P.D. TAIA.

Hispalen. Decimarum.

Veneris 25. *Maij* 1668.

ARGVMENTVM.

Totum *Capitulum nouum genus*, *quod est secundum de Decimis*, remanet in hac decisione declaratum ad eam quæstionem an Clerici à Clericis decimas exigere possint, quod hic quando decimæ sunt prædiales locum non habere resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent ab alijs Clericis exigere decimas.*
2 *Leuitæ à Leuitis numquam decimas accepisse leguntur.*
3 Textus in capitulo nouum genus de decimis, *propter varietatem lecturarum minus congruè summatur, & de illius materia, vide per totam decisionem.*
4 Capit. nouum genus de decimis, *sex habet intellectus.*
5 *Clerici tenentur soluere decimas de prædialibus.*
Prædia à Clericis possessa vbi sunt in aliena Parochia, de illis decimæ sunt soluendæ, num. 5. *& num.* 6.
6 *Prædia etiam dotalia Ecclesiæ decimas soluere tenentur.*
7 *Prædia habentia onus decimarum licèt à Laicis nouis tradantur Ecclesijs, semper tamen transeunt cum suo onere.*
8 *Concilium generale Lateranense fuit celebratum sub Innocentio Tertio.*
Innocentius Tertius fuit creatus anno 1198. *obijt autem anno* 1216. *num.* 8.
9 *Decimæ soluuntur etiam de bonis, & prædiis, quæ dantur pro nouo Monasterio fundando, sed à quo tempore hoc fuerit introductum, vide supra num.* 8. *& num.* 11.
10 *Monacis quibusdam Cisterciensibus in Hispania successerunt Hieronymitani.*
12 *Monasterium prætendens bona sibi fuisse pro dote assignata, hoc ipsum probare tenetur.*
Facta non præsumitur, num. 12.
13 *Bona tradita pro dote Ecclesiæ non sunt libera ipso iure.*
14 *Ecclesia quoties fundatur, census pro illius dote assignatus debet tradi liber.*
Bona tradita pro dote Monasterii si non assignantur libera transeunt cum onere suo, num. 14.

DECISIO CCLIV.

IN decisis sub die 16. Februarij anni 1663. Domini
steterunt approbando fundamenta præcedentium de-
cisionum, & quia 24. Februarij 1668. dilata fuit reso-
lutio, & responsum Informandum tantùm super *ca-*
pit. nouum genus seu secundum de decimis, hodiè eo specia-
lius examinato super illo tantummodò respondendo ad-
huc steterunt in decisis.

Nouum genus (inquit) exactionis est, † vt Clerici à 1
Clericis decimas exigant, ac nusquam in lege Domini
hoc legatur non enim Leuitæ † à Leuitis decimas accepis- 2
se leguntur, &c.

Dominis visum est textum non congruere huic casui,
quo Capitulum exigit à Monachis decimas prædiorum
in sua diœcesi existentium, sicuti propter varietatem le-
cturarum, † neque congruè summatur, vt protestatur 3
Abbas *in principio*, & sex intellectus proponit † Cardi- 4
nalis Zabarella *à num.* 2. quatuor ex glossa, & duos extra
Glossam, & procedendo cum Abbate dum quæritur
numquid Clerici teneantur soluere decimas de prædiali-
bus, † visum est teneri, ex quo prædia sunt in aliena 5
Parochia, Abb. *ibi num.* 7. *vers. vnde veniendo*, & satis
dictum in prima decisione 26. *Aprilis* 1660. §. *quia clarum*
est, ampliando etiamsi sint dotalia Ecclesiæ, † quia cum 6
omnia prædia habuerint hoc onus annexum, licèt tra-
dantur à Laicis nouis Ecclesijs, attamen † transeunt 7
cum suo onere, vt prosequitur Abb. ibidem Monet. *de*
decimis cap. 5. *num.* 7. cum pluribus apud Barbosam *ad di-*
ctum cap. nouum genus 2. *num.* 4. *vers. contrarium tamen*, *& in*
decisione 13. *Iunii* 1661. §. *atque ita.*

Non obstante Glossa à Clericis, & S. Thoma 2. 2. *quæst.*
87. *artic.* 4. *ad primum*, quia post generale Concilium La-
teranense celebratum sub Innocentio Tertio † creato 8
anno 1198 & defuncto anno 1216. etiam de bonis, &
prædijs pro nouo Monasterio fundando † decima solui- 9
tur ad celebre, *capit. penultimum de decimis*, vt nouissimè
grauissimèque notat Reuerendiss. Pater Dom. Fagnanus
ad dictum capit. penultimum n. 10. & ex facto habetur Mo-
nasterium fundatum fuisse anno 1301. Monachis Ci-
stercienfibus † quibus hi Hieronymitani successisse per- 10
hibentur.

Et dato etiam quod priuilegium *dicti cap.* 2. intelliga-
tur de prædialibus, & ad sensum, & intellectum Glos-
sæ, † quod habeat locum in bonis assignatis pro dote 11
Ecclesiæ per cap. 1. de Censibus Monasterio hoc allegan-
ti, quod esset dos Ecclesiæ incumberet onus probandi,
† quia facta non præsumuntur inquit, Cardinalis Zaba- 12
rella *cons.* 88 *num* 4. *vers. pro hoc etiam*. Prætereà quod *ca-*
pitulum primum de Censibus non probat, quod bona Ec-
clesiæ tradita pro dote sint libera ipso Iure, sed probat *di-* 13
ctum caput primum, quod quando fundatur Ecclesia, † 14
Census qui assignatur debet tradi liber, si ergo non sit
hæc liberatio intelligitur transire cum suo onere, &c. pro-
sequitur Zabarell. *num.* 5.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CALATAIV.

Ciuitatis Castelli prætensorum fideicommissorum.

Veneris 25. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum reciprocum expressè ordinatum inter primos vocatos non inducitur inter secundo loco vocatos deficientibus tribus requisitis de quibus *in l. Titia Seio* 89. *§. Seia libertis*, *ff. de leg.* 2. & quænam coniecturæ non sint ad hoc sufficientes explanatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum potest fieri etiam in contractu donationis.*

2 *Fideicommissum factum sub conditione si quis sine filijs decedat expirat decedente instituto cum filijs, & num. 10.*

3 *Filij positi in conditione quamuis vocati non tamen dicuntur inter se fideicommisso grauati, & numero 11.*

4 *Fideicommissum factum pro conseruatione familiæ, & agnatorum solet inducere fideicommissum inter omnes descendentes etiam reciprocum.*

Quæ conclusio procedit infra limites, gradus, & casus, à testatore specialiter contemplatos, nec extra eos ægreditur, num. 5.

6 *Dictio ad inuicem, in stirpes, & non in capita in fideicommissis apposita non inducit fideicommissum reciprocum de vna linea ad aliam.*

7 *Reciproca expressè ordinata inter primos vocatos non censetur tacitè repetita inter secundos vocatos, & num. 12.*

Imò secundi vocati censentur solùm substituti in portione primi Parentis, nec inductum fideicommissum reciprocum lineale, num. 8.

Et eo magis si deficiant coniecturæ concludentes reciprocam de linea ad lineam, num. 9. & 12.

13 *Probibitio alienationis quando non sit apta inducere fideicommissum de linea ad lineam.*

14 *Exclusio fœminarum, vt hæreditas pleno iure augeatur, & conseruetur in masculis quando non sit apta inducere fideicommissum de linea ad lineam.*

DECISIO CCLV.

AD impediendam manutentionem decretam per Vicarium Ciuitatis Castelli fauore Monialium S. Claræ dictæ Ciuitatis ex persona Sororis Aloysiæ vti donatariæ q. Leonardi Mazzoli, Vincentius pariter de Mazzolis duo fideicommissa allegauit ad sui fauorem purificata, quibus tamen non attentis Auditore Cameræ prædictum decretum manutentionis confirmauit per sententiam diffinitiuam, à qua commissa mihi causa dubitaui an constet de dictis fideicommissis, & negatiua hodiè prodijt resolutio.

Primùm siquidem prætendebatur resultare ex donatione facta de anno 1598. pro conseruatione familiæ à Vincentio Seniore qui Ioan. Lisio: Ioann. Baptistæ, & Francisco Fratribus æquis portionibus omnia bona sua donauit, & in omnem casum, quod aliquis dictorum decederet sine filijs legitimis & naturalibus ratam decedentis alijs superuiuentibus, & præmortuorum filijs reliquit. Verùm Domini de eo non constare dixerunt, quia cum substitutio fauore superuiuentium, & filiorum præmortuorum fuerit concepta sub conditione si instituti sine filijs decederent fideicommissum quatenus,
1 etiam fieri potuerit in contractu donationis † prout fieri posse probat textus *in l. quatenus*, *§. Cod. de donationibus*, *quæ sub modo* Peregr. *de fideicommissis artic.* 1. *numer.* 58. & firmauit Rota *in Romana fideicommissi* 21. *Iunij* 1652. *cum præsenti confirmata* 24. *Martii* 1653. *co-*
2 *ram bon. memor. Verospio*, filijs † omninò expirauit per textus *in l. ex facto* 17. *§. si quis autem*, *ff. ad Trebell. iuxta vulgatum consil.* 21. Oltradi *communiter sequutum per* Rota *decis.* 249. *num.* 5. *part.* 6. *& decis.* 163 *num.* 2. *part.* 10. *& decis.* 174. *num.* 14. *part.* 11. *recent. & alibi passim.*

Nec quidquam facit, quod ijdem filij Ioann. Lisij, vti positi in conditione ex coniecturis censeantur quoque dispositiuè vocati, quia quatenus etiam talis vocatio esset certa non indè insequitur, vt illi sint grauati inter se alter alteri restituere cum ex actiua vocatione non valeat illatio ad passiuam attenta præsertim dictione in stirpes adiecta vocationi filiorum præmortuorum per quam positi in conditione quamuis vocati † non 3
dicuntur ex fideicommisso grauati iuxta veriorem opinionem, quam tenet, Ripa *in l. Centurio num.* 168. *ff. de vulg. & pupill.* Soccin. Senior. *consil.* 104. *num.* 3. *libr.* 3. Fusar. *consil.* 2. *numer.* 6. Altograd. *dicto cons.* 60. *numero* 49. *libr.* 1. Rota *decis.* 158. *num.* 4. *part.* 5. *recentior. & decis.* 249. *numer.* 6. *part.* 6. *& coram* Cardin. Caualer. *decis.* 454. *num.* 13. *& coram Reuerendissimo Domino meo Rojas Episcopo Abulen. decision.* 87. *numero* 4. *&* 5.

Minùs obstat, quòd donatio sit facta pro conseruatione familiæ, & agnationis, quæ reciprocum fideicommissum inter omnes descendentes † solet etiam in- 4
ducere, vt dictum fuit coram Eminentissimo Cardin. Otthobono *decis.* 177. *num.* 13. quia inter alias responsiones deductas ab informantibus illa signanter placuit Dominis, quod quamuis Testator expressis verbis propriæ agnationis conseruationem contemplasset adhuc tantùm fideicommissum non egreditur limites, & grados, & casus quos Testator specialiter contemplauit, † sed 5
ad illos se restringendo extra eos reciprocum non inducit fideicommissum, vt in proximis terminis aduertunt, Andreol. *cons.* 409. *numer.* 10. *& seq.* Fusar. *consil.* 1. *numero* 12. Menoch. *consil.* 376. *numero* 40. Rota *decis.* 486. *numero* 6. *&* 14. *part.* 1. *& decision.* 667. *numero* 11. *part.* 2. *recentior. & in Florentina seu Bononien. de Barbadoris* 25. *Iulii* 1640. *coram bon. mem. Coccino*, *§. hinc non obstat*, *& in Firmana fideicommissi* 10. *Maii* 1666. *coram R.P.D. Ottalora*, *§. alterum verò.*

Non obstante dictione ad inuicem in stirpes, & non in capita quia non intelligitur semper retento eodem themate, & in linea proprij parentis non autem inducit fideicommissum reciprocum † de vna linea ad 6
aliam, vt benè Rota coram bon. memor. Carillo *decis.* 190. *numero* 10. *& in Bononien. fideicommissi de Maluezijs* 23. *Martii* 1661. *§. non obstante coram R.P.D. meo Beuilacqua.*

Et quamuis inter primos donatarios ordinata fuerit expressa reciproca non indè tamen ea censetur † tacitè 7
repetita inter filios secundo loco vocatos ad tradita per Fusar. *de substitut. quæst.* 475. *numero* 36. *& consil.* 1. *numero* 16. Peregr. *consil.* 47. *numero* 15. *libr.* 1. Rota *decis.* 491. *numero* 7. *vers. & ideò part.* 4. *diuers. & decis.* 192. *numero* 19. *&* 20. *part.* 8. *& decis.* 142. *numero* 4. *part.* 10. *recentior.* sed isti filij censentur discretiuè substituti in portione proprij parentis † nec ex indè inter 8
eos dicitur inductum fideicommissum reciprocum, & lineale ex plenissimè deductis in dicta *Bononien. fideicommissi de Maluezijs in princip. & in Rauennaten. fideicommissi* 15. *Maii* 1662. *coram Eminentissimo Domino Cardin. Celso*, *§. quod ratione in fin.* deficientibus præcipuè coniecturis, quæ ad inducendam etiam reciprocam de linea † debent esse omninò concludentes ex deductis *in* 9
Rauennaten. fideicommissi, *§. reciproca*, & non concurrentibus (prout hic) tribus solitis requisitis de quibus in *l. Titia Seio* 89. *§. Seia liberti*, *ff. de leg.* 2. quæ iuxta plenissimè notata *in decis.* 272. *num.* 1. *& seqq. part.* 6. *recentior. & in dicta Bononien. de Maluezijs in §. quod ratione in fin.*

Ex iam dictis autem firmata non existentia fideicommissi Vincentij Senioris reijcitur etiam prætensum fideicommissum deductum ex testamento Violantis in quo institutis Vincentio Ioann. Lisio, Ioann Baptista, & Francisco pro æquali portione decedenti sine filijs alios in tota hæreditate vocauit quibus de indè omnibus decedentibus eorum filios substituit. Vndè per obitum Ioann.
Lisij cum filijs † substitutio, vt supra expirauit dictique 10
filij quamuis vocati † non censentur tamen inter se gra- 11
uati, ex supra cumulatis.

Neque coniecturæ in contrarium allatæ tale onus reciprocum valent inducere. Prima enim deducta ex reci-

proca

proca inter primos, & sic magis dilectos ordinata deficiens, vt in proposito casu tribus solitis requisitis vehe-
12 mentium coniecturarum non sufficit † ad repetendum onus reciprocæ in subsequentibus, substitutionibus ad mentem Menoch. *consil.* 343. *numero* 4. *& seq. vsque ad finem*, & firmauit Rota coram Cardin. Seraphin. *decis.* 1023. *numero* 3. *& seqq. & clarius in recentior. decision.* 272. *numero* 20. *cum duobus seqq. part.* 6. *& decis.* 192. *numero* 19. *&* 20 *part.* 8. *& decis.* 425. *numero* 16. *part.* 9. vbi firmatur quod tale argumentum potiùs retorquetur dum quemadmodum Testator inter hæredes primi gradus in quibus reciprocam voluit eam adiecit id & in secundo institutis fecisset si in illis quoque eam voluisset.

Alia quoque deducta ex prohibitione alienationis non est apta inducere prætensam reciprocam de linea ad li-
13 neam † quia cum stet accessiuè, & executiuè ad substitutionem sub conditione si sine filijs ea deindè defecta per obitum Ioann. Lisij cum filijs nihil valet operari iuxta deducta per Rota *dicta decis.* 1023. *num.* 10. *coram* Cardin. Seraphin. *& decis.* 272. *num.* 16. *part.* 6. *recent.*

Tertia denique elicita ex perpetua exclusione fœminarum, vt pleno Iure hæreditas augeat, & conseruet in masculis debet intelligi eueniente casu substitutionis, quod instituti sine filijs decessissent, qui sicuti
14 non euenit ita † ex ea non censetur inductum fideicommissum reciprocum de linea ad lineam, vt optimè in proposito consuluerunt, Alex. *consil.* 59. *numero* 21. *vers. non obstat etiam lib.* 3. *& consil.* 139. *numero* 3. *lib.* 6. Soccin. Sen *consil.* 116. *col.* 4. *vers. quæ omninò non habent lib.* 3. Menoch. *cons.* 760. *numero* 10. Peregr. *de fideicommissis art.* 29. *num.* 39.

Et ita vtraque parte informante &c.

Fuit confirmata præsens Decisio coram eodem R. P. D. Calataiù sub diebus 4. Februarij 1669. & 10. Decembris 1670. quarum resolutiones suis loco, & tempore apponere curabimus.

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana seu Vlterbien. legati.

Veneris 25. *Maij* 1668.

ARGVMENTVM.

Legatum factum Viduæ pro alimentis debetur etiamsi illa transeat ad secunda Vota, quando non fuit factum contemplatione Viduitatis, & ex quibus hoc excludatur.

Alimenta non sunt recipienda in Domo hæredis si potest argui hoc testatorem noluisse, imò & si adsit iusta causa illa extra Domum hæredis recipiendi vtpotè matrimonium secutum, vel discordiæ, & lites inter ipsum alendum, & hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Viduæ censetur factum quatenus in eodem statu Viduali permaneat, & vide num.* 6.

Vnde mutato statu per coniugium censendum est euanuisse legatum tamquam cessauerit causa ob quam factum fuit, num 2.

3 *Alimenta debentur habito respectu ad substantiam, & qualitatem patrimonij.*

4 *Alimenta debentur ex fructibus bonorum, non autem ex pretio redigendo ex venditione proprietatis, vide num.* 15.

Quod procedit in alimentis incertis à Iudice taxandis, secùs in certis, & à testatore relictis pro quibus potest vendi proprietas, num. 5

6 *Legatum factum à Fratre Sorori Viduæ absque vlla conditione censetur potiùs factum causa sanguinis, quam viduitatis, & paupertatis.*

Vnde cessante etiam Viduitate, & paupertate debetur, num. 7.

8 *Legatum factum masculo, & fœminæ Viduæ sub eadem structura verborum, sicuti conditio viduitatis non potest masculo adaptari, ita fœminæ non censetur adiecta.*

Determinatio vna respiciens plura determinabilia ea pariformiter determinat, num. 8.

9 *Vsusfructus filio, & Vxori relictus non restringitur ad alimenta secundum consuetudinem Bulgari, cum talis restrictio non possit congruere filio.*

10 *Alimenta non sunt recipiendi in domo, & mensæ hæredis si testator alendum ad hoc non adstrinxesit.*

Et eo magis si existente hærede in vno loco in altero fuerit legata habitatio illis, cui alimenta sunt præstanda, num. 11.

12 *Alimentorum consequendorum extra domum hæredis iusta causa est matrimonium.*

Item discordiæ, & lites criminales inter alendum, & hæredem, num. 13.

Quæ procedunt etiam in filio astringente Patrem ad alimenta sibi præstanda, num. 14.

15 *Alimenta debita iure sanguinis sunt debita etiamsi oporteat distrahi proprietas bonorum.*

16 *Alimenta non sunt retardanda cum supposito, quod sint excessiua vltrà Statum Patrimonij, quando Status hæreditatis non sit benè firmatus, & patiatur difficultates.*

17 *Alimenta possunt à Iudice etiam non benè informato de Statu hæreditatis taxari ad aliquam summam sibi benè visam.*

DECISIO CCLVI.

DECISIONEM 17. Martij* 1666. qua taxata fuerunt alimenta Cæciliæ in annuis scutis 40. acriter impugnabat Camillus duplici medio. Primo quia Testator legando Cæciliæ tunc in statu viduili censetur id fecisse, † quatenus in eodem statu persisteret, *l. quod seruius, ff. de condit. caus. dat. l. cum quis, ff de solut.* Tiraquell. *in l. si vnquam in præfat. num.* 166. *& sequent. Cod. de reuocat. donat.* Surd *de alimen. tit* 7. *quæst.* 20 *num.* 22. Vndè mutata ipsius mulieris conditione per coniugium euanuit quoque eiusdem Legati conditio, † & ex tunc cessauit causa, ob quam Legatum est, *l. cum Pater, §. Dulcissimis, ff. de legat.* 2. *l. fin. in fin. Cod. de Testamen. manumiss.* Galganett *de condit. & demonstrat. part.* 1. *cap* 15. *num.* 14. *latè* Castill. *de alimen. cap.* 40. *num.* 1. 8. *&* 10. 1 2

Secundò principaliter, quia attento statu firmato de ordine Rotæ post d. resolutionem videtur hæreditatem ferre non posse hanc annuam quantitatem alimentorum, cùm eiusdem Creditum calculatis calculandis remaneat scutorum 374. 67. vt ex relatione data à Perito electo pro parte Camilli; dubium enim non est, alimenta deberi, † habito respectu ad substantiam, & qualitatem patrimonij, *l. si cum dotem, §. si autem in sæuissimo, ff. solut. matrimon.* Menoch. *cons.* 62. *num.* 5. Magon. *decis. Lucen.* 73. *num.* 23. *& sequent.* Surd. *dicto tract. tit.* 4. *quæst.* 20. *num.* 1. *& seqq. & aduertit decisio, quæ reuidetur sub §.* 1. sicuti etiam deberi ex fructibus, & redditibus Bonorum, † non autem vendi debere proprietatem, vt ex eius pretio quis alatur monet, Text. *in l. Ius alimentorum circa fin. ff. vbi pupill. educ vel morar. deb* Angel. *in l. Imperator in fin.* vbi refert ità cum Bart. *consuluisse, ff. ad Trebell.* Alex. *cons.* 10. *num.* 6. *lib.* 1. Menoch. *dicto consil.* 62. *num.* 6. Surd *dicto tit.* 4. *quæst.* 9. *num.* 1. *& sequen. vbi num.* 28. distinguit inter certam quantitatem alimentorum, ac incertam, & indeterminatam à Testatore relictam, vt primo casu ex clara voluntate Legantis si fructus non sufficiunt, suppleri debeat ex proprietate, † secùs in secundo casu, vbi scilicet agitur de alimentis opus habentibus liquidatione, ac Iudicis taxatione, qui tenetur sequendo in hoc potiorem, ac coniecturatam mentem Testatoris se restringere ad quantitatem reddituum, iuxtà Text. *in dicta l. Ius alimentorum, aliosque supra citatos, & hanc distinctionem comprobando amplexa fuit* Rota coram Buratt. *decis.* 73. *num.* 4 *cum multis sequent.* 3 4 5

His tamen non obstantibus placuit Dominis in decisis persistere, animaduertendo ad primum nos non versari in Legato regulari relicto quatenùs vitam viduilem seruauerit, sed in relicto à fratre Sorori simpliciter, & absque vlla conditione adiecta, † tunc enim 6

potiùs

potiùs ex sanguinis coniunctione quàm viduitatis, ac paupertatis intuitu Testatorem motum fuisse censetur, vt præter allegata in decisione, quæ reuidetur in puncto responderunt, Cephal. *conf. 216. numer. 23.* Honded. *consil. 47. numero 10. & 11. libr. 1.* Caualer. *decis. 212. & decis. 377. vtrobique num. 6.* Vndè non mirum si etiam
7 dicta viduitate, ac paupertate cessantibus † Legatum debeatur, cùm in concursu causa sanguinis, & naturalis affectio præponderat, Menoch. *de præsumpt lib. 4. præsumpt. 115 numero 9.* Rota *in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658. §. nec pietas causæ coram me, cum alijs in dicta decisione huius causæ, §. nec aduersatur*, & quemadmodum Angelo Patri contextualiter in hisce alimentis vocato non adaptatur, nec conuenit dicta vidui-
8 tatis conditio, † ità nec intelligitur adiecta respectu Sororis sub eadem verborum structura vocatæ, cùm vna determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinet, *vulg. l. nam hoc Iure, ff. de vulg. & pupill.* propter quod in simili dicimus, quod vsusfructus vxori vna cum filio relictus non restringitur ad alimenta secundum consuetudinem Bulgari, quia talis re-
9 strictio non congruit filio † contextualiter honorato, Cyriac. *controuers. 52. numer. 9.* Andreol. *controuer. 71. numer. 2. & 3. cum alijs in Firmana vsusfructus 5. Iulij 1666. §. Qua ratione coram me.*

Neque obstat in omnem casum, quod Cæcilia ad minùs grauandum hæredem teneatur alimenta recipere in
10 eiusdem Domo, & mensa, † quia præter quod id procederet vbi Testator eam ad id adstrinxisset, iuxtà cons. Bart. *5. numer. 1. vers. quod autem ipse libr. 2.* cuius con-
11 trarium potiùs colligitur, † dum hærede commorante Viterbij, Alimentariæ fuit legata habitatio Romæ, visa est Domini subsistere duplex responsio decisionis. Prima quod matrimonium sit sufficiens, ac legitima
12 causa consequendi † alimenta extra Domum hæredis, vt præter ibi adductos tradunt, Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. solut. 11. num. 113. vers. Idem si causa fo'. 433.* Rota *decis. 199. numer. 6. vers. sicut pariter part. 4 recentior.* Secunda verò, quod stantibus discor-
13 dijs, ac litibus etiam criminalibus † non tenetur Legataria habitare cùm hærede, sed alimenta habere potest, & debet extra Domum ipsius hæredis, Rota *dicta decis. 199. numero 6. vers. hic autem Anconitana alimentorum 14. Iunij 1649. coram Eminentissimo Domino meo Celso, §.*
14 *Iusta tamen*, & in fortioribus terminis filij † ad alimenta Patrem adstringentis firmatum fuit *in Bononien. alimentorum 4. Martii 1654. § bic autem*, & in alia *Bononien. pariter alimentorum 10. Maii 1656. coram Reuerendissimo Papien. §. non etiam.*

Ad secundum verò omisso, quod vbi alimenta de-
15 bentur Iure sanguinis sunt omninò præstanda † etiamsi proprietatem distrahi oporteat secundum Pret. *de interpret. vltim. volunt libr. 4. dub. 11. numero 73. vers. quartus casus, & ex eo* Surd. *dicto tract. & tit. quæst. 9. numero 38.* responderunt Domini non constare de statu hæreditatis ex Inuentario, ac relatione super indè allatis per Camillum vtpotè patientibus multas difficultates tam omissionis, quàm appositionis eorum, quæ non
16 erant apponenda. † Ideòque visum est ampliùs retardari non posse prouisionem alimentorum ad quantitatem supra taxatam, Marescott. *var. resolut. libr. 2. cap. 83. numero 12.* vbi quod in huiusmodi alimentis prouisio-
17 nalibus potest † Iudex etiam non benè informatus de statu hæreditatis, aliquam summam sibi beneuisam decernere, Rota *decis 549. per tot. part. 4. recentior. tom. 3.* & fuit dictum in præallegata *Bononien. alimentorum 10. Maii 1656. §. quia vltra coram Reuerendissimo Papien.*

Et ita vtraque &c.

Supra in præcedenti parte 14. recentiorum * adest altera præsentis causæ decisio emanata coram eodem Reuerendissimo D. Albergato Decano, sub die 17. Martij 1666. quæ est in ordine 442.

R. P. D. TAIA.

Maceraten. Alimentorum.

Lunæ 28. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Agitur in præsenti Decisione de alimentis, & sumptibus litis præstandis filio litiganti cum Patre, quando concurrit cum paupertate, quæ de iure præsumitur, bonum ius, quod resultare dicitur ex prohibitione facta à testatore, quod vsusfructus acquiratur Patri, & eo magis stante Clericatu filij, per quem vsusfructus est Patri interdictus etiam in bonis aduentitijs filij.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debentur filio litiganti cum Patre concurrente in eodem filio paupertate, & bono iure.*
2 *Paupertas præsumitur cum quilibet nudus egrediatur de vtero matris suæ.*
Et eo magis in filiofamilias cuius bonorum vsusfructus regulariter Patri acquiritur.
3 *Bonum ius filij litigantis cum Patre ex causa primogenituræ resultat, quando primogenituram instituens prohibuit acquiri vsumfructum Patri.*
4 *Pater non habet vsumfructum bonorum etiam Aduentitiorum filij stante Clericatu eiusdem, & vide numero 6. & 7.*
Clericatus probatur prima tonsura, num. 4.
5 *Clericatus an transferat in filium facultatem testandi inuito Patre.*
Et an hoc priuilegium requirat, quod incedat Clericus in habitu tonsura, & Ecclesiæ inseruiat, numero 6. & 7.
8 *Bonum Ius filij litigantis cum Patre resultat ex decisione Rotali.*
Quod non diminuitur per concessionem nouæ audientiæ, num. 9.
10 *Bonum ius collitigantis resultans ex sententia, non diminuitur per appellationem ab ea interpositam.*
11 *Alimentorum taxatio considerata persona, & bonis remittitur arbitrio Iudicis, & num 12.*
Et eo magis sumptuum, & expensarum litis, perpensa differentia inter hæc, & alimenta, num. 13.

DECISIO CCLVII.

ALIMENTA à Marco Antonio Patre deberi Iulio Cæsari filio vti litiganti cum Patre in summa scuta 200. annuorum Domini responderunt satis concurrentibus paupertate, & † bono Iure Iulij Cæsaris cele- 1
berrimis requisitis, *§. de inoffic. testamen. Nepos l. si instituta 27. ff. de inoffic. testamen. & ibi glos. verb. Decerni, & cum alijs* Rota *decis. 211. num. 1. part. 11. recent.*

Paupertas præsumpta est tam generaliter, quàm † 2
quilibet nudus egreditur de vtero Matris suæ, tum etiam specialiter in filio familias, cuius etiam bonorum vsusfructus regulariter quæritur Patri, *§. Igitur liber. institut.* 1
per quas person. cui lib. acqu. & præsumptio sufficit, nisi tollatur probatione contraria, Rota coram Ludouis. *de-* 1
cis. 498. numero 5. & decis. 124. numero 9. part. 8. decis. 50. numero 5. part. 9. recentior. neque controuertebatur paupertas adeò diuitiæ non probabantur.

Bonum Ius in Primogenitura, & vsufructu controuer- 3
so consistit ex infrascriptis Iulius Cæsar Auus duas condidit Primogenituras, alteram Marco Antonio Primogenito filio 12 Octobris 1630. alteram Fabritio Secundogenito, & huius linea finita, & extincta voluit, vt succedat Iulius Cæsar Iunior Primogenitus Marci Antonij dilectissimus, & amatissimus Nepos in Instrumento 27. Martij 1642. & deindè testando dixit: *Perche Giulio Cesare Iuniore mio Nipote succede nella Primogenitura del Padre, & entrerà in possesso della Primogenitura fatta al q. Fabritio mio figlio, &c. Di più prego il detto Giulio Cesare Iuniore mio Nipote, che dopo la mia morte entrerà à godere*

dere questa Primogenitura, e goderà l'entrata di essa à spendere detta entrata in souuenimento de fratelli, che vorranno attendere alle virtù, e ricordarsi di me con spendere, &c. & Marco Antonio filio instituto, proindè substituit alios eius filios suos Nepotes in testamento 28. Maij 1655. Addebat Iulius Cæsar verba ipsius Iulij Cæsaris Aui ad se ipsum Nepotem: *In modo che Vostro Padre di tutti questi miei haueri, non possi godere pur vn baioco, &c.* in episto-
3 la 2. Augusti 1658. Vndè † satis bono Iure visum fuit à
filio præiendi prohibitum vsumfructum Patri, *ad authent. excipitur, Cod. de bon. quæ liber. cum ibi notat.* Castill. *de vsufr. cap. 3. à num. 36.* Rota *decis. 547. à num. 4. part. 4. recent.*

Superaddebat Iulius Cæsar Clericatum suum ex pri-
4 ma Tonsura 11. Augusti 1657 † & indè priuilegium bo-
norum etiam aduentitiorum libertatis ab vsufructu Patris ad tradita à Spin. *de testamen. in glos. rubr. part. 4. num. 22. & 23.* Bellett. *disquisit. Cleric. de bon. Cleric. §. 7. num 5. & num. 18 vers. Et hoc procedit part. 1.* Squillan. *de priuil. Cleric. cap. 12. num 2. & 5.* Gratian. *decis. Marches. 49. num.*
5 *42. à vers. Imò Clerici*, & cum sua facultate testandi, †
adeò vt à multis pro cauthela tradatur acceptatio primæ Tonsuræ pro facultate testandi Patre inuito, Bellett. *dicto §. 7. num. 25. part. 1.* Gratian. *dicta decis. 49. numer. 46. vers. Ex quibus datur cauthela*, sed contrarijs multis, & cum ipsis Pater Boss. *de Patr. pot. cap. 5. à num. 17. ad numer. 181.*

Sed neque ex facto probatum à Iulio Cæsare beneficio Ecclesiastico se Clericalem habitum, & Tonsuram
6 deferre, † & alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inser-
uire ad Sacr. Concil. Trident. *cap. 6. de reformat. sess.* 23 neque in Iure decisum, secus cum ea requirant, Barbos. *ad authent. Presbyt. Cod. de Sacros. Eccles. num 3. vers. Credit. tamen ipsi* Spin. *dicta part. 4. dicto num. 23. vers. At verò hodiè* Bellett. *dicto §. 7. num. 26.* P. Molin. *de iust. & iur. disput.* 138. *vers. Credo tamen, & disput. 231. sub vers. item quasi* Castrensia Gratian *ad decis. 49. in addit. in fin. cum aliis.* P. Boss. *dicto cap. 5. num. 183. vers. Et quod præfato*
7 *priuilegio contradicente tamen*, † P. Sanchez *in decalog cap.*
13. num 34 lib. 7. & aliis apud Barbos. & Boss. & Squill. *dicto cap 12 num. 8.*

8 Et confirmatum est bonum Ius; † tum ex decisione
inter has partes *Maceraten. Primogenituræ, seu vsusfructus 23. Iunii 1664. coram R. P. D. meo Priolo*, cui absenti subrogatus fuit tum ex contentione Patris contendentis vsumfructum per quandam declarationem Testatoris cauentis præiudicium Marco Antonio in vsufructu, & quamquam Marcus Antonius argueret declarationis veritatem, & validitatem ex negligentia Iulij Cæsaris in prosecutione causæ Iulius Cæsar redarguebat ex inopia sua, & negligentia Marci Antonij, qui potiùs alimenta controuerteret, & hactenùs multa soluisset, plura etiam soluturus

9 Non obstitit † noua audientia post decisionem, iam
dici concessa Marco Antonio, quia nec obstat appella-
10 tio † post sententiam, vt per celebrem, Text. *dicto §.*
de inoffic. sæpè responsum est Rota coram Buratt. *decis. 906. num. 7. & dicta decis. 50. num. 5. à vers. Præsumptio boni iuris cum aliis allegatis*, maximè quod Marcus Antonius à 23. Iunij 1664. nihil adhuc attulit ad recedendum à decisis.

Domini taxarunt alimenta in supradicta quantitate scut. 200. annuorum considerata persona, & bonis Pri-
11 mogenituræ descriptis à Iulio Cæsare, † quantum mo-
derato Iudicis arbitrio fuerit æstimandum, *l. vltim. Cod.*
12 *de ordin. cognit.* & quod taxatio alimentorum, † &
sumptuum litis remittatur arbitrio Iudicis tradunt adnotata ad Buratt. *decis. 707. num. 8 &* Rota *decis. 500. num. 2 vers. Cum æstimatio part. 4. diuers.* & præcipuè per-
13 pensa differentia alimentorum, & expensarum litis,
Cost. *subsid. remed. 100 nu. 14. ad* Rota *d. decis. 500. n. 2. vers. Neque visa est.*

Et ità vtraque, &c.

Fuit confirmata præsens Decisio coram eodem R. P. D. meo Taya sub die 15. Februarij 1669. vt inferiùs in sequenti volumine adducetur.

R. P. D. CALATAIVD

Ciuitatis Castellanæ bonorum.

Lunæ 28. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Quoniam donatio facta sub expressa mentione mortis, in qua vlteriùs adhibiti sint quinque testes, verè dicitur donatio causa mortis, ideò non comprætenditur sub statuto simplicitèr de donatione loquente, minusque etiam aliquam insinuationem requirit; Vocatio actiua de filijs in conditione, positis à Statuto resultans, non rectè infert ad passiuam, quod ijdem filij censeantur ex indè grauati; Trebellianica, quando detrahatur vel nè de substitutione facta piæ causæ; Et demum quando vidua permanens in domo viri, licèt forensis, adhuc retineat ciuilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Donatario competit associatio vigore clausulæ,* constituti, præcarij, *& facultatis capiendi possessionem propria auctoritate in donatione compræhensæ.*

2 *Immissio vigore legis finalis datur hæredi docto de testamento non abolito, neque cancellato.*

3 *Donatio facta sub explicita mentione mortis, causa mortis esse dicitur.*

4 *in Donatione causa mortis adhibentur quinque testes.*

5 *Insinuatio de iure non requiritur in donatione causa mortis.*

6 *Insinuatio ex forma statuti requisita non requiritur in donatione causa mortis.*

Amplia quia nec etiam est necessaria vigore statuti Vrbis, vel statuti Castri, & Ronciglioni, ibid.

7 *Statutum Vrbis vel aliud simile loquens de donationibus, non habet locum in donatione causa mortis.*

Donatio causa mortis dicitur impropriè donatio, ideòque non cadit sub statuto de donationibus, num. 7.

8 *Fideicommissum ordinatum si quis decederet sine filijs, per natiuitatem filiorum dicitur caducatum.*

9 *Partio alterius ex filijs fideicommisso grauati si sine filijs decederet, eo cum filijs defuncto transit ad illius filios ex Statuto Vrbis vocatos.*

10 *Filij in conditione positi, & ex statuto vocati non inde censentur grauati restituere patruo portionem proprij parentis.*

Vocatio actiua non infert ad passiuam in statuto vocante filios in conditione positos, num 10.

Subiecta materia attenditur ad effectum ex actiua inducendi passiuam vocationem, num. 10.

11 *Substitutio facta si omnes decederent sine filijs quatenus expiret altero ex institutis deficiente cum filijs, & quomodo intelligatur, num. 13.*

12 *Dictio, alijs, dicitur similitudinaria, & importat relationem, ac etiam repetitionem eiusdem qualitatis inducit.*

14 *Trebellianica non detrahitur, vbi est substituta causa pia.*

15 *Trebellianica detrahitur etiamsi fuerit substitutus locus pius, quando substitutio non est immediata, sed mediata, & dependet ab euentu substitutionis alterius.*

Cautio de restituenda trebellianica fauore piæ causæ, quando admittatur atque seruetur, num. 15 & 17.

16 *Septuagenarius filios etiam habere potest, quamuis careat vxore.*

18 *Mulier vidua adhuc permanens in domo, & obsequijs familiæ sui viri non reputatur forensis sed retinet domicilium, & ciuilitatem eiusdem viri.*

Vidua permanens in domo, & obsequijs familiæ viri quamuis forensis non prohibetur acquirere bona, quorum acquisitio forensibus denegatur, num. 18.

19 *Immissio non debetur in bonis, quæ cum altero prætenduntur communia, si illorum acquisitio proprio nomine facta sit*

Communio semper excluditur donec de ea legitimè non constiterit, num. 19.

DECISIO CCLVIII.

DONAVIT Petrus Iunior de Pettis Paradisæ Matri
omnia sua bona causa mortis eamdemque Ioseph
alter filius, & frater respectiuè Petri supradicti hæredem
pro medietate instituit, & ad aliam medietatem vocauit
Franciscum Patruum, contra quem prætendentem om-
nia bona vtriusque nepotis in vim fideicommissi à Petro
Seniore instituti ad se pertinere, introduxit Paradisa Iu-
dicium coram A. C. Bulgarino, à quo mandatum de im-
mittendo pro indiuiso cum dicto Francisco in bonis Iose-
phi, & de associando ad illa donata à Petro Iuniore repor-
tauit. Deuoluta autem causa ad Rotam proposui du-
bium de more: An, & pro qua parte Paradisæ sit danda
immissio, seu associatio, & DD. iuxtà modum inferius
exprimendum responderunt.

Habet enim pro obtinenda associatione ad bona dona-
ta fundatam intentionem in Instrumento donationis, de
quo in eius *Summ. num.* 3. Cumque illud contineat solitas
clausulas præcariis, & constituti, & facultatem capiendi
1 possessionem propria authoritate earum † vigore Dona-
tariæ competit associatio, *l. Credit. 3. C. de pignor.* Rota
*in Bononien. Quintæ, seu associationis 5. Iulii 1660. coram
R. P. D. meo Emerix §. nam quemadmodum, & in Eugubi-
na Donationis 7. Iunii 1662. coram Eminentiss. D Cardin. Vi-
cecomite §. docet enim*, prout etiam pro obtinenda immis-
sione in bonis Iosephi docet de illius testamento non abo-
2 lito, neque cancellato † quod sufficit ad effectum eam ob-
tinen., *ex l. fin. C. de edict.* D. Adr. toll. *ex vulg.*

Petitam autem associationem non valet impedire
obiecta nullitas non factæ insinuationis, quia cum dona-
tio fuerit causa mortis, vt patet ex verbis illius, *dicto
Summar. num. 3.* ibi: *Decreuit infrascriptam causa mortis
donationem*, & rursus; *Hanc autem donationem causa mortis
fecit*, quæ vti explicitam mentionem mortis facientia
3 † donationem causa mortis important, *l. Seia 11. in fin. ff.
de dot. præleg. & l. Seia 42. §. fin ff. de don. causa mortis*, in qua
4 cum vlterius adhibiti fuerint quinque testes, † prout fieri
solet in similibus donationibus causa mortis, iuxt. Text.
*in l. fin C. de don. causa mortis, & in l. fin. §. fin. C. de Codicill &
5 l. fin. C. de fideicom.* etiam inspecto iure communi † non
erat necessaria insinuatio, vt abrogata *l. Constantini*, de
qua in *l. Donatio 25. C. de donat.* statuit *Iustinian. Imper. in
l. cum de mortis causa 4. C. de donat. caus. mort.* minusque
ea requirebatur ex statuto particulari Castri, & Roncilio-
nis, dato in *Summar.* Franc. *num. 7. & alio Vrbis in c.* 150.
6 quia cum † vtrumque loquatur generaliter de donationi-
7 bus † non comprehendit donationem causa mortis quæ
dicitur impropria donatio, & non cadit sub statuto de do-
natione loquente, iuxtà dictum Bart. *in l. fil. fam. 7. num.
1. ff. de donat.* cum cumulatis à Fenzon. *ad d. cap.* 150. *nu.* 3.
& d. Rota coram Buratt. *dec. 461. num.* 2.

Firmata itaque donatione Petri Iunioris, fideicommis-
sum alterius Petri Senioris non est aptum impedire Para-
disæ immissionem petitam, quia ille hæredes vniuersales
instituit *Franciscum, Carolum, Dominicum, & Antonium
filios, & si aliquis ipsorum in pupillari ætate, vel aliàs quan-
documque decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, tunc
& en casu succedere voluit superuiuentes, & eorum, ac
præmortuorum filios in stirpes, & non in capita: Omnibus
verò decedentibus sine filiis legitimis, & naturalibus substi-
tuit cippum suæ domus*, & aliàs latiùs prout in Testamen-
8 to dato *Summ. Paradisæ num.* 1. † Vnde per natiuitatem
Petri Iunioris, & Iosephi filiorum Caroli fideicommis-
sum caducatum remansit, iuxtà Text. *in l. Pater Seueri-
nam 101. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & in l. ex facto 17.
§. si quis autem. ff. ad Trebell. & in l. iubemus 6. §. fin. autem,
C. eodem, & in l. 1. C. de condit. insert. cum aliis*, quæ in se-
quela *vulg. cons. 21. Oldrad.* solent adduci, & portio Caro-
li, quæ erat semis ob prædecessum Dominici, & Antonii
9 † libera peruenit ad Petrum Iuniorem, & Iosephum po-
sitos in conditione, ac ex Statuto Vrbis dispositiuè voca-
tos ex plenissimè congestis in *Romana Domus 28. Martii
1667. §. sed primum coram R. P. D. meo Albergato*, qui fi-
lii nati licet per statutum vocati, non inde censentur gra-
10 uati restituere Patruo portionem proprii Parentis, † cum
in subiecta materia non admittatur illatio de vocatione
actiua ad passiuam iuxtà veriorem opinionem, quàm te-
net Ripa *in l. centurio num. 168. ff. de vulg. & pupul.* Paris.
cons. 31. num. 28. lib. 2. Rot *decis. 463. num 5. par. 4. tom. 2. re-
cent. &* coram Reuerendiss. Royas Episcopo Abulen. *de-
cis. 87. num. 6. & Ciuitatis Castelli prætensorum fideicom-
missorum 25. huius mensis coram me, vbi sequen. decisionem
87. num. 5.* ampliatur conclusio præsertim stante dictione
in stirpes, quæ actiuam non verò passiuam respicit substi-
tutionem.

Nec refragatur, quod cum vltimo loco Petrus Iunior,
& Ioseph sine filiis decesserint inde sit purificata substitu-
tio fauore Francisci vti de Cippo Domus de Pettis cum
enim talis vocatio concepta fuerit sub conditione, si om-
nes sine filiis decederent, † ibi: *Omnibus verò decedentibus* 11
sine filiis substituit cippum suæ domus, per obitum proinde
Caroli cum filiis expirauit substitutio prædicta ex iuribus
supra relatis, quod etiam procedit stantibus verbis, *& sic
in aliis filiis, & hæredibus toties, quoties casus supradictus
euenerit*, quia intelliguntur de filiis, & hæredibus institu-
tis siue attenta dictione † *aliis*, quæ vti similitudinaria 12
importat relationem, ac repetitionem eiusdem qualita-
tis, ad text *in l. quidam relegatus 6. ff. de reb. dub.* Fusar.
cons. 97. num. 4. siue altera dictione *toties quoties casus eue-
nerit*, quæ casum decedentiæ † cuiuslibet sine filiis de- 13
monstrat, vt relata *Glos. in l. cum quæstio 23. C. de legat. &
in l fin. C. de indict. viduit. toll.* probat Barbos. *de dict. vsu-
freq. dict. 336. num.* 2.

Cæterum quia Carolus suum quoque condidit Testa-
mentum institutis Petro Iuniore, & Iosepho filiis suis il-
lis quandocumque decedentibus sine aliis Franciscum
Fratrem substituit; Ideò purificata vocatione Francisci
ob prædecessum dictorum Institutorum sine filiis ponde-
randū venit quæ portiones cadere possint in donatione Petri
Iunioris fauore Paradisæ, & quæ veniant in testamento
Iosephi.

Circa quæ præmittendum est, quod per præmorien-
tiam Dominici, & Antonii tota hæreditas Petri Senioris
deuenit pro semisse ad Franciscum, & pro alio ad Caro-
lum, De isto semisse tres vnciæ spectabant ad Petrum
Iuniorem, & Iosephum vti positos in conditione ac ex
statuto dispositiuè vocatos, & Carolus de illis dumtaxat
tribus vnciis, quæ pro legitima, & Trebellianica sibi
competebant disponere poterat fauore Francisci, sed ad-
huc ex istis tribus vnciis est detrahenda nomine dictorum
filiorum Caroli una uncia cum dimidia pro eorum Legi-
tima, & Trebellianica, † quæ licet quando est substi- 14
tuta pia causa regulariter non detrahatur, vt probant
DD. in l. Marcellus, ff. ad Trebell. non procedit tamen
conclusio quando eius vocatio est mediata, & pendens à
conditione si Franciscus sine filiis decedet, tunc enim ra-
tione interusurij medij temporis permittitur detractio
Trebellianicæ † præstita solita cautione de ea restituen- 15
da quoties fauore piæ causæ fideicommissi casus euene-
rit, vt est Text. *ad literam in l. in lege falcidia 45. ff. ad l.
falcid.* ibi: *Non habetur pro puro, quod in diem relictum est
medii enim temporis commodum computatur, & in l. sed si
non seruus 36. §. fin. ff. eod.* Peregrin. *de fideicomm. art. 3. n.*
65. Cancer. *var. lib. 1. cap. 2 numer. 12. vers. quod intellige*,
Crass. *de successf. §. Trebellianica qu. 6. num. 3. vers. quod ta-
men intellige*, Ciroc. *disceptat. 6. num. 34. cum cumulatis in
Roman. legitimæ 13. Martii 1665. coram R. P. D. meo Taia
in fin.* quod etiam procedit, etsi Franciscus sit septuagena-
rius, & sine vxore, cum enim non sit impossibile ipsum
in ea ætate filios suscipere posse, † vt pluribus relatis, di- 16
xit Rota in *Romana Primogenituræ 7. Maii 1657. §. fin. cor.
bon. mem. Dunozetto*, casus vocationis piæ causæ non di-
citur omnino certus, sed remanet cum aliqua dubietate,
qua † mediante eidem eidem sucurritur per cautionem, 17
vt inquiunt DD. supra relati vltra quos articulo maturè
discusso firmauit Rota *in Mediolanen. bonorum 27. Aprilis
proximi præteriti coram R. P. D. meo Carpineo §. Sed maior
cum seq.*

Ex istis ergo quatuor vnciis cum dimidia, duæ, & vna
quarta cadunt in donatione Petri Iunioris, & alia vncia
cum medietate alterius quartæ veniunt sub institutione
Iosephi, & pro quibus associatio, & respectiuè immissio
Paradisæ debetur.

Nec impugnari potest prædictum testamentum Iosephi
sub prætextu, quod Statutum Terræ Caprarolæ sub rubr.
41. Forensibus etiam in vltimis voluntatibus reliquere
omnino prohibeat, quia cum de tempore obitus Iosephi
adhuc Paradisa esset Vidua, & moraretur in domo serui-
tiis, & obsequiis familiæ † viri ad effectum de quo agitur 18
non reputatur Forensis, sed retinet domicilium, & ciui-
litatem Ciuitatis viri, & per simile statutum acquirere
non prohibetur, vt est bonus *text. in l. filii 22 §. Vidua, ff. ad
municip.*

municip. & de Incola Rot. *dec.8. & decis.* 108. *vtrobique n.* 4.*post* Gilian.*ad Stat.Perus.* & in puncto consuluit Soccin. Sen.*cons.*81.*n.2.& seq.lib.*3.Ciriac.*contr.*273.*n.*43. *cum seq.*

Maior autem difficultas fuit circa bona quæsita à Francisco post obitum Caroli, quæ licet ex multis facti circumstantiis valde dubitari possit an fuerint communia eiusdem cum filiis Caroli attamen, quia acquisitiones viden-
19 tur factæ nomine proprio ipsius Francisci super † illis Paradisæ non debetur immissio, donec enim de contrario non constet communio inde censetur exclusa, *ad text. in l.cum duobus* 52. §.*Papinianus*, *ff. pro socio*, *& ibi* Bald.*nu.* 2. *vers. sed quid si sint*, Ciriac.*contr.*470.*nu.*28. cum cumulatis in *Viterbien. Pecuniaria* 4 *die huius mensis coram me* §. *Comprobatur*.

Et ita vtraque parte &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D Salataiu sub diebus 30. Maii 1670. & 26 Ianuar. 1671 qua die fuit vlterius per allud dubium particulare etiam denegata admissio articulorum.

R. P. D. O T T A L O R A.

Postea Præside Granatesi.

Tirasonen. Beneficii.

Lunæ 4. *Iunii* 1668.

A R G V M E N T V M.

Nuntius Apostolicus quia habet facultatem conferendi beneficia etiam reseruata infra tamen valorem ducatorum 25. ideò non solum conceditur remissoria ad dictum valorem probandum, sed admodum dubitatur an in facultatibus prædictis compræhendantur ea beneficia, quæ vltra redditus dictorum ducatorum 25. habent etiam alios fructus ratione laboris, & seruitij Beneficiato debitos.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria nec etiam in beneficialibus denegatur vbi concurrit releuantia materiæ articulatæ, illiusque fumus.*

2 *Causa vbi reperitur commissa cum clausula*, appellatione remota,*tunc eo facilius remissoria conceditur*

3 *Nuncius Apostolicus vigore suarum facultatum confert quæcumque beneficia etiam reseruata dummodò non excedant valorem ducatorum 24*

4 *Fumus materiæ articulatæ, ex quibus resultet.*

Libri repartitionum Ecclesiæ præbent fumum ad effectum probandi fructus beneficii eiusdem Ecclesiæ num. 4.

Testes, & iura informia præbent sufficientem fumum materiæ articulatæ, num. 4.

5 *Fructuum incertorum alicuius beneficii existentia excluditur ex probatione non adesse alios fructus, quàm specificatos.*

6 *Fructus debiti Beneficiato ratione residentiæ, vel seruitii computandi nè sint in fructibus beneficii ad effectum illius valoris.*

Nuncii in facultatibus conferrendi beneficia infrà valorem ducatorum 25. compræhendantur ne redditus debiti Beneficiato ratione laboris, vel seruitii, n 6.

7 *Dubietas articuli an probationes faciant ad causam vel non semper facit concedendam esse remissoriam.*

D E C I S I O CCLIX.

De beneficio simplici Parochialis Ecclesiæ loci de Mores Transonesi Diœcesis vacante per obitum Martini Andreæ in Mense Sedi Apostolicæ reseruato, fuit ab eadem Sancta Sede Prouisus Ioseph Vela; Reuerendissimus verò Hispaniarum Nuntius in vim suarum facultatum illud contulit Francisco Franco, qui ad probandum huiusmodi collationem cadere sub dictis facultatibus eo quia valor non excedit ducatos viginti quatuor auri de Camera exhibitis in actis pluribus articulis instetit pro remissoria, quàm Domini concedendam esse dixerunt.

Quotiescumque enim concurrit releuantia cum fumo denegari non solet remissoria † etiam in beneficialibus, 1
vt dixit Rota *dec.*1.*num.*2.*& 3.part* 11.*rec.*& alibi passim; multòque magis quando vt hic causa reperitur commissa cum clausula, *appellatione remota* † Caual. *decis.* 59. *num.* 2
1.Gregor. *decis.*562.*in fine ibi adden & decis.*36. *num.*4.*par.* 4. *recent.*

Releuantia est clara, nam cum omnes articuli tendant ad probandum, quod omnes fructus dicti beneficii non excedunt summam ducatorum vigintiquatuor, inde resultat subsistentia collationis Reuerendiss. Nuntii, † 3
qui potest vigore suarum facultatum conferre omnia beneficia reseruata dictum valorem non excedentia, vt firmant Garz. *de benef.par.*5.*cap.*3.*num.*182.Castropal. *tract. moral.*13.*de benef.disp.*2. *punct.* 26. Rot. *decis.* 512. *part* 3. *dec.*357.*par.*10.*recent.& dec.*172. *&* 221.*coram Eminentissimo Card. Otthobono.*

Fumus verò desumitur non solum ex testibus coram Nuntio examinatis de tempore vacationis pro habenda informatione an intrarent eius facultates Summ. Francisci num.2. † sed etiam ex partitis extractis ex publicis li- 4
bris repartitionum istius Ecclesiæ dicto Sum. num. 3. qui testes, & iura quamuis informia præbent sufficientem fumum ad hunc effectum, Cassad. *decis.*3 *de dilat. num.*2. Gregor. *decis.*173.*num.*1.*& decis.*100.*num.* 9 *&* 10.*part.*10. *recent.*

Non obstat, quod articuli non loquantur, nisi de fructibus certis beneficii; & in facultatibus Reuerendissimi Nuntii computari debeant etiam fructus incerti; Quia dum articulatur non adesse alios redditus, vel emolumenta præter articulata, & quidem cum negatiua coarctata, quod si alia adessent testes scirent, vt patet ex secundo articulo, † hinc excluditur existentia fructuum in- 5
certorum, & quatenus existant aliqui debiti Beneficiato ratione residentiæ, vel seruitii non parum dubitari poterit, an illi computentur in valore † pro exclusione facul- 6
tatum eiusdem Reuerendiss. Nuntii, prout negatiuam opinionem tenet Garz. *de benef. part.*5 *cap.*3.*num* 158. *vsque ad* 160.Rota *dec.*745.*par.*3.*diuers.* ratione cuius dubietatis semper conceditur † remissoria, vt dictum fuit in 7
Leodien.Nullitatis Matrimonii 23. *Martii* 1667.*coram R. P. D.meo Carpineo.*

Et ita vtraque &c.

R. P D. B E V I L A C Q V A.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Firmana fideicommissi.

Lunæ 4 *Iunii* 1668.

A R G V M E N T V M.

Dos sine difficultate detrahitur de bonis fideicommissi vigore, *authenticæ res quæ C. commun. de legatis*, sed an huiusmodi detractio fieri possit etiam in fideicommisso particulari, & non obstante constitutione minoris dotis, ac prohibitione alienationis à testatore facta, hic Magistraliter traditur, & successiuè declaratur materia congruitatis, vel incongruitatis eiusdem dotis, & à quo etiam illa probanda sit.

S V M M A R I V M.

1 *Bona fideicommissi possunt alienari pro constitutione dotis.*

2 *Dispositio* Authenticæ res quæ C. communia de legatis *habet etiam locum in fideicommisso particulari non existentibus bonis liberis, & non obstante prohibitione alienationis.*

3 *Bona fideicommissi alienata pro dote remanent libera perinde, ac si numquam fideicommisso fuissent supposita, & num.* 9. *cum seqq.*

4 *Bona*

4 *Bona fideicommissi alienata pro dote remanent obligata debitis ipsius personæ dotatæ.*

5 *Subhastari debent bona debitoris posteà quàm contra illum fuit relaxatum mandatum, & facta executio.*

Subhastationi locus esse debet ad hoc, vt tandem litium sit finis, num. 5.

6 *non Existentia bonorum liberorum præsumitur fauore dotis iam constitutæ, vel restitutæ, nisi contrarium ab altera parte plenè, & concludenter probetur.*

7 *Dos simpliciter constituta in bonis fideicommissi absque vlla mentione illius censetur tradita tamquam libera.*

8 *Bona fideicommissi data in dotem vigore* Auth. res quæ, *muliere sine prole defuncta, reincidit in fideicommissum secundum opinionem Baldi, & aliorum.*

Contrarium tamen seruat Rota Romana, iuxta magis communem Doctorum sententiam, num. 9. & seqq.

9 *Bona semel extracta à fideicommisso pro solutione, vel restitutione dotis, numquam reincidunt in fideicommissum, etiam si mulier sine filiis decesserit.*

10 *Matrimonii reliquiæ etiam si non remanserint, adhuc extractio dotis de bonis fideicommissi remansit consumpta, ideò illa numquam reincidit in fideicommissum, & num. anteceden. & sequen.*

11 *Bona pro constitutione, vel restitutione dotis extrahuntur de fideicommisso tamquam æs alienum, & ab initio nullatenus in fideicommisso comprehensa.*

13 *Dotis excessus venit ab allegante probandus.*

Dos ex præsumptione iuris dicitur esse congrua, numer. 13.

Dos semper de iure præsumitur congrua, si eo magis pro congruitate concurrunt solitum regionis, & qualitas personarum, num. 13. 14. & 15.

14 *Congruitatem dotis ad firmandam simulque constituendam, attendenda sunt Regionis consuetudo, & qualitates personarum, & num. 15.*

16 *Dos à testatore fideicommittente constituta si tempore traditionis non erat amplius congrua suppleri debet de iisdem bonis fideicommissi, & numeris seqq.*

17 *Dos quæ vno tempore congrua erat, non indè alio tempore congrua dici potest.*

Dotes non semper corrunt eodem modo, nu. 17.

Dotes in dies semper augentur, num. 17.

19 *Dos vsque ad illius congruitatem augere debet non obstante illius constitutione, & præcepto à testatore factis, & supra num 16. cum seqq.*

Testator si viueret præsumitur, quod dotes suarum descendentium ab eo constitutas augeret secundum temporum, & varietatem morum, adhoc vt illæ, commodè nubere possent, num. 19.

20 *Executio vigore obligationis cameralis non retardatur per exceptiones fideicommissi, vel alias requirentes altiorem indaginem.*

Amplia, & fortius hoc procedere in dote, ibid.

DECISIO CCLX.

SVper prædio de quo agitur vti hæreditario Diamantis, & successiuè Francisci de Amorattis illius hæredis coram Vicario Firmano concurrebant illudque subhastari instabant Marcus, Antonius, & Ioseph eius filius de Conuentatis illorum Creditores, è contra verò vigore fideicommissi Bartholomæi Senioris in eiusdem possessionem immitti contendebant Valerius, & alii de Amorattis, quamobrem disputato dubio vtrùm locus esset subhastationi seu potius danda esset immissio placuit Dominis pro nunc decernere locum esse subhastationi pro medietate Prædii reseruando alteram medietatem particulari disputationi

Siquidem super medietate visum fuit cessare omnem difficultatem, quia defuncto Bartholomæo Testatore vltimo loco successerunt in eius fideicommisso Bartholomæus, & Hieronymus pro æquali portione; vnde Franciscus filius Hieronymi benè potuit prædium à se posses-
1 sum pro medietate ad ipsum spectante † dare in dotem Diamanti Sorori vigore, *authenticæ res quæ, C. commun. de legat.* cuius dispositio locum habet etiam in fideicommisso particulari non existentibus bonis liberis, † & non 2
obstant speciali alienationis prohibitione, Fusar. *de substit. quæst. 531. num. 58.* Rota coram Merlin. *decis. 657. num. 16. & sequen. & post* Zacchiam *de obligat. Camer. decis. 189. num. 8. & in recent. decis. 266. num. 3. & 4 part. 10. & in Firmana fideicommissi 21. Maii 1660. §. cæterum coram R. P. D. meo Taya.*

Per quam Dotis constitutionem dicta medietas Prædii exiuit de fideicommisso, † & remansit libera perinde, ac 3
si illi numquam fuissent supposita, *l. Mulier, §. cum proponeretur, ff. ad trebell. glos. in dicta authentica res quæ verb. obligationem, C. commun. de legat.* Soccin. Sen. *cons. 23. nu. 6. lib. 3.* Fontanell *de pact nupt. clausula 5. glos. 1. par. 2. num. 49. & seqq.* Rot. *decis. 209 num. 7. part. 1. rec. & in Bononien. Domus 1. Iulii 1661. §. quia cum dicta Domus coram Reuerendiss. Domino meo Decano*, & consequenter subiecta debitis dd. Diamantis, & deinde Francisci eius hæredis † pro quo 4
rum solutione, & satisfactione cum fuerint relaxata mandata ad fauorem illorum de conuentatis, & facta executio super Prædio controuerso † meritò censuit Rota 5
procedendum esse ad vlteriorem executionem, & subhastationem Prædii pro dicta medietate, vt tandem litium sit finis, vt respondit Rota *dec. 174. num. 1. & 2. par. 9. & decis. 40. num. 1. par. 11. rec.*

Non existentia aliorum bonorum liberorũ præsumitur fauore dotis de bonis fideicommissi iam constitutæ, † seù 6
restitutæ, nisi exaduerso concludenter probetur contrarium, Gratian. *discept. 331. num. 22. cum seqq.* Franc. Ant. Costa *cons. 89. num. 10. & seqq.* Rota *decis. 312. in fin part. 6. & decis. 451. num. 19. part. 9. & decis. 242. num. 3. cum duobus seqq. & num. 6 & 7 & dec. 273 num. 4. par. 10. & dec. 213. nu. 10. par. 11. recent. & decis. 153. num. 6. & seqq. coram Reuerendiss. Royas.*

Nec dici posse putarunt Domini portionem prædii datam fuisse in dotem cum onere fideicommissi, † quia cum 7
nulla facta fuerit mentio illius, dos libera, & sine onere constituta censetur, Rota coram Royas *decis. 163. nu 18. & seqq. & decis. 193 num. 17. & decis. 461. num. 15. & seq. par. 9. recent.*

Minus etiam subsistere visum fuit, quod per obitum Diamantis sine filiis, † prædium redeundo ad Franciscum 8
dotantem reinciderit in fideicommissum, iuxta opinionem Bald. *cons. 77. num. 2. lib. 4.* quem sequitur Peregrin. *de fideicomm. art. 82. num 25. & 28.* Martius Medices *examin. 2. num. 99.* Quia Dominis placuit contraria sententia † fir- 9
mans, quod res semel de fideicommisso extracta pro constitutione, vel restitutione dotis semper remaneat libera, quamuis dotata decesserit sine filiis, sicque nullæ remaneant reliquiæ matrimonii, † quia effectus extractionis, 10
& liberationis remansit consumptus ex ipso actu matrimonii, quàm tenet Castren. *in d. auth. res quæ sub num. 5. vers. & probat. & sub num. 12.* vbi etiam Iason. *sub nu. 32. in fin.* Gabr. *cons. 111. num. 7 & seqq.* vbi latè probat dotem detrahi de fideicommisso tamquam æs alienum, † & non 11
fuisse ab initio sub illo comprehensam, ideòque semper remanere liberam, *lib. 2.* Cancer *var. resol par 3. cap. 21. n. 210.* Fontanel. *vbi supra* Marta *de success. legal. par. 4. q. 21. a. 10. n. 11.* Merlin *de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 9. nu 47. & 48.* Merend. *contr. iur. lib. 7. cap. 8. n 4. & seqq.* Boss. *de dote cap 15. num. 250. cum seqq.* & † perpetuo amplexa est Rota *vt in rec.* 12
dicta dec. 209. n. 3. p 1. & dec. 712. n 46. p. 6. dec. 461. n. 5. par. 9. dec. 273. n. 6. & 7. p. 10. & cor. Reuerendiss. Royas *dec. 117. num. 34. & seqq & dec. 152. num. 5. & in Fanen. bonorum 21. Iunii 1655. coram Zarate, & in d. Bonon. domus 1. Iulii 1661. alleg. §. quia coram. Reuerendiss. Decano.*

Nec dicta Dotis constitutio redargui potest de excessu, quia venit ab allegante probandus, cum † præsumptio 13
militet pro congruitate Guttier. *pract. qu. lib. 3. qu. 40. nu. 3.* Rota *in Romana Dotis 1. Iulii 1665. §. hinc perpensa coram R. P. D. meo Ottalora, & in Perusina dotis 1. Iulii 1667. §. secundo ex solito coram R. P. D. meo Albergato, & in dicta Bononien. Domus coram Reuerendissimo Decano, & in Bononien. fideicomm. de Monterentiis 6. Martii 1665. coram R. P. D. meo Taya*, attento præsertim solito regionis, † & qua- 14
litatis personarum, vbi dotes maiores datæ, & acceptæ fuerunt Snmm. dictorum de Conuentatis num. 7 & 8. quæ omnia perpendi debent † in firmanda dotis congrui- 15
tate Paris. *consil. 63. num. 50. & seqq. lib 2.* Menoch. *consil. 247. num. 3.* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap. 2. gloss. 7. nu. 43.*

part. 5 cap. 8. num. 27. & seq. Marescott. *var. resolut. lib. 1. cap. 84. num. 5. & 6.* Rota coram Greg. *decis. 94. nu. 10.* Et ita vtraque &c.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis cuusæ Decisio sub die 12. Decembris anni proxime præteriti, quæ est in ordine.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Varmiensi Canonicatus.

Lunæ 4. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Tota versatur præsens Decisio in ea conclusione firmanda, quod vbi beneficia duplici reseruatione fuerint affecta, tunc per remotionem obstaculi vnius reseruationis non ideò excludatur altera, & hoc ad interpretationem indulti super facultate conferendi beneficia ratione mensium reseruata, quod illud non extendatur ad beneficia Prothonotariorum alteram, & duplicem reseruationem habentia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Protbonotariorum Apostolicorum sunt Pontifici reseruata.*
Amplia etiamsi illi non fuerint de numero participantium ibid.
Reseruatio beneficiorum Apostolicorum dicitur reseruatio personalis, num. 1.
2 *indultum exprimens sola beneficia reseruata ratione mensium non compræhendit beneficia reseruata Prothonotariorum, & num. 6.*
3 *Beneficium habens duas, vel plures reseruationes, duas vel plures dispensationes requirit.*
Dispensationes tot requiruntur, quot reseruationes adsunt in beneficio, num. 3.
Indultum vnam tollens reseruationem, non remouet aliam, de qua non loquitur, num. 3. & per totam, decis. vbi vide materiam.
4 *Legatus duabus catenis, dempta vna, remanet altera.*
5 *Indulti verba ponderantur an duplicem, vel vnam tantum reseruationem comprehendant.*
6 *Indultum conferendi beneficia reseruata ratione mensium non comprehendit, neque extenditur ad alias quascumque reseruationes, & supra n. 2.*
7 *Protbonotariatus Apostolicus probatur ex Breui Summi Pontificis.*
Breuis acceptatio ex illius expeditione resultat, nu.
Protbonotarius esse dicitur, qui pro tali se gessit, Protbonotarium appellando, num. 7.

DECISIO CCLXII.

INDVLSIT San. mem. Alexander VII. vt ad nominationem Episcopi Varmiensi duos ex Canonicatibus eius Ecclesiæ primouacaturos in mensibus Apostolicæ Sedi reseruatis conferret Nuncius Poloniæ tunc Eminentiss. Dominus Cardinalis Vidonus, propterea de Canonicatu vacante in mense Maii prouisus fuit ad nominationem prædictam Zaccharias Zultz à Reuerendiss. D. Nuntio Pignatello Eminentissimi Vidoni successore, eumdemque Canonicatum à Dataria etiam impetrauit Samuel Grabkoivski sub conditione dummodo non comprehenderetur sub indulto Episcopo elargito; Vnde inter Prouisos orta lite, & deficiente Prouiso Apostolico in verificatione appositæ conditionis fuit per Reuerendissimum D. meum Decanum præuia decisione sub die 28. Iunii 1666. lata sententia declarans literas Apostolicas Samuelis non esse iustificatas, quàm in gradu appellationis edita prius de more decisione confirmauit R. P. D. meus Ottalora à qua commissa mihi iterum causa dubitaui, An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, & pro infirmatione resolutum fuit.

Quidquid enim sit an Indultum conferendi expirauerit per recessum Eminentiss. Vidoni à Nunciatura; certum est quod ex datis in hodierna propositione constat Canonicatum vltra reseruationem ratione mensis, de qua huius vigore actum fuit subiacere alteri reseruationi personali orienti ex eo quod Albertus Pilchouiz per cuius obitum vacauit Prothonotarius Apostolicus, † quorum 1
beneficia sunt Papæ reseruata etiamsi non sint de numero participantium per regulam primam Cancellariæ fundatam *in extrauag. ad regimen. de præben.* Simonet. *de reseru. qu. vlt. num. 2.* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 27. nu. 95. & qu. 29. nu. 1. & seqq.* Andr. *dec. 100 num. 2.* Buratt. *dec. 706. num. 4* Duran. *dec. 14 n. 2. & dec. 58. num. 1. cor. Vbaldo*

Quapropter cum indultum † exprimat binos Canoni- 2
catus vacaturos in mensibus Papæ dumtaxat Sum. Samuelis num. 1. extendi non potest ad reseruatos ratione Prothonotariatus Rota coram Caputaq. *dec. 85. n. 1 p. 2. & dec. 178. num. 15. par. 11. rec.* quia duplex reseruatio ratione mensis, & Prothonotariatus, cui Canonicatus erat obnoxius duplici indigebat dispensatione, † qua tribueretur 3
facultas conferendi Canonicatus non solum vnica, sed etiam dupplici affectione innodatos, dempta enim per indultum vna reseruatione semper remanet alia ideò tot requiruntur dispensationes, quot reseruationes, *ad Text. in cap. pastoralis de priuil. & in l. nihil tàm naturale, ff. de reg. iur.* Rota coram Duran. *dec. 263. num. 10.* Grat. *discept. 982 num. 14.* Gonzal. *ad reg 8. Cancell. gloss. 13. num. 84.* adducens exemplum de vincto duabus Catenis † quarum 4
vna ablata adhuc alia remtnet alligatus.

Neque ex eo quod verba Indulti dicant, ibi: *duos Canonicatus, & præbendas, quos in mensibus Nostris, & dictæ Sedis dispositioni reseruatis per obitum illos obtinentes vacare contigerit* valet inferri Papam voluisse indulgere Episcopo, quod posset nominare ad Canonicatus nedum ratione mensis, sed quoquo alio modo Sedi prædictæ reseruatos, † quoniam verba illa: *dictæ Sedis dispositioni re-* 5
seruatis: cum stent demonstratiuè intelliguntur de vna, & simplici reseruatione ratione mensis ad formam Indulti, & non de dupplici, vt optimè ratiocinatur Gratian *discept. 982. num. 20. cum trib. seqq.* & indultum nominandi ad Canonicatus reseruatos ratione Mensium Apostolicorum † non extendi ad Canonicatus affectus ratione personæ, aut ex alia causa reseruatos neque compræhendere aliam speciem reseruationis præter expressam dixit Rota *decis. 1. de offic. legat. in antiq.* Simonet. *de reseruat. qu. 82. & ibi Add.* Eneas de Falcon. *de reseruat. qu. 4. princip. effect. 60. num. 10.* Germon. *de indult. Card. in §. commendare num. 37. & 38.* Caputaq *citata dec. 85. par. 2.*

Quod verò defunctus fuerit Prothonotarius patet ex Breui San. me. Vrbani VIII. † illiusque acceptatio con- 7
uincitur tum ex eiusdem Breuis expeditione, tùm quia pro tali se gessit Prothonotarium se nuncupando, vt in Summ. Samuelis num. 3. Buratt *decis. 706. num. 10. 11. & 12.* Duran. *decis. 263. num. 2.* & latè consuluit Spada *tot. cons. 53. lib. 2.*

Ex quibus cum appareat de Prothonotariatu Alberti, sub cuius narratiua Samuel Canonicatum impetrauit, & quæ reseruatio continetur in prouisione Samuelis non autem in Indulto, cui Innititur Zaccharias dubitari modo non potest quin fuerit verificata clausula *dummodo Canonicatus non cadat sub Indulto*, cuius defectus in antecedentibus instantijs mouet Rotam ad proferendum fauorabilem sententiam pro Zaccharia, quàm hodie infirmandam esse resolutum fuit vtraque parte informante &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 23. Ianuarii 1669. coram eodem Reuerendiss. D. Beuilacqua, quæ ideò in sequenti volumine apponetur.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Quartæ.

Lunæ 4. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Immunitates, & priuilegia, quæ hodie plerumque habent Religiosi à solutione quartæ funeralis ipsis concessa ratione propriorum meritorum, & laborum, quos illi substinent in Ecclesia Dei; Quia frequentissimè Parochi in controuersiam deducunt ideo super illi redacta in specie disputatione ad Sacram RELIGIONEM FRANCISCANAM contra Parochum præsens emanauit resolutio, quæ materiam non solius puartæ, sed Clementinæ, Dudum ac etiam dispositionis Sacri Concilij Tridentini plenè deciarat.

SVMMARIVM.

1 *Quarta funeralium, oblationum, & legatorum, quæ reliquit defunctus alteri Ecclesiæ quam propriæ, de iure Ecclesiæ Parochiali debetur.*
Limita vt num. seqq.

2 *Ecclesiæ per priuilegium exemptæ, & immunes non tenentur ad solutionem quartæ funeralis.*

3 *Fratres minores obseruantes ordinis S. Francisci per quamplurima priuilegia immunes sunt à quartæ Ecclesiæ parochiali soluenda.*

4 *Clement.* Dudum de Sepultur & S. Concilium Tridentinum *super materia quartæ Parochialis expenduntur, & declarantur numeris seq.*

5 *Priuilegia Franciscanorum super solutione quartæ Parochialis habent derogationem Clementinæ*, Dudum de Sepultur.

6 *Priuilegia habentia expressam derogationem Clementinæ* Dudum de Sepultur. *si fuerint confirmata, aliam eiusdem clementinæ derogationem non requirunt.*

7 *Confirmationis natura, est nihil de nouo tribuere, sed solùm concessum roborare.*

8 *Confirmatio præseruat priuilegium quatenus extet.*

9 *Priuilegia Summorum Pontificum probent immunitatem à solutione cuiuscumque quartæ, seu canonicæ portionis.*

10 *Priuilegia Franciscanorum super Immunitate à solutione quartæ funeralis non vulnerantur à Sacro Concilio Trid.*
Concilium Tridentinum in materia quartæ funeralis solùm reuocat priuilegia impetrata intra quadraginta annos non autem antea.

11 *Rota reuerenter amplectitur, & seruat declarationes Sac. Congregationis Concilii Tridentini.*

12 *Ecclesiam si prætenditur fuisse solitam soluere quartam funeralem probari debet fuisse fundatam antè conuocationem Concilii.*

13 *Parochus prætendens Ecclesiam fuisse solitam soluere quartam funeralem ante Concilium, probare debet illius fundationem æquè ante idem Concilium fuisse.*

14 *Ecclesia fundata post Concilium non tenetur soluere quartam funeralem, si illius Religiosi sunt exempti & immunes à solutione prædicta.*

15 *Declaratio Sac. Concilii Tridentini, quod Parochus probare teneatur Ecclesiam solitam soluere quartam fuisse fundatam ante Concilium.*
Non fuit reuocata à San. mem. Gregor. XIII. sed tantummodo redacta ad terminos eiusdem Concilii ibidem, & sup. num. 12. & 13.

16 *Priuilegia Franciscanis concessa ab immunitate solutionis cuiuscumque quartæ funeralis intuitu meritorum, & ratione laboris fuerunt à Summis Pontificibus concessa.*

17 *Quarta Parochialis non debetur ex legato facto pro reparatione Ecclesiæ.*
Limita, vt num seq.

18 *Legatum factum pro reparatione Ecclesiæ arbitrio tamen superioris eiusdem Ecclesiæ, recipit diminutionem quartæ fauore Parochialis, & quando vide num. seqq.*

19 *Verbum*, potest, *& propriut*, quod possit impendi, *in vltimis voluntatibus importat necessitatem.*

20 *Verbum* ad arbitrium, *in vltimis voluntatibus importat quamdam necessitatem.*
Arbitrio executoris relicta, rationabilem vsum, & facultatem, iudicio boni viri regulan. exposcunt, n. 19.

21 *Executoris gesta ab eodem Testatore facta fuisse dicuntur.*

DECISIO CCLXIII.

PAROCHO S. Angeli in Foro Piscium contendente sibi deberi à Fratribus Minilris Obseruantiæ Ordinis S Francisci ad Ripas, quartam, seù canonicam portionem, tàm ex funeralibus Nicolai Rentii, quàm ex legato facto 4. mil. & aliis pecuniis pro celebratione Missarum per dictum Dominum Nicolaum in testamento relictis, & causæ commissione in appellationis mihi demandata, proposui dubium sub die 16 Ianuar præteriti; An, & quæ Canonicæ portiones debeantur, quod non fuit resolutum. Hodie verò super eodem repetita disputatione DD. responderunt nullas portiones deberi.

Nam quamuis de Iure Canonico debeatur Quarta funeralium, oblationum, & legatorum, quæ † in vltima 1
dispositione reliquit defunctus alteri Ecclesiæ, quàm propriæ, in qua domicilium habebat, *per text. in cap. cum super* 8. *in cap. in nostra ro. de sepultur. cap. 2. eod. tit. in 6. & per trudit.* Petr. de Vbald. *in tract. de quarta Canonic. cap.* 8. Lauor. *var lucubrat tom. 1. tit. 2 cap. 17. num 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1 præsumpt.* 109. *num* 56 Ludouic. Mirand. *in Manual. Prælat. tom 2. qu.* 48 *art.* 10. *concl.* 1 Barbos. *de off. & potest. Episc. alleg.* 86. *num* 1. *& seqq. & de off. & potest. Paroch. par. 3. cap. 25. num. 1. & 3.*

Nec tamen iuris Canonici dispositio cessat in Ecclesiis † à tali Canonica portione priuilegium speciale exemptis 2
ac immunibus, *ad text. in can. priuilegia dist. 3. cap. in nostra de sepult. & ex rel tis apud* Arcang. Caracc. *de quart. funeral. cap. 1.* Guttier. *de iuram confirm. part. 2. cap. 4. num. 3.* Ludouic. Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 2. quæst. 48. à 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 925. num. 1. & seqq.* Barbos. *de off. & potest. Episcop. d. alleg. 86. num. 16. & de off. & potest. Paroch par. 3. d. cap. 25. num. 7.* Rot. *in Hispalen. funeral. 4. Iunii* 1590. *coram Card Pamphilio, in Licien. 4. funeral. 15. Ianuar. 1618. cor. Coccino per tot. impress. apud* Barbos. *d. alleg. 86. n. 17. & post* Tambur. *de iur. Abbat. dist. 84.*

Quod verò prædicti Fratres Minores Obseruantiæ † 3
tali priuilegio fuerint donati, euidentissimè patet ex *const. Alex. IV. de Ann. 1260. quæ est la 129 apud* Vadingum. *tom. 2. regest. Pontif. const. 4 Clemen. 4 de Ann. 1265 in Bullar. Cherub. confirm per aliam Eugenii IV. Anno 1439. impress. penes dict. Vading vbi supra tom. 5. in ordine la 166. constitution. 7. Gregorii XI. de Anno 1374. apud Cherub. & plurimis aliis constit. vt nona Ioannis XXII. de Anno 1410. apud* Vading. *d. tom. 5. octaua Leonis X. Anno 1514. apud Roderig in collet. priuileg. sexta Sixti IV. penes Cherub. Anno 1474. prima Pauli 4. Anno 1555. 51. Clementis VIII Anno 1597. quarta Pauli V. Anno 1609. 21. Vrbani VIII. Anno 1624. in bullar. Cherub. sicut, & nonnullis allegat. in dicta Licien. quartæ funer. post* Tambur. *de Iur. Abb. la 84. in dec. 179. num. 2 coram Reuerendiss. Royas, & in Casalen. quart. funeral. 1. Iulii 1665. §. ex his patet coram R. P. D. meo Carpineo.*

Non obstat, quod hæc omnia priuilegia fuerint abrogata per *Clement. Dudum de sepultur. & per* Concil. Trid. *sess 25. de refor. cap 13.*

Quia quoad *Clementin. Dudum* stante illius derogatione specialiter facta in Constitutionibus præfatis † *Sixti IV. Pauli IV. Iulii 2* cæterisque, de quibus testatur Rota coram Reuerendissimo Royas *d. decis. 179. num. 3. & 4.* 5
specificè confirmatis per supra relatas Constitutiones *Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII.* in quibus, tamquam confirmatoriis, priuilegii habentis expressam derogationem † non est necessaria derogatio specialis *Clement Dudum*; quia natura confirmationis est nihil de nouo tribuere, † sed concessum roborare *l. Aurelius 8. §. testamento, ff. de liber. legat. gloss. in cap. 1. verb. confirmat. de confirm.* 6 7

confirm. vtili, vel inutil. Rot. *recent. decis.* 269. *num.* 44. *par.* 4. *tom.* 2. *&* *decis.* 319 *num.* 35. *part.* 11. & præseruare priui-
8 legium † quatenus extet, vt in specie aduertit Rota *in decis* 10 *num.* 24. *par.* 9. *recent. ex* Becc *cons.* 74. *num.* 6. *ac* Surd. *cons.* 58. *num.* 16. *nec &c.*

Nec priuilegia plenum, & inconcussum robur adepta,
9 † cuiuscumque rei circa exemptionem quartæ, seù canonicæ portionis singulare præstant argumentum Petr. de Vbald. *de canonic. cap.* 6. *num.* 8. Oldrad. *cons.* 326. *num.* 1. *vers. præsumptio enim potest* Bonacin. *de contract. disput.* 3. *quæst.* 22. *punct.* 2. *num.* 3. *vers. dixi in proposito* Bordon. *resol. moral.* 51. *de sepultur. num.* 13. Caren. *resol.* 245. Lauor. *de prisc. & recent. funer. mor. cap.* 3. *num.* 183. *tit.* 2. Passarin. *de stat hom. tom.* 2. *qu.* 187. *art.* 4 *num.* 684 *& seqq.* Rota *dec.* 122. *par.* 1. *diuers.* & coram Caualer. *decis.* 101. *num* 2. & coram Royas *dec.* 179. *nu.* 2. *repetit. in rec dec.* 107. *p.* 9.

Et quoad Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 13. Domini dixerunt præfata priuilegia nullatenus vulnerari
10 per illius decretum, † quod solummodo sancitum est aduersus priuilegia impetrata intra quadraginta annos supra celebrationem Concilii habitam anno 1563. in præiudicium Ecclesiarum, quibus quarta solita erat persolui, non autem aduersus ea, quæ ante d. tempus quadraginta annor. obtenta fuerunt à Summis Pontificibus pro exemptione à quarta funeralium, vt colligitur *ex disposit. d. cap.* 13. *& declarat. Sacr. Congreg. adnot. post d. cap.* 13. *num. primo vers. Congreg. Conc. iuxt. edit. Lugdunen. de an.* 1650. quas
11 declarationes Sacræ Congreg. profitetur † reuerenter amplecti Rota coram Buratt. *decis.* 479. *n.* 3. & coram Royas *dec.* 179. *num.* 8. *in fine*.

Atque in omnem casum ad hoc vt locus esset dispositioni conciliari constare deberet, quod si hæc Ecclesia solita fuisset soluere dictam quartam quadraginta annis ante
12 Concilium fundata † esset ante illius conuocationem Arcang. Caracc. *de quarta funeral. cap.* 1. Guttier. *de iuram. confirm. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 3 Barbos. *de off. & potest. Paroch. d. cap.* 25. *num.* 12. Emanuel Rodriguez *in q. Regul. tom.* 1. *q.* 41. *art.* 2. Rota *in Vallisol. quartæ funeral.* 19 *Aprilis* 1606. *cor. Iust. & in d. Licien. quartæ funer.* 15 *Ianuarii* 1618. *coram Coccin. Allegat.* à Barbos. *in d. cap.* 25. *num.* 12. quod esset
13 probandum à Parocho, † vt in declarationibus impressis *post d. cap.* 13. *sess.* 23. *de reformat. iuxta Lugdunen. num.* 2. & tradit Bonacin. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 22. *punct.* 2. *d. nu.* 4. *vers. obserua tamen*.

Si verò dicta Ecclesia ædificata sit à quadraginta annis
14 post publicationem Concilii † cum Religiosi ad quos spectat sint exempti priuilegium non possunt constringi ad solutionem alicuius quartæ, Barbos. *in d. cap.* 25. *num.* 13. qui post alios egregiè refert. constitut. *Pii V edita* 17. *Kalendas Iulii* 1567. hanc declarationem, approbantem non
15 fuisse reuocatam à Gregorio XIII. † sed redactam ad terminos Concilii, prout censuit etiam Rota *in dicta Licien. penes* Barbos. *relat. de off. & potest. Episc. allegat.* 86. *num.* 17. secundum declarationem Eminentissimorum Interpretum Sacr. Concil. Trident. de qua Caracc. *de quarta funeral. cap.* 2. & Guttier. *de iuram. confirmat. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 3.

Quæ priuilegia per tot ætatum circulos per Summos
16 Pontifices ratione laborum † & meritorum præfatæ Religioni concessa, confirmata, & renouata, & vsu tàm diuturno suffulta sufficerent ad repellendum Parochum à quacumque petitione Canonicæ portionis, sed pro abundantiori casus propositi explicatione DD. obseruantes legatum scutor. 4. mil. à defuncto esse relictum pro restauratione Ecclesiæ ruinas minantis Summ. fratrum Mino-
17 rum primæ positionis num. 2. iudicarunt † etiam ex hoc capite quartam non deberi, *per text. in cap. vlt. de testam. vbi* Abb. *num.* 2. Couarr. *num.* 4. Vbald. *de Canonic. Episc. cap.* 6. Ludouic. Mirand. *in Manual. Prælat. tom* 2. *dist. d. qu* 48 *art.* 3. *conclus.* 1. *cum aliis apud* Anton. de Butr. *consil.* 16. *vers. non obstan.* Vbald. *cons.* 131. *lib.* 5. *num.* 1. Barbos. *de off. & potestat. Episcop. d. allegat.* 86. *numer.* 23. Tambur *de iur.* Abb. *tom.* 1. *disp.* 15. *qu.* 14. *num.* 6. Rota coram Seraphin. *dec.* 726. *num.* 3. *& seqq.*

Quam conclusionem euertere nequit obiectio, quod
18 dictum legatum relictum est sub pleno, † & amplo arbitrio Prouincialis, & Diffinitoriorum per sensum *glos. in verbo obuentionibus, & verbo indirectè in Clement. Dudum de Sepultur.* & vt aduertunt Barbos. *de off. & potest. Parochi d. cap.* 25. *num.* 50. *vers. declaratur, &* Lauor. *var. lugubrat. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 98. *cum aliis ex aduerso adductis*.

Siquidem optima responsione huic obiectioni satisfactum fuit, quod nempè dictum legatum relictum est sub
his verbis, *quod possit impendi pro reparanda Ecclesia*, † 19
qui modus loquendi in vltimis voluntatibus importa necessitatem, secundum *gloss. in l. sæpe audiui §. verb. necessitatem vers. etiam in voluntatibus, ff. de off. præsid. leg. obseruat.* 4. *vers. post hoc impres. ibique glos. in verb. debet, ff. de offic. Prat. & in l. vnum ex familia* 69. *§. final. vbi* Bart. *de leg.* 2. *idem* Bart. *in d. l. Gallus* 29. *in princip. num.* 4. *vers. in vltimis verò voluntatibus* Gratian. *discept. for. cap.* 630 *nu.* 3. *& pluribus seqq.* sicut, & sub verbis ad arbitrium &c.
quæ † exigunt ab exequutore rationabilem vsum, & fa- 20
cultatem, quæ iudicio boni viri regulanda est, ad tradita per Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. videtur num.* 4. Corn. *cons.* 92. *num.* 11. *& seqq. lib.* 2. Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 1. *qu.* 7 *num.* 2. *& quæst.* 8. *num.* 10 *cap. de exequut. vlt. volunt. membr.* 6. *num.* 145 *& sequent.* Borgnin. *dec.* 40. *nu.* 12. *&* 13. *par.* 5.

Præterea quælibet difficultas tollitur ex applicatione dicti legati in reparationem Ecclesiæ factam ab executo-
re, † quæ iudicatur ac si facta fuisset ab eodem Testatore, 21
vt tradunt Couarr. *in cap. vlt. de testam. num.* 7. Vbald. *de Canonic. Episcop. cap.* 9. *num.* 8. *vers. sed etsi alternatiuè* Rot. *in d. Licien. penes* Barbos. *vbi supra alleg.* 86. *num.* 23. *& cor. Seraphin.*

Alia quamplura, quæ ex *d. decis.* 1726. *nu.* 5. argumenta fuerunt exarata pro parte Parochi ad pesundanda priuilegia dictorum Religiosorum, sed omnia confracta sunt, & dissipata ad comparationem tot Constitutionum Summorum Pontificum, tot decisionum Rotalium dictorum priuilegiorum vim, ac robur iure merito substinentium, & tot autharitatum Doctorum, vt reputata sunt potiùs digna prætermissione, quàm superuacaneo examine &c.

Et ita &c. vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Brundusina, seù Licien Saluiani.

Lunæ 4. Iunii 1668

A R G V M E N T V M.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ præsertim in mutuo plenè comprobat præsens Decisio; quam tamen deinde reijcit, non solùm ex eo quia pecunia non tantùm verè, & realiter non tradita, & numerata dici poterat, quam potiùs ex alijs causis restituta, aut alteri consignata.

S V M M A R I V M.

1 *Saluiano agi debet contra tertium possessorem.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quanto tempore competat, & quando numeratio à creditore probanda sit, & num. seqq. ac per totam decis.*
3 *Debitor euitare volens exceptionem non numeratæ pecuniæ, adbibere debet Notarium, & testes, qui in eorum præsentia numerationem videant*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ est specialis in mutuo non extenditur.*
5 *Mutuatarius post contractam obligationem mutui potest tamen pecuniam non accipere, & nolle accipere.*
6 *in Mutuo re contrahitur obligatio.*
7 *Mutuum est contractus stricti iuris.*
8 *in Mutuo specialiter statutum est, vt creditor infra biennium numerationem probare debeat, & vide per totam.*
9 *Præsumptio biennalis in exceptione non numeratæ pecuniæ, an sit inducta fauore, vel in odium debitoris.*
10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quando nec etiam ex æquitate canonica opponi possit.*
11 *Dubitare consueuerunt homines etiam de eo, quod alias valde iustissimum est.*
12 *ad Dissentiendum facilitas infelix est conditio humanæ naturæ.*

13 *Scriptura etiam publica reprobari potest per tres, vel plures testes.*

14 *Pecunia debitori numerata quando in eum non dicatur translata, & sup. num. anteced.*

15 *Simulatio non probatur sine causa simulandi, etiam quod coniecturæ simulationis existerent.*

Actus vbi potest fieri verè, & sine fraude semper cessat suspicio simulationis, & fraudis, num. 15.

16 *Pecunia aliquando ita soluitur, vt soluens ipsam recipiat, & recuperet.*

17 *Pecunia mutuata verè dicitur recepta quamuis soluta, vel soluenda creditoribus mutuatarii.*

18 *Census pecunia verè dicitur impositori soluta, quamuis illius creditori fuerit consignata, & numero 20.*

19 *Mutuata pecunia verè dicitur mutuatario soluta, licet ab eo ex alia causa fuerit mutuanti restituta.*

DECISIO CCLXIV.

FRANCISCVS, & Stephanus 23. Februar. 1649. in solidum confessi fuerunt recepisse, prout manualiter coram Notario, & Testibus receperunt ab Octauio ducatos 2500. in tanta moneta argentea nomine veri, & puri mutui gratis, gratia, & amore, & absque spe futuri lucri restituendos in moneta argentea 150. in fine Augusti ipsius anni 1649. alios 1175. die vltima Augusti 1650 & reliquos 1175. die vltima Augusti 1651. cum obligatione Camerali in instrumento ipsa die F. br. 1649

Et cum Paulus Hieronymus hæres Octauii ageret vti-
1 li Saluiano interdicto, † *ex l. 1. ff. eod. cum aliis ibi notatis*
pro immissione contra Capitulum tertium possessorem;
Ipsum Capitulum excipiebat de non numerata pecunia,
dicens eam exceptionem sibi quandocumque competere,
2 † sin minus iure speciali probandæ numerationis à Credi-
tore intra biennium, iuxta *Instit. de literar. oblig.* qui ta-
3 men cauerat sibi adhibendo Notarium, & Testes, † qui
in sua præsentia numerationem sequi, & fecisse viderint,
vt consuluit Paulus Castr. *ad Rubricam C. de non numerat.*
pecun. in fin. certè iure communi reprobandæ à debitore,
vt notat Institutarii ad dictum Text. *post glos. obligetur,*
vers. adhuc tamen, & indicat ipse Text. singularis de hu-
iuscemodi, hoc est de illa speciali exceptione non exten-
4 denda, † vt potest Mutuatarius post contractam obliga-
5 tionem, etiam non accipere, & nolle † accipere pecuniam
mutuam *l. qui pecuniam 30. ff. si certum petat, & l. 1. in*
6 *fin. ff. qui pot. in pign.* vtpotè, quod in mutuo † re contra-
hatur obligatio *instit. quib. mod. re contrahatur obligatio in*
7 *princip.* & quoquomodo mirabile esset in mutuo † con-
tractu stricti iuris, § *Actionum autem Instit. de action. &*
ibi glos. bonæ fidei sunt Mantic. *de tacit. lib 9. num. 2. vers. il-*
læ autem conuentiones lib. 1. & expressim vlterius ad princ.
Institut. de verbor. oblig. num. ;. Onnat. *de contract disp.*
101. de mutuo num. 17. Leotard. *de vsur. qu. 6. num. 18.* vbi
difficilis ratio, & difficilior inter commodatum, & mu-
tuum est, vt intra biennium creditor probet numeratio-
8 nem fauore debitoris, † vltrà esse constitutum fauore cre-
ditoris, ne post biennium ab ipso debitore probari posset
non numerata pecunia, *& l. in contractibus 13. C. de non*
numerat. pe. un non inducit præsumptionem biennalem
in odium debitoris, imò inducit priuilegium fauore ipsius
9 &c. † Felin. *ad cap 8. de fide instrum. num. 57. vers. sic quia*
lex, adiuuantibus deductis à Bellet *disquisit. Cler. de ex-*
cept. Cleric. § 3. num. 23. part 1. & descriptis à Squill *pri-*
uileg. Cleric. par. 16. num. 19. seu priuileg. 21. in fin. & tamen
in dubitationem, & controuersiam reuocatum est apud
Mantic. *de Tacit. & ambig. conuent. ferè toto tit. 2. vsque*
in num. 38. lib. 18 & Fachin. *controu. 81. l. b 2.* cui, & aliqui-
10 bus placuit, † neque ex æquitate iuris Canonici opponi
posse *seqq. controuers. 82.* adeò nihil inter homines sic est
11 indubitatum, vt non possit, † licet aliquid sit valdè iu-
stissimum tamen suscipere quamdam sollicitam dubi-
tationem, inquit Iustinian. §. *& non fingant Auth. de Ta-*
12 *bellion.* & naturalis hominum † ad dissentiendum facili-
tas, §. *principaliter l. si item si 17. ff de recept arbitr.*

Sed non erat hic locus, nec agitur de non numerata pecunia post literarum obligationem, quod satis semperque constabat ex numeratione coram Notario, & Testibus vt supra, etiam ad censuariam formam, sed neque agitur de contraria probatione, vt potest contra probari, si-
cut † contra aliam publicam scripturam, per tres, vel 13
plures Testes &c *ex glos. probare, vers. sed si dicat sic l.*
3. C. de non num. pec. agitur autem de non translata à Cre-
ditore in debitorem potiùs commodata. † vt dicis causa 14
numerationis loco intercederet, ait Caius *l. 4. C. co-*
modat.

Itaque controuersia erat de veritate, & falsitate, seu
simulatione contractus, quæ ex testibus probata visa non
fuit Dominis, & primò non probata causa simulandi, † 15
atque adeò si actus potest fieri verè, & sine fraude cessat
suspicio simulationis, & fraudis, cessante autem causa si-
mulandi, nec solæ coniecturæ attenduntur ad proban-
dam simulationem, Rota *decis. 273. numer. 22. & 23.*
part. 11.

Deinde, quod attinet ad pecuniam † sic solutam, vt 16
soluens ipse reciperet, *ad l. qui sic 55. ff. de solut.* visum est
Dominis, nec Testes integros esse de Capitulo ipso parti-
cipantes quoque causæ, nec integra eorum testimonia
nullam rationem reddentium, imò multum prodesse ve-
ritati, quod ipsis Testibus Mutuatarii essent longè magis
debitores mutuanti, aliorumque creditorum, & declarat
quintus Testis Capituli: *Stipulorno tre scritture, vna,*
nella quale detto Francesco donaua à detto Stefano suo Ne-
pote vna Masseria, acciochè s'obligasse insieme con esso Don
Francesco per alcun denaro, che presero dal Sig. Ottauio per
pagare à quella persona, ch'era Procuratore, ò Agente &c.
ex quibus etiam non numerata, sed & non soluta pecu-
nia Mutuatariis pro numerata, & soluta potuit haberi,
vtpotè statim, & semel à Mutuantibus numeranda, † & 17
soluenda Creditoribus Mutuatariorum pro Mutuatariis
ipsis, iuxta §. *solutam autem, l. solutum 11. de pignorat.*
action. & tradita *ad l. singularia 15. ff. si certum petat*; etiam
in † Censu Rota coram Buratt *decis. 774. num. 7. & 8.* quia 18
etiam restitutam pecuniam, † satis est potuisse restitui 19
ex alia causa, *qui duobus 67. ff. de solut. & ibi glos. vltima*,
etiam in Censu † Rota post Cenc. *decis. 330. num. 14.* & 20
quadrare visa est illa donatio inter Franciscum Patruum,
& Stefanum fratris filium non alias, nec alio modo, *che*
il detto D. Stefano suo Nepote sia tenuto pagare ad Otta-
uio ducati 2500. e non pagando &c. in alio Instrumento in-
ter ipsos debitores ipsa die 23. Febr. 1649.

Et Ita vtraque, &c.

R. P. D. CALATAIV.

Lauretana Pensionis.

Lunæ 4 Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Ad differentiam iudicij possessorij tenetur Pensionarius in petitorio plenè, & concludenter probare validitatem reseruationis suæ pensionis; Proindèque ille reijcitur quando deficit in salutari suo probationis valoris eiusdem pensionis.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius in iudicio petitorio reseruationem pensionis plenè, & concludenter probare tenetur, & nu. seqq.*

Titularis habet de iure fundatam intentionem, quod suum beneficium pensione grauari non potuerit, n. 1.

Beneficia secundum iuris dispositionem sine diminutione conferri deberent, num. 1.

2 *Pensio validè, & legitimè reseruata, vel nò diuersimodè probari debet in possessorio, ac in iudicio petitorio.*

3 *Pensionarius in petitorio eo magis probare tenetur pensionem validè, & legitimè reseruatam stante clausula*, vt asseris, *in literis reseruationis apposita.*

Clausula, vt asseris, *apposita in literis Summi Pontificis, eiusdem Pontificis dubietatem demonstrat, & plenam probationem requirit, num. 3.*

4 *Valorem probare tenetur pensionarius contra nouū beneficii successorem, etiamsi illius antecessor reseruationi consenserit, ac valorem iustificatum admiserit,*

Bene-

Beneficii successori non metitur ius ab antecessore, sed à solo Summo Pontifice, ideòque antecessoris declarationi stare non tenetur, num. 4.

5 *Pensionarius releuatur ab onere probandi valorem ex lapsu temporis annorum triginta, intellige, vt num. seqq.*

6 *Obseruantia continua requiritur, vt cum lapsu temporis probatus esse dicatur valor pensioni reseruatæ.*

7 *Valoris probatio eo magis indiuidua esse debet, quo certus, & determinatus valor aliunde dignoscitur.*

8 *Gratia vt ratione indiuiduitatis corruat in totum sufficit excessus etiam in obulo.*

9 *Indultum Conclauistarum conferendi pensiones, tamquam vagum, & generale non compræhendit pensiones super distributionibus reseruatas.*

Distributiones quotidianæ acquiruntur ratione seruitii, & laboris diurni, num. 9.

Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, & prouentuum beneficii, num. 9.

10 *Distributiones quotidianæ requirant particularem, & expressam mentionem.*

D E C I S I O CCLXV.

EX dupiici defectu iustificationis scilicèt valoris Archipresbyteratus Ecclesiæ Lauretanæ, super quo tunc temporis possessio per Thomasinum vsque de anno 1637. fuit reseruata annua pensio scut. 34. auri de Camera ad fauorem Iacobi Pucci nec non altero facultates transferendi pensionem controuersam ex solo Priuilegio Conclauistarum resolutum fuit per sententiam Rotalem Reuerendissimi Domini mei Decani reseruationem eiusque successiuam translationem nullitatis vitio obnoxiam, vnde in gradu appellationis commissa mihi causa dubitaui, an sententia Rotalis sit confirmandam, vel infirmanda, & pro eius confirmatione Domini responderunt.

Fundamentum resolutionis omissa validitatem sententiæ, quæ deducitur ex reuolutione actorum, consistit in eo quod Antonius Gregorius Puccius Translatarius deficit in Salutari suo probationis valoris Archipresbyteratus narrati in scutis 176. per ascensum, cumque veriemur in
1 iudicio petitorio, † in quo titularis qui habet fundatam intentionem in dispositione iuris, quod beneficia sine diminutione conferantur, *cap. vnico circa med. vt benefic. Eccles. sine diminutione confer.* reseruationem nullam prætendit eiusque perinde negatiua refundit onus in pensionarium plenæ, & concl. dentis iustificationis tamquam
2 principale fundamentum reseruationis, † ad differentiam Iudicii possessorii, iuxtà distinctionem communitèr seruatam, de qua Abb. *in capit. quærelam num. 2. de election.* Rota coram Card. Mantic. *decis. 19. num. 2. & in Grossetana Pensionis 3. Martii 1651. in princ. coram bon. me. Dunozetto, & in Ariminen. Pensionis 28. Aprilis 1662. §. etenim, & in Furelen. Pensionis 1. Iulii 1665. coram R. P. D. meo Emerix §. releuantia, & in Romana Pensionis 3. Iulii eiusdem anni coram R. P. D. meo Albergato in princ.* signantèr stante clausula, *vt asseris*, in literis reseruationis adiecta,
3 † quæ facti dubietatem in Pontifice concedente induit & præcisam valoris narrati iustificationem exquirit, vt firmant *decisiones supra relatæ*, cum quibus concordat Feiin. *in cap. ad aures 8. num. 10. de rescript.* Rota *in Romana Pensionis 9. Decembr. 1663. cor. Reuerendiss. D. meo Decano, §. præsertim.*

Ab isto autem onere non potest releuari pensionarius sub prætextu, quod Thomasinus titularis Antecessor consenserit prædictæ pensioni, & assumpserit in se, & successores suos onus iustificationis valoris, cum assertione, quod de eo erat pluries informatus, & semper pro iu-
4 stificato habere volebat, † quia modernus Titularis non metitur ius suum ab antecessore, sed à Summo Pontifice per quem defuncto Thomasino creatur nouus titulus in successore, qui illius confessioni stare non tenetur, vt prę- ter relatos in decisione istius causæ *sub die 11. Februarii coram Reuerendissimo Domino meo Decano §. nec Pensionarius tenetur*, Tondut. *de pens. cap. 55. num 9.* Rota coram Cardin. Seraphin. *decis. 1122. numet. 9. & in Hipporegien. pensionis 28 Iunii 1655. cor. Reuerendiss. Papien § neque subsistit & in dicta Romana Pensionis 13. Iunii 1665. cor. R. P. D. meo Albergato, §. nec ab onere.*

Minùsque eidem suffragari potest lapsus 30. annorum à die factæ reseruationis, † licèt enim exindè valor dica- 5
tur sufficienter iustificatus, & Pensionarius releuetur ab onere probandi valorem narratum ex deductis *in Bonon. Pensionis 22. Iunii 1663. coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso, §. maximè cum sequenti*, obiectum tamen non procedit nisi cumulatiuè cum lapsu temporis † concurrat 6
etiam obseruantia continuatæ solutionis, quæ in proposito casu probata non fuit, vt limitando dictam conclusionem firmatum fuit *in Placentina Pensionis 25. Iunii 1646 coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. non obstat, & in Ciuitatis plebis pensionis 26. Februarii 1654. coram Reuerendissimo Papien. §. cæterum, & in Ariminen. Pensionis 28. Aprilis 1662. coram R. P. Domino meo Emerix, §. quia obiectum.*

Quæ narrati valoris iustificatio eo concludenter in præsenti casu requiritur, quia sanctæ memor. Clemens VIII. bona Ecclesię Lauretanæ perpetuo dismembrauit, & Almæ domui eiusque mensę principali vniuit pro introitu, & Archipresbyteratui scuta 200. monetæ assignauit Summario Francisci numer. 3. † vndè 7
cum habeamus valorem illius certum, & fixum difficilior redditur probatio narrati valoris in ducatis 176. quæ sunt scuta 281. & tamen ad effectum, vt ratione indiuiduitatis gratia corruat in totum † suf- 8
ficiat excessus in obulo, vt præter relata *in decisione Reuerendissimi Domini mei Decani quinimo firmat* Rota *in dicta Grossetana pensionis in fine, & in dicta Romana Pensionis coram R. P. D. meo Albergato, §. nec subsistit.*

Stat etiam in suo robore alius defectus respectu translationis factæ vigore indulti conclauistarum, quod cum loquatur tantùm de fructibus redditibus, & prouenientibus quorumcumque beneficiorum, † & 9
sic sit vagum, & generale, non est aptum comprędendere controuersam pensionem reseruatam etiam super distributionibus, quæ cum acquirantur ratione seruitii, & laboris diurni, non veniunt sub nomine fructuum prouentuum, istius vel illius benefi-
cii, sed ad effectum translationis requiritur † de eis 10
specialis mentio in indulto, vt affirmant *decision. Reuerendissimi Domini mei Decani in §. ex alio*, & articulo tantò maiure discusso recedendo ab aliis decisis firmatum fuit in *Romana Pensionis 23. Martii 1665. § quid placuit coram Reuerendo Padre Domino meo Taia, & 27. Aprilis eiusdem anni, §. quia* Rota coram R. P. D. meo Emerix.

Et ita vna tantum, &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Barchinonen. Canonicatus.

Veneris 8. Iunii 1668.

A R G V M E N T V M.

Indultum concessum per Sedem Apostolicam Philippo IV. Hispaniarum Regi de prouidendis Canonicatibus Pœnitentiariis Hispaniæ, etiam reseruatis, non compræhendit Canonicatus Principatus Cathaloniæ; non quia Cathalonia sub Hispanica Ditione non contineatur; sed quia ex obseruantia interpretatiua omnium Ecclesiarum eiusdem Principatus, apparet Summos Pontifices in mensibus reseruatis de huiusmodi Canonicatibus prouidisse; qua propter substinetur in casu præsenti prouisio, de simili Canonicatu ab Ordinario facta.

S V M M A R I V M.

1 *Indulti obseruantia præcipuè solet, & debet attendi, & num. seq.*

2 *Obseruantia declarat, & interpretatur quæcumque pri-*

priuilegia, & indulta, & supra numer. 1.

3 *Sedes Apostolica prouidet de Canonicatibus pœnitentiariis in Cathalonia non obstante indulto Philippi IV Hispaniarum Regis.*

4 *Obseruantia generalis tamquam causa vniuersalis magis attenditur, quam ipsi actus particulares.*

5 *Status vltimus in collatione beneficiorum attenditur.*

6 *Status vltimus beneficii eo magis attenditur, vbi agitur de probanda illius qualitate ad effectum iustificationis gratiæ.*

7 *Status, & obseruantia non remanent probati ex actibus litigiosis, & impugnatis intellige, vt numer. 9.*

8 *Protestatio contraria remouet sensum ab actu.*

9 *Actos litigiosi tunc solùm non faciunt statum, nec probant obseruantiam.*

Si lis adhuc super illis existat, secùs autem ea per sententiam, & rem iudicatam finita, & num. 10.

10 *Ius terminatum per rem iudicatam pro veritate habetur.*

11 *Res iudicata non admittit probationem in contrarium.*

12 *Obseruantia exclusiua indulti resultat ex actibus in contradictorio iudicio per rem iudicatam terminatis.*

13 *Obseruantiæ requisita hæc sunt, quod illa sit clara, vniformis, & in contradictorio iudicio obtenta.*

14 *ex eadem Vacatione venientes omnia in literis Beneficii vacati contentas, & expressas approbare dicuntur.*

15 *Indultum Summi Pontificis, quamuis possit ab obseruantia interpretari, non indè tamen contra illius dispositionem potest aliquid de nouo induci.*

16 *Prouisiones Apostolicæ non immutant statum beneficiorum.*

17 *Beneficia in sua præsumpta libertate continuari debent.*

18 *Testes ad probandum contrarium illius, quod legitimè constat per publica documenta admittendi non sunt.*

19 *Testes non admittuntur, ad probandum illud, quod potest per scripturas probari, & num. seq.*

21 *Obseruantia remota non attenditur.*

22 *Obseruantiam semel inductam, actus postea subsecuti, & remoti illam destruere non possunt.*

23 *Prouisiones, seu collationes effectum non sortitæ non habentur in consideratione.*

24 *Prouisiones seu Collationes magis proximæ indulto attendendæ sunt interpretationem illius.*

25 *Scientia & patientia Ordinarii ad quem spectat collatio requiritur in prouisione beneficii aliter quam ab ipso facta.*

26 *Obseruantia interpretatiua non probatur ex actibus factis sine scientia interesse habentis.*

27 *Indultum non interpretatur ex actibus factis sine scientia, & patientia interesse habentis.*

28 *Indultum eiusque compræhensionem plenè, & concludenter probare tenetur, qui se fundat in illo, & num seq.*

29 *Indultum ad excludendum sufficit sola turbiditas.*

DECISIO CCLXVI.

CONFIRMARVNT hodiè Domini decisionem coram bon. mem. Verospio, sub die 15. Februarii * 1664 editam in qua dictum fuit Canonicatum Pœnitentiarum, in Ecclesia Cathedrali Barchinonensi de mense Octobris Ordinario reseruato vacatum, & ab eo Petro Martiri Febrer. collatum eidem Petro adiudicandum esse excluso Iosepho Gallart à Capitulo eiusdem Ecclesiæ vigore Indulti Gregorii XV. & iuxta illius formam præuio concursu prouiso.

Omissa siquidem quæstione, an prædicti Indulti dispositiua per quam ad instantiam Serenissimi, & Catholici Philippi IV. Hispaniarum Regis conditi, vt Canonicatus Pœnitentiarii quocumque mense etiam reseruato vacare contigerit in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Regnorum Hispaniæ à locorum Ordinariis insimul cum earumdem Ecclesiarum Capitulis conferantur, quamuis verbis generalibus concepta restringi debeat ad particulares Ecclesias in Regnis Hispaniæ existentes, nec extendi ad Prouinciam Cathaloniæ, quæ licèt sub Hispanica Ditione cum aliis contineatur, & eiusdem potentissimi Regis latissimo, & continuato subiaceat Imperio, Principatus tamen nuncupatur, pro faciliori causæ resolutione difficultas restricta fuit ad eiusdem Indulti obseruantiam, † quæ sicuti in similibus præcipuè solet, & debet attendi, 1 *l. minimè, ff. de leg.* Natta *cons. 362. num. 10.* Honded. *cons. 92. numer. 30. lib. 1.* Eminentissimus Otthobonus *decis. 175 num. 10* ab ea enim similia indulta, † & priuilegia interpretationem recipiunt, *Text. in l. de interpretatione, ff. de leg. & in cap. cum dilectus de consuet. & aliis relati in decisionibus Barchinonen. Canonicatus 279 num. 6. coram Royas, & 316. num. 11. par. 9. recent.* Ita in præsenti themate non affirmatiuam sed negatiuam, & exclusiuam probari compertum fuit. 2

Obseruantia enim in Principatu Cathaloniæ, exclusiua compræhensionis Ecclesiarum in eodem Principatu existentium plenè, & concludenter probata resultat ex pluribus prouisionibus Apostolicis de similibus Canonicatibus Pœnitentiariis, in diuersis eiusdem Principatus Ecclesiis factis ab anno 1627. vsque ad annum 1656. † tanquam de vacantibus in mensibus Sedi Apostolicę reseruatis, quæ omnes recensentur partim *in decis. 316. part. 9. recentior. sub num. 11. & sequen.* & partim in hac *eadem decisione*, quæ hodiè fuit confirmata, *§. quinimò*, cum tamen iuxta formam Indulti debuissent Prouisi in vacationibus Sedi Apostolicæ reseruatis in concursu prius eligi, & vti electi literas Apostolicas expedire. 3

Quod autem talis obseruantia generalis Ecclesiarum in eodem Principatu sit attendenda tanquam causa vniuersalis potius, † quam actus particulares in ipsa Ecclesia Barchinonensi latè comprobatum fuit in supracitata *decisione 316. par. 9. numer. 12. & sequen. & in decis. Royas 279. numer. 10.* 4

Quamuis hodiè non desinr etiam actus particulares cum in antecedenti vacatione huius met Canonicatus secuta de mense Iulii 1643. Io: Atxer de eo tanquam d Sedi Apostolicæ reseruato fuerit prouisus, & ab hoc Sacro Tribunali præuiis tribus conformibus adiudicationem obtinuit subsecuta pacifica possessione cum acquiescentia Capituli in qua post rem iudicatam permansit, ita vt per illius obitum factus fuerit locus huic vltimæ vacationi, & nouæ disputationi. Qui vltimus actus sufficeret pro substinenda ad fauorem Petri dicta Ordinarii prouisione, † quia firmat vltimum statum in similibus attendendum, 5 *Cap. quærelam de elect. capit. Consultationibus de Iurepatr. ca. cum olim de caus. possess. & propriet.* Calder. *cons. 23. de præben* Marescott. *variar. resolut. lib. 1. cap. 15. per totam*, cum aliis cumulatis in hac vltima *decisione*, quæ fuit confirmata, *§ vltimo*, præcipuè cum agatur de probanda qualitate Beneficii † ad effectum iustificationis gratiæ, 6 Seraphin. *decision. 1229. numer. 2.* Rota *decision. 6. post numer. 12. §. igitur, & seq. part. 10. recentior. & alibi sæpissime.*

Non subsistente, quod dicta prouisio Ioannis Atxer tanquam acerrima lite impugnata non possit allegari ad firmandum statum, seu † obseruantiam, ex Menoch. 7 *cons. 745. num. 25.* Seraphin. *decis. 348.* Rota *recent. decis. 199. num. 11. exaduerso allegat.* fuisseque ius Capituli præseruatum præter protestationes contrarias, † quæ consensum ab actu remouent, Surdus *decision. 154. numer. 9.* Rota *decision. 20. numer. 35. & decis. 146. num. 27. & 28. par. 9. & decis. 328. num. 34. par. 11. recent. pariter exaduerso alleg.* 8

Quia obiectum posset habere locum si lis illa ad huc vigeret, & in his terminis loquuntur supradictæ auctoritates, † secus verò in præsenti casu, in quo lis terminata fuit 9 per tres conformes per rem iudicatam, & per executionem, ex quibus firmatum fuit ius, † quod pro veritate 10 habetur, *leg. res iudicata, ff. de reg. Iur.* Scacc. *eodem tit. gloss. 14. qu. 2. nu. 7.* Surd. *cons. 435. n. 7.* Achill. *dec 3. de sent. & re iudic. cum alleg. per* Buratt. *dec. 870. n. 2.* Ita vt, nec admittatur probatio † in contrarium Greg. *dec. 184. nu. 2.* 11 *& ibi* Adden. *num. 7.*

Imò ex hoc ipso quod hæc prouisio Ioannis fuit acerrimè impugnata, & nihilominùs in contradictorio Iudicio per

12 per tres conformes, & rem iudicatam confirmata, † obseruantia exclusiua indulti mirificè comprobatur cum etiam concurrant ad inducendam obseruantiam requisita
13 nempè, † quod sit clara, vniformis, & in contradictorio Iudicio obtenta, Rota *dec.177. num.54 par.5. tom.1. decis. 264. numer.29. par. 6. & decis. 113. numer. 24. in fin. part. 8. recent.*

Vlteriùs cum Ioannes per plures annos in pacifica possessione permanserit, & in ea obierit, ita vt per illius obitum fuerit factus locus huiusmodi vacationi, ex qua ve-
14 niunt hodiè tam Ioseph, quam idem Capitulum † approbasse censetur veritatem omnium in literis ipsius Ioannis narratorum, Rota *in præcisis terminis dec.99. n 17 par.10. rec.* nec Canonicatus vacare potuisse per obitum Ioannis, si de eo non fuisset legitimè prouisus, cum priuatio habitum supponat.

Et quatenùs ad elidendam hanc exclusiuam obseruantiam dicebantur supra recensitas prouisiones Apostolicas fuisse Insciis Capitulis obtentas ad cauthelam, & ad effectum occurrendi litibus, quæ contra eosdem Capitulariter institutos moueri potuissent, cæterum eos fuisse præcedenter in concursibus præelectos, & à Capitulis à possessionem immissos.

Responsum fuit ex hoc præcipuè negatiuam obseruantiam probari, vel enim prædicti, prouisi Apostolici fuerunt à Capitulis in possessionem immissi vigore literarum Apostolicarum, quæ fuerunt expeditæ absque vlla mentione concursus, & hoc est præcipuum exclusiuæ obseruantiæ fundamentum in quo Rota semper institit. Aut literæ Apostolicæ non fuerunt à Prouisis exhibitæ, sed prouisi possederunt tanquam à Capitulis electi in concursibus, vti videbatur supponi; & hoc admisso, cum obseruantia Indulti non consistat in solo concursu, sed in mensibus reseruatis requirat literarum Apostolicarum expeditionem infra sex menses, illas non expedire, & absque illarum exhibitione prouisos admittere, non fuisset
15 indultum interpretari, † sed aliquid contra illius dispositionem inducere ad tradita per Aretin. *cons. 115. sub num. 2.* quem sequitur in his terminis obseruantiæ interpretatiuæ Indulti, Rota *decision. 136. numer 10. part. 1. recent.* Regula autem trita, Prouisiones scilicet Apostolicas non
16 mutare statum beneficiorum † siue controuersia fuit admissa; sed dictum non applicari, quia non agebatur de
17 immutando statum legitimè introducto, † sed de continuando beneficia in sua præsumpta libertate, Rota *dec 6 nu.14. & dec.87. num.2. par. 10. rec. & dec. 310. post* Posth. *de manut.*

Firmata igitur obseruantia exclusiua, Inclusiuæ locus esse non potest, & testes pro illa inducti, & deponentes quod Capitulum Cathedralium dicti Principatus fuerunt solita in vacationibus Canonicatuum Pœnitentiariorum facere semper concursus ad formam Indulti, præterquam
18 quod admittendi non sunt † neque ad probandum id, Ciues contrarium constat per publica documenta, Seraph. *decis. 1460. num. 3.* Merlin. *decis. 369. nu. 2.* Royas *dec.96. numer. 3. & in recent. decis. 589. num. 1. in fin. par. 2.* neque
19 in iis, quæ probari possunt † per scripturas Merlin. *decis. 5. numer. 2.* Duran. *decision. 96. numer. 4.* Cauaier. *decis. 87. nnmer primo, &* Eminentissimus Otthobonus *decis. 114. numer. 1. 2. & 3.* tales enim concursus, & successiuæ prouisiones effectum sortitæ cum fieri soleant per acta publica, & hæc seruari in libris Actorum, & Cancellariis
20 Ecclesiarum, potuissent de facili extrahi, † & exhiberi, sicuti fuerunt exhibiti alii actus, quos tamen non esse attendendos infra demonstrabitur, vt in simili Rota *decis. 136. numer.4. parte prima recentior.* prædicti testes non percutiunt certùm tempus omninò necessarium, ad hoc, vt dignosci possit, an obseruantia sit remota, vel proxi-
21 ma Indulto; si enim remota † adhuc probata non releuaret, Soccin. *cons. 6. numer. 2. libr. 1.* Rota *dicta decis. 136. numer. 6. par. prima recent.* sed magis sunt attendendæ prouisiones contrariæ Indulto proximiores, ex quibus Indultum interpretationem recipit per obseruantiam illi
22 proximam, † quam semel inductam actus subsecuti ab Indulto remoti destruere non poterunt, *ad text. in l. Mela 14. vers. sed si alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat.* Royas *dec.274. nu. 11. & seq.* Eminentiss. Otthob. *decis. 26. num. 14. & 15.*

Quatuor verò Collationes per concursum in Summario Iosephi datæ ad suorum testium dicta confouendum. Duæ videlicet in Ecclesia Gerunden, vna in Vrgellen, altera in Vicen visæ fuerunt Dominis penitùs irreleuantes, vel quia non fuerunt sortitæ effectum, † vt illa Ge- 23
runden anni 1640. de qua satis in *decisionibus 316. num. 16. part. 9. recent. & decis. 279. numer. 11. coram Royas*, illa Vrgellen nullo modo probatur per simplicem fidem Capituli interesse habentis, aliæ duæ tanquam numero pauciores non sunt attendendæ in concursu tot aliarum, quæ fuerunt adductæ in Summario Petri, † & tanquam ma- 24
gis proximæ Indulto, vt in *decis. 269. num. 12. coram Royas*. Vel quia dictæ vltimæ tres diem vacationis non exprimunt ex quo dignosci possint, an secutæ fuerint in mensibus reseruatis, quo in casu spectante prouisione ad Sedem Apostolicam debuissent ad formam Indulti literæ Apostolicæ expediri. An verò in mensibus Ordinarii ad quem cum per dispositionem Sacri Concilii Tridentini *sess. 24 capit. 8. de reformat.* spectaret collatio huiusmodi Canonicatus Pœnitentiarii illius concurrere debuit scientia, † & patientia Castrens. *consil. 464. numer. 3.* 25
versic ita contractus, Menoch. *consil 337. numer. 37. libr. 4.* quos sequitur in terminis, † obseruantiæ interpretati- 26
uę, Rota *decis. 328. numer. 6. part. 4. tom. 1. recent.* Gratian *discept. 870. numer. 33. & seq.* Rota post Tamburin. *de Iur. Abbatiss. decis. 50. num. 6.* & benè in his ferè terminis Merlin. *decis. 106. per totam*, & in puncto Indulti in † 27
Barbastren. decimarum 10. Decembris 1662. coram R. P. D. meo Taia.

Cætera, quæ iterum, & inutiliter replicata fuerunt pro Iosepho cessant ex responsionibus pluries datis, & latè firmatis in sæpè citatis, & aliis 101 decisionibus *Barchinonen. Canonicatus coram Roias, & Verospio*, & in hac vltima præcedenti quibus tamdem, & Ioseph; & Capitulum acquiescere possint.

Cæterùm Petro sufficit ad obtinendum Canonicatum prouisio sui Ordinarii, qui pro libera eiusdem collatione habet intentionem fundatam in dispositione Iuris, & Iosephus, qui suam intentionem fundat in Indulto plenè, † & concludenter probare tenetur se esse in termi- 28
nis loci, & casus cum omnibus circumstantiis ab Indulto requisitis, Rota *decision. 663. parte 3. diuers. in recentior. dicta decision. 328. numer. 6. parte 4 tom. 1. & decis. 464. nu. 4. par. 9.* ita vt sola turbiditas obseruantiæ Indulti ad illud
† excludendum sufficiat, vt in *decis. 281. numer. 19. 20. & seq. cor. Royas.* 29

Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISSIMO P. DOMINO ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Foroliuien seu nullius Castrorum.

Lunæ 4. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Quamplures iuris quæstiones non minùs vtiles, quam necessariæ in materia feudi, vel emphyteusis in hac præsenti Decisione continentur, ac mirabiliter declarantur. Quando scilicet hæc ambo possint, & valeant vltrà solitum in inuestituram concedi, quandoque etiam eadem inuestitura dicatur noua, vel antiqua, quod, & quale præiudicium Domini directi consideretur per additionem nouæ personæ, vel nouæ generationis. Et demum quando, & quomodo primus acquirens per delictum ab eo perpetratum præiudicare possit filiis, vel agnatis ex propria eorum persona vocatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ non possunt locari vltrà solitum aliarum inuestiturarum, & num.seqq.*

2 *Solitum in concessione emphyteusis bonorum Ecclesiæ alteratum dicitur ex additione vnius, vel plurium personarum, & vide num.14. & seqq.*

3 *Emphyteusis propter delictum Emphyteutæ deuoluitur ad dominium directum, & quando vide nu. 23. & seq.*

4 *Emphyteusis primus acquirens, cum propriis pecuniis, & cum reseruatione facultatis disponendi non est dubium, quod præiudicare possit successoribus in inuestitura vocatis.*

5 *Inuestituræ antiquiores, ad quas noua inuestitura refertur, præsumuntur illi conformes nisi contrarium probetur.*

6 *Inuestitura ad alias relatiua attendi debet, etiam non constito de relato, donec inuestituræ antiquæ exhibeantur.*

7 *Assertio magni Præsulis alioquin vigilantissimi plurimum ponderari debet.*

Inuestitura noua præsumitur conformis antiquæ ex attestatione magni Præsulis, hoc asserentis, numer. 7.

8 *Emphyteusis concessio facta etiam per viam renouationis ab habente potestatem dicitur noua concessio.*

Inuestituræ solitum vbi alteratur ab habente potestatem etiamsi per viam renouationis appareat, semper tamen dicitur noua concessio, num.8.

9 *Inuestitura noua, non autem antiqua attendenda est pro regulandis imposterum cæteris inuestituris.*

10 *Inuestituræ simplex renouatio illius originalem naturam non mutat.*

11 *Status vltimus attenditur etiam in materia inuestiturarum bonorum emphyteuticorum.*

12 *Euentuale præiudicium non attenditur, & numer. seq. & num. 15.*

13 *Præiudicium quod potest esse, & abesse non habetur in consideratione, & supra numer. 12. & num. 15.*

14 *Emphyteusis antiqua non potest extendi per additionem nouæ generationis successiuæ, intellige vt num.seq.*

15 *Accidentalis euentus non attenditur, & supra numer. 12. cum seq.*

16 *Emphyteuta potest ius suum, & vtile dominium vendere requisito Domino.*

Dominus directus tenetur consentire emphyteutæ vendenti, & alienanti ius suum, & quando numer. 16.

17 *Inuestitura noua facta ad fauorem emptoris rei emphyteuticæ dicitur necessaria.*

Dominus directus consentiendo alienationi rei emphyteuticæ non dicitur alienare, sed emphyteusim iam alienatam suo consensu confirmare, numer. 17.

18 *Vtilitas Ecclesiæ quando requiratur in concessione emphyteusis.*

Ecclesia non potest pro se retinere, quando emphyteuta ius suum vendit, & alienat, num.18.

Ecclesia in alienatione, quam facit emphyteuta non potest prætendere nisi solùm Laudimium, numero 18

19 *Emphyteusi ad tertiam generationem concessa potest vltimus emphyteuta alienare in extraneum, quem Dominus tenetur inuestire ad aliam tertiam generationem, & nu.20 vbi vide.*

21 *Emphyteusi validè alienata, non attenditur ampliùs linea venditoris, sed emptoris.*

22 Hondedeus conf.31 nu 51. lib 2. *expenditur, & declaratur etiam supra num. 1.*

23 *Emphyteusis ob crimen læsæ maiestatis in primo capite deuoluitur ad dominium directum, secùs autem in secundo capite, & supra num. 2. cum aliis inferiùs seqq.*

24 *Pœna priuationis emphyteusis, vel feudi ob crimen læsæ maiestatis secundi capitis non incurritur, & supra num.23.*

Honor Principis quando fuit læsus, tunc dicitur crimen læsæ maiestatis in secundo capite, numer. 24.

25 *Crimen læsæ maiestatis non incurritur per libellos contra Principem euulgatos.*

26 *Crimen læsæ maiestatis in secundo capite, quod est infamia Principi illata, hodie abrogatum reperitur.*

Honor Principis læsus antiquitus crimine læsæ maiestatis puniebatur, num.26.

27 *Feudum, vel Emphyteusis aliud est, quod stipuletur pro filiis, aliud verò, quod stipuletur pro fratribus & de ratione diuersitatis.*

Emphyteusis, vel Feudum si fuerint stipulata pro filiis, vel pro fratribus, vtrisque semper censentur donata, sed diuersimodè, num.27.

Emphyteusis, vel feudi primus acquirens filiis pro quibus stipulatur præiudicare potest, secùs verò fratribus, quamuis etiam pro illis fuerit stipulatus, & quare num.27. & seq.

28 *Filiis propriis à primo acquirente præiudicari quidem potest, Agnatis verò transuersalibus nequaquam.*

29 *Agnatis ad emphyteusim, vel feudum expressè vocatis nec etiam à primo acquirente præiudicari vllo modo potest, & supr. num. anteced. & seqq.*

30 *Emphyteusis primus acquirens tunc potest præiudicare vocatis delinquendo, quando habet facultatem disponendi etiam in extraneos.*

31 *Facultas disponendi per contractum, vel per viam vltimæ voluntatis, non compræhendit, vel tribuit vllam facultatem per viam delicti.*

32 *Facultas disponendi inter compræhensos restricta, excludit quamcumque dispositionem extra illos.*

Verba, seu clausula, dummodò inter comprehensos, *quid importent, num.32.*

Verba dicuntur restricta ad personas expræssas, si de solis compræhensis loquantur, num.32.

DECISIO CCLXVII.

POSTQVAM Dominis de Bentiuolis fuerat decreta immissio in possessione Castrorum de quibus agitur, vt in decisione 14. Martii * 1657. superuenit Commissio pro cumulatione possessorii cum petitorio, assumptaque proindè boni Iuris disputatione Domini ad fauorem eorumdem de Bentiuolis responderunt, & sic standum esse in decisis.

Duo erant obiecta principaliora quibus se opponebat R.P.D. Sacchettus Abbas S. Hilarii dictorumque Castrorum Dominus directus. Primùm quod Inuestitura facta de anno 1611. Comitibus Francisco Alexandro, & Georgio de Bentiuolis esset nulla tanquam comprehensiua plurium personarum † præter solitum aliarum Inuestiturarum, & signanter vltimæ de anno 1571. ad fauorem Comitis Cæsaris de Malatestis ex adductis per Honded. *cons. 31. numer. 51. lib. 2.* Rota *decis. 176. numer. 42. & seqq. par. 5. & decis. 39. num 49. & seqq. par. 8. rec.* Attento maximè, quod duo tantùm erant filii superstites eiusdem Comitis Cæsaris, qui dictis fratribus de Bentiuolis vendiderunt, & quibus successiuè fuit facta Inuestitura nempè Galeottus, & Ioannes Baptista ex additione enim vnius vel plurium personarum † dicitur alterata forma in substantialibus in graue præiudicium Ecclesiæ ob dilatam spem deuolutionis, Rota *in diuers. decis. 582. numer. 1. par. 1. in recent. decis. 165. numer. 11. par. 10* & latè responsum fuit *in Bononien. Inuestiturarum 14. Aprilis 1660. § Alterata cum duobus seqq. coram Reuerendo Patre Domino meo Beuilaqua confirmata 2. Maii 1661. §. neque eosam R. P. D. meo Taia.* 1 2

Secundùm quod eadem Inuestitura terminasset, † dictaque Castra deuoluissent ex capite delicti læsæ maiestatis à dicto Com. Francisco patrati, iuxta *Text. in cap. 1. §. denique, quæ fuit prima causa Beneficii amittendi latè Gabr. tit. de Iur. emphyt. conclus. 2. num. 27. cum pluribus seqq. libr. 1.* Farinac. *de delictis, & pœnis quæst. 25. numer. 78. cum aliis per* Scrader *de feud. par. 9. cap. 8. numer. 18.* dubium enim non est primum acquirentem qualis colligitur fuisse Comes Franciscus in sibi reseruata facultate disponendi Summario D. Abbatis numer. 4. & ex solutione integri pretii de propriis pecuniis eodem Summario num. 12. & 13. 3

4 & 13 † posse preiudicare successoribus in eadem Inuesti-
tura vocatis, Caualer. decis 219. n. 8. Merlin decis. 699.
nnmer. 4. & 5. cum seqq. & numer. 27. ad med. & firmatum
fuit in Cesenaten. emphyteusis 23. Ianuarii, & 16. Iunii 1661.
coram me, & in Romana Domus 9. Aprilis 1660. §. quia Do-
mini confirmata 23. Februarii 1663. cor. Reuerendiss. D. meo
Decano.

Sed ad primum responsum fuit non subsistere, quod
alteratum fuerit solitum Inuestituræ cum imò constat hu-
iusmodi Castra vsque de anno 1500. pluribus personis con-
sueuisse concedi, vt ex concessione tunc temporis facta à
Præside Romandiolæ q. Dominis Labiano, Galeotto,
Francisco Antonio tribusque aliis de Malatestis ex tripli-
ce stipite descendentibus, quæ quidem concessio facta à
Præside tunc Vice Legati à latere fungente fuit denuo
confirmata à sanct. mem. Iulio Secundo, & Leone De-
cimo Pontificibus de anno 1504. & 1515. & per viam reser-
uationis seu reintegrationis de anno 1618. Summario im-
presso numer. 9. 10. & 11. Vndè eo magis venit attenden-
5 da non solùm quia antiquiores, † ad quas illa refertur præ-
sumuntur conformes, nisi contrarium probetur, Sera-
der. de feud. part. 1. cap. 2 num. 44. Rossental. eodem tract.
cap. 6. conclus. 69. num. 4. & seqq. vbi quod statur Inuestitu-
6 ræ, & si ad alias relatiuæ de qua constat, † donec illæ an-
tecedentes ab impugnante exhibeantur, & de eorum con
trarietate doceatur, Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 21. numer.
10. Fulgin. de Iur. emphyt. tit. de succes. in bonis emphyt. qu.
9 num. 22. vers. declara tamen, concurrente etiam positi-
ua assertione Domini directi Præsulis alioquin vigilantis-
7 simi, † quod hæc Inuestitura de anno 1611. erat cæteris
antecedentibus conformis, Menoch. cons. 745. num. 10. sed
etiam quia vbi alteratur solitum ab habente potestatem,
8 concessio etiam si per modum renouationis † dicitur no-
ua, & à prima diuersa, Rota in diuers. decis. 738. part. 1.
in recent. dicta decis. 39. num. 49. & seqq. par. 8. dicta decis.
165. num. 19. par. 10. & decis. 277. num. 6. 7. 10. & 14. part.
9 11 Indeque ad eam non ad antiquas est recurrendum †
pro cæteris imposterum regulandis, Surd. cons. 440. nu. 37.
vers. & vbi feudum fuit sub certa forma, & nu. 45. & 46. Ro-
ta in recent. dec. 603. num. 6. par. 4. tom. 3.

Minimè attenta præfata Inuestitura de anno 1571. fa-
cta soli Cæsari, quia vltra quod illud processit ex eo quod
ipse solus erat superstes ex linea Antonii. In quam dicta
Castra ex diuisione deuenerant, illa non fuit noua con-
10 cessio, † sed simplex renouatio, quæ originalem naturam
Inuestituræ non mutat, Rota in recentior. dicta decis. 176
à numer. 32. vsque ad 38. par. 5. dicta decis. 39. numer. 47. par.
8. & decis. 43. numer. 10. & duobus seqq. par. 10. & in om-
nem casum attendenda foret potiùs alia Inuestitura poste-
rior facta tribus personis de anno 1604. Summario impres-
11 so num. 1. quia in hac materia attenditur † vltimum soli-
tum, Decian. cons. 87 num. 48. lib. 2. & docuit Cagnol. in
l. diem functo numer. 96. cum seqq. ff. de offic. Assessor. Surd.
cons. 207. nu. 10. Rota dec. 603. nu. 4. in fin. par. 1. & dec. 610.
num. 1. in fin. par. 3. rec.

Rursus euentuale omninò fuisset præiudicium Ecclesiæ
quatenus Galeottus, & Ioannes Baptista venditores soli
superstiti ssent, quia cum eorum filii, & descendentes in
infinitum essent compræhensi, æquè potuissent isti gene-
rari, ac illi Domini de Bentiuolis emptores, vndè tale
12 præiudicium † euentuale non attenditur, Rota dec. 107.
numer. 17. cum seqq part. 4. tom. 2. recent. Giouagn. resp. 44.
num 52. vers nam contingere potest lib. 2. & generaliter præ-
13 iudicium, quod potest esse, & abesse † non habetur in
consideratione, Sarnen. ad regul. de Iur. quæsit. non tollen.
quæst. 4. vers. addo vlterius Gonzal. ad reg 8. glos. 45. §. 1. nu-
mer. 44. & seqq. Rota in Patauina pensionis 19. Februarii
1663. §. Altera coram Reuerendissimo Ninot, Doctores au-
tem firmantes, quod per additionem vnius personæ alte-
14 ratur Inuestitura † loquuntur in terminis superadditæ ge-
nerationis per successiuam extensionem temporis, vt vi-
dere est in exaduerso allegata, decis. 582. num. 1. part. 1. di-
uers. decis. 39. num. 49. par. 8. decis. 165. numer. 10. recentior.
& in Bononien Inuestiturarum 14. Aprilis 1660. §. Altera-
tam coram R. P. D. meo Beuilaqua, non autem vbi cumu-
latiuè additur vna persona, quæ simul tempore cum aliis
15 durat, † & extinguitur itaut per accidens sit, quod vnus
alteri superuiuat, vnusque vel alter cum filiis decedat,
qui accidentalis euentus, vt supra non attenditur, vt
præter mox allegata tradunt, Afflict. in capit. omnes filii
nu. 48. si de feudo fuerit controuer. in Domin. & Agnat. tom.
3. fol. mihi 31. à tergo Sau. cons. 3. numer. 414. Rota decision.
357. numer. 98. parte 11. cum relatis in Assisien. oblationum
9. Decembris 1661 §. neque decrementum coram me.

Et insuper responsum fuit quod cum huiusmodi Castra
essent solita locari pluribus personis, emphyteuta autem
possit Ius suum, † & vtile Dominium vendere requisito 16
Domino, qui iuxta solitum tenetur consentire, Text. in
l. fin. C. de Iur. emphyt. & in cap. potuit de locat. & conduct.
Giouagn. dicto respons. 44. num. 16. & 52. talis Inuestitura,
quæ tunc fit temporibus, dicitur necessaria, † & Domi- 17
nus non dicitur alienare sed potius emphyteusim iam se-
mel alienatam suo consensu confirmare, ad Text. in capit.
nuper de donat. inter vir. & vxor. Corbul. de caus. priuat.
ab alienat. Irrequisit. Dom. quæst. 1. per tot. Beninten. dec.
87 pariter per tot. Caldas. de extinct. emphyt. lib. 4. cap 11.
numer. 34. & seqq. Giouagn. dicta respons. 44. num. 52. In-
deque tali casu non requiritur vtilitas Ecclesiæ, quæ so-
lùm attenditur, vbi bona iam deuoluta ex integro alteri
conceduntur, non autem vbi durante adhuc prima Inue-
stitura de consensu vocatorum ea emptoribus conceditur,
† tunc enim cum Ecclesia non possit pro se retinere, ex 18
quo emphyteusis non est aperta, Prælatus nullum aliud
Ius habet, quam ipsum Laudimium accipiendi, est Text.
in dicta l. fin. C. de Iur. emphyt. & tradit Caldas. eodem tract.
lib 1. quæst. 2. sub num. 14. vers. pro huiusmodi autem renoua-
tione Bursatt. cons. 256. num. 15. Fulgin. de Iur. emphyt. tit.
de Laudim. quæst. 1. numer. 4. & seqq. Rota decis. 107. num.
18. par. 4. recent. tom. 2. Giouagn. dicto respons. 44. & di-
cto num. 52. vbi ampliùs firmat, quod si emphyteusis est
concessa ad tertiam generationem, possit vltimus de
linea alienare in extraneum, † quem Dominus tenetur 19
inuestire in aliam tertiam generationem iuxta formam
prioris inuestituræ nec consideratur præiudicium ipsius
Domini directi, cum stante facultate alienandi ipso re-
quisito quælibet Inuestitura facta dicatur sub hac condi-
tione, quod debeat durare vsque ad tempus conuentum
si penes emphyteutam, & eius hæredes emphyteusis du-
rauit, sin autem fuerit alienata, quod debeat fieri noua
concessio emphyteutæ sub eadem priori forma, † & hoc 20
modo, non antiquus emphyteuta, qui transferat plus
Iuris in alium, quam ipse habeat, sed est ipse Dominus
directus, qui illum ita inuestire tenetur, & prout latiùs
apud eum & dixit, Rota post eundem in Ciuitatis Castelli
bonorum emphyteuticorum 20. Iunii 1586. coram Platto sub
num. 122. facta autem tunc valida alienatione † non atten- 21
ditur ampliùs linea venditoris, sed emptoris, Anchar.
cons 64. numer. 1. cum seqq. Cyriac. controuer. 14. numer.
19. cum seqq. idem Giouagn. dicto respons. 44. num. 48. Ro-
ta dec. 182. nu. 1. par. 6. rec. in Romana Census 28. Iunii 1658.
§. nec retentionem in fin. cor. R. P. D. meo Beuilaqua, & in
Romana Vineæ 2. Maii 1661 §. vtique extincta cor. Reueren-
diss. D. meo Decano.

Hondedeus † verò & alii in contrarium adducti loquun- 22
tur contra communem, & in casu quo agebatur de reno-
uatione rei iam deuolutæ ad Ecclesiam, & contra ipsum
met Honded. Iudicatum fuit, vt ipse refert, in fine Con-
silii pro ea parte Molendini, quæ de consensu Domini
vendita fuerat.

Ad secundum verò obiectum multipliciter responde-
runt Domini primo non quamcumque felloniam, vel
offensam in Dominum causare pœnam priuationis, sed
tantummodò Crimen læsæ Maiestatis, quod vocant in
primo capite quando nempè delictum directè, & imme-
diatè committitur in personam Principis, † secus quando 23
prætenditur tantùm læsus ipsius honor, vt in præsenti
quia tunc dicitur Crimen læsæ maiestatis in secundo capi-
te, vt distinguunt Menoch. cons. 99. num 68. in fin. & nu.
seq Farinac. de Crimin. læsæ Maiest. quæst. 113. inspect. 1.
num. 161. & quæst. 116. num 24. & seqq. & num. 27. ex de-
licto autem in secundo capite non incurri pœnam † priua- 24
tionis in specie firmat idem Farinac. in prax. quæst. 25. num.
92. & dicta quæst. 116. §. 3 num. 127. Spad cons. 16. numer.
19. lib. 1. & ante coram Rolan. cons. 78. num. 8. cum seqq. libr.
4. Gail. de pact. publ. lib 2. cap. 13. numer. 16. Rosental. de
feud. cap. 11. conclus. 13. numer. 16. Imo per huiusmodi li-
bellos contra Principem † hodiè nullo modo incurri rea- 25
tum maiestatis aduerterunt, Duaren. in cap. 2. ad leg. Iul.
maiestat. in fin. Valenzuol. cons. 164. num. 42. & seqq. lib. 2.
Gigas de Crim. læs. maiest. quæst. 40. num. 9. & 10. Crauett.
cons. 6. numer. 1. & 9. qui ampliùs animaduertunt illud
Crimen hodiè poni sub diuerso titulo, Codic. s. si quis ma-
ledix.

26 *ledix. & per l. vnic. C. eod. tit.* † abrogatum fuisse Crimen læsæ Maiestatis ex hoc capite, contraria verò procedere de Iure antiquo, quod ipsum tuetur, ac latissime fundat Modern. Neapolitan. *ad dicta l. vnic. §. 1. numer.* 15. *& seqq. & numer.* 23. *&* 38. *& seqq.* & ante eum Vermigliol. qui in causa respondit *consil. 6. num.* 14. *& seqq.*

Secundò principaliter, quia quidquid sit an Franciscus fuerit primus acquirens, & an vti talis prçiudicare potuerit filiis ex propria persona vocatis, hoc certissimum est eum nocere non potuisse Alexandro, & Georgio eius fratribus æquè principaliter in Inuestitura admissis, accon-
27 templatis ea ratione, † quia licèt vbi stipulatur feudum, vel emphyteusis pro filiis censeatur illis donare; attamen cum talis donatio dicatur profectitia, & tantummodò post mortem robur accipiat, mirum non est si secundum aliquorum sententiam potest illis quomodolibet disponendo præiudicium inferre; At vbi stipulatur pro fratribus aliisque transuersalibus donatio statim sortitur effectum fitque ipso Iure. Irreuocabilis, vndè quælibet dispositio postea per stipulantem emissa, iis nocere non potest sic originaliter distinguendo docuit, Bald. *in auth. si quas ruinas num.8. & seqq. Cod. de Sacros. Eccles.* quem sequuntur communiter Doctores. & signanter Corn. *cons. 68. num. 16. in princ. lib.3.* Caldas. *de Iur. emphyt. lib. 4. cap. 20. num. 16. ad med.* dicens hoc est de intentione omnium Doctorum quos hactenus legerit, Fulgin. *eodem tractat. quæst.24. numer. 18. & 19. plenè* Gratian. *discept. 405. num. 2. vsque ad* 12. Ciarlin. *controu. 158. nu.11. cum pluribus seqq.* Inquiens casum in his terminis clarissimum atque euidentissimum, & dixit Rota cor. Seraph. *decis. 341. num. 22. cum aliis in decisione quæ reuidetur, §. non obstat vers.* vbi quod hoc casu melior est conditio Agnatorum.

Quam quidem differentiam in specie delictorum quod
28 scilicèt quidquid fit in filiis acquirentis, † non noceat Agnatis transuersalibus agnouerunt, Bald. *in capit. 1. si Vassallus feudo priuetur, num.3 in fin. vers. ego autem in materia delictorum,* Alex. *cons.30. num.13. & cons.103. numer.7. vers. quinimo attento lib.1.* Ruin. *cons.7. num.12. libr.1.* Dec. *cons.66. num 15. ante med. vers. nam ex tenore Inuestituræ* Soc. Sen. *cons.4. num.27. lib.3.* Socc. Iun. *cons.77. numer.170. libr.1.* Crauett. *cons.859. nu.13. vers.2. in quæst.66. num.4.* Menoch. *cons.304. num.34. & seqq cons.534. num.11 & 12. & cons.815 num.35. & 36* Isern. *in cap.1. nu.49 quo sit prima causa Beneficii amittendi, & in cap.1. sub num.7. vers. & hoc videtur verius ibique* Afflict. *num.1.* Baizarars. *num. 11. &* Ioan. Ant. Lanar. *num.25. si Vassal. feud. priu.* Fab. de Ann. *cons.67. num. 51. & seqq idem* Afflict. *in cap.1. § si Vassallus vers. quid ergo dicam, si de feudo fuerit controuer.* Cancer. *in cap.1. vers. oppono primo. An Agnatus, vel Vassallus,* Rolan. *cons.1. num. 54. lib.3.* Hartman Pistor. *quæst. Iur. lib.2. quæst.15. num.27. & seqq. & num.32. cum seqq.* Ciriac. *de feud. tit.2. ad quem feudum amissum redeat* Boer. *in eius quæst. de mod. amitten. feud. quæst.3. num.55.* Vrsin *de feud. par.1. quæst.7. art.2. numer.8. cum seqq.* Vulter. *eodem tract. cap.21. num 71. vers. fit autem non nunquam fol. mihi* 635. Rossental. *eodem tract. cap 1. 9. conclus.65. nu.11. cum seqq.* Berlich. *conclus 37. numer 6 7.8. & 29 cum seqq. par.3.* Marta *vot. Pisan. 91. num.8. cum seqq.* Cristar. *decis Belg.78 numer.9. tom.6.* Cabed. *dec. Lusitan.81. numer. 7 part.* 3. & generaliter vbi Agnati fuerunt æque principaliter contemplati, ac propriis nominibus expressi,
29 quod † iis quomodocumque per alium absque eorum facto præiudicari non possit vltra allegatos in *decisione quæ reuidetur, §. tollitur* in puncto tradiderunt, Gabr. *de Iur. emphyt. conclus.2. num.11.* Ceual. *commun opin. quæst 783. numer. 24.* A Ponte *de potest. Proreg. tit. de refutat. feud. §.10. nu.13.* Rossental. *dicto tract. cap.9. conclus.66. num.6. cum seqq.* Fulgin. *de Iur. emphyt. quæst 24. nu.27.* Fragos. *de Regim. Reipubl. par.3 lib.6. disput.9 §.8. num 5. quod intelligo* Sperell. *decis 72. num.4. & seqq.* Rota coram Caual. *dec.219. num.8. in Imolen. Decanatus 27. Maii 1652. cor. bo. me. Verospio, §. Hæc nullatenus, & in Bonon. bonorum 28. Ianuarii 1664 §. Nihilominus coram me.*

Tertiò demum quia primus acquirens tunc potest præ-
30 iudicare vocatis delinquendo, † quando habet liberam facultatem disponendi etiam in extraneos, vt in specie declarat, Clar. *in dicto §. feudum quæst.66. num. 7. in fin. vers. si verò Vassallus* Farinac. *dicta quæst. 25. num.* 34 At in hoc casu totum contrarium legitur in facultate Com. Francisco reseruata, de qua in præcitato Summario D. Abbatis num.4. Ibi: *Reseruato Iure disponendi de dicto feudo ad libitum tam per viam contractus, quàm voluntatis dummodò disponat inter compræhensos.* Indè enim non solùm apparet restricta licentia, quoad modum disponendi, nimirum per viam contractus, vel vltimæ voluntatis, † non autem 31
per viam delicti, Rota *decis.4. nu 14. par.7 rec.* sed etiam, & magis præcisè quoad personas cum verba illa, *dummodò inter compræhensos,* excludant quamlibet dispositionem, quæ extra illos fieret † veluti modificatiua facultatis, ac 32
restrictiua ad personas expressas, Dec. *in capit. ex literis nu 11. vers. vndè secundo, & n.52. de constitut.* Rota *dec.229 nu.30. & seq. par.6. rec. in Romana hæreditatis 16. Iunii 1665. §. non obstat cor. Reuerendiss. D. meo Decano,* & aliis adductis animaduersum quoque fuit in *decis quæ reuidetur, §. Hinc titulus vers.* & cum in compensationem, cuius fundamenta in vniuersum Dominis placuerunt.

Ideoque pro illius confirmatione, vt supra responderunt vtraque, &c.

Supra Decisione * 213. part. 12. rec. adest altera, & prima præsentis causæ Decisio.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granatesi.

Aretina Capellaniæ.

Veneris 6. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Pluribus Patronis præsentantibus ad beneficium iuris Patronatus, ille instituitur, qui fuerit à maiori parte præsentatus, in qua quidem maiori parte, & ipse quoque præsentatus compatronus annumeratur, qui præsentationi ab aliis de se factæ iure merito potest adhærere.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à medietate Patronorum, & ab Ordinario institutus gratificari debet.*

2 *ad Beneficium ius Patronatus ille instituendus est, qui habet maiorem partem vocum, & præponderantiam.*

3 *Textus* in cap. Consultationibus de iure patronatus *expenditur.*

4 *Patronus adhærere potest præsentationi de se met ipso ab aliis Patronis facta.*

5 *Præsentati adhæsio tunc demùm valet, quoties auget numerum, secus autem quando ex illa numerus reducitur ad æqualitatem.*

6 *Sed de hac opinione valdè dubitauit,* Rota Romana cor. Merlino.

7 *Præsentatio facta ab vno plures voces habente magis auget præsentationem.*

8 *Patroni plures præsentantes omnes pro æquali voce, & portione præsentasse præsumuntur.*

9 *Præsentandi quasi possessio non transit ad hæredes absque noua appræhensione.*

Intellige, vt numeris sequentibus.

10 *in Præsentato à successoribus Patronorum, qui erant in quasi possessione præsentandi attenditur maior numerus.*

11 *Præsentandi quasi possessio antecessoris suffragatur successori etiam absque noua appræhensione ad effectum institutionis.*

DECISIO CCLXVIII.

AD Capellaniam S. Andreæ, de qua agitur de Iurepatronatus familiæ de Buralibus, dixerunt Domini esse instituendum Hieronymum Buralium, † vel per 1
viam gratificationis tanquam præsentatum à medietate patronorum, & ab eodem Ordinario institutum. Ioan. Andr. *in cap. cum autem vbi* Card. & Abb. *de Iurepatr* Lambert. *eodem tract. p.3. qu.4. art.11. & qu.5. art.1. num 5.* Barb.

de offic.

de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 15. Cæsar de Graff. *decis. 1 num. 9. de Iurepatr.* Adden. ad Buratt. *decis. 651. num. 12.* Merlin *decis. 394. num. 7. cum seqq. & in Baren. Iurispatronatus 27. Ianuarii 1645. §. nec refert coram bo. mem. Peutingerio, & in Ferrarien. Prioratus 26. Maii 1660. §. quatenus coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, vel
2 tamquam habentem maiorem † partem vocum, & præponderantiam *cap. 3 ibique glos. in verb. qui maioribus, &* Barbos. *num. 4. de Iurepatr.* Couar. *in reg. peccatum part. 2. §. 7. num. 4.* Guttier. *Canon. quæst. cap. 11. nu. 20.* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num. 257.* Rota *decis. 416. num. 9. part. 9. decis. 293. num. 3. part. 10. & decis. 188. num. 3. part. 11. recent.*

Habet namque medietatem vocum, quia attento vltimo statu iuxta disposita in *c. Consultationibus de Iurepatr.*
3 † ex septem patronis, qui præsentarunt in vltima vacatione de anno 1631. quatuor modo supersunt, quorum duo, nempè Seraphinus, & Ioann. Baptista præsentarunt Franciscum; Æques vero Franciscus præsentauit Hiero-
4 nymum, & iste præsentationi de se factæ adhæsit, † quæ adhæsio præsentati de iure valet, & auget numerum Bero. *cons. 5. num. 31. lib. 1.* Rocch. *de Iurepatr. verb. Honorificum num. 20.* Viuian. *eodem tract. lin. 14. post cap. 2. num. 65.* Sanch. *Cons. moral lib. 2. cap. 3. dubit. 74. num. 7. & seqq.* Maceraten. *var. resolut. lib. 1. cap. 51. num. 5.* Castropal. *oper. moral. tom 2. tract. 13. disput. 2. punct. 7. num. 3.* Ciarlin. *controuer. 69. nu. 9. & seqq.* Barbos. *de Iur. Eccl. vniuers. lib. 3. cap. 12. num. 196.* Campanil. *in diuers. Iur. Canon cap. 11 rubr. 13. num. 4.* Rota coram Buratto *decis. 316. num. 4. & coram* Merlino *decis. 733. num. 1. & 3. & decis. 219. num. 7. part. 9. recent.*

Nec facit quod tunc adhæsio præsentati augeat numerum quoties ex tali adhæsione maior numerus resultat,
5 † secus autem quando ex illa solùm reducitur ad æqualitatem iuxta doctrinam, Abb. *in cap. cum in Iure 33. sub nu. 5. vers. puto tamen de elect.* Quia quidquid sit an eius opi-
6 nio sit vera, † prout de illa dubitauit, Rota coram Merlino *dicta decis. 733. num. 8.* cessat difficultas ex eo, quod Hieronymus habet voces pinguiores, cum fuerit præsentatus ab Equite Francisco tam nomine proprio, quam vti hærede Michaelis Angeli Patrui, & donatario Iacobi, qui
7 præsentarunt de anno 1631. vt in facto, † quo casu potuit ex iure aliorum reddere æquales voces, & ex Iure proprio suæ adhæsionis illas augere, vt respondendo doctrinæ Abb. declarat Lambert. *de Iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 8. art. 8. sub num. 3.* Sanch. *cons. moral lib. 2 cap. 3. dub. 74. num. 14.* Rococh. *de Iurepatr. verb. ipso vel is num. 12. & admisit* Rota coram Merlino *dicta decis. 733. num. 8. in fin.*

Habet quoque Hieronymus præponderantiam, nam vltra vocem Michaelis Angeli, & Iacobi, habet vocem Pauli, vti hæredis Lucæ, qui pariter de anno 1631. præsentauit *Summario Hieronymi num. 8.* Nihil releuante quod voces Equitis Francisci, & Hieronymi, vti prouenientium ab eodem stipite computandæ sint pro vna, quia dum non tanquam Patris hæredes, sed vti singuli admissi fuerunt ad præsentandum vna cum alijs quinque dicto
8 anno 1631. † omnes præsentasse præsumuntur pro æquali voce, & portione Hieron. Palma *cons. 10. num. 5. vers. & quotquot* Lambert. *de Iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 25. sub num. 15.* Rota post Viuian. *de Iurepatr. decis. 65. num. 2.*

Non obstat quod quasi possessio Michaelis Angeli, Ia-
9 cobi, & Lucæ, non transierit in hæredes † absque noua apprehensione iuxta firmata in *Meleuitana Iurispatronatus 16. Iunii 1659. coram R. P. D. meo Beuilacqua.* Quia in hoc casu non agitur de excludendo præsentatum à veris patronis, ex sola quasi possessione Antecessorum, in quibus terminis loquitur Rota *in dicta Meleuitana Iurispatro-*
10 *natus;* † sed tantùm de instituendo præsentatum à successoribus eorum, qui verè erant Patroni, & existebant in quasi possessione præsentandi; hoc enim casu attenditur
11 maior numerus præsentantium, & † quasi possessio antecessoris benè suffragatur successori ad effectum institutionis etiam absque noua apprehensione, Lotther. *de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 116. & seqq. cum aliis congestis in Adrien. Beneficii 6. Februarii 1868. § Pertinentia coram me.*

Et ita partibus hinc inde informantibus resolutum fuit, &c.

REVERENDISSIMO DOMINO CERRO Decano.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Primogeniture de Bubalo.

Veneris 8. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis regulariter Primogenitura incipiens à masculo; & per masculos de vno in alium procedens melius per eosdem masculos conseruetur, quam per similiter masculos descendentes ex fœminis; hoc tamen sine difficultate procedit, quando à testatore expresse fuit habita ratio conseruandæ agnationis, quę quia ex plurimis argumentis, & coniecturis in præsenti deducitur, ideo ad sequentem Summarium, & Decisionem lectorem beneuolum remittimus.

SVMMARIVM.

1 *Masculi ex fœminis veniunt appellatione filiorum, nepotum, & aliorum descendentium.*
2 *Linea simpliciter nominata veniunt etiam masculi ex fœminis limita, vt nu. 4. & 8.*
3 *Linea masculina incipit masculo, & per masculos de vno in alium procedit exclusis fœminis.*
4 *Testatoris, seù disponentis voluntas vbi apparent cessant regulæ à Doctoribus assignatæ.*
5 *Declaratio facta à testatore, ne dicatur inutilis, & superflua quando censeatur principaliter apposita ad excludendos masculos ex fœminis.*
6 *Testator dicitur vocasse masculos ex masculis si illis imposuit tantummodò onus assumendi eius nomen, masculis verò ex fœminis æquè nomen, cognomen, ac etiam arma, & insignia eiusdem testatoris iniunxit, & num. 7.*
7 *Familiæ principaliter distinguuntur in armis, & insigniis, & nu. 24.*
8 *Agnationis conseruandæ votum plurimum defert ad inducendam vocationem masculorum sub nomine filiorum nepotum, vel similium.*
9 *Agnatio dicitur considerata ex intentione habita à testatore conseruandi, & perpetuandi primogenituram in eius Domo, & familia.*
Domus, & familia proprio nomine nuncupata inducit votum conseruandi agnationem, numer. 9. vbi amplia.
10 *Familia, & Domus quando importent, & significent agnationem.*
11 *Agnatio considerata in casum delicti quamuis non extendat substitutiones in casum mortis, illas tamen declarat fuisse factas sub eadem conseruatione agnationis, & num. 12.*
13 *Agnatio considerata dicitur per primogenituram cum requisita qualitate masculinitatis, & exclusione fęminarum, & nu. 14. & seqq. vbi amplia.*
16 *Coniecturæ plures vbi existunt, tunc eo magis dicitur conseruata agnatio.*
17 *Digressus ad plures gradus substitutionum in quolibet gradu repetita cum qualitate masculinitatis, semper facit agnationem fuisse consideratam.*
18 *Legitimitatis qualitas, & quod filii fuerint legitimi, & naturales inducit votum conseruandi agnationem.*
19 *Naturalium exclusio licèt, & amplissimè legitimatorum, ac etiam per subsequens matrimonium eo magis facit agnationem fuisse consideratam.*
20 *Agnationis ratio dicitur à testatore habita ex exclusione Monasteriorum, Collegiorum, & Religiosorum.*

Agnati

Agnati non dicuntur, qui non gestant testatoris insignia, num.23.

22 *Agnatorum qualificata exclusio, quos testator reputauit inhabiles ad propagationem agnationis, eo magis deseruit pro conseruatione eiusdem agnationis.*

25 *Agnatio ficta, & artificiosa à testatore post veram agnationem vocata, facit eamdem agnationem expressè fuisse consideratam.*

Agnati ficti non possunt concurrere cùm agnatis veris, & naturalibus, num.25.

26 *Masculi ex fœminis non veniunt appellatione lineæ si fuit agnatio considerata.*

27 *Personæ eadem comprehenduntur in conditione, quæ continentur in dispositione, & vocatione.*

28 *Linea aliaquin simpliciter nominata, & alioquin cum qualitate masculinitatis vocata, an excludat agnationem, vel nè.*

pro Synonimis ea, quę à testatore habita sunt agnationem non excludunt.

Discretiua locutio cessat si testator vtramque locutionem habuit pro synonima, num.28.

29 *Argumentum ab absurdo vitando non attenditur si constat de voluntate testatoris.*

Absurdum etiam maius euitari non potest, si ità fuit testatoris voluntas, num.30. & 31.

30 *Vocatio proximioris vltimi defuncti relicto proximiore testatoris nullum est absurdum.*

31 *Masculos ex masculis excludere, & admittere fœminas ex masculis quale absurdum esse dicatur, & quando.*

DECISIO CCLXIX.

DECISVM fuerat 18. Martii 1667. coram me, non esse dandam immissionem D. Hyacintho nominato à Marchione Paulo, quia ex testamento Marchionis Octauii senioris, Paulus non habebat facultatem nominandi in præiudicium eius descendentium, & nominatio non fuit pura, sed conditionalis, quatenus filii masculi filiarum fœminarum non possent succedere, quæ conditio tunc visa fuit non posse impleri, ex quo filii masculi dictarum fœminarum censebantur inclusi, tàm in parte
1 dispositiua † vocante omnes filios, nepotes, pronepotes, & alios descendentes masculos ab Angelo in infinitum *iuxtà cons. Fulgos. 85. numer. 1. & 2 communiter receptum*, quàm in parte conditionali, dum substitutiones conceptæ sunt in casu, quo totaliter deficeret linea Angeli, & Pauli simpliciter nominata, quæ etiam descen-
2 dentes ex fœminis includit ex Bald. *cons. 321. post med. vol. 1. cum aliis in decisione allegatis §. conditio autem, & §. verum etiam.*

Sed his postmodum causa proposita, & magis accuratè discussa, hodiè DD. recesserunt à decisis, quia existentia descendentium masculorum Marchionis Pauli ex eius filiabus fœminis non potest impedire effectum nominationis Domini Hyacinthi, ex quo descendentes masculi fœminarum ex contraria voluntate Testatoris, & ex voto conseruandi Agnationem non includuntur in parte dispositiua, neque in conditionali.

Respectu enim partis dispositiuæ, licet Testator *in §. 11.* dixerit ibi, *e doppo la morte di detto Paolo l'instituisco, e surrogo il suo figlio primogenito, & nipoti, & pronipoti, & altri suoi descendenti maschi legitimi, & naturali in infinito, sempre però di primogenito in primogenito, &c.* Attamen in §. 25 per viam regulæ declarauit, ibi, *E per togliere l'occasioni di liti, & interpretationi dico, e dichiaro, che in tutti li luoghi, nelli quali si fà mentione de figlioli, nepoti, pronepoti, & altri descendenti, hò inteso, & intendo sempre de' maschi legitimi, e naturali, e di vero, e legitimo matrimonio nati.*

Vndè addendo iuxtà formam huius declarationis qualitatem masculinitatis omnibus substitutis in *dicto §. 11.* lineæ Pauli, & Angeli sui Patris, perindè ac si Testator dixisset, *e doppo la morte di detto Paolo l'instituisco, e surrogo il suo figlio primogenito maschio, & nepoti maschi, e pronepoti maschi, & altri suoi descendenti maschi, legitimi, e naturali in infinito, sempre però di primogenito maschio, in primogenito maschio*, ac inferius sub eodem § 11. ibi, *Talmente che questa mia hæredità debba andare disbrigata, & integra in tutti li primogeniti descendenti maschi dal detto Sig. Angelo, e da suoi figli maschi, nepoti maschi, pronepoti maschi, & altri descendenti maschi, sempre di primogenito maschio, in primogenito maschio.* Clara videtur mens, & voluntas Testatoris illos dumtaxat descendentes Pauli, & Angeli sub *dicto §. 11. & seqq.* vocandi, & substituendi, qui ab eis descenderent ex masculi, & lineam masculinam constituerent, quæ incipit à masculo, & per masculos de vno in alium continuatur, † ex- 3
clusis fœminis, & descendentibus ab eis, *ex latè deductis per* Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. fol. 11. num. 54. & 55. fol. 291.* Grat. *plures referens disc. 901. nu. 22. cum seqq.* Rota *dec. 95. nu. 5. vers. 1. quia, & num. 61. & dec. 218. à num. 4. par. 11. rec.*

Ac per consequens cessat regula deducta per Fulgos. quæ † non habet locum quoties expressè apparet de con- 4
traria mente disponentis, vt firmat Gabr. *cons. 116. num. 26. & 27. lib. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 26. num. 18. & admittitur in decis. 15. sub nu. 2. vers. nec expressa mens par. 2. diuers.*

Non releuante, quod supradicta declaratio §. 25. apposita fuerit ad tollendam omnem dubietatem, nè in Primogenitura possent vnquam succedere fœminæ, vel illegitimi. Quia cum in *dicto §. 11.* verbis amplissimis prouisum fuerit circa illorum exclusionem, ibi, *escluse sempre le femine*, & ibi, *intendendo sempre de' maschi legitimi e naturali, e di vero, e legitimo matrimonio nati, e procreati, esclusi li bastardi etiamdio legitimati.* Vtique ne dicta declaratio in hac parte dicatur inutilis, & superflua, prout dici posset, si respiceret solam exclusionem fœminarum, & illegitimorum, † censeri debet principali ap- 5
posita ad exclusionem descendentium masculorum ex fœminis, vt de consimili declaratione firmauit Rota *in Bononien. fideicommissi de Amorinis 30. Maii 1659. §. prætereà vers. quæ sanè declaratio coram Reuerendissimo D. Meltio Episcopo Papien. & in Bononien. fideicommissi de Cataneis 9. Decembris 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont, §. quam agnationem.*

Quæ sanè contraria mens, & voluntas Testatoris elicitur etiam ex discretiuo modo † apponendi onus assum- 6
ptionis nominis, cognominis, & insignum. Nam vbi vocauit descendentes ex fœminis, & extraneos onus ita concepit, ibi, *debbano chiamarsi Ottauio del Bufalo, & vsare il nome, cognome, & arme, & impresa mia*, vt in §. 19. & sub §. 20. *debbano pigliare l'arme, nome, e cognome, casata, & impresa mia*; sed quando vocauit descendentes ex masculis, suosque Agnatos, ita simplicitèr dixit, ibi, *& ordino anco, che tutti quelli, che succederanno in questa mia hæredità, e primogenitura, si chiamino, & vsino il mio nome di Ottauio del Bufalo*, vt in §. 17. & in §. 18. ibi, *con il medesimo peso di pigliare il mio nome.* Quapropter dum in §. 13. loquens de descendentibus Angeli, & Pauli ordinauit, ibi, *Voglio anco, & ordino che tutti li primogeniti, che succederanno nella mia heredità, debbano pigliare il mio nome, e chiamarsi Ottauio del Bufalo*, nulla penitus facta expressione Insignium, nec armorum benè infertur, quod in parte vocatiua descendentium Pauli de solis masculis ex masculis, non autem de masculis fœminarum intellexit præsupponendo omnes descendentes ibidem vocatos ab ipsorum natiuitate debere esse de sua familia, & Agnatione, nec propttereà eorum respectu opus fuisse superaddere onus assumptionis Armorum, & Insignium, vt benè ratiocinatur Soccin Iuuior. *consil. 69. sub numer. 22. versic. ex quo potest lib. 3.*

Nec obstat ponderatio *decisionis §. quoniam huiusmodi*, quod nempè Testator in linea Angeli non fuerit contentus solo nomine, sed addiderit, *e chiamarsi Ottauio del Bufalo.* Quia id apposuit dumtaxat demonstratiuè, & tanquam veniens in consequentiam; præceptum verò directum fuit ad solum nomen ibi, *Debbano pigliare il mio nome*, & ibi, *Si chiamino, & vsino il mio nome*, atque ibi, *con il medesimo peso di pigliare il mio nome.* Et vis discretiuæ loquutionis, onerisque appositionis consistit in Armis, & Insignibus, ex quibus principalitèr distinguuntur familiæ, *l. stigmata C. de fabricens. lib. 11.* Cum enim illarum assumptionem in §. §. 19. & 20. demandauerit descendentibus fœminarum, & extraneis, in §. *verò* 13. de Insignibus loquutus non fuerit prout nec minus in seqq. §. §. 17. & 18. indè clara videtur eius intentio, & voluntas, quod in istis locis solos Agnatos, & Descendentes ex masculis vocare voluerit, qui tanquam de sua familia,

Armis, & Insignibus ab eorum natiuitate absque vlteriori assumptione vtebantur.

8 Votum verò conseruandi Agnationem † ex quo etiam excluditur Regula Fulgos. vt probant Soccin. Iun. *cons. 2.n.19. vers ideo secundo loco lib.2.* Surd. *cons.316.n.8.* Menoch. *cons.1229 num.20.* Gabr. *d.cons.116. num.10. & 11.lib.2.* Pen. *dec.902 num.5.vers. quod tunc, in rec. decis 95. nu 22. & decis. 218 num 9 par. 1. & admittitur in d. decis. 15. num. 2 par. 2. diuers.* Expressum, & tacitum in præsenti casu concurrit, specialiter respectu lineæ Angeli, & Pauli, ac præcisè quo ad ipsorum eorumque descendentium personas, & vocationes, non autem solummodò respectu linearum Horatii, Mutii, & Quintii, *vt supponitur in decisione §. cætera verò.*

9 Expressum enim habetur sub §. 21. ibi, *perche l'intentione mia è di perpetuare questa primogenitura in casa del Bufalo, & ex §.§. 23. & 24.* in quibus nominatim Testator prohibuit Paulo, & eius descendentibus alienationem, & delicta, addita ratione in §. 23. *perche voglio, che la detta mia heredità, e primogenitura si conserui integra, e vada à tutti li successori di mano in mano, e senza diminutione alcuna,* & in §. 24. ibi, *Et acciò si conserui perpetuamente la mia hæredità nelli nominati, e chiamati, e che la mia famiglia si*
10 *conserui nella sua Nobiltà:* † verba enim *Domus, & Familia* in his terminis significant Agnationem, vt de verbo Bart. *in leg. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. signif.* Anchar. *cons. 152. num. 4. vers. sed accipitur* Peregr. *de fideic. art. 22. num. 27.* Rota *in rec. dec. 373 num. 3. vers quod verbum par. 3. & in d. Bonon. fideicommissi de Cataneis 17. Martii 1662. §. quia vero, & §. quamuis enim, & 9. Decembris eiusdem anni §. quia placuit cum seq. coram R.P.D. meo Bourlemont.* Et de verbo *familia text. in d. §. familiæ* Simon de Pret *de interpret vlt. vol. d. lib. 3. solut. 11. num. 25. vers. familiam significare fol. 289. à tergo* Peregr. *d. art. 22 num. 26. vers. contra verò* Pen. *dec 902. n. 7. in rec. dec 44 nu. 1. par. 1. & dec. 1. num. 59. par. 10.*

Non obstat, quod dicta ratio præsertim ex §§. 23. & 24.
11 vtpotè adiecta in casu alienationis, & delicti † non recipiat extensionem ad substitutiones factas in casu mortis, *vt respondetur in decisione §. nec releuant.*

Quoniam conclusio est vera, quod non inducit fideicommissum in casu mortis, & hoc probant decisiones ibi allegatæ; sed etiam verum est, quod ex ea quamuis accessoriè, & dependenter adiecta ad prohibitionem alie-
12 nationis; vel delicti declaratur, † atque desumitur mens, & voluntas Testatoris perpetuò conseruandi Agnationem in quocumque casu, *vt distinguendo firmatum fuit coram Merlin. decision. 83. num.6. vers. etiam si dicantur in rec. d. dec. 44. num. 5. vers. negari tamen non potest par 1. & d. decis. 95. nu. 15. vers. quod sanè parte 11. in Spoletana fideicommissi 15. Februarii 1656. § nec dicatur coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in Romana, seù Vrbeuetana successionis 28. Ianuarii 1658. §. cui fundamento coram R.P.D. meo Albergato.*

Tacitum verò resultat ex dispositis in ipsomet §. 11. continente vocationem descendentium Pauli, ibidem enim Testator non solum ordinauit perpetuam primogenituram cum sæpius repetita qualitate masculinitatis, & exclusione fœminarum, *vt in decisione §. etenim,* quæ pro voto conseruandi Agnationem plurimum inseruiunt,
13 † vt ex vnita conseruatione bonorum penes vnum Agnatum mediante primogenitura Soccin. Senior. *cons. 47. numer. 6. libr 3.* Paris. *consil. 42. numer. 87. libr. 4.* Menoch. *cons. 204. num. 18. & d. cons. 205 numer. 14.* Mant. *de coniect. lib. 6. tit 15 num. 15 in fin. vers. item si Testator* Eminentiss. D. Card. Prodatarius *decis. 182. num. 22 in rec. decis. 23. numer. 22. & seq. d. decis. 95. num. 8. & decis. 183. nu. 1. par. 11.* in casu autem decisionis *Bonon. fideicommissi 27. Aprilis 1643. coram me,* Primogenitura fuerat ordinata in filiis fœmi-
14 narum cognatis, & alienæ familiæ; † Ex repetita qualitate masculinitatis Ruin. *cons. 139. num. 17. libr. 3.* Paris. *cons. 17. num 9. & ex lib. 2.* Gabr. *d. cons. 116. num. 15. libr. 2.* Greg. *dec. 464. num. 16.* Rot. *in rec. dec. 395. num 27. dec. 407 num. 12. & 13. par. 9. & d. dec. 95. num. 11. part. 11.* Et ex per-
15 petua fœminarum exclusione † Surd. *cons. 96. sub numer. 31.* Decian. *cons. 127. num. 10. vers nam quando lib. 3. in rec. decis. 135. num. 7. par. 5 dec. 41 num. 10. par. 8. decis. 1. n. 54 & dec. 142. n. 14. & 45. par. 10. & d. dec. 95. num 10. par. 11.* Quæ duo vltima quoties concomitantur ab aliis, vt hic, non
16 important simplicem prædilectionem sexus, † sed votum conseruandi Agnationem inducunt, vt præter allegatos probant Casanat. *cons. 20. nu. 34* Ramon. *cons. 15. num. 14. vers. vel etiam, concurrentibus aliis* Castili. *quotid. controu. iur. par. 5 tom. 1. cap. 92. num. 15*

Sed etiam plura alia concurrunt, quæ idem votum præseferunt, † nempè digressus ad plures gradus substi- 17
tutionum in quolibet gradu repetita masculinitatis qualitate Surd. *cons 241. num. 13.* Peregr. *de fideic. art. 25 nu. 25. vers. vel quia* Gregor. *d. decis 464 num 18. in rec. d. decis. 135. num. 8. par. 5. dec. 437. num 43. par. 9. d. decis. 142. num. 31. part. 10. & d. decis. 95. num 9. par. 11.* Qualitas legitimitatis, & natiuitatis ex legitimo matrimonio, Decian. *cons. 31. nu.* 18
90. in fine vers. tertio considero lib. 1. Altograd. *cons. 36. num. 50. vers ex pluries reiterata;* † Et expressa naturalium ex- 19
clusio, licet ampliissimè legitimatorum etiam per subsequens *ad tex. in l. spurius, & l. hac parte ff vnd. cognat.* Decian. *d. cons. 31. num 92. lib. 1.* Fusar. *de substit. qu. 499. num 27.* Mant. *dec 319. num. 6 & 7.*

Iuncta etiam in § 26 per viam regulæ generalis respectu omnium vocatorum, & sic etiam descendentium Pauli, † exclusione Monasteriorum, Conuentuum, 20
Collegiorum, & Religiosorum, ex qua pari modo resultat votum Agnationis conseruandæ. Curt. Sen. *cons. 40. num. 9 vers. 4. etiam* Menoch *cons. 328. num. 78. vers. idem ostendit illa & lib 4 præsumpt 69. num. 10 vers item est quando Testator,* Sanch *in decal. lib. 7. c. 15. n. 6.* Intrigliol. *de substit. centur. 3 quæst. 79 num. 12.* Fusar. *d. qu 499. nu. 26* Molin. *de primog hispan. lib. 2. cap. 12 num. 5.* Capicius Latr. *dec. 127. num 61. vers. sicut è conuerso lib. 2.* Rota *dec. 574. nu. 4. vers & de cl. rieo par. 5. rec.*

Non obstat, quod in linea Horatii vocauerit tertio genitum, † omissis primo, & secundo, atque prius substi- 21
tuerit descendentes ex fœminis, quam descendentes Bacci de Cancellariis de Cippo, *vt ponderat decisio §. cæterum & § præterea.*

Quoniam duo ex filiis Horatii ideò fuerunt omissi, quia Gregorius primogenitus tempore conditi testamenti erat Clericus, & Prælatus; Franciscus verò secundo genitus eodem tempore ob morbum apoplexiæ defectuosus, & claudus Summario D. Hyacinthi numer. 1. & 2. Hinc enim prouidus Testator potuit eos habere, sicut habuit pro inhabilibus ad contrahendum matrimonium, & Agnationem propagandam *ex latè deductis in decis. 493. num 47 51. & 66 cum seqq par. 4. tom. 2. rec.* quod proindè non solum non excludit, sed magis arguit votum conseruandi Agnationem, *iuxta auctorit. proximè allegatas.*

Vocatio autem descendentium fœminarum antè descendentes Bacci de Cancellariis, nec minus vrget, quia licet isti sint de Cippo idest stipite domus Testatoris, attamen non sunt de eius Agnatione Bubala, quia non ge- 23
stant ipsius Insignia, sed diuersa, vt ostensum fuit, & declarauit ipsemet Testator, dum in §. 20 dixit *Debbano pigliare l'Arme, Nome, Cognome, Casata, Impresa mia*
† familiæ enim, & Agnationes mediantibus armis, & 24
insignibus contra distinguuntur, atque agnoscuntur, *ex supracitata l. stigmata C. de fabricens. lib. 11.* Cassan. *in Catalog glor mund. par. 1. considerat. 38 num. 41.* Cioff. *cons. 18. nu. 7. & 8. lib. 1.* Paris. *cons. 18. nu. 42. lib. 2.* Altograd. *cons. 66. num. 58 lib. 2.*

Nec obstat ordinatio Agnationis fictitiæ, ciuilis, & artificialis: Quia ex toto testamenti contextu ordinata videtur post defectos omnes Agnatos veros, atque habiles ad conseruandum, & propagandum naturalem, & veram, quo stante indubitatum redditur votum eius † con- 25
seruationis, & Agnati ficti non possunt concurrere cum veris, & naturalibus Paris. *cons. 19. numer. 33. & seqq lib. 2.* Cephal. *cons 251. numer. 58* Socc. Iun. *cons 69. num. 22. vers ex quo potest & num. 23. lib. 3* Peregr. *cons. 1 n. 11. lib. 5.* Mart *cons. 61. num. 18.* Altograd. *d. cons. 66. n 60 & 83. libr. 2.* Fontaneli. *decision. 36. numer. 9.* Lar. *decision. Granaten. 34. num. 49.* Rota *in rec. d. dec. 95 num. 18. & 19. par. 11.*

Respectu deníque partis conditionalis, non obstat, quod facultas nominandi, & sequentes substitutiones fuerint factæ in casu, quo totaliter deficeret linea Pauli, & Angeli: Quia cum ex d. declaratione §. 25 ex discretiuo modo apponendi onus assumptionis Nominis, Cognominis, & Armorum, atque ex voto conseruandi Agnationem, tàm expresso, quàm tacito colligatur Testatorem in parte dispositiua vocationis descendentium Pauli, & Angeli non intellexisse vocare masculos ex fœmi-

minis, ſed dumtaxat maſculos ex maſculis conſtituentes
lineam maſculinam ex ſuperiùs firmatis, hinc ſequitur,
quod ſub d. conditione deficientiæ lineæ quamuis ſimpli-
26 citèr nominatæ, † nec fœminæ, nec deſcendentes ab eis
contineantur, vt ponderato tacito, vel expreſſo voto
Agnationis, Ruin *conſ. 24. num. 7. verſ. & clariùs hoc pro-
batur lib. 2.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 346. num. 5. & 6.* In con-
ditione enim illæ dumtaxat perſonæ compræhenduntur
27 † quæ continentur in præcedenti diſpoſitione, & parte
vocatiua Gabriel. *d. conſ. 116. num. 32. verſ. & deſcendentes
maſculi, & num. 33. lib. 2.* Duran. *deciſ. 126. num. 12. & 28.
in rec. deciſ. 106. num. 9. par. 6. & d. dec. 95. num. 23. par. 11. &
in prima ex ſupra allegatis Bonon. fideicommiſſi de Cataneis §
quia cum fideicommiſſum.*

Indeque non obſtat ponderatio deciſionis ſub §. *ſicut
etiam*, Teſtator in deſcendentia Angeli fratris ſemper
poſuit in conditione lineam ſimpliciter, in ſequentibus
vero remotiorum ſubſtitutionibus illorum lineas qualifi-
cauit, appellando eas maſculinas, imò taxatiuè, & de-
claratiuè mediante dictione, ideſt; Quia vltra quod etiam
iſtorum lineas in pluribus locis nominauit ſimplicitèr, &
ſignantèr ſub §. §. 14. 17. & 18. cum ex deductis appareat in
deſcendentia Angeli, & Pauli ſolos deſcendentes maſcu-
los ex maſculis veros, & naturales Agnatos vocaſſe, pro ſy-
nonimis habuit lineam ſimplicitèr nũcupatam, & lineam
28 maſculinam, † & proindè videtur ceſſare vis diſcretiuæ
locutionis Bellon. Iun. *conſ. 2. num. 39. verſ. quia reſpondeo*
Rota *in rec. dec. 40. num. 8. par. 5. & deciſ. 402. nu. 22. & 23.
par. 9. & in Cauallicen. fideicom. 23. Iunii 1656. cor. Eminen-
tiſs. D. Card. Celſo §. non obſtat cum ſeq.*

Nec ſubſiſtit abſurdum in deciſione ponderatum §. *qui
ſanè* expreſsæ vocationis maſculorum ex fœminis Hora-
tii, Mutii, & Quintii remotiorum, & excluſionis ma-
ſculorum ex fœminis Pauli proximioris, & nepotis Te-
ſtatoris ex Angelo fratre; Quoniam vltrà quod teſta-
mentum ſub §. 19. ſimplicitèr loquitur de maſculo primo
genito fœminæ proximioris vltimi poſſeſſoris, qui pote-
29 rat eſſe de deſcendentibus Pauli. † Argumentum ab Ab-
ſurdo vitando nunquam admittitur quoties apparet de vo
luntate Teſtatoris, *ex deductis in Firmana primogenituræ
30. Maii 1657. §. neque vrget in fine, & in Bonon. fideicom.
16. Iun. & 22. Maii 1662. vtrobique §. vltimo cor. bo. me. Ve-
roſpio.*

30 Maximè quia non eſt abſurdum, † ſed iuris communis
diſpoſitioni conforme vocare proximiores vltimi poſſeſſo-
ris, reiectis etiam proximioribus teſtatoris, *vt probatum
fuit cor. Eminentiſs. D. Card. Prodatario dec. 21. num. 1. & 3.*
Quinimmo maius abſurdum potuiſſet reſultare ſi admit-
teretur vocatio deſcendentium maſculorum ex fœminis
31 Pauli, † quia nempè exiſtente altero filio, vel nepote
maſculo Angeli, iſte verus Agnatus excluderetur à de-
ſcendentibus fœminarum Pauli cognati, & de aliena fa-
milia.

Et ita vtraque &c.

Confirmata fuit præſens Deciſio ſub die 6. Martii 1671.
cor. Reuerendiſs. D. Albergato Decano, quæ reſolu-
tio infrà ſuo loco, & tempore apponetur.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Aſſociationis.

Mercurii 13. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Domus nouiter conſtructa cùm, & ipſa quoque melioramentum eſſe dicatur, non dubitatur de ea contrahentes intellexiſſe quando, prout hic, illam pro confine in inſtrumento enunciarunt, alioquin magnum reſultaſſet abſurdum, quod confine eſſet vnum idem cum ipſa re confinata.

SVMMARIVM.

2 *Sententia tranſit in iudicatum ſi ab ea lapſo decendio fuerit appellatum.*

2 *Sententiæ duæ conformes inter ciues, & incolas Vrbis vigore ſtatuti habent vim trium, & rem iudicatam conſtituunt.*

3 *Validitas ſententiæ reſultat ſi in ea ſeruata ſunt requiſita Deciſionis Caputaquenſis.*

4 *Via executiua agitur, etiam non reuocata prius renunciatione, quando illius titulus reducitur ad non titulum.*

5 *Titulus reducitur ad non titulum ſtante nullitate illius.*

6 *Iuſtitia ſententiæ reſultat ex deciſionibus in cauſa factis.*

7 *Ædificia de nouo facta, & fabricata etiam ipſa melioramenta dicuntur.*

8 *Melioramenta, & domus quando per ſynonymas enunciationes dicantur fuiſſe concepta.*

6 *Melioramenta facta in aliqua domo numquam intelliguntur de ea domo allegata pro confine rei melioratæ & num. ſeqq.*

10 *Terminus numquam dicitur eſſe idem cum re terminata, & num. antec. cum ſeq.*

11 *prò Confine allegare ipſam quoque domum, de qua principaliter agitur magnum abſurdum eſſe dicitur, & num. antecedentibus.*

12 *Apothecæ ſubtus domum de nouo conſtructæ, quando veniant appellatione melioramentorum.*

13 *Verborum dubius, & obſcurus intellectus debet cedere veritati conſiſtentis in facto.*

Confeſſio dotis receptæ non probat numerationem, num. 13.

14 *Creditum prò quo prætenditur retentio redditur illiquidum ex fructibus perceptis à die motæ litis.*

15 *Fructus percepti poſt motam litem veniunt reſtituendi etiam in iudicio aſſociationis.*

DECISIO CCLXX.

EVGENIA de Stagnis in vim donationis ipſi factæ
à Fabia de Stagnis obtinuit coram A. C. mandatum
de Aſſociando, quod præuiis tribus deciſionibus confir-
matum eſt per ſententiam latam à Reuerendo Patre D.
Emerix.

Cum autem ab ea ſententia intra legima tempora Rei
conuenti non appellauerint impetrarunt commiſſionem
cauſæ reſtitutionis in integrum ſuper qua dato, & propo-
ſito adæquato dubio reſolutum eſt conſtare de re Iudi-
cata.

Cui profectò locus eſt dum ſententia lata fuit habita
derogatione feriarum die 24. Septembris *1666.* † appella- 1
tio 16. Octobris Summario Eugeniæ num. 4. & 5. & ſic
elapſo decendio conceſſo ad appellandum *cap. Romana §.
ſi vero de Appell. cap. quo ad conſultationem de re Iudic. in 6.*
Veſtr. *in prax. lib 7. cap. 3. numer. 20. & 49.* Rota coram
Caual. *deciſ. 396. numer. primo coram Buratt. deciſ. 202.
num. primo* eoque fortius conſtat de re Iudicata, quod in
præſenti caſu habent duæ ſententiæ conformes, † quæ 2
inter Ciues, & incolas quales ſunt perſonæ hac in cauſa
comparentes faciunt rem Iudicatam vigore *Stat. Vrbis lib.
1. cap 180.* Rot. cor. Greg. XV. *dec. 492. nu. 1. & dec. 40. nu.
1. par. 8. rec.*

Quæ ſententię non poſſunt impugnari ad effectum re-
ſtitutionis ſub prætextu nullitatis, aut Iniuſtitiæ, † 3
quia validitas controuerti nequit vtpote optime ordinata
in reuolutione actorum iuxta *vulgat. deciſ. Caputaq. 262.
part. 2.*

Et ſi dicatur mandatum A. C. fuiſſe nullum ex eo,
quod non competebat via executiua non terminato priùs
Iudicio reſciſſorio ſuper renunciatione, quam fecit Euge-
nia fauore fratrum, † ſubſiſtit reſponſio data, quod ti- 4
tulus renunciatus pro non titulo habetur ex firmatis *in de
ciſion. 287. numer. 6. & 7. & coram Rojas* ſtante nullitate
renunciationis, † quæ abbunde probata remanſit *in pri-* 5
*ma deciſion. 8. Iunii 1665. §. tunc etiam coram R. P. Domino
Emerix.*

Iuſtitia verò vberrimè deducitur ex tribus deciſioni-
bus, † quæ ſententiam Rotalem præceſſerunt Rota *dec.* 6

395.

395. *num.* 1. *par* 4. *dec.* 325. *num.* 4. *par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 90. *num.* 3. *par.* 10. *secut. in Reatina Castror.* 26. *Nouembris* 1667. §. *vltimo coram me*.

Aduersus, quam tanto magis, visa fuit debilis, & inefficax obiectio, quod Fabia donatrix emerit melioramenta facta in domo fideicommissaria, & vnam partem domus de qua agitur quanto clarius Rota firmauit melioramenta vendita Fabiæ comprehendisse quoque domum controuersam, vt late comprobatur in postremis *decision. cor. R. P. D. Emerix* 8. *Februarii* 1666. & 21. *Iunii eiusdem anni* quantoque manifestius adhuc in hodierna disputatio-
7 ne demonstratum est per melioramenta bene intelligi † ædificia de nouo fabricata, vt aduertit Gaizias *de melioramentis*, & *expensis capit. primo numer.* 8. *in fine* Barbos. *appellatiuo* 145. *vers. vnde fit*. Pro vt re vera esse intelligenda conuincitur ex conuentionibus initis cum fabro murario, qui onus construendæ domus assumpsit iuxta Palatium situm in Platea S. Andreæ à Valle, quod est domus fideicommissaria in qua prætenditur exaduerso facta melioramenta, & non in prædicta domo de nouo ædificata Summario Eugeniæ numer. 2. *litt. B.* Tum etiam ex tenore vtriusque Instrumenti super venditione melioramentorum confecti in quo enunciantur melioramenta spectantia ad venditorem super eius domo contigua Palatio, seu Domui magnæ Summario num. 3. *lit. B.* & *C.* ex quibus nemo est, qui ambigat melioramenta, & Domum
8 per Synonimorum enunciationem fuisse concepta, † cum nulla ratio suadere possit melioramenta intelligenda esse in magna domo, seu Palatio allegato per confine rei me-
9 lioratæ. † Tale absurdum remouetur ex conclusione cer-
10 tissima, quod terminus non est † idem cum re terminata Syluan *Controu.* 57. *numer.* 12. *libr. primo* Rimin. Iun. *consi.* 421. *numer.* 67. & *consi.* 448. *numer.* 75. Rota *decision.* 215. *numer.* 9. *part.* 7. & *decis.* 95. *numer.* 17. *par.* 8. *recent. decis.* 600. *num.* 7. *coram Merlin.* Alioquin absurdum esset intolerabile exprimere pro Confine domum ipsam melio-
11 ratam † de qua principaliter actum fuisset *in eadem decis.* 600. *num.* 9. *cor. Merlino*. Quod prædicta fortius declarantur in secundo Instrumento venditionis Summario Eugeniæ num. 4. *litt. B.* in quo dicitur de redemptione domus, & melioramentorum pro vt etiam in instrumento anni 1626. conuenitur quod liceat redimere domum eodem Summ num. 3. *lit. C.*

Vtrum autem Apothecæ subtus domum de nouo constructæ existentes veniant etiam sub appellatione melio-
12 ramentorum, & domus; rem esse decisam dixerunt Domini, quia Apothecæ cum intermediis Cubiculis constituit aliam tertiam partem domus prout Rota declarauit in vltima *decis.* §. *fin.* illudque optime procedit quoniam duæ tertiæ partes quorumcumque melioramentorum, & domus controuersæ venditæ fuerunt; cum autem inter melioramenta fabricatæ fuerunt Apothecæ earum ratio habenda est diuidendis partibus dictæ Domus quidquid dicendum foret in aliis casibus dubius enim, & ob-
13 scurus verborum intellectus † debet cedere veritati in facto consistenti Rota *decision.* 479. *numer.* 15. *parte* 9. *recentiorum*.

Quo verò ad retentionem, quæ prætenditur pro scutis 500. solutis marito Eugeniæ ab illius fratribus causa dotis Domini Censuerunt nullo modo suffragari, quia vltra quod creditum fundatur in simplici confessione de rece-
14 pto, † quæ numerationem non probat Rota *decis.* 292. & *decis.* 302. *numer. primo coram Seraphin.* & *decis.* 35. *num. primo* & *seq. par.* 6. *recent.* redditur illiquidum ob fructus perceptos à die mote litis Rota *decis.* 62. *num.* 6. *par* 8. *decis.*
15 92. *num* 17. *part.* 11. *recent.* quinque sunt restituendi † in Summario Iudicio Associationis, *vt in puncto dec.* 455. *num.* 5. *par.* 9. *rec.*

Alia obiecta repetita aduersus remedium possessorium omnino tolluntur in præfatis decis. Ideoque nullam mereri attentionem æstimata fuerunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Vrbinaten. Pecuniaria.

Mercurii 13. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Patre filio eiusque vxori contemplatione certi, & determinati matrimonii, cùm non respiciat solum fauorem & interesse ipsius filii, verum etiam illius vxoris, non potest ab eo tantum, vxore non consentiente, eidem patri retrodonari, Ac proindè quæcumque transactio super ea facta, tamquam sine causa, vel falso excogitata, substineri minimè valet.

SVMMARIVM.

1 *Transactio remanet nulla ob falsitatem causæ finalis in ea expressæ.*
2 *Transactionis legitima causa est solus timor futuræ litis.*
Litium incertus euentus sufficit ad transactionem faciendam, num. 2.
3 *Litis timor euitatur ex clara, & expressa obligatione partis.*
4 *Litis prætextus excogitatus ad ineundam transactionem non sufficit*, & nu. 15.
5 *Causæ falsæ à contrahentibus confictæ ad substinendam transactionem non attenduntur*, & nu. 15.
6 *Causa falsa bonam fidem excludit Transactio sine bona fide non substinetur*, nu. 6.
7 *Directè, quod prohibitum reperitur, neque per indirectum consequi potest.*
8 *Donatio aliud est, aliud verò promissio de donando.*
9 *Venditio aliud est, aliud promissio de vendendo.*
10 *Alienationis probibitio facta emphyteutæ sub pena priuationis, non incurritur, si ille solum vendere promittit.*
11 *Constitutio loquens de donationibus in augumentum dotis, non includit donationem factam in causam certi & determinati matrimonii.*
12 *Donatio facta filio in causam matrimonii differt à dote*, & *quare num. seq.*
Dos residet in vxore nu. 12.
Donatio in donatarium concipitur atque in eo remanet, num. 12.
13 *Donatio, seù promissio facta ob causam certi, & determinati matrimonii non admittit exceptiones nullitatis ob non seruatas solemnitates statuti.*
14 *in Donationibus, seù obligationibus factis ob certum matrimonium non consideratur suspicio fraudis.*
Donationes, seù obligationes factæ intuitu matrimonii, matrimonio non secuto possunt reuocari, num. 14.
15 *Lis calumniosa, eiusque vanus timor non præbent iustam transigendi causam.*
16 *Transactio non substinetur si pars, quæ aliquid remittit, aliquid non recipiat.*
17 *Solutio præuentiua in transactione facta, quando non compensat creditum, quod remittitur attendenda non est.*
18 *Damnum in transactione passum si remanet sine compensatione, nullitatem transactionis inducit.*
19 *Donatio contemplatione matrimoni facta filio, eiusque sponsæ, qualiter eidem sponsæ acquiratur*, & *num. seq.*
Retrodonatio facta à filio, qui recepit à patre donationem in certum, & determinatum matrimonium, sine consensu suæ vxoris an substineatur, & quando, nu. 19. & *seqq.*
21 *Donatio facta contemplatione matrimonii in genere, differt à donatione facta intuitu certi, & determinati matrimonii.*

22 *Retrodonatio facta à filio sine consensu uxoris donatione contemplatione certi matrimonii recepta, an sustineatur matrimonio dissoluto.*

23 *Renunciatio si est nulla ob inseparabile præiudicium alterius, non tenet nec etiam in præiudicium ipsius renunciantis, & num. 24.*

24 *Renunciatio à principio nulla, & inualida non potuit tractu temporis conualescere, & supra, num. 23.*

25 *Renunciatio nulla benè potest ab hæredibus ipsius renunciantis impugnari.*

26 *Vxoris interesse in donatione facta viro occasione certi matrimonii durat etiam post obitum illius ratione filiorum.*

27 *Interesse quamuis remotum, adhuc tamen vbi est possibile attenditur.*

Successionis interesse etiam remotum habetur in consideratione.

DECISIO CCLXXII.

DONAVERAT Franciscus Veterannus Pater sc. 13. mil. post eiusdem mortem persoluenda Lelio filio occasione certi, & determinati Matrimonii inter ipsum Lelium, & Octauiam Iustam futuram Nurum contrahendi, Hippolyto Iusto Patre præsente, & pro ea acceptante; promissione, & stipulatione per hæc formalia verba concepta: *Prometto che Lelio mio figlio hauerà de miei proprii beni scut. 13. mil. e l' istessa promessa in tal caso fò alla Signora Ottauia, e per lei al Sig. Hippolito Giusti presente, & accettante, &c.* Dictoque Matrimonio postmodum contracto, & adhuc constante deuenerunt dd. Pater & filius ad quamdam transactionem, in qua Lelius receptis scutis 9. mil. videlicet 8. mil. in tot stabilibus æstimatis, & locis montium; & pro scutis mille assignationem fructuum alterius possessionis sub vocabulo, *la Spagnuola*, reliqua scuta 4. mil. Francisco Patri retrodonauit. Cum igitur de viribus d. transactionis, & retrodonationis pluries fuerint in Rota disputatum inter Margheritam, & Lauiniam Sorores d. Lelii filias ex vna, & Benedictum alterum Francisci filium, & hæredem ex altera; variis hinc inde emanatis contrariis decisionibus, tamdem admissa ad Causam etiam Ottauia, *sub die 24. Ianuarii 1663. & 16. Martii 1665. coram bo. me. Verospio, & vltimo loco hodie coram me*, eamdem transactionem, tamquam duplici nullitatis vitio laborantem, haud subsistere compertum fuit, & resolutum.

1 Nulla siquidem visa fuit ob falsitatem † causæ finalis in ipsa expressæ *text. in l. 1. ff. de transact. l. Præses C. eodem* Crauett. *cons. 152. nu. 10.* Seraph. *dec 275. num. 2.* Eminentiss. Otthob. *dec. 25. nu. 3.* Rota *in rec. decis. 242. in princ. & decis. 271. num. 4. & 21. par. 6. & dec. 292. numer. 10. par. 8.* scilicet ad effectum euitandi litem super validitate dona-

2 tionis, quamuis enim solus timor futuræ litis, † & illius incertus euentus legitima, & sufficiens esset Causa transigendi *ad tex. in l. 1. ff. de transact. l. 2. C. eod. l. in Summa 65. ff. de condit. indeb.* Gratian *discept. 400. num. 25. & 26.* Seraph. *decis. 658. num. 7.* Caualer. *decis. 212. numer. 2.* Cum tamen super donatione nulla lis adesset, & futuræ timor remoueretur per promissionem à Patre in ipsa donationis apocha adiectam, illam scilicet in publicam instrumenti formam redigendi, cum clausulis, & solemnitatibus ne-

3 cessariis, & in similibus adhiberi solitis, † & præcipuè impetrandi propriis expensis cuiuscumque nullitatis sanationem, vt firmatum fuit in tribus decisionibus huius causæ, quarum prima est *la 42. §. neque pro iusta, altera la 46. §. denique non obstat post* Paitel. *& vltima, quæ hodie fuit confirmata §. neque poterit*, conuincitur litis prætex-

4 tum potius fuisse à Patre excogitatum † ad extorquendam à filio retrodonationem Crauett. *cons. 430. num. 8. & seq.* Roman. *cons. 517. num. 18. & seq.* Bellon Iun. *cons. 79 num. 3.* Rota *decis. 293 num. 25. & seq. par. 8.* falsæ autem & simu-

5 latæ Causæ à contrahentibus confictæ † ad colorandam transactionem non attenduntur Angel. *cons. 94. sub num. 6.* Surd. *decis. 185. sub num. 10. & 11.* Rota *decis. 271. num. 22.*

6 *par. 6 rec.* quia bonam fidem excludunt, † sine qua transactio sustineri non potest *d. l. Præses C. de transf.* Rota *in Bonon. nullitatis Concordiæ 12. Iunii 1645. §. at hic neutrum, & 13. Iunii 1646. §. fuit enim cor. Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et quatenùs ad colorandum futuræ litis timorem super Apocæ obseruantia replicabatur, data illius nullitate quoad donationem, ex quo non fuit in ea obseruatum decretum ducale, nullam quoque potuisse ex ea oriri obligationem conficiendi publicum instrumentum, illud enim quod directè prohibetur, † neque per indirectum 7
consequi potest ad tradita per Tiraquel. *de leg. Conub. glos. 5. quæst. 25. numer. 220.* Lambert. *de contract. glos. 1. in verb. in alienationibus num. 257.* Ruin *cons. 145. num. 4.* Dec. *cons. 502. num. 3.* Quidquid sit de veritate huius conclusionis, & illius applicatione, cum aliud sit donatio, † aliud promissio de donando Alciat. *in l. 1. ff. de verb. oblig. numer. 2. in Corp. Repet. Ciuil. vol. 6. pag. 117. iuxta antiq. impres.* Sicuti 8
aliud est venditio, † aliud promissio de vendendo Paul. de Castr. *in l. bonæ fidei § si tamen vers. in contrarium ff. de eo, quod certo loco.* Et sic prohibita alienatione Emphyteutæ 9
sub pęna priuationis † si promittat vendere non incurrere pœnam Iason. *in l. fin. C. de Iur. Emphyt. num. 134. cum aliis adductis per Corbul. de Caus. priuat. ob alienat. irreq. Dom. limit. 8. in princ.* 10

Obseruatum fuit tale decretum non legi inter Statuta illius status, postquam fuit ad Sedem Apostolicam deuolutus à fa. me. Vrbano VIII. confirmata, comprehensum, nec aliqua particulari confirmatione Apostolica fulcitum reperiri, & vlterius loqui de donationibus in augumentum dotis ibi: *A maggiore dichiaratione all' intentione nostra, volemo, che quello* (scilicet decreto) *inuiolabilmente s' osserui da ciascheduno per qualsiuoglia causa, che fosse per augumento di Dote;* Et ideo non includere hanc factam à Patre filio in causam certi, & determinati matrimonii. Cum differentia sit inter dotem, & donationem filio factam in Causam Matrimonii. † Prima enim 12
residet in Vxore, Secunda in filio Guidop. *decis. 145. num. 3. vers. quia primo & num. 4* Rota *in Romana pecuniaria 28. Ianuarii 1667. §. in secunda verò donatione coram R. P. D. in meo Taia*, Et vlterius contra similes promissiones, seù donationes factas ob causam finalem futuri, & certi Matrimonii † regulariter non admitti exceptiones nullitatis 13
ob non seruatas solemnitates à Principe, seù à statuto requisitas Roland. *cons. 44. n. 9. lib. 4. in specie* Menoch. *cons. 944. numer. 51. lib. 10* cum aliis longa serie cumulatis per Gratian. *discept. 984. num. 25. & seq.* Siue quia in huiusmodi donationibus cadere non potest suspicio fraudis considerata per similia statuta in donationibus, quæ fiunt casa dotis: † Siue quatenus non sequuto effectu Matrimonii possunt reuocari, vt optimè ponderat Natta *cons. 609. numer. 31. & 32.* E ideo quatenus Franciscus Pater litem mouisset super eiusdem Apocæ obseruantia, fuisset euidenter calumniosa, † & illius vanus timor non potuit iustam transigendi præbere causam *leg. in summa 65. ff. de Condit. Indeb.* Alciat. *in l. si ex falsis num. 1 C. de transact.* Roman. *cons. 517. numer. 18.* Crauett. *cons. 430. num. 8. & 9.* Bec. *cons. 109. numer. 10. & 11.* Rota *dec. 271. num. 19. p. 6. recent.* 14 15

Verùm admisso etiam, quod aliquis adesse posset probabilis timor futuræ litis, itaut recessus ab illa deseruire potuerit pro sufficienti causa transigendi, adhuc deficeret alterum essentiale transactionis requisitum in eo positum, † quod pars, quæ aliquid remittit in re compensationem 16
aliquid recipiat *l. 1. ff. de transact. l. nullo dato, & ibi* Bald. *in princ.* Curt Iun. *n. 3. & 7.* Salic. *C. eod.* Merl. *dec. 809. n. 14. & seq.* Rot. *dec. 248. n. 4. p. 11. rec. & in Perusina Transact. 12. Iunii 1665. §. cum autem cor. R. P. D. meo Albergato*, Quamuis enim Lelius receperit præsentialiter scut 9. mil. quæ alias habiturus erat solummodo post mortem Patris; † hæc tamen præuentiua solutio vix apta fuit compensare præiudicium remissionis alimentorum, quę illi Pater præstare tenebatur in scutis annuis 350. conuentis, vt obseruatum fuit *in dec. huius Causæ edita 5. Decemb. 1659. §. & licet, quæ est la 42. post* Paitel. & ideo damnum à Lelio passum in retrodonatione sc. 4. mil. mutua compensatione destitutum omninò remansit, *vt in præcedenti dec. §. vltimo.* 17 18

Alterius nullitatis vitium patefecit defectus consensus Octauiæ; Cum enim ageretur de donatione à Patre filio facta contemplatione certi, & determinati matrimonii cum ipsa Octauia contrahendi, prout contractum fuit; siue fuerit illi ius quæsitum primarium, † & 19
æquè principale, & coæquale cum ipso viro, vt suadent illa verba donatione adiecta: *E la medesima promessa in tal caso faccio alla Signora Ottauia;* Hyppolito ipsius Patre pro ea stipulante Bartol. *cons. 10. num. 3. in fin. lib. 2.* Molin. *de Rit. Nupt. lib. 3. par. 12. num. 26.* Merlin. Pignatel. *controu.*

trou. 34. *num.* 37. *cent.* 2. Menoch. *conf.* 40. *numer.* 19. Gratian. *discept.* 924. *num.* 36. Rota *decis.* 44. *numer.* 18. *par.* 6. *recent. cum aliis cumulatis in vltima huius Causæ decisione §. primo*, Siue secundario tantum, & consequutio consistente non in rei donatæ dominio, sed in effectibus ex d. donatione, & ex mariti diuitiis, seù paupertate resultanti.
20 bus in damnum, & respectiue commodum Vxoris, † videlicet licet pinguiora alimenta, decentior substentatio maior dotis in casu restitutionis securitatis, Merlin. Pignatel. *contr.* 34. *num.* 37. *cent.* 2. Molphes. *conf.* 12. *num.* 13. Roland. *conf.* 44. *num.* 22. Gratian. *discept.* 926. *post numer.* 12. *vers. cum præsertim* Rota *d. decis.* 44. *num.* 11. *& seq. part.* 6. *recent. & apud* Paitel. *decis.* 45. *nu.* 4. *& seq.* Indubitatum est Lelium Maritum non potuisse per se solum ad actum transactionis deuenite, per quam donatio ipsa in partem
21 reuocata, & notabiliter alterata remansit, † vt distinguendo inter donationem factam contemplatione Matrimonii in genere Fontanel. *de pact. Nupt. claus.* 4. *glos.* 1. *nu.* 16. *&* 18. *&* 19. *sequen.* Martin. Monter. *in decis.* 10. *num.* 11 *& seq.* Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 32. *num.* 2. Merlin. Pignatel. *contr.* 34. *num.* 6. *cent.* 2. Menoch. *conf.* 962. *num.* 18. *& seq.* Gratian. *discept.* 924. *num.* 13. 14. 15. *&* 30. vbi respondet Oldrad. *contrarium tenenti, in diuerso tamen themate conf.* 5. *num.* 1. Vincent Franc. *decis.* 206. *num.* 2. *&* 3. Rota *dec.* 44. *à princ. vsque ad num.* 10. & in hoc conueniunt omnes DD. prout conueniebant ipsæ partes.

Distinctio autem, in qua vnicè insistebat Benedictus, visa est præsenti casui haud congruere posse; admittebat siquidem non valere renunciationem à marito factam constante Matrimonio; quia durat connexio, communis interesse cum vxore matrimonio verò soluto per prædecessum Lelii Viri, accedente insuper transitu Octauiæ ad secundas nuptias cum receptione integræ dotis, non solum dissolutum, & separatum remansisse, sed penitus cessas-
22 se omne illius interesse, † & ideo validam fuisse mariti renunciationem contendebat *iux. Theor. Bart. communiter receptam in l. penult. C. de pact. nu.* 3. Giurb. *ad Consuet. Mess. glos.* 8. *p.* 1. *cap.* 1. *n.* 84. *in fin.* Sanch. *de Matrim. vbi supr. nu.* 6. *in fine* Rouit. *conf.* 15. *num.* 9. *lib.* 2.

Sed frustra Primo, quia cum Maritus renunciauerit constante Matrimonio, & sic de tempore, quo illius præ-
23 iudicio Vxoris, renunciatio non tenuit nec operari potuit in præiudicium ipsius renunciantis Idem Bartol. in *d. l. penult. num.* 3. *vers. secundo casu C. de pact.* Feiin. *in cap. si diligenti numer.* 32. *de for. comp.* Paris. *conf.* 73. *nu.* 42. *libr.* 1. Seraph. *decis.* 341. *num.* 7. *cum aliis adductis in decis.* 109. *nu.*
24 8 *par.* 9. *rec.* Et ideo cum à principio fuerit nulla, † & inualida non potuit tractu temporis conualescere, vt *firmatum fuit in d. decis.* 45. *post* Paitel. *numer.* 8. *& in hac præce-*
25 *denti §. siquidem.* Et benè potest hodiè † ab hæredibus impugnari *l. hæredes C. ad Velleian.* Soccin Sen. *conf.* 79. *num.* 47. *lib.* 4. Menoch. *conf.* 559. *num.* 4. Grat. *conf.* 91. *nu.* 25. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 477. *num.* 1. Rota *decis.* 110. *per tom... par.* 2. *diuers. & in rec. decis.* 174. *num.* 47. *& seq. par.* 5. *decis.* 363. *num.* 45. *par.* 10. *decis.* 142. *num* 1. *& decis.* 324. *par.* 11. Secundo, quia vxoris interesse adhuc post solutum matrimonium per viri prædecessum durabat, & de præsenti viget, cum non restringatur in eo solum, quod ipsa sit cauta pro sua dote, & constante Matrimonio honorificentius alatur,
26 † sed etiam in eo, quod Margharita, & Lauinia filiæ superstites post obitum Patris non egeant, & possibili successione, si præmoriantur ab intestato in tota hæreditate, & si cum testamento in debita, & pinguiore portione le-
27 gitimæ, † quod licet remotum adhuc tamen vti possibile ad effectum, de quo agitur, satis releuans consideratur Merlin. Pignatel. *reprobat.* Rouit. *contr.* 34. *num* 36. 37. *& seq.* Scip. Theod. *allegat.* 93. *num.* 22. *& seq.* Mart. Ventur. *conf.* 14. *à num.* 63. *vsque ad* 68. *& in sæpè citat. decis.* 45. *post* Paitel. *in fine.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. OTTALORA.

Postea Præside Granatesi.

Romana, seù Sabinesi Immissionis.

Mercurii 13. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio ex persona Monialis professæ debetur Monasterio capaci in bonis fratris defuncti vna cum aliis Sororibus illius omnibus ad successionem aspirantibus; Eaque non impeditur ratione existentiæ alterius fratris similiter Religiosi, qui ante ingressum renunciauit, quoties, vt hic, renunciatio tamquam restricta ad successionem vnius, non comprehendit bona, & hæreditatem controuersam.

SVMMARIVM.

1 *Fratre ab intestato decedente successio defertur illius sororibus.*

2 *Immissio ex remedio quorum bonorum vnicuique hæredi datur pro sua portione.*

3 *Monasterium successionis capax ex persona professi potit, & consequitur immissionem in bonis fratris defuncti sui professi.*

4 *Renunciatio facta super hæreditate, & successione vnius, non comprehendit, neque trahitur ad hæreditatem alterius.*

Renunciatio, quæ dicitur odiosa, non trahitur neque de vna re ad aliam, neque de persona ad personam num. 4.

5 *Associatio non afficit personas, quæ in illa obtinenda citatæ non sunt.*

6 *Frater vigore Statuti Vrbis lib.* 1. *cap.* 146. *succedit in bonis fratris defuncti exclusis sororibus.*

7 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 146. *licèt emanauerit fauore agnationis suffragatur tamen etiam Monacho.*

Monachus quousque viuit retinet iura sanguinis, & agnationem, nu. 7.

8 *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 146. *excludens sororem ab hæreditate fratris propter dotem.*

Et ideò non procedit vbi soror non fuerit dotata, ibidem.

Monasterium Beatæ Mariæ Humilitatis Vrbis recipit aliquas Moniales sine dote, & simplicitèr gratis, num. 8.

9 *Immissionis remedium post cursum annorum triginta remanet præscriptum.*

Limita, vt num. seq.

Ecclesia non ligatur alia præscriptione, nisi quadragenaria, num 9.

DECISIO CCLXXII.

RESERVATVM fuit sub die 18. Martii 1667. vt particulariter videretur, an Venerabile Monasterium Beatæ Mariæ Humilitatis ex persona Portiæ ibidem professæ sit danda immissio in bonis Felicis eius Fratris, & hodie dubio à me proposito dictum fuit dandam esse immissionem pro quinta parte.

Cum enim Felix decesserit ab intestato nullis relictis filiis, sed tantùm Alexandro Monaco Cassinensi germano fratre, Hortentia, Maria, Portia, & Lucretia sororibus his omnibus, tamquam † defuncto vtrinque con- 1
iunctis defertur successio pro sua rata *Auth. defuncto C. ad Tertull. §. reliquum Auth. de hær. ab intest.. Auth. cessante C. de legit. hæred.* Crass. *de success. §. successio ab intestato qu.* 30. *numer.* 1. Buratt. *dec.* 310 *num.* 1. *& Forosempronien, bonorum* 14. *Maii* 1655. *cor. bon. me. Bichio*, & sicuti pro vindicandis bonis competit vnicuique immissio, † ex remedio 2
quorum bonorum, vt docet Ridolph. *in praxi par.* 2. *cap.* 10.

10. *numer.* 40. *& seqq.* & habetur in *leg.* 1. *& tot. tit. ff. & C. quorum bonorum* Caual. *decision.* 386. *numer.* 3. *& decis.* 293. *numer.* 2. *part.* 8. *recent.* ità datur Monasterio successionis capaci pro sua quinta parte venienti ex persona Por-
3 tiæ, † quæ in ingressu nullam fecerat bonorum renunciationem, *l. Deo nobis §. hoc etiam in fine vbi* Doctores *C. de Episcopis, & Cleric.* Merlin. *de legit. lib* 5. *tit.* 3. *quæst.* 3. *num.* 2. Grat. *discept.* 363. *n.* 16. Buratt. *dec.* 639. *nu.* 14. Caualer. *dec.* 401. *per tot.*

Non obstat, quod Alexander concurrere nequeat ad prædictam successionem, dum ante emissam in Monasterio Cassinensi professionem amplissimam fecit renunciationem fauore Felicis, de cuius hæreditate agitur, Sum. primæ positionis num. 5. cuius renunciationis vigore Lucretia de anno 1622. obtinuit mandatum de associando ad possessionem bonorum à Monacis occupatorum d. Summario num. 7. Quia talis renunciatio, vtpote restricta ad portiones sibi delatas, & deferendas, tàm ex testamento, quàm ab intestato ex hæreditate Camilli Bucca-
4 matii, non debet extendi ad hæreditatem Fælicis, † de qua nulla facta est mentio in renunciatione, quæ tamquam materia odiosa non trahitur de vna re ad aliam, nec de persona ad personam, Surd. *cons.* 431. *numer.* 15. Rota *decis.* 47. *numer.* 7. *post* Merlin. *de legit. decis.* 6. *numer.* 17. post Tamburin. *de iur. Abbat. in Bonon. de Duplbiis* 3 *Martii* 1656. *coram Reuerendo Patre Domino meo Albergato. In Marsicana Successionis* 4. *Februarii* 1665. *coram Reuerendo Patre Domino meo Emeris Seniore, & in Romana fideicommissi de Steccatis* 15. *Iunii* 1665. *Reuerendo Patre Domino meo Bourlemont.* Associatio verò vltra quod habet in ventre clausulam, *sine præiudicio cuiuscumque hæredis ex testamento, & meliora iura habentium*, non probatur ob-
5 tenta contra Monacos, neque ipsis citatis, † quos proinde non afficit *l. de vnoquoque vbi glos. & Doctores, ff. de re iudic.* Surd. *consil.* 189 *numer.* 28. Rota *in Tiburt. Castri S. Angeli* 18 *Iunii* 1646. *§. nullitas coram Reuerendissimo Papien.*

Nec applicatur illatio, quod dum Alexander est capax dictæ successionis spectare debeat ad eumdem integra hæreditas Fælicis, ex dispositione Statuti Vrbis *libr.* 1. *capit.*
6 146. † admittentis ad successionem fratris alios fratres exclusis sororibus, vt dixit Rota *decis.* 115. *post* Fenzon. *ad Statut. Vrb decis.* 1291. *coram* Seraph. *decis.* 471. *cor. Merlino, & dec.* 22. *num* 2. *par.* 9. *recent.* quod licet emanauerit fauore agnationis tamen suffragatur etiam Monaco,
7 † qui quousque viuit retinet iura sanguinis, & agnationis, vt de veriori opinione pluribus relatis testatur, Rota *decis.* 436. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Nam cum Statutum prędictum excludat fœminas propter dotem, vt probant de-
8 cisiones supra relatæ, † non habet locum in præsenti, quo Portia à nemine dotata fuit, & gratis fuit recepta in Monasterio.

Aliud motiuum, quod à die obitus Fælicis effluxerit iam tempus triginta annorum, & per consequens reme-
9 dium immissionis remanserit præscriptum, † minus vrget in hoc casu, quia contra Ecclesiam necessaria est prę-scriptio quadragenaria, quæ nondum intercessit, vt in facto Bero *in cap. in præsentia nu.* 559 *de probat. & in cap.* 1. *nu.* 838. *de constit.* Put. *dec.* 252. *num.* 3. *lib.* 3. Caualer. *decis.* 346. *num.* 2. Buratt. *dec.* 707. *nu.* 8. *& in rec. decis.* 4. *num.* 14. *par.* 10. *recent.*

Cæterum quod bona, de quibus agitur, possessa fuerint vsque ad obitum à Fælice, quodque modo possideantur à Lucretia Antinora Rea conuenta concludentèr probatur ex duobus testibus formitèr examinatis, & datis in Sum. vltimæ præteritæ positionis.

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 28. Iunii 1669. cor. eodem Illustrissimo Domino Præside Grapaten.

R E V E R E N D I S S I M O
D. B E V I L A C Q V A.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Firmana Successionis.

Mercurii 13. *Iunii* 1668.

A R G V M E N T V M.

Cùm sublata reperiatur hodie quæcumque agnatorum, & cognatorum differentia; admittuntur ideò ad hæreditatem Patrui defuncti communes nepotes, equè ex fratribus, & sororibus descendentes; in nihilo releuante Statuto exclusiuo fœminarum propter dotem, quia illud in hæreditate personæ dotantis tantummodò communitèr intelligitur.

S V M M A R I V M.

1 *Successio hæreditatis Patrui æquè spectat ad nepotes ex fratre masculo, quàm alios ex sorore prouenientes.*
Agnationis, & cognationis differentia hodie est prorsus sublata, num. 1.
2 *Statutum restrictum ad hæreditatem dotantis non verificatur in hæreditate personæ, quæ non dotauit.*
Amplia vt num. sequenti.
3 *Statutum non est necessarium quod semper repetat verba super quibus particularitèr disponit.*
4 *Mulier neque eius filii arceantur à successione illius, de cuius bonis dos constituta non fuit.*
5 *Soror vigore Statuti non excluditur ab hæreditate fratris, qui eam non dotauit.*
Qualitas Statuti cui non conuenit, neque illius dispositio conuenire potest, num. 5.
6 *Dictio, Et, ità coniungit antecedentia cum sequentibus, vt qualitas præcedentis orationis etiam sequenti tribuatur.*
Statuti dispositio secuta per dictionem, Et, omnes præcedentes qualitates in ea coniungit, num. 6.
7 *Dispositio Statuti in materia successionis semper omnia compræhensa esse intelligit retento eodem themate regulæ.*
8 *Oratio in vna eademque dispositione intersecata cum Puncto, & litera Maiuscola; non inde tamen excludis continuationem eiusdem materiæ.*
9 *Oratio nè remaneat imperfecta suppleri debet ex alia proxima præcedenti oratione cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus.*
10 *Superfluitas in Statutis nullatenus ferenda est.*
11 *Statuentes non est credendum, quod incontinenti se ipsos correxerint.*
Correctionem ad euitandam illa interpretatio sumenda est, per quam eadem correctio excluditur, num. 11.
12 *Superfluitas, & correctio sunt ęqualiter fugiendæ.*
13 *Statutum excludens fœminas dotatas à patre, auo, matre, & fratre, intelligitur respectu successionis personæ dotantis.*
14 *Exclusio mulieris ab hæreditate plurium personarum propter dotem ab vno receptam contrà æquitatem esse dicitur, & num. seq.*
15 *Statutum exclusiuum fœminarum propter dotem, vti correctorium iuris communis debet strictè interpretari ab hæreditate solius dotantis.*
Statutum correctorium debet minus quam fieri possit corrigere ius commune, num. 15.
16 *Statutum exclusiuum fœminarum quando loquatur tantummodò de solis descendentibus, non autem de transuersalibus.*
17 *Obseruantia benè declarat quamcumque dispositionem Statuti.*

18 *Ob-*

18 *Obseruantia interpretatiua non requiritur quod fuerit præscripta, sicuti requiritur in consuetudine, quæ vim legis obtinet.*

19 *Sorores ad successionem admittens, non potest amplius alias sorores, ab eadem successione arcere.*

Impugnare nemo potest, quod aliàs ipsemet approbauit, num.19.

20 *Æquiuocum quod est non attenditur ad probandam obseruantiam in contrarium.*

21 *Interpretatio, & obseruantia, quæ magis fauet dispositioni iuris communis semper attenditur, in concursu interpretationis, & obseruantiæ in contrarium.*

DECISIO CCLXXIII.

RECEDENTES DD à decisis 14. Martii 1664. coram me, dixerunt successionem Raphaelis spectare tàm ad Cæsarem, & Franciscum de Manardis illius ex fratre nepotes, quàm ad Voluminium, & Camilliam de Picucciis alios ex sorore nepotes, quia stante paritate gradus nihil officit, quod primi ex masculo, secundi verò ex fœmina coniungantur, cum † sit omnis differentia 1 sexus, Agnationis, & cognationis sublata *Authentica post fratres C. de legit. hæred. l. maximum vitium 4. C. de liber. preterit.* Socc. Iun. *cons.77. nu.31. lib.3.* Rota *dec.71. nu. 4. par.10. rec. & in Bonon. hæreditatis 28 Iunii 1652. cor. bo. me. Bichio.*

Nec obstare putauerunt Statutum Terræ Amandulæ libr. 2. rubr. 20. §. & Mulier. Quia cum restringatur ad hæreditatem Dotantis ibi; *Si Dotanti extarent filii masculi*, & paulò postea, *aliàs Agnati masculi vsque in secundum gradum Personæ Dotantis admittantur*, † non po- 2 test illius exclusio verificari in hæreditate personæ, quæ non dotauit Bald. *in l. 1. num. 4. C. de legitim. hæred.* Rota coram Merlin. *decis. 390. num.7. post de legitim. dec.175. nu. 2. rec. par.5. dec.247. n.7. & in Asculana hæreditatis 15. Iunii 1648. §. Nec obstat cor. Eminentiss. D meo Celso, pluries confirmata cor. eodem, & vltimo loco 27. Ian. 1653 § Tum quia cor. bo. me. Dunozetto*, & in casu Statuti † non repetentis 3 totiès illud verbum, *Dotantis*, consuluit, Corn *cons.305. num.6. vers. Item potest dici lib.4.* Rota *dec.329. n.31. vers. Et verba illa par.6. rec.*

Cumque Maria Ioanna Picucciorum Mater dotata fuerit à Mandricardo Patre mediante legato scutorum mille, non autem à Raphaele, de cuius hæreditate agitur, non 4 potest nec ipsa, nec eius filii arceri à successione illius, † de cuius bonis dos constituta non fuit, vt singulariter notat Bald. *in l. neque Mater n.3. C. de iur. dot. vers. Pone* Gratian *discept.259. num 23. & seq.* Brun. *Statut exclusiu fœmin. art.8. qu.16. n.59.* Thesaur. *dec.63. nu.3.* Rota *d. dec.329 num.43. cum seqq. par.6. rec.* Remanet enim inapplicabile Statutum, cuius qualitas non conuenit exclusioni Soro- 5 ris † ab hæreditate fratris, qui non dotauit Cornel. *cons. 234. num.6. lib. 2.* Becc. *cons. 53. num.9.* Rota *dec.247. nu.27. par.5. rec.*

Neque contrarium subsequentèr disponit Statutum in illis verbis, super quibus magnam vim faciebant informantes pro Manardis, ibi, *& filii masculi, & descendentes masculi ex eis, & alii Agnati masculi vsque in secundum gradum in successionibus ab intestato propriè, vel impropriè secundum Iuris dispositionem præferantur Cognatis, & fœminis, & ipsarum Descendentibus*, intelligi namque debent retento eodem themate superiori, quod scilicet masculi, & Agnati intrà gradum præscriptum præferantur fœminis in hæreditate Dotantis: nam prædicta verba stant continuatiue, vt demonstrat dictio, *Et*, cuius pro- 6 prium est præcedentia cum sequentibus ità coniungere, † vt qualitas præcedentis orationis sequenti tribuatur, Soccin. Sen. *cons 53. num 9 lib 1.* Giouagn. *respons.66. nu.8 lib. 1. loquens in terminis Statuti* Rota *dec. 308. nu. 3. cor.* Greg. *aliosque congerens* Barbos. *dict.100. num 7.*

Præsertim cum dictus §. *Et filii* habeat dependentiam à regula firmata in §. *Et Mulier* circa fœminarum dotata- 7 rum exclusionem, † quæ efficacitèr influendo in vniuersalem Statuti dispositionem operatur, quod omnia in eo quoad successionem fœminarum disposita intelligantur semper retento eodem themate regulæ Carpan. *ad Statuto Mediol. in præl ud. numer. 332. & 412.* Ciriac. *controuer. 400. numer. 100. versic. Idcircò;* Altograd *consil. 33. numer. 22. libr. 2. versic. & repetitionem* Magon. *dec. Florent. 105. numer. 18. amplians etiam ad alias rubricas.*

Nec quidquam facit, quod statuentes interseca uerint orationem cum Puncto, & Litera Maiuscola, † quia non 8 per hoc tollitur quod adsit continuatio eiusdem materiæ; si enim oratio deberet accipi de per se, & independentèr à præcedentibus, nesciri posset, quorum Patrum essent illi filii ibidem nominati: Ideòque pernecesse debet intelligi de filiis Dotantis, quorum paulo ante statuentes mentionem fecerant, etsi alter intellectus admitteretur, oratio remaneret imperfecta, † ad quod euitandum debet 9 suppleri ex alia proxima præcedenti oratione cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, Bart. *in l. Seiæ §. Caio Seio num.2. vers. Nam si esset ff. de fund. instruct.* Peregr. *de fideic. art.16. nu. 12.* Mandos. *ad reg. 9. Cancel. in præfat. nu.1.* Altograd. *cons.75. num.30. lib.2.*

Eoque magis: Nam si admitteretur, quod dicta verba non haberent relationem ad antecedentia; sequeretur, vel quod hæc essent superflua; Nam si statuentes ab omnibus hæreditatibus fœminas excludere voluissent, opus non erat specialitèr nominare hæreditatem Dotantis, & facere tot verba; Poterant enim se paucis expedire dicendo, quod fœmina dotata à successione cuiuscumque esset exclusa, quæ † superfluitas nullatenùs ferenda 10 est Roland. *cons.62. num. 32. lib. 3.* Rota *decision. 357. num. 1. par. 2. recent. & in terminis indiuidualibus post* Merlino *de legitim. decis.179. numer. 3. & 4.* Vel quod statuentes in eadem dispositione seipsos incontinenti correxerint, quod pariter nullo modo credendum est, sed capi debet illa in- 11 terpretatio, per quam correctio euitetur Alex. *consil. 56. numer. 8. 9. lib. 2.* Carpan. *vbi supra num. 810.* Rota *Bonon. diuers. decis. 34. num. 67.* Gratian. *discept. 651. num 18.* Ciriac. *controu. 63. num. 33.* Rota coram Merlin. *dec.829. nu. 3.* & assumendo vtrumque caput superfluitatis, † & cor- 12 rectionis effugiendæ ratiocinatur Altograd. *d. cons. 33. nu. 23. lib. 2.*

Paritèr nec obesse potuit, quod Statutum excludat fœminas dotem quouis modo consequutas à Patre, Matre, Auo, Fratre &c. † quia Statutum inferius se restringen- 13 do ad hæreditatem Dotantis videtur præcisè indicare exclusionem fœminarum inductam fuisse dumtaxat ab hæreditate Personæ Dotantis Corn. *cons. 305. numer. 6. vers. Quod & lib.4.* Rota *recent. decis.247. num. 25. part. 5. decis. 329. num. 28. cum duobus seqq. par. 6. & decis.275. numer. 4. vers. tamen hoc, & nu. 5. par.8.* & quidem dùm Statutum literaliter contrarium non exprimit, aliam interpretatio nem admittere non decet. † Si verò inspiciatur æquitas, 14 per quam non est rationi censentaneum quod dos ab vno tradita excludat ab hæreditate plurium Anchar. *cons. 80. num. 2.* Angel. *cons. 126. numer. 3.* Brun. *de Statut. exclusiu. fœmin art 8. num 68* Grat. *discept.651. n.25.* Rota *dec.75. nu. 16 post* Merlin. *de legitim. & in mox allegata dec.329. n.35. & nu.52. cum seqq. par.6. rec.* siue consideretur quod tale statutum exclusiuum vti correctorium Iuris debet strictè interpretari à solis bonis Dotantis, † vt quanto minùs fieri 15 possit, corrigat Ius commune Grat. *vbi proximè num. 25.* Rota *dicta dec.247. n.12. par.5. rec. & dec.175. num.16. post* Merlin. *de legitim.*

Minùs fuit visum refragari obiectum desumptum ab eodem Statuto in §. *Vbi autem*, quod nempè admittatur exclusio fœminæ etiam non dotatæ, quoniam Domini animaduerterunt, quod statuentes nihil corrigendo circa exclusionem transuersalium voluerunt tantùm fœminas descendentes, quibus debebatur legitima, non debere excludi, † sicuti transuersales per solam dotationem in to- 16 tum, vel in parte, sed vti magis dilectas consequi legitimam, vel dotem competentem, quod nullum continere absurdum, nec operari incompatibilitatem quoad transuersales, dixit Andreol. *controu. 407. numer. 35. vers. Neque nocet, & num. 36. admisitque* Rota post Censal. *ad Peregr. dec. 39. nu. 9. vers. Neque vrget, & nu. 10.*

Hæc de per se nullam patientia difficultatem reddebantur magis indubitata ex obseruantia eiusdem Statuti hodie pro parte illorum de Picucciis iustificata ex pluribus instrumentis, & actibus gestis per Incolas d. Oppidi Amandulæ, vt in eorum Summ. numer. 1. talis quippe obseruantia, † si aliquod dubium circa intellectum Sta- 17 tuti superesset, optimè suffragatur; & sic intelligendum esse demonstrat Bald. *cons.245. num.2. lib.3.* Surd. *cons.140. n.8* Rota *dec. 863. cor.* Buratt. *& in Barolinonen. alimentorum. 31. Maii 1655. §. Quæ omnia coram bo. mem. Dunozett.*

& in Pistien. iuris conferendi 14. Ianuarii 1658. §. Quod autem, coram R.P. D. meo Albergato, quę obseruantia cum sit interpretatiua, non requiritur, quod fuerit præscripta, sicut requiritur in consuetudine, quæ vim legis obtinet,
18 † sed sufficit aliquando per aliquos actus ità fuisse seruatum, licèt non sit lapsum tempus præscriptionem inducens quantum ad hoc, vt obseruantia habeat vim declarationis Alexandr. *cons. 8. num. 7. lib. 6.* Gratian. *discept. 377. num. 20.* Rota *in Romana Census 28. Aprilis 1653. §. Et licet cor. bo: me: Dunozetto, & in Veliterna prædii 15. Maii 1656. §. fin. cor. R.P.D. meo Albergato.*

Comprobatur id ipsum ex actu ab ipsis Francisco, & Cæsare specialitèr gesto circà successionem præfati Raphaelis, dùm ad eam pro æquali admiserunt Mariam Sororem antequam nuberet, dum in Tribunali A. C. anno 1641. asseruerunt hæreditatem ad ipsos æqualitèr cum illa fuisse delatam,
19 † idque probauerunt per Testes in hodierno Summario Picucciorum num. 1. lit. A. quod sicuti repellit ipsos ab impugnatione Paris. *cons. 21. nu. 39. & 40. lib. 3.* Dec. *cons. 78. n. 40. vers. 9. & n. 41. 42. lib. 3.* Fusar. *cons. 114 n. 40.* Rot. cor. Eminentiss. Otthob. *dec. 117. nu. 7.* ità reddit turbidas contrarias ipsorum probationes, signantèr quia in casibus specificatis per testes non ex dispositione Statuti, sed vel ex testamento, vel renunciatione fœminæ dotatæ remanserunt exclusæ, vt in eodem Sum. nu. 2. Vndè
20 cum causa exclusionis sit æquiuoca, † nullo modo attendi debet ad probandam contrariam obseruantiam, Rota *dec. 173. nu. 5. cor. Durano, & dec. 120. nu. 2. par. 2. rec. cum aliis allegatis in dec. 18. n. 28. p. 9. rec.* Quæ nec minùs potest hodie præualere, dùm ex ea induceretur correctio Iuris communis tam fœminas, quàm masculos ad successionem
21 admittentis; † Ideoque in concursu debet præferri altera, quæ magis eidem Iuri communi fauet; Honded. *cons. 53. nu. 24. lib. 1.* Grat. *discept. 546. nu. 48. & discept. 756. nu. 23.* Rota *recent. par. 5. dec. 336. num. 6.*

Et ità vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Bononien. Pecuniaria.

Mercurii 13. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Contendentibus super pretio bonorum defuncti legatariis Missarum, & creditoribus hæredum, seù fideicommissariorum, non solùm extra dubium est, quod illud legatariis consignandum sit, sed quod creditores prædicti nec minus ad residuum aspirare possint, quoties illud, pro fideicommisso, & opere pio adimplendo inuestiri debet.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ prouenientes ex aliqua hæreditate creditoribus, & legatariis eiusdem hæreditatis consignari debent.*

2 *Fideicommissum non habet locum, nisi prius soluto ære alieno Testatoris ab eo contracto siuè inter viuos, siuè per viam vltimæ voluntatis.*

3 *Fideicommisso per hæredem grauatum distracto, eoque ad nihilum redacto, si quid superest de pecuniis ex bonis hæreditariis retractis.*

Inuestiri debet pro eodem fideicommisso, & præstandis legatis à Testatore relictis, nec aliis personis, seù creditoribus consignari potest, ibidem.

4 *Anniuersaria à defunctis relicta conseruari, & celebrari ipsis defunctis plurimi interest.*

5 *Hæres grauatus non potest obligare bona fideicommissi pro suo debito particulari.*

6 *Legatarii præferuntur in bonis hæreditariis non solùm hæredibus, & fideicommissariis, sed quibuscumque etiam ab eis causam habentibus.*

DECISIO CCLXXIV.

AVGVSTINVS de Guardinis volens sub nomine fratris Petri Mariæ Religionem Sancti Dominici profiteri recepta à M. Antonio fratre promissione annuæ præstationis scut. 33. & reseruato sibi vsufructu bonorum casu quo ille decederet sine liberis renunciauit eidem portionem fideicommissi Alexandri Guardini, quod in vtriusque fauorem apertum fuerat per obitum Annæ Testatoris filiæ in pupillari ætate defunctæ; Mortuo M. Antonio sine filiis frater Petrus Maria regredi ad vsumfructum reseruatum contendebat cum Alexandro Iuniore successiuè substituto petente immissionem in bonis fideicommissariis sitis in Communi Plumatii, sed superuenit anno 1656. inter eos transactio, in qua Patres S. Dominici Bononiæ ex persona fratris prædicti se obligarunt tradere Alexandro bona fideicommissaria in inuentario descripta, & è conuerso Alexander soluere promisit annua scuta sexaginta quinque durante vita fratris Petri Mariæ.

Post hæc ad instantiam creditorum fideicommittentis nec non Bernardini eius Patris subhastata fuerunt bona antedicta pro libris 17. mil. quarum residuum librarum 5069. in Sacro Monte Pietatis Bononiæ depositatum obtinuerunt P. S. Dominici posthabitis P. S. Francisci eiusdem Ciuitatis priùs in partibus, & deindè ab A. C. mandari consignari, à quo interiecta appellatione commissa fuit causa cum clausula, *si quid exequendum*, vndè ad formam commissionis proposui dubium, quod negatiuè hodie fuit resolutum.

Siquidem P. S. Francisci sunt creditores bonorum hæreditariorum Alexandri Senioris fideicommittentis occasione annui legati centum Missarum perpetuò celebrandarum quarum eleemosinam cum vsque adhuc non fuerint assecuti, & pecuniæ proueniant ex illius hæreditate,
† proculdubio ipsis veniunt consignandæ, cum fideicom- 1
missum non habeat locum, neque substineatur nisi deducto priùs ære alieno † Testatoris contracto siue inter viuos 2
siue per vltimam voluntatem, *l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar.* Soccin. *in l. debitori nu. 10. C. de pact.* Peregr. *dec. Pataum. 5. nu. 5.* Rota *dec. 75. nu. 12. par. 9. rec. & in Fanen. Hæreditatis 3. Iunii 1661. §. præfatis cor. R.P.D. meo Albergato.*

Nec dicatur, quod mandatum substineri possit in eo quod superest deductis Anniuersariis, quia cum post mortem Testatoris tàm M. Antonius, quàm frater Petrus Maria in seculo quamplura bona hæreditaria distraxerint itaut fideicommissum ad parum redactum sit, vt in Sum. creditorum num. 2. modo id exiguum, quod remanet solutis decursis, omnis æquitas suadet, quod assecuretur, & inuestiatur pro fideicommisso, & pio opere in futurum
adimplendo. † Interest enim defunctorum anniuersaria, 3
quæ sibi † reliquerunt celebrari, & conseruari Perez de 4
Lara *de Anniuersar. lib. 1. cap. 4. n. 12.* Sot. *in 4. sent. diu. 45. qu. 2. art. 4. respondit* Genuen. *in prax. ca. 69. nu. 26.* & exornat Lauor. *variar. lucubr. de prisc. & recent. funera. mor. tit. 2. cap. 15 à num. 99.*

Cæterum consignatio minus potuit prætendi in vim transactionum cum M. Antonio, & Alexandro Iuniore initarum, vltra quod M. Antonius obligare non poterat
bona fideicommissi pro suo particulari debito, † & Ale- 5
xander excipit de non adimplemento transactionis, dum negat sibi neque bona inuentariata fuisse consignata neq; potuisse frui ipsis bonis Plumatii continuò sequestratis, & modo ad instantiam creditorum deliberatis, semper erit ineuitabile, quod P. S. Francisci tamquam creditores defuncti occasione legati erunt præferendi in bonis hæredi-
tariis, nedum hæredibus, & fideicommissariis, sed † & 6
cuicumque ab eis causam quomodolibet habenti *leg. 1. §. sciendum ff. de separat.* Monticul. *de inuent. qu. 224. num. 88.* Salgad. *in Labyrint. Credit. par. 1. cap. 9. nu. 5. & seqq.* Rot. *dec. 269 nu. 1. p. 6. rec. & dec. 41. nu. 2. & 3. cor. Card. Caual.* & reliquum quod supererit pro fideicommisso erogandum, & conseruandum.

Et ita vtraque &c.

RE-

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Bonorum Emphyteuticorum.

Mercur. 13. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Quamvis regularitèr per solam divisionem non renuncietur emphyteusi; eidem tamen undique renunciatum esse dicitur, quoties, ut hic, datur facultas liberè disponendi, etiam cum clausula, *ad habendum*, quæ referri minimè potest ad sola jura renunciantium, sed refertur, & comprehendit etiam hæredes, qui proindè alienationem à suis auctoribus factam nec minus possunt ex eorum persona rescindere, quamvis in hoc fuerint beneficiati, quia beneficium inventarii pro viribus hæreditariis nullatenus suffragatur.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis per divisionem factam à comprehensis in inuestitura dicitur effecta transitoria ad extraneos, & quando.*
Emphiteusim inter se diuidentes, an & quando illam vendere possint num. 1.
2 *Clausula*, ad habendum, *posita in diuisione emphyteusis facit illam esse transitoriam ad extraneos. Amplia ut num. sequenti.*
3 *Clausula*, ad habendum, *per extensum apposita in diuisione emphyteusis, non autem simplicitèr cæterata, quid operetur.*
4 *Venditor tenetur manutenere libera bona vendita, tamquam obligatus de euictione.*
5 *Inuentarium præseruat hæredem à damno non autem opitulatur pro lucro captando.*
Hæres beneficiatus tenetur seruare factum defuncti quousque vires hæreditariæ sufficiunt, num. 5.
6 *Hæredem aliquem esse, & contrauenire posse facto defuncti implicat in iure.*
7 *Hæres adeundo hæreditatem dicitur consensu suo approbare contractum à defuncto factum, & veram obligationem contraxisse de illum obseruando.*
8 *Hæredes diuidentium bona emphyteutica cum clausula*, ad habendum, *diuisionem ipsam seruare tenentur.*
9 *Clausula*, ad habendum, *apposita in diuisione bonorum allodialium, & emphyteuticorum, ad quæ potius bona referatur, & num. seqq.*
10 *Verbum, seù relatiuum*, dictis, *demonstrat ad oculum omnia bona superius descripta, & num. seq.*
11 *Expressio facta de pluribus bonis cum relatiuo*, dictis, *citrà violationem verborum refertur ad omnia, nec potest magis ad vnum, quam ad aliud corpus adaptari.*
12 *Diuidentes bona emphyteutica etiam cum clausula*, ad habendum, *quando emphyteusi renunciasse dicantur, & num. seqq. ac etiam supra, & per totam decis.*
13 *Remissio generalis non excludit remittentem ab eo iure, quod ex natura rei ei contigit de futuro.*
14 *Bona emphyteutica quando censeantur vendita cum suo onere, vel potiùs libera, & num* 20.
Bona vendita diminuto valore communi censentur fuisse vendita cum suo onere, num. 14 *& num* 20.
15 *Facultatem habens liberam perpetuo disponendi de bonis emphyteuticis, si ea vendit cum perpetua promissione euictionis, libera quoque vendidisse censetur.*
16 *Euictio ex natura rei, & ex iure superuenienti quando censeatur promissa, & supra numer. antecedentibus.*
17 *Euictionis exceptio solummodò præseruata in vnico tantùm casu, demonstrat in aliis omnibus illam semper fuisse promissam,*
Exceptio in certo casu facta, demonstrat in aliis contrarium fuisse dispositum, num. 17.
18 *Facultas disponendi alicui concessa manifestè arguit illum alias disponere fuisse prohibitum.*
19 *Clausulæ* iuxtà formularium Bononiæ, *quid importent.*

DECISIO CCLXXV.

NON dubitarunt Domini de comprehensione Dominorum de Campeggiis in Inuestitura tornat. 2500. sed iis obstare dixerunt Instrumentum diuisionis de anno 1589. vbi facta partitione bonorum tam allodialium, quàm emphyteuticorum inter Annibalem, Alexandrum Rodulphum, & Ioannem assignata reperitur cuilibet portio cum clausula: *Ad habendum tenendum, & possidendū & quidquid dictis Dominis Diuidentibus, eorumque respectiuè hæredibus, & successoribus de dictis bonis, & rebus, vt supra diuisis, & vnicuique in partem respectiuè obuentis, ac qualibet eorum parte videbitur, & placuerit perpetuo faciendum, & disponendum, nec non cum expressa promissione hinc indè facta de lite perpetuò non inferenda, mouenda, vel referenda inde, & super dictis bonis, vt supra diuisis, & assignatis respectiuè, & qualibet eorum parte, & iure, & ad legitimam, & generalem defensionem vicissitudinariam dictorum bonorum, vt supra diuisorum, & assignatorum respectiuè, & cuiuslibet eorum partis, & Iuris per dictos Illustres Dominos diuidentes per se & eorum hæredes ad inuicem, & vicissim solemniter facta cum pactis vacuæ possessionis tradendæ, ac manutenendæ, suscipiendæque litis, & libelli, & de euictione in forma, & secundum formam prouisionis Communis Bononiæ editæ de anno* 1466. sunt verba eiusdem Instrumenti dati per extensum in hodierna positione *lit. O.*

Ex quibus duo inter cætera deducebantur. Primum quod bona effecta fuerunt transitoria ad extraneos, † & 1
consequenter benè potuit Alexander illa vendere Dominis de Bentiuolis, Corbolus *de iur. emphyt. tit. de caus. ob alien. irrequis. dom. limit.* 3. *num.* 1 Fulgin. *eodem tractat. tit. de alien. qu.* 1. *num.* 282. *plenè* Ciroc. *discept.* 60. *numer.* 6. *& seqq.* vbi in specie de clausula † ad habendum posita inter 2
Diuidentes, & præter allegata in *Decisione, quæ reuidetur, §. quo verò, dixit* Rot. *in recent. decis.* 206. *numer.* 1. *& seqq & decis.* 240. *num.* 7. *cum aliis pluribus seqq. part.* 9. *& in Bononien. Bonorum de Romantiis* 6 *Iunii* 1652. *§. Tum ex clausula ad habendum coram bon. mem. Verospio impressa in recent. decis.* 261. *num.* 5 *part.* 11. & quando non fuit ceterata, † sed vt in hoc casu per extensum posita in *Romana de-* 3
uolutionis domus 27 *Nouembris* 1662. *§. nam quidquid cor. R. P. D. meo Priolo.*

Secundum quod in omnem casum Domini de Campeggiis hæredes diuidentium teneantur dicta bona manutenere libera, † veluti obligati de euictione *ad Text. in* 4
l. vindicantem, ff. de euict. Crot. *cons.* 146. *num.* 18. Rolan. *cons.* 34. *num.* 90. *&* 91. *lib.* 4. Paris. *cons.* 71. *n.* 9 *&* 10. *lib.* 10. Bursatt. *cons.* 86. *n.* 16. & latè firmat decisio ipsa, quæ reuidetur, *§. quæ ratio*, etiamsi veniant ex persona propria & sint hæredes Beneficiati, dum Inuentarium hæredum præseruat à damno, † non autem opitulatur in lucro, 5
quominùs teneatur seruare factum defuncti, quatenus vires hæreditatis patiantur, Bart. *& omnes in l. fin. §. In computatione, C. de iur. deliberan.* Surd. *cons.* 577. *num.* 16. *& seqq.* Molin. *de primogenit. lib.* 4 *cap.* 1. *num.* 25. & alias implicatur quemque esse alicuius hæredem, † & illius facto contrauenire vulgata, *l. cum à matre, C. de rei vindicat.* Fanucc. *de inuentar. part.* 7. *num.* 149. Honded. *cons.* 3. *num.* 78. *& seqq. lib.* 1. adeundo enim illius hæreditatem, dicitur consensu suo contractum approbasse, † & 7
ita veram obligationem contraxisse de obseruando gesta per defunctum *l. si ab eo C. de lib. Caus.* Peregrin. *de fideic. art.* 33. *numer.* 8. *&* 9. & in puncto hæredis diuidentium cum clausulis *ad habendum*, & de euictione † post innumeros firmat Cirocc. *dicta disc.* 60. *num.* 45. *cum pluribus* 8
seqq.

Quoad primum non obstat diuisa fuisse tam bona allodialia, quàm emphyteutica, & consequenter clausulam *ad habendum*, † rectè referri ad allodialias, in quibus 9
cadit libera facultas disponendi non etiam ad emphyteutica ex Honded. *cons.* 36. *num.* 31. *&* Crescent. *decis.* 6. *num* 8.

num. 8. *& seqq. de Test.* stantibus præsertim ijs verbis in eodem Instrumento diuisionis appositis sub *lit. Q.* ibi: *singula singulis debitè referendo, & congrue adaptando.*

Quia responderunt Domini verba supra relata comprehendere tam bona libera, quàm emphyteutica, ibi: *De dictis bonis & rebus, vt supra diuisis, & qualibet eorum parte*, ponderando relatiuum illud, *Dictis*, † demonstratiuum ad oculum omnium, & singulorum corporum paulò ante descriptorum, *l.* 1. *§. Eam qui, ff. de postulan.* Fusar. *cons.* 115. *num.* 10. & proinde restringi non posse circa
11 euidentem literæ violationem † simpliciter ad corpora emphyteutica, vt in puncto ad hominem, Rota *decis.* 240. *numer.* 7. 8. *& 9. par. 9. recent. & aliis allegatis plenissimè* Ciroc. qui etiam aliis modis satisfacit obiecto *dicta discept.* 60. *ex num.* 13. *cum multis sequen.*

Declaratio verò referen. singula singulis rectè adaptatur ad varias, & diuersas promissiones per vnumquemque respectiuè factas non autem quidquam commune habet cum distinctione bonorum allodialium ab emphyteuticis clarè patet ex lectura, ibi: *Quæ omnia, & singula in præsenti Instrumento contenta promiserunt partes, & contrahentes prædicti per se, & suos cum dictis modis, & nominibus, & cum solemnitatibus respectiuè prædictis sibi inuicem, & vicissim, & videlicet quilibet ipsorum quantum fiat, & est pro omnibus à se, & vnoquoque eorum, vt supra respectiuè factis, & conuentis, singula singulis debitè referendo, & congruè adaptando*, dicto Instrumento per extensum impresso *lit. Q.*

Quo autem ad secundum non obstat, quod Partes intellexerint tantummodo in diuisione remittere Ius emphyteuticum ad fauorem successorum in Inuestitura, &
12 pro iis promiserint de euictione, † non autem ad fauorem extraneorum, ita quod defectis capacibus non possent ex iure superuenienti succedere, Gabriel. *consil.* 89. *nu.* 10. *& seqq. lib.* 1. Honded. *cons.* 36. *num.* 38. *& seqq. eodem vol.* 1. Rota *in recent. decis.* 176. *numer.* 12. 16. *& seqq. par.* 5.
13 tanquam generalis promissio † non excludat promittentem ab eo iure, quod ei contingit de futuro ex natura rei, & ex forma Inuestituræ, Bero, *cons.* 108. *nu.* 2. *vers.* 2. *quod per promissionem lib.* 1. Millin. *decis.* 3. *num.* 1. *& seqq* cum aliis allegatis. Id etiam deducendo ex diminutione va-
14 loris respectu bonorum emphyteuticorum † ex quo censeantur data cum suo onere, nec non ex clausula saluis præmissis, & infrascriptis, ex quibus videatur seruatum ipsum Ius successionis post extinctionem vnius, vel alterius lineæ.

Namque responsum fuit, supracitata verba non pati huiusmodi restrictionem, etenim si concessa fuit diuidentibus, vt eorum hæredibus, & successoribus libera facultas perpetuo disponendi, iisque singulis promissa in perpe-
15 tuum euictio † implicat ex quocumque iure superuenienti eos quoquomodo molestari, aut inquietari posse, vt in puncto respondit, Rota *in recent. dicta decis.* 240. *ex nu.* 21. *cum quatuor seqq. par.* 9. *& ex* Surd. Maresc. Altograd. *& aliis quamplurimis in ipsamet decisione, quæ confirmatur, §. Duplex, §. Altera*, vbi latè fuit satisfactum huiusmodi
16 motiuo euictionis † ex natura rei, & ex Iure superuenienti, quod etiam destruitur ex limitata exceptione per Contrahentes apposita. In casu euictionis dumtaxat ex facto proprio prouenientis, ib: *Nisi in casu dumtaxat, in quo ipsa lis, vel controuersia moueretur, vel euictio sequeretur, aut damnum aliquod immineret pro facto, dato, contracto vel obligatione alicuius partium prædictarum. Summario* eorumdem Dominorum de Campeggijs *nu.* 6 *in fine*, Hæc sola, & vnica exceptio euictionis, scilicet ex facto pro-
17 prio, † quamcumque aliam aliunde prouenientem excludit, firmatque dispositum in non exceptis ad tradita per Mangiil. *de euict. quæst.* 68. *numer* 5. *cum cæteris vulgatis.*

Et sanè nisi Alexander potuisset alienare, prout alie-
18 nauit in Dominis de Bentiuolis, † frustratoria illi fuisset adeò ampla facultas disponendi, & quidquid sibi placuerit faciendi cum aliis amplissimis clausulis, de quibus singillatim per Ciroc. *dicta disc.* 60. *ex num.* 29. *ad* 38. & in spe-
19 cie de clausulis iuxta formularium † Bononiæ Rota *Bononien. inter statuta decis.* 202. *num.* 54. ponderando maximè Ius attributum cuilibet ex diuidentibus, & eorum hæredibus obtinendi Inuestituram cæteris irrequisitis cum libertate soluendi Liuellos, & Canones quemcumque tangentes, vt in eodem Instrumento impresso *lit. P.* quod magis denotat liberam, & absolutam potestatem circa huiusmodi bona, & quod ea fuerint contemplata vti emphyteutica ad solùm effectum iniungendi solutiones possessoribus, alioquin pro liberis habita, & cum libera facultate de iis inuestiri faciendum, vt sunt verba eiusdem Instrumenti dicta *lit. P.*

Diminutionem verò valoris referri dixerunt Dominis ad ius Domini directi ob periculum deuolutionis, propter quàm æquum erat, vt bona longè minoris æstimarentur, † attento præsertim fine trium generationum, 20
quæ expirabat cum diuidentibus, vt benè animaduersum fuit in facto.

Quemadmodum clausulam illam, saluis præmissis, & infrascriptis iunctam clausulæ ad habendum non referri ad aliquam rationem succedendi per defectum linearum, de quo nullum verbum in diuisione, sed ad bona, quæ remanserant inter partes indiuisa, nec non ad seruitutes, & onera, tum transitus palatii, tum in casu fabricationis respectiuè muri communis, tum vsus Salæ magnæ in casum nuptiarum, & similium, de quibus in eodem Instrumento impresso *lit. C. D. & E.* & specialiter ad reseruationem Iurium penden. inter partes in hoc Tribunali, de quibus longè, latèque protestatum fuit in eodemmet Instrumento impresso *fol.* 13. *à §. Tenor verò protestationum vsque in fin.*

Et ita vtraque &c.

Decisio superius in hac causa confirmata, quia non habetur impressa in appendice Decisionum prætermissarum erit apponenda.

R. P. D. TAIA.

Romana Attentatorum.

Mercurii 13. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Citationes, inhibitiones, & sequestra facta contra depositarios locorum Montium, quamuis fuerint simpliciter executa domi dimissa copia, illos afficiunt perindè ac si personaliter facta sint, tenenturque propterea iidem depositariis ad iteratam solutionem quatenus soluerint.

SVMMARIVM.

1 *Depositario fieri potest sequestrum, illudque factum tenet, eumque depositarium obligat, & adstringit.*

2 *Depositarii sequestrati tenentur non soluere creditori suo, aut iterum soluere creditori sui creditoris.*

3 *Administratio pluribus personis concessa in solidum concessa censetur, nisi contrarium fuerit expressum.*

4 *Administratio depositariorum Vrbis est officium auctoritate, & vtilitate publicum.*
Administratores plures omnes tenentur in solidum, num. 4.

5 *Negotiatione à publico pluribus personis constituta omnes sunt duo rei actiuè, & passiuè.*
Argentarii plures quomodo teneantur, & obligati sint, num. 5.

6 *Negotiatores plures quomodo teneantur in solidum, & supra num.* 5.

7 *Sequestrum & inhibitio facta depositariis domi dimissa copia quatenus eos obliget, & n. seqq.*

8 *Citationes in Congregatione Baronum fiunt domi dimissa copia.*

9 *Testimonium Notariorum super validitate citationis habetur pro lege.*

10 *Citatio facta domi dimissa copia contra depositarios valet, eosque legat, & sup. num.* 10.

11 *Roma-*

11 *Romani antiqui etiam ipsi vtebantur citationibus domi dimissa copia, adhuc in causis capitalibus.*
12 *Citatio domi dimissa copia dicitur notitia præsumpta.*
Si tamen concurrit etiam intimatio sic pariter executa, tunc pro certa, & vera notitia habetur, numer. 13.
14 *Citatio tripliciter executa domi æquipollet citationi personali.*
15 *Citatio domi dimissa copia sufficit etiam ad pœnam pecuniariam.*
16 *Citatio facta domi contra Depositarios sine alio grauamine, sed simpliciter ne soluant sufficit.*
17 *Tertius quando inter duos litigantes gaudere non debeat.*

DECISIO CCLXXVI.

CONSTANTIBUS attentatis Marci Antonii, & reseruata quoad Depositarios particulari disputatione iuxta decisionem 5. Martii proxime præteriti, eaque hodie proposita Instante Domina Principissa, contumacibus Depositariis, etiam contra Depositarios constare de attentatis Domini responderunt pro Informante.

1 Quia inhibitio, & sequestrum, † (quibus ipsis iuxta Caroc *de sequestr. quæst.* 13. *part.* 3. ipsi Depositarii sequestres obligati fuerunt non soluere Creditori suo
2 aut iterum soluere creditori Creditoris sui, † ad claram formulam, & tradita à Gratiano *disceptation.* 485. *ab initio, &* Rota *decis.* 443. *in fin. part.* 11.) constiterant iam in Summario alterius positionis Christophoro, qui tunc temporis assistebat, & præerat ex conuentione inter socios, vt singulis trimestribus singuli assisterent,
3 itaut siue pluribus administratio concessa, † videatur concessa in solidum, nisi aliud fuerit expressum, *§. si plures l. 1. ff. de exercit. act. & ibi not.* Bart. *summa in lectura*, tum etiam in repetitione, nisi hoc ipsum sit expressum in ipsa conuentione, siue secus, & tamen cum præcesserit mandatum, & officium, seu administratio sit publicum au-
4 ctoritate, & vtilitate, † quilibet tenetur in solidum, vt distinguit, & declarat Bart. *ad l.* 10 *ff. de duobus reis num.* 7. & quando à pluribus quædam geritur negociatio, quæ
5 eis decernitur ex publico, sunt † duo rei actiuè, & passiuè vt duo argentarii, *idem in duobus* 25. *ff. de pact.* Bart. *ad dictam l.* 10. *num.* 9. *vers. Vnde tu dic.* Si verò talis negociatio propria voluntate fuisset assumpta, non ex publico, cum plures gerunt negotiando per suos Institores, & exercito-
6 res (planè per se ipsos, vt supra singillatim) † quilibet tenetur in solidum Institoria, seu exercitoria, & apud Bart. *ad l.* 10. *dicto num.* 9. *vers. si talis negociatio*, Rot. *dec.* 151. *n.* 1. *& tota decis. par.* 10.

Nec admissa fuit excusatio, & exceptio alias opposita executionis inhibitionis, & sequestri dimissa copia domi eorum, & cuiuslibet eorum solitæ habitationis.

Quia scientia comprobatur fide dignis testimoniis de
7 competto sequestro apud Depositarios, † & in eo descripta die executionis, ac tenore ipsius traducto à Larino in vulgarem sermonem à Procuratore Montis, & Depositariorum.

Sed, & cum *Causa agitetur in Congregatione Baronum cum Depositariis Montis fidei*, licèt de voto Rotæ stylus est
8 illius Curiæ, † *che le Citationi, Monitorii, Sequestri, e simili si sono eseguiti, e si eseguiscono domi dimissa copia, &c.*
9 *Testibus Notarii*, † *qui pro lege est, §. fiuè scriptio Institut.*
10 *de Iure natur.* † & in puncto citationis ad domum Socc. Sen. *C. regul.* 14. *fallent. vltima*, maximè quem sequeban-
11 tur prisci illi Romani, more maiorum, † etiam in Capitali Iudicio, vt tradit Plutarch. *in vita Graccorum, & confert* Tiraq. *retract. lignag. §.* 9. *gloss.* 2. *num* 2. *in fine.*

Quin etiam quia per hoc peruenit in notitiam præsum-
12 ptam, † inquit, Bald. *ad §. multa verò l. scire, ff de excusat. tut.* sed certè ad notitiam sufficientem replicata inti-
13 matione † (quæ triplicata proponitur) & æquiualente
14 personali; secundum Felin. *ad cap. consultatione de sententia, & re iudicata num* 23 Lancellot. *de attent. cap.* 12. *limitat.* 50 *num.* 173. *part.* 2. Ridolphin. *praxis iudiciariæ capite* 13. *num.* 130. *part. prima* Scaccia *de appellat. quæst.* 12. *num.* 25. *vers. Ratio huius intelligentiæ*, Gratian. *decis. Mar-*
15 *chiæ* 62. *à num.* 5. quæ sufficit etiam ad † pœnam pecuniariam, Cyriac. *controuer.* 519. *nu.* 42. Gratian. *disceptat.* 163. *num.* 14 Surd *decis.* 221. *num.* 14. & nunc agitur ad Id, quod interest sequestrantis ex sola notitia sequestrium seu sequesttatariarum, sine † aliquo grauamine, quo casu de- 16
nunciatio ad Domum, † etiam vnica sufficit, Baldus *ad* 17
capit. 4. *vt lite non contestata num.* 13. nec solum sine aliquo priuamine, sed, & cum aliqua vtilitate ipsorum inter duos litigantes † vti tertii gaudentium retentione pe- 18
cuniæ.

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Taia sub die 11. Ianuarii 1669. cuius resolutionem in sequenti apponemus volumine, superius autem in hac eadem parte, & in eadem causa plures aliæ decisiones existunt super diuersis articulis, & sunt in ordine decisiones, 32. 96. & decis. 203.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Census.

Mercur. 13. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Lucrum Dotis, quod mortuo viro defertur mulieri ex dispositione statuti Vrbis, acquiritur filijs non vti hæredibus matris, sed patris, & propterea non possunt illi super eodem lucro impedire creditores eiusdem patris. Dos in quantitate promissa ad effectum tamen inuestiendi, si in illius constitutione non fuit expressè conuenta qualitas fundi dotalis in pecunia consistere dicitur, quamuis posteà ex interuallo eadem qualitas fuerit adiecta.

SVMMARIVM.

1 *Associatio ad fundum censitum debetur creditori census vigore clausulæ* constituti *in instrumento appositæ.*
2 *Associatio debita creditori census etiam illius cessionario conceditur.*
Cessionario habenti omnia iura cedentis competunt eadem remedia, quæ cedenti competerent, n. 2.
3 *Cessio census fieri potest etiam ad effectum obtinendi associationem à cessionario.*
4 *Creditor habens expressam hypothecam anteriorem, posteriori præferendus est.*
5 *Statutum* Vrbis lib. 1. cap 131. *defert vxori quartum dotale quod vsumfructum simplicem, extantibus filiis.*
Quartum dotale vigore statuti Vrbis extantibus filiis respectu proprietatis numquam separatur ab hæreditate viri, num. 5.
Creditores mariti mortua vxore, quæ viri bona ratione sui lucri dotis retinebat quoad vsumfructum existentibus filiis, num. 5.
Possunt super iisdem bonis suam consequi satisfactionem, ac etiam obtinere associationem, ibidem, & num. seqq.
6 *Lucrum dotis matri debitum quoad vsumfructum, non debetur filiis vti matris hæredibus, sed solùm tanquam hæredibus patris.*
Et ita non possun illi impedire creditores quominus super eo agant, ibid. & num. seqq.
7 *Hæredes non possunt impedire associationem super bonis defuncti.*
8 *Creditor, & debitor vnius eiusdemque rei nemo esse potest.*
9 *Mulier, & quicumque habeat causam ab ea super fundo dotali, non autem contra alia bona mariti agere potest.*
10 *Dos in quantitate dicitur constituta, non obstante conuentione tradendi stabilia vel loca montium.*
Fundus dotalis esse non dicitur quãuis promissa fuerint stabilia loco pecuniæ, si hoc expressum non sit n. 10.
11 *Mu-*

11 *Mulieri ex solis capitulis matrimonialibus absque alia stipulatione dicitur ius quæsitum.*

12 *Dos in pecunia constituta per quæcumque pacta postea inita sine consensu vxoris, non potest illius naturam de pecunia in fundum immutare, & supr. num. 11.*

13 *Mulieri vtilius esse dicitur habere dotem in pecunia, quàm in fundo strictè sumpto.*

14 *Pecunia ex conuentione partium inuestienda in stabilibus non consideratur vti quantitas, sed vti species, & res inuestienda.*

Amplia hoc etiam in pecunia dotali procedere numero 15.

15 *Fundus dotalis strictè sumptus ciuiliter tantùm residet penès maritum, naturaliter verò semper remanet apud vxorem.*

17 *Fundus dotalis verus mortuo viro ipso iure consideratur in mulierem.*

18 *Voluntas contrahentium ab eorum potestate dimetitur.*

19 *Fundum dotalem improprium quando contrahentes intellexisse dicantur, & supr. à num. 14.*

Fundus dotalis impropriè sumptus solam hypothecam, & maioris dotis securitatem importat, num. 19.

20 *Repugnantiæ, & contrarietates euitari debent.*

21 *Pactum de fundo dotali ad euitandas contrarietates intelligi debet largè, & impropriè.*

22 *Fundus dotalis excluditur, si bona emenda ex pecunia dotali stare debeant pro assecuratione dotis vxoris, & num. seqq.*

23 *Dominium fundi dotalis remanet penès vxorem, illumque potest à quibuscumque personis vindicare.*

24 *Fundus dotalis excluditur ex hypotheca fauore mulieris constituta.*

Hypotheca cum dominio rei propriæ stare non potest, num. 24.

25 *Dotis restitutio promissa per verba*, quam quidem dotem, *verificatur de eadem dote in quantitate promissa.*

26 *Nouatio de iure non præsumitur.*

27 *Datio in solutum facta cum præcedenti æstimatione de dote à principio in quantitate promissa facit emptionem, & venditionem.*

28 *Decisiones plures in materia dotis in pecunia, vel in fundo explicantur.*

29 *Pactum fundi dotalis si in contextu assignationis dotis conuenitur, importat verum fundum dotalem.*

30 *Sin autem ex postea, & ex interuallo, non in stricta, sed in larga significatione accipitur.*

DECISIO CCLXXVII.

PATRES Conuentus Sanctissimæ Trinitatis in
Monte Pincio de Vrbe, necnon Odoardus Benaduccius vti Cessionarij Dominici de Signis, ad cuius fauorem de anno 1623. per Laurentium Rattam impositus annuus census in sorte scutor 250. super quadam domo in Contrada nuncupata de' Borgnognoni creditoris ex causa fructuum dicti census, obtinuerunt à R.P.D. Eminentiss Cardinalis Vicarij V. Gerente mandatum de associando ad possessionem dictæ domus censitæ contra Bartholomæum, & alios de Rattis creditores, & possessores anteriores ex causa dotis maternæ dicto Laurentio eorum patri de anno 1615. persolutæ in scutis 3000. & pro quarto dotali scutorum 750. sed dicto mandato in secunda instantia per R.P.D. Bussum Iudicem Commissarium reformato quoad scuta 3000. & confirmato quoad quartum dotale tantùm; Causaque postmodum in gradu appellationis ab vtraque parte interpositæ ad Rotam deuoluta, dubitatum fuit coram me, an, & pro qua rata ad dictam domum censitam concedenda esset associatio, & affirmatiuè pro rata scutor. 750. quæ sunt quartum dotale, negatiuè verò respectu dotis scutorum 3000. resolutum fuit.

Et ratio resolutionis quoad Primam partem fuit, quia
dicti Patres, & Odoardus habent intentionem funda-
tam in publicis instrumentis impositionis supradicti
census super dicta domo, de cuius identitate non fuit
dubitatum, cum clausula *constituti* ad fauorem Domi-
nici Censualistæ, & illius cessionis ad illorum fauorem
1 ab ipso Dominico factæ; † & ideò sicuti Dominico de-
bita esset associatio ad fundum censitum, *l. interdum*, &
l. quod meo, & ibi Bartol. *num.* 3. *ff. de acquir. possess.* Ti-
raquell. *de iur. const. poss. part. 1. num. 2.* Buratt. *decis.* 145.
num. 2. ita neque est deneganda illius cessionarijs habenti-
bus † omnia iura cedentis, *l. si à creditore*, *Cod. de act.* 2
& obligat. l. 2. ff. de hæred. & act. vend. & in terminis cen-
sus † cessi ad effectum associationis, Rota *decis.* 150. *num.* 3
3. *& seq. apud* Cenc. de censib. *& in Bononien. quintæ 5.*
Iulij 1660. § fin. in fin. coram R.P.D. meo Taya.

Non obstante, quod ad dictum quartum dotale, quod
illi de Rattis tamquam habentes priorem hypothecam
expressam in publico instrumento dotali † videantur 4
præferendi, *l. potior*, *ff. qui pot. in pign. habean. l. scriptu-*
ras, *Cod. eo*, *l. potioris*, *Cod. de his*, *qui in prior. cred.*
loc. succed. quia attenta dispositione *Statuti Vrbis cap.*
131 *lib. 1.* quæ † extantibus filijs vxori defert solùm 5
vsumfructum quarti dotalis, illius proprietas nunquam
ab hæreditate viri separata fuit, sed in ea permansit ad
commodum creditorum, itaut præmortua Laurentia
matre, non possunt filij † illud capere, neque ex pro- 6
pria persona, neque vti matris hæredes, sed tantùm
vti hæredes patris, Rota *decis.* 117. *num.* 3. *& seqq. part.*
6. *& decis.* 86. *num.* 1. *& seq. part.* 8. *recent. post* Fenzon.
ad statut. Vrb. decis. 79. *§. ratio diuersitatis*, *& coram*
Eminentiss. Otthobono *decis.* 178. *num.* 5. *&* 6. Et si vti
hæredes patris, non possunt impedire associationem,
† cum fuerint confusæ actiones, *l. Vranius* 72. *ff. de fi-* 7
deiuss. & mandat. l. Sticum 96. *§. Aditio*, *ff. de solut.* non
enim possunt etiam insimul in vna, eademque † re 8
esse creditores, & debitores, *l. frater à fratre* 38. & ibi
Bartol. *num.* 12. *ff. de condict. indeb.* Rota *decis.* 297. *num.*
26. *part.* 10. *recent.*

E contra verò talem anterioritatem respectu dotis scutorum 3000. benè competere, & suffragari eisdem de Rattis ad impediendam associationem DD. in secunda parte dubij censuerunt.

Non subsistente, quod dos non consistat in pecunia,
sed in alia domo data, & assignata pro fundo dotali,
contra quam tantum non autem contra alia bona mariti
Laurentia vxor † & ab ea causam habentes suas possent 9
dirigere actiones, *l. cum in fundo* 81. *§. quod si marito*, &
§. seq. ff. de iur. dot. l. in rebus, & ibi DD. *Cod. eo*, Bur-
satt. *cons.* 440. *num.* 11. *lib.* 4. Rota coram Merlin. *decis.*
702. *num.* 1. Carill. *decis.* 100. *num.* 2. *& in recent. decis.*
120. *num.* 17. *part.* 4. *tom.* 2.

Inspecto enim primo extremo promissionis, & con-
stitutionis ipsius dotis in apoca matrimoniali Laurentio
Rattæ futuro genero, fuerunt promissa scuta 2000. pro
dote Laurentiæ ibi: *Il Signor Gio: Battista Bontempi pro-*
mette di dare la Signora Lorenza sua figlia per legitima Spo-
sa al Signor Lorenzo Ratti con dote di scudi 3000. Et quam-
uis fuerint adiecta subsequentia verba: *Le parti conuen-*
gono, che finche si consegni al detto Signor Lorenzo vno
stabile, ò luoghi de monti non vacabili, e di tal valuta se
gli debba conseguare vna entrata di scudi 150 *&c.* tamen
cum non fuerit in dicta apoca conuentum, quod bona
stabilia census, & loca Montium danda in solutum
stare deberent pro fundo dotali, talis conuentio intelli-
gitur facta ad commodum promissoris dotem soluere de-
bentis, † & dos, tali conuentione non obstante, in 10
quantitate constituta censetur, Rota *decis.* 655. *num.* 4.
& seq. part. 4. *tom.* 1. *recent.* Buratt. *decis.* 287. *num.* 2.
Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 19. *num.* 8. *cum alijs in*
Romana dotis 8. *Maij* 1659. *§. neque dicatur coram R. P. D.*
meo Beuilacqua.

Constituta autem dote in quantitate Ioannes Baptista
pater, & Laurentius maritus per quæcumque pacta in-
ter ipsos inita in subsequentibus donationibus in solu-
tum absque consensu Laurentiæ, cui ex ijsdem capitu-
lis matrimonialibus † fuit absque alia stipulatione fa- 11
uore dotis ius quæsitum, *l. vnica*, *§. accedit*, *Cod. de*
rei vxor. act. Gratian. *discept.* 739. *num.* 9. *& seq.* Mer-
lin. *decis.* 77. *num.* 4. *& decis.* 93. *num.* 9. Buratt. *decis.*
775. *num.* 25. non potuerunt in præiudicium mulieris na-
turam ipsius dotis † de pecunia in fundum immutare, 12
l. ita constante, *ff. de iur. dot. gloss. in l. res quæ* 55. *ff. eo*,
Corn. *cons.* 170. *num. primo*, *& seq. lib.* 4. Soccin. Iun.
cons. 118. *num.* 11. *lib.* 3. Rota post Merlin. *de pignor. de-*
cis. 74. *n.* 11. *&* 12. Illi enim vtilius erat habere dotem in
pecunia, quam † in fundo dotali strictè sumpto, Hon- 13
ded. *cons.* 14. *num.* 58. *& seq. lib* 1. Gratian. *discept.* 435.
num. 4. Rota coram Merlino *d. decis.* 792. *num.* 2. *& in Ro-*
mana fructuum dotis 4. *Februarij* 1667. *§. idemque importat*
coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ideo quamuis in instrumento postmodum inter par-

tes celebrato super dictorum capitulorum matrimonialium ratificatione, in quo dos iterum promissa fuit in scutis 3000. inuestiendis in stabilibus adiectum fuerit, *Quæ quidem scuta 3000 conuenerunt eædem partes, quod quoties Io. Baptista illa soluere volet, debeant inuestiri in censibus, bonis stabilibus &c. vel tot. locis montium non vacabilium, quæ bona emenda ex dd. pecuniis, vel alia danda &c. in solutum pro dicta dote debeant perpetuò stare affecta, obnoxia, obligata, & hypothecata pro securitate dotis prædictæ D. Laurentiæ, & pro fundo dotali, &c.* Itaut videatur posse intrare regula, quod pecunia inuestienda ex conuentio-
14 ne partium in stabilibus † non sit consideranda vti quantitas, sed vti species, & res ipsa ex pecunia comparanda, *l. talis scriptura in fin. l. sed si certos, ff. de leg.* 1. Rot. post Pacific. de Saluian. *decis.* 159. *num.* 2. & in terminis pecu-
15 niæ dotalis † Gratian. *disceptat.* 920. *num.* 16. Rot. *decis.* 91. *num.* 13. *part.* 8. *recent.* Merlin. *d. decis.* 792. *numer.* 22. & 23. vbi quod in tali casu verbum illud *pro fundo dotali*, satis declarat mentem contrahentium, non ideò inferri debet
16 voluisse partes intelligere de vero fundo dotali strictè † sumpto, cuius dominium ciuile tantum transit ad maritum, naturale autem semper in vxore residens, *l. in rebus C. de iur. dot.* eueniente casu restitutionis dotis, cum ciui-
17 le ipso iure, & legis ministerio † statim in ipsa consolidatur, *l. dotis, C. solut. matrim* Gabr. *conf.* 60. *num.* 4 *lib.* 2. sed potius metiendo voluntatem à potestate contrahentium
18 † *ad Reg. Text. in l. Lucius Titius, §. Imperatores, ff. ad municipal.* Intellexisse de fundo dotali largè, & impropriè sum-
19 pto, † qui solam hypothecam importat pro maiori dotis securitate, Honded. *conf.* 41. *num.* 18. *lib.* 1. Ludouic. Sacc. *resp.* 161. *num.* 16. & *seq.* & 162 *per tot.* Coccin. *dec.* 257. *nu.* 6. Rota *dec.* 476. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.* Merlin. *supracitata dec.* 792. *num.* 2. 3. & 4.

Ideoque fortius, quia aliàs plures repugnantiæ con-
20 current, & contrarietates † omnino euitandæ, *l. stipulatio ista, § hi qui in fin. ff. de verb. oblig. l. vbi pugnantia, ff. de reg. iur.* Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 7 *num.* 5. & 18. Surd. *conf.* 279. *num.* 14. & in terminis, quod ad euitandas has
21 contrarietates † pactum de fundo dotali intelligi debeat largè, & impropriè, Fachin *controu. iur. lib.* 12. *cap.* 74. *vers. ad euitandas*.

Et prima ex assecuratione super omnibus bonis viri cum facultate capiendi de illis possessionem in omni casu restitutionis dotis vxori in ipso instrumento tributa; si
22 † enim bona emenda debuissent stare pro vero fundo dotali, pro illis nulla opus erat assecuratione, quia dominium remansisset penes vxorem cum libera facultate illa à quibuscumque vindicandi, *d. l. in rebus, C. de iur. dot.*
23 & illa fuissent retrò accipienda, † sublata vxori quacumque actione contra bona mariti, *l. fin. ff. de pact. dot.* Ruin. *conf.* 134. *sub num.* 5. *lib.* 4. Gabr. *d. conf.* 60. *num.* 4. *lib.* 2. Rot. *in recent. dec.* 476. *num.* 3. *part.* 4. & *in Maceraten. dotis* 11. *Martii* 1647. *§. Quia coram bon. mem. Eminentiss. Cardinali Corrado, in Romana dotis* 10. *Iunii* 1661. *§ tum etiam coram Eminentiss. Vicecomite, & in supracitata Romana fructuum dotis* 4. *Februarii* 1667. *§. huiusmodi autem coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Secunda ex hypotheca imposita super ipso fundo dota-
24 li ibi: *Quæ bona emenda &c.* † non enim super illis dari potuisset hypotheca fauore ipsius mulieris insimul cum dominio, *ad text. expressum in l. si rem alienam* 29. *ff. de pignorat. act.* & *in l. neque pignus, ff. de reg. iur. Gloss. in l. in rebus, §. volumus in verb. in rem actionem vers. vel tertio,* Honded. *d. conf.* 41. *num.* 21. *lib.* 1. Ludouic. Sacc. *dicto conf.* 161. *num.* 12. *cum. seqq.* Rot. *in d. Romana dotis §. nam non fuit coram Eminent. Vicecomite, & in eadem Romana fructuum dotis §. pluris coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Tertia, ex ipsis verbis, quibus concepta legitur dotis assecuratio, & illius restitutionis promissio, ibi: *Quam quidem dotem, &c.* verba enim illa, *quam quidem dotem*
25 *&c.* † sic prolata verificari non possunt nisi in dote antecedenter promissa in quantitate scutorum 3000. & sic de vera dote, iuxta theor. Bald. *in l. quoties num.* 9. *C. de iur. dot.* Ioseph. Ludouic. *de iur. dot. concl.* 1. *post medium versic. amplia sexto, & alii adducti per* Ludouic. Sacc. *d. conf.* 161. *num.* 24. Fachin. *controu. iur. dicto cap.* 74. *lib.* 12 *vers. secundo quia,* Rub. Alex. *conf.* 5. *n.* 59. *vers.* & *si dicatur*.

In posteriori verò instrumento, in quo Laurentius recepit in solutum domum, de qua agitur æstimatam in scutis 3000. nihil innouatum fuit, non solùm quia noua-
26 tio de iure non præsumitur, † *l. fin. C. de nouat.* sed etiam quia expressè declaratum fuit, quod partes non intendebant recedere à primo instrumento, nec aliquam nouationem inducere, & quatenus esset attendendum secundum magis excluderetur constitutio veri fundi dotalis,
† cum regulariter datio in solutum cum præcedenti æstimatione emptionem faciat, & venditionem, *l. quoties, C. de iur. dot. l. si prædium in fin C. de euict.* Mantic. *de tacit. lib.* 12 *tit.* 28. *num.* 5. & 7. Alexand. *conf* 79. *in fine lib.* 5. Berou. *conf.* 63. *num.* 6. *vers. quintus casus vol.* 3. Becc. *conf.* 42. *nu.* 1. & 2. 27

His firmatis non aduersantur, sed fauent *Decisione* † 792. Merlin. 91. *part* 8. *recent. Romana bonorum coram R. P. D. meo Emerix*, & aliæ in contrarium adductæ, nam in illis, & aliis decisionibus pro altera parte adductis non concurrebant supradictæ repugnantiæ, & contrarietates, & signanter non fuerat conuentum, quod bona emenda *starent affecta, obnoxia, obligata, & hypothecata pro securitate dotis*, non aderat obligatio, neque hypothecatio bonorum mariti pro dotis restitutione, minusque in casu restitutionis fuerat data, prout hic, facultas vxori apprehendendi possessionem bonorum omnium viri, quæ omnia ex supradictis repugnant vero, & proprio fundo dotali, vt obseruat præcitata *decisio Reuerendiss. D. mei Decani* 4. *Februar.* 1667. *§. indeque*. 28

Et vlterius animaduersum fuit illas non applicari, quia loquuntur vel quando vnico contextu assignatur fundus,
† vel quando à principio conuenitur de quantitate statim inuestienda. Cæterum quando tale pactum inuestiendi fuit ex interuallo adiectum, vt in præsenti casu, admittuntur † omnes fundum dotalem non esse in stricta, sed in larga significatione sumendum, & cum hac distinctione eadem *decisio Merlin. sub num.* 19. *vers. denique*, conciliat contrarias, & similiter *in d. decis.* 91. *part.* 8 *recent. num.* 9. & *seq.* 29 30

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit supradictis PP & litis consortibus dandam esse immissionem ad dictam domum pro indiuiso cum illis de Rattis, & saluo istorum credito pro scutis 3000. tantum.

REVERENDISSIMO D. CERRO S. R. DECANO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana repetitionis indebiti.

Mercurii 13 Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Census translatiuè cessus etiam ipsi fideiussori in actu solutionis, cum nullo pacto dicatur extinctus ideò non datur repetitio fructuum ab eodem fideiussore receptorum quamuis fideiussor per antea fuissent dominus rei censitæ, modo tamen de tempore acquisitæ cessionis, iam illam distraxerit.

SVMMARIVM.

1 *Census non dicitur extinctus per cessionem translatiuam in alios factam, sed potiùs dicitur in cessionarios translatus.*

2 *Debitor census pro ea portione, qua alius bonam fidem recognouit, reputatur ac si esset merus fideiussor*

Recognitor bonæ fidei cum promissione soluendi de proprio dicitur effectus verus debitor, num. 2.

3 *Fideiussor soluens creditori sortem principalem census non dicitur censum extinguere, sed potiùs nomen debitoris emere.*

Cessio census translatiuè facta fideiussori in ipso actu solutionis eidem sufficiatur ad effectum agendi contrà principalem debitorem, nu. 3. & 4.

4 *Relatum potius attendi debent, quam referens.*

Cessio census relatiua ad instrumentum, censetur facta ad formam eiusdem instrumenti, n. 4.

5 *Sensus semper durat in præiudicium debitoris donec ab ipso per actum retro similem fuerit redemptus.*

6 Do-

6 *Dominus fundi ab eo præcedenter distracti vtique potest acquirere censum super eodem fundo impositum.*

Res sua sibi seruire non dicitur, si illa iam fuerat distracta, num. 6.

DECISIO CCLXXVIII.

IN censu scutorum 6000. imposito vsque de anno 1625. ab Henrico, & Francisco de Vrsinis, ac vendito Principi Paulo Sabello super Casali sito in territorio Montis Rotundi, Felix, & Christophorus de Cinciis pro rata scutorum 3000. recognouerunt bonam fidem, & de proprio promiserunt soluere fructus; quia præfati Henricus, & Franciscus de anno 1626. vendiderunt Principi Carolo Barberino medietatem Castri Montis Rotundi cum suis tenutis, & signanter fundum censitum; pacto inter eos conuento, quod in actu solutionis debitorum, in quibus Vrsini erant principales debitores deberent reportari cessiones Iurium fauore eiusdem Principis, in illis verò debitis, in quibus Vrsini habebant releuatores, cessiones fieri deberent translatiuè, & non extinctiuè primario Principi Barberino emptori, & secundario Vrsinis venditoribus. Hinc cum ex dicto pretio fuerint soluta scuta 6000. in manibus D. Carlottæ de Sabellis tunc census creditricis, quæ in actu solutionis cessit iura translatiuè, & non extinctiuè illi de Bonfiliis vigore alterius cessionis reportatæ ab Vrsinis exegerunt per plures annos fructus census pro rata scut. 3000. à DD. de Cinciis, imò de anno 1654. D. Christophorus præuia disdicta censum pro eadem rata redemit. Verum quia tractu temporis cæpit prætendere censum remansisse extinctum vsque de anno 1633. per solutionem factam dictæ Carlottæ, ac iudicialiter institit *coram R. P. D. Amadeo* pro restitutione pecuniarum indebite solutarum. Ideò vigore commissionis manu Sanctissimi signatæ, vt Iudex procedat de voto Rotæ appellatione remota, dubitaui, An constet de extinctione census, & ad quàm summam sint restituendi fructus, & coastare de extinctione.

Solutio enim facta in manibus D. Carlottæ importare non valet census extinctionem, dum ipsamet Creditrix omnia, & singula eius iura, actiones, hypothecas, priuilegia, & alia quæcumque cessit translatiuè, &
1 non extinctiuè DD. de Vrsinis, † cuius translatiuæ cessionis vigore non dicitur census extinctus, sed potius in cessionarios translatus, Cenc. de cens. *quæst. 71. num. 15. vers. Cæterum.*

Neque dicatur solutionem factam ex pecuniis debitoris non posse suffragari ad effectum acquirendi talem cessionem Iurium, sed solum exindè resultare quietantiam, & liberationem proprii debiti, quia aduerterunt Domini, quod Vrsini pro rata census scutorum 3000 confide-
2 rari debent tanquam meri fideiussores, † cùm principales debitores iam fuerint effecti fratres de Cinciis mediante recognitione bonæ fidei per ipsos facta cum promissione soluendi de proprio, Rota post Conc. *decision. 504. num. 1.* Merlin *decis. 615. num. 10. & in recent. 273. num. 1 par. 7.*

Fideiussor autem vbi soluit Creditori sortem principalem nunquam præsumitur velle dare pecuniam in solutum, & in extinctionem debiti, sed potiùs censetur
3 velle emere nomen debitoris, † eique propterea suffragatur cessio reportata in actu solutionis ad effectum agendi contra principalem debitorem, Cenc *vbi supra d. qu. 71. num. 16 & pluribus seqq.* Rota *post eumdem decis. 529. num. 2. 13. & 16.*

Et hoc præcipuè in proposito casu, vbi vigore pacti in instrumento venditionis adiecti solutiones non aliter fieri poterant pro debitis, in quibus Vrsini habebant releuatores, quam mediante acquisitione iurium creditorum etiam ad eorum fauorem, *Summ. Bonfilii num. 2. §. in euentum autem.*

Non obstat, quod fan. mem. Vrbani VIII. in suo Chirographo mandauerit, quod emptor teneretur debita accollare, illaque persoluere, & infra certum tempus extinguere, & proinde contra mentem Pontificis, qui ad expressam extinctionem emptorem grauauit nullo modo potuerint acquiri Iurium cessiones translatiuè, & non extinctiuè, quia in eodem Chirographo Summus Pontifex sæpiùs habuit relationem ad Instrumentum venditionis, & in specie quoad Iurium cessionem præseruauit pacta, & conditiones in eodem Instrumento exprimendas, ibi: *Con patto, e conditione, &c. ciascun creditore, &c. debba fare ad esso Carlo cessione, &c. per poterseне seruire ad escludere qualsiuoglia, che lo molestasse sopra detti beni, ò per altri fini, & effetti, e respettiuamente nel modo, e forma, & ad altri fini, & effetti, e con li patti, e conditioni, che s'esprimeranno nel predetto Istromento di † vendita.* Quapro- 4
pter vigore dicti pacti in Instrumento adiecti potuerunt quidem Vrsini reportare translatiuè Iurium cessiones pro rata census scut. 3000. pro qua erant fideiussores fratres de Cinciis, cum regulariter potiùs attendi debeat relatum, quàm referens, vt in his terminis, Rota post Cenc. *decis. 366. num. 6.*

Minusque extinctionem census inducere valet asserta deficientia fundi, ex quo Pontifex omnia bona vendita liberauerit ab hypothecis illas transferendo in multiplicum faciendum, etenim hæc liberatio facta fuit in gratiam solius Principis emptoris, cuius securitati Papa voluit prospicere, & sic translatio intelligitur facta respectu exercitii actionum, itaut creditores non possent se vertere contra bona vendita, sed solùm contra multiplicum in eorum locum subrogatum, non autem respicit formam, & substantiam census, † qui semper durat in præiudicium 5
debitoris, donec ab ipso per actum retrosimilem fuerit redemptus, iuxta receptas *decis. Greg 443. num. 1. & 60. nu. 1. & 30. vbi* Adden, & dictum fuit *in Romana Census 14. Ianuar. 1664. §. finali coram R. P. D. meo Vrsino.*

Rursus non obstat, quod Vrsini non potuerint acquirere censum impositum super propriis bonis ratione incompossibilitatis, cum res sua nemini possit seruire, quia obiectum tollitur ex facto, dum de tempore cessionis reportaræ anno 1633. ipsi non erat amplius Domini, & possessores fundi censiti, quem longè prius, nempè de anno 1626. iam distraxerant titulo venditionis, † hic enim ces- 6
sat quælibet prætensa incompatibilitas, vt in fortioribus terminis tradit Cenc. *vbi supra qu. 114. n 14.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO S. R. DECANO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Perusina Bonorum.

Mercurii 13. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio ex remedio l. finalis, C. de ædicto Diui Adriani tollendo, quia denegari non potest hæredi docto de testamento & de identitate bonorum; Ideò exceptione fideicommissi illa retardari minimè potest, nisi concurrant illa tria vulgata requisita, quod fideicommissarius incontinenti docuerit de iure suo, quod nullæ competant detractiones, quodque sine vitio possideat.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi scripto docto de testamento, & de possessione defuncti in illius bonis debetur immissio ex remedio legis finalis.*
2 *Fideicommissi exceptio tunc solùm attenditur ad effectum retardandi immissionem hæredi, quando fideicommissarius possidet sine vitio, & nullæ competunt detractiones.*
3 *Fideicommissarius regulariter non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, & sup. num. 2.*
4 *Filius, & hæredes grauatus non potest in præiudicium antiquioris fideicommissi nouum constituere fideicom. missum.*
5 *Filii in conditione positi ex coniecturis censentur esse vocati.*
6 *pro Reintegratione fideicommissi competit hypotheca in bonis*

bonis propriis filiis, qui scienter bona fideicommissi alienauit.

7 *Exceptio detractionis legitimæ indigens discussione, non admittitur, nec retardat immissionem hæredi in iudicio legis finalis.*

8 *Fideicommissarius nunquam dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, si aliquod ex fideicommisso detrahendum est.*

9 *Alienationes factæ ab hærede grauato ex causa solutionis æris alieni non computantur in suas detractiones, & quando.*

10 *Possessio capta ab hærede ab intestato cessat eo ipso, quod docetur de testamento.*

Causa testati facit cessare causam intestati, nu. 10.

11 *Possessio capta per hæredem cum clausula* sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, *comparente legitimo hærede reputatur pro non capta.*

12 *Fideicommissarius tenetur possessionem accipere de manu hæredis, alias semper illa dicitur vitiosa.*

13 *Fideicommissarius non potest capere possessionem propria auctoritate etiamsi hæreditas esset iacens.*

Hæreditate iacente deputari debet curator ad hoc, vt quis legitimè possit capere possessionem bonorum illius, num. 14.

14 *Hæres qui accepit possessionem titulo hæreditario, non potest illam retinere titulo dotis.*

15 *Retentio datur creditori quando possessio ad illum peruenit ex causa crediti, pro quo retinere prætendit, secùs autem si ex diuersa.*

16 *Immissus tamquam hæres ab intestato, non potest pro suis creditis retinere.*

DECISIO CCLXXIX.

TERMINATO Iudicio cum Sac. Religione Hierosolymitana, quæ acquieuit *decisioni in hac Causa editæ coram me* 7. *Iunii* 1666. ad cuius formam lata quoque fuit sententia diffinitiua, hodie dubitaui ad instantiam D. Marchionis Coppuli hæredis scripti in testamento Equitis Iacobi de Vinciolis, an eidem sit danda immissio in possessione bonorum, de quibus agitur detentorum per D. Eleonoram ex fratre neptem, eiusdem Equitis Iacobi, & affirmatiua prodiit resolutio Quia cum testamentum præfatum omni prorsus vitio visibili careat, & bona controuersa fuerint per Testatorem possessa vsque ad illius obitum, vt constat ex aditione hæreditatis facta
1 per † Eleonoram absque vlla difficultate hæredi scripto debetur immissio ex dispositione *textus in l. fin. C. de edict.* Diu. Adr. tollen. *vbi gloss. & communiter DD.*

Non obstat, quod bona præfata prætendantur subiecta fideicommisso ordinato à q. Ludouico de Vinciolis Patre dicti Equitis Iacobi, quod prætenditur purificatum in personam Eleonoræ.

Quia iuxta receptissimam conclusionem exceptio fideicommissi tunc solum in hac materia admittitur, quando
2 fideicommissarius docet in continenti de iure suo, † & copulatiuè concurrunt alia duo vulgata requisita, quod scilicet nullæ competant detractiones, & possessio non sit vitiosa. Aliàs autem altero ex his deficiente, fideicom-
3 missarius non dicitur legitimus contradictor † ad impediendam immissionem hæredi scripto, iuxta notata per Bart. *in d. l. fin num.* 22. *C. de edict.* Diu. Adr tollen Roman. *cons.* 312. *in princip.* Soccin. Iun. *cons.* 73 *nu.* 18 *lib.* 1. & hanc opinionem perpetuò tenuit Rota, vt in *Romana de Salamonibus* coram Cardin. Seraphin. *decis.* 271. *per tot. Romana de Capizucchis* coram Cardin. Lancellott *in recent. dec.* 115. *num.* 2. *part.* 2. *cum aliis allegatis in Bononien. bonorum de Graffis* 12. *Iunii* 1657 §. *nec Scipio est legitimus contradictor, & in Romana hæreditatis* 23. *Ianuarii* 1654. §. *non obstat coram me.*

In proposito circa fideicommissum dicitur pro parte Marchionis, quod cum bona prouenirent ab Horatio cum onere antiquioris fideicommissi fauore filiorum, & nepotum, non potuerit Ludouicus illius filius, ac hæres gra-
4 uatus † in præiudicium Iacobi filii ad dictum fideicommissum ex propria persona vocati in aliquo præiudicare mediante noua dispositione, vt tradit Molina *de primog. Hispan. lib.* 4. *cap* 1. *num.* 2. Peregrin. *cons* 38. *num.* 4 *lib.* 3 Rot. *in Romana fideicommissi de Boncompagnis* 22. *Martii* 1662. §. *nec facit coram Reu. P. D. meo Beuilaqua.*

Vocatio autem nepotum resultat ex eo, quod fuerunt positi in conditione, † & plures ex eodem testamento de- 5
sumuntur vrgentes coniecturæ cumulatæ ab Informantibus, quæ ad vnguem fuerunt admissæ *in Fulginaten. fideicommissi* 25. *Martii* 1658. *coram R. P. D. meo Beuilaqua confirmata* 1. *Martii* 1660. *coram eodem.*

Et quamuis ab altera Parte acriter controuertatur identitas bonorum, quod scilicet non prouenirent ab hæreditate Horatii, signanter quia Ludouicus nomine proprio quamplura bona acquisiuit, Illa tamen videtur iustificata, tum ex confessione auctorum Eleonoræ; tum etiam ex depositionibus Testium de quibus in Summario Marchionis *num.* 5. 6. Immò docetur in facto omnes acquisitiones factas à Ludouico non excedere scuta 5835. & viceuersa ipsum de bonis paternis alienasse bona valoris scutorum 7195. vt in Summario responsionis; ob quas alienationes, vtpote factas à filio habente scientiam fideicommissi paterni, † videtur posse competere hypothe- 6
cam pro reintegratione fideicommissi super bonis propriis ipsius alienantis, ex firmatis in *Romana census, seu Saluiani* 5. *Maii* 1655. §. 4 *demum coram me, & in Ciuitatis Castelli bonorum* 27. *Aprilis* 1663. §. *præterea coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Nil releuante prætensione, quod Ludouico in dictis bonis Horatii competerent detractiones, quia vel ex dictis alienationibus remanent illiquidæ, vel saltem negari non potest quin hæc omnia indigeant maxima discussione, † quæ propterea non debent admitti ad retardandam 7
immissionem, ad quem effectum tenetur fideicommissarius docere incontinenti de iure suo, vt in *dicta decision. Cardinali Seraphini* 271. *circa finem, & in aliis superius allegatis.*

Deficit quoque secundum requisitum propter detractiones competentes Iacobo Testatori in bonis Ludouici Patris, quàm aliæ consistunt in quota, nempe legitima, & Trebellianica. Aliæ verò in quantitate, vt sunt legata, expensæ funeris, & dos materna † scutor. 2350. vbi 8
enim aliquid est detrahendum nunquam fideicommissarius reputatur legitimus contradictor, Zuccard *in d. l. fin. num* 426. Ruin. *cons.* 140. *num.* 60. *v. rs. qua enim ratione lib.* 5. Rota coram Durano *decis.* 180. *num.* 9. *& in recent. dec.* 236. *num.* 11. *part.* 5.

Neque dicatur censeri consumptas stante omissione inuentarii, ac pluribus alienationibus factis ab ipso Iacobo, quia cum alienationes fuerint factæ ex causa necessaria pro soluendis debitis hæreditatis, † vt ex dicto Sum- 9
mario responsionis, hodie non potest dici certa, & indubitata illarum incompetentia, & propterea hoc maturius videndum erit post immissionem concessam hæredi, vt præcisè respondendo huic obiecto dixit Rota *in Senogallien. successionis* 29 *Ianuarii* 1652. coram Cardin. Corrado *impress. in recent. dec.* 215 *num.* 23 *part.* 11. *& plures congerit* Adden. ad Greg. *dec.* 206 *nu.* 12.

Clarior visus fuit defectus alterius requisiti, cum verè possessio Eleonoræ nullo modo possit à vitio saluari, nam quatenus fuit apprehensa titulo hæredis ab intestato cum clausula *sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura,* eo † ipso quod docetur d. testamento sicuti cessat causa in- 10
testati, *l. quamdiu la seconda, & l. nec is* §. *fin. ff. de acquir. possess.* ita vigore d. clausulæ possessio perindè reputatur † ac si non fuisset capta, Cardin. Caualer *decis.* 633. *num.* 11
6. Eminentiss. Cardin. Otthob. *dec.* 72. *num* 2. Adden. ad Greg. *decis.* 332. *num.* 6. *vers alia verò decisiones.*

Quatenus verò post captam possessionem ex dicto titulo Eleonora declarauit velle possidere ex fideicommisso Ludouici, adhuc non suffragatur, quia certum est † fi- 12
deicommissarium illam debere accidere de manu hæredis, & possessio aliter capta semper dicitur vitiosa, per *text. in l. improba, C. de acquir. possess.* Marescott. *var. resol lib.* 1. *cap.* 1. *in prin.* Cardin Seraphin *decis.* 1065. *num.* 3. *cum aliis plenè congestis in Eugubina fideicommissi* 25. *Iunii* 1663. *coram Eminentiss. D Card. Vicecomite confirmata* 6. *Iunii* 1664 *coram R. P. D. meo Ottalora.*

Parum obstante, quod Eleonora tunc temporis non habuerit notitiam hæredis, nec Testamenti, † quoniam 13
in fortioribus terminis, vbi etiam hæreditas fuisset iacens, non potuisset capi possessio per fideicommissarium propria auctoritate, sed quidem citato Curatore ad istum effectum deputato hæreditati iacenti, Rota coram Greg. *decis.* 206. *numer.* 7. ibique addens qui testatur de communi,

muni, & dictum fuit in *Romana hæreditatis 4. Iulii 1663. coram me.*

Denique non vrget allegata retentio pro dote Eleonoræ, eiusque fructibus, quia non titulo dotis, sed quidem hæreditario bona controuersa obtinuit: regulariter enim retentio datur creditori, quando bona ad eum peruenerunt ex causa illius crediti, pro quo vult retinere, † secus autem si ex causa diuersa, iuxta distinctionem Bart. *in l. si non sortem 26. §. centum num. 8. ff. de condit. indeb.* quam amplexa fuit Rot. *in Interamnen. bonorum 1. Iulii 1658. in fine coram me in Romana, seù Perusina donationis 29. Ianuarii 1663. §. à quo coram Reuerendiss. Ninot*, & magis præcisè quod immissus tamquam hæres ab intestato non valeat

15

16 pro suis creditis † retinere firmatum fuit in *Amerina Successionis 22. Iunii 1657. §. ex alio etiam coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem Eminentissimo Cerro, sub die 18. Februarii 1669. quam in sequenti volumine apponere studebimus, alia verò primo loco emanata 7. Iunii 1666. cum non habeatur impressa erit in appendice decisionum prætermissarum.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Firmana pecuniaria.

Mercurii 13. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Emptor bonorum debitoris, quorum pretium illius creditoribus persoluit, non potest ab illis in actu solutionis iura translatiua, benè tamen extinctiua census reportare, quæ ei regulariter non suffragantur; ideòque census sic acquisitus, quia reputatur extinctus de pecuniis ipsius debitoris nullos amplius parit fructus; an autem & quomodo huiusmodi cessio ad effectum excipiendi suffragetur ex decisione resultat.

SVMMARIVM.

1 *Census extinguitur per emptionem fundi censiti.*
Census extincti nulli amplius currunt fructus, num. 1.
Cessionarius census æquè potest illius fructus exigere ac ipse creditor exigere poterat.
Cessionarius dicitur vna eademque persona cum cedente, num. 2.
3 *Cessio census pro solutione habetur, quando in satisfactionem pretii ille ceditur.*
4 *Verbum, cedere, quandoque apud Iurisconsultus pro solutione exprimendum vsitatum est.*
5 *Cessio facta soluenti de pecuniis debitoris dicitur esse inutilis.*
6 *Cessio facta soluenti de pecuniis, debitoris nihil aliud operatur, quam liberationem eiusdem census.*
7 *Cedens census personæ soluenti de pecuniis retractis ex bonis debitoris illius nihil cedit, sed tantùm quietat debitorem, & censum extinguit.*
8 *Cessio census reportata à soluente de pecuniis debitoris quomodo valeat ad effectum excipiendi.*
9 *Cessio facta à Procuratore constituto ad vendendum ad effectum extinguendi, non potest aliud operari, quam ipsam extinctionem.*
10 *Bona à pluribus possessa, ad plures quoque spectare dicuntur.*
11 *Bona ab aliquo vendita tamquam hæreditaria, probantur hæreditario quoque nomine non autem proprio ab eo fuisse acquisita.*
12 *Adiudicatio non attenditur si non probatur effectuata, & executioni demandata.*

DECISIO CCLXXX.

FLAMINIVS de Ægidiis vna cum Cæsare, & Dominico Patruis de anno 1583. in solidum imposuit vnum Censum in sorte florenorum mille super eius prædio nuncupato, *delle Bore*, qui emptus est à Maria de Ægidiis communi sorore Dominici, & Cæsaris, hæcque post mortem dicti Flaminii constituit Procuratores ad extinguendum, & retrouendendum dictum censum, & in solutum recipiendum ab hæredibus dicti Flaminii prædium censitum, & compensandum cum illius pretio summas debitas, tam pro sorte, quàm pro fructibus, & pro residuo pretii dicti prædii cedendum dictis venditoribus census eidem constituenti debitas.

Procuratores Mariæ de anno 1610 emerunt dictum prædium à Terentia vti filia, & hærede dicti Flaminii pretio florenorum 4. mil. & in partem ei cesserunt præfatum censum, cuius vigore diuersis vicibus, & per longa temporum interstitia dicta Terentia, & Paulinus Coniuges tentarunt fructu census exigere, ad quem effectum inter alia obtinuerunt de anno 1632. mandarum Auditoris Cameræ pro summa florenorum 1040. & habito recursu ad Signaturam fuit rescriptum cum clausula, *si quid exequendum*, à quo tempore siluit controuersia, quæ hodie de nouo suscitata est à Lucia de Franchis dicti crediti litigiosi cessionaria, ad cuius instantiam, dubitaui, An mandatum A. C. sit exequendum, & Domini responderunt negatiuè.

Atque ad hanc resolutionem deuenerunt propter illud præcipuum fundamentum, quod census pro cu ius fructibus mandatum relaxatum fuit ab A. C. extinctum remansisset. Dignoscebatur per emptionem prædii censiti, Summ. Camilli Lucadei num. 3. † & consequenter nulli fructus pro eo debebantur, per tradita à Cenc. de cens. *quæst. 19. num. 2.* Rota *post eundem decis. 270. num. 4. decis. 336. decis. 404 vtrobique num. 1. decis. 505. num. 6. & dec. 540. num. 1.* 1

Non obstare visum fuit, quod Terentia in venditione prædii reportauerit cessionem d. census, † ex qua æquè potuit fructus illius exigere, ac cedens, cum qua eadem persona censenda erat, *l. empta, Cod. de hæred. vel act. vendit.* Bald. *in l. Et hæred. 22. §. 1. num. 8 ff. de pact.* Bero *consil. 31. n. 46. lib. 2.* Rota coram Cauali *dec. 539. n. 3.* 2

Quoniam in præsenti casu censuerunt Domini cessionem accipiendam esse pro solutione, tum de iure communi, dum in satisfactionem pretii ceditur census, Surd. *consil. 145. num. 15. cum seqq.* Duran. *dec. 266. numer. 17 vers. aliàs cum cessio*, tum etiam ex illis verbis in venditione enunciatis, ibi: *Hanc venditionem fecerunt &c. pret o florenorum 4 mil. pro quo pretio dicti Procuratores dederunt & cesserunt, &c. annuum censum florenorum mille sortis principalis &c. factam die 6. Iulii 1583. &c. & florenorum 837. pro residuo fructuum d. annui census decursorum per totam 6. Iulii &c. Summ. Luciæ num. 1.* sicuti enim cessio florenorum 837. pro fructibus, non potest intelligi facta nisi de pretio dicti prædii florenorum 4. mil. cessio quoque census, sub vno, & eodem contextu Orationis in eamdem causam reputatur facta.

Quemadmodum aliquoties † verbo, *cedere*, solutionis exprimendæ gratia vsitatus est, Iurisconsultus in *l. non solùm 33. §. si mihi, ff. de vsucap. & vsurpat.* 4

Et hic significatus, non autem alius in præsenti casu est præferendus, ex eo quod acquisitio prædicti census per cessionem translatiuam fieri non potuit, quia solutio facta est de pecuniis, seù de bonis hæreditatis Flaminii debitoris census, ad quem prædium venditum spectabat, † quapropter cessio fuit inutilis, iuxta distinct. Bart. *in l. Modestinus num. 4. ibique* Paul. de Castr. *sub num. 4. vers. in nihilum, & sub num. 5. vers. nam principali, ff. de solut.* quam sequuta est Rota coram Greg. *decis. 68. num. 4. & 5. & latiùs in decis. 559. num. 18 & seqq. apud* Cenc. de cens. & nihil aliud operari potuit, quam liberationem, seù † extinctionem census Peregrin. *de fideicomm. art. 52. num. 34.* Rot. *decis. 426. num. 3. part. 2. & decis. 267. num. 14. & 15. part. 8. recent. decis. 75. ibique Adden. num. 3. coram Greg. XV. in Auximana bonorum 8. Iunii 1663. coram R. P. D. meo Albergato §. Nec Ascanio in fin. & in Bononien. Indemnitatis 24. Nouembris 1664. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & in terminis census † acquisiti de pretio rei emptæ firmauit *in decis. 559. num. 18. post* Cenc. de cens. Illudque genus cessionis 5 6 7

nis ad summum prodesse valeret ad effectum excipien-
8 di † secundùm explicationem datam in proximè alleg.
decis. 559. num. 19. & 20 apud Cenc. de cens.

Quæ eo magis corroborantur, quo causa princi-
palis venditionis prædij fuit extinctio d. Census, vt
apparet ex mandato procuratorio, d. Semm. Camilli
9 num. 2. iuxtà quam causam pri cipalem, † cessio fa-
cta à Procuratoribus regulari debet, *l. qui id, quod in
princip. ff. de donat. l. si Procuratorem in princip. ff. man-
dat.* Mantic. *de tacit lib. 3 tit. 12. num. 8.*

Nec referre dictum est obiectum, quod prædium
erat proprium Terentiæ, & non hæreditarium Fla-
minij propter indicationem factam pro ipsius dote;
Summ. responsionis Luciæ de Franchis num. 1. Quia
compertum est dictum prædium adhuc de tempore ven-
ditionis fuisse possessum pro indiuiso à Terentia, &
sororibus cohæredibus Flaminij debitoris, vt ex depo-
sitione Testium, d. Summ. Camilli num. 7. & prop-
10 tereà æquè spectasse ad dictos cohæredes, † ac ad
Terentiam Cuman. *in l. locus num. 2 ff. de acquir.
possess.* Soccin *in l. si qui cum totum num. 2. ff de ex-
cept. rei iudic.* Rota *decis. 39. num. 6. post* Cenc. de
cens. Quæ responsio eo fortiùs in facto subsistit;
quod d. Terentia ad venditionem prædij censiti pro-
cessit vti hæres Flaminij, d. Summar Camilli num.
3. quod vtique ostendit, prædium fuisse emptum vti
11 hæreditarium Flaminij, † non autem proprium Te-
rentiæ *l. vult. ff. de instit. act.* Bald. *in l. si Pater, §.
Qui duas, ff. de adopt.* Angel. *in l si proponas §. 1.
ff. de inoff. testam.* cum pluribus apud Mantic. *de tacit.
libr. 3. tit. 10. num. 28* ex quibus excluditur præten-
sa adiudicatio pro dote, quæ nullius momenti æ-
12 stimata est, † dum non constat de illius effectua-
tione, ac executione omninò necessaria, Rota co-
ram Buratt *decis. 124. num. 12. ibique Add. numer.
32. & in recentior. decis. 270. num. 11. cum seq. par-
te 9.*

Minoris adhuc sunt considerationis assertum laudum, de quo in d. Summar. responsionis Luciæ num. 2. ratificatio emptionis per hæredem Mariæ eodem Summar. num. vltimo. Si quidem præfatum laudum nullam mentionem facit prædij, de quo agitur; Et ratificatio hæredis Mariæ nil confert ad effectum sustinendæ translationis census, cum nil pluris contineant, quàm venditio ipsa.

Et ità vtraque parte &c.

Præsens decisio fuit confirmata coram eodem R.P.D. Bourlemont die 11. Ianuarij 1669. in sequenti volumine apponenda.

R E V E R N D I S S. P.D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano

Nouaticn Parochialium.

Mercurij 13. Iunij 1668.

A R G V M E N T V M.

Ecclesiam Dei Vxorem, & Sponsam Christi esse non scortum dicit *Textus in cap. sicut 21. quæst. 2.* Ideòque monstruosum est in iure, quod duo sint Parochi in vna eademque Parochia, sicuti duo Sponsi vnius eiusdemque vxoris esse prohibentur; Reijciuntur proinde in præsenti decisione quamplures distinctiones, quæ ad alendum huiusmodi monstrum afferebantur super iure formali, & exercitio, vel potiùs præeminentia, seù subordinatione vtriusque Parochi.

S V M M A R I V M.

1 *Parochi ius formale in duabus personis in solidum residere non potest.*

2 *Curæ exercendæ ius possunt plures insimul habere.*
Curam pluribus exercentibus, vnus alteri præesse potest, num. 2.

3 *Præessentia, vel præeminentia vnius ad alium, dicit superioritatem, & subordinationem respectu inferioris.*

4 *Subordinatio quam habent aliqui Ecclesiastici respectu aliorum vocatur Hierarchia*

5 *Hierarchia in Ecclesia militante, quæ sit.*

6 *Archiepiscopus quam habeat præeminentiam respectu Episcopi, Archidianus respectu Archipresbyteri, & sic de similibus, & num. 10.*

7 *Præeminentia seruitoria, & obedientialis qualis sit.*

8 *Monachus qualitèr dicatur subesse Abbati, discipulus Magistro, & seruus Domino, vel similes.*

9 *Subordinatum aliquem esse alteri, implicat si ab eo pro munere exercendo non dependeat.*

10 *Episcopus pro suo munere adimplendo non quærit licentiam ab Archiepiscopo, neque Archipresbyter ab Archidiacono, vel Parochus ab Episcopo, & huiusmodi.*

11 *Parochiæ duæ in vna eademque terminatione constitui non possunt.*

12 *Ecclesiam esse curatam, & esse intra limites veræ parochialis nullius repugnantiæ est.*

13 *Ecclesiam simplicitèr ædificatam in adiutorium Ecclesiæ Parochialis, non continet imò destruit illam quoque in parochialem fuisse erectam.*

14 *Parochus proprius quod aliquis sit, & quod alter ab eo independentèr exerceat iura parochialia non admittitur in iure.*

15 *quod Potui nolui, & quod volui adimplere nequiui quando procedat*

16 *Episcopus non potest in solidum duos Parochos constituere, neque duas Ecclesias in vna eademque terminatione.*

17 *Consuetudo, vel obseruantia sacris canonibus contraria non valet.*
Corruptela dicitur non consuetudo, vel obseruantia, quæ sacris canonibus repugnat, num. 17.

18 *Consuetudo, vel obseruantia contraria sacris canonibus, cursu temporis non firmatur, sed eo grauius damnatur.*

19 *Papa non derogat Concilio, nisi per positiuam, & expressam abrogationem.*

20 *Decretum, à quo non fuit appellatum, probat etiam sine actis, & quando.*

21 *Decretum, seù sententia in iudicatum transacta excludit probationem in contrarium.*

22 *Obseruantia destruitur ex actibus in contrarium factis.*

23 *Consuetudo, & obseruantia in actibus negatiuis quomodo firmetur.*

D E C I S I O CCLXXXI.

De euitandum absurdum duorum Parochorum in
vna, & eadem Parochia informantes pro Presby-
tero S. Mariæ se restringebant ad exercitium, & admini-
strationem, concedentes ius formale Parochi † non pos- 1
se quidem in duobus insolidum residere, ad Text. clar.
in cap. sicut in vnaquaque 21. quæst. 2. sed ius exercendi
compatibiliter se habere † inter plures, quorum vnus al- 2
teri præsit, ex Bu:r. *cons. 3.* Bellam. *cons. 38. nu. 12* Lotther.
de re benef. lib. 1. quæst. 20. num 14. & aliis alleg. & quia talis
præessentia dicit superioritatem, † & respectiuè subordi- 3
nationem, ac dependentiam in inferiore; Presbyter au-
tem S. Mariæ prætendit habere administrationem inde-
pendentem, idcircò distinguebant ijdem Informantes di-
ctam subordinationem in duas species Alteram, † quam 4
hierarchiam vocant, de qua est Text. *in cap. Cleros 21. di-
stinct.* & ea est quę ratione dignitatis, & pręeminentię con-
sideratur † in Episcopo respectu Archiepiscopi, in Archi- 5
presbytero respectu Archidiaconi, & similibus, † Alteram 6
quam dicunt obedientialem, & † seruitoriam qualis est 7
Monaci respectu Abbatis, Discipuli erga Magistrum, † 8
serui aduersus Dominum, & huiusmodi, de quibus est
Text. *in c. cum in Ecclesiis de maior. & obedien. & toto tit.
instit. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris.* In hac secunda spe-
cie implicat quemquam esse alicui subordinatum, † & ab 9
eo pro eo munere exercendo non dependere, *d. c. p. cum in
Ecclesiis de maior. & obedien.* Rota loquens in specialibus
terminis Presbyteri in alienam curam assumpti *dec. 226.
n. 2. & 6. & decis. 258. nu. 1. & per tot p. 1. rec.* In prima verò
subordinatio respicit tantummodò maiorem titulum, seù
maiorem dignitatē de cętero, quilibet ex se gerit propriū
munus, ac indepēdēter ab alio, quantũuis in ordine supe-
riori, nō enim Archipresbyter pro suo ministerio exercen-

10 do† quærit licentiam ab Archidiacono neque Archiepiscopum, Episcopus, aut Episcopum Parochus pro suo munere exercendo adire debet, vt aduertunt Hostien. *rubr. de offic. Vicar. num.5.* Vitalin. *in Clem. vnic. num.28. eodem tit.* Rota coram Seraphin. *decis.1204. num.2.* In hac verò postrema specie constituebant Presbyterum S. Mariæ, vtpotè ius non recognoscentem à Parocho S. Georgij, sed ab Ordinario, à quo huiusmodi ministerium licèt inferiùs, & subordinatum ab eo tamen vt prætenditur independens attributum est.

Insuper ad euitandum aliud absurdum, quo duæ Parochiæ non possunt promiscuè in vna, & eadem termi-
11 natione† constitui resistente Textu *in cap. præcipimus 16 quæst.1. & in cap Tua nos de Eccles. ædifican.* confugiebant ad aliam distinctionem dicentes Ecclesiam S Mariæ non fuisse erectam in Parochialem, sed in curatam,
12 non enim †repugnat aliquam Ecclesiam esse curatam, & esse intra limites veræ Parochialis, inquit Gonz *ad reg. 8. Cancell. glos.6. num. 92.* Rota coram Gregor. *decis. 387. num.10. coram* Coccino *decis. 454. num. 6. vers. Tum quia, & vers. quinimò, & in recent. decis.380. num.14. par.5.*

Sed quo magis ipsi informantes dd. distinctionibus conuenire satagebant in iure, visum est DD. quod magis sese absentarent à facto, ideòque ijs non obstantibus persisterunt in vltimo loco decisis.

Etenim omisso, quod asserta Instrumenta, super quibus fundatur erectio d. Ecclesiæ S. Mariæ sunt simpliciter enunciatiua, ac relatiua ad alia Instrumenta,
13 in quibus nulla continetur erectio, † sed tantummodò simplex permissio ædificandi Ecclesiam in adiutorium primæ, vt plenè deductum fuit, *in decis. quæ reuidetur §. Quapropter*, quam Domini etiam in hoc comprobarunt perpendendo verba eorumdemmet Instrumentorum, aduerterunt quod nulla ibi legitur præseruatio iuris formalis Parochi S. Georgij nulla subordinatio Presbyteri S. Mariæ nulla Parochialis in curatam distinctio, *narratur enim qualiter instantibus Parochianis tunc Ecclesiæ S. Georgij sunt verba Instrumenti dati in exaduerso Summar. num.1. & attenta Ecclesiæ ipsius S. Georgij paruitate, ac Populi multitudine, autoritate ordinaria fuit concessum, vt prædicti Parochiani possent vnam Ecclesiam sub vocabulo S. Mariæ construi facere, & ibidem Ecclesiastica Sacramenta à Parocho dictæ Ecclesiæ S. Mariæ recipere absque molestia, & contradictione Rectoris Ecclesiæ S. Georgij, ita quod ambo essent Curati, & curam exercerent pro indiuiso in dicta Cura, ita quod dicti homines possent adire Sacerdotem, quem vellent dd. Ecclesiarum pro Sacramentis Ecclesiasticis recipiendis*, quæ verba omninò concordant cum alijs inserijs in sequentibus Instrumentis datis in eod. Summar. num.2. & 3.

Namque si statutum fuit, vt ambo essent Curati, & curam exercerent pro indiuiso, iam verum non est quod solus Rector S. Georgij habeat ius formale Parochi, & multo minùs quod ipse alteri præsit, aliàs attento dicto decreto Ordinarij idem posset dicere. Presbyter S. Mariæ respectu ipsius S Georgij, cum de eo dicta verba æqualiter prædicentur, vt ex se patet, quatenùs verò in ijsdem Instrumentis dicitur concessum fuisse, vt prædicti Parochiani possent Ecclesiastica Sacramenta à Parocho d. Ecclesiæ S. Mariæ recipere, iam tollitur quod ipse esset tantummodò Curatus, & corruit ass. distinctio in præsenti hypothesi, qua apparet nomina Parochi, & Curati, seù Parochiæ, & Curæ habita fuisse pro Synonimis, & parochialitatem æquè fuisse contemplatam respectu Ecclesiæ S. Mariæ, ibi: *Instantibus Parochianis tunc Ecclesiæ S. Georgij*, quasi diceret nunc verò S. Mariæ. Item *Ecclesiastica Sacramenta à Parocho d. S. Mariæ recipere rursus, & curam exercent pro indiuiso in dicta Cura*, hoc est in dicta Parochia; Insuper in dicto tertio Instrumento expressè dicitur *ipsam Ecclesiam S. Mariæ fuisse erectam in Parochialem* d. Summar. num.3. & demùm in actu visitationis dato in eodem exaduerso Summar. num. 4. dicitur *de ijsdemmet Parochijs Sancti Georgij, & S. Mariæ*, & infrà: *In quibus Parochialibus, ac duobus Parochis aliàs ante annum 1621. nostris temporibus quisque Parochus in sua Parochiali administrabat.*

Vndè quidquid sit de illa distinctione Iurisformalis Parochia iure ministrandi, & an exercitium sit diuisibile in duos, vel plures, quorum tamen vnus alteri præsit, quam Domini non admiserunt, vbi ille, qui subest, non habeat ius obedientiale, & dependens, & repugnare videatur, quod quis sit verus, & proprius Parochus importans plenam, & actualem facultatem, ac Iurisdi-
ctionem erga suos Parochianos, & quod † alius Presby- 14
ter liberè, ac independentèr ab eo exerceat eadem iura Parochialia, ex relatis *in decisione, quæ confirmatur §. visum fuit* DD. instare satis vulgatum axioma, quod potui, nolui, & quod volui, adimplere nequiui, nam-
que † dato citra veri præiudicium, quod Ordinarius pos- 15
set ius ministrandi in eadem Parochia diuidere, reseruato iure formali Parocho S. Georgij, quodque posset vnam Parochiam in duas diuidere, id tamen facere noluit sed
viam elegit duos Parochos † insolidum, duasque Paro- 16
chias in vna, & eadem terminatione constituendi quod facere nequiuit obstante Sacrorum Canonum dispositione *in cap. in Apibus 7. quæst.1. in d. cap. sicut in vnaquaque 21. quæst.2. in d. cap. Præcipimus §. Sicut duo, & in c. plures baptismales 16. quæst.1.* & latè deductum fuit *in dicta postrema decisione §. primo, & §. finali, & præter ibi alleg.* benè aduertit Rota *in diuers. decis.52 num.17. part.2. & d. decis. 258. num.6. part.1. recent.*

Non obstat prætensa obseruantia 200. annorum, & vltra, cum qua præsumitur beneplacitum Apostolicum, & quæcumque legitima præscriptio, quia omisso
quod consuetudo, vel obseruantia † Sacris Canonibus 17
contraria non valet *cap. cum causa de sent. & re iudic. cap. Clerici de iudic.* diciturque potiùs corruptela *cap. cum Venerabilis 7. de consuetud.* itaut nec transcursu cuiuscum-
que temporis firmetur, † sed eo grauiùs damnetur, Ro- 18
ta penes Posth. *de manuten t. decis.321. num.18. & seqq.* &
omisso quod Papa non derogat Textibus conciliaribus, † 19
nisi per positiuam, & expressam eorum abrogationem, Rota coram Caual. *decis.101 num.2. & in recent. decis. 348 num.22. part.11. cum similibus*, responsum fuit quod talis obseruantia, vel deducitur ante annum 1475. & destruitur ex actu subsequenti facto per Bartholomæum tunc temporis Presbyterum S. Mariæ, *in quo præuio iuramento fatetur quod ipse tamquam Capellanus præfuit in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ per multos annos, & ibi Missas celebrabat tamquam Capellanus, & quod nullatenùs se intromittebat de aliquibus pertinentibus ad curam sine speciali licentia Ven. Viri D. Lazzarini Rectoris S. Georgij, sed cum licentia, & ad eiusdem D. Lazzarini beneplacitum &c. nec aliter, nec alio modo, & quod illo tempore, quo præfuit, & ante, & post numquam vidit &c. nec aliquis Capellanus dictæ Ecclesiæ se intromittebat de aliqua Cura, nisi cum licentia*, vt supra Summar. præteritæ positionis num.1.

Sicuti etiam destruitur nedum ex actu facto à Vicario de anno 1535. ac ex protestatione emissa à Presbytero S. Mariæ de anno 1573. aliàs dato in Summ. vtriusque partis, ex quibus lites semper ac iurgia inter hos Presbyteros adfuisse conuincitur, sed etiam ex formali decreto visitationis Episcopi de anno 1596. in quo narratis litibus, & controuersijs, quæ olim, & tunc vigebant inter ipsos Sacerdotes de cura Animarum (*sunt verba decreti*) *dum alter Sacerdos alteri non cedit, & quilibet plenum ius in curæ administratione sibi vindicat sancitum fuit solum* Rectorem S. Georgij esse Parochum, & Prætorem vniuersi Populi, Presbyterum verò S Mariæ esse illius coadiutorem, & consequentèr dependentem in ministerio, eodem Summar. num.3. quod quidem decretum eo magis venit attendendum, quo factum fuit pro norma ad regulandum in posterum dd. Ecclesiarum administrationem, & nulla interposita appellatione in iudicatum
transactum † etiam sine actis probat ex tanti temporis 20
lapsu, Rota coram san. mem. Greg. *decis.533. num.8. coram* Duran. *decis.125. num.3. in recent. decis.* [illegible] *num.9. part.5. cum aliis in Vasionen Prioratus 4. Maij 1665. §. in proposita coram me.*

Vel dicta obseruantia deducitur post dictum annum 1596. & vltra quod etiam ex dicto decreto in iudicatum
transacto videtur † elidi quæcumque alia probatio in- 21
contrarium, Rota *decis.60. num.6. part.6. recent.* & omis-
so quod huiusmodi obseruantia destruitur † etiam ex acti- 22
bus de anno 1621. & 1636. de quibus in *decis. 6. Februarii 1662. coram bon. mem. Verospio, §. penultimo, & sequen.* Testes super inde adducti dicunt quod alter Presbyterorum ab altero non petebat licentiam in ministrando, sed non dicunt quod repugnante Parocho S. Georgij, adhuc Presbyter S. Mariæ administraret, quodque hoc mini-
strante, ille acquieuerit, † prout omninò requiritur ad 23
fundandam consuetudinem, & obseruantiam in iuribus

negati-

negatiuis, *glos. celebris in l. qui luminibus de seruit. Vrban. præd.* Couar. *var. resol lib.* 1 *cap.* 9. *num.* 2. Gratian. *discept.* 89. *num.* 12. & dixit Rota *in diuers. decis.* 297. *num.* 4. *& 5. part.* 2. *in recent decis.* 473. *num.* 1. *part.* 3. *& penes* Posth. *d. manuten. d. decis.* 321. *num.* 32. *cum aliis relatis in Fanen. Præcedentiæ* 1 *Iulii* 1648. *coram bon. mem. Arguelles*, § *Præterea*, & dictum fuit *in Nullius, seù Toletana Iurisdictionis* 5. *Februarii* 1665. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio confirmat aliam in hac causa Decisionem præcedentem sub die 4. Martij 1667 coram eodem Reuerendiss. D. Decano in hac parte supra decis. 39.

R. P. D. TAIA.

Oscen. Coadiutoriæ.

Veneris 13. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Perpenditur in hac Decisione stylus Datariæ, *che nelle Coadiutorie non è solito stendersi il consenso, se non doppo pagate le componende, nel qual caso si pratica nelle Coadiutorie di Spagna di stendersi detto consenso con l'antidata di doi mesi*, ad effectum perscrutandi, an & quomodo huiusmodi consensus à Mandatore præstitus post mortem mandantis, re integra, vel non integra dicatur præstitus, ad quod proinde probandum fuit remissoria concessa.

SVMMARIVM.

1 *Articuli quando est dubium an sint releuantes, vel ne ex inueterata consuetudine Rotæ semper consueuerunt admitti, & num.* 4.
2 *Articuli in Curia passim admittuntur cum clausulis, saluis* exceptionibus, *& num.* 6.
3 *Articuli releuantes admittendi sunt, irreleuantes verò nequaquam.*
5 *Articuli semper dicuntur pertinentes, si quomodo ad causam faciant.*
7 *Stylus Datariæ in extendendo consensu Coadiutoriæ qualis existat, & num.* 11.
8 *Mandatum re integra morte alterutrius, mandantis scilicèt, vel mandatarij, eo ipso dissoluitur.*
9 *Obligatio inter mandantem, & mandatarium aliquando durat etiam post mortem.*
10 *Res quando dicatur integra, vel non integra inter mandantem, & mandatarium.*
12 *Mandatarius constitutus ad præstandum consensum quando possit, post mandatoris mortem illum præstare.*

DECISIO CCLXXXII.

PER obitum Iosephi vacantem canonicatum suo mense 9. Decembris 1667. Ordinarius contulit Blasio, & præbendam optauit Franciscus, Matthæus autem fuit deputatus Coadiutor Iosephi cum futura successione 18. Nouembris præcedentis, & posteà gratiosè subrogatus 26. Iulij 1667. Vndè agente Matthæo pro sua prouisione, Blasius, & Franciscus excipientes proposuerunt articulos pro testibus examinandis de obitu publico, & notorio in Curia 18. Ianuarij 1667. & pluribus diebus antea de scientia procuratoris Matthæi communis omnium procuratoris, & de consensu formali præstito in Cancellaria, & soluta compositione in Dataria ab ipso Procuratore Matthæi post obitus Iosephi scientiam, & articuli fuerunt admissi per Decretum 5. Martij proximi; Verum etiam tamen quia Matthæus adhuc opposuit, disceptandum de more fuit, an articuli sint admittendi, & Domini admittendos esse responderunt.

Quæstio erat de pertinentia, & de releuantia, seù impertinentia, & irreleuantia vt dicitur sed in sua ipsa quæstione ab antiquis Domini de Rota Sacr. Palatij censuerunt admittere articulos partium † quando est 1
dubium, an debeant admitti, Rota *in antiquis decis.* 649. *aliàs testibus* 25. & passim in Curia admittuntur † 2
etsi pars opponit dicitur saluis exceptionibus Rota coram Verallo *decis.* 47. *part.* 1. *& inde* Ridolphin. *praxi iudiciali cap.* 11. *num.* 76. Gratian. *discept.* 803. *num.* 14 malè adstringendo, & allegando quando constat de releuantia articulorum, nam planè releuantes sunt admittendi, † irreleuantes non sunt admittendi; quan- 3
do verò est dubium an releuent, † sunt potiùs admit- 4
tendi, Ridolphin. *d. cap.* 11. *num.* 73. *& prius capite* 10. *à num.* 85. vbi pertinentes dicuntur si quoquo modo
† ad causam faciant *num* 87. Gratian. *discept* 200. *num.* 5
12. *vers. vbi etiam* Rota *decis.* 416. *num.* 5. *part.* 5. *& ita sensit seq. num.* 6. quatenus probatio releuet, hoc est releuet ad causam, nec articuli sint irreleuantes, sed data irreleuantia prosequitur *num.* 10. & concludit † cum 6
solita clausula, *si & in quantum &c decis.* 521. *num.* 10. *part.* 5. *cum aliis decis.* 21. *à num.* 1. *& tota vbere decis. par.* 11. *recent.*

Blasius, & Franciscus dicebant insuper Iosephum defunctum profectò nona Decembris 1666. & literas Apostolicas Matthæi videri quidem datas 18. Nouembris præcedentis, sed verè datas fuisse 18. Ianuarij iuxtà stylum Datariæ, † *che nelle Coadiutorie non è solito* 7
stendersi il consenso se non doppo pagate le componende, nel qual caso si pratica nelle Coadiutorie di Spagna di stendere detto consenso con l'antidata di doi mesi &c. Adeòque probata scientia Mandatarij Matthæi mortis mandatoris Iosephi expirasse mandatum ad illum consensum, vt
re integra morte alterutrius † soluitur mandatum §. 8
item si adhuc instit. tit. de mandat. l. *mandatum* 15. *Cod. eodem*, §. *qui verò capit. in causis* 30. *de elect.* licèt obligatio aliquando duret inter † mandantem, & mandata- 9
rium *l. inter causas* 26. *& l. si præcedente* 58. *vtrobique sub initio, ff. mandati*, iuxta suam rubricam *mandati, vel contra* dubium est inter mandantem, & mandatarium
de re integra, † vel non integra apud *gloss. integro dicto* 10
§. *item si adhuc, & gloss. vnica dicta l. mandatum, & gloss. cum res non esset integra dicto* §. *quia verò*, & idem videtur inter ipsum mandatorem, & tertium cum quo mandatarius exæquabatur quidue, & quale sit moriente mandatore 9. Decembris 1666. inter literas de stylo
Datariæ fictas 18. Nouembris, † & re ipsa veras 18. Ia- 11
nuarij, vtrùm gratia perfecta fuerit anteà, aut posteà perficienda, & an mandatarius Iosephi eo defuncto, & ipse sciens potuerit, aut non potuerit præstare consen-
sum † ipsa die 18. Ianuarij pro suo mandatore coadiuto 12
defuncto adeoque pro mandatore coadiutore viuente, quin etiam an debuerit eo quoque modo his ita constitutus de duabus prouisionibus Apostolica, & ordinaria, vtra sit attendenda.

Multa in antecessum hinc indè adducebant informantes pro re integra, & re non integra, sed vt integra ipsa seruentur, & causa ad ipsius causæ disceptationem placuit Dominis in Decisione nihil adducendum.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. CARPINEO.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Tudertina Bonorum.

Veneris 15. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Simplex & nuda prohibitio alienationis nulla causa vestita resoluitur in merum consilium, quod nec minùs euitatur si testator adiecit rationem, conseruandi bona in familia, dum postea alternatiuè concessit facultatem, vel eadem bona conseruandi, vel illa etiam in totum & integrè distrahendi.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis simplex, & nulla causa vestita, non est apta de iure inducere fideicommissum.*
Prohibitio alienationis nuda, & simplex resoluitur in merum consilium, num. 1.
2 *in Alternatiuis alterum sufficit adimplere.*
3 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam identitatem, maximè in antiquis.*
4 *Identitas probatur ex demonstratione loci in aliqua communi, & ex vnico etiam tantummodò confine.*
5 *Sequentia declarant præcedentia.*
Identitatis probatio resultat etiam ex subsequentibus instrumentis, quæ in hac materia declarant antecedentia, num. 5.
6 *Reintegratio non conceditur aduersus factum Iudicis, nisi ex iisdem actis de iniustitia, & nullitate constiterit, & quidem clara, & notoria.*
Iudex spoliasse non dicitur nisi ex iisdem actis constiterit ipsum neglecto iuris ordine tamquam priuatum processisse, num 6.
7 *Ius tertij nemo potest opponere, vel allegare.*
Fideicommissum obijcere, & allegare non possunt illi, qui non sunt de familia, num. 7.

DECISIO CCLXXXIII.

CONPROBARVNT Domini in hac tertia propositione fundamenta præcedentium decisionum, quibus firmatum fuit constare de bono Iure Societatis etiam ad effectum manutentionis.

In primis autem censuerunt fideicommissum, cuius vigore impugnatur validitas Census desumi non posse ex prohibitione alienationis facta in Testamento Ioannis Augustini de prædio Montis Albani super quo Census de quo agitur reperitur impositus, quia cum sit simplex prohibitio nulla causa vestita non est apta de iure ad fideicommissum inducendum, † sed resoluitur in nudum consilium, Petr. *de fideicommissis quæst.* 1. *num.* 75. Fusar. *de substitut. quæst.* 685. *per totam*, Rota *decis.* 358. *num.* 28. *& seq. part.* 10. *recent. cum alijs alleg. in vtraque decisione huius causæ.*

1

Non obstantibus verbis hoc ideò fecit quia voluit dicta bona dictumque fortalitium in familia perpetuo manere in dicti Testatoris memoriam cautum, & integrum; agnoscebant enim hæc verba esse plusquam sufficientia pro ratione vestiendi prohibitionem alienationis ad effectum fideicommissi, sed in eis nullam vim fieri posse quia Testator subiunxit alia verba prorsùs destructiua dictæ rationis conseruandi bona in familia, dum dixit, aut totum, & integrum exire de familia iniungendo enim hæredibus onus sub ratione alternatiua, aut distrahendi totum, & integrum prædium, aut illud in familia conseruandi. Etenim dixi non potest, quod potiùs vnum quam alterum fuerit contemplatus, ideòque hæredes satis poterant esse Consulti, & præceptum adimplere mediante distractione cum in

2 alternatiuis † alterum sufficiat adimpleri ex congestis, *in Romana pecuniaria* 23. *Ianuarij* 1662. *coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Sed & ex eo quod dicebant Domini Ius Societatis esse certum, & penitus indubitatum, quia etiamsi adfuisset fideicommissum, constabat in loco controuerso adesse bona propria Baldutij impositoris, ex quo vt firmant præcedentes decisiones duo resultabant nempè, vel quod Census substinebatur super bonis liberis, vel quod reintegratio apparebat nulliter concessa Cellijs non probata identitate bonorum, quæ prætendebant fuisse fideicommissi ex latè firmatis in vtraque decisione.

Hæc autem bonorum Commixtio ad quam excludendam potissimum laborabant informantes pro Cellijs in hac propositione visa est nimis euidens, tum ex verbis fideicommittentis relatis in secunda decisione §. *nec subsistere*, vbi Testator legauit Balduccio petium Terræ cum furni modietate, quæ (inquit) inest inter bona dicti Balduccij cum alijs adductis in hodierno *Summario* Societatis *num.* 2.

Tum fusius, & clarius ex Instrumento diuisionis inter Testatorem, & Balducium de anno 1570. relato in *Summario* Societatis *num.* 3. in qua Balducio fuit assignata, *la Casa di Franchino con il Campo attorno posta nella Tenuta di Confini in vocabulo le Case appresso la via da capo li Beni di Gio: Battista di Seuero da Canto appresso la piantata di M. Gio: Agostino Carduino appresso la forma da piedi, & altri lati, &c.* vna cum diuersis fundis in eadem Tenuta Confinij existentibus, *& parte della Casa di Mont' Albano, &c.* alia verò pars istius Domus, & bonorum ibi annexorum assignata fuit Ioanni Augustino cum indiuidua mentione, quod sunt propè illa descripta in primo monte Baldutio, assignato dicto *num* 3. *litera B.* cum quo concordat Instrumentum Venditionis factæ à Petro Francisco Balduccio filio, fauore illorum de Cellijs *Summario* Societatis *num.* 4. in quo partes exprimunt vnum Tenimentum plures fundos continens, vt dicunt sub varijs vocabulis, & signanter campum nuncupatum *Casa di Franchino* cum alijs positis in Tenimento Castri Confinij Comitatus Tuderti propè muros Montis Albani cum domo, & stantijs iunctis, & vnitis Turri ad instar fortalitij nuncupati *Mont' Albano.*

Quæ quidem demonstrationes adeò conueniunt bonis ad quæ Societati concessa fuit associatio ab Auditore Cameræ descriptis in *Summario* eiusdem Societatis *num.* 1. videlicet, *vn podere, ò tenimento di Terre, &c. posto in Monte Albano à Casa Franchini appresso li beni del q. Gioseppe Carduino*, qui est vnus ex hæredibus Ioannis Augustini *la via publica da più bande, &c.* vt non solum indubitata reddatur permixtio bonorum quinimo executio in totum facta videatur super bonis proprijs Baldutij impositoris Census, conueniunt enim plures, demonstrationes indiuiduales, & ijsdem plenariè verbis, expressè nempè tenuta di Confini, Casa Franchini via publica, & confinatio bonorum Ioannis Augustini Carduini cuius loco in posterioribus Instrumentis nominatur Iosephus eius hæres cum tamen ad plenam Identitatis probationem duæ demonstrationes exuberent. † præsertim in antiquis, Rota apud Coccinum *decis.* 120. *num.* 3 5. *cum seq. penes* Merlin. *decis.* 134. *num.* 2. *&* 3. vbi fortiùs, quod si concurrat identitas loci, vel demonstratio in communi (prout hic de tenuta Confini, & nuncupatione Montis Albani) & vnum Confine † dicitur adesse indubitata probatio identitatis, & sequuta est *in recent. decis.* 87. *num.* 10. *part.* 5. vbi pluribus materiam prosequitur. 4

Et omnem prorsus tollit ambiguitatem Instrumentum possessionis adeptæ per Societatem in quo continetur Casa Franchini, & alia bona contigua, quæ in diuisione Baldutio obuenerant licèt in Instrumento Census, vel mandato de associando bona censita nuncupentur *Mont' Albano*, ex Instrumento possessionis declarantur demonstrationes præcedentes † sequentia enim declarant præcedentia, Coccin. *in puncto dicta decis.* 120. *nu.* 6. 5

Ad hæc aduertebant Domini non potuisse per Auditorem Cameræ concedi reintegrationem illis de Cellijs contra mandatum de associando Societati concessum, & executioni demandatum ante annos 30. cum in eo Iudicio non fuisset de asserto fideicommisso oppositum & sic non constaret, ex eisdem actis, † vt opus est de nullitate, vel Iniustitia adeò clara, & notoria, vt dici posset Iudicem neglecto Iuris ordine tanquam priuatum processisse, & sic spoliasse quibus non concurrentibus, non esse locum huic remedio firmant præcedentes decisiones, vt vltra ibi allegata discusso plenius articulo, Rota *decis.* 9 *ad* Posth. *de manutent. per tot. & signanter nu.* 19. *& ex professo in Romana reintegrationis* 23. *Februarij* 1654. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* 6

Et magis quia nec hodiè videbatur posse huiusmodi fideicommissum allegari ab illis de Cellijs, qui non sunt de familia vocatorum nemò † enim potest opponere, vel allegare, ius introductum fauore tertij, vt notat *prima decisio*, & tradit Gonzalez *glos.* 59. *num.* 111. Rota *in Ariminen Domus* 22. *Iunij* 1607. *coram bon. mem. Sacrato.* 7

Ex quibus singulis constare de bono Iure Societatis vndè multò magis ex omnibus simul iunctis, & ex alijs in decisionibus præcedentibus ponderatis, quæ Dominis placuerunt, & cum quibus transierunt vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. VICECOMITE.

Nucerina Parochialis.

Veneris 15. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Remissoria stante fumo materiæ articulatæ semper conceditur, maximè eo in casu quo de probando metu tractatur, ad quem effectum tenuissimæ probationes, ac etiam iura informia sufficiunt, eaque non retardatur, quamuis priùs de possessione altera pars disputandum esse contendat, cui satis consulitur per clausulas præseruatiuas sine retardatione, vel intacta remanente possessione illius, vel huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in partibus denegare in limine Iudicij, dum causa agitatur in Curia durum est.*
2 *Remissoria semper conceditur stante releuantia articulorum, & fumo iustitiæ.*
3 *Metus quomodocumque fuerit illatus semper admittitur.*
Metum ad probandum admittuntur tenuissimæ probationes, ac etiam iura informia num. 3.
4 *Releuantia articulorum principaliter requiritur ad effectum faciendi probationes.*
5 *Metus causa, quæcumque gesta sunt à sacris etiam canonibus retractantur.*
6 *Consensui nihil magis contrarium est, quam metus.*
7 *Consensus, veraque animi affectio in actibus voluntarijs omninò requiritur.*
8 *Remissoria etiam ante manutentionem disputari potest, & num. seqq.*
Possessorium prius terminari debet ante quam de proprietate tractetur, num. 8.
9 *Remissoriam vna simul cum manutentione disputare incompatibile non redditur.*
Remissoria quandoque vni, quandoque verò alteri manutentio conceditur, num. 9.
10 *Remissoria in iudicijs possessorijs conceditur, vel sine retardatione, vel intacta remanente possessione, aut similiter.*

DECISIO CCLXXXIV.

AVGVSTINO Bernardino agenti in prima decreuerunt Domini remissoriam ex solita ponderatione, quod in limine iudicij durum esset nimis auferre
1 probationes in partibus † dum causa agitatur in Curia, quod semper fuit de mente huius Sacri Tribunalis sanctæ memoriæ Gregorius, *decision.* 403. *num.* 4. Burattus *decis.* 281. *num.* 1. *&* 2. *in recent decis.* 239. *num.* 11. *part.* 9 *tom.* 1. & alibi sepissimè concurrentibus præcipuè consuetis requisitis, releuantia scilicet articulorum, & fumo iusti-
2 tiæ, quibus † stantibus numquam remissoria denegatur, *textus in l. de die, §. iubetur, ff. qui satisdare cogantur, & dixit* Rota *decis.* 136. *num.* 4. *& decis.* 367. *num.* 1. *decis.* 988. *num.* 11. *& num.* 15. *tom.* 2. *part.* 4. *recent.*

Emittitur fumus ex atrestationibus super carceratione, & coactione incussa Augustino, vt Parochialem permutaret, quæ quomodocumque sint præstitæ non repel-
3 luntur, † dum tenuissimas probationes, necnon etiam iura informia ad hunc effectum admittat, Rota coram Cassador. *decis.* 3. *de dilationibus* Caputaquens. *decis.* 32. *part.* 2. *sanctæ memoriæ* Gregor. *decis.* 163. *num.* 1. vbi Addentes, & coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono *decis.* 14. *num.* 15.

4 Releuantia verò materiæ articulatæ iuxta dispositā † *in capitulo super boc de renunciationibus* emergit pariter ex supradicta carceratione, cæterisque circumstantijs in coactionem, & metum influentibus, quibus probatis permutatio de qua agitur, in terrore mentis excussa repara-
5 tionem † inueniret in Sacris Canonibus *Capitulo ad audientiam de ijs, quæ vi metusuè causa.* Non enim sine consensu, cui nihil tam contrarium, † quàm metus iuxta regulam, *textus in l. nihil consensui, ff. de regul. iur.* 6
& sine libertate dicitur illa animi affectio † in huiusmodi, & similibus actibus requisita à *textu in l. tertia, §. in admitten. l. quemadmodum, ff. de acquiren. possession.* Rota *decis.* 20. *num.* 3. *parte nona tomo primo recent.* 7

Attentum non fuit motiuum in dilationem causæ per Blancum porrectum, super quo renuit informare, non esse scilicet locum disputationi dubij super remissoria, dum viget alterum dubium antecedenter subscriptum super manutentione, † cum ordinarij iuris sit, vt priùs de possessione iudicetur, quam de causa proprietatis iuxta vulgatum, *textum in l. Ordinarii C. de rei vindication.* 8

Quia nullum ex hoc infertur impedimentum, quominùs possit in subsequentibus Rotis disputari manutentio, quemadmodum nulla interest incompatibilitas remissoriæ vnius, cum † manutentione alterius, vt ex frequentissimis responsis, Rota coram Cardinali Seraphino *decisione* 294. *num. primo, & sequen. coram* Cardinali Caualerio *decisione* 610. *num.* 2. *in recentioribus decis.* 242. *num.* 10. *parte* 7. cum alijs congestis per Eminentissimum Dominum Cardinalem Otthobonum *decis.* 2. *num.* 17. 9

Quæ ad præseruanda iura possessoria in huiusmodi casibus rescribit cum clausula, *sine retardatione,* † quemadmodum intacta possessione Blanchi rescripsit pro Augustino tantùm informante. 10

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Turritana Conseruatoriæ.

Veneris 15. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Expenditur facultas Conseruatorum præsertim Religionis Iesuitarum, illorumque auctoritas declaratur procedere non solùm in ijs, quæ manifestam iniuriam, & violentiam important, verùm etiam in omnibus, & quibuscumque alijs iudicialibus controuersijs, modò tamen ijdem Religiosi vices reorum substineant, secùs verò vbi illi actores existunt.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatorum auctoritas se extendit tantummodò ad causas manifestæ iniuriæ, & violentiæ, & vide per totam.*
Conseruatores non possunt se intromittere in alijs causis, præter illas manifestæ iniuriæ, & violentiæ sub pœna nullitatis, & suspensionis, num. 1. & per totam.
2 *Facultas conseruatorum Societatis IESV extenditur etiam ad causas iudiciales, & contentiosas, & quomodò vide in num seqq. & per totam decisione.*
3 *Iesuitæ in causis passiuis conueniri debent coram eorum Conseruatoribus, in actiuis verò secùs.*
4 *Conseruatorum Societatis IESV facultas in causis eiusdem Societatis actiuis fuit illis totaliter adempta.*
5 *Concessio seu facultas eligendi Conseruatorem à Pontifice obtenta, intelligitur ad terminos* decretalis primę, & vltimæ de officio delegati in 6.
Ac proindè de causis tantummodò manifestæ iniuriæ, & violentiæ, non autem de iudicialibus, & iudicialem cognitionem requirentibus, ibidem.
6 *Patres Societatis IESV iuxtà Gregorianam Constitutionem in causis tantummodò in quibus sunt rei, possunt sibi Conseruatores eligere, & supr. num. 3. & per totam vbi vide.*
7 *Regulares quicumque in causis in quibus conueniuntur, etiamsi non agatur de manifesta iniuria, possunt hodie sibi conseruatores eligere.*
8 *Constitutio Gregoriana super auctoritate, & facultate Conseruatorum traditur, expenditur, & declaratur, & vide per totam.*

9 *Causæ viduarum an comprehendantur in facultatibus conseruatorum.*
Viduæ coram Ordinarijs locorum conueniendæ sunt, num 9.
10 *Pontifices non censentur derogasse Sacrosanctis Concilijs, & præsertim Tridentino nisi facta speciali mentione.*
11 *Concilium Lugdunense non comprehendit regulares, & qualiter.*
12 Sacrum Concilium Tridentinum cap. 14. sess. 7. de reformat. *in quibus casibus procedat, & supra num. 9.*
13 *Præscriptio quadragenaria quatenus præiudicet Religiosis, qui per dictum tempus numquam elegerunt Conseruatores, sed semper coram Ordinario processerunt, & num. seqq.*
14 *in Facultatiuis attenditur præscriptio quadragenaria, quoties vltrà non vsum concurrit etiam factum contrarium, & vide num. seqq.*
15 *in Falcultatiuis numquam præscribitur, nisi cum non vsu concurrat etiam prohibitio cum successiua acquiescentia.*
16 *Præscriptio nec etiam immemorabilis attenditur, vbi quis habet priuilegium faciendi, & quoties non fecerit quoad ipsum ius commune seruetur.*
Religiosi Societatis IESV non eligentes Conseruatores quatenus præscriptione ligentur, vel non numero 16.
17 *Centenaria præscriptio requiritur aduersus Regulares.*
Priuilegium concessum Religiosis stante communicatione priuilegiorum inter Religiones, non amittitur per non vsum etiam longissimum, num. 17.
18 *Decreta Sacræ Congregationis Concilij admittunt ius eligendi, & adeundi Conseruatores, dum ab illorum sententijs etiam non manifestæ iniuriæ appellationem admittunt.*

DECISIO CCLXXXV.

AD reprimendos Conseruatorum abusus, eorumque minùs legitimam auctoritatem, qua se in causis quibuscumque etiam iudicialem indaginem requirentibus ingerebant, sanxerunt Innocentius, & Bonifacius Pontifices eorum Ius, ac potestatem se extendere tantummodò ad causas manifestæ iniuriæ, ac
1 violentiæ defendendas, † in alijs verò nequaquam se intromittere posse sub pœna nullitatis, & suspensionis ab officio, & prout in eorum decretalibus *prima & vltima de off. deleg. in sexto.*

Sed Pius V. & Gregorius XIII. specialibus fauoribus Societatis IESV prosequi volentes, eidem concesserunt in quibuslibet causis, tam ciuilibus, quàm cri-
2 minalibus, ac mixtis, † etiam in eis, in quibus Actores, vel Rei forent, sibi Conseruatores assumere posse, qui quidem in requirentibus iudicialem indaginem summariè de plano, & sine figura Iudicij procederent, in alijs verò, prout earum qualitas exegisset, vt ex amplo priuilegio ipsius Pij V. extenso in forma *rationi congruit* per eumdem Gregorium XIII. in prima ab eo edita Constit. *in Bullar. tom 2. fol. mihi 273.*

Subortis vero nonnullis absurdis & inconuenientibus circa huiusmodi Conseruatorum electiones Gregorius XV. eas reuocauit, nullasque ac inualidas reddidit etiamsi vigore quarumcumque literarum, & quorumlibet priuilegiorum emanassent, statuendo in futurum, vt Conseruatores eligi, ac nominari non possent, nisi qualitates in dicta Constitut. Bonifacii VIII descriptas haberent, idque fieret intrà duos menses à Regularibus in Italia existentibus, extra Italiam vero infra sex, a'iàs eo termino elapso quamdiù Conseruatores non elegerint coram Ordinario conueniantur. Inter cætera diffiniendo ac specialiter ordinando prædictos Regulares, cæterasque personas ab eo nominatas conueniri quidem, ac trahi debere coram ipsis Conseruatoribus, sed alios conuenire, aut trahere non posse, itaut in causis in quibus Rei extiterint, vt sunt verba Constitut. 9. in ordine *in Bullar. tom. 3. fo. 288*

Igitur occasione litis motæ de anno 1664. coram Domino Archiepiscopo Turritano per quamdam viduam de Ant... super immissione domus à Collegio Societatis IESV illius Ciuitatis possessæ, elegerunt Patres in eorum Conseruatorem Archipresbyterum Cathedralis, qui statim inhibendo Archiepiscopo ne Iudicium prosequeretur causam dedit, vt eo non desistente, Patribusque ab vlteriori processu appellantibus, ego in vim Commissionis inhibuerim, dederimque dubium *An & in quibus causis competat Patribus ius eligendi Conseruatorem* à Dominis modò infrascripto resolutum.

Prima pars dubij an scilicet Patribus competat hoc ius eligendi, non fuit in controuersiam deducta, & clarè patet ex dicta Constitut. Gregor. XV. §. 6. Secundæ vero resolutio colligitur ex §. 9. eiusdem Constitut. vbi causæ actiuæ distinguuntur à passiuis, † vt in his Patres valeant, 3
4 immò debeant conueniri coram eorum Conseruatoribus, in ijs vero, in quibus videlicet sunt Actores nequaquam alios conuenire aut trahere possint, † adimens 4
proindè in hoc casu Conseruatoribus omnimodam facultatem, ac iurisdictionem, vt ibi literaliter exprimitur, & in simili aduertit, Rota coram Vbald. *decis. 239. nu. 2.* Lezzana *in summ. tom. 2. cap. 10. num. 24.* Barbos. *de off. & pot. Episcop alleg. 106. num. 52* Peyrin. *ad Const. 5.* Greg. XV. *tom. 2. num. 48.* R. P. D. Fagnan. *in cap. Tuarum num. 23. de priuileg.*

Non obstat, quod in hac Constitut. fuerint reuocatæ omnes Conseruatoriæ & redactum ius ad terminos supramemoratæ Decretalis Bonifacij VIII. dumque propterea in hac Bulla Gregor. XV. † non exprimitur in 5
quibus causis Conseruatores procedere possint, id intelligi debeat in causis manifestæ iniuriæ, & violentiæ, non autem iudicialem indaginem requirentibus iuxta eiusdem decretalis præscriptum Abb. *cons. 100. n. 3 par. 1* Ricc. *decis. Neapol. 258. per tot. præcipuè nu. 8. par. 2. & decis. 191. num. 4. & 5. part. 3.* Monet. *de Conseruat. cap. 7. nu 84. & seq.*

Quia visum fuit hanc Gregorianam Constit. se referre ad Bonifacianam tantummodò circa personas eligendas, vt in §. 1. ibi: *Decreuit, vt Iudices Conseruatores eligi nominari, aut deputari non possint, nisi habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitut. similis recordat. Bonifacij Papæ VIII. &c. Itaut vel dignitate Ecclesiastica prædicti, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant*, de cætero modificasse in hoc Pianum priuilegium, vt vbi primum Patres in omnibus causis, etiam in quibus Actores existerent, † pote- 6
rant sibi eligere, & adire Conseruatores, nunc in causis solùm vbi sunt Rei id facere possint, vt in specie tradidit, Peyr. *ad dict. Constitut. 2. Gregor. tom. 2. §. 6. num. 50.* vbi quod hodiè Regulares in omnibus causis in quibus Rei existunt etiamsi non agatur de manifestis iniurijs possunt, ac debent conueniri coram eorum Conseruatoribus, † 7
immò secundum eum restrictio Constitutionis ad Reos tantùm, procedit respectu aliarum causarum non autem vbi agitur de manifestis iniurijs in quibus videtur Regulares eos adire posse etiamsi Actores sint, quasi causa ad iniuriam prouocati, ac violentiam passi propiùs dicatur passiua quam actiua, † & dum in eadem Grego- 8
riana derogatur contrarijs, quæ aduersantur, alijs in suo robore permansuris, clarum fit omnes causas siue ciuiles, siue criminales, siue mixtas dummodo passiuas intactas remanere vtpotè in nihilo dictæ Constitutioni aduersantes, vt benè explicat R. P. D Fagnan. *in dicto cap. Tuarum de priuil. sub dicto num. 23.*

Minùs obstat, quod Constitutio in omnem casum non comprehendat causas viduarum cognoscendas coram Ordinarijs, † non autem coram Conseruatoribus 9
ad præscriptum Concilij Lugdunensis *in cap. Volentes de priuilegijs in 6.* confirmati, ac specialiter innouati à Tridentino *in cap. 14. de reformat. sess. 7. & adnotauit* Barbos. *de Episc. allegat. 106. num. 43.* quorum Conciliorum dispositionibus non censeantur commemorati Pontifices derogasse, † nisi speciali facta mentione ad *cap. ex parte de* 10
Capellis Monachorum Gonzal. *ad reg. 8 gloss. 58. num. 103.* & pluries firmauit Rota signanter coram Caual. *decis. 101. num. 2. & coram* Duran. *decis. 238. num 31.*

Quia responsum fuit quoad dictum Concilium Lugdunensi iam Sacram Congregationem declarasse non comprehendere Regulares, † vt testatur Carpas. *de exempt.* 11
Regul c. 17. dub 269. quo vero ad Tridentinum ipsius dispositionem procedere tantùm in causis miserabilium personarum vertentibus cum Monacis seu Regularibus extra claustra degentibus, † vt ad literam loquitur text. 12
& aduertit idem Barbos. *in loc. supr. alleg.* & clarius in *Collect. ad idem Concil. sub n. 2. post Narbon. l. 1. recopil tit. 4. l. 59. gloss. 1. n. 230.* qui pariter resolutionem Sacræ Congregationis

nis refert Nauar. *in Lucerna regul. verb. causa num.* 3. *& 4. aliosque ibi allegatos*, & respondit etiam Rodriq. *quæst. regul tom.* 1. *quæst.* 65. *artic.* 13. *vers. nec supradictis cum seq.*

Denique non obstat, quod Patres nunquam vsi fuerint huiusmodi priuilegio præsertim in Ciuitate Turritana, imò contrarium seruatum fuerit, dum in omnibus causis etiam manifestæ iniuriæ semper processum fuit coram Ordinario, vt liquet ex datis per dictum D.
13 Archiepiscopum in *Summario num* 1. † quo stante intrat quadragenaria præscriptio, Natt. *cons.* 636. *num.* 97. Mastrill. *decis.* 96. *num* 1. Rota *decis.* 139. *num.* 12. *part.* 2. *di-*
14 *uers.* non obstante quod versemur in facultatiuis, † dum vltra non vsum concurrit etiam factum contrarium eadem Rota coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 175. *num.* 8. *& 9. & decis.* 229. *num.* 3. *& in recentior. decis.* 285. *num.* 21. *& seq. part.* 9. vbi etiam distinguitur ius facultatiuum absolutum à iure facultatiuo alterius præiudicium tangente, quale dicitur Ius de quo agitur, veluti lædens ius Ordinarij, vt quidquid sit in primo casu, in secundo per non vsum amittatur, vt ibi *sub num.* 23.

Namque placuit duplex responsio, prima quod in huiusmodi actibus facultatiuis nunquam præscribitur,
15 † nisi cum non vsu concurrat prohibitio cum subsecuta acquiescentia iuxta *gloss. celebrem in l. Qui luminibus de seruitut. rustic. præd.* Rota *decis.* 530. *num.* 2. *& 3. part.* 2. *coram* Merlin. *decis.* 106. *num.* 8. *& seqq.* & nuper fuit dictum in *Nouarien. Parochialium* 13. *currentis mensis*, §. *vel dicta obseruantia coram me*, attentis maximè verbis supra relatis, ibi: *Quamdiù Conseruatores non elegerint, coram Ordinario conueniantur*, quæ videntur omnem præscriptionem suspendere, ac conditionalem reddere
16 Ordinariorum Iurisdictionem, † quo casu nec etiam applicantur termini præscriptionis immemorabilis, Cyriac. *controuer.* 667. *num.* 27. Rota *in recent. decis.* 410. *num.* 29. *part.* 9. & censuit *Sacra Congregatio Concilii sub die* 18. *Septembris* 1627.

Secunda quod aduersus Regulares requiratur cente-
17 naria, & † quod stante mutua communicatione priuilegiorum inter Religiones, priuilegium concessum Ordini, per non vsum etiam longi temporis non amittatur, vt latè firmauit Rota in Ianuen. priuilegiorum coram Royas *decis.* 327. *num.* 8. confirmata *in recent. decis.* 337. *num.* 22 *part.* 10. *& apud* Pasqual. *q. Canonic.* 339. *num.* 22. 30. *&* 45 *cent.* 4.

Decreta vero Sacræ Congregationis Concilij nuper emanata in causa Algaren. Iurisdictionis, quæ pariter à D. Archiepiscopo obijciebantur, potiùs videntur sup-
18 ponere ius eligendi & adeundi Conseruatores † dum ab eorum sententijs tam in causis manifestæ iniuriæ, quàm in alijs appellationem admittunt.

Et ità vtraque parte, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana bonorum.

Veneris 15. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Declaratur vulgatum illud Iuris axioma, quod non dicatur fideicommissarius legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, nisi copulatiuè probauerit ipsum possidere sine vitio, de iure suo incontinenti docuerit, quodque etiam nullæ detractiones competerent; quatenùs scilicet, hæc omnia simul verificanda sint, itaut altero deficiente retardari non possit immissio hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi competere solet immissio vigore* l. fin. C. de edicto diui Adrian. tollen.
2 *Fideicommissarius non dicitur legitimus contradictor aduersus hæredem petentem immissionem.*
Nisi sine vitio possideat, & incontinenti doceat de iure suo, ibidem & num. 6.
3 *Fideicommissarius ius non dicitur incontinenti docere de iure suo, nisi probet hæredi grauato nullas competere detractiones.*
4 *Possessio fideicommissaria dicitur vitiosa si non est capta de manu hæredis.*
5 *Fideicommissarius non tenetur capere possessionem de manu hæredis, quoties illi fuit à testatore concessa facultas capiendi possessionem propria auctoritate.*
6 *Fideicommissarius etiam possidens sine vitio, non ideò impedit immissionem hæredi, nisi, & doceat incontinenti de iure suo, quodque simul nullæ competant detractiones.*
7 *Fideicommissarius non dicitur incontinenti docere de iure suo, si hoc pendeat à iudicio renunciationis in Rota vertentis.*
8 *Fideicommissarius, vt non dicatur incontinenti docere de iure suo sufficit, quod aliquid coloratè, vel probabile opponatur.*
9 *Hæres potest probare non ius clarum fideicommissarij etiam postcaquam ab illo fuerit adepta possessio.*

DECISIO CCLXXXVI.

MORTVA Constantia Toscanella Monasterium Sancti Dominici, & Sixti ex persona Sororis Mariæ Virginiæ non citato D. Hieronymo Clementino hærede dictæ Constantiæ possessionem, cepit cuiusdam Domus, & Vineæ vti spectan. ad fideicommissum Petri Pauli de Siccatis.

Qua de causa dicto hærede † sub die 5. Martij proxi- 1
mi præteriti Immissionem petente vigore, *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* dilata fuit resolutio. Hodiè verò capta affirmatiuè.

Non admissa exceptione fideicommissi obiecta pro parte Monasterij, quia fideicommissarius non reputatur legitimus Contradictor ad. impediendam Immissionem nisi probet se legitimè possidere, & incontinenti
doceat de Iure suo, † quæ copulatiuè requiruntur, vt 2
notat Dec. *in l. fin. num.* 48. *C. de edict. diu. Adrian. tollen.* Bart. *in l. filiam ibique* Alexan *ff. ad Trebell* & in puncto firmauit Rota *decis.* 115. *num.* 2. *part.* 1. *recent. & decis.*
206. *vbi Adden.* quodque nullæ detractiones † debean- 3
tur hæredi grauato, Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 638. Gabr. *cons.* 45. *num* 24. *lib.* 1. Surd. *decis.* 333. *num.* 8. Rota coram Seraphin. *decis.* 850. *num.* 1. *& decis.* 609. *num.* 4. *& dicta decis.* 115. *num.* 12. *part.* 1. *recent.*

Possessio autem Monasterij est vitiosa † quia non est 4
capta de manu hæredis, *l.* 1. *ff. quorum legat & vt tradunt* Bart. Castr. & alij *in dicta l. filiam, ff. ad S.C. Trebell.* Dec. *cons.* 467. *num.* 12. Rota *decis.* 565. *num* 1 *part.* 1. *diuers. & in dicta decis.* 115. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Et si defectus huius possessionis esset excusandus per aliqua verba inter ordinandum fideicommissum enunciata, quæ iudicari possent apta ad. impetrandam fa-
cultatem capiendi possessionem auctoritate propria, † 5
quo casu non esset necessarium quod fideicommissarius possessionem acciperet ab hærede prout tenent, DD. *in l Titia cum Testamento*, §. *huius*, *ff. de legat.* 2. Peregr. *de fideicomm. artic.* 40. *num.* 41. Fusar. *de substitut. quæst.* 605. *num.* 19. Rota *decis.* 4. *&* 5. *part.* 10. *recentior.*

Non Indè tamen immissio ex Testamento legitimè formato retardanda est, dum in Contradictione alia
duo requisita deficiunt, † nempè quod in continenti 6
doceat de Iure suo, quodque nullæ detractiones debeantur quorum alterutrum sufficit ad præferen. Immissionem cuicumque prætensioni per Contradictorem exortæ, vt optimè colligitur ex firmatis, *in dicta decis.* 115. *num.* 3. *&* 12. *& apud* Adden. ad Gregor. *dicta decis.* 206. *num.* 10. *&* 11.

Quò verò Monasterium non doceat in continenti de suo Iure fideicommissario super dicta domo, & Vinea
† patet ex Iudicio pendente coram me, super renun- 7
cia-

ciatione Sororis Mariæ Virginiæ. In quo adsunt decisiones hinc inde, & patet insuper ex graui, & ardua lite olim acerrime excitata super bonis Hippolytæ Matris Constantiæ, quæ prætendebantur à quocumque vinculo fideicommissi exempta vti in dotem ex bonis Aui persoluta, quæ controuersia sopita remansit in amicabili Concordia data in *Summario* dicti Hieronymi præcedentis positionis *num.* 2. sed illa hodiè posset iterùm excitari vigore cessionis reportatæ per dictam Constantiam ab hæredibus dictæ Hippolytæ ad impugnaß qualitatem fideicommissariam, quæ omnia sicut, & detractionum exceptiones tam pro melioramentis euidenti certitudine ad vtilitatem fideicommissi factis dicto *Summario* præteritæ positionis *num.* 3. & præsentis *num.* 5. abundè sufficere visa sunt Dominis effectum, vt fideicommissarius non dicatur legitimus Contradi-
8 ctor † cum satis sit, quod aliquid colorate, vel probabile opponatur, Bald. *in l. data opera num.* 90. *C. qui accul. non poss.* Corn. *cons.* 15. *vol.* 4. Ægyd. *decis.* 504. *cum allegat. in dicta decis.* 115. *num.* 10. *in fin. part.* 1. *re-*
9 *cent.* cuius probatio fieri poterit per hæredem † postquam adeptus fuerit possessionem, Rota *dicta decis.* 115. *num.* 12. *vers. tum quia part.* 1. *recent. & coram* Gregor. *decis.* 206. *vbi Adden. num.* 12. *in fin.*

Et ita vtraque parte decisum est dandam esse Immissionem, &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Sepis, & Arborum.

Veneris 15. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Constituerat magnus ille Solon legem Athenis, hodiè registratam in libris Digestorum *in l. finalis finium regundorum*, super spatio relinquendi ab eo, qui iuxta alienum solùm arbores plantare volebat, cuius itaque dispositio, atque natura non minùs plenè, & concludenter, quàm doctæ, ac ingeniosè remanet in præsenti Decisione declarata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 180. *quod duæ conformes faciant rem iudicatam, adhoc vt intret, sufficit quod conformitas sit in substantia, & effectu, licèt aliqualiter in verbis discordent, & vide num. seqq.*

2 *Sententiæ non dicuntur conformes si vna plus altera contineat, & in qualitate essentiali discordent, & num. seq.*

Arborum rami pendentes in alieno fundo sunt rescindendi, num. 2.

4 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de sententijs validis, & iustis.*

5 *Arbores plantari non possunt nisi dimisso spatio quinque pedum ab alieno fundo.*

6 *Arbores plantatæ iuxtà fundum alienum non dimisso spatio quinque pedum debent radicitus euelli.*

7 *Textus* in l. finali, ff. finium regundorum *adducitur, explicatur, & declaratur per totam decisionem.*

9 *Pedes numero quinque, vel potiùs duo relinquendi ne sint in plantatione arborum iuxta fundum vicinale, & num seqq.*

11 *Ficum vel olcam plantans iuxtà fundum alienum nouem pedes relinquere debet.*

12 *Sepes inter duos vicinos existentes in confinio arborum posita præsumitur.*

13 *Consuetudo probari debet cum suis requisitis, alias non suffragatur.*

14 *Verba seu taxatiua* solùm *quid importent.*

15 *Dominus fundi non dicitur prohibitus iuxtà proprium situm effodere aliaque facere.*

16 *Arbores positæ iuxtà confine sine aliqua dimissione pedum si fuerint præscriptæ euellendæ non sunt.*

Præscriptio habet locum etiam in materia quinque pedum, vel simili iuxta text. in l. fin. finium regundorum, *num.* 16. *&* 17.

18 *Arbores propter naturalem motum numquam manent in eodem loco, & statu.*

Motus naturalis vbi est continuus, ibi non est continua possessio, num. 18.

Præscriptio non datur in ijs in quibus non est continua possessio, num. 18.

Præscriptio in materia arborum quatenus detur, num. 18. *& suprà num.* 16.

DECISIO CCLXXXVII.

ORTA controuersia occasione Arborum existentium in Sepe diuisoria inter Vineam Martiæ, & Vineam Bartholomæi, necnon ex causa quorundam Fontium cum vasculis factis propè Sepem, Iudex Curiæ Burgi per sententiam pronunciauit, incidendos esse ramos Arborum in Sepe, & propè eam existentium per quindecim pedes incipiendo à terra, aliosque ramos, ac ipsas Arbores etiam suprà fundum Bartholomæi impendentes, & insuper dixit Fontes esse demoliendos, ac foueum esse replendum, *Summario.* Bartholomæi *numero primo* quæ sententia licèt fuerit reuocata per R.P.D. A.C. met, in alia tamen instantia confirmata fuit per R.P.D. Scarincium, qui declarauit, quod si Arbores tractu temporis excrescerent, vt earum vmbra damnum inferret Vineæ Bartholomæi, illarum rami 15. pedes altius à terra circumcidentur tàm quò ad altitudinem, quàm latitudinem, vt sunt verba sententiæ. Post hæc deuoluta causa ad Rotam, Martia allegando pro se duas sententias conformes prætendebat esse locum Statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 180. ea ratione, quia cum vltima sententia primam confirmet, & in substantia cum illa concordet circà incisionem Arborum, & demolitionem Fontium, videtur intrare Statutum, † ad quem effectum satis est, vt confor- 1
mitas sit in substantia, & effectu, licèt in verbis, & modo aliqua considerari possit discrepantia, Gabr. *de execut. rei iudic. conclus.* 1. *num.* 33 Rota coram Penia *decis.* 258. *num* 1. *iuxta Venet. impress. & in recent. decis.* 21. *num.* 2. *part.* 8.

Sed Informantes pro Bartholomæo ad excludendam conformitatem dicebant, vltimam sententiam D. Scarincij continere solùm indistinctam ramorum incisionem nulla facta mentione de impendentibus suprà fundum alterius Vineæ, & vlterius loqui cum restrictiua, quatenus ramorum excrescentia inferat damnum, & præiudicium dictæ Vineæ, de qua restrictione nulla fit mentio in prima sententia; cum enim vna plus altera contineat, & inter se discordent in qualitate essentiali, respectu, scilicet, ramorum pendentium, quorum † recisio expressè demandatur in *l.* 1. *ff. de Ar-* 2
bor. cedend. † indè prætendebant illas non esse confor- 3
mes iuxtà tradita per Alexan. *cons.* 77. *num.* 1. *& sequent. lib.* 2. Bursatt. *cons.* 219 *num.* 6 Menoch. *cons.* 509 *num.* 17. *cum alijs per Adden. ad* Buratt. *decision.* 567. *num.* 8.

Quinimò subiungebant sententias esse iniustas, quo casu cessat dispositio Statuti, † quod loquens de dua- 4
bus conformibus semper intelligi debet de validis, & iustis, Rota *decis.* 179. *num.* 1. *part.* 7. *& alibi passim*; & iniustitiam resultare ex eo quod cum Arbores, de quibus agitur, non fuerint plantatæ † dimisso spatio 5
quinque pedum à fundo alieno, vt præscribitur in *l final. in fin. ff. finium regund.* non debebant solùm reduci, & moderari, vt dicitur in sententijs, sed † qui- 6
dem à radicibus euelli atque extirpari, vt per Glos. *in l.* 1. *verb. rediget, vers. oppone, Cod. de interdict. vbi* Salicet.

Salicet. *num.* 3. *circa med. in quarta opposit.* Nicol. Vall. *de reb. dub. tit. summa eorum , quæ habentur , numer.* 8. *vers. ego si contra factum inter tract. mag. tom.* 18. *fol. mibi* 319. Ioann. Baptista Cost. *de fact. scient & ignorant. distinct.* 1. *centur.* 1. *num.* 1. *& num.* 20. Ruginell. *de Arbor. controu. cap.* 7 *num.* 7. Viu. *decis.* 242. *num.* 2.

Ad quod obiectum tollendum negabat altera Pars
7 veritatem *dicta leg. final. ff. fin. regund.* † signanter vbi firmat ; quod in plantandis Arboribus requiratur distantia quinque pedum à fundo vicini ; etenim Alciat.
8 *lib.* 2. *dispunct. cap.* 6. dicit † dictam legem factam Athenis per Solonem , & maxima ex parte à Iurisconsulto Caio Græcè scriptam malè fuisse Latinè transla-
9 tam per Bulgarum , † qui loco illorum verborum , *alia autem ligna quinque pedes* , scribere debuisset , *alias autem Arbores duo pedes* . Cuius Alciati sententiam sequuti fuerunt Maxill. *ad consuet.* Bart. *rubr. Si vicini arbor in vicini fundum impendat num.* 3. *& plures alij congesti per* Giouagnon. *cons.* 30. *lib.* 2. *num.* 13. *&* Ruginell. *vbi supra cap. vlt. num.* 4.

Sed fuit replicatum Alciati sententiam aut non esse amplectendam contrà verba clara textus , qui iuxtà castigatiorem impressionem in Pandectis Florentinis lo-
10 quitur † de quinque non autem de duobus pedibus , cum quo concordant verba Plutarchi in vita Solonis relata à Ruginell. *cap.* 7. *num.* 1. ibi : *Definiuit etiam plantationis mensuras , cum qui in agro quid plantaret , quinque pedibus à vicino abesse iussisset , qui verò ficum , vel ol-*
11 *eam nouem* , † de quo etiam testatur Cæl. Rodigin. *lect. antiq. lib* 14. *cap.* 41. *in fin.* Gregor. Tolos. *in Syntagm. Iur. vniuers. part.* 3. *lib.* 20. *cap.* 9. *num.* 6. Odofred. *in dicta l. final. in fin. vers. si aliàs Arbores* , Nicol. Vall. *vbi supra dicto num.* 8. Cepoll. *de Seruitut. Vrban. præd. cap.* 81. *num.* 1. *&* 2. Riminald. Iun. *cons.* 367. *num.* 24. *lib.* 4. Viu. *dicta decis.* 242. *num.* 2. præsertim cum idem Alciatus expressè reprobetur ab Anton. August. *lib. emendat.* 2. *cap. vlt.* Cuiac. *in dicta l. final. num.* 2. *aliisque relatis à gloss. margin. ibidem , & faciunt deducta per* Fachin. *controu. Iur. cap.* 35. *lit. D. vsque ad fin.*

Aut in omnem casum dicebatur pro parte Bartholomæi difficultatem cessare , ex quo dictæ Arbores sint plantatæ in confinio vtriusque Vineæ , & sic etiam deficiat distantia duorum pedum . Esse autem in confinio probari , tum ex sententia Iudicis Curiæ Burgi , qua vtitur Martia , ibi , *in confinio Vinearum ambarum Partium* , tum ex Instrumento concordiæ inter Auctores collitigantium celebrato , ibi , *la Fratta che stà e d uide la Vigna di esso Signor Antonio , e quella del Signor Nicolò* , tum demum , quia ad rectam lineam eiusdem Sepis in parte superiori adest Murus , qui à Partibus fuit declaratus communis ; quibus omnibus adstipula-
12 tur Iuris præsumptio , † secundùm quam Sepes censetur in dubio posita in confinio , vt ex verbis *d. l. fin. ff. fin. regund. tradit.* Ruginell. *vbi supra d. cap.* 7. *num.* 72. Rota *in recentior. decis.* 95. *num.* 9. *& seq. & decis.* 158. *num.* 7. *part.* 8.

Ad assertam verò consuetudinem pro parte Martiæ allegatam , quòd in conficienda Sepe soleat relinqui spatium duorum palmorum , & ad dictum Instrumentum concordiæ , vbi prætenditur auctoribus Martiæ fuisse concessum situm trium palmorum intus Vineam
13 Bartholomæi responsum fuit , † consuetudinem non fuisse sufficienter probatam cum suis requisitis , de quibus per Menoch. *cons.* 545. *num.* 20. *& cons.* 1239. *num.* 16. & concordiam non tribuere dictam quantitatem terreni iure dominij , sed solùm iure seruitutis ad certum , & determinatum effectum , ibi , *solo per accommodare, ouero fare la Fratta* , vt ponderando dictam taxatiuam
14 *solùm* † consuluit Surd. *cons.* 572. *num.* 46.

Et hinc desumebatur etiam iniustitia sententiarum quoad Fontes & foueum , quia cum concordia non tribuat tres palmos terreni iure dominij , sed solùm iure
15 seruitutis , indè Bartholomæus Dominus fundi † non dicitur prohibitus intrà proprium situm effodere foueum aliaque facere ad placitum iuxta dispositionem , Text. *in l. quoties la* 1. *§ seruitutum , ff. de seruitut.*

Demùm fuit allegata præscriptio , ex quo Arbores
16 sint nimis annosæ , † & auctores Bartholomæi non reclamauerint ex deductis per Giouagnon. *resp.* 30. *per tot.*
17 *vol.* 2. † & in simili de quinque pedum præscriptione notauit Cuiac. *in l. quinque pedum , Cod. fin. regund.* Sed vltrà quod in facto negabat altera Pars Arborum antiquitatem , adhuc asserebat in hac materia non admitti præscriptionem , siuè quia Arbores propter naturalem motum nunquam manent in eodem loco & statu , & sic quotidiè grauant , † siuè etiam quia vbi est naturalis 18
motus continuus , non est continua possessio , & pluribus alijs rationibus defendit Ruginell. *d. cap.* 7. *num.* 27. *& seq. & comprobat* Magon. *decis. Florent.* 6. *ante num.* 4. *vers. & quamuis.*

Quibus omnibus perpensis hodiè Domini responderunt non esse locum Statuto de duabus vtraque parte informante.

Præsens causa post assumptum ad Cardinalatum Reuerendissimum Dominum Cerrum fuit commissa R. P. D. Vicecomite ab eoque proposita 13. Iunij 1670. quia emanauit rescriptum dabitur resolutio ab Illustrissimo Domino Ponente , ideò hic illud adnotauimus , cum eiusdem Decisionem non adhuc habere potuissemus.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Craccouiesi Census.

Veneris 15. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Donatio facta alternatiuè personæ certæ , vel loco incerto , acquiritur potius personæ , quàm loco , idquè eo magis ex subsecuta declaratione donatoris , & amplius si personæ res donata fuerit tradita ea ratione , quia in concursu ille semper præfertur , cui traditio successit.

SVMMARIVM.

1 *Census donatus Rectori , vel eius Conuentui erigendo , dicitur potius aequisitus Rectori tamquam certo , quàm Conuentui , qui est incertus.*

2 *Alternatiua donatariorum præsefert dubietatem circa personas eorum.*

3 *Alternatiuorum electio ipsi debitori conceditur.*

4 *Donator , donationem alternatiuam potiùs in fauorem vnius , quàm alterius declarare potest.*

5 *Dictio* , vel , *quando versatur circa idem factum , accipitur pro dictione* , idest.

6 *Dictio* , vel , *de sui natura ponitur inter diuersa.*

7 *Dictio* , nunc , *præsentis temporis trahi non potest ad futurum.*

8 *Verbum , vel participium* , fundando , *futuri temporis trahi nequit ad tempus præsens.*

9 *Dictio* , vel , *quando non possit accipi in disiunctiuam.*

primo nominatus per dictionem , vel , *censetur primo loco vocatus , num.* 9.

Intellige , vt num. seq.

Textus in l. Pater §. à te peto ff. de legat. 2. *declaratur , num.* 9. *& seq.*

10 *Nominatione facta de pluribus in quibus cadit ordinata affectio per dictionem* , vel , *vt sunt Pater & filius , agnatus & cognatus , masculus & fœmina ,*

Tunc primo loco nominatus , censetur primo loco vocatus , secus autem si de personis , in quibus eadem cadit disponentis propensio ibidem.

11 *Nominati plures etiam per dictionem* , vel , *si inter ipsos eadem cadit disponentis affectio dicuntur esse duo nec credendi inter duos Reos credendi ille præfertur cui res primo loco fuit tradita , num.* 11.

12 *Traditio rei donatæ facta prius vni Ecclesiæ , quàm*

alteri

alteri quando acquiratur Ecclesiæ, cui res fuit tradita.
13 *Donatario altero incapace, alter capax admittitur, & quidem per vulgarem.*
14 *Vocatio, seù dispositio alternatiuè concepta, vt in altero ex vocatis purificetur per non existentiam alterius, sufficit sola momentanea non existentia illius.*

DECISIO CCLXXXVIII.

REMIGIVS Leuinski Rector olim Parochialis Ecclesiæ Golombrien. Censum florenorum 30. mil. Polonicorum donauit, & cessit (sunt verba donationis) Religioso P. Priori Ordinis Piarum Scholarum, & toto Conuentui eius futuro pro tempore existen. circa Capellam Lauretanam B. Mariæ Virginiæ sub Ecclesia Golombrien. sitam fundando, & erigendo, vel Rectori eiusdem Capellæ Lauretanæ nunc, & pro tempore existenti.

Cum autem dubitasset de subsistentia d. donationis, tàm ex quo prò medietate Census pertineret ad Martinum eius fratrem, quàm ex quo donatio non haberet personam certam precurato assensu dicti Martini declarauit eumdem Censum relinquere pro fabrica Capellæ Lauretanæ, & erectionis Congregationis Presbyterorum secularium facienda ab Ordinario, qui post mortem Remigij hanc secundam dispositionem approbauit, & executioni demandauit. Quesitum fuit coram me ad quem spectaret dictus Census, & fuit resolutum spectare ad Rectorem.

Ipse enim habet intentionem fundatam in dicta donatione, quæ tanquam alternatiuè Concepta fauore Con-
uentus fundandi, vel Rectoris Capellæ nunc, & pro
1 tempore existen. potius fauit ipsi Rectori, † qui statim
est certus, quam Conuentui, qui est incertus, & pen-
det à futuro euentu ad *text. in l. Commodissimè ff. de liber.*
& Posthum ibique DD. Rota *decis. 116. num. 3. part. 1. recent.* vel saltem cum alternatiua dubietatem præseferat
2 † circa Donatariorum personas *l. si quis seruum §. inter*
duas ff. de leg. 2. & in l. vbi autem 75. §. qui illud ff. de ver-
bor. obligat. & electio ex duobus alternatiuis concedatur
3 † ipsi Debitori *cap. in alternatiuis vbi* Barbos. *num. 1. & 2.*
de reg. Iur. in 6. Menoch. *cons. 1100. num 3.* Magon. *de-*
cis. Lucen. 54. num. 11. Merlin. *decis. 841. num. 7. & decis.*
4 *207. num 5. part. 5. recent.* primo Aut † absque dubio Re-
migius Donator illam in alia subsequenti dispositione
declarare fauore d. Rectoris Rota *in Romana Donationis*
14. Maii 1657. coram Reuerendissimo Meltio & in alia Ro-
mana donationis 3. Iunii 1658. coram Reuerendissimo D. meo
Decano, & in Perusina Erectionis Canonicatus 4. Maii
1665. confirmata prima Februarii 1666. coram R. P. D. meo
Carpineo.

Non obstat, quod vtraque Pars alternatiuè respiciat
Conuentum fundandum ex quo in Religione Schola-
rum Piarum Prior aliquando Rector appellari soleat;
5 Ideoque dictio, *vel*, in casu de quo agitur accipienda sit
pro dictione, *idest*, cum versetur circa idem factum, vt
dixit Rota *decisione 161. num. 13. & 14. part. 8. recent.*
9 Quia immò talis dictio posita fuit inter diuersa prout po-
ni solet de sui natura Bartol. *in l. supra §. Officium in fine*
ff. de aqu. pluuia arcend. Zabarell. *in Clement. 2 part. 2. nu.*
8. de ætat. & qualitate. Ideoque apparet ex verbis eius-
dem donationis, quod vbi fundator loquendo de Prio-
re, respexit futurum tempus ibi: Priori, & Conuentui
futuro fundando; loquendo autem de Rectore vsus fuit
verbo præsentis temporis ibi: vel Rectori Capellæ Lau-
retanæ nunc & pro tempore existenti. Signum euidens
quod de diuersis personis intellexit, cum dictio, *nunc*
7 præsentis temporis trahi non possit ad futurum. Honded.
cons. 63. num. 62. libr. 1. Adden. ad Gregor. *decis. 338. num.*
8 *15.* nec è contra participium fundando futuri temporis †
valeat intelligi de tempore presentis Gregor. *d. decis. 338.*
& ibi Adden. num. 15.

Minusque talis dictio, *vel*, accipi potest in disiuncti-
9 uam itaut primo nominatus censeatur primo vocatus ad
text. in l. Pater §. à te peto ff. de legat. 2. Peregrin. *cons.*
109. num. 1. libr. 3. quia dicta lex procedit, vel in casu,
quo constat de voluntate disponentis se prædilexisse pri-
mo vocatum, vel in ijs personis in quibus cadit ordinata
affectio, vt quando nominatur Pater & filius agnatus,
& Cognatus, masculus, & deinde fœmina † secus 10
quando inter vocatos eadem est disponentis propensio,
vt benè explicat Caren. *resolut. 96. num. 6. & seqq. &*
num. 12. & 13. Hoc enim casu potius dicuntur duo Con-
stituti Rei credendi, † inter quos ille præferendus est 11
cui primo res tradita fuit *l. si Titio, aut seio ff. de legat. &*
fideicomm. Cusell. *de Donation. tom. 2. disc. 1. spec. 26. num.*
12. Rota *decis. 308. num. 7. & 8. part. 5. recent. & in Veru-*
lana Bonorum 29. Februarii 1644. §. quia coram bon. mem.
Verospio., & in Tudertina Donationis 17. Iunii 1652. co-
ram Reuerendissimo D. meo Decano, & in puncto rei tra-
ditæ † vbi prius Ecclesiæ, quam alteri Tiraquell. *de* 12
priuileg. piæ causæ priuileg. 107. vers. quæ id dicit.

Peregrinus verò, & alij ab eo allegati loquuntur,
quando primo nominatus iam fuit admissus, ideò non
applicatur in præsenti, quo Ordinarius possessionem
Controuersi Census tradidit ipsi Rectori, *vt in eius Sum-*
mario num. 5. & 6. & quidem summa ratione, nam cum
longe ante huiusmodi assignationem ordo Scholarum
Piarum fuisset per san. mem. Innocentium X suppres-
sus, supponendo Conuentus, & eorum Domos Iuris-
dictioni Ordinariorum *dicto Summario num. 7.* inde fit,
vt data incapacitate vnius ex vocatis † admittendus sit 13
alter, qui capax repertus fuerit, & quidem per vulga-
rem Peregrin. *vbi supra & in tract. de fideicomm. art. 18.*
num. 24. Fusar. *cons. 84. num. 9. & de substitut. quæst. 479.*
num. 74. Gratian. *discept. 575. num. 23.* Rota *decis. 129. post*
Merlin. *de legitim.* & in similibus terminis dictum fuit
in Ferrarien. fideicommissi 10. Maii 1666. §. neque obstat
coram me.

Nec facit, quod huiusmodi suppressio non habuerit
effectum in Regno Poloniæ, & quod postmodum san.
mem. Alexander Septimus huiusmodi religionem rein-
tegrauerit, nam primum in facto non probatur, super-
uenta autem reintegratio nihil operatur ad hunc effe-
ctum, quo prò purificatione vocationis conceptæ alter-
natiuè † sufficit sola instantanea existentia ordinis, *vt* 14
dictum fuit in Romana hæreditatis 28. Aprilis 1659. §. nec
alter coram Reuerendissimo Papien.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Gerunden. Beneficij.

Veneris 15. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Generi derogari per speciem tradunt iura nostra, idquè procedit etiam in legato magis generali, vel vniuersali, cui per aliud legatum minùs generale, vel minùs speciale vtique derogatur; Quando autem, & ex quibus resultet huiusmodi qualitas maioris, vel minoris generalitatis, vel vniuersalitatis ex sequenti Summario cum ipsa Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris lex esse dicitur, etiam ab antiquissima lege duodecim tabularum.*
2 *Legato generali derogatur per legatum minùs generale, & num. seqq.*
3 *Nomen magis vniuersale in legatis habetur loco generis, minùs vero vniuersale loco speciei.*
Legato magis vniuersali dicitur derogatum per legatum minus vniuersale, num. 3.
Generi derogatur per speciem etiam in legatis, & in legatis magis, & minus vniuersalibus, num. 2. & 3.
4 *Qualitas quæ potest pluribus inesse generalior dicitur, illa vero quæ vni soli inest specialior nuncupatur.*
5 *Qualitas magis specialis derogat qualitati minus speciali, & supra num. 2. cum seqq.*
6 *Proximior testatoris, & in prima qualitate alteri*
similiter

similiter vocato æqualis, non præsumitur, quod per additamentum alterius qualitatis deterioris conditionis à testatore fuerit effectus.

DECISIO CCLXXXIX.

IDIBVS Nouembris 1269 Amaldus Clericus Instituit vnum Presbyterum, siue locum vnius Presbyteri in Ecclesia Monasterij S. Mariæ de Ceruiano, qui celebret ter in vnaquaque septimana Missas defunctorum, & instituit alium locum Presbyteri in eadem Ecclesia, qui celebrare teneatur in vnaquaque hebdomada tres missas defunctorum in eadem Ecclesia, &c. & voluit vt semper Berengharius frater, & omnes hæredes sui Hospitij, & alter Presbyter qui super vixerit conferant alicui Clerico proximiori in genere suo Testatoris, qui sit ætatis recipiendi ordinem Subdiaconatus, vel alios superiores ordines, & voluit vt Presbyter ex dictis duobus, qui superuixerit possit absque aliqua contradictione Berengharij, & hæredum sui Hospitij locum Presbyteri vacantem sibi retinere si illum maluerit, & postea locus alius conferatur per Berengharium, & eius hæredes in suo Hospitio, & per alium superstitem Sacerdotem alicui Clerico proximiori in genere suo, vt supra & voluit, vt si in Hospitio dicti Berengharij fratres fuerint Clericus, vel Clerici, semper dicta loca, vel locus assigneturr eidem, vel eisdem, &c.

Primum Beneficium Tituli S. Michaelis vacauit per obitum Iosephi, & Iosephus possidens aliud Titulo S. Petri pro sua facultate optauit aliud S. Michaelis, & retinere declarauit, & mandatum petijt expediri coram Ordinario Gerunden. 20. Octobris 1664. cui se opposuit Siluester prætendens sibi esse debitum vti Clerico in Hospitio Berengharij, vnde dato dubio cui sit adiudicandum Beneficium, eoque proposito prima Februarij proximi præteriti responsum fuit Non liquet, hodiè verò reproposito adiudicandum Iosephi Domini responderunt.

Et quidem ex ratione optionis à fundatore concessæ, vt Presbyter ex duobus, qui superuixerit possit absque vlla contradictione Berengharij, & Hæredum sui Hospitij locum Presbyteri vacantem sibi retinere si illum maluerit, & postea locus alius conferatur, &c. Iosephus enim alterius Presbyter ex duobus, Iacobo altero Presbytero prædefuncto superuixit, & potuit optare, cùm Testatoris voluntas sit lex etiam ab antiquissima
1 lege duodecim tabularum vti legasset quisque de re sua ita ius esto.

Et licèt Siluester ex verbis Testamenti voluntatem Testatoris conaretur elicere ad suam prælationem, ibi: Et voluit, vt si in Hospitio dicti Berengharij fuerit Clericus, vel Clerici, semper ipsa loca, vel locus assignentur eidem vel eisdem, & ipse talem se esse contendit.

Nihilominus præualuit Iosephus ex eo, quod præ-
2 dicto legato generali † per minus generale fuit derogatum §. *Codicillis l. vxorem 41. ff. de legat. 3. & ibi notat* Bart. & egregiè tradit Din. *ad c. p. Generi de regul. Iur. in 6.* Quod si Testator vni legat sub nomine vniuersalio re, & alteri sub nomine minus vniuersali, illud no-
3 men magis vniuersale habetur loco generis, † illud verò minus vniuersale loco speciei, & ideò per minus vniuersale derogatur magis vniuersali Menoch *consil. 328. num. 23.* Et magis in nostro facto illa qualitas, quæ potest pluribus inesse generalior est illa quæ vni soli po-
4 test inesse specialior est, † adeoquè cum qualitas existentis, aut existentium in Hospitio possit inesse generaliter est illaque vni soli potest inesse pluribus Clericis, illa verò Presbyteri superstitis ex duobus iam Be-
5 neficiatis non possit in esse nisi vni, † sequitur qualitate existentis, aut existentium in Hospitio, vt declarauit Bald. *a l. octauam Cod. de execut. rei iudicatæ cum pluribus apud* Dec. *ad l in toto Iure ff. de reg Iur. num. 6. &* Alex. *conf. 29. sub initium à vers. secundo hoc videtur, & num. primo vers. ita in proposito libr. primo cum ibi annot. & alleg.* Idque sensit ipse Testator cùm de altera qualitate dixit singulariter Presbyterum ex duobus, qui superuixerit posse retinere, de altero verò dixit singulariter, & pluraliter, si in Hospitio fuerit Clericus, vel Clerici assignari eidem, vel eisdem, notando etiam, quod de Presbytero superstite dixit posse retinere quasi iam habitu anteà possidentem, de Clerico verò existente in Hospitio dixit assignetur eidem, vel eisdem postea possessuro, vel possessuris.

Aliæ quoque rationes Dominis placuere videlicet; quod Iosephus duplicem habet qualitatem scilicet. Descendentis ex genere Berengharij, & Superstitis per decessum alterius Beneficiati, & incongruum esset, vt qui in prima qualitate Siluestro est æqualis Immo proximior Testatori, & sic æquè ab eo dilectus, † per 6
additamentum alterius qualitatis super existentiæ, & superuiuentiæ alteri Beneficiato à Testatore specialiter considerata excluderetur à Beneficio, & fieret deterioris conditionis, Præsertim quod qualitas descendentiæ ex genere fundatoris est requisita ad primum casum pro assecutione Beneficij, adeoque præordinata ad secundum casum optionis alterius Beneficij per decessum Beneficiati.

Nec Siluester potest iuuari ex qualitate, quod ipse sit Clericus in Hospitio, siue ista verba sonent natiuitatem intrà materiale Hospitij ad sensum Informantium pro Iosepho, siuè descendentiam à Possessore Hospitij, qui sit ex sanguine, & Parentela Berengharij ad sensum Informantium pro Siluestro.

Quia non iustificatur Siluestrum natum esse in Hospitio, immò contrarium desumitur ex sententia Vicarij Capitularis Gerunden. qui illum prætulit reddendo rationem in sententia, quod licèt natus non esset in Hospitio, attamen erat ex Parentela, & agnatione, ad quam Testator respexit, ex capite verò Parentelæ potius vincitur Siluester à Iosepho, qui vno gradu proximior est Testatori, vt supra.

Insuper deficit in ætate habili ad suscipiendum ordinem Subdiaconatus, quæ requiritur omnino etiam in Clerico concurrente, qui sit in Hospitio, cùm hæc qualitas sit repetita per continuationem dispositionis, & sermonis copulati per dictionem, & etiam in tertia dispositione, & amplius quia cum prædicti loci, vel locus assignandi Clerico, vel Clericis habeant iniunctum onus celebrandi ter in Hebdomada, & sæpe loci Presbyterorum vocentur à fundatore, hoc ipso quod à Testatore non est facta speciali liberatio censetur omnes vocati cum eadem qualitate habilitatis ad Sacros ordines.

Demum placuit obseruantia continuata per quatuor sæcula in pluribus vacationibus, nunquam impedita optione, de quibus in eius *Summ. à num. 4. vsque ad septimum.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILACQVA.
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Mele uitana Legati.

Veneris 15. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis regulariter prò Legato certæ speciei non detur, neque competere possit euictio; ea tamen sine difficultate conceditur, quando prout in præsenti, agitur de legato facto filio pro omni, & toto eo quod à substantia patris ille prætendere potuisset, quia cùm in eo comprehendatur etiam legitima, certum est, quod prò eadem legitima vtique competit, & debetur euictio.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges in capitulis matrimonialibus possunt constituere fideicommissum fauore propriæ sobolis procreandæ.*

2 *Legatum relictum à patre filio pro omni, & toto eo quod ille in eius bonis prætendere posset, comprehendit etiam legitimam.*

3 *Euictio legato in quo filij legitima fuerat comprehensa certum*

certum est quod aperitur aditus agendi pro euictione, & num. 7. & per totum.

4 *Euictio non competit pro legato facto de certa specie.*

5 *Legatum gratuitum non recipit euictionem, onerosum verò secus.*

6 *Legatum legitimæ non procedit à liberalitate patris, sed à naturali obligatione, à qua recipit nomen onerosi.*

7 *Euictio prò datione insolutum debetur.*

Legatum factum correspectiuè ad debitum recipit euictionem, num. 7.

8 *Euincens rem à semetipso potest agere de euictione ad consequendum pretium, seù valorem rei euictæ.*

9 *Præscriptionem triginta annorum excludit defectus aliquorum dierum, cum integer cursus requiratur.*

in Præscriptionem annorum triginta metitur tempus de momento ad momentum, num. 9.

10 *Fructus in iudicio euictionis debentur in consequentiam rei euictæ.*

11 *Fructus legitimæ euictæ non possunt haberi in consideratione in iudicio euictionis, si dependent à liquidatione ipsius legitimæ.*

DECISIO CCXC.

DIMIDIVM Territorij nuncupati Delimara, quod post vniuersalem institutionem Ioannis Pauli filij, & Entionæ vxoris Petrus titulo particularis institutionis relinquerat Matthæo alteri filio pro omni eo, quod ab eius hæreditate prætendere posset euictum fuit ab alijs fratribus, atque communiter inter omnes diuisum vigore fideicommissi in capitulis matrimonia-
1 libus fauore sobolis procreandæ, † ab ipsis Petro, & Entiona coniugibus ordinati, & pluries in Rota canonizati coram Cardin. Sacrato, vt ex *decis.* 83. 134. & 221. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *decis.* 347. & 384. *coram* Merlino propterea, vt euictionis damnum passum per hæredes Matthæi farciretur, Matthæus iunior, & alij illius hæredes iudicium in partibus intentarunt contra bona hæreditaria Petri possessa ab Alexandro, & Cleria coniugibus, qui sumpta occasione à quodam decreto interloquutorio causam per appellationem in Rota introduxerunt, illaque mihi commissa citatis etiam hæredibus Margaritæ filiæ, & hæredis dicti quondam Ioannis Pauli dubitaui An, & pro qua rata euictio deberetur, & responsum fuit deberi pro legitima liquidanda.

Territorij quidem medietatem apparet ex testamento in *Summario Matthæi numero primo* fuisse Matthæo Seniori relictam à patre pro omnibus iuribus, & actionibus quocumque Iure competen super bonis ipsius testatoris, inter quas actiones eidem præcipuum locum
2 obtinent legitima ex paterna substantia filio debita, negari non potest, quin & ipsa legato remanserit inclusa, vt sentiunt Honded *cons.* 53. *num* 11. *lib.* 2. Giouagnon. *respons.* 41. *num* 102. *libr primo* Rota *Bononien. diuersorum decis.* 8. *num.* 73. Quamobrem per fideicommissum
3 à posse hæredum Matthæi filij abducto legato † patuit eisdem aditus agendi de euictione Peregrin *consil.* 64. *num* 6. & 10 *lib.* 3. Gomes. *var. resol lib* 2. *cap.* 2. *num.* 34. Mangil. *de euiction. quæst.* 75. *num.* 10. *in fin* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 10.

4 Neque dicatur cum † *text. in l. si substituto* §. *hæres seruum ff. de legat. primo* pro legato certæ speciei euictionem non esse præstandam, quoniam *text. loquitur* in
5 legato merè lucratiuo, & gratuito, † quod in præsenti dici non potest relictum filio pro legitima, vtpotè procedens non à patris liberalitate, sed à naturali obligatione eidem iniuncta, à qua cum onerosi nomen
6 recipiat, effugi non potest euictio, quamuis in certa specie legatum consistat, quia pater relinquendo pro omni, & toto eo, &c. voluit inducere compensationem cum legitima, ideò tale legatum assimilatur da-
7 tioni in solutum, † in qua quemadmodum euictio debetur, ita competit in legato correspectiue ad debitum relicto Nauarius *de dation. in solut. sect. prima quæst.* 11. *num.* 6. *cum multis seqq.* Rota *decis.* 148 *numero* 24. & 26. *part.* 9. *recentior.* & in *Bononien. liquidationis pretij* 23. *Ianuarij* 1666. §. *non obstat cum* §. *seq. coram* R. P. D. *meo Emerix*:

Minus refragatur, quod euictio quodammodo processerit etiam ab ipso legatario, nam fideicommissum super dicta medietate sicut purificatum erat ad fauorem aliorum fratrum ita, & ipsius Matthæi pariter filij Entione, qui in vim illius partem territorij possidere legitime potuit, & eodem Iure eamdem sibimet euincere, † & proinde competit actio de euictione ad 8
consequendum pretium, seù valorem rei euictæ *l fundoss. ad l. falcid.* Castren. *in l. qui res numero primo ff. de action. empt.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 39. *num.* 7. & *art.* 40. *numero* 83. *vers. tunc*, Mangil. *de euict. quæst.* 109. *numero* 11. Ciriac. *controuer.* 303. *num.* 50. Merlin. *de pignor. libr.* 4. *quæst.* 155. *numero* 1. & 2. Rota *decis.* 336. *numero* 2. *parte prima recent. vers. quia fuit responsum.*

Nec subsistit, quod Matthæus hæres fuerit Entionæ matris hæredis Petri testatoris ambo sine beneficio leg. & inuent. & sic per aditionem propria iura confusierit, quoniam non constat Entionam mariti legantis hæreditatem adiuisse, cum & ipsa post octo dies interierit; propterea integra hæreditas accreuit Ioanni Paulo cohæredi, vt declarat sententia lata anno 1599. & data in *Summario Alexandri num.* 4. Vnde allegata actionum confusio cessat ex facto.

Demùm non afficit obiecta præscriptio triginta annorum, quia tempus currere non incepit nisi à die 13. Decembris 1635. quo in executionem sententiæ Rotalis deuentum fuit ad actualem diuisionem, *vt in Summario Matthæi num.* 4. prætermittendo tempora quibus ob legitima impedimenta agi non potuit, sed solum numerando rigorose annos continuos à dicta die vsque ad diem 5. Decembr. 1665. quo fuit exhibitus libellus non intercessit lapsus integer triginta annorum, sed desunt aliquot dies, † quorum defectus ex- 9
cludit præscriptionem, cuius tempus metitur de momento ad momentum Bald. *de præscript.* 3. *part.* 6. *part. principalis quæst prima num.* 11. Rota *decis.* 304 *num.* 2. *part. prima* & *decis.* 519. *num.* 1. & 2. *part.* 4. *tom.* 3. & *decis.* 114. *num* 11. *part.* 9. *recent.*

Quò verò ad fructus quamuis veniant † in conse- 10
quentiam rata euictæ per *text. in l. euicta reff. de euict.* Marescott. *var. resol. libr.* 2. *cap.* 79 *num.* 5. nihilominus de eis in præsenti disputatione ratio haberi non potuit, † cum præcedere debeat liquidatio legitimæ pro 11
qua euictionem deberi conclusum fuit, vtraque parte informante.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Vasionen Prioratos.

Lunæ 18. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratiosa obtenta à Summo Pontifice de beneficio litigioso, & Ordinario Collatori in vim Concordatorum spectanti, dicitur nulla; vt proindè executioni demandari non debeat; hinc de facultatibus, & priuilegijs eorumdem Concordatorum inter Summum Pontificem, & Franciscum Primum Gallorum Regem Christianissimum, an illa respectu collationis beneficiorum dicantur potiùs esse localia, vel personalia; aliaque plura ad huiusmodi materiam pertinentia mirabilitèr dilucidantur.

SVMMARIVM.

1 *Concordatorum in interpretatione benignior, & fauora-*

uorabilior illis interpretatio sumenda est , & numer. 3.

Beneficia non solùm existentia in Regno Franciæ , sed etiam alibi sita , & Collatoribus eiusdem Regni subiecta , ad eosdem pertinent Collatores , & sub Concordatis continentur , num. 1.

2 *Beneficij locus , quandoque verò persona conferentis attenditur , prout fauorabilius redditur ipsi Collatori.*

3 *Collatorum fauore benignè , & fauorabilitèr interpretantur Concordata in gratiam pacis, & vnionis Ecclesiæ emanata.*

4 *Beneficium existens in Diœcesi alicuius Episcopi , & ad alterius collationem spectans , non dicitur esse de illa Diœcesi , & num seq.*

5 *Capella existens Florentiæ , & spectans ad Episcopum Fesulanum , non dicitur esse Florentiæ.*

6 *Beneficium exemptum non dicitur in loco , in quo materialiter existit.*

7 *Negligentiam inferiorum in beneficijs exemptis superior non ordinariam , sed Apostolicam auctoritatem exercet.*

8 *Alternatiua concessa Episcopo residenti capit beneficia tàm intra , quàm extra suam Diœcesim existentia , dummodo collatio ad eum spectet , & num. 9.*

9 *R.P.D. Robusterius olim Sacræ Rotæ Auditor , Vir doctissimus nuncupatur.*

10 *Concordata Regni Franciæ an sint personalia , vel potiùs localitatem præseferant in materia collationis beneficiorum, & num. seqq.*

12 *Qualitas localitatis non tollit qualitatem personalitatis in dispositione mixta , locali scilicet , & personali.*

13 *Concordata vt intrent , satis est , quod concurrat altera ex qualitatibus in eis expressis.*

Localitas , & personalitas quando vna non destruatur ab altera , num. 12. & seq. & supr. à num. 10.

14 Decis. Mohedani , *quæ videtur contraria cum altera* Decis. Caputaq. *in materia Collationis Beneficiorum in Regno Franciæ in vim Concordatorum , quomodo concilientur.*

15 *Beneficia Cardinalium non continentur sub Concordatis.*

16 *Beneficia Regni Franciæ vbicumque existant, ad ipsorum Collatores spectant.*

17 *Indulta Cardinalium recipiunt ampliam interpretationem pro quibuscumque beneficijs ab illis dependentibus.*

18 *Concordata sunt fauorabiliora indultis Cardinalium.*

19 *Exceptio continet personas , sicut continet regula.*

20 *Exceptionis ea est natura , declarare regulam.*

21 *Concordata si in aliqua parte Regni sic obseruantur , sic quoque in alia parte eiusdem Regni obseruari debent.*

Obseruantia plurimum facit ad interpretationem voluntatis contrahentium , num. 21.

22 *Concordatorum declaratio desumitur ab alijs concessionibus Summorum Pontificum.*

23 *Status vltimus beneficij attenditur ad agnoscendam qualitatem illius , & collationem substinendam.*

24 *Prouisio vnica defectuosa , & ineffectuata non attenditur ad dignoscendum statum beneficij , eiusque collationem substinendam.*

25 *Papa potest præuenire ordinarium Collatorem in beneficijs concordatis, & num. 32.*

26 *Prouisio emanata per viam resignationis non mutat statum beneficij , intellige vt num. seq.*

27 *Status vltimus Beneficij ille dicitur , qualis in vltimis collationibus fuerit expressus.*

28 *Concordata intrant etiam in beneficijs litigiosis Ordinarius Collator in vim Concordatorum prouidere potest etiam beneficium litigiosum , numer. 24.*

29 *Prouisus de beneficio ab Ordinario Collatore in vim Concordatorum est legitimus contradictor aduersus gratiosè subrogatum.*

30 Capit 1. & 2. vt lite pendente *non habent locum in Gallia vigore Concordatorum.*

Consuetudo existit in Gallia conferendi beneficia etiam litigiosa vigore Concordatorum , numer. 28. & seqq. eaque etiam à nostra Rota seruatur, num. 31.

31 *Vltramontani vigore Concordatorum conferunt etiam beneficia litigiosa , & supra numero 28. cum seqq.*

Rota Romana sequitur consuetudinem Vltramontanorum in conferendis beneficijs vigore Concordatorum , num. 31.

32 *Præuentioni locus est inter Pontificem , & Ordinarium in conferendis beneficijs vigore Concordatorum.*

33 *Subrogatio gratiosa obtenta à Summo Pontifice de Beneficio in Concordatis comprehenso excluditur ex antecedenti collatione Ordinarij.*

34 *Subrogatio gratiosa vt excludatur , sufficit quod euidenter non constiterit reseruationem fuisse notoriam.*

DECISIO CCXCI.

REVOCATIS ad trutinam duabus decisionibus hinc inde in hac Causa emanatis prioris fundamenta complexi sunt DD & consequentèr Lascaro , etiamsi gratiosè subrogato , denegandam esse immissionem ; Responderunt sanè Franciscus Primus Gallorum Rex Christianissimus in Concordatis cum Leone X. glor. me. inter cætera obtinuit , vt Collatores Regni plena , ac omnimoda in beneficijs auctoritate gauderent , idque tum ad abrogandam pragmaticam sanctionem , pro cuius extirpatione tot Summi Pontifices , vniuersumque Concilium Lateranense insudarant , tum pro bono pacis , ac tranquilla totius Ecclesiasticæ Monarchiæ conseruatione , in qua adeò inclinatum se ostendit Sanctissimus Pater , adeòque pronum bonus ille literarum Parens , vt postpositis itinerum incommodis , neglectisque vt ita dicam , eorum maiestatibus , ad illam tractandam , ac perpetuò stabiliandam personalitèr Bononiam congressi sint . Quapropter cum
de huiusmodi Concordatorum interpretatione tractetur, 1
dubium non est quin fauorabilior pars sit accipienda , vt nempè compræhendantur tàm Beneficia in Regno existentia , quàm ad Regni Collatores spectantia , licèt alibi sita , iuxtà punctualem *decis. in Vasionen. Sacristiæ 21. Maii 1539. coram* Ptolomeo relatam per Mohedan. *decis. 3. aliàs 92. de præbend* quam reiecto Romano , & sequacibus secuti sunt Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 12. num. 30. & 31. gloss. 25. num. 11.* Ferrett. *de appellat. siue abus lib. 2. cap. 6. num. 13. vers.....præsente vsque in fin.* Cocchiet. *ad primarias preces sect. 2. litera D. verb per Sacr. Roman. Imper. vers.* Mohed. Simonett. *de reseruat. quæst 1. num. 1. vers. & rectè concordat* Rebuff. *ad ipsamet concordat tit. de mandat. Apostolic. §. primus verb. decem , vers. quod facit fol. mihi 621.* Add ad Dec. *cons. 206. litera A.* qui notat Romanum pessimè consuluisse *vers verum est , quod per* Tondut. *in addit. ad quæst. 269. num. 13. part. 3. impress. post Indicem sui tractatus de pens.* inquiens locum beneficij quandoque at-
tendi debere , † quandoque personam Conferentis , 2
prout fauorabilis erit Collationi Ordinari ; & generalitèr Concordata , vt supra in gratiam pacis , & vnionis
Ecclesiæ emanata † esse fauorabilitèr interpretanda fa- 3
uore Collatorum inquit Rota penes Cassad. *decis. vnic. num. 2. de pact. & coram* Puteo *in correct. decis 108. ante num. primum vers. & sicut Concordata lib. 2* Simonett. *d. tract. de rescript. quæst. 99. num. 24. & 25.* Gonzal. *ad reg. 8. d. gloss.*

8. d gloss. 25. num. 9 Cocchier. ibidem gloss. 11. num. 10. vers.
suntque fauorabilia.
Ratio fundamentalis prædictæ sententiæ est, quia
4 beneficium existens in Diœcesi vnius Episcopi, † &
ad alterius Collationem spectans, non dicitur esse de
illa Diœcesi, Ancharan. in cap. si propter num. 3. de re-
script. in 6. vbi dat exemplum de Capella existente Flo-
5 rentiæ † subiecta Episcopo Fesulano, vt non dicatur
esse in Florentia, nec Diœcesis Florentiæ, benè Abb.
in cap. super eo, num. 6. de paroch. Andr. Sicul. in cap.
Abbatem col. fin. eodem tit. vbi quod beneficium exem-
6 ptum † non dicitur esse in loco, in quo materialiter si-
tum est Beneficium, ac ita etiam tunc in Curia serua-
tum fuisse testatur, & benè id probat text. in Clement.
1. de supplen. neglig. prælat. vbi in supplendis negligen-
7 tijs inferiorum Superior in beneficijs exemptis † non or-
dinariam, sed Apostolicam auctoritatem supplet,
quem textum ad hoc refert, & comprobat Rota in di-
cta Vasionen. Sacristiæ apud Mohedan. in fine, & post
Erasm. Cocchier. de iurisdict. in exempt. part. 2. quæst.
43. num. 3. & part. 4. quæst. 54 num. 2. & seqq. dictum fuit
in Leodien. Canonicatus 14. Martij 1643. coram bon. memor.
Merlino inter eius impress. decis. 891. num. 3. & benè etiam
in recent. decis. 635 num. 2. part 3.
Hinc videmus in consimilibus terminis alternatiuam
8 concessam Episcopo Residenti † non solùm capere bene-
ficia intra suam Diœcesim consistentia, sed etiam ali-
bi existentia, dummodo eorumdem Collatio ad ipsum
pertineat, Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 705. in fi-
9 ne, vbi doctissimum Robusterium † olim huius Sacri
Ordinis Auditorem ita respondisse refert, & dixit Ro-
ta in Cæsaraugustana Beneficij de Taceste 14. Nouembris
1596. & 6. Martii 1597. coram Plato impress. apud eundem
Garz. vbi proximè sub num. 706. comprobata coram Ro-
yas decis. 373. num 6. in recent. decis. 208. eodem num. 6. & de-
cis. 221. num. 2 & seqq. part. 11.
Nullatenus subsistente, quod Concordata vtantur
10 verbis localitatem † præseferentibus. Quia quidquid
sit in ordine ad alias materias respectu Collationis Be-
neficiorum, de qua nunc agitur in vnico tantùm loco
sub §. 1 tit. de Collat. vtuntur verbo Considerantem, id
que restrictiuè ad solum Canonicatum, & Præbendam
Theologalem de cætero in toto titulo præfato nulla ver-
ba leguntur localitatem inferentia, sed omnia appa-
rent directa ad personas Collatorum facta mentione Be-
11 neficiorum cum adiuncto, ad eorum Collationem † spe-
ctant; Vnde in hac parte, vel Concordata sunt merè
personalia, vt decis. 4. num. 1. vers. si autem sit de priuil.
in antiq. apud Put. decis. 510. num. 1. lib. 2. & in recent. de-
cis. 728. num. 1. part. 3. vel in omnem casum sunt mixta,
12 † & tunc per expressionem qualitatis localis non tolli-
tur altera qualitas personalis, Bald. in l. apud Iulian. §.
si quis alicui, ff. de leg. 1. Rota in recent. decis. 239. num.
7. vers. licet concurrat, & num 8. part. 8 Vtque intret
Concordatorum dispositio satis est concursus alterutrius
13 ex qualitatibus, † localitatis scilicet, quando Colla-
tor est exterus, Caputaq. decis. 178. part. 1. & perso-
nalitatis, quando Beneficium est extra Regnum, iu-
xta supradictam decis. Mohedan. quæ proinde rectè vi
14 detur conciliari † cum altera Caputaq. vt aduertit etiam
Sanleger. in supra alleg. addit. num. 13.
Comprobatur ex reg. 8. Cancell. hodie 9. quæ est dire-
15 cta personis ibi in exceptione; † non tamen S. R. E.
Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Se-
dem Apostolicam, & quoscumque alios initis; vnde
non Regna, aut loca, sed personæ Collatorum prin-
16 cipaliter inspectæ loquuntur; † ideoque beneficia vbi-
cumque existunt ad ipsorum collationem spectant,
Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 705. cum seqq. Ro-
ta in dicta Cæsaraugustana Beneficii de Taceste 18 Nouem-
bris 1586. & 5. Martii 1587. coram Platte; Ea est e-
quidem optima ratione, quia si indultum, cuius vi-
17 gore Cardinales † excipiuntur, benignam, atque
amplam exigit interpretationem pro quibuscumque
Beneficijs ab illis dependentibus, Rota decis. 986. num.
7. coram Seraphin. & decis. 635. num. 5. part. 3. recent.
fortius augenda est hæc gratiæ, ac fauoris plenitudo res-
18 pectu Collatorum sub Concordatis comprehensorum, †
quia Concordata sunt indultis Cardinalium fauorabi-
liora, vt ex Rota dicta decis. 108. num. 3. coram Puteo
lib. 2. & decis. 10. num. 3. libr. 3. part. 3 diuers. infert
Gonzal. ad dictam reg. 8. gloss. 25. num. 11. Ricc. in col-
lect. decis. 4072 §. ratio est, vers. & continent maiorem
fauorem, dumque in regula afficiuntur personæ, ipsæ
Collatorum, † idem æquè sentiendum est in exceptio- 19
ne ad text. in l. nam quod liquido, ff. de pœn. leg. & in
specie Rota coram Seraphin. decis. 980. num. 7. dicta
decis. 635. num. 5. part. 3. & decis. 366. num. 9. part. 9.
recent. vt ideo Summus Pontifex excipiens alios sub
Concordatis comprehensos, apertè colligatur personas
Collatorum in ijsdem Concordatis considerasse iuxta
naturam exceptionis † regulam ipsam declarantis Dec. 20
in l. 1. num 23. & 39. ff. de reg. iur. Rota coram Gregor.
decis. 509. num. 3. Hincque est Concordata in Comita-
tu Venusino sub hoc vsu, & obseruantia, vt infra,
vigere, † quod æquè conducit ad interpretationem 21
mentis ipsorummet contrahentium, ad tradita per
Mantic. de tacit lib. 2. tit. 1. num. 5. Surd. decis. 534.
num. 9. Rota coram Seraphin. decis. 1440. num. 3. & co-
ram san. mem. Gregor. decis. 502. num. 10.
Quod autem Beneficium, de quo agitur, licet po-
situm in Territorio Vasionen. spectet in iure conferen-
di ad D. Archiepiscopum Lugdunen. Abbatem S.
Martini, patet euidenter ex datis in Summario pri-
mæ, & secundæ positionis, & clariùs in Summario
præsenti impresso ex numero 5. & seqq. vbi inter cæ-
tera deducitur status antiquissimus annexionis, ac
dependentiæ totius Prioratus Sancti Romani ab Ab-
batia Sancti Martini Insulæ Barban. cum expressione,
quod eius collatio tamquam Beneficij annexi ad Abba-
tem pro tempore spectet: dantur superinde statuta Ca-
pitularia vsque de anno 1284. citra, quo Abbatia erat
regularis, & signanter adducitur Bulla sæcularizatio-
nis Pauli III. glor. me. iuncta sententia super illius exe-
cutione vocato, ac præ cæteris interessente Priore San-
cti Romani expressè reseruandam collationem istius
Prioratus, & quorumcumque aliorum beneficiorum
Abbati sæculari cum ijsdem exemptionibus, & priuile-
gijs, quibus Abbas regularis antecedenter fruebatur,
& ita generaliter sancitum per huiusmodi sæcularizatio-
nem ad instantiam Henrici Secundi Christianissimi
Regis cum expressa relatione ad dicta Concordata inter
clar. me. Franciscum Francorum Regem, & Sedem
Apostolicam in beneficijs pro tempore vacantibus, † 22
ex qua pariter desumebatur non obscura Pontificis de-
claratio comprehensionis huius, & aliorum beneficio-
rum similiter dependentium sub ijsdem Concordatis,
ad tradit. per Mantic. decis. 59 num. 12. & 13. cum
allegatis in Barchinonen. Canonicatus 9 Iunii 1645. §. etenim,
& in Leodien. Canonicatus 28. Iunii 1655. §. declaratur co-
ram bon. mem. Verospio.
Non obstat, quod ex collationibus centum anno-
rum, & vltra factis per Ordinarios Vasionen. & Lega-
tos Apostolicos resultet vltimus status, qui attendi so-
let ad arguendam qualitatem beneficij, † & sine dif- 23
ficultate ad substinendam collationem, vulg. cap. Con-
sultationibus de iurepatron. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu.
34. num. 4. Rota decis. 6 num. 71. part. 10. cum aliis recensitis
in 2. decis. causæ §. penultimo.
Quia animaduerterunt DD. quoad prouisionem Or-
dinarij vnicam tantummodo fuisse exhibitam de anno
1572. defectuosam, † & ineffectuatam, quæ ob id 24
attendi non potest, Rota decis. 427. num. 4. part. 4. re-
cent. & coram Royas decis. 279. num. 12. Quo verò ad
prouisiones Apostolicas vel emanasse per obitum præ-
ueniendo ordinarium Collatorem † ex facultatibus, 25
de quibus Rebuff. super concordat. tit. de collat. §. si quis
verò, vel vt vltimam de anno 1641. processisse per
viam resignationis, † quæ propterea statum beneficij 26
non mutant, Rota decis. 125. num. 12. & decis. 224.
num. 17. & 18. coram Eminentiss. Otthobon. non at-
tenta replicatione, quod id procedat, vti prius dictum
fuerit de statuto anteriori, quia de illo constare visum
est ex Iuribus, & Instrumentis datis in hodierno Sum-
mario impresso dicto num. 5. 6. & 7. quibus conferunt
aliæ prouisiones factæ per Collatores Francisco in men-
sibus reseruatis de similibus beneficijs existentibus extra
Franciam, nimirum in Comitatu Venusino, alijsque
Prouincijs, de quibus in eodem Summario num. 11. † 27
necnon ex eo, quod in omnibus prouisionibus reperi-
tur expressa connexio, & dependentia istius Prioratus
cum Abbatia, & specialiter in ipsamet facta Lascaro
dicto

dicto Sommario impresso *num. 8.* ad tradita per Rota coram Eminentiss. Otthobon. *dicta decis. 125. num. 8. & seq.* & prius per Rebuff *in alleg. tit. de collat. §. volumus, verb. regularia vers. 3. requiritur fol. mihi 602.* Rota *dicta decis. 427. num. 2. part. 4. recent.*

Minus obstat subrogatio gratiosa obtenta per eumdem Lascarum in Iuribus, & possessione Cameret praedefuncti, quia etiam in beneficijs litigiosis intrant Con-
28 cordata inter Regem, & Sedem Apostolicam, † itaut
ab Ordinarijs Collatoribus conferantur, vt notat Rebuff. *in prax. benef. de form. signat. verb. aut litigiosum vers. & hoc ex consuetudine fol. mihi 74.* & de inueterata, & inuiolabili obseruantia testatur Sanleger. *resol. benef. part. 1. cap. 22. rub. quae sit subrogationis praxis Galliae num. 4. & seq. & part. 3. cap. 163. num. 9.* Vnde benè potuit di-
29 ctus Abbas eundem Prioratum conferre Scoto, † qui proinde est legitimus Contradictor aduersùs gratiosè subrogatum, Rota coram Merlin. *dec. s. 1. num. 18. cum aliis relatis in recent. decis. 65. num. 36. part. 11.*

30 Nec refragante propterea dispositione *cap. 1. & 2.* † *vt lit. pend.* cum illa non amplius locum habeat in Gallia stante praefata consuetudine, de qua Rebuff. & Sanle-
31 ger. *in loco mox allegato*, & quam in Vltramontanis †
partibus seruatam Rota in illarum causis amplecti solet ad ejus normam lites decidendo, vt apud Put. *decis. 167. libr. 3. & decis. 304 num. 2. vers. quam opinionem*, penès Cinc. *de cens. & alibi saepè*; Cumque in vim Concorda-
32 torum sit locus praeuentioni inter Sedem Apostolicam, †
& locorum Ordinarios, vt praecisè in illis disponitur, vt notat Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 25 num. 19. & 20.* Eo ipso quod secuta morte Cameret Ordinarius praeuenit confe-
33 rendo Prioratum eidem Scoto † etiam possessione subsecuta, inde excluditur gratiosa subrogatio per alterum collitigantem ab Apostolica Sede postmodum impetrata iuxta sententiam Sanleger. *& aliorum superius allegatorum*, licet ad effectum, de quo agitur, nimirum ad denegandam immissionem gratiosè subrogato satis esse videatur reseruationem non fore notoriam, & indubi-
34 tatam, † vt caeteris adductis in puncto censuit Rota *decis. 58. per tot. coram san. mem. Gregor. XV.*

Vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Perusina Census.

Lunae 18. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Vxor debitoris quamuis pro sua dote non possit totaliter creditores mariti repellere, quominùs illi super bonis viri executionem non faciant; attamen huiusmodi executio, nonnisi cum clausula, *non amota à possessione muliere*, concedenda est; Ex quibus autem de illius possessione resultet, ex decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Solutio probatur praesumptionibus, & coniecturis.*

2 *In dote non sunt obseruanda solutionem tempora, sed dies contractae obligationis.*

3 *Possessio, quae probatur ex confessione partium dicitur concludentissimè probata, amplia vt numeris seqq.*

Confessio partis plenè probat, & concludentèr, maximè iudicialis, num. 3 & seqq.

4 *Confessio partis etiam tacita, possessionem plenè probat.*

5 *Possessio rei probatur ex confessione actoris etiam qualificata, qualitate reiterata.*

6 *Constitutum appositum in instrumento dotali suffragatur mulieri quoad restitutionem, & manutentionem obtinendam.*

7 *Constitutum respectu constitutarij non expirat per mortem constituentis.*

8 *Viduae in Ciuitate Perusina debentur fructus dotis ad rationem septem, vel octo pro centenario.*

9 *Mobilia viginti annorum vsu dicuntur consumpta.*

10 *Mulier creditrix suae dotis, & administratrix bonorum filij quatenus repellatur à consecutione eiusdem suae dotis.*

Exceptio administrationis, aduersus mulierem dotem repetentem, non admittitur nisi probetur ad illius manus quantitatem sufficientem peruenisse, num. 10.

11 *Exceptio satisfactionis, & administrationis contra matrem à solis filiis opponi potest.*

12 *Fideicommissum alicui factum, si sine filiis decesserit, expirat eo praedefuncto cum filiis.*

13 *Exceptio fideicommissi per sententiam relecti, eo minus admittitur ad impediendam obligationem cameralem.*

14 *Executio creditori conceditur non amota vxore debitoris à possessione, & quare.*

DECISIO CCXCII.

FVLVIVS imposuit censum, & vendidit Iosepho cum fideiussione Diomedis, & promissione ipsius releuationis in forma Camerae 18. Septembris 1637. & inde Diomedes, & filij haeredes q. Diomedis (coacti fere de more) postquam fideiubere voluerat ille soluere etiam ipsi debuerunt pecunijs ad proprium censum accepta. Vnde pro releuatione egerunt, mandatumque obtinuerunt ab A. C. contra bona haereditaria Fuluij, etiamsi Gabriela vxor Fuluij pro credito dotali, & Marcus Antonius, & Hieronymus filij pro fideicommisso M. Antonij Aui, & Bartoli Propatrui, & alijs creditis exciperent de retentione adita Signatura Causam mihi commisisset cum clausula, si quid exequendum, & proposito hodie dubio, Domini responderunt, mandatum A. C. exequendum non amota à possessione Gabriela.

Quia constitit Dominis Gabrielae dos scutorum 6000. & confessio Fuluij solutorum 2000. in Instrumento dotali 20. Nouembris 1634. & solutio aliorum 2000. pro solutis particulariter in diem 8. Nouembris 1639 in alio Instrumento 25 Maij 1640. & aliae solutiones 1092 .15. varijs diebus à 2. Aprilis 1640 ad 5. Iulij 1643, in libro memoriali Fuluij, inscripto *libro di ricordi d'Instromenti, e riceuute &c.* legitimè recognitae, & pro reliquis 908 solutionem probare visum est † coniecturis, ac praesum-
ptionibus, quas prosequitur *decis. 86. num. 5. d. vers. & pro reliquis part. 12.* & in hypotheca dotis, & consensu, 1
non vtique solutionum obseruanda sunt tempora, † sed 2
dies contractae obligationis, *l. 1. ff. qui pot. in pignore habeantur.*

Possessio Gabrielae constitit Dominis confessione actorum, & oppositione ipsius Reae, processu, & sententia A. C. vsque ad reddendam rationem bonorum, &
fructuum, & possessionis probatio † ex confessione 3
partis dicitur plenissima, Posth. *de manut. obser. 19. à num*
12. Rota *decis. 26. num. 2. part. 11.* etiam tacita † confes- 4
sione, *decis. 29. num. 11 & decis. 160. nu. 3. d. part. 11.* etiam
possessionis qualificatae, † qualitate reiecta, Posth *d.* 5
obser. 19. num 20. Rota *decis. 277. num. 2 part. 10.* Et sufficie-
bat Dominis constitutum in dicto Instrumento dotali † 6
sufficiens retentioni, & manutentioni, Posth. *obser. 20. num. 18* Barbos. *de claus. claus. 31. num. 25.* non nocente
morte constituentis † respectu constitutarij, Post. *dicta* 7
obseruat. 20. num 36 Barbos. *d. claus. 31. num. 22.*

Nec aliquam praesumptionem satisfactionis, aut exceptionem reddendae rationis Domini receperunt, quia bona libera, quae potissima apud Gabrielam esse videbant in Inuentario filiorum Gabrielae, & Fuluij septimo postmodum anno à 1645. Inuentarij ad 1652. retentionis euicta fuerunt, & intereà viduae debebantur, debenturque fructus dotis ad rationem septem, vel octo pro centenario, vt notauit Gilian *ad stat. Perus. Dotis fructus à num. 6 cum decis. ibi alleg.* & obseruarunt Inuentarium factum fuisse non à Gabriela Tutrice, sed ab Orpheo Tutore, & praeter mobilia † viginti annorum
vsu consumpta, ad Bart. *ad l. 5. C. de murilegal. lib. 10. nu.* 9
3. Rota

3. Rota 165. *num.* 11. *part.* 11. & de muliere creditrice, &
10 administratrice cum distinctione, † an constet tantam pecuniam venisse ad manus, Gratian. *discept.* 129. *in fin. ex* Rota coram Seraphin *decis.* 1455. *num.* 4. *& 5. & coram* Duran. *decis.* 347. *in fin. cum aliis, & decis.* 269. *nu.* 5. *vers. nisi iustificetur part.* 11. nisi hæcquidem exceptio
11 prætensæ satisfactionis † ex administratione solùm competit illius filijs, pro quibus administrauit Rota *d. decis.* 269. *d. num.* 5.

De fideicommissis autem Marci Antonij, & Bartholi, & alijs creditis Marci Antonij, & Hieronymi Gabrielæ filiorum visum est quo ad fideicommissum Bartholi illud potiùs expirasse in persona Fuluij debitoris,
12 † qui decessit cum filijs ad celebrem *cons.* Oldrad. 21. aliud verò Marci Antonij non satis constare stante contraria
13 sententia A. C. † vndecumque moti siuè ex informitate testamenti exhibiti, siuè ex alia causa, & exceptionibus detrahendarum portionum legitimæ, & Trebellianicæ &c. adeòque non admitten. ad impedien. executionem obligationis Cameralis, ad Rota *decis.* 174. *num* 5. *part.* 9. *recent.* atque ita conuenerunt mandatum A. C. exequendum non amota à possessione Ga-
14 briela, † quatenus omnibus possit commodè satisfieri, *ad §. qui res l. ea quæ* 15. *ff. de pignor. & §. vlt. l. si quis* 36. *ff. de pignor. act. cum ibi not. & adnot. ad* Buratt *decis.* 320. *ad fin. vers. non autem procedunt* Rota post Cenc. de censib. *decis.* 451. *num.* 4. *&* 5. *&* 12. *& decis.* 478. *in fin. parte* 11.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. Nullitatis contractuum.

Lunæ 18. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Alienationes bonorum stabilium minoris fieri non possunt, nisi copulatiuè concurrentibus tàm solemnitatibus iuris communis, quàm ex dispositione statuti requisitis, ac vna simul legitima causa solutionis æris alieni, pro quo & creditores vrgeant, eisque non aliter quàm ex distractione eorumdem stabilium satisfieri possit; Hinc plura de statuto Bononiæ an in huiusmodi casibus solæ solemnitates, vel etiam causa exquirantur ab illo.

SVMMARIVM.

1 *Census connumerantur inter alienationes stabilium.*

2 *Alienatio bonorum minoris vltrà solemnitates requirit copulatiuè iustam causam.*

Causa iusta in alienatione bonorum minoris dicitur solutio æris alieni instantibus creditoribus, & in subsidium tantùm, num. 2.

3 *Æs alienum non probatur ex simplici assertione minoris.*

Minori sicuti prohibetur alienatio, ità interdicitur quæcumque assertio, num. 3.

Confessio minoris quomodocumque illa facta sit ad colorandum contractum non meretur attendi, numero 3.

4 *Debita contracta à minore sine, solemnitatibus statut non substinentur.*

Creditor minoris, qui sine solemnitatibus contraxit nullam habet actionem, neque ciuilem neque naturalem, num. 4.

5 *Debita in genere tantùm enunciata non sufficiunt ad substinendam alienationem bonorum minoris.*

Causa nimis vaga non suffragatur ad interponendum decretum in contractu alienationis bonorum minoris, num. 5.

6 *Decretum Iudicis interpositum in alienatione bonorum minoris ex pluribus causis copulatiuè narratis, ipso iure corruit etiamsi vna tantùm causa in parte adhuc deficiat.*

Secus verò si eadem causa alternatiuè solùm fuerint conceptæ, ibid.

7 *Alienatio bonorum stabilium minoris non permittitur, quoties adest probabilis spes satisfactionis ex fructibus.*

Necessitas ad effectum alienationis bonorum minoris debet esse vrgens, & præcisa, & quæ aliundè reparari non possit, num. 7.

8 *Decretum Iudicis nullam habet præsumptionem pro se, vel pro veritate causæ, quoties detegitur contrarium.*

9 *Statutum Bononiæ in alienatione bonorum minoris, an solas solemnitates, vel etiam causam exposcat, & num. seqq.*

Minor ex Statuto Bononiæ validè contrahit cum solis solemnitatibus etiam sine vlla causa, & quando num. 9. *cum seqq.*

10 *Causa in contractu alienationis bonorum minoris ex quibus verbis dicatur à statuto requisita.*

11 *Statutum loquens de contractibus minorum supplet non autem derogat dispositionem iuris communis.*

Statutum certas præscribens solemnitates in contractibus minorum, iuris etiam solemnitates exquirit, num. 11.

Solemnitates iuris communis, & solemnitates statuti in contractibus minorum vna suppletur ab altera, & omnes simul interuenire debent, num. 11.

12 *Curator specialis adhiberi ne possit in alienatione bonorum minoris, vbi generalis existit, & numer.* 14.

13 *Argumentum à contrario sensu valet in statutis.*

14 *ad Curatorem specialem non deuenitur nisi amoto Curatore generali, & supra num.* 12.

15 *de Curatoris renunciatione plenè, & concludenter constare debet.*

16 *Contractus minoris non annullatur ob non interuentum curatoris generalis eiusdem minoris, nisi probata illius habilitate saltèm naturali ad interessendum.*

17 *Statutum præbens facultatem deputandi curatorem specialem minori contrahenti quatenùs minor generalem non habeat, an dicatur conditionaliter disponere.*

Itaut existente curatore generali non possit esse locus deputationi specialis, ibid.

Dictio, Vbi, *conditionem importat, num.* 17.

18 *Conditio expressa per dictionem,* Vbi, *formam inducit.*

19 *Fundamentum faciens in dispositione conditionali ipse tenetur probare factum fuisse locum illius implemento.*

20 *Versio in vtilitatem minoris contrahentis ex causa necessaria probari debet ab emptore, secus autem vbi causa est voluntaria.*

Creditor contrahens cum minore quando teneatur esse sollicitus de versione, num. 20.

Alienatio necessaria bonorum minoris non substinetur non probata versione in vtilitatem illius, num. 20.

DECISIO CCXCIII.

INTER notabiles distractiones, quibus breuissimi temporis spatio satis pingue patrimonium dissipauit Ioann. Baptista de Iulianis in minori ætate constitutus recensentur illæ, quas fecit in personam Com. Ioannis, videlicèt, duorum Censuum cum apotheca, & domo pro lib. 18000. quas illo defuncto retractare volentes Angela, & Catherina illius sorores, & hæredes Iudicium instituerunt coram Auditore Generali Bononiæ, à

niæ, à quo fauorabilem reportarunt sententiam ab A. C. deinde confirmatam; Hinc causa ad Rotam deuoluta dubitatum est, an constet de nullitate contractuum, & affirmatiuè responsum.

1 Quoniam certum est, quod alienatio stabilium, † inter quæ sortes etiam censuum connumerantur, *ad textum in Auth. de non alienan. cap. 1. col. 2. & in l. iubemus 14. ante med. ibique gloss. & DD. in verbo Annonas C. de Sacros. Eccles.* & secundùm opinionem Rotæ, de qua in *dec. 36. num. 1. post* Cenc. de cens. *& 324. num. 15. part. 11. recent.* ad hoc vt legitimè a minoribus peragi valeat, vltra Iudicis decretum, cæterasque Iuris municipalis solemnitates

2 † requirit copulatiuè concursum iustæ causæ, & quidem taliter vtilis, vt non nisi in estinctionem æris alieni eiusdem minoris Creditoribus vrgentibus, & actu petentibus, & in subsidium cum plena eiusdem causæ cognitione concedatur, vt ex *text. in l. magis puto §. non passim, ff. de reb. eorum l. ob æs C. de Præd. minor.* Paris. *toto cons.* 98. *lib.* 1. Bol. *cons.* 33. *& cons.* 99. *pariter per tot. vol.* 1 Simoncell. *de decret. in præfat. num. 19. cum seqq.* Rota coram Merlin. *decis.* 444. *num.* 4. *& seqq. in recent. decis.* 98. *num. 3. & seqq. part. 6. & decis. 190. num. 6. & seqq. part. 8. in Rauennaten. releuationis indemn. 1. Iulii 1667. § est autem cor. Reuerendiss.* Ninot, *& in Romana locorum Montium 1. Febr. 1664. §. fin. coram eodem.*

Talis autem ordo nullatenus obseruatus fuit in casu nostro, nam de existentia æris alieni aliunde non constat,

3 quàm ex assertione minoris, cui † sicuti erat interdicta alienatio pari formiter erat prohibita assertio, quæ propterea tamquam deseruiens ad colorandum contractum inualidum non meretur attendi, vt inquit *text. in d. l. magis puto, §. in primis igitur, ff. de reb. eorum, & in l. minorum, C. de Præd. minor.* Rolan. *d. cons.* 33 *num.* 3. Rota coram Merlin. *d. decis.* 444. *num.* 9. *& 10. & in Firmana Census 3. Iunii 1658. §. respectu causæ cor R. P. D. meo Triolo, in Romana Census 18. Maii 1662. §. quia nec Corradinus coram R. P. D. meo Bourlemont, in Bononien. Censuum 17. Martii 1664. §. in proposito in fine coram R. P. D. meo Albergato.*

Minus probatur quod Creditores vrgerent, & actu instarent pro solutione, imò ipsemet Co. Ioannes, qui in eisdem alienationibus creditor enunciabatur lib 3000. nullam habebat actionem, nec ciuilem, nec naturalem

4 † ad consequendum ea credita tamquam contracta sine patrii statuti solemnitatibus, iuxta theoricam Bart. *in l. cum lex 41. num. 4. ff. de fideiuss.* à Rota *passim receptam* coram Duran. *decis. 18. num. 8. cum seqq. in decis. 98. num. 1. part. 11. recent. & in aliis concord. plena manu adduct. per* Adden. *ad dec. 81. num. 26. cum seqq. par. 8. rec.*

Aliorum verè creditorum non solùm non datur vrgentia, sed imò nec de existentia docetur vtpotè in genere tantum enunciati, & de quibus nulla fit certa, & indiuidua expressio, vndè respectu illorum, causa remanet to-

5 taliter vaga, † quæ propter sui generalitatem discuti non potest an vera sit, & rationabilis, nec super ea validè interponitur decretum, Rota coram Merlin. *decis. 714. nu-mer. 3 & seqq. in Romana Domus 14 Ianuarii, & 12. Iunii 1656. coram bon. me. Verospio confirmata 14. Maii 1657. coram Eminent. D. Card. Celso inter eius impressas 233 n. 5. & 6. & in Romana Societatis Officii 19. Februar. 1663. § altera coram R. P. D. meo Triolo.*

Præsertim quia in omnibus alienationibus pro causa fixa semper fuit expositum minorem indigere pecuniis pro substinendo munere vexilli feri, quo fuerat à Sanctissimo decoratus, & tamen constat eo tempore in sui creditum extitisse in Monte Pietatis notabilem pecuniarum quantitatem per decreta Eminentiss. Cardinalis Legati ei successiuè solutam; vnde venit quod vel causæ expressæ fuerunt omnino confictæ, & consequenter falsæ, vel saltem

6 in parte non veræ, † quod sufficit ad hoc, vt decretum ex omnibus copulatiuè narratis interpositum debeat corruere ratione indiuiduitatis, vt distinguendo responsum fuit in *Romana Domuncularum 10. Februar. 1648. fin. coram bonmem. Dunozetto inter eius impressas decis. 792. part. 2. in Romana locorum Montium 19. Iunii 1651. §. non obstat coram Reuerendiss. Papien. & inter recent. dec. 171. num. 10. & seqq. part. 11. in Anconitana pecuniaria 25. Maii 1657. coram Reuerendiss. Zarate, & in aliis relatis in Romana Societatis Officii 19. Febr. 1663. §. imò non subsistit coram R. P. D. meo Triolo, & in Romana locorum Montium 2. Maii 1667. §. nec releuat, coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Tandem nec apparet, quod aliis bonis minoris non existentibus alienationes illæ factæ sint in subsidium, sed potius de contrario constat, quia, & aderant bona mobilia à Curatore dicti Minoris paulò ante consignata proc. fol. 188. & aderant etiam pecuniæ in Monte Pietatis existentes eodem proc. fol. 176. Et omnibus deficientibus aderant fructus censuum, & stabilium distractorum, cum quibus assertis necessitatibus succurri abundè potuisset, † cum 7
enim necessitas ad hunc effectum debeat esse vrgens, & præcisa, & quæ aliunde reparari non possit, non admittatur distractio stabilium, quoties adest probabilis spes satisfactionis ex fructibus ad literam præcit. *text. in l magis puto §. non passim vers. quærere igitur debet, ff. de reb. eorum* Odd. *cons. 40. num. 5. & 6.* Boccac. *ad Constit. Marcb. gloss. 4. num. 4.* Rota *decis. 341. num. 21. & 22. part. 9. & in Bononien. Censuum 15. Iun. 1655. §. verùm etiam coram R. P. D. meo Albergato.*

His positis releuare visum non fuit decretum Iudicis, pro quo solet præsumi, nam omnis præsumptio cedit veritati, & propterea quotiescumque depræenditur non fuisse per Iudicem adhibitam diligentem causæ discussionem scrutando fortunas, & statum minoris contrahentis vt factum fuit in hoc casu, tùm ex præmissis, tùm quia constat spatio decem tantùm mensium Minorem hunc sub iisdem fermè commentitiis causis alienasse stabilia pro summa lib. 50000. † præsumi non potest veritas, & 8
releuantia causæ ex solo decreto Iudicis, quod imò nullum, & iniustum detegitur tamquam sine debita causæ cognitione interpositum, ad trad per Rot. coram Merlino *d. decis.* 444. *numer. 11. & 12 in decis. 181. numer. 32. post* Zacch. *de obligat. camer. in dec. Dunozetti Iun. 805. num. 4. & seqq. lib. 2. & in Rauennaten. indemnitatis 1. Iulii 1661. §. requirebatur, coram Reuerendiss. D. meo Ninot.*

Nec refert, quod Statutum Bononiæ in Minorum contractibus causam non † expostulet, ideòque satisfuerit 9
præscriptas ab eo interuenisse solemnitates, vt valida resultet Minoris obligatio quemadmodum respondit Rota *in Bononien. indemnitatis 30. Iunii 1651. §. nec obstare coram R. P D. meo Albergato.* Nam quidquid sit in simplici obligatione personali, in qua loquitur dicta decisio, contrarium est veriùs in alienatione stabilium, & clara sunt verba eiusdem Statuti, ibi: *Qui etiam Doctores adhibere debeant diligentiam super eorum conscientia de prædictis ne fraus, vel mendacium committatur, & quod in præiudicium Minoris non fiat aliquod prædictorum.* Hæc enim † verba 10
important iustæ causæ interuentum, & discussionem, vt declarat Monteren. Glossator *sub verbo seniori consilio,* & confert Boccac. *in d. gloss. 4. num. 7. in princip. ac* Rot. *in dec. 36 num. 4. & seqq. post* Cenc. de censib.

Cessatque difficultas, quia statuta huiusmodi veniunt augendo dispositionem Iuris communis non illi derogando, ideòque quamuis in eis præscribantur certæ solemnitates in Minorum contractibus non tamen remissa intelligitur alia solemnitas iuris communis, quod alienatio fiat ex iusta causa, † Vnum enim suppletur ab altero, & 11
omnes solemnitates copulatiuè debent concurrere iuxtà elegans consil. Castr. *106. n. 1. cum seq lib. 2* quem sequuntur Soccin. Sen. *cons. 130. sub num 3. vers. 4 & vlt. lib. 1.* Tiraqueil *de leg. connub. gloss. 8. num* 49. Peregr. *decis. Patau. 14. num. 11.* & benè Rota *decis. 98. num. 1 & seqq. par. 6.*

Præterea vltrà præmissa altera nullitas resultat ex Constitutione particularis Curatoris in singulis alienationibus; licèt Curator generalis existeret contra † for- 12
mam ab eodem statuto præscriptam, ibi: *Vel adultus cum auctoritate Curatoris, siue sit generalis Curator, siue specialiter petitus ad actum prædictum vbi generalem Curatorem non haberet,* sumendo argumentum à contrario sensu, † 13
quod validum esse in statutis, probat Euerard. in Zapic. *loc. 82. num. 22. cum seqq* & fusè Barbos. *in tract. locorum comm. 27. num. 10.* sed pariter quia contra dispositionem iuris communis, secundum quam ad specialem Curatorem non deuenitur, † nisi prius amoto generali *l. Curator 11. ff. de Tutor. & Curator. dat. ab his l. Curatores 19. ff. de mut. Tut. & l Curatorem 10. C. qui da. Tut. & Curat. possunt* Rota post Pic. *ad Statut. Vrb. decis. 47. num. 1. & seqq. dec. 49. num. 5.* hisque relatis *in decis. 114. num. 8. part. 7. recent.* cum multis in obiecto adductis *in Rauennaten. Bonorum 14. Martii præteriti, §. nec fundamenta coram me.* 14

Nihil refragante, quod Paracinus Curator generalis præcedenter curam dimisisset die 30 Octobris 1642. Nam in Sum. Com. Ioannis quid tale non legitur, sed tantum

15 quod Adulto consignauerit quædam mobilia, † & sic satis est respondere, quod de renunciatione non constat, & in specie respondit Rot. *dict. decis. 47. post* Pic. *sub num. 6 vers. non obstat*.

Parique ratione non releuat, quod ab hac parte non sit probata præsentia eiusdem Curatoris generalis, cum ha-
16 bilitate saltem naturali ad interessendum, prout ad inualiditatem contractuum ex hoc capite de necessitate requiri semper Rota respondit, vt post eumdem Picum *d. decis. 28. num. 5. decis. 30. num. 1. & seqq. & in Romana nullitatis contractus 28. Febr. 1611. coram Ottembergo*.

Hanc quidquid sit in aliis actibus responsum fuit, quod in præsenti Statutum in verbis antedictis tribuit licentiam conditionatam contrahendi cum interuentu specia-
17 lis Curatoris, quatenus minor generalem non habeat, † vt præsefert illa dictio, *Vbi*, quæ suapte natura conditionem importat, *ad l. si ita scriptum 45. §. fin. ff. de leg. 2.* Bart. *in l. 1. §. 2 principaliter num. 19. ff. de condit. & demonstrat.* Vulpell. *de præpos. & ad verb. signific. sub hac dictio-*
18 *ne in princip. vers. & facit*, † vbi addit huiusmodi conditionem formam inducere; Vndè cum Comes fundet se in
19 dispositione conditionali, tenetur ipse probare, † quod factus fuerit locus illius implemento ex plenè adductis in *Neapolitana hæreditatis 27. Ian. præteriti coram me*.

Et facilius Domini in hanc sententiam inclinarunt, quia causæ narratæ pro obtinendo decreto alienationis respiciunt pro maiori parte extinctionem æris alieni, & sic erant necessariæ, non voluntariæ, quo casu spectat ad
20 Creditorem cura, & sollicitudo versionis, & ea non probata alienationes non sustinentur, iuxta distinctionem, quam sequitur Rot. *vt in decis. 178. num. 17. part. 7. recent. in fine coram Montium 14 Febr. 1661. in fine coram bon mem. Verospio, in Romana Census 13. Maii 1662 §. fin. cor. R. P. D. meo Bourlemont, in Bononien. Censuum 17. Martii 1664. §. iniustitia, & 15. Iunii 1665. § quo verò coram R. P. D. meo Albergato*.

Quare in præmissis resolutum fuit pro nullitate contractuum vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Perusina Legatorum.

Lunæ 18. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Satisfactio creditoris probatur ex assignatione sibi facta, quæ semper in causam magis certam, & præexistentem refertur, quàm in aliam causam illiquidam, incertam, & immaturam, eoque magis si post dictam satisfactionem in calculo, & in decisione firmatam, creditor nouos fructus ex bonis ab eo retentis percepit.

SVMMARIVM.

1 *Legitima à die mortis patris intellectualiter solo ministerio legis dicitur filio assignata in bonis, & substantia eiusdem Patris.*

2 *Solutionem non censentur partes destinare voluisse in causam illiquidam immaturam, & incertam, sed potius in causam præexistentem, & suum habentem iuris effectum.*

3 *Compensatio ad euitandum cursum vsurarum fit ipso iure, etiam sine conuentione partium, & solo ministerio legis.*

4 *Compensatio non datur de credito claro, liquido, & incontrouerso, cum credito, quod tamquam illiquidum fuit in suspenso relictum.*

5 *Creditor eo magis dicitur satisfactus si post satisfactionem in calculo, & in decisione firmatam, nouos fructus ex bonis ab eo retentis percepit.*

DECISIO CCXCVI.

RETENTA facti serie, de qua in pluribus præcedentibus decisionibus cum Io. Baptista, & aliis de Columbis non acquiescerent resolutioni tamquam ipsis non informantibus captæ sub die 1. Iulii 1665. coram bon. mem. Verospio, & decisioni postmodum extensæ per R. P. D. meum Varesium, in qua declaratum fuit constare de integra eorundem satisfactione pro florenis 1500. & illorum fructibus, ita vt Cinciis Aduersariis esset dandum mandatum de manutenendo in possessione bonorum, ad quæ ipsi Columbi, vsque de anno 1655. per sententiam R. P. D. Zarate in vim vtilis Saluiani fuerunt immissi, hodie Me proponente fuerunt auditi, & nihilominus Domini steterunt in resolutis, reiectis exceptionibus datis contra duas partitas in calculo in prædicta decisione firmato, alteram nempè scut. 689. 30. ab Oeconomo receptorum, alteram scut. 111 19. pro fructibus florenorum 500. debitis Martiæ, & consequenter Cinciis ab ea causam habentibus.

Quatenus enim partita scut. 689. 30. impugnabatur eo suo prætextu, quod cedere deberet non ad computum florenorum 1500. sed in causam fructuum ratæ bonorum, ad quæ fuerunt reintegrati, vt in decisione bon. me. Peutingerii sub die 24. Maii 1652. cum aliis seqq. & sententia lata die 7. Iulii 1653.

Obseruatum fuit prædicta scut. 689. 30. fuisse à Columbis percepta sub die 10. Martii 1631. de quo tempore sicuti motum adhuc non erat Iudicium reintegrationis, cum illud cœptum fuisse prætendatur tantùm de anno 1632. vt ex præcitata sententia, ita illis nulli debebantur fructus, quorum causa dici possent creditores.

E conuerso creditum dictorum legatorum flor. 1500. erat de eo tempore, certum, & purum etiam respectu fructuum tamquam succedens loco legitimæ debitæ in bonorum Francisci Patris substantia, & ministerio legis intellectualiter † ipsis sororibus statim post mortem pa- 1
tris assignata, *ad tex. in l. scimus §. repletionem C. de inoff. testam.* Peregr. *de fideic. art. 36. num. 68 & 69.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 1. 3. & seqq.* Rota *decis. 146. in fin. part. 11. rec. in hac eadem causa coram bon. me. Peutingerio*.

Et ideò responsum non esse verisimile, quod partes voluerint solutionem factam Columbis destinare in causam de eo tempore illiquidam, immaturam, & incertam, & ipsis omnino incognitam, tamquam non adhuc natam sed tantum sub conditione, & in diem † debendam, sed 2
potius cedere in causam legatorum tunc certam, & præexistentem, & causam habentem efficacem, *l. si ex pluribus 89. §. fin. & l. si is cui 94. §. Flauius, & ibi* Bart. *ff. de solut.* Menoch. *præsumpt. 136 num 13. & 14. & cons. 21. num. 40.* Gratian. *discept. 224. num. 26.* Surd. *decis. 186. num. 7.* Rota *decis. 409 num. 14. part. 9. & decis. 141. n. 23. part. 11. recent.*

Imò cum prædicta legata ex supradictis essent de sui natura fructifera † compensatio ad euitandum cursum 3
vsurarum ipso iure, & per solum legis ministerium, etiam sine conuentione, vel expresso partium consensu inducta fuit *l. cum alter, ff. de compens. l. si constat C. eod.* Couar *in cap. quamuis pactum in 6. par. 1. cap. 4 num. 9 circa medium, vers. maximè quia* Rot. *dec. 103 num. 4 part. 8. cum alleg. in præfata decis. huius causæ extensa à R. P. D. meo Varesio*.

Quo ad aliam verò partitam scut. 111. 19. fuit magis dubitatum, quamuis enim signatura quoad florenos 500. rescripserit; Constito quod sit locus Ægidianæ, & Rota coram eodem bon. me. Verospio dixerit non esse locum, sed illos deberi Cinciis cessionariis Martiæ cum fructibus ab obitu Virginiæ, vsque ad obitum Olimpiæ, quæ in possessione omnium bonorum permansit, nihilominus Columbi habeant pro se sententiam Rotalem, quæ illis adiudicat immissionem pro integris florenis 2000. sicuti non possunt hodie directè compelli ad restituendos fructus dd floren. 500. à Signatura reseruatorum, sed expectanda est sententia reuocatoria primæ, & res iudicata, ita cum ex prædictis hæc partita reddatur turbida, & illiquida, etiam quod ipsam substantiam, vel saltem sit suspensa † afferri non potest in compensationem cum altero 4
credito illorum de Columbis claro, liquido, & incontrouerso, *l fin. C. de compens.* Afflict *dec. 381 num. 6.* Surd. *cons. 146. sub num. 4. vsque ad 8* & in terminis Rota *dec. 225. n. 19. & 20. par. 8. & dec. 74. n. 4. par. 10. rec.*

Verùm

Verum dictum fuit adhuc constare de integra, & superabundanti satisfactione eorundem de Columbis attento quod post dictam decisionem, & calculum in ea firmatum, ex qua Columbi apparent satisfacti vsque de anno 166c. ipsi continuarunt, † prout continuant in detentatione bonorum percipiendo illorum fructus per annos octo subsequentes, & vsque in hanc diem decursos, itaut subducta etiam supradicta partita scut. 111. 19. posita in eodem calculo ad eorum debitum adhuc indubitata resultet, & incontrouertibilis illorum satisfactio, ex dictis fructibus hoc medio tempore perceptis, vt ex nouo, & sequenti calculo.

Creditum illorum de Columbis in sorte florenorum 1500. qui redacti ad monetam currentem constituunt		937.	50.
Fructus debit. a die 30. Ianuarii 1627. vt in *decis. R. P. D. Zarate 21. Maii §. verùm quia*, ad rationem quinque pro singulo centenario, & anno, vt in eadem decisione §. Vnde vsque ad diem 10. Martii 1631. quo perceperunt ab Oeconomo scutor. 689. 30. ascendunt ad	sc.	192	70
Quæ insimul constituunt	sc	1130	20
Ex quibus subductis	sc.	689	30
Remansit sub die 10. Mart. 1631. creditum Columborum in	sc.	440	90
Quibus additis fructibus eorundem scut. 440. 90. ad rationem quinque vt supra, & pro annis 28. videlicet à die 10. Martii 1631. vsque ad 10. Mart. 1649 ascendentibus ad	sc.	627	26
Constituunt	sc.	1058	16
Ab anno 1655. qui fuerunt immissi, vsque ad 1659. inclusiuè perperunt ex fructibus bonorum, vt ex eorum notulis iuratis	sc.	645	21
Quibus subductis remansit illorum creditum in	sc.	412	95

Pro dictis autem scut. 412. 95. vna cum interusuriis postmodum decursis satis superque sibi satisfacere potuerunt ex fructibus ab iisdem bonis per annos nouem, videlicet per totum annum 1660. vsque ad 1668 inclusiuè perceptis, cum ex ipsis notulis iuratis ab eisdemmet Columbis datis appareat eadem bona reddere annuatim plusquam scut. 100. & sic ad eorum manus peruenisse scut. 900. & vltra.

Præsens tamen calculus factus fuit tantum ad demonstrandam in genere indubitatam, & superabundantem satisfactionem illorum de Columbis, cæterum partes erunt calculatores magis exactas rationes ponere, ex quibus dignosci possit, quid, & quantum ipsi restituere debeant, tamquam plus credito receptum, quod non est præsentis inspectionis.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. T. A I A.

Romana literarum Cambii.

Lunæ 18. Iunii 1668.

A R G V M E N T V M.

Formalitatem habent Mercatores quando volunt habere obligatam personam scribentis acceptare illius literas cambij per hæc verba *promessa, protesto, sopra protesto*, quæ paria sunt, ac si dictum fuisset, acepto honoris causa, & volo habere obligatum scribentem; idque sibi locum tenet etiamsi talis Mercator post huiusmodi acceptationem, certiorasset adhuc debitorem sibi delegatum, eique pariter scripsisset *pagare per conto suo*.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ cambii acceptatæ per hæc verba*, promessa sopra protesto, *censentur acceptatæ honoris causa.*

2 *Mercator acceptans literas cambii per ea verba*, promessa sopra protesto, *dicitur soluere tamquam tertius.*

Mercator soluens literas cambii, quando dicatur habere obligatum scribentem, non autem eum, quem scribens illi vult delegare, num. 2.

3 *Literæ Mercatorum*, d'auuiso, *non concludunt.*

Tractantur multa, quæ ad conclusionem minimè perducuntur, num. 3

4 *in Mandatis quæ resultant ex literis cambii oritur actio inter gerentem, & eum cuius negotium gestum est, atque etiam inter mandantem, & mandatarium.*

5 *Clausula*, sopra protesto, *apposita in literis cambii quid operetur, & suprà à num. 1. cum seqq.*

6 *Soluens literas cambii cum clausula*, sopra protesto, *habet obligatum non solum delegatum, verum etiam scribentem ipsum, vide supra à numer 1. cum seqq.*

7 *Solutio literarum cambii promissa cum clausula*, sopra protesto, *honoris causa dicitur promissa, & num. seqq. & anteced. vsque à princ.*

10 *Mercator soluens literas cambii cum clausula*, sopra protesto, *dicitur soluere animo se releuandi contra scribentem.*

Non autem acceptandi debitorem delegatum, ibidem.

11 *Obligatione prima firma remanente, alia, & secunda illi accedere non prohibetur.*

12 *Mercator soluens literas cambii cum clausula*, sopra protesto, *habet obligatum scribentem actione mandati.*

Soluens literas cambii cum clausula, per vostro conto *habet obligatum illum, pro quo soluitur actione negotiorum gestorum, num. 12.*

13 *Mercator si post acceptatas literas cum clausula*, sopra protesto, *scripsit etiam debitori delegato illas soluere*, per conto suo, *non sibi præiudicat quoad obligationem iam contractam cum ipso scribente, amplia, vt num. seqq.*

Res inter alios acta dicitur, quod Mercator certiorem faciat aliam personam sibi in literis cambii delegatam, num. 13.

14 *Acceptatio facta à Mercatore de persona sibi in literis delegata, post aliam præcedentem acceptationem personæ scribentis eo minus illi præiudicat, si persona delegata erat de proximo decoctura.*

15 *Decoctio proxima dicitur posteà subsecuta ad decem vel quindecim dies personæ decoquentis.*

16 *Decocturi de proximo, & antea decoctoris per, & eadem causa esse dicitur.*

D E C I S I O CCXCV.

IOANNES, & Matthæus Florentini socii scripserunt literas cambiarias Romam Bernardino, vt solueret Thomæ, & Iacobo scuta 755. 16. 10. à scudi 76. — auri stamparum pro centum valuta contaci, e ponete come s'auuisa 22. Iunii 1640. quas accepit Bernardinus iisque subscripsit, *promessa sopra protesto à di 30. detto* † quod 1
idem est, ac dicere volo acceptare mandatum, sed volo tamquam tertius soluere pro honore, & habere obligatos scribentes &c. apud Scacc. *de commerc & camb. § 2. gloss. 5. num* 358. Turr. *de cama. disput. 2. quæst. 13. num. 49 cum allegatis decisionibus Genuen. &* Rot *decis. 26. num 2. par. 5. & in causa coram Eminentiss. D. meo* Cardin. Otthobon. *decis* 118. *num. 8. & 9.*

Cum aliis ibi allegatis, maximè quod scribentes alium non delegarunt, & Bernardinus acceptans velit tamquam tertius soluere pro literarum honore, † & habere obliga- 2
tum scribentem, non autem eum, quem scribens ei vult delegare, &c. apud Scacc. *& alios.*

Nec placuit exceptio Ioannis, & Matthæi ex literis Bernardini deducta scriptis Liburnii ad Donatum, ibi, *Gio: e Matteo di Firẽze mi hãno tratti sc* 755. 16. 10. *d'oro sẽza dirmi cosa alcuna, e la loro lettera, che hò riceuuto, e delli 16.*

che ce ne doueua essere de 23. e bisogna che sia restata in dietro come seguì la passata, *e per bonor di vostra lettera l'hò promessa sopra protesto*, *e mentre*, *che mi auuisino di tramelli per vostro conto li pagarò liberamente &c.* 30. Iunii 1640. & ex similibus literis nempè *siamo alli 7. Luglio con la grata vostra de 30. passato*, *e vi dico che essendo stato il tempo hò pagato scudi 162. 10. 7. d'oro à 76. per conto trattimi per vostro conto Gio: e Matteo di Firenze*, *e datoueno debito*, *che di tanti mi darete credito*, *e la prossima*, *che sarà il tempo pagarò li 755. 16. 10. d'oro trattimi per detto vostro conto*, *detti Amici di Firenze m'hanno tratto scudi 814. 15. 6. d'oro*, *che ne hò fatta promessa per pagarli à tempo*, *e n'haberete debito &c.* ex quibus vti ex solito Ioannis, & Matthæi dirigendi huiusmodi literas Bernardino in causam Donati præsagiente quoque, & recognoscente ipso Bernardino in supradictis literis ad Donatum, ibi *per honor di vostra lettera l'hò promessa* videantur socii Florentini mandasse, & hic suscepisse mandatum in causam, & debitum donati.

Qua in primis literæ, de quibus supra erant vt dicitur *d'auuiso non di spaccio*, & sic in illis non potest fieri aliquod
3 fundamentum, † cum multa tractentur, & non concludantur &c. apud Rot. *d. decis. 26. num. 12. part. 3. & decis. 198. vers. & in hac secunda specie part. 11.*

Deinde quia dicta verba, *di vostra*, conciliantur superioribus *promessa sopra protesto*, & declarant animum Bernardini promittentis recuperandi à Ioanne, & Matthæo mandantibus, & habendi obligatos, tàm eo, quàm Donatum assignatum debitorem, cuius negotium tractabatur, & vt inquiunt Mercatores ad illum tracta spectabat;
4 † Nam in huiusmodi mandatis Tertii actio oritur inter gerentem, & eum cuius negotia gesta sunt, & pariter inter mandantem, & mandatarium, *l. si mandatum 14. Cod. de negoc. gest.* & in specie nostra Turr. *d. qu. 18. num. 40. & à num. 67.* & ponderatis verbis, *sopra protesto*, respon-
5 dit † Rota inter ipsum Bernardinum, & ipsos Thomam & Iacobum, quibus erat soluenda summa scut. 755. 16. 10. *in decis. coram R. P. D. Ghislerio 23. Aprilis 1646. §. non ob-*
6 *stat ibi* dicta clausula *sopra protesto*, † operatur vt acceptans literas cambii habeat obligatum non solum delegatum in literis, verum etiam scribentem, & mandantem.

Demum quia Bernardinus statim adiecit, *sopra prote-*
7 *sto*, † & ita *per honor di vostra lettera*, quod erroneum videtur, & dicere debebat, *per honore delle loro lettere*, concordante clausula, *sopra protesto*, quæ ostendit errorem Ministri scribentis literas non autem Bernardini subscribentis.

Quod si acceptatio, *sopra protesto*, non compateretur vtramque obligationem scribentium literas, & Debitoris in literis assignati, sed sola scribentium eò impossibiliùs
8 est, vt ità loquamur, Bernardinum † honorasse literas Donati vti à scribentibus debitoris assignati, cuius fidem sequi noluit protestando ipsi solutionem, *sopra protesto*, ex supra allegatis.

Et error eò magis conuincitur, quia Ioannes, & Matthæus non notificauerant Bernardino tractum spectare ad Donatum, ibi, *detti Amici di Firenze mi hanno tratto scudi 755. 16. 10. senza dirmi cosa alcuna*, & absque denunciatione, voluit acceptare literas in computum illius vsque ad futuram certiorationem faciendam à scribentibus, ibi, *e mentre mi auuisino trarmeli per vostro conto li pagarò liberamente &c.*

Eoque magis quia ex literis posterioribus Ioannis, & Matthæi ad ipsum Bernardinum 17. Iulii 1640. ipsi Ioan-
9 nes, & Matthæus senserunt † de honore suarum literarum, ibi, *volsui pagare sopra protesto per honorare la nostra lettera*, & quomodocumque sit Bernardinus subscripsit, *l'hò promessa sopra protesto*, hoc est etiamsi in literis fuisset expressa causa Donati, nihilominus velle soluere animo se reualendi contra scribentes, & repetendi ab illis
10 † non acceptandi debitorem sibi delegatum pro regressu, iuxta receptam Mercatorum consuetudinem, ex supradictis, & maximè, ex Rota *Ianuen. decis. 6. num. 6.* & in puncto, & causa Rota *d. dec. 118 num. 6.*

Neque clausula illa, *mentre m'auuisino* (Ioannes, & Matthæus socii mandantes) *di trarmeli per vostro conto li pagarò liberamente come hò detto del trattomi la passata &c e la prossima, che sarà il tempo pagarò li sc. 755. 16. 10. d'oro trattimi per d. vostro conto dd. Amici di Firenze, e n'hauerete debito.*

Quia nihil prohibuit Bernardino stipulari etiam à Donato, quod sibi Ioannes, & Matthæus debebant, & manere pristinam obligationem, † & secundam ei acce- 11
dere, *§. præterea nouatione instit. quib. mod. toll. oblig. l. vltim. C. de nouat.* & in puncto, & causa huiusmodi negocii *sopra protesto*, obligatis Ioanne, & Matthæo † mandati, *e per* 12
vostro conto, obligato Donato actione negotiorum gestorum Turr. *d. quæst. 13. à num. 4. & à num. 67.* Rot. *d. dec. 118. d. num. 6. & 8.*

Et quia vt literæ à Bernardino scriptæ fuerunt Donato est res inter alios acta, & sicut non potuisset nocere Ioanni, & Matthæo si Bernardinus liberè, & sine protestu promisisset soluere literas Cambii, quod postmodum significasset Donato, quod acceptauerat *sopra protesto* ita in casu contrario dum illas primum promisit soluere *sopra protesto*, & hoc pro potiori cauthela eadem die acceptationis scribentibus, & posteà sepiùs significauit, & hoc animo persoluit, non † potest prodesse, quod diuersi- 13
modè scripserit Donato ipsa *Rubrica C. hoc titulo res inter alios acta &c.*

Et quia post scriptas literas à Bernardino 30. Iunii res non erat integra † proximè decocturi Donati 6. Iulii se- 14
quentis, & publicati in Vrbe 14. eiusdem mensis, Rota *decis. 664. in fin. part. 1. & decis. 345. à vers. verum quia maximè à num. 8. part. 5. recent.* & amplius proxima decoctio dicitur † ad decem, & ad 15. dies posteà decoquentis, Grat. 15
discept. 768. num. 10. Rota coram Buratt. *decis. 9. num. 2. & decis. 104. num. 1.* in quibus par est causa citò decocturi, † 16
& antea decoctoris.

Et obseruatum est ex facto, quod Ioannes, & Matthæus scripserunt: *Bernardino 17. Iulii*, *si è hauuta in questo punto la vostra de 14 con la quale ci dite non hauerui pagato li scudi 755. 16. 10. d'oro, che erano maturati esso giorno della nostra lettera accettata sopra protesto per non hauer trouato da ricambiare, che questo è poco male mentre volsui pagare sopra protesto per honorar la nostra lettera*, & post has literas in libris Ioannis, & Matthæi fuisse reuocatum Creditum in debitum Donati, ibi: 1640. *Donato di contro dare à di 15. Decembre scudi 755. 15. 8. sono per la valuta di scudi 753. 16. 10. simili che à 7. per cento si trasfero in di 22. Giugno prossimo preterito per detto Donato à Roma à Bernardino per la valuta contati in Tomasso, & Iacomo, harebbe gl'hauesse accettati sopra protesto non gl'hà voluti pagare, & ottenutane sentenza, imperò se ne torna à dar debito à detto Donato*, cui renouationi constantissimè perstiterunt etiam si dicta sententia pro Bernardino lata fuisset postmodum reuocata, quo maximè probatur Ioannem, & Matthæum acquieuisse, & semper agnouisse Donatum & debitorem.

Multa pariter controuertebant partes in primis de damnis, & Interesse Bernardini maximè, quod Ioannes, & Matthæus superlucrati sint, & facti locupletiores cum iactura ipsius Bernardini, & de magna quantitate, & merce frumenti accepti, ac distracti post decoctionem donati, eo non citato, nec audito, & de aliis, de quibus vti extra dubium nihil Domini resoluerunt, & vnicuique sua iura indecisa, & integra reliquerunt.

Ex quibus visum est mandatum A.C. esse iustificatum & propterea exequendum vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Lucesi Parochialis.

Lunæ 18. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus requisita ad effectum obtinendi illius institutionem, sunt vacatio Beneficij, existentia Iurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentationem infra legitima tempora à Patronis existentibus in quasi possessione præsentandi fuisse factam coram Ordinario instituere debente, quibus concurrentibus semper institutio conceditur, reiecta quacumque disputatio ne super pertinentia eiusdem Iurispatronatus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad Beneficium de iurepatronatus, vt obtineat institutionem, quæ probare teneatur, & num.* 10.

2 *Vacationis beneficii probatio resultat ex confessione vtriusque partis ex eadem va catione venientis.*

3 *Iurispatronatus existentia probatur ex confessione Ordinarii dicentis illud per Abbatem fuisse translatum in mensam.*

Confessio in materia iurispatronatus plenè probat contra confitentem, num. 3.

4 Concil. Trident. sess. 25. de reformat. *adducitur.*

5 *Iuspatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis, & quando.*

6 *Ordinariorum sententiis defertur plurimum in materia iurispatronatus.*

Episcopi non solent ita facili pronunciare fauore iurispatronatus in præiudicium libertatis beneficiorum, & sui num. 6.

7 *Pertinentia iurispatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis.*

8 *Iurispatronatus pertinentia etiam ab vnica præsentatione probatur.*

Præsentatus ad beneficium iurispatronatus à patrono etiam per vnicam præsentationem existente in quasi possessione præsentandi.

Institui debet reiecta quacumque disputatione super pertinentia iurispatronatus, num. 8.

9 *Iurispatronatus annexum Castro non pertinet ad dominum directum ipsius Castri, benè tamen ad dominum vtilem.*

DECISIO CCXCVI.

VACANTE Parochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ de Tuymil Lucen. Diœcesis per obitum Petri Fernandez vti possidens locum de Ijmer cui ius præsentandi Rectorem ad dictam Parochialem supponitur annexum Ioannem Lopez de Coto præsentauit Ordinario qui nihilominus prætendens dictum Iuspatronatus ad ipsam mensam Episcopalem spectare vigore cuiusdam concordiæ initæ cum Abbate Sancti Iuliani de Samos eiusdem loci de Ijmer asserti Domini directi non attenta dictæ Claræ præsentatione Petrum de S. Iurio in examine approbatum instituit. Dictaque institutione per D. Nuncium Hispaniarum confirmata. Deuoluta postmodum in gradu appellationis causa ad R. P. D. bon. mem. Verospium hodiè dubio à me proposito in eius locum subrogato. An Ioannes esset instituendus Domini ipso tantum informante affirmatiuè responderunt.

Quia visum fuit omnia ad hunc effectum requisita

1 concurrere, † nempè Beneficii vacationem, Iurispatronatus existentiam, præsentati habilitatem, & præsentationem intra legitima tempora à Patrono in quasi possessione præsentandi existente factam coram Ordinario. Instituere debente, *capitulo decernimus, & cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus, & ibi Abbas num. 12. de re Iudic. cap. dilectus, & ibi glos. verbo plus Iuris de off. legat.* Rota *decis* 337. *num.* 1. *par.* 2. & *dec.* 402. *in princ. par.* 7. *rec.* & *alibi passim.*

2 Vacatio enim eiusdem Ecclesiæ fuit probata † ex confessione vtriusque partis ex eadem vacatione venientis, Oldradus *cons.* 229. Duran. *decis.* 244. *num.* 1. *in rec. decis.* 544. *num.* 4. *part.* 4.

Existentia Iurispatronatus præter quàm quod ab ipso Ordinario admissa videbatur eo ipso quod translatum

3 aiebat per Abbatem in mensam, † & talis confessio ad hunc effectum sufficienter probat contra confitentem, Mantic. *decis.* 318. *sub num.* 3. *latè addentes ad decisionem Gregorii* 452. *num.* 22. Iustificata etiam videbatur iuxta

4 † formam, Sacri Concilii Tridentini *sess.* 25. *de reform.* per plures præsentationes effectuatas per spatium 40. annorum, & vltra. Prima scilicet de anno 1621. altera de anno 1641. tertia, prout etiam quarta, & videlicet anni 1652. iuncta fama de qua deponunt tres testes *Summario num.* 10. Ex quibus cum non agatur de per-

5 sonis de vsurpatione suspectis Iuspatronatus † benè probatur, Rota coram Merlino *decis.* 850. *num.* 1. Duran. *decis.* 413. *num.* 2. Royas *decis.* 223. *num.* 10. *in recent. decis.* 77. *num.* 1 *part.* 1. *decis.* 233. *num.* 10. *part.* 9. accedentibus insuper tot sententiis ab Ordinario latis in quibus pluries declaratum fuit hanc Parochialem esse de Iurepatronatus annexo dicto loco de Ijmer & præsentationes factæ à dicti Loci possessoribus tamquam à veris patronis factæ admissæ fuerunt, cum subsecuta Præsentatorum institutione huiusmodi enim Ordinariorum sententiis † multum in hac materia solet 6
deferri, cum illas non soleant ita de facili contra Beneficiorum libertatem, & in sui, ac mensæ præiudicium proferre, Gabr. *cons.* 198. *num.* 4. *lib.* 2. Gregor. *decis.* 58. *num.* 3. Buratt. *decis.* 142. *numer.* 12. Duran. *dec.* 413. *num.* 3. *in recent. dec.* 298. *num.* 3. *par.* 8.

Pertinentia verò ad fauorem Claræ cum illius quasi possessione præsentandi satis superque visa fuit constare ex supradictis tribus vltimis, & immediatis vacationibus, & præsentationibus effectum sortitis † 7
in quibus ipsa Rectores Institutos vnum post alium successiuè, præsentauit promotore Fiscali semper citato, & contradicente *Textus in cap. querelam* 24. *de elect.* Rot. *decis.* 199. *num.* 6. *part.* 10. *decis.* 240. *numer. pariter* 6. *part.* 11. *recent.* coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 230. *numero* 5. & *in Compostelana Parochialis* 22. *Aprilis* 1667. §. *autem coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Cum tamen vnica, & vltima per se sola sufficeret ad effectum, vt ipsa Clara dicatur in quasi possessione præsentandi, † & 8
Ioannes ab ea præsentatus sit instituendus reiecta disputatione super pertinentia per claram dispositionem *Text. in cap. consultationibus de Iurepatronatus* Lambertinus *eodem tractatu parte prima lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 11. *numero primo* Abbas *consil* 54. *numero* 2. *lib. primo* Buratt. *decis.* 633. *numero primo* & *ibi* Adden. *num.* 13. Duranus *decis.* 87. *num.* 8. Penia *decis.* 1630. *num.* 3.

Ex his cessabat vnicum obiectum ex aduerso fundatum in eo quod in vltima ex dictis sententiis asseritur locum de Ijmer fuisse de dominio directo Monasterii, & Abbatis Sanct. Iuliani de Samos à quo asserebatur cessum, & translatum Ius præsentandi ad fauorem Episcopi, & mensæ Episcopalis, quia cum Iuspatronatus annexum Castro non pertineat ad Dominum directum Castri nisi illud in concessione sibi reseruauerit, † sed ad Dominum vtilem, 9
Text. in cap. ex literis 7. vbi gloss. ibique Cardinalis, & Abb. *in principio cum communiter*, scribentibus, & de tali reseruatione non constat, neque de dominio contraria obseruantia ex supra ponderatis resultans contrarium suadeat, non potest Episcopus cessionarius allegata cessione iuuari, & † Ioanni suffi- 10
cit se fuisse præsentatum à Clara in quasi possessione præsentandi existente ad effectum, vt ex supradictis veniat instituendus.

Habilitas eiusdem Ioannis non fuit in aliis instantiis in partibus controuersa, nec illius præsentatio intra quadrimestre.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.
Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 18. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Se accollauerat emptor quamplura venditoris debita vsque ad summam rei emptæ. Hinc prætendebant creditores illum compellere vltra quantitatem pretii conuenti, ex generalitate, & vniuersalitate verborum, ac etiam ex obseruantia, quia alios creditores vltrà dictam summam dimiserat, quod tamen illis nullatenus fuit concessum.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio per integram solutionem remansit extincta.*
2 *Accollatio euanescit per solutionem pecuniarum accollatarum.*
3 *Dictio in iuncta accusatiuo significat* vsque.
4 *Verba generalia, & effrenata quamuis suam generalitatem retineant respectu qualitatis debitorum, restringuntur tamen circa quantitatem ad terminum limitatum.*
5 *Verba apta comprehendere etiam omnia debita, respectu summæ restrictionem à quantitate conuenta recipiunt.*
6 *Intellectus à verbis instrumenti alienus, simulque etiam ab omni verisimilitudine recipiendus non est.*
7 *Obligatio restringenda est secundum verba instrumenti, atque secundum ipsam verisimilitudinem.*
8 *ad Soluendum creditoribus velle teneri, eosque velle posse repellere de directo repugnat.*
9 *Venditio ita contrahi potest, vt illius pretium pro parte sit certum, pro alia verò parte incertum.*
10 *Pretium rei venditæ potest pro parte in pecunia consistere, pro alia verò parte in accullatione.*
11 *Contrahentes aliquid facere potuisse non attenditur, si constat illos id facere noluisse.*
Potestas non curatur, vbi deficit voluntas, numer. 11.
12 *Pactum consecutiuum ad accollationem illam ampliare non debet.*
13 *Obseruantia, vt creditoribus proficiat, debet de necessitate concludere.*
14 *Accollatarius soluens vltrà debitum de mandato iudicis sibi non præiudicat.*
15 *Obseruantia requirit actus liberos, & voluntarios absque vlla coactione, & contradictione.*
16 *Obseruantia contraria verbis instrumenti non attenditur.*
Obseruantia non aliam vim obtinet, quàm meræ coniecturæ, num. 16.

DECISIO CCXCVII.

PETRVS Vincentius de Caualeriis, vti Adriani hæres, & Dominici Patris sui Procurator vendidit quædam bona Bernardino Maffeo pro pretio in totum scutorum 30000. monetæ. In quorum solutionem assumpsit in se emptor, & accollauit onus soluendi Iuliæ Serlupiæ scuta 800. totidem Iuliæ Petroniæ, & Camillæ de Caualeriis scutorum 12000. pro earum dotibus in totum scutorum 28000. præterea assumpsit in se omnes Census in lista Notario consignanda, & omnia demum, & quæcumque debita hæreditaria dicti Adriani quandocumque, quomodocumque, & qualitercumque notificari possent, & aliquo quouis modo reperiri in dicta hæreditate huius promissionis vigore quantumuis Maffeus iam soluisset debita æquantia integram summam scutorum 30000. attamen insurrexerunt Comites de Oddis, vti cessionarii Iurium Census scuta 7533. in sorte debiti à Marchione Vincentio Vitellio sub fideiussione dicti Adriani, & mandatum obtinuerunt pro summa scutorum 4000. quod hodie Domini censuerunt non esse exequendum,
1 quia emptoris obligatio † per solutionem integri pretii scutorum 30000. elisa penitus, & extincta remansit, *vulg. §. 1. I stit. quibus mod. tollitur obligat.* & in specie quando
2 per solutionem pecuniarum euanescat accollatio debiti Rota *decis. 251. num. 15. vers. & tollitur, & num. 16. part. 6. recent.*

Nec releuare visum fuit quod accollatio prædicta loquens de omnibus, & singulis debitis hæreditariis Adriani, quæ quandocumque, quomodocumque, & qualitercumque notificari possent restringi non debeat ad debitam summam scutorum 30000. In totum non excedentia Quoniam ponderatum fuit contrahente in ipso principio Instrumenti expressisse solutionem dictæ summæ quasi terminum limitatum, vsque ad quem extendi debuerat obligatio, nec vlterius progredi, ibi: *In quorum scutorum 30000. monetæ Integri pretii omnium dictorum bonorum solutione dictus Emptor assumpsit, &c.* attenta præsertim dictione illa, *In*, † quæ iniuncta accusatiuo significat, 3
Vsque, Alciat. *in l. si quis sic dixerit 133. num. 2. propè finem vers. propositio enimvero, ff. de verb. signific.* Vulpell. *de pre. pos. ad verb. & coniunct. in dictione in num. 2. post med. vers. & cap.* Bertazz. *de claus. claus. 26. gloss. 4. vers. sed quando* Barb. *de dict. 152. n. 15.*

Hinc subsequentia verba quantumuis generalia, & effrenata retinere quidem possunt suam generalitatem respectu qualitatis debitorum, † sed circa quantitatem 4
restringi debent ad terminum limitatum scutor. 30000. *l. hæres meus 48. §. duo statuæ, ff. de legat. l. 1. in princ. ff. de auro, & argent. leg.* Aret *cons. 161. num. 4.* Surd. *cons. 551. n. 23.* Honded. *cons. 63. num. 44. lib.* 1. & de similibus verbis alioquin aptis † omnia debita comprehendere, Oldrad. 5
cons. 8. num. 1 quem retulit, & sequutus est Ant. de Butr. *in cap. dilecti nu. 5 vers. quæro primo de donat.* ibique Barbat. *num. 8.* & in his terminis Rota *decis. 361. num. 2. par. 3. recent.*

Idque ita contrahentes verè sensisse constat ex lectura Instrumenti in quo verbis rotundis dicitur totum, & Integrum pretium omnium bonorum venditorum esse scuta 30000 ex quo sequitur accollationem in eius solutionem factam intra hanc eandem summam esse pernecesse restringendam † alioquin si eam excederet pretium 6
non fuisset totum, & integrum in scuta 30000. sed in summa longè maiori, quod non est dicendum, vti alienum à verbis dicti Instrumenti, & ab omni verisimilitudine, vt optime ponderatum fuit *in decis.* 510. *num 6. post* Cenc. de cens. & in hoc proposito † restringendæ obligationis, Rota *decis. 361. num. 4 part. 3. & in Romana. seu Ianuen. Pecuniaria 11. Februarii. 1665. §. & quid. obligatio coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano.* 7

Comprobatur hic intellectus ex pacto specialiter inito de repportanda Iurium cessione à creditoribus, quibus soluebatur ad effectum repellendi quoscumque alios Creditores posteriores, quod aperte innuit non intellexisse contrahentes omnes indistinctè dimittere cum repugnet de directo velle teneri eis soluere, † & velle eos posse repellere, vt fuit consideratum *in dicta Romana, seu Ianuen. Pecuniaria 11. Febr. 1655. §. & quando obligatio in princip.* 8

Non obstat, quod ita possit contrahi emptio, & venditio, † vt pro parte pretium sit certum, & pro parte incertum, *l. hæc venditio 7. §. vltimo, ff. de contrahend. empt.* & in specie, quod ita possit contrahi, vt pretium partim consistat in certa pecuniarum summa, † & partim in accollatione debitorum etiam incertorum, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 14. numer. 115.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 47.* 9 10

Responsum enim fuit, quod partes dum expresserunt totum, & integrum pretium esse scutorum 30000. voluerunt illud pro tali summa esse tantùm, *pro parte*. Vnde quidquid sit de potestate aliter contrahendi de qua loquuntur præcitatæ auctoritates † de ea curandum non est, quando (vt in præsenti) constat deficere voluntatem *cap. cum super 23. ad fin. de offic. deleg* Bald. *cons. 326. num. 2. lib 1.* Dec. *cons 190. num. 3. vers. nam in quolibet actu.* 11

Neque in comprobationem voluntatis, eo modo contrahendi visum fuit releuare, quod vltra generalia verba accollationis de quibus supra, fuerit appositum etiam supradictum pactum, quod in euentum in quem superuenissent quicumque alii creditores Adriani, siue essent anteriores, siue posteriores dotium dictarum Mulierum, & aliorum Creditorum à dicto emptore, vt supra accollatorum teneretur idem Emptor Dominicum, & Petrum Vincentium indemnes releuare à quibuscumque molestiis eis quomodolibet inferendis, quia huiusmodi pacti verba commodè pati possunt restrictionem, vt intelligantur de Creditoribus intra dictam summam scutor. 30000. & eam pati debent, tum ad euitandam repugnantiam cum aliis verbis supra ponderatis, tum quia hoc est pactum, quod stat consecutiuè ad ipsam accollationem, † quam proinde ampliare non debet, Coccin. *decis. 207. numer. 19.* 12

Minusque obstitit, quod Maffeus Empeor soluerit debita excedentia summam hanc scutorum 30000. ex quo Comites de Oddis desumere prætendebant obseruantiam quæ interpretata fuerit animum Contrahentium non restringendi accollationem ad hanc summam præterquam, *enim idem Maffeus alias ab ipsis de Caualeriis emptiones, & respectiuè accollationes fecerat quibus cum allegatæ solutiones referri possint, dubium redditur.* An

illæ

illæ huic vltimæ adſcribi debeant, ex quo deſtruitur ob-
13 ſeruantia, † quæ vt Creditoribus proficere deberet de neceſſitate concludere, Coccin. *deciſ.436.num.1. ad fin. & in recent.deciſ. 18.num.28.part.9.* Animaduerſum fuit ſolutiones prædictas vltra ſumma ſcutorum 30000 factas non fuiſſe voluntariè, ſed coactè, & cum mandatis Iudicum,
14 † & propterea deficit etiam ex hoc obſeruantia, quæ re-
15 quirit actus liberos, & voluntarios † abſque vlla coactione, ſeu contradictione geſtos, Rota *deciſ.615. num. 13. & 697.numer. 17.part.4.tom.3.& ſequenti numer. 9. part. 9.recentior.*

Et in omnem Caſum verba Inſtrumenti viſa ſunt adeò clara, vt contraria obſeruantia, quatenus adeſſet offuſca-
16 ri nequeat, † cum illa nihil aliud obtineat, quam vim meræ coniecturæ in caſibus dubiis, Rota *dicta deciſ. 697. num.10.par.4.tom 3.rec.& alibi paſſim.*

Et ita vtraque &c.

Præſens Deciſio fuit confirmata coram eodem Eminentiſſimo Domino Cardinali Carpineo ſub die 28. Ianuarii 1669.

R. P. D. OTTALORA.
Poſteà Præſide Granateſi.

Ciuitatis Caſtellanæ Bonorum.

Lunæ 18. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quæ non niſi ad limites captæ poſſeſſionis conceditur extendi non poteſt ex eo quod bona in teſtamento, quorum poſſeſſio capta eſt fuerint expreſſa, vel per dictionem *in circa*, vel certis finibus deſignata, quia dictio *in circa* modicam tantum extenſionem admittit, deſignatio verò certorum confinium non ſemper denotat poſſeſſionem vniuerſalem teſtatoris de omni, & toto eo quod ſub dictis finibus continetur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio ſolùm conceditur ad limites captæ poſſeſſionis.*
2 *Fideicommiſſarius agens vigore fideicommiſſi non poteſt ſe extendere ad bona, quæ non probantur fideicommiſſaria.*
3 *Clauſula* in circa *non admittit extentionem niſi in modica quantitate.*
4 *Clauſula* in circa *extenditur ſolùm vſque ad decimam partem, non autem vltra.*
5 *Diſpoſitio comprehendit ea omnia, quæ continentur intra fines expreſſos, ſed vide num. ſeq.*
6 *Text.in* l. Æde ſacra, ff.de contrah. empt. *declaratur & num. ſeqq.*
7 *in Contractu diſpoſita continent ea omnia, quæ conſiſtunt intra fines expreſſos, ſecus autem in vltimis voluntatibus.*
8 *Diſpoſitio quæ non loquitur indefinitè, & ſimpliciter ſed vltrò adiicit quantitatem, & menſuram, tunc ſemper ad illam reſtringitur.*
Fines in aliqua diſpoſitione enunciati, an & quando probent bona intra ipſos fines contenta ſub eadem diſpoſitione comprehendi, num. 5 & ſeq.
9 *Poſſeſſio alterius intra fines in al.a diſpoſitione enunciatos, excludunt poſſeſſionem vniuerſalem diſponentis, eamque reſtringit ad ſolam poſſeſſionem verè probatam.*
10 *Poſſeſſio etiam ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione Aduerſarii petentis immitti.*
11 *Approbatio ſententiæ non extenditur vltra illam.*
Conſenſus præſtitus executioni intelligitur de executione iuſta, non exceſſiua, num. 11.
12 *Exceſſui nemo conſentire præſumitur.*
13 *Clauſulæ cum iuribus, & pertinentiis non augent quantitatem expreſſam, ſed comprehendunt ſolum appendices, & acceſſiones fundo inſeruientes.*

DECISIO CCXCVIII.

IOANNIS Carolus Anaſtaſius hæres fideicommiſſarius q. Laurentiis de Arignano pro vindicandis nonnullis bonis fideicommiſſi, & præcipuè Prædium in Vocabulo Vallis Nucis, quod Teſtator deſcripſerat in ſuo teſtamento eſſe rub.22.circiter cum octo falciatis Prati cum aliis ſuis Confinibus, Iudicium immiſſionis inſtituit contra Iulium Pupium Detentorem, & ſententiam fauorabilem reportauit, quæ dedit cauſam tranſactioni, in qua Anaſtaſius renunciauit omnibus iuribus ſibi quomodolibet competentibus ex dicto fideicommiſſo ſuper aliquibus bonis, & vice verſa Pupius immiſſionem approbauit, quo ad dictum Prædium, & reliqua bona in dicta ſententia expreſſa.

Cum autem idem Anaſtaſius occupare intenderet, nedum rubra 22 cum octo falciatis dicti Prædii, ſed etiam quamdam Domum ab eo diſiunctam cum aliis 20. falciatis alterius Prati orta denuò controuerſia inter partes poſt emanatas extrà Rotam ſententias hinc inde tandem Cauſa fuit mihi commiſſa, qui cum dubitaſſem, an & cui danda ſit manutentio Domini quoad rubra 22. cum octo falciatis dandam eſſe Anaſtaſio, & quoad reliqua dandam eſſe Pupio reſponderunt.

Inſpecto enim mero poſſeſſorio Anaſtaſius non probauit ſuam poſſeſſionem, niſi in dictis rubr.22. cum octo falciatis in quibus fuit tantum à Iudice immiſſus, vt conſtat ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis *Summ.* Pupii *num.2.* † 1
Vndè vltra dictam quantitatem petere nequit manutentionem, quæ tantum conceditur ad limites captæ poſſeſſionis, *vulg.§.retinen.inſtit de interdict.* Rot. *dec.15.num.13. par.6.rec.& alibi paſſim.*

Idque etiam manifeſtè conuincitur inſpecto bono Iure, quia non conſtat Inſtitutorem fideicommiſſi poſſediſſe integrum Prædium, quod eſt rubr.38.ſed potius probatur contrarium. Tum ex aſſertione eiuſdem deſcribendo ſolùm petium terræ rubr.22. cum octo falciatis tum ex poſſeſſione capta per primum hæredem grauatum ſuper hac tantum præciſa quantitate dicto *Summ num. 1.* Tum ex confeſſione ipſius Anaſtaſij emiſſa in monitorio, in quo petiit ſibi relaxari poſſeſſionem petii terræ in Contrada Vallis Nucis rubr. 22. cum octo falciatis Prati. Tum denique ex eademmet ſententia immiſſionis reportata, ac poſſeſſione illius vigore apprehenſa limitatiuè ad rubr.22. circiter cum octo falciatis allegato *Summ.num.2.* Ac proinde Anaſtaſius agens vigore fideicommiſſi † nequit ſe ex- 2
tendere ad alia rubr.16.quæ non probantur fideicommiſſaria, Pereg *de fideic.art.44 n.43.* Surd *dec.339.n.1.*

Nec quidquam operatur dicta clauſula *In circa* adiecta in teſtamento, quia non admittit extenſionem, † niſi in 3
modica quantitate, iuxta *gloſſ.in cap. 1.§.penult. verſ.Circa illum de off.ordinar.in 6* Corn. *conſ.59.n.5.& 6.lib.4.* Rota *dec.75.num.3 par.2.rec.* quæ modica quantitas † exempli- 4
ficari ſolet in decima parte Greg. *dec.128.n. 6. & deciſ.93. num.8 par.9. rec.*

Minus releuat, quod Teſtator deſcripſerit Prædium cum ſuis Confinibus. Ideoque quidquid intra dictos fines continetur prout ſunt Domus, & 20. falciatæ Prati modo controuerſæ præſumatur fideicommiſſarium, † quia 5
vltra quod Confine Antonii Pagliæ à Teſtatore deſignatum non cohæret, vt prætenditur cum dictis 20. falciatis, ſed propè illas poſſideat Franciſcus, & Fratres de Paleis, qui non habent Cauſam à dicto Antonio, regula deſumpta ex † *Text.in l. Æde Sacra, ff de contrahend. empt.* quod 6
ſub diſpoſitione veniant omnia, quæ continentur intra fines expreſſos tres patitur limitationes in propoſito applicabiles, quarum prima eſt, vt procedat in contractibus, non † autem in vltimis voluntatibus, Surd *conſ. 13.* 7
num.2.& 35. Seraph *deciſ. 123. num.3.* Altera, quod quando diſpoſitio non loquitur indefinitè, & ſimpliciter de Prædio, † ſed vltrà corpus exprimit certam menſuram, 8
expreſſam, Curt. Sen. *conſ.81.num.8.* Rot. *in Ariminen.bonorum 29. Aprilis 1661.§. non obſtat. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Tertia denique, quod ſi intrà fines deſignatos reperiuntur alii poſſeſſores. Tunc ceſſat legalis præſumptio, † & 9
ſub diſpoſitione non cadit, niſi illa pars, quæ verè probatur à diſponente poſſeſſa, Hieron. à Mont. *de fin. cap. 96.*

voluere, Bald. *in l. fin. num. 42. C. de edict.* D. Adr. *tollen. aliique relati per* Decian. *cons. 524. numer. 4.* Quoniam in
5 contrarium † sunt *text.* aperti in *cap licèt ex quadam, § fin. in verbo gradus de Test. in cap. tua de consang & affin. ac docet gloss. in cap. series verbo in primo gradu de Test.*

Nec releuat, quod Felix prætendat se coniunctum pari consanguinitatis gradu, vt exindè nomine proximioris de parentela æquè benè comprehensus, meritò ab Executoribus nominatus, & ab Ordinario fuerit admissus. Quoniam huic obiecto occurrunt præcedentes decisiones bo. me Verospii, & Reuerendissimi Gerundeñ, duplici responsione, & vtraque nunc Prima habita pro subsistenti.

6 Prima scilicet, quod Felix hanc consanguinitatem † non benè probauit per gradus omninò distinctos, vt requiritur à *tex. in cap licèt ex quadam de test.* Et sicut illam probauit Fatius. Nam primus ex Testibus ab ipso inductis licèt deponat ex Tullia ortum fuisse Oliuerium Patrem Fælicis, tamen nil aliud postea concludit, quam parentelam in genere his verbis: *D. Felice è stato sempre tenuto parente, e stretto in parentela non solo di D. Vanna, mà anche di D. Anibale Fatii.* Alter verò licèt descendat ad magis distinctam specificationem graduum, referens Vannam fuisse sororem Tulliæ, & respectiuè Matrem
7 Annibalis, tamen hoc solùm deponit de auditu, † nec exprimit à quo tempore, nec à quo audiuerit, & ideò prorsùs inefficax est eius depositio, Abb. *in dicto cap. licèt ex quadam num. 12. de Test.* Rota *in puncto similis depositionis in decis. 288. num 1. & seqq par 2. diuers. & in dec. 211. num. 11. Reuerendissimi Royas.* Aduertendo præsertim, quod respectu Tulliæ deponit de fama per verba præsentis temporis: *Quale Oliuiero si dice fosse figliuolo di Tullia.* Vn-
8 dè venit, quod fama hæc, lite pendente, suborta † prorsùs inefficax reputatur, Rota coram Puteo *decis. 1. de probat. coram Mantic. decis. 162. num. 4. & cor. sanct. mem. Gregor. XV. decision. 517 numer. 16.* & notatur in discursu posito *post dictam decisionem 288. versic. præterea parte 2. diuers.*

Altera responsio prædictarum decisionum fuit, quod licèt Testator iussisset proximiores de Parentela præferri,
9 † quorum appellatione tam agnati, quam Cognati regulariter includuntur, iuxta doctrinam Bart. *in l. cum quidam, §. quod dicitur num. 1. ff. de acquir. hæredit.* tamen præsumi posset ipsum de sola agnatione intellexisse, quod euidentissimè demonstrauit, siue tacita illius intentio ex eo deducta, quod Cincium præsentem Testamento illique optimè cognitum, & alioquin habilem ad hanc Ca-
10 pellaniam obtinendam nullatenùs considerauerit, † quinimò mandauerit eligi Capellanos amouibiles per quindecim annos donec aliquis de Parentela idoneus efficeretur; siue expressa, ex duobus Executoribus manifestata, à quibus de eligendo Fælicem requisitus, non aliam huius exclusionis rationem assignauit, quam istam quod imò proximiores de parentela agnatos dumtaxat comprehendere decreuisset. Cui assertioni non modica est adhibenda fides, quia in interpretando dubiam Testan-
11 tium voluntatem, † totum deferta Executoribus Testamentariis ad plenè tradita per Bart. *in l. Teopompus, ff. de dot. præleg.* Bald. *cons. 259. num 1. vol. 4.* Anchar. *cons. 329. num. 2. in fine, & numer. 3.* Paris *cons. 26. nu. 29. & 30 vol. 4* cum aliis relatis per Card Mantic *de coniect. lib. 3. tit. 1. num. 21. & 22. & vberius in decis. bon. mem. Verospii §. præterquam enim.*

Huic verè interpretationi non obstitit replicatio, quod in tantùm à Testatore neglectus fuerit Cincius, in quantum tunc temporis munus Parochi gerebat. Præterquam enim hæc ratio diuinatiua directò repugnat rationi à testibus assignatæ, & susceptæ ab ore fundatoris, quod eius voluntas erat, vt Capellania ab illis de Domo sua possideretur, ex hoc etiam prorsùs inreleuans dignoscitur talis replicatio, quod Cincius licèt Parochi munus obiret,
12 † incapax exindè non erat obtinendi Capellaniam cum sola obligatione celebrandi absque onere id explendi per se ipsum, & non per alium, vt latissimè probatum fuit, in dicta *Mediolanen. Capellaniæ §. neque ex recensitis cum quatuor seqq. coram me.*

A consequutione denique huius Capellaniæ non poterat Cincius Ioannem excludere sub prætextu incapacitatis ex quo aliud beneficium possideret, quia cùm ille ab Executoribus prælectus duo pariter beneficia obtine-
13 ret, † non poterat damnare in Ioanne, quod in se ipso approbauerat, *Canone nihil iniquius 32. quæstion. 6.* & in puncto huius exceptionis de pluralitate Beneficiorum † determinat, *text. in cap. cum Ecclesiæ de except.* 14

Et re vera, vt magistraliter obseruauit prima decisio Reuerendissimi Gerundensis nullum aderat incapacitatis obstaculum, siue illud ex lure communi proueniret,
† vetanti plura sub eodem tecto beneficia obtineri in *cap. literas in fin. de Præs.* Abb. *cæterique scribentes in Clem. vnica eodem tit.* quia hoc non procedit in Beneficiis difformibus, † vt in simplici cum Capellania, obligante ad solam celebrationem Missarum certis diebus, vel in Canonicatu, & Cura, & in similibus, Lap. *alleg. 116. numer. 4. & 5.* Milin. *in repert. verf. Beneficia plura* Hoied. *de incompat. benefic. par. 1. cap. 20. sub num. 25.* Paris *de Resign. lib 3. quæst. 1. num. 128.* siue ex lege fundatoris, qui dum in electione extranei noluit eligendum alteri obligationi non esse adstrictum, intelligendum est non de quacumque obligatione, sed de incompatibili cum Capellania, & repugnatio ratione seruitii, qualis † incompatibilitas nullo modo intercedit inter Beneficium simplex, quod Fatius in eadem Ecclesia obtinebat, & Capellaniam cum onere celebrandi, quia vtrique poterat commodè inseruire, vt pluribus comprobat, *prima decisio Reuerendissimi Gerundensis, §. quæ seruitii incompatibilitas.* 15 16 17

Præterea qualitas hæc adiecta fuit in capitulo respiciente electionem Capellani extranei, & amouibilis,
† ideò reperita non censetur in capitulo prorsùs distincto, & separato disponenti de electione consanguinei in Capellanum perpetuum. Maximè quod inter vtrumque casum ratio disparitatis, † & maioris affectionis intercedebat, vt aduertit decisio *bon. me. Verospii, §. neque Ioannes, & prima Reuerendissimi Gerundensis, §. & in hoc, & supponit vltima decisio, §. finali.* Cum quibus, & cum aliis motiuis in decisionibus prædictis, vberiùs deductis Domini transeundo concluserunt constare de bono Iure Ioannis. 18 19

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO
Posteà S. R. E. Cardinali.

Faneñ pecuniaria.

Veneris 8. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Frequens casus, sed in decisione singularis de Venditione rei emphyteuticæ facta tamquam de re libera; cuius emptor nondum sibi auocata possessione, nouam Concessionem, sed nulliter à Domino directo obtinuerat; qua proindè iterum sibi euicta ob defectum solemnitatum consequi prætendebant à Venditore non solùm damnum, quod ex prima euictione substinuerat sibi vndequaque solutum; verùm etiam integrum pretium rei venditæ ob illius auocationem eidem factam in secunda euictione, quod tamen non deberi magistraliter resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica valent in pretio sexta parte minus, quam valeant bona allodialia, & num. 4.*
2 *Vendens fundum emphyteuticum tamquam liberum cum promissione euictionis, ea secuta dicitur esse in culpa, & de euictione promissa tenetur.*
3 *Venditor euictione secuta tenetur emptori solum resarcire damnum, quod ex illius causa reportauit.*
4 *Venditor rei emphyteuticæ tamquam liberæ tenetur resarcire emptori de pretio quanto minoris illam emisset, & supra num. 1.*
5 *Venditor qui pretium rei euictæ emptori restituit vlte-*

vlterius molestari non debet.

Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio num. 5.

6 *Bona Religionis Hierosolymitanæ si alienantur, vel nouiter in emphyteusim concedantur, quæ solemnitates requirantur.*

Statuta Religionis Hierosolymitanæ quas solemnitates exquirant in alienatione, vel noua concessione emphyteusis bonorum illius, num. 6.

7 *Venditor non tenetur emptori de ea euictione, quam passus est propter nouam concessionem rei euictæ obtentam à proprietario sed malè.*

Euictio secuta culpa emptoris non debetur, num. 7. & 8.

8 *Culpa suum sequitur auctorem.*

Euictio secuta culpa emptoris perindè habetur, ac si secuta non esset, num. 8.

9 *Euictio secunda causata occasione primæ euictionis an, & quatenus debeatur, & supra à nu. 6 & per totam.*

Emptor qui omisit denunciare euictionem venditori possit ne euictionem prætendere, num. 9.

10 *Culpa etiam leuis imputatur emptori agenti de euictione.*

11 *Euictio non debetur emptori, qui potuit vsucapere, & non fecit.*

13 *Non facere & minus vtiliter, vel nulliter facere paria sunt.*

14 *Nullitatis auctor non potest ex illa deducere motiuum pro se fauorabile.*

15 *Emphyteuta potest petere restitutionem in integrum aduersus venditionem, factam tam irrequisito Domino quàm ob canones non solutos.*

16 *Dominus directus etiam nouus post remissam, & condonatam caducitatem mediante noua inuestitura eamdem caducitatem ampliùs prætendere non potest.*

17 *Oblatio sola Domini directi de nouiter inuestiendo emphyteutam in caducitatem incursum illum ab eadem caducitate reddit immunem.*

18 *Factum quod fuit inspiciendum est, non autem quod fieri poterat, & debuisset.*

19 *Præseruatio nihil operatur circa ea quæ noua sunt, & non compatiuntur cum iuribus præseruatis.*

20 *Præseruatio euictionis sib à Venditore facta non suffragatur, si euictio culpa ipsius emptoris successit.*

21 *Præseruatio non dicitur superflua si in aliquo casu non suffragatur, quoties in aliis casibus illæsa remansit, & suum effectum operatur.*

DECISIO CCC.

PRÆDIUM, quod vti liberum à fratribus de Mathiolis emerat Andreas Taurellius repertum fuit Emphyteuticum, & pertinens ad Dominium directum Commendæ Sancti Marci Religionis Hierosolymitanæ, cuius tunc temporis Commendatarius acceptata deuolutione ob alienationem irrequisito Domino illud prætendebat ammensare. Vndè emptor coactus fuit nouam inuestituram recipere cum augumento Canonis, & solutione Laudemii, quæ omnia à Fusco Venditore hærede amicabiliter requisito recuperauit, vna cum expensis, & sexta parte pretii, quæ bona Emphyteutica minus valere, † quam allodialia probat; *text. in Auth. perpetua de Sacr. Eccl. eo in loco vbi sumitur, §. quia verò Leonis Auth. de alienat. vel permutt. collat. 2.* 1

Cum verò Modernus Commendatarius ob defectum Apostolici Assensus, seu Licentiæ Magni Magistri in obtinenda noua hac Inuestitura Prædium euicisset; hinc super restitutione pretii variis hinc indè prolatis sententiis tandem dubitatum est in Rota, an ad eam Fuscus teneretur, & responsum est non teneri.

Quoniam super enarrata contingentia facti duplicem Domini considerarunt casum euictionis. Alter erat quando primus Commendatarius certioratus de alienatione facta illo irrequisito ex hoc capite, & ob Canones non solutos deuolutionem acceptauit, & dubitatum non fuit, quin iste adscribendus esset culpa Venditoris, † qui fundum Emphyteuticum, vti liberum vendidit, & de euictione promisit, *l. Emptorem, §. idem Neratius, & l. ex empto, §. fin. ff. de act. empt. l. si seruus venditus, §. 1. & l. habere ff. de euict. & notant communiter Feudistæ in vtroque cap. Imperialem de probibit. feud. alien. per* Frider. & Loter. Verùm cum non ablata per Euincentem Prædii possessionem, emptor in illa se confirmasset, noua inuestitura, quam à proprio Domino reportauit, ad aliud Venditores non tenebantur, † quam ad resarciendum damnum, quod ex hoc euenit Emptori, *l. cum tibi, vbi glos. in verbo soluisti, ibi* Bald. *numer. 2. & 3. C. de euict.* Imol. *in cap. vltimo num. 23.* Hinc restitutis Emptori Canonibus solutis, & quindenni, refusoque de pretio quanto minoris, † rem Emphyteusi suppositam emisset, iuxta doctrinam Bart. *in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, §. fin. ff. de verb. obligat. receptam ab* Ang. & Castr. *in l. 1. §. si hæres, ff. ad Senat. consult. Trebell.* Venditor propriæ obligationi abundè satisfecit, † ita vt ex hoc capite non esset vlterius molestandus, vt probat in puncto, Thesaur. Iun. *quæst. Forens. 23. nu. 2. lib. 2.* 2 3 4 5

Alter casus Euictionis fuit, quando possessionem huius Prædii occupauit Modernus Commendatarius impugnando hanc nouam Inuestituram ex quo Apostolicus Assensus requisitus *ad Constitutionem Pii V. 28 §. 4.* † nec Magni Magistri Licentia in illius expeditione interuenerat iuxta Religionis stabilimenta, *tit. de contr. cap. 6. & 9.* & in isto licèt totalis auocatio Prædii secuta esset, tamen nulla Venditoris culpa considerari potuit, sed illam Emptori adscripserunt. 6

Quando quidem ex facto illius parum considerato, sumpsit originem nullitas, quæ causam deuolutioni dedit, & Euictioni. † Vndè succedunt Iura notissima, quæ hoc casu Venditorem de Euictione non teneri probant, *l. si rem quam 29. § duplæ leg. si Mancapium 34. ff. de Euict.* Afflict. *in §. rursus numer. 10. vers. vigesimo non agitur quibus mod. feud. amitt. Corn.* Adducens ad hoc duos alios *tex. cons. 325. nu. 3. vers. ideò Venditor libr. 1.* & per plura exempla Caldas *de Empt. & Vend tit. 31. num. 30* & opitulatur ratio, vt culpa suum sequatur Auctorem, † cuius respectu habetur, ac si euictio secuta nun fuisset, ad *tex. in l. quod si nolit, §. si mancipium ibi nam si culpa eius decessit pro viuo habendus est, ff. de edil. edict. & prosequitur* Cyriac. *contr. forens. 619. num. 3.* 7 8

Nec refert, quod primus casus influat in secundum ex quo si Prædium liberum extitisset non oportuisset Emptorem nouam recipere inuestituram, ex qua causa secundæ Euictionis euenit, † quia adhuc culpa illius inexcusabilis est, dum prætensionem hanc primi Commendatarii intimare neglexit Venditoribus, ad quos pertinebat liberatio Prædii illisque insciis nouam inuestituram pro se procurauit, ex qua damnum Euictionis passus est, † cum læuis etiam culpa ad hunc effectum Emptori imputetur, *glos. in dicta l. quod si nolit, dicto §. mancipium verbo culpa ff. de edil. edict* Cyriac. *dicta contr. 619 num. 3. & 4.* & ferè in his terminis † Thesaur. *quæst. forens. 23. num. 10. lib. 2.* & in simili de Emptore, qui potuit vsucapere, † & non fecit, Afflictus *loc. citato dicto nu. 10. vers. 7. non agitur, quem refert, & sequitur* Cald *de empt & Vendit. dicto cap. 31. num. 30.* 9 10 11 12

Pariter non releuat, quod sicuti seclusa hac noua inuestitura non potuisset Venditor ab obligatione Euictionis se eximere, ita veniat hoc dicendum illa nulliter obtenta, cum paria sint, aliquid non facere, vel minùs validè, & inutiliter facere, *l. 3. §. condemnatum, ff. de re iudicat.* responsum enim fuit, quod Emptor Author nullitatis † non potest ex ipsa motiuum deducere fauorabile, *l. cum mandati, ff. de negot. gest* Ferrett. *cons. 55. numer. 7.* Rota coram Card Mantic. *decis. 78. numer. 4. & coram fa. mem. Gregorio XV. decis. 140. numer. 10* & vlterius visum fuit obiectum in facto corruere, ex quo seclusa hac noua inuestitura non potuisset ita de facili primus Commendatarius ex Instrumento Venditionis deuolutionem prætendere, attento quod Venditoribus aduersùs venditionem factam irrequisito Domino, & aduersùs Canones non solutos † tam ex capite ignorantiæ, quam alia quacunque causa competere poterat restitutio in integrum, & moræ purgatio ex pluribus ad propositum adnotatis in *Romana Domus 4. Maii 1648. §. non solùm cum seqq. & in Romana Deuolutionis 4. Decembris 1665. coram Reuerendo P. D. meo Tosa.* 13 14 15

Multoque minùs caducitatem prætendere poterat secundus ex causis primordialibus, quæ penitus cessarunt, & remissæ fuerunt † per nouam inuestituram, iuxta 16

cons.

conf. Fulgof. 138. num. 3. verf. opponitur fubfequenter, *&* *num 3. verf palam eft*, quem confuluiffe in fortioribus ter-
17 minis folius oblationis de inueftiendo † obferuat, Rota cor. Duran. *dec.* 402. *num.* 22. Præterea cum acceptatio deuolutionis declarata fuerit ob nullitates conceffionis factę à Commendatario Prædeceffore cum relatione certa ad Inftrumentum Summario Fufchi num. 3. Dixerunt Do-
18 mini, quod hoc infpiciendum, quod factum fuerat † non id quod fieri poterat ad latè congefta per Surd. *conf.* 93. *num.* 11. *&* 12.

Demum nihil obftitit, quod in fecundo Inftrumento intacta remanferint, ac præferuata Iura primæ venditionis, & confequenter etiam promifsæ euictionis, quia prę-
19 feruatio hæc nihil operatur † circa ea, quæ expresſè notata funt, & quæ non compatiuntur cum primo Inftrumento, Amat. *decif. March.* 117. *num.* 18. fed quatenus ex ea inferri poffet ad promiffionem Euictionis expreffam,
20 tamen nihil Emptori proficeret, † dum ex fupradictis Euictio fucceffit ex culpa fua, *l. fi dictum*, *§. fi compromifo*, *l. hæres Ius* 63. *in fin. &* *l. fi Venditor* 66. *ff. de euict.* cum aliis multis per Andreol. *controu.* 115. *num.* 6. nec propterea prę-
21 feruatio dici poteft fuperflua, † cum in cæteris cafibus ab hoc fecundo Inftrumento non nouatis, & illi non repugnantibus operare poffet effectum fuum, Rota *decif.* 211 *nu.* 6. *par.* 2. *diuerf.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Firmana feu Maceraten. Reintegrationis.

Veneris 22. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Mulier cum poffit fe validè obligare pro liberando marito, & fratre ab imminentibus carceratione, & cenfuris, non poteft impedire creditores, qui vigore dicta obligationis bona ipfius mulieris alienarunt, quo minùs alienatione retractata; illi ad eorum primæua iura non redeant.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta à muliere pro liberando marito, & fratre à carceribus, & ab imminentibus cenfuris fubfinetur.*
2 *Reftitutio tantùm tribuit, quantum abftulit læfio.*
3 *Creditor qui vendidit iure pignoris bona fui debitoris, annullatu venditione recuperat iura fua.*
4 *Intereffe quando poffit creditor in pactum deducere cum fuo debitore.*
5 *fuper Damno emergenti valet conuentio, feu pactum inter creditorem, & debitorem.*
6 *Ceffionarius poteft vti iifdem iuribus anterioribus, quæ competebant fuo debitori cedenti.*

DECISIO CCCI.

PRO diffoluendo ære alieno Guerrerii plura debita contraxerat Chryfoftomus in fumma fcutorum 1800 pro quorum releuatione, ac fatisfactione, cum ille obtinuiffet mandatum ab Auditore Cameræ, etiam cum relaxatione cenfurarum, ac illarum publicatione, & affixione contra dictum Guerrerium, & Iulium de Amicis in folidum obligatos, Ioanna vxor, & foror refpectiuè pro eis liberandis ab imminenti carceratione; conuenit foluere fcuta 800. infra tempus, & terminum octo annorum, videlicet fcuta 100. quolibet anno, & interim (funt verba Inftrumenti) *ac donec foluerit dicta fcut* 800. *ad releuandum etiam dictum Chryfoftomum à damno emergenti occafione cenfuum, & focietatum, ac pecuniarum ad intereffe captarum ceffit. & cum ea eiufdem filii cefferunt dicto Ioanni Chryfoftomo iura percipiendi fructus medietatis poffeffionis totalis, &c ponentes ex nunc dictum Chryfoftomum in locum proprium pro Iuribus percipiendi fructus, & arrendandi, &c. ac poffeffionem, vel quafi dictorum iurium dare liberam, &c. quam conftituerunt tenere, &c. donec, &c. Infuper confentierunt in cafum deficientiæ per tres annos continuos in folutione dictorum fcutorum* 100. *annuorum licere dicto Chryfoftomo dictam medietatem poffeffionis vendere pro pretio reperibili quantumuis minori dicto eius credito, ad quem effectum eumdem Chryfoftomum Procuratorem irreuocabilem conftituerunt.*

Defecta in folutione Ioanna, Chryfoftomus, feu eius hærede vtendo facultate fibi conceffa alienarunt in Iulium Cæfarem dicta bona, deuenta deindè in Marcellum, & Lauretanum, contra quos moto iudicio per ipfam Ioannam fub prætextu nullitatis, & exceffiuitatis in dicta alienatione commiffæ, emanauit fententia ab Auditore Cameræ Bulgarino pro eius reintegratione confirmata præuiis duabus decifionibus coram R. P. D. Emerix, à qua obtenta commiffione mihi directa cum claufula, *fine præiudicio*, dubitaui an dicto Marcello, & Lauretano fit danda manutentio, feu reintegratio in iure percipiendi fructus, & Domini ad fecundam partem affirmatiuè refponderunt.

Fundamentum fuit in affignatione prædii facta per Ioannam, quam non eft dubium fuftineri † tanquam factam pro liberatione mariti, & fratris ab vrgenti carceratione, & ab imminentibus cenfuris ad celebrem, *dec.* Surd. 86. *per tot. cum pluribus congeftis per* Grat *difcept.* 108. *num.* 2. *&* 3. Rota *in rec. dec.* 304. *nu.* 3. *&* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *& benè in Anconitana pecuniaria* 13. *Martii* 1654 *§. de validitate autem obligationis*, *&* 9. *Iunii* 1655. *§. iuftitia quoque* cor. *Reuerendifs. Zarate.* 1

Hoc pofito quidquid fit de nullitate, vel exceffiuitate alienationis, vt quia Chryfoftomus, vel eius hæredes non potuerint vendere propria auctoritate dictam medietatem prædii affignatam, & multò minùs excedere, vt prætenditur in vendendo partem alterius prædii contiguam. Hoc certiffimum eft illis, fiue Lauretano, & Marcello competere reintegrationem ad ftatum in quo reperebantur ante venditionem, nec impediri poffe à Ioanna, quæ nihil amplius prętendere poteft, quam reftitutionem aduerfus dictam venditionem, quatenus nulliter, & exceffiuè factam, non autem aduersùs præfatam affignationem ex legitima caufa, vt fupra, & cum omnibus folemnitatibus de iure requifitis ab ipfa celebratam, † Reftitutio enim tantùm tribuit, quantùm abftulit læfio, inquit, *text. in l. quod fi maior* 24. *§. reftitutis*, *ff. de min.* 25. *ann. & in l.* 2 *§. reftituere*, *ff. ne quid in loco publico* Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 32. *gloff.* 88. *num.* 69. Rota penes Caffad. *decif.* 13. *num.* 1. *verf. nam reftitutio reponit*, *tit. de re. cript. cum aliis in recentior. decif.* 156. *num.* 5. *par.* 11. & in puncto creditoris, qui vendidit iure pignoris, † quod annullata venditione priora iura recuperet, Bald. *in l qui ex lege verf. & ideò refoluto contractu*, *C. de pacti. int. empt. & vend.* Franc. *dec.* 64. *nu.* 11. *&* 12. Giurb. *dec.* 24. *nu* 9. *&* 20. 2 3

Non obftat vnica obiectio, quod ab anno 1642. affignationis vfque ad annum 1648. venditionis Chryfoftomus perceperit fructus ex dicta medietate prædii, quos in diminutionem fui crediti excomputare tenebatur, & confequenter etiam ex hoc capite venditio remanferit exceffiua.

Quia benè ponderando verba præcitati Inftrumenti, conftat Ioannam non folùm affignaffe Chryfoftomo fundum pro cautione, & affecuratione fortis infra fpatium octo annorum foluendæ, fed etiam affignaffe, ac ceffiffe iura percipiendi fructus in recompenfationem intereffe paffi per ipfum Chryfoftomum caufa, & occafione foluendi æris alieni pro eius viro, & fratre refpectiuè, ibi: *Ad releuandum etiam dictum Chryfoftomum à damno emergenti occafiona cenfuum, & focietatum, & pecuniarum ad intereffe captarum pro faciendis pagbis prædictis*, *Summar. præfentis pofitionis num.* 1. quo ftante fructus benè fuerunt percepti in caufam, conuentam non attento, quod non fuerint probata requifita Caftrenfis, nimirum quod creditor non aliter poffet foluere prædictum æs alienum, quàm accipiendo pecunias fub vfuris, & quod debitor ad id fuerit interpellatus, qui forfitan fi hoc fciuiffet pecunias fumere fub vfuris non permififfet.

Quia primum ceffat ex datis in præfenti Summario num. 5. 6. 7. & 8. vbi apparet tam focietates officiorum annui redditus fcutor. quinquaginta, quàm cenfum redditus pariter annui fcutor. triginta per Chryfoftomum con-

con-

tractos fuisse pro soluendo debito Guerrerii, & illius contemplatione, ibi: *Asserens dictus Chrysostomus has pecunias ad societatem receptas velle soluere R. C. A. pro debito, quod soluere tenetur D. Guerrerius de Guerreriis occasione affictus Cancellariæ criminalis Perusiæ protestans hanc societatem contraxisse ad totale commodum, & incommodum d. Guerrerii, & hæc fecisse, & facere ad euitandam carcerationem contra se commissam, & vlteriores expensas &c. num.5.* quam protestationem, vt supra repetiit in duabus aliis societatibus, & censu contractis *eodem num.6. in fine, & num.8.*

Secundo verò respiciens interpellationem debitoris, sine qua non dicitur in mora pariter corruit in præsenti hypothesi, in qua non agitur de exigendo interesse ante monitum debitorem, qui tunc posset allegare ignorantiam, & excipere, quod si sibi innotuisset, pecunias sub vsuris accipi non permisisset; sed petitur interesse iam notificatum debitori, & vlterius in pactum deductum,
4 † quod vndique licitum esse tradunt Couarr. *var. resolut. lib.3. cap.4. num.5 in fine, vers. quod si verè constaret*, Nauarr. *in Comment. de vsur. in 5. notab. num.42 vers. tertio inter omnes*, Honded. *cons.36. num.20. lib.2.* Thesaur *decis. 28. num.4.* De Marin. *quotid. resol. lib.1 c.172. num.4. & 5. & per tot.* Leotard. *de vsur. quæst. 48 numer. 45. & seqq.* Salon. *2.2. tom 2. quæst. 72. artic. 2. cont. 8. de damno emergenti ex numer. 14* Molin. *de iust. & iur. tractat. 2. discept. 305. num 15.* Gratian *discept. 240. num.12* Rota *in recent. decis. 132. num 3 par.4. & decis. 331. num 9. post cons.* Fari-
5 nac. *vol 2.* cum aliis † in specie damni emergentis apud Adden. ad Gregor. *dec.148. nu.4. vers. hæc tamen conclusio in Terracinen. pecuniaria 30. Ianuarii 1669. vers. nec vigere coram Reuerendiss. Meltio, & prius in Firmana pecuniaria 2. Iun. 1656. cor. R.P.D. Priolo, §. nec opus est in hoc casu, & per totam.*

Reintegrationem quoque competere dixerunt DD. Marcello, & Lauretano in vim censuum anteriorum per eos acquisitorum à Iosepho Ruberto, quos pariter imposuerat Ioanna pro liberando viro à carceribus vsque de anno 1641. & pro quibus Ioseph nactus fuerat possessionem eiusdem fundi dotalis de anno 1652. *dicto præsenti Summario numer. 2. 3. & 4* quando dubium non est, †
6 cessionarium iisdem iuribus anterioribus vti posse, quæ competebant cedenti, iuxta *textum in leg. fin Cod. de iur. fisc. & in leg. emptor, Cod de hæred. vel act. vend* Surd. *consil. 444. numer. 12 cum aliis per* Merlin *de pignor. libr. 4. quæstion. 132. numer. 8.* Rota *in recentior. decis. 27. nu. 1. par. 10.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P.D. CERRO DECANO.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Eugubina Saluiani.

Veneris 22. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ à die appellationis sine alia vlteriori prosecutione per biennium, vel vltrà omninò transit in iudicatum hoc eo magis, & sine difficultate procedit, si etiam clara resultat iustitia eiusdem sententiæ, quæ ex quibus deducatur in huiusmodi facti specie ex ipsa Decisione videre est.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata inducitur si à die interpositæ appellationis per biennium, vel vltrà nihil fuit actum in causa.*
2 *Hypotheca capit quidem bona præsentia, & futura, non autem trahi potest ad præcedentèr distracta, num.2.*
3 *Mater, Tutrix, & Curatrix potest filios pupillos eorum possessione priuare, & quando.*
4 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
5 *Ratificare dicitur, qui agit vigore contractus eius nomine celebrati.*
6 *Approbatio, & ratificatio scripturæ vna cum omnibus suis qualitatibus per productionem illius expressè resultat.*
7 *Immissio concessa vigore primi decreti non transfert neque dominium, neque possessionem.*
Possidens ex primo decreto dicitur tantummodò possidere vigore simplicis detentationis, & solius custodiæ, num.7.

DECISIO CCCII.

PRO duobus creditis altero videlicet Census scutorum 150. impositi vsque de anno 1631. à Marcello Fauno cum fideiussione Aloysii de Maggis, & Vrsiniæ eius matris ad fauorem Virginiæ Gabrielliæ, & altero dotis scutorum 6000. constitutę anno 1635. ab eodem Aloysio de Maggis, & Ioanne Carolo fratribus pro nubenda Eleonora sorore egit ex remedio Saluiani interdicti in partibus Comes Michael Hieronymus Gabriellius vti hæres Virginiæ, & Maritus Elonoræ contra illos de Andreolis possessores vnius prædii nuncupati *della Casella*, quod titulo emptionis acquisiuerat anno 1633. à Ioanne Carolo de Maggis, & sententiam immissionis obtinuit; quam tamen Reuerendo Patre Domino Areostus Auditore Cameræ. Locumtenens in gradu appellationis successiuè reuocauit; Vndè deuoluta Causa ad Rotam, cùm Andreoli prætenderent sententiam A. C. fecisse transitum in iudicatum, dedi dubium, An constet de re iudicata, & de illa constare Domini responderunt, quia à die interpositæ appellationis † per biennium, & vltra nihil fuit actum 1
in causa, *cap. cum sit Romana de appell. auth. ei qui C de tempor. appell.* Vestrius *in prax. lib.3. cap.5. num.2.* Buratt. *dec. 885. num.1.*

Attenta præsertim iustitia sententiæ, ex eo resultans, quod prædium controuersum de tempore vtriusque obligationis non possidebatur ab illis de Maggis debitoribus, cum præcedenter vsque de anno 1630. iam fuisset distractum in Hieronymum, & alios de Brunis; Isti enim tunc temporis vendiderunt Vrsinæ vti Matri Tutrici, & Curatrici Ioannis Caroli, & Aloysii de Maggis diuersa bona pretio scutorum 18. mil & in computum pretii d. prædium in solutum acceperunt, Summario Andreoli. num.1. Ideoque hypotheca, quæ est inter Saluiani super eodem corpore deficit, † quia capit quidem bona præ- 2
sentia, & futura, non autem trahi potest ad præcedenter distracta, quæ prorsus aliena dicuntur, *l. qui balneum, § tertia, ff. qui potior. in pign. habeantur*, & pluribus allegatis dictum fuit *in Meleuitana pecuniaria* 30. *Ianuar.* 1651. *§. præterea coram me.*

Neque dicatur Vrsinam absque consensu filiorum non potuisse per dictam donationem in solutum illos priuare eorum † possessione, quia præter quod contractus sustineri potest vti celebratus à Matre Tutrice, & Curatrice, cùmque Iudicis decreto ad formam Statuti Ciuitatis Eugubii d. Summ. num.8 tollitur difficultas ex successiua filiorum ratificatione, quæ mandato † æquipollet, *l. fin. ff. ad Sen. cons. Macedon.* Caputaqu. *dec.53. par.1.* Card. Caual. *dec.641. num.6.* 3 4

Et quidem ratificarunt tempore habili ante contractam obligationem ad fauorem Auctorum Gabrielis; nam sub die 30 Ianuarii 1631. comparuerunt in actis, & produxerunt Instrumentum emptionis ab Vrsina factæ, ac illius vigore diuersa mandata obtinuerunt, eod. Summar. num.9 Hinc enim sufficiens ratificatio inducitur non solum quia agens vigore contractus eius nomine celebrati † illum ratificare censetur, vt dixit Rota *dec 127. nu. 45. post Merlin de pign.* verum etiam, quia ex productione 5
scripturæ simpliciter factæ resultat illius approbatio † vna 6
cum omnibus qualitatibus, *gloss. in l. 1. §. æditione verbo diem ante fin vers. quod si spontè, ff. de eden.* Vestr *in prax. lib 6. cap.1. num 4. & 5.* cum aliis allegatis *in Ciuitatis Castelli Census 29. Maii 1667 §. ad excludendum coram bo. me. Verospio.*

Non obstat, quod Ioannes Carolus de Maggis anno 1640. & sic post contractum vtrumque debitum hæreditarium controuersum recuperauerit vigore mandati relaxati ab A. C. illudque successiuè vendiderit Andreolis.

Quoniam placuit responsio, quod ille obtinuit quamdam

dum immissionem in contumacia Partis pro liberatione à molestiis, quas Creditores illorum de Brunis tunc inferebant super bonis emptis; sed non ostenditur deuentum fuisse ad prædii subhastationem, & deliberationem, quod ita fuerit eidem adiudicatum; cùm enim immissio suc-
7 cesserit † ex primo decreto nullo modo dici potest in eum translatum neque dominium, neque possessionem, sed solùm censetur prædium obtinuisse ratione simplicis detentationis, & custodiæ, iuxta *text. in l. possidere 3. §. fin. ff. de acquir. possess.* Alex. *in l. à Diuo Pio 15. §. fin. in venditione num. 10. ff. de re iudic.* Menoch. *de retin. remed. 3. numer.* 171. Rota coram Durano *decision. 364. numer. 4. decision. 506. num. 4. tom. 3. par. 4. recent.* Merlin. 391. *numer. 3. & seqq.*

Et ita cæteris omissis resolutum fuit, &c. Vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Officii Notariatus.

Veneris 22. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Natura, & qualitas Officii nobilis artis Agriculturæ Romanæ Curiæ remanet plene, & concludenter in hac Decisione declarata, ad intellectum, quod illud pro sola medietate dicatur esse vacabile, pro alia verò medietate sit liberum, & transitorium ad hæredes; vnde quamplura enucleantur super titulo, pretio, & emolumentis huiusmodi officiorum.

SVMMARIVM.

1 *Officia dicuntur esse de regalibus Principum.*
Officiorum titulus, proprietas, & collatio spectat ad Principem, num. 1.
2 *Officia non possunt vendi, neque alienari sine Principis licentia, & consensu.*
3 *Officium dicitur esse vacabile ex Constitutione Summi Pontificis illud vacabile denotantis.*
4 *Pretium officii quando possit esse ab illius titulo diuersum, & separabile.*
5 *Pretium officii quando dicatur merum creditum pecuniarium.*
Creditum pecuniarum non est capax emolumentorum, neque fructuum, neque augumenti, numer. 5.
Emolumenta, fructus, & augumentum sequuntur dominium rei, num. 5.
6 *Officia Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Curiæ vti de regalibus Principum non cadunt sub commercio, sed sunt in totum merè vacabilia.*
Amplia, quia nec cadunt sub commercio, nec hypothecari, vendi, aut alienari possunt sine Principis consensu, & licentia, ibidem.
7 *Titulus officiorum Romanæ Curiæ ita cohæret personæ, vt ad alium absque speciali permissione Principis transferri non possit.*
Officiorum Romanæ Curiæ dominium vtile, pretium, & emolumentum durante vita titularis sunt in libero, & communi hominum commercio, num. 7.
8 *Officia Romanæ Curiæ accedente consensu Principis fieri possunt libera, patrimonialia, & transitoria ad quoscumque hæredes, tam respectu tituli, quàm dominii.*
À Feudalibus ad officia vacabilia valet argumentari, num. 8.
9 *Officia pro sola medietate hæreditaria possunt ex constitutione Summi Pontificis fieri in totum hæreditaria etiam respectu tituli.*
10 *Officium Agriculturæ Vrbis dicitur esse mixtum.*
Mixtum esse dicitur, quod est particeps duarum specierum, num. 10.
11 *Totum qui facere potest, multo magis potest facere partem.*
Plus cui facere licet, non debet quod minus est non licere, num 11.
12 *Dataria Summi Pontificis si habuit officium pro sola certa portione vacabili, illud pro eadem solùm portione vacabili esse declarat.*
13 *Officii qualitas rectè desumitur ex pluribus contractibus super eo factis.*
14 *Obseruantia est optima interpres omnium dispositionum.*
Verba interpretari debent ad formam obseruantiæ, etiam si de iure haberent veriorem intellectum, numer. 14.
15 *Decisiones 71. & 206. part. 11. recentiorum declarantur.*

DECISIO CCCI.

SVB die 2. Martii præteriti coram me decisum est Officium Notariatus controuersum pro tertia parte esse vacabile, pro aliis verò duabus hæreditarium, & tertiam partem non vacabilem repertam fuisse in hæreditate Andreæ Pagani, & consequenter istius medietatem ad Helenam Cæciliam cum Benedicto scriptam spectare vna cum emolumentis, & fructibus à tempore obitus Andreæ Patris quousque per solutionem pretii ad præsens reperibilis, prout in Bulla erectionis Officii præscribitur à dicto Benedicto, & ab alio quocumque Titulari redimatur.

Aduersus quam resolutionem hodie iterum audito Benedicto Pagano, plura pro illius parte fuerunt ab informantibus exagerata ad probandum in totum esse vacabile, & partem pretii soluen. hæredibus esse purum creditum pecuniarum pro quo nulli fructus debentur.

Idque sub hoc apparatu verborum, † quod nempe hu- 1
iusmodi officia sunt de Regalibus Principis, ad quem ipsorum titulus, proprietas, & collatio spectat ad *text. in cap. vnic. quæ sint regul. in vsib. feud.* Mastrill. *de Magistrat. libr. 1. cap. 13. num. 10.* Rota coram Seraphin *dec. 998 num. 3. & in Romana Officii Notariatus quarta Decembris 1651. coram bon. mem. Verospio, quæ est decis. 206 part 11. rec.*
itaut neque vendi, neque alienari † possint sine ipsius li- 2
centia, & consensu, vt arguendo à *l. in diem* probat ibi Bartol. *in fin. ff. de aqu. pluu. arcen. & in l. Cotem ferro, §. qui maximos numer. 4. in fin ff. de publican.* Bertachin. *de Gabell. par prima numer. 3. quæstion.* 14. Io Franc. à Ponte *decis. 22. num. 28. & decis. 34. num. 16.* Rot. cor Seraph. *dec. 1294. sub numer. 3. & in recent. decis. 338 num. 10. & 13. part. 11.*

Quodque vacabilitas dictorum officiorum in totum, & non in parte desumitur ex eorum natura, & in subiecta facti specie ex Bulla Sixtina circa hoc officium edita sub illis verbis dictum officium ad instar cæterorum Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Curiæ officiorum vacabilium dari, & concedi, ac de illo disponi possit, & debeat, † 3
quæ demonstrant officium, de quo est quæstio esse in totum vacabile, Rota *d. decision. 206. per tot. parte 11. recentior.*

Ex quibus præmissis propositionibus inferebant informantes pro Benedicto in hoc officio, sicut & in aliis vacabilibus titulum esse indiuiduum, & pretium, † seu do- 4
minium ab eo esse diuersum, atque separabile, vt explicando hanc materiam aduertit Rota *dec. 305. n. 1. & 6 par. 2. & dec. 116. nu 12. & seqq. par 4. tom. 2. dec. 660. nu 15. par. 4. tom. 3.* cum aliis adductis *in dec. quæ examinabatur, §. Nec suffragatur.*

Atque concludebant pretium rata soluendæ hæredibus post mortem Titularis esse merum creditum pecuniarum quod non est capax emolumentorum, neque fructuum, neque augmenti, † cùm hæc omnia sequantur dominium, 5
l. hæres, ff. de vsuris, l. ex diuerso, l. ex fundo, ff. de rei vindic. Tiraquell *de retract. conuention. §. 2 gloss. vnic. num.* 34. Medices *consil. 169. num. 26.*

Quibus tamen non obstantibus Domini permanserunt in decisis hunc articulum adhuc clarius, ità dilucidando retento themate distinctionis datæ in decisione Quod videlicet officia Cameræ Apostolicæ, & Romanæ † Curiæ, 6
vti de Regalibus Principis non cadunt sub commercio, nec hipothecari, vendi, aut alienari possint absque Principis

cipis consensu, & licentia, & sunt in totum merè vacabilia per iura recensita in præcedenti §. Idque.

Quæ hipothesis secundum praxim iudiciariam intelligitur de titulo ita personæ, cui Princeps illum concessit, cohærente, vt ad aliam absque speciali permissione trans-

7 ferri nequeat, dominio verò † vtili, seu pretio, aut emolumentis in libero, & communi hominum commercio vita Titularis durante remanentibus, vt in puncto declarauit Rota coram Seraphin. *decis.* 1294. *numer.* 3. *&* *decis.* 116. *num.* 13. 14. *&* 15. *tom.* 2 *par.* 4. *rec. &* *in Romana Officii Scripturæ prima Aprilis* 1588. *cor. Card. Pamphilio*, *in Romana Societatum* 29. *Iun.* 1601. *cor. Millino*, *& in alia Romana Officii* 17. *Aprilis* 1617. *cor. eodem.*

Sed accedente consensu, aut dispositione Principis dicta officia fieri possunt libera, patrimonialia, & transi-

8 toria ad quoscumque † hæredes, tam respectu tituli, quàm dominii, vt arguendo à feudalibus tradunt Ripa *in l. obligatione num.* 39. *ff. de pignor.* Clar. *in §. feudum quæst.* 31. *vers. vlterius quæro num* 8. *& in §. emphyteusis quæst.* 13. *vers. sed pone num.* 9. Salicet. *in l. fin. num.* 2. Alberic. *ibidem vol.* 3. *num.* 8 *vers. sed numquid*, *C. de iur. emphit. cum pluribus apud* Gratian. *discept forens. cap.* 580 *à num.* 1. *ad* 9. *& cap.* 730. *num.* 52. *& seqq.* siue in totum, siue in parte, cuius rei insigne præbet, ac suppeditat exemplum Rota *in*

9 *dec.* 14. *§. nec obstat apud* Fenzon. *ad Statut. Vrb.* † vbi habetur discursus admodum notabilis de officiis, quæ pro medietate erant hæreditaria, etiam ratione tituli iuxta particularem Summorum Pontificum dispositionem, quoque deinde eadem auctoritate Apostolica in totum facta sunt hæreditaria.

Vnde cum in proposito casu officium Notariatus auctoritate Apostolica sit in parte hæreditarium, non quidem ratione simplicis pretii, sed etiam ratione tituli per illa verba Bullæ Sixtinæ: ibi: *Quod prædictum officium Notariatus ad tres annos à data præsentium per mortem illius pro tempore obtinentis minimè vacet, & dictis tribus annis elapsis, & deinceps in perpetuum pro medietate dumtaxat vacet*, & ibi: *Scripturæque dicti officii quotiescumque quocumque modo contigerit illud vacare nunquam etiam vacent, sed semper à titulo separatæ intelligantur, & ad hæredes simili modo transeant*, Summario Cæciliæ præteritæ positionis numer primo, remanet illæsa distinctio concepta per *Dominos in decis. §. aut dicta officia* ad reddendum faciliorem

10 intellectum qualitatis huius officii, † quod mixtum appellari debet vti particeps duarum specierum diuersarum, vt in iure fieri solet, vt videre est in *leg.* 1. *§. Interdictorum autem*, *ibi*: *Sunt interdicta quædam, & mixta.*

Sicuti autem Summus Pontifex potest alia officia reddere in totum hæreditaria, etiam quoad titulum, id

11 etiam potiori iure facere potest in parte, † quod est aliquid minus iuxta regulam datam in *leg.* 22. *ff. de reg. iur.* non debet, cui plus licet, quod minus etiam non licere.

Accedente quoque obseruantia, quia sequuta morte Præsciani Anno 1637. titulus officii vacauit per octo annos, & Dataria solummodo exegit fructus tertiæ partis vacabilis Summario Cæciliæ num. 7. & 14. illudque postea Papa contulit Rubertesco, cui nunc est subrogatus Benedictus cum expressione literali, quod pro medietate dumtaxat tituli vacabat, eodem Summario num. 8. & 9.

12 † congruente etiam descriptione huius officii in Libris Datariæ, vti vacabilis pro medietate tituli tantùm Summario num. 15. & ab Anno 1615. vsque ad 1629. varii fuerunt super eo initi contractus, & distractus cum assertione, quod esset vacabile pro medietate tituli tantùm, vt

13 ex instrumentis dicto Summario num. 2. 3. & 4. † & demum ex actibus ipsiusmet Benedicti, qui illud primùm proprio sua rata dederat insolutum pro dissoluendo ære alieno hæreditario paterno, & postea non subsistente credito illud recuperauit per condictionem indebiti cum omnibus fructibus, dicto Summario num 5. 6. 10. & 11. ob

14 seruantia enim est interpres omnium dispositionum, † itaut ad eius formam debeant verba interpretari, etiamsi de iure haberent veriorem intellectum, Rot. *dec.* 574. *nu.* 3. *par.* 1. *diuers. & dec.* 373. *nu.* 9. *par.* 9

Ex quibus conciliatur contradictio, quæ prima facie occurrere videtur in duabus decisionibus editis coram *bon. mem. Verospio*, circa idemmet officium, quæ sunt inter

15 impressas 71. *&* 206. *par.* 11. *recent.* † dum in prima supponitur num. 4. quod titulus officii pro parte vacauerat, & in secunda quod in totum, sed illud est intelligendum, quod pars vacabilis regit renouationem tituli in hæreditaria, itaut altera iura alteri coalescat, iuxta modum præscriptum in Bulla, nempe quod si hæredes velint præferri partem tituli vacabilem consequi possunt, sin minus rata hæreditaria cum vacabili coalescit post restitutum hæredibus pretium tunc reperibile, & amplius ibi agebatur de mero titulo exercitii, quod semper vacat per mortem Officialis, & confertur à Papa.

Cùm ergo officium sit hæreditarium pro rata, de qua agitur illius pretium, augmentum, fructus, & emolumenta debentur, vt firmatum est in Decisione, quam Domini in omnibus confirmarunt.

Et ità vtraque &c.

Altera præsentis Causæ Decisio habetur supra in hac eadem parte decis. 197. in ordine, cuius in calce aliam quoque adnotauimus concordantem.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Maceratesi Fideicommissi.

Veneris 22. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio ex remedio legis finalis in vim testamenti clari, & liquidi conceditur substituto, vel iam concessa per viam manutentionis confirmatur. In detractiones imputat hæres grauati omne id quod à suo actore, vel ab ipso hærede perceptum est de effectibus fideicommissi, & de quo ratio non redditur.

Constituens Procuratorem ad capiendam possessionem in qua Procurator excessit ratificare non potest actum à Procuratore gestum in præiudicium alterius, & post superuentam possessionem illius.

SVMMARIVM.

1 *Prælegatum ex Testatoris dispositione venit Substitutis restituendum, si illud idem Testator restitui mandauit.*

2 *Testamentum neque abolitum, neque cancellatum, aut in aliqua parte visibiliter vitiatum venit executioni demandandum.*

Immissio debetur substitutis ex testamento claro, & liquido, iuxta textum in l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollen. num. 2.

3 *Immissio ex remedio legis finalis vigore testamenti concessa per viam manutentionis confirmari debet.*

4 *Legitimæ detractio non competit ex fideicommisso transuersali.*

Legitima deducitur solùm ex hæreditate parentum, num. 4.

5 *Creditum dotale illiquidum non dicitur aptum ad effectum retentionis.*

Retentio contra fideicommissarium non datur nisi pro credito claro, & liquido, num 5.

Creditum debet esse liquidum ad effectum retentionis non solum respectu quantitatis, sed etiam respectu qualitatis, num. 5.

6 *Legitima dicitur illiquida ex fructibus perceptis, & fideicommissario restituendis.*

Hæres filii fideicommisso grauati fructus ab eo perceptos, & fideicommissario restituendos imputare debet in detractionibus, num 6.

7 *Hæres grauati non reddens rationem de censibus à suo auctore extinctis, illos imputare debet in suas quartas.*

8 *Clausula constituti apposita in Instrumento conditionali, euanescit propter conditionis defectum.*

9 Man-

9 *Mandatum procuræ restrictum ad capiendam possessionem bonorum vnius, non extenditur, neque suffragatur respectu possessionis bonorum alterius.*
10 *Possessio capta contra formam mandati procuræ non operatur manutentionem fauore mandantis.*
11 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
12 *Ratificatio sequuta re non integra remanet inefficax.*
Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertii, num.12.
Possessio capta contra formam mandati procuræ ratificari non potest post similem possessionem ab alio acquisitam, num. 12.

DECISIO CCCIV.

IN vim fideicommissorum Io: Iacobi, & Horatii seniorum de Panicis Comites Iacobus, & Horatius Iuniores ad illa vocati obtinuerunt in partibus immissionem in possessionem prædiorum Cimarellæ, Vallis, Cincinelli, seu Crucifixi, in quibus se intruserat Antonius Panicus hæres Francisci alterius ex grauatis, contra quem concessa ab A. C. manutentione in gradu appellationis examinato ad effectum manutentionis, etiam articulo boni iuris, Rota *censuit 27. Iunii 1664.* illud Comitibus assistere super prædio Cimarellæ tanquam hæreditario Io: Iacobi, reseruando particulari discussioni videre, an idem adesset super aliis duobus hæreditariis Horatii, & aggressa disputatione tam super decisis, quàm reseruatis, Domini steterunt in resolutis, existimantes pariter in aliis constare de bono Iure Comitum etiam ad effectum manutentionis.

Etenim quoad primam dubii partem non fuit dubitatum, quin prædium Cimarellæ subiaceat fideicommisso, vt ostendit præterita decisio, & quamuis hodie Informantes pro Antonio conarentur probare ex quodam Instrumento Transactionis initæ anno 1591. inter Horatium, & Equitem Octauium solam medietatem spectasse ad Io: Iacobum seniorem, illamque ab eodem fuisse Horatio prælegatam, & alteram portionem fuisse propriam ipsius Horatii, ex quo inferebant prædium ab antedicto fideicommisso fuisse exemptum: Quoniam animaduersum fuit pro responsione prælegatum non fuisse purè, & simpliciter relictum, sed cum onere restituendi, vt ostendunt verba Testamenti recensita *in antecedenti decisione §. Non subsistit*, quo casu etiam prælegata
1 ex Testatoris dispositione veniunt substitutis † restituenda, Rip *in l.hæredes mei §. cum ita n.48. ff.ad S. C. Trebell.* Bero. *cons.79. nu.19. lib.2.* Honded. *cons.71. nu.13. lib.1.* Fusar. *de substit. qu.650. num.122.* Rota *decis. 168. num.8. & 9. coram Buratto.*

Quinimò admisso etiam, quod altera portio esset propria Horatii, adhuc Antonius habere nequit intentum obstante fideicommisso ab eodem Horatio generaliter ordinato, sub quo cadit, etiam prædicta predii medietas, vna cum aliis duobus fundis supra nominatis. Existentia enim, & purificatio fideicommissi fauore Comitum, & bonorum identitas, præter quod non impugnabatur, resultat ex Testamento ipsius Horatii, in quo ordine successiuo per fideicommissum grauauit omnes filios fauore descendentium, *vt in Summario Comitum num. 1. litera E.* quod cum non sit neque abolitum, neque can-
2 cellatum, aut in aliqua parte visibiliter viciatum, † exequi debet, concedendo immissionem substitutis, iuxtà *tex. in l.fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vel iam concessam
3 confirmando † per viam manutentionis, vt tradit Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4 numer. 138.* Rota *in rec. decis 191. num.20. part.11. & decis.57. numer. 14. penes* Posth. *de manut. & decis. 186. num. 1. coram Eminentiss. D. Card. Ottbob.* & admittit altera *decisio huius causæ §. 1. in fine.*

Non obstat vnicum obiectum retentionis pro detractionibus competentibus Francisco auctori Antonii, tum ex illius propria persona, tum Ioannis Iacobi, & Amici olim Episcopi Recineten. fratrum suorum, ac dicti Horatii Testatoris filiorum, quorum primi Franciscus fuit hęres, & secundi donatarius. Hæc autem exceptio in ordine ad medietatem prædii Cimarellæ, quæ sola prætenditur fideicommissaria Ioannis Iacobi perperam
4 opponitur, cum ille esset transuersalis, † de cuius fideicommisso nulla competit legitima, quæ solùm de hæreditate parentum deducitur *per text. in l. 1. de inoff. testam.* Peregrin *de fideicomm. art. 36. num. 45.* Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 3. de legit. nu.47.* Merl. *eodem tract. lib. 1. tit. 2. qu. 13. in princ.*

Neque eadem retentio opponi potest contra fideicommissum Horatii; nam ea, quæ deducitur ex causa dotis Pier Nicolæ matris, & legitimæ fideicommissariis nocere non potest; siquidem pro dote visum fuit competere non posse retentionem, quia de mobilibus, pecuniis, animalibus, segetibus, & argentis ab Horatio eidem vxori relictis, cum onere restituendi, *vt in eodem Summ. num.1. lit. A.* nulla ratio redditur, proinde creditum dotale remansit illiquidum, & non aptum ad retentionem,
† pro qua obtinenda contra fideicommissarium debet creditum esse clarum respectu qualitatis, & quantitatis, 5
Rota *in Ariminen. Saluiani 30. Maii 1646. §. Tandem cor bo. me. Bichio, & Firmana fideicommissi 9. Iunii 1664. §. Quia cum cor. R. P. D. meo Emerix.*

Legitima verò siue calculetur in scut. 1500. iuxtà primam, siue in scutis 2430. pro quolibet filio iuxtà secundam diuisionem, vt prætendit Antonius, super quo tamen nihil firmatum fuit, eliditur, seu saltem redditur illiquida in magna parte, † nedum ex fructibus per- 6
ceptis ex his prædiis restituendis, quos ob id Antonius acceptos ferre debet in detractionibus, iuxtà *decisionem 20. num.15. vers. hoc enim post* Merlin. *de legitim.* Sed etiam ab extinctionibus Censuum fideicommissariorum in summam scutorum 7150. circiter, quorum pretium hæredes grauati rationem non † reddentes imputare debent in suas 7
quartas, *glos. in l. Marcellus, § res quæ, ff. ad S. Cons. Trebell.* Cephal. *cons.346. num.1. vers. si pretium,* Honded. *cons. 59. sub nu.15. lib.1.* Peregr. *de fideic. art.39. nu.4.* Rot. *decis. 384. nu.10. & 11. par.9. rec.*

Discusso igitur bono iure Comitum, illoque vindicato ab exceptione turbida, & illiquida, Domini censuerunt secundam etiam dubii partem esse resoluendam ad fauorem Comitum in prædiis Vallis, & Cincinelli, seu Crucifixi, quia negari non potest illis manutentio vigore actualis possessionis, etiam in concursu Antonii prætendentis se anteriorem possessorem, siue enim ipse fundet suam possessionem in clausula constituti apposita in Instrumento cessionis bonorum cum Episcopo Amico stipulato, † & hæc ex defectu conditionis Comitum euanuit, *vt demonstrat prima decisio in §. fin* siue in actuali ap- 8
prehensione per Procuratorem, & hæc non suffragatur ex defectu mandati, quod sicuti restrictum ad capiendam possessionem bonorum hæreditariorum Francisci, † ex- 9
tendi non poterat ad bona fideicommissaria Horatii, & Ioannis Iacobi, *l. si Procurator ad vnam, C. de Procurat.* Antonin. Maceraten. *var. resol. lib. 1. resol. 59. num. 11.* Rota *dec.225. num. 1. in addit. ad* Posth. *de subhast.* ita possessione non tribuit † manutenibilem fauore Constituentis, vt 10
dixit Rota *in Romana hæreditatis 4. Iulii 1663. §. Non visum, & § prædictis cor. Illustriss. D. meo Decano.*

Neque talis defectus sanari valuit per subsequutam ratificationem, † quæ licèt regulariter mandato æquipa- 11
retur *per text. in cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6.* tamen cum superuenerit re non integra, nempè post possessionem a Comitibus adeptam remanet inefficax, † & in il- 12
lorum præiudicium retrotrahi non debet, Grat. *discept. 365. num.27.* Posth. *de manut. obser. 55. nu 150.* Rot. *post eum dec.612. nu 4. & dec.1165. cor Card Seraph.* & dictum fuit in mox allegata *Romana hæreditatis §. prædictis coram Illustriss. D. meo Decano.*

Et ita vtraque &c.

Decisio primo loco in hac Causa emanata sub die 27. Iunii 1664. coram eodem Reuerendiss. D. Beuilaqua cum non habeatur impressa, erit in appendice Decisionum prætermissarum; Infrà verò sub die 10. Decembris 1650. adest altera Decisio præsentis confirmatoria, quam suo pariter loco, & tempore apponemus.

R.P.D.

R. P. D. CARPINEO
Posteà S. R. E. Cardinali.

Leodien. nullitatis Matrimonii.

Veneris 22. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Raptoris, & raptæ consensus cùm numquam ad validitatem Matrimonii reputetur sufficiens resistente clara dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. de reformat. cap. 6.* nisi Rapta in libertate posita Raptorem in virum habere consenserit, quatenus & ex quibus actibus huiusmodi consensus resultet, vel non, hic remanet, & concludentissimè declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Testes de auditu ab ipsa parte nullum faciunt probationis gradum.*
Exemplo maior fides adhiberi non debet, quàm originali ipsius, num. 1.
2 *Actus præseferentes validitatem matrimonii gesti à Puella tempore, quo illa erat in potestate Raptoris, nullius sunt roboris, & momenti, & num. 4.*
Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. capit. 6. expenditur, & declaratur, numer. 2. & per totam decisionem.
3 *Rapta mulier nisi à Raptore separetur, & libertate constituatur, Raptorem in virum suo consensu habere non potest.*
4 *Rapta donec in potestate Raptoris existit, omnia, & quæcumque ab ea gesta, metus causa præsumuntur facta.*
Metus causa quousque durare præsumatur, num. 4.
Acta omnia, & quæcumque facta durante eadem causa metus, & ipsa quoque meticulosa præsumuntur num. 4. amplia vt num. seq.
5 *Rapta quodcumque fecerit donec in potestate Raptoris extiterit etiamsi spontaneum esse videatur, meticulosum esse dicitur.*
Sponte factum dici non potest omne, & quodcumque gestum est durante causa eiusdem metus, etiamsi spontaneum esse videatur, num. 5.
6 *Raptæ diversæ, & contrariæ declarationes ab ea factæ præsente, & absente Raptore, excludunt potius, quàm illius consensum confirment, & num. seq.*
7 *Consensus non solùm non excluditur, imò potiùs resultat à declarationibus factis ab eo, qui metum passus est, præsente illo qui metum intulit.*
Amplia etiam quod illæ videantur spontaneæ, ibi dem, & supra num. 6.
Metum magis geminat, non autem tollit quicumque actus etiam spontaneus factus coram eo, qui metum intulit, num. 6. & 7.
8 *Declarationes mulieris raptæ, & in libertate positæ, quod nunquam in matrimonium consenserit, eiusdem matrimonii nullitatem plenè comprobant.*
9 *Exploratio voluntatis mulieris raptæ facta à persona ad explorandum deputata plurimum attenditur ad validitatem, vel invaliditatem matrimonii.*
10 *Apoca super contractu matrimonii à Puella subscripta, cùm habeat maximam præsumptionem antidatæ nullum gradum probationis constituit.*
Antidata præsumitur in apoca privata sine notario, & testibus conscripta, num. 10.
Rapta Puella quamvis apocam à Raptore conscriptam super contractu matrimonii, propria manu subscripserit, non tamen idem matrimonium comprobasse dicitur, num. 10.
11 *Capitula matrimonialia etiam ipsa habent præsumptionem antidatæ.*
12 *Matrimonium pro alio tractans, præsumi non potest, quod pro seipso concludere voluisset, & quando.*
Tractatum pro amico factum nemo præsumitur pro semetipso conclusisse, num. 12.
Amicum ab amico graviter offendi præsumi non potest, num. 12.
Inverisimilitudo excludit quamcumque probationem in contrarium factam, num. 12.
13 *Inverisimilitudo multum operatur ad movendum animum Iudicis.*
14 *Scriptura privata etiam quod legitima probaretur, non tamen concluditur illam fuisse factam de tempore ibi descripto.*
15 *Scriptura privata, quæ habet suspicionem antidatæ requirit probationem, quod illa visa fuerit à scribente scribi.*
Testes recognoscentes scripturam privatam suspectam de antidata deponere debent illam à scribente vidisse scribere, num. 15.
16 *Patris consensus requiritur ad validandum matrimonium propriæ filiæ sibi raptæ.*
17 *Consensus Patris in matrimonio suæ filiæ raptæ non requiritur ad solas pœnas inflictas Raptoribus, sed etiam ad effectum operandi validitatem illius, & num. 18.*
18 *Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii Tridentini attendendæ sunt, & in dubium revocari non debent.*
19 *Parochus vtriusque, vel alterius coniugis semper requiritur, & intervenire debet in contractu matrimonii.*
& Matrimonium coram alieno Parocho contractum est nullum, num. 19. & 20.
Sacrum Concilium Tridentinum sess. 24 de reformat. matrimonii cap. 1. adducitur, & explicatur num. 19. & seqq.
20 *Domus in aliena parochia conducta ad effectum inibi contrahendi matrimonium, præsumitur studiosè simulata ad evertendam dispositionem Concilii, quod coram proprio Parocho contrahatur.*
Matrimonium contractum coram alieno Parocho non valet, etiamsi in illius Parochia domus ad hunc effectum fuerit conducta, num. 20.
21 *Domicilii suspecta translatio non attenditur.*
22 *Domo noviter conducta, quando fraudolentèr hoc factum fuisse dicatur.*
23 *Testis vnicus, de facto proprio, & contra inducentem fraudem plenè probat, & concludenter.*

DECISIO CCCV.

CAVSA appellationis interpositæ per Riccardum Pauli Strauium à sententia Rotali annullante matrimonium inter ipsum tamquam Raptorem, & D. Annam Isabellam puellam raptam coram me introducta, ad exclusionem raptus, consensum puellæ, & præcedentem tractatum vsque ad subscriptionem Apocæ, articulaverat Strauius, obtentaque super his remissoria cum retardatione, vel sine arbitrio &c. quia examen Testium in partibus nimis longum protrahebatur, de ordine Dominorum proposita causa die 22. Ianuarii prox. præter. pro confirmatione sententiæ Rotalis responsum fuit; Cæterùm transmisso nuper ad Vrbem voluminoso processu, & testium dictis per Dominos exquisita ponderatione libratis, nihil inventum est, quod potuerit illos à prædicta resolutione retrahere.

Raptus enim formalitas, & substantia in præcedentibus decisionibus satis probata, non visa, & Dominis tolli ex deducto consensu puellæ, quæ, vt asserebatur, cum à nuptiis per Patrem cum nobili Viro D. de S Vbermont filio Comitis de Duras sibi propositis, aversa esset, Strauium stimulabat, vt ipsam raperet, & præcedente nuptiarum tractatu, non solùm hilari vultu discessit ab hospitio, in quo cum Patre Leodii hospitabatur, sed in domo Catherinæ Viduæ q. Roscii, & Scabini Beechman, cum omnibus læto animo, secum Strauio contraxisse, & antequam paterna domo discederet, fidem matrimonialem illi dedisse, asserebat. Quoniam in facto ponderatum fuit, quod

quod testes omnes remissoriales de prædicto consensu,
præcedenti promissione, hilaritate, & apoca, ac fide
matrimoniali deponentes, id de auditu tantum affir-
mant, vel ab ipso Strauio, vt secund. super 9. art. *Sum-*
mar. D. Annæ Isabellæ *num.* 1. *quart. super* 15. *septim. super*
1 100. *Interrog. eod Summar. num.* 2. † qui proindè nullum
probationis gradum faciunt, ne maior fides exemplo,
quam originali adhibeatur, Crauett. *cons.* 41. *num* 2. Ro-
ta coram san. mem. Greg. *decis.* 570. *num.* 2. *coram* Buratto
decis. 323. *num.* 18. & in proposito in Tullen. *Matrimonii*
in recent. decis. 301. *num.* 20. & *decis.* 334. *num* 7. *part.* 11. *Bo-*
nonien. Pensionis 22. *Iunii* 1663. §. *Adminiculæ verò coram*
Eminentiss. D. Card. Card. Celso, & *in Romana Cambii* 4. *Fe-*
bruarii 1665. §. *fin. coram* R. P. D. *meo Ottalora*.

Vel à D. Anna Isabella, non quando assertos actus
matrimonium præcedentes gerebat, sed tempore quo
in domo d. Scabini Beechman reperiebatur, vbi post ra-
ptum traducta fuerat, vt apparet ex eorum depositioni-
bus, & signanter secundi Testis (qui est ipsemet Beech-
man) super 53. *Interrog. d. Summar. num.* 1. ibi: *Nihil aliud*
deponere scit, nisi quod audiuit ex proprio ore Domicellæ de
Fraipont, dum erat in domo sua deponentis, quod discessis-
set spontanea voluntate cum producente. Idem deponit 4.
super 24 *Interrog.* 13. *super* 25. & cæteri omnes in allegato
Summar. nu. 2. Vndè quamuis recensitos actus probarent,
adhuc tamen validitatem matrimonij non concluderent,
2 † quia illos gerebat, vel de præcedentibus loquebatur
Puella, tempore quo in potestate Raptoris reperiebatur,
& proindè intrat dispositio Sac. Conc. Trid. *sess.* 24. *de re-*
mat. cap. 6 & actus non suffragantur, nisi Puella à Rapto-
3 re separata, † ac in libertate constituta, illum in Virum
habere consenserit, ex relatis per Sanchez *de matrim. libr.*
7. *disp.* 13. *num.* 1. & 2. *vers. addit benè*, & *seqq.* Pirr. Corrad.
in prax. dispens. lib. 7. *cap* 6. *num.* 5. & 52. & *in prima huius*
Causæ decisione 28. *Iunii* 1666. *in princip. coram Reuerendiss.*
D. meo Decano. Et ratio est, quia donec Puella in potesta-
4 te Raptoris reperiretur, † ex quo præsumitur durare cau-
sa metus, omnia dicta, & actus ab ipsa facti ex eadem
causa metus gesti præsumuntur, *c. cum locum* 14. *de spon-*
sal Dec. *cons.* 216. *num* 4 *circa med. vers. sed his*, & *similibus*
non obstantibus, egregiè Surd *cons* 513 *num.* 41. & *seqq.* cum
pluribus relatis per Add. ad Buratt. *decis.* 205. *num* 35. *vers.*
5 *secundo*, vbi id procedere inquit etiamsi actus † aliqui
spontanei videantur, & in proposito ponderauit Rota
in Ianuen. Raptus, seu Matrimonij 10. *Februarii* 1586. *co-*
ram Pamphilio, Senior. relata in *Toletana Matrimonii*
coram Seraph. *decis* 851. & 859. *vtrobique num.* 1. *vbi con-*
cordantes referuntur.

Quod ex duobus potissimum in præsenti specie facti
procedere visum est Dominis. Primo scilicet, quia D.
Anna Isabella in domo Scabini Beechman existens, cum
extra conspectum Strauij interrogaretur; An ipsum
ducere vellet, vel in sponsum duxisset, se nullo modo
cum ipso matrimonium contrahere velle declarabat;
6 † ipso autem Strauio præsente, vel superueniente,
eamque toruis oculis respiciente, se cum eo nuptias
contraxisse, asserebat, & vbi seorsum à Strauio Puel-
læ amicis, & consanguineis loqui permissum fuit,
semper cum summo dolore, & lachrymis intentionem
longè diuersam à præcedenti; imò contrarium declara-
uit, vt disertè deponunt testes in eius *Summar. num.* 5. &
6. Hinc enim claré patet, quod actus, & signa lætitiæ,
ac declarationes d. Annæ Isabellæ ob metum à Strauio
incussum procedebant, & tantum abest, quod ex il-
7 lis eiusdem puellæ probetur consensus, † quod spon-
taneæ declarationes coram eo emissæ, qui metum in-
tulit, metum potius geminant, quam eneruant, vt
post Alexand. *cons.* 99. *num.* 8. *lib.* 3. Ruin. Euerard. &
alios apud Barbos. *vot.* 1. *num.* 104. *libr.* 1. Rota coram
Reuerendiss. Royas *decis.* 491. *num* 2.

Secundò, quia postquam eadem puella à Raptore
segregata, & in libertate restituta fuit, non solùm in
Strauium non consensit, sed pluries ex professo coram
testibus, & Notario declarauit se circumuentam, &
deceptam fuisse, nec vnquam animum habuisse tale
matrimonium contrahendi, quinimo ab eo maximè
auersam constanti animo semper se ostendit, semperque
prætensum matrimonium tanquam nullum impugna-
8 uit, & hodie acritèr impugnat; † Ex quibus declaratio-
nibus nullitas matrimonij ex raptu resultans coadiuua-
tur, & mirificè comprobatur ex adductis in 1. *decis. coram*
Reuerendiss. D. meo Decano, §. *præterea huiusmodi*, & *per*
Paris. *cons.* 10 *num.* 40. *lib.* 1 Natt. *cons.* 451. *num* 21. & *seqq.*
Rota *decis.* 274. *num.* 3. *in fine part.* 8. & *decis.* 341. *num.* 3. &
4. *part.* 10. *recent.* Præcipuè quia hanc eius deliberatam in-
tentionem Puella Reuerendiss. Namurcensi ab hoc Sacr.
Tribunali ad explorandam eius voluntatem deputato,
expressit; † talis enim declaratio in subiecta materia plu- 9
rimum attendi solet, vt per Cepol. *cons.* 56. *num.* 13. Sanch.
de matrim. lib. 2 *disp.* 45. *num.* 12. Ciarl. *contr. for cap.* 131. *nu.*
37. & *in vlt. decis. quæ hodie confirmata fuit* §. *præsertim co-*
ram me.

Exclusis per prædictas rationes depositionibus testium,
consensus Puellę, & præcedens tractatus matrimonij non
probatur ex asserta apoca manu, vt prætenditur, ipsius
conscripta; Tum quia licet sub die 21. Decembris 1662.
subscripta appareat; cum tamen neque à Notario, neque
à testibus subsignata fuerit, & excepta subscriptione to-
tum corpus scripturæ manu eiusdem Strauij exaratum
appareat, † visa est Dominis valde suspecta, & quod tem- 10
pore, quo puella in potestate Raptoris reperiebatur, cum
antidata confici potuerit, & proinde nullum penitus pro-
bationis gradum constituit, vt aduertit Castr. *cons.* 134. *nu.*
2. *vers. nam ista scriptura licet contineat tempus, lib.* 1. Surd.
cons. 82. *num.* 21. Rota *in puncto coram* Seraph. *d. decis.* 861.
num 7. vbi de subscriptione capitulorum matrimonialium
decis. 366. *num.* 4. *post* 2. *vol. cons.* Farinac. & *decis.* 140. *num.*
24 & *seqq. part* 4. *recent. tom.* 2. Tum etiam quia eadem
apoca tot † testium depositionibus contrariatur, asseren- 11
tibus eo tempore Strauium nobilis puellę matrimonium
tractasse cum D de San Vbermont, quod etiam ex pluri-
bus Epistolis eiusdem d. Comiti de Duras, & Secretario
Heren directis benè comprobatur; Non enim induci po-
tuerunt Domini ad creden. quod Strauius, dum pro ami-
co, cui se obsequentissimum profitebatur, † matrimo- 12
nium procurabat, eum tam grauiter offendere voluerit, &
pro se ipso concludere, quæ quidem inuerisimilitudo om-
nem præcedentis tractatus probationem satis excludere
potest, Rimin. Iun. *cons.* 217. *n* 34. & *seqq lib.* 2 Rota *in Flo-*
rentina, seu Bononien. de Barbadoris 25. *Iunii* 1640. §. *quan-*
tum verò in fine coram Coccino. & *in Bononien. Censuum* 1.
Februarii 1666. *coram* R. P. D *meo Albergato*, & plurimum
operatur † ad mouendum animum Iudicis, vt inquit Rot. 13
coram Coccino *decis.* 423. *num.* 2. & *coram* Eminentiss.
Otthobon. *decis.* 205 *num.* 8.

Nec ex Testibus remissorialibus eiusdem apocæ veri-
tas comprobata fuit, quia eorum depositionibus benè di-
scussis, suspicionem potiùs augeri visum est Dominis;
nam alij eam absolutè non recognoscunt, vt est Testis 23.
super 30. *Interrog. Puellæ num* 11. qui deponit sibi cartam
similem fuisse ostensam, sed ignorat, an sit ea ipsa, & non
recordatur, an esset subsignata; Testis autem 25. *super eo-*
dem Interrog. inquit sibi apocam similem consignatam
fuisse, excepto quod fictis nominibus *Cæ*, & *Titij* scripta
fuerat, nec datam, nec subscriptionem continebat; Alij
demùm de tempore non recordantur, & tamen etiam vbi
scriptura legitimè recognita fuisset, † non adhuc proba- 14
retur factam de tempore ibi descripto, vt post Ciriac *contr.*
10 *num.* 17. Rota *decis.* 54. *num.* 2. *part.* 4. *diuers.* & *in Bono-*
nien. Bonorum de Felicinis 10 *Ianuarii* 1650 § *non attenta co-*
ram bon. mem. Bichio, nec vllus ex ipsis Puellam subscriben-
tem vidisse commemorat, † vt necessario requiritur in 15
scripturis priuatis, in quibus suspicio antidatæ viget. Paris.
cons. 19. *n.* 53. & *seq. lib* 3. Menoch. *cons.* 124 *n.* 22. cum plu-
ribus apud Ferentil. ad Buratt. *dec* 143. *n* 39. *in puncto* Ro-
ta *in Vlixbonen. nullitatis matrimonii* 21. *Iunii* 1603. §. *quia*
constat cor. bon. mem. Sacrato, Vallisoletana matrimonii 23.
Iunii 1664 *in princip. coram Reuerendiss. D meo Decano*, &
23. *Ianuarii* 1665. §. *spon. alia coram* R. P. D. *meo Ottalora.*

Deficiente ex premissis tractatu præcedenti, & consen-
su Puellæ, aliquibus ex Dominis non visum est super eo
laborandum, an illo concurrente ad nullitatem matri-
monij Patris dissensus sufficiat, † & tamen partem affir- 16
matiuam tuentur plures, & quidem grauissimi Docto-
res relati in *decis. super remissoria* 23. *Martii* 1667. §. *Con-*
trariam verò, qui loquuntur in terminis præcisis ad effe-
ctum nullitatis matrimonij, non autem ad effectum eui-
tandi pœnas Raptoribus inflictas, † vt contendebant In- 17
formantes pro Strauio, & est de hoc textus expressus in
Canon. lex illa 36. *qu.* 1. ibi: *Raptus admittitur cum Puella*
à domo Patris abducitur, siuè Puellæ solummodò, siuè pa-
rentibus tantum, siuè vtrisque vis illata constiterit: concur-

18 rente potissimum resolutionem † Sac. Congreg. Concilij Trident de qua in *decis.* §. *Tosuitque*, quæ vbi filiæ consensus concurreret, & de hoc disputaretur, attendenda esset, nec in dubium reuocanda, ex adductis per Add. ad Buratt *decis* 479 *num* 10 *vers. declarationibus*, *& num.* 21 Rota coram Cardin. Seraphin. *decis* 1433. *in fine*, & præter adductos in decisione dictum fuit in *Cæsaraugustana Fundationis Conuentus* 18. *Maii* 1657. §. *bis positis in fine coram R.P.D meo Beuilacqua*.

Altera verò eiusdem matrimonij nullitas per Dominos hodie pariter approbata, resultat ex eo, quod contractum fuit coram Parocho S Remacli, qui nec vtriusque, nec alterius saltem contrahentium proprius erat Paro-
19 chus, † vt ad validitatem matrimonij ex dispositione Sacr. Concil Trident. *dicta sess.* 24. *de reformat. matrim cap.* 1 necessario requiritur, vt ponderatum fuit in *decis.* 28. *Iunii* 1666. § *ex alio quoque coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in postrema coram me* §. *iuconcussum pariter*, & concordant Menoch *cons* 398 *n.* .. *& seqq* Ciarlin. *contr.* 131. *num.* 49 *&* 58. *part.* 2 Rota *decis.* 19 *num.* 37. *part.* 10. *recent.* Quamuis in eadem Parochia Strauius appartamentum domus conduxisset, conductio enim tamquam ad euer-
20 tendam Sacri Concilij dispositionem † studiosè simulata, post commissum Raptum, & postquam ad domum Scabini Beechmam cum Puella peruenerat, valdè suspecta Dominis visa est, & pro validitate matrimonij non suffragari, vt in *d. decis. coram Reuerendiss. D. meo Decano*
21 §. *fin.* & in proximis terminis † de suspecta domicilij translatione Tondut. *quæst. & resolut. ciuil. part.* 2 *cap.* 62. *num* 13 *& seqq* Gonzal. *ad regul* 8. *Cancell. gloss* 9. §. 1. *num.* 113. Rota *decis.* 128 *sub num.* 15. *coram Reuerendiss. Royas.*

Cui fundamento non aduersatur, quod fraus non præsumitur; quoniam illa hoc casu ex facti circumstantijs
22 satis resultat, † nam ante raptum, habitandi in ea Parochia animum Strauius non habuit, dum post raptum tantum appartamentum conduxit, post verò neque mobilia transportauit, aut emit, neque amplius Leodij habitauit, sed Stabuleti in Patria sua, vt deponunt per extensum Testes in *dicto Summario Puellæ num* 12. cum quibus concordat attestatio altæ iustitiæ Stabulensis *dicto Summario num.* 13. Quod etiam optimè deducebant Domini ex dispositione Testis à Strauio inducti in *Summario Puellæ num.* 14. qui studiosum conducendi domus consilium in ædibus Scabini Beechman captum, fatetur;
23 † qui licèt vnicus de facto proprio deponens contra inducentem plenè probat Roman. *cons.* 84. *num.*6. Honded. *cons.* 84. *num.* 50 *& seq. lib.* 2. Gratian. *discept.* 552 *num.*9. Adden. ad san. mem. Gregor *decis.* 215. *num.* 9. *in fine*, Rota coram Eminentiss. Otthobono *decis.* 268 *num* 8. *& in Meleuitana Pecuniaria* 30. *Aprilis* 1663. §. *huiusmodi coram R.P.D. meo Beuilacqua*.

Et ita vtraque parte acritèr informante resolutum fuit.

Plures in hac præsenti Causa emanarunt Decisiones, quarum duæ in hac parte superius reperiuntur, & sunt in ordine Decisiones 60. & 162. in quibus etiam aliæ concordantes citantur, infra verò sub die 13. Iunij 1670. adest alia eiusdem Causæ resolutio coram Reuerendiss. D. Beuilacqua cæterarum confirmatoria, quæ in sequenti volumine apponetur.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Fideicommissi.

Veneris 22. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Pertinet hæc Decisio ad materiam prohibitæ donationis inter virum, & vxorem, cuius in fraudem dicitur emanata quæcumque confessio, declaratio, vel adiectio nominis vxoris à marito facta post acquisitam emphyteusim proprio nomine, & cum proprijs pecunijs, Quidquid autem dici potuisset si ab initio contractus iste, vel huiusmodi vtriusque nomine stipulatus fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis primus acquirens titulo oneroso potest de ea ad libitum suæ voluntatis disponere.*

2 *Emphyteusis acquisita à marito, & vxore simul pro medietate vtriusque nomine stipulata dicitur. Intellige vt num. seqq.*

3 *Maritus si Emphyteusim, aut quidquam aliud, acquisiuit nomine proprio, & cum proprijs pecunijs, si postea adiecit nomen vxoris.*

In fraudem prohibitæ donationis adiecisse præsumitur, ibidem.

4 *Vxoris nomen in acquisitione facta à marito in actu ipsius acquisitionis non præsumitur appositum in fraudem prohibitæ donationis; secus autem si ex interuallo.*

Donatio inter virum, & vxorem cum dicatur de iure prohibita, prohibita quoque reperitur quæcumque declaratio, seu confessio, quod maritus acquisiuerit pro se, & vxore, num 4. & seqq & per totam.

5 *Confessio mariti emissa fauore vxoris, quæ à marito confitente capere prohibetur, non valet, quia dicitur facta in fraudem prohibitæ donationis, & num seq.*

6 *Emptionis confessio facta à marito, quod ille emerit nomine suæ vxoris, præsumitur simulata, & non attenditur; imò resoluitur in donationem inter ipsos prohibitam.*

7 *Ecclesia concedens emphyteusim vxori, & marito simul, non præsumitur fecisse confessionem in fraudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem.*

Intellige, & declara vt num. seq.

8 *Emphyteusis si fuit ab Ecclesia vxori, & marito concessa titulo lucratiuo, non cadit præsumptio hoc fuisse factum in fraudem prohibitæ donationis inter virum, & vxorem.*

Secus autem vbi concessio fuit facta titulo oneroso, & cum pecunijs solius mariti, quia tunc præsumitur fraus donationis prædictæ, ibidem.

DECISIO CCCVI.

PRO infirmatione sententiæ Rotalis R.P.D. mei Ottaloræ repetebant Informantes pro Elisabetha, quod domus, super qua cadit controuersia acquisita fuit vsque de anno 1595. ab Alexandro, & Angela Coniugibus æquè principaliter, ac proindè quod non poterat Maritus in præiudicium Vxoris, & ab ea causam habentium in totum eam fideicommisso supponere, verùm hoc non obstante placuit Dominis sententiam prædictam esse confirmandam.

Quandoquidem præcedenter vsque de anno 1586. Alexander præfatus præuia solutione pretij in manibus Venturæ venditoris, & scutorum 250. Ecclesiæ SS. Vincentij, & Anastasij eamdem proprio dumtaxat nomine in Emphyteusim acquisiuerat, † ideoque vt primus acquirens titulo oneroso, spreta Angela vxore potuit de ea ad libitum propriæ voluntatis in suo testamento disponere, vt admissum fuit *in Bonon. Domus* 15. *Iunii* 1663. *coram Reuerendiss. Ninot Episcopo Illerden.* §. *nec obstare, & in eadem* 11. *Maii præteriti coram me* §. *non obstat, & in Ariminen. Bonorum* 21. *Maii* 1665. *coram R P. D. meo Ottalora* §. *nec releuat.* 1

Non obstat, quod in successiuis concessionibus anni 1592. & 1595. reportatis ab Alexandro, æquè principaliter facta fuerit mentio tam Mariti, quàm Angelæ vxoris, † cui proindè pro medietate dicitur quæsita concessio ex doctrina Specul. ab informantibus pro Elisabetha deducta, cum enim constet de præcedenti Inuestitura ab Alexandro proprio tantùm nomine, proprijsque pecunijs reportata, eique viteriùs possessio tradita fuerit, 2
† subsequens adiectio nominis vxoris præsumitur simulatè, accommodata ad euitandum incursum prohibitæ donationis inter virum, & vxorem iuxtà punctualem *text. cum sua gloss. in l si filii* 16. *Cod. de donat. inter vir, & vxor, & ibi Add. sub verb. proba*, vbi distinguitur, quod si acquisitio facta sit à marito, eique sit data possessio, licèt in eodem Instrumento addatur nomen vxoris, non præsumitur donatio, secùs autem si maritus emerit nomine proprio, & de proprijs pecunijs, & in proprio quoque possessionem acceperit; superueniens † enim, vt hic, nomen vxoris in subsequenti Instrumento, præsumitur adiectum in fraudem prohibitæ donationis, quam distin- 3 4

ctio-

ctionem notabilem dicit Bart. *ibidem* (ex quo originaliter est desumpta additio) vbi etiam subdit cum hac distinctione intelligendum esse textum in *l. filia 18. C. fam. ercisc. & post eum tenuerunt* Dec. *cons. 543. num. 16. & seqq* Soccin. Sen. *cons. 65. num 8. lib. 1.* Mascard. *de probat. concl. 446. num. 1. vltrà relatos in prima decis. 19. Aprilis 1660. §. nec refert, & 16. Februarii 1663. §. nec enim coram Reuer. Domino meo Decano.*

Itaque distinctio influit ad solutionem alterius obiecti quod scilicet quamuis in stipulatione Instrumenti annorum 1592. & 1595 (in quibus æquè principaliter etiam Angela nominatur) ea esset absens, adhuc tamen constare videatur de acceptatione eiusdem ex diuersis actibus positiuis datis in *Summ. Elisabeth num. 3. & seqq.* quoniam præter quod actus prædicti fuerunt alias in Rota reiecti, vrgentiores ex eis consistunt in confessionibus mariti, quæ in subiecta materia præsumuntur simulatæ
5 † vti emissæ fauore vxoris, quæ à marito confitente capere omnino prohibetur, vt est bonus text. *in l. qui testamentum 27. ff. de probat. & l. cum quis docedens 37. §. Titia honestissima, ff. de leg 3* & in præcisis terminis confessionis
6 emissæ a Marito in emptione facta nomine vxoris, † quod resoluatur in donationem prohibitam inter virum, & vxorem, & quod præsumatur simulata docet Salicet *in l. si mater 10. num. 1. vers. & vltrà videas C. de contrab. empt.* Mascard. *d. concl. 446. num. 2.* Soccin. Sen. *d. cons. 65. num 8. lib. 1.* Alexand. *cons. 18. num. 3. lib. 3. cum cumulatis in vltima decis. istius causæ 2. Decembris 1667. coram R. P. D. meo Ottalora §. acceptio.*

Demum non refragatur, quod attentis posterioribus concessionibus Angela non habeat causam à marito, sed immediatè ab Ecclesia SS. Vincentii, & Anastasii Domi-
7 na directa, in qua † non potest cadere præsumptio donationis iuxtà doctrinam Caldas. *de iur. emphyt. lib. 2. qu. 4 nu. 18. & lib. 3. cap. 4. num. 4* Conclusio enim forsan esset applicabilis si essemus in nudis, & puris terminis concessionis titulo lucratiuo, de quibus loquitur Cald. supracit. secus verò cum versemur in concessione titulo oneroso reporta-
8 ta ab Alexandro de propriis pecuniis, † hoc enim casu non solùm dicitur exclusa liberalitas Domini directi, verùm etiam vxor, cuius nomine maritus stipulauit, non habet causam à Domino directo, sed à marito, qui sicuti propriis pecuniis emphyteusim acquisiuit, ita etiam potuit in præiudicium vxoris super ea fideicommissum ordinare vt distinguendo inter acquisitionem titulo lucratiuo, & oneroso factam in fortioribus terminis, primus omnium docuit Bald. *in d. l prima n 16. vers. si verò pater stipulatur C. per quas personas nobis acquiritur*, cum quo proceduntur Aretin. *in l. apud Iulianum §. si quis alicui col. penult. vers. secunda conclusio, ff. de legat. 1.* Corn. *cons. 38 num. 13. vers. concludit enim, & cons. 51. num. 1. vers. & hinc consultationem lib. 3.* Menoch *cons. 28. num. 10. 12. & 13. & cons. 309. num. 19. & conferunt notata per* Rota coram Merlin. *decis. 669. nu. 33. cum seqq. & dixit in vlt. decis. R. P. D mei Ottalora §. non obstat quod præsumptio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 25. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Arbitrorum, & Arbitratorum facultas plenè traditur, & declaratur ad substinendum eorum laudum, & relationem peritorum sine partium citationibus citationibus emanata vigore compromissio, in quo illis plena, & omnimoda procedendi libertas tribuitur, & vt communiter dicitur, *Altè, & Bassè, & tàm de iure, quàm de facto.*

SVMMARIVM.

1 *Laudum pronunciatum in vim amplissimi compromissi præsumitur de iure validum, & iustum.*
2 *Laudum censetur à partibus acceptatum, & emologatum, si in illius executionem, & formam aliquid receptum sit, vel administratum.*
3 *Laudi ea est natura, vt ratione indiuiduæ voluntatis contrahentium pro parte acceptari, pro alia verò parte impugnari minimè possit.*
4 *à Laudo pro parte recedere partibus non permittitur intellige, vt num. seq.*
5 *Nullitas, & iniustitia Laudi quatenus possit etiam in vna tantùm illius parte allegari, & supra num. 4.*
Laudi nullitas, & iniustitia debet clarè, & concludenter probari, num. 5.
6 *Laudum quatenus reddatur nullum ex defectu citationis, & num. seqq.*
Peritorum electio, eorumdemque relatio citationem requirit, & quando num. 6. cum seqq.
7 *Arbiter non solùm, sed etiam Arbitrator, quis dicitur constitutus per verba*, Altè, & Bassè de iure, & de facto, *& num 8.*
Verba, Altè, & Bassè de iure, & de facto *quam facultatem importent, num. 7. & 8.*
9 *Arbitrator, non tantùm simpliciter Arbiter dicitur constitutus ad componendum negocia socialia, & vnicuique socio suam portionem tribuendum.*
10 *Arbiter si laudauit & vti Arbiter, & Arbitrator, vtroque nomine processisse dicitur.*
Actus censetur gestus eo meliori modo, & forma, quibus ille valere de iure potest, n. 10.
11 *Arbiter, & Arbitrator quatenus possint validè procedere sine seruatione alicuius formæ iudicialis, & num. seqq.*
12 *Citationem partis an seruare teneantur Arbiter, & Arbitrator.*
13 *Partes requirendæ, & admonendæ non sint ab Arbitris, & Arbitratoribus.*
14 *Citatio ad sententiam in Arbitris, & Arbitratoribus necessaria non est, quando partes pluries antea auditæ, & citatæ fuerunt.*
Amplia, vt ibid.
15 *Doctores plures in materia citationis ad sententiam coram Arbitris, & Arbitratoribus declarantur, & num. seq.*
16 *Solemnitates de iure naturæ etiam coram Arbitris, & Arbitratoribus, seruandæ sunt.*
17 *Citatio ad sententiam dicitur esse de iure ciuili, non autem naturali.*
18 *Relatio Periti fieri potest etiam sine aliqua citatione, si illa à partibus fuerit particulariter remissa.*
Compromittentes si voluerunt Peritos eorum relationem simpliciter consignare posse in manibus Arbitri, citationis defectum allegare non possunt, num. 18.
19 *Facultas eligendi tertium Peritum prorsus partibus incognitum sit nè à iure permissa, & num. seq.*
20 Textus in cap. Innotuit, & cap cum à nobis, *de Arbitris expenduntur, & declarantur, & n. 21.*
21 *Arbitratores vigore suarum facultatum quatenus possint sine citatione procedere.*
Tertium Peritum etiam partibus incognitum potest Arbitrator eligere, & quando vide etiam supra num. 19. & seqq.
22 *Laudum promulgatum non seruata forma, & non purificata conditione fideicommissi remanet nullum.*
23 *Compromissi forma quando non dicatur violata, sed potius adamussim seruata.*
24 *Mandatum relaxari non potest pro credito non iustificato.*
25 *Partitæ informes, generales, & in genere probationum imperfectæ non dicuntur in forma rationum.*
Creditum aliquod non resultat ex partitis informibus generalibus, & in genere probationum imperfectis num. 25.

DECISIO CCCVII.

DISSOLVTA societate super negotio aromatariæ alias sub certis pactis, & conditionibus inita inter Iosephum Carnealium ex vna, & Federicum Guerrerium ex altera, ad euitandas lites fuit expressè inter eos conuen-

conuentum, quod vtilium liquidatio, & computorum
solidatio fieri deberet per duos peritos hinc inde electos, &
ipsis non concordantibus per tertium ab ijsdem nominan-
dum, qui referre deberet Iudici compromissario in cuius
arbitrium ex tunc omnes differentias, quæ inter ipsos ori-
ri possent, remiserunt, cum facultatibus decidendi, &
arbitrandi *tàm de iure, quàm de facto, altè, & bassè &c.*
renunciantes appellationi, & aliis quibuscumque iuris
remediis, & cum obligatione Camerali.

Cum igitur Iudex compromissarius, visa Peritorum
relatione, laudum suum promulgasset, in quo, inter
cætera declarauit, quod Aromataria in posterum spe-
ctare deberet ad Guerrerium cum omnibus debitis, & cre-
ditis, commodis, & incommodis persolutis tamen Car-
neualio scutis 623. 65. liberis, & exemptis ab omni debito
ære alieno desalco &c. ad quorum computum habuit scu-
ta 500. ad hunc effectum depositata penes Arbitrum per
Guerrerium, qui Aromatariam vice versa recepit. Ve-
rum cum deficeret in completa solutione supradictorum
scut. 623. fuit iudicialiter conuentus coram R. P. D. Emi-
nentiss. Vrbis Vicarii Locumtenente pro residuali debito,
& passus fuit relaxationem mandati exequutiui, à quo
appellatione interposita ad Rotam, & bis habito recursu
ad Signaturam, causa fuit commissa cum clausula, *sine
præiudicio legitimæ exequutionis*, qua attenta Carneua-
lius fuit integraliter satisfactus, & causa siluit per annos
18. & vltra.

Donec excitatus Guerrerius à Carneualio contra ip-
sum denuò agente coram A. C. pro releuatione indemni-
tatis, videlicet pro restitutione scutorum 200. quæ vigore
mandati ab eodem A. C. relaxati ad instantiam Camillæ
Berninæ creditricis ex causa residui pretii Apothecæ su-
pradictæ Aromatariæ soluere coactus fuerat, obtinuit à
Signatura hanc quoque causam, tamquam à prima de-
pendentem, & cum ipsa connexam, cum facultatibus
A. C. in Rota committi; eoque excipiente de duplici cre-
dito contra Carneualium, altero nempè supradictorum
scutorum 623. indebitè persolutorum vigore supradicti
laudi; Altero scutorum 2065 resultante ex quodam libro
introitus, & exitus eiusdem negotii duplex fuit datum
dubium, An scilicet constaret de suprarecensitis creditis
hinc inde, itaut pro illis essent respectiuè relaxanda man-
data.

Dubium respiciens creditum Carneualii contra Guer-
rierum fuit in alia decisione hac eadem die coram me
affirmatiuè resolutum; Negatiuam verò in præsenti quo
ad credita Guerrerii contra Carneualium.

Etenim respectu primi sc. 623. fundati in prætensa nul-
litate, & iniustitia laudi dictum fuit potiùs in contra-
1 rium vigere † illius prætensam iustitiam, & validitatem,
cum emanauerit in vim amplissimi compromissi, præuia
peritorum relatione, & exactissima totius negotii discus-
sione, ex latè congestis per Gabriel. *concl. 5. num. 14. de
sentent.* fusius per Menoch. *præsumpt. 76. num.* 3. Rota post
Zacch. *de oblig. Cameral. decis.* 152. *num.* 1. *&* coram Emi-
nentiss. Otthob. *decis. 242. num.* 33. Et vlterius cum Guer-
rerius recipiendo negotium Aromatariæ, & illud exer-
cendo vti proprium, necnon soluendo debita ipsius nego-
tii ad formam ipsius laudi † censeatur illud acceptasse; &
2 saltim tacitè emologasse, *ad text. in l. si pars § illud, ff. de
inoff. test.* Castr. *cons.* 116. *num. 3. vers. restat respondere in
fin.* Crauett. *cons. 232. num.* 2. Duran. *decis.* 136. *numer.* 2.
Non potest illud impugnare in illa parte, in qua taxatus
fuit soluere præfata scuta 623. Natura enim laudi est, vt
3 ratione voluntatis indiuiduæ compromittentium, † non
possit pro parte approbari, & pro non facit *text. in l. si
cum dies* 26. *§. penult. in fin & ibi gloss. in verb. Absurdum
ff. de recept. Arbitr.* in terminis Franc. *decis.* 173. *per tot.
& signanter num.* 4. Rota coram Buratt. *decis.* 14. *num.* 34.
Multòque minus ab eo recedere sub prætextu nullitatis,
4 † & iniustitiæ, Marant. *in prax. part. 6. art. 2. num.* 262.
vers. & non potest Gratian. *disp.* 755. *num.* 34. *&* 35. nisi
5 concludenter † probetur Rota coram Vbald. *decis.* 146.
num. 1. *&* 193. *num.* 8.

Quamuis autem plures exceptiones fuerint oppositæ
contra dictum laudum, ex quibus prætendebatur resul-
tare illius nullitas, & iniustitia redactæ fuerunt in sub-
stantia ad duo capita principalia, reiectis aliis tamquam
friuolis, & insubsistentibus.

6 Primum fuit defectus citationis † tam in electione
quàm in relatione tertii Periti, necnon in prolatione ip-
sius laudi, ad tradita per Bart. *in l. si quis arbitratu num.* 7.
vers. credo, ff. de verb. oblig. & ibi Soccin. *num.* 29. *cum com-
muniter scriben. idem* Bart. *cons.* 166. *num* 2. *part.* 1. *cum
alleg. in dec.* Peniæ 297. *num.* 3.

Sed quoad laudum responsum fuit, attentis facultati-
bus Iudici in compromisso tributis procedendi scilicet, *Al-
tè, & bassè, de iure, & de facto*, per quas † non solùm 7
Arbiter, sed etiam Arbitrator fuit constitutus Innoc. *in
cap. Quintauallis de iur. iuran. num. 6. vers. puta quia dixit
Bapt. à S. Blasio in tit. de Arbitr. & Arbitratore, § mox di-
camus vers. decimoquinto in corpore tractatuum tom. 3. part.
1. pag.* 298 & ponderando † verbum, *de facto ibidem vers.* 8
*trigesimo tertio quando præcipuè cum fuerit à partibus non
electus non super re litigiosa, sed ad tribuendam vnicuique
ex sociis suam tangentem portionem ex societate debitam* † 9
Innoc. *in præcit. cap. Quintauallis de iureiuran. num* 5. *vers.
Arbitrator autem Speculat. in tit. de Arbitr. & Arbitrato-
re §. 1. num.* 3. Ipseque Iudex laudauerit tamquam Arbi-
ter, & Arbitrator, censetur enim nomine processisse, † 10
quo cautus valere poterat Bald. *in l. non post medium, vers.
sed quid si dicit ita, ff. de testam. milit.* Felin *& alii relati in
decis. Greg. 204. num.* 15. Roman. *cons.* 247. *numer.* 5. Raph.
Cuman. *cons. 7. colum. 2. vers. pro parte verò*, Potuisse pro-
cedere sine obseruatione † alicuius formæ iudicialis, Ab- 11
bas *in d. cap. Quintauallis de iureiur. nu.* 4. Marant. *in Prax.
part. 4. Arbitr. 14. num 2. vers. Arbitrator*, Rot. *decis.* 38.
num. 3. part. 5. recent. Et † signanter sine citatione Angel. 12
cons. 367. num. 10. vers. sed quia discussoque ex professo ar-
ticulo consuluit Cuman. *præcit. cons. 7 per tot. & signan-
ter d. vers. pro parte verò diuersa col.* 2. Et sine partium † 13
requisitione Rot. *decis. 26. num. 7. par. 4 tom. 1. recent.* Præ-
ter quam quod cum in præsenti casu, ex datis hinc inde in
Summariis constet, partes in discussione negotii fuisse
pluries auditas, præuiis etiam iudicialibus citationibus, † 14
non erat necessaria citatio in actu declarationis etiam si
actum fuisset de re litigiosa, in terminis Rota *d. decis.* 26.
num. 7. in fin par. 4 tom. 1. recent. cum Aldobrand. *consil. 59. nu.
6. &* Crescent. *decis. 2. de Arbitr. ibi alleg.* vbi de commu-
ni, & ideò nec Corneus *cons.* 114. *num. 5. lib. 2. neque* Rot.
coram Mantic. *decis.* 299. *num.* 3. exaduerso allegat, ad-
uersantur, † quia *decis. Mantic.* loquitur in casu, quo al- 15
tera pars nullatenus, neque in discussione negotii fuerat
audita, & Corneus dicit tolli quidem non posse solemni-
tates, † quæ sunt de iure naturæ, quod non controuerte- 16
batur; Sed dictam citationem ad sententiam esse de iure
ciuili † non naturali, Aldobr. *cons. 103. num. 14. vol.* 2. 17

Quatenus verò talis defectus citationis opponebatur
relationi tertii Periti, obseruatum fuit huic quoque fuis-
se in compromisso tributam facultatem referendi sine illa
ibi: *Et in caso di disco, dia d'essi debbano elegere vn terzo con
tutte le facoltà necessarie, e senza alcuna citatione ò atto giu-
diciario, Ma le relationi si debbano dare in mano di Monsig.
Spada*; † Quapropter cum compromittentes fuerint con- 18
cordes in hoc quod periti possent suas relationes in breui
manu consignare Iudici compromissario cessat oppositus
defectus citationis, *ad text. in l. diem proferre §. si quis liti-
gator. ibique* Bald. *num. 2. ff. de recept. arbitr. & alii in Bono-
nien. Laudi 6. Iunii 1658. etiam ex facultatibus coram Emi-
nentiss. Celso.*

Et ex his sublata remansit etiam altera exceptio respi-
ciens electionem eiusdem tertii Periti, in cuius relatione
laudum fundatum legitur, vti factam non citato Guer-
rerio, & de persona illi penitus incognita, quamuis enim
per *text. in cap. innotuit de Arbitr.* † talis facultas eligendi 19
tertium incertum videatur reprobari, nihilominus textus
immediatè † subsequens *in cap. cum à nobis* satis clarè il- 20
lam approbat, *& glos. ibi in verbo Mediatorum* hos textus
conciliando optimè distinguit, nempè quod dispositio pri-
mi habeat locum in arbitris, † secundi verò in Arbitrato- 21
ribus, quales erant in præsenti casu electi, & nominati
in compromisso attentis facultatibus, vt supra illis tribu-
tis procedendi scilicet sine citatione, vt per eamdem glos.
vbi supra Roman. *singul.* 164. Gratian. *decis. Marcb.* 236. *nu.
num.* 8. Mantic. *decis. 235. num.* 5.

Secundum verò caput nullitatis, & iniustitiæ laudi
fundabatur in supposito, quod Arbitrator excesserit limi-
tes facultatis sibi in compromisso conditionali à partibus
tributæ, consignandi videlicet Carneualio scuta 500. pe-
nes ipsum à Guerrerio depositata ante solidationem om-
nium computorum, & factam hinc inde generalem
quietantiam, secundum formam compromissi, quam
præce-

præcedere debuisse solutionem dicebant; & ideò non
22 seruata forma, & non purificata conditione † compromissi, laudum esse nullum, vt latè Rota coram Buratt. *decis.14 à num.1. & decis.29.num 1.& 9.*

Verùm compertum fuit suppositum ex facto corruere, cum imò in compromisso cap. 5. conuentum legatur, ibi: *Che fatta la relatione del terzo perito, debba il Signor Giuseppe hauer la rata de suoi vtili contanti, e lasciar otto per cento della metà di detti vtili al detto Federico, il quale debba pagare subbito l'intiero al detto Signor Giuseppe.*. Quapropter cum relatio tertij periti præcesserit solutio-
23 nem, dici non potest forma † compromissi violata, vt in casu *decis.54.& 29.*Buratt. Sed potiùs adamussim seruata.

Alterum verò creditum scutorum 2065. deductum ex partitis cuiusdam libri introitus, & exitus de quo aiebat Guerrerius non fuisse neque à perito in relatione, neque ab Arbitratore in laudo habitam rationem, minus vi-
24 sum fuit pro nunc sufficienter iustificari, † ita vt pro illo possit relaxari mandatum.

Liber enim retentus penes Carneualium, & manu ipsius conscriptus, in quo adnotabat partitas rerum, & pecuniarum diuersis vicibus à partibus sibi inuicem datarum, & receptarum, constat de hoc fuisse habitam rationem, ex quo Carneualio bonificata fuerunt scut. 54. de quibus in eodem libro creditor fuit constitutus, vt in instructione laudi §. *E di più hò lodato.*

Quod si prætendit Guerrerius adfuisse alium librum separatum, vt colligi videtur ex partitis datis *in Summar. num.4.* hæ vilæ fuerunt adeo informes, generales, & in ge-
25 nere probationum imperfectæ, † vt nec possint dici in forma rationum ad hoc, vt creditum aliquod præseferre valeant, Rip *in l.admonendi nu.116.ff.de iureiur.* Bart. *cons.156.num 9.in fin.lib.1.cum alleg.per* Merlin. *decis.169.nu.2.* Et ità vtraque parte informante &c.

Sub hac eadem die adest altera Inter easdem partes resolutio coram eodem R.P.D. Vicecomite, quæ est decisio, quæ immediatè subsequitur.

R. P. D. BEVILACQVA.
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Meleuitana Successionis, seù attentatorum.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Gesta post appellationem interpositam, & successiuè præsentatam inhibitionem non est dubium quin vitio attentatorum non subsint, itaut proindè & reuocanda sint, ac etiam manutenendus qui eadem attentata passus est; idque adeò procedit in casu quocumque dubio, in quo nec pro aliqua prouisione adiri potest Iudex à quo, sed necessariò adeundus est Iudex ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Attentata committit qui post appellationem interpositam, & inhibitionem secutam redit ad Iudicem à quo.*
Attentata non est dubium quin non veniant reuocanda, num.1.& 5.
2 *Iudex à quo pronunciata sententia functus est officio suo, & proindè non potest in causa ampliùs se ingerere.*
3 *Iudex ad quem fuit interposita appellatio adiri debet pro quacumque prouisione capienda, & num.4.*
Itaut citra vitium attentatorum adeundus non sit Iudex à quo, ibid.
Causa per appellationem in totum deuoluitur ad Iudicem, ad quem, num.3.
4 *Iudex à quo post interpositam appellationem, nec etiam in casu dubio, & per modum prouisionis in causa se ingerere potest.*
Inferior ingerere se non potest in ijs quæ ad superiorem spectant, nec etiam in casu dubio, & per modum prouisionis, num.4.
5 *Attentata reuocantur etiam per viam manutentionis.*
Manutentio conceditur illi, qui numquam habuit se pro spoliato, num.5.

DECISIO CCCVIII.

IOANNES Baptista Barbara pendente appellatione in Rota à sententia lata per R. P. D. Marescottum tunc Militæ Inquisitorem ad fauorem Cleræ sororis super manutentione in possessionem medietatis bonorum hereditariorum q. Dominici, & Sperantiæ communium parentum obtinuit à R.P.D. Ranuccio in Tribunali successore præcepi eidem Helenæ, & Gregorio viro, ne certas domos, & terras ingrederentur super quarum manutentione successiuè reportauit sententiam, quam esse attentam Rota respondit.

Etenim post introductam pro parte eiusdem Ioannis Baptistæ causam appellationis in Rota à qua successiuè illius vigore emanauit inhibitio, non licuit redire ad Inquisitorem Iudicem à quo, † vndè reuocatum non fuit 1
indubium, quin constet de attentatis, quæ veniant reuocanda *cap. Romana §.fin autem, vbi glos. in verbo mandetur in fine, ap. non solùm §.illa verò de appell. in sexto* Rota *decis.79.num.1.part.4.tom 2 recent.* Mantic. *decis.345 num.1.*

Nec valuit attentatorum incursus euitari allegando bona prædicta esse propria Ioann. Baptistæ & consequentèr non potuisse ab Helena sorore tamquam Dominici partis hæreditaria prætendi, quia quidquid sit an bona verè spectent ad Ioannem Baptistam certum tamen est, quod vti hæreditaria fuerunt exequutata ab Elena, quæ super eisdem manuteneri per cedulam obtinuit ab Inquisitore, † ex quo fit, quod Iudex à quo iam suo officio 2
functus, non poterat amplius se ingerere, neque ad illum erat confugiendum, sed pro opportunis prouisionibus adeunda erat Rota, † ad quam totum negotium erat de- 3
uolutum, Rota *decis. 785. num.2. part.1. diuers.* Cardin. Mantic. *decis.237.num 2.& apud* Duran. *decis.434 num.1.* & fuit dictum *in Monopolitana attentatorum 13.Febr.1651. § minus obstat coram bon.mem. Card Corrado.*

Minus refragatur alterum motiuum ex eo elicitum, quod vltima sententia manuteneat Ioannem Baptistam donec facta fuerit bonorum hæreditariorum liquidatio, cum in ea data in Summar. Helenæ num. 3. enuncietur quod ab ipsa capta fuerat possessio omnium bonorum in vim sententiæ R.P.D. Marescotti eo minus Ioannes Baptista poterat citrà vitium attentatorum post appellationem à dicta sententia commissam redire ad Iudicem à quo, † qui vti inferior attenta dubietate, & litigio, nec 4
per modum prouisionis poterat aliam cognitionem assumere, Rota *in Romana attentatorum 27.Martii 1609. §. Et in omnem casum coram bon. mem. Sacrato penes Marches. de commiss. part.1. fol.mihi 1248.num. 4.* & plures refert Rota *in cit. Monopolit. Attentatorum coram bo.me Card. Corrado.*

Ex quibus cum constet de attentatis sequitur, quod sint reuocanda, † & pro illorum reuocatione danda manuten- 5
tio Helenæ, quæ nunquam se habuit pro spoliata, iuxtà *decis.1176.num.6.cor.* Cardin. Seraph quæ passim sequitur Rota, vt videre est apud Coccin *decis.380.n.3 & in Meleuitana Parochialis 30.Iunij 1651.& in Rhoien.Bonorum, seù attentatorum 29 Maii 1654.§.fin cor. Reueren.D.m Decano.* Et ità decisum vtraque &c.

R. P. D. BEVILACQVA,
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Romana, seù Farfen. Nullitatis Inuestituræ.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Locatio potiùs quàm emphyteusis præsumitur contractus, locationis titulo à partibus nominatus, & cuius pensio fructibus correspondet, isque transit etiam ad extraneos quamuis de re Ecclesiæ factus sit, ex stipulatione concepta pro hæredibus, & successoribus quibuscumque iuncta clausula *ad habendum, & quibus dederit*, cuius proindè natura per transactionem, & nouam concessionem de eo factam cum immutata non sit nouum Beneplacitum Apostolicum non fuit

necessarium, de quo vlterius etiam in decisione discurritur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis esse dicitur, qualis à partibus fuit appellatus.*
Contrahentium voluntas non præsumitur à verbis aliena, num. 1.

2 *Locatio non emphyteusis præsumitur si pensio fructibus correspondet.*

3 *Clausula*, ad habendum, *quando æquipolleat clausulæ*, & quibus dederit.
Emphyteusis, & locatio etiam Ecclesiastica per stipulationem pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, cum clausula ad habendum, & quibus dederit *efficiuntur transitoriæ ad extraneos, n* 3.

4 *Emphyteusis, & locatio ecclesiastica, ex quibus verbis & clausulis dicantur transitoriæ ad fæminis, præsertim descendentes primi acquirentis, & n.* 5.

6 *Beneplacitum Apostolicum spatio longissimi temporis præsumitur interuenisse.*

7 *Causa ad effectum instaurandi Ecclesiam collabentem apposita in alienatione bonorum illius dicitur necessaria.*

8 *Monaci, aliique Parochi tenentur ad reparationem eorum Ecclesiæ.*

9 *Beneplacitum Apostolicum amplius obiiciendum non est post longeuam obseruantiam, & pacificam possessionem.*
Obseruantia deducitur ex diuturna solutione census, num. 9.

10 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex lapsu annorum triginta ante motam litem cum subsecuta obseruantia.*

11 *Constitutio fa. me. Vrbani VIII. super præsumptione, vel non præsumptione Beneplaciti Apostolici excludit in specie centenariam.*
Constitutio san. mem. Vrbani VIII. super exclusione Beneplaciti Apostolici quomodo intelligatur, num. 11. *&* 12.

12 *Præscriptio triginta annorum ante Constitutionem Vrbana sufficiebat ad præsumptionem Beneplaciti Apostolici.*

13 *Concessione prima durante, secunda concessio facta cum clausula*, quatenus opus sit, *nouam in effectu concessionem non inducit.*
Clausula, quatenus opus sit, *in secundo contractu apposita, non tollit, nec aliter impedit effectum primi contractus num.* 13. *& seq. vbi de illius qualitate & natura.*

14 *Concessio noua Emphyteusis facta cum clausula*, quatenus opus sit, *intelligitur potiùs operare confirmationem primæ, quam nouam, & secundam inducat & sup. num.* 13.

15 *Emphyteusis noua concessio vt dicatur facta, probandum est antecedentem fuisse finitam, & supra num.* 13. *cum sequen.*

16 *Nouatio non inducitur per pacta respicientia solam vtilitatem Ecclesiæ, substantiam tamen non immutantia.*
Beneplacitum Apostolicum nouum non requiritur in transactione facta super concessione emphyteusis bonorum Ecclesiæ, & quando num. 16.

17 *Augumentum canonis bonorum Ecclesiæ in transactione factum ad sedandas lites, se compatitur cum prima concessione, & nihil noui producit.*

18 *Emphyteuta per augumentum canonis ab eo factum ad sedandas lites cum Domino directo, non dicitur recessisse à primæuo contractu.*
Possidere vno, vel altero modo consistit in animo, num. 18.
Possidere quod quis potiùs voluerit ex primo, quàm secundo contractu quando resultet, vel non, nu. 18.

19 *Possidere quis præsumitur ex titulo sibi magis proficuo & vtili.*

DECISIO CCCIX.

AD effectum reparandi Parochialem Ecclesiam S. Saluatoris in Campo membrum Abbaziæ S. Saluatoris Maioris, quæ ruinam minabatur Monaci huius Cœnobii reseruato Apostolicæ Sedis assensu anno 1524 præuia obligatione Gregorii, & Adrianæ de Rubeis soluendi ducatos 300. in restaurationem erogandos eisdem locarunt in perpetuum pro annuis ducatis duodecim quasdam domos proprias antedictæ Parochialis; verùm quia anno 1562. Monaci locationem impugnabant deuentum fuit ad transactionem, & aucta pensio ad scuta quindecim. Post obitum Adrianæ in eius portione successit Virginia, quæ moriens reliquit ex Flaminio Bailapanio viro Oratium, à quo mediante Flaminio Iuniore causam habent Ludouica, & Antonius filius contra quos Eminentiss. & Reuerendiss. Domino Cardinalis modernus Monasterii Commendatarius prætendens locationes nullitatem iudicium introduxit coram R. P. D. Gradenigo Iudice deputato ab A.C. qui reos per sententiam diffinitiuam absoluit, à qua commissa causa appellationis in Rota dubitaui, An constaret de nullitate Inuestituræ, & fuit negatiuè resolutum.

Siquidem versamur in contractu perpetuæ locationis,
vt sonant expressa, & sepiùs repetita verba Instrumenti
Summ. reorum num. 1. ibi, *In locationem perpetuam*, &
inferius, ibi, *in perpetuum dederunt, & concesserunt*;
vndè cum nulla appareat mentio Emphyteusis recurri de-
bet ad denominationem à contrahentibus factam, † quo- 1
rum voluntas cum non præsumatur à verbis aliena, ef-
ficit quod talis iudicari debeat contractus, qualis ab ipsis
partibus fuit appellatus, *l. qui fundum §. fundi ff. de con-
trah. empt.* Gabr. *cons. 80. num. 6. vol. 2.* Rot. *in Romana præ-
tensæ deuolutionis Palatii 18. Iunii 1657. §. concessionem cor.
R. P. D. meo Albergato confirmata 21. Iunii 1660 coram Emi-
nentiss. D. Card. Celso, & in Romana Casalis mediæ viæ 15.
Maii 1662. §. verba quidem coram me, & in Romana domus
1. Iunii 1665. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quod facilius in proposito fuit admissum, vbi pensio
numquam promissa legitur sub nomine canonis, sed pro
censu, & Gregorius, & Adriana appellati non fuerunt
Emphyteutæ, sed locatarii, ibi, *prout quilibet similes lo-
catarii facere possunt*, tùm quia census ducatorum sex,
qui antea solui consueuerat auctus fuit ad ducatos duo-
decim, qui cum fructus non solùm æquarent, sed illos
in medietate † excederent talis coniectura cum aliis mox 2
recensitis manifestè conuincit contractum fuisse veræ lo-
cationis, vt optimè omnia prædicta considerauit Rota
*in allegata Romana Casalis mediæ viæ in d. §. verba quidem
vers. rursus, & in §. coniecturæ cum §. seqq. & in Romana
Domus §. accedit cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Vlteriùs accedit ipsa stipulatio pro hæredibus, & suc-
cessoribus quibuscumque, cum extensa clausula, *ad ha-
bendum*, quæ apposita in parte dispositiua ante constitu-
tionem, seù promissionem census † æquipollet clausu- 3
læ, *& quibus dederit*, & operatur, quod tàm locatio,
quàm Emphyteusis Ecclesiastica sit transitoria ad quo-
scumque hæredes extraneos, vt firmant Roland. *cons. 96.
nu. 24. cum aliis lib. 1.* Gabr. *cons. 76. n. 15 & d. cons. 80. num.
24 & seqq. vol. 2.* Clar *in §. Emphyteusis qu. 28. nu 9. & 10.*
qui plures refert, & de communi testatur Cyriac. *controu.
146. numer. 10.* Rota *in recent. decis. 280. numer. 1. par. 1.
dec. 294 num. 3. par. 2. & dec. 432. numer. 9. & 10. par. 9. &
in Romana Domorum 13. Maii 1658. §. neque, & in Placen-
tina Emphyteusis 1. Martii 1660. coram bo. me. Leone Verospio, & in dicta Romana deuolutionis palatii*, vbi clausulæ
præfatæ ponderantur, † ac etiam transire ad fœminas, 4
responderunt Surd. *in cons. 551. num. 2. 8. & 18.* Grat. *di-
scept. 23. num. 18.* Ciarlin. *cap. 180. nu. 45. par. 2. controuers.*
Rota *decis. 309. & 10. nu. 1. & nu. 4.* dicit eo magis com-
prehendere fœminas † descendentes à primo acquirente 5
par. 4. tom. 2. rec.

Non obstat, quod Domus antea locari solebant ad
tertiam generationem, prout in concessione enunciatur
propterea non potuisse in subsequenti concessione perpe-
tua solitum immutari sine beneplacito Apostolico;
quia cum à die factæ concessionis vsque ad intentatam
nullitatem per Eminentissimo D. Actorem effluxerint
centum, & vltrà anni beneplacitum expressè reserua-
tum † cum omnibus aliis solemnitatibus interuenisse 6

præ-

præsumitur Felin. *in cap. Albericus num. 2. & 4. de test.* Cardin. Mantic. *de tacit. libr. 22. tit. 7. num. 23.* Rota *decis. 31. num. 2. part. 4. recent. & in Romana Orti 15. Nouembris 1630. §. quia coram bon. mem. Pirouano, & in Romana Palatij 21. Iunii 1660. §. non obstat coram Eminentiss. D. Cardin Celso, & in Romana Domus 16. Martii 1665. §. cui præsumptioni in fin. coram me*. Concurrente præsertim vtilitate, & necessitate Ecclesię, vtilitas est euidens quia census creuit in medietate, & ducati 150. qui Adrianam tangebant soluti fuerunt ad effectum instau-
7 randi Ecclesiam collabentem, † quę causa dicitur necessaria, ad *text. in Clem. 1. vers. nisi necessitas ibique glos. de reb. Eccles. non alien.* Surd. *cons. 181. num. 17. vers. in proposito cum seqq.* Sperell. *decis. for. Eccles. 67. num. 13.* &
8 Monaci tamquam Parochi † de iure ad reparationem tenebantur *cap. 1. & cap bis de Eccles. ædif.* Concil. Trid. *sess. 21 cap. 7. de reformat.* Thomat. *decis. Macerat. 5. num. 1. & 5.* Rota *decis. 510. num. 4. & decis. 545. num. 1. part. 3. recent. & pluribus relatis* fuit dictum *in Leodien. reparationis Ecclesiæ 31. Martii 1664. coram Reuerendissimo D. meo Gerunden.*

Concurrit etiam alterum potissimum requisitum obseruantię ex longeua census solutione, & pacifica domus
9 possessione, † quibus omnibus stantibus cum lapso tanti temporis non videtur amplius obijciendus defectus beneplaciti Apostolici, vt ex *d. decis. 31. nu. 2. part. 4. recent.* optimè firmatur *in dicta Romana Palatii §. non obstat coram Eminentissimo Celso, & in Melcuitana Commendæ 5. Iulii 1666. §. non vrget coram D. meo Decano*, & in puncto
10 lapsos annorum triginta † ante motam litem cum obseruantia subsequta loquitur Mantic. *decis. 101. num. 2.*

Nec quidquam facit, quod præsumptio beneplaciti in alienatione bonorum Ecclesię sublata remanserit per Constitutionem S.me. Vrbani VIII. de præiudicialibus
11 Ecclesię, † quia in ea expressè præseruatur centenaria, illamque solum attendendam esse sanciuit, quæ in casu nostro iam completa erat, cum ab anno 1524. vsque ad annum 1641. quo illa fuit promulgata plusquam centum anni lapsi erant, iuxtà deducta *in dicta Romana deuolutionis Palatij 18. Iunii 1657. §. quia ponderatum, & in Rauennaten. Emphyteusis 9. Decembris 1658. §. neque obesse coram R.P.D. meo Albergato, & in Romana deuolutionis domus 5. Martij 1660. §. neque coram bon. mem. Leone Verospio, & in Romana domus 16. Martij 1665. §. cui præsumptioni coram me.*

Inanè quoque DD. visum fuit refugium, quod concessio controuersæ domus non sit metienda ab anno 1524. Sed potiùs ab alio 1562. quo Monaci iudicium nullitatis primæ concessionis intentarunt successiuè terminatum per transactionem, vltra quod enim non docetur, à quo tempore lis fuerit introducta, minusque coarctatur, quod à die concessionis vsque ad motam li-
12 tem non effluxerint 30. anni, † qui ante publicationem Vrbanæ Constitut. sufficiebant ad præsumendum beneplacitum Apostolicum in Instrumento reseruatum, ad tradita per Felin. *in cap. sicut sub num. 29. vers. simile etiam de re iudic.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. allegat. 95. num. 72.* Ciarlin. *controu. 39. num. 4. cum seqq.* Rota *decis. 375. num. 7. part. 2. recent. & coram* Gregor. *decis. 52. num. 2. & in Romana Domus 12. Ianuarii 1662. coram R.P. D. meo Albergato*. Obiectum ex facto diluitur aduertendo, quod de anno 1562. non fuit facta noua concessio, sed præuia narratiua prætensæ inualiditatis, & iudicij introducti deuentum fuit ad transactionem, in qua Monaci vtentes speciali facultate tradita à toto Monasterio in mandato procuræ facto ad extinguendam prædictam litem, & approbandam, & confirmandam, & quatenùs fuisset opus denuò concedendum locarunt in perpetuum Adrianæ domum, vt in eodem Summar. num. 2. quamobrem cum tunc temporis duraret præce-
13 dens locatio perpetua, & esset valida, † subsequens concessio stipulata cum clausula, *quatenus opus sit*, non fuit apta nouam concessionem inducere, vt in terminis consuluit Bardellon. *cons. 54. num. 23. cum aliis relatis in Sarsinaten. feudi 12. Iunij 1645. §. nec obstat quod Clemens coram bon. mem. Dunozetto impress. post discept. Contrii la 18. num. 51.*

Minusque obstat, quod concessio anni 1524. expressè confirmata non fuerit in subsequta transactione, sed tantùm cum clausula, *quatenus opus sit*, denuò locata domus, quia clausula prædicta tamquam conditionalis nihil ponens in esse censetur adiecta pro potiori cautela quatenus præcedens concessio locum non haberet, † 14
vndè dici nequit facta noua concessio, sed potiùs confirmata præcedens, vt optimè ad propositum ratiocinatur Ruin. *consil. 35 num. 31. vers. quæ clausula lib. 1. & firmat* Rota *in d. Sarsinaten. feudi §. nec obstat*. Vbi quod ad effectum, vt dicatur facta noua concessio † proban- 15
dum est antecedentem fuisse finitam.

Nec prætendi potest fuisse nouatum ex augumento census, & alijs pactis in transactione adiectis, quia cum non sint substantialia, sed potiùs commodum Ecclesiæ respiciant † non constituunt nouam concessionem, 16
quod indigeat alio beneplacito Apostolico, iuxtà doctr. Calderini *cons. 11. de feud.* Fulgin. *de iur. emphyt. quæst 9. num. 12. vers. declara, & tit. de var. caduc. quæst. 1. num. 27. vers. sed bis non obstantibus, & firmauit* Rota *decis. 191. num. 15. part. 4. diuers.* & admissum fuit *in decis. 176. num. 32. part. 5. recent.*

Denique ex solutione annuorum scutorum quindecim ad formam transactionis concludi non potest defectus obseruantiæ primæ inuestituræ, quia augumentum canonis per viam concordiæ ad lites sedandas † se 17
compatitur cum primo Instrumento, & nihil noui producit per quod conductores censeantur recessisse † à pri- 18
mo contractu, & voluisse possidere vigore secundi cum possidere vno, vel altero modo consistat in animo, per text. *in l. si quis § differentia, ff. de acquir. possess.* & quilibet præsumitur possidere titulo sibi magis vtilis, † & 19
proficuo Alexan. *cons. 8. num. 19. & 20. lib. 3.* Menoch. *cons. 87. num. 64. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 5. num. 4.* & dixit Rota *in Rauennaten. legitimæ 28. Nouembris proximi præteriti §. binc igitur coram R. P. D. meo Triolo.*

Et ita vtraquę &c.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granatesi.

Bononien. fideicommissi de Nascentorijs.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Quamuis pro debito Testatoris, & propriùs pro dote illius vxori restituenda possint vndequaque alienari stabilia, quæ huiusmodi in casibus à fideicommisso liberantur; Hoc tamen non procedit vbi in eadem hæreditate aderant pecuniæ mobilia, aliaque nummismata, eo magis si Testator sua debita mandauit solui ex fructibus ad id sufficientibus.

SVMMARIVM.

1 *Bona data in solutum pro restitutione dotis ipsius fideicommittentis, remanent libera à quocumque vinculo fideicommissi, declara, vt num. seqq.*
2 *Bona fideicommissi alienari non possunt pro soluendo ære alieno fideicommittentis dum in hæreditate adsunt pecuniæ, mobilia, & nummismata.*
Restitutio dotis vxoris fideicommittentis fieri non potest in bonis stabilibus quoties in illius hæreditate adsunt pecuniæ, mobilia, & nummismata, num. 2.
3 *Debita Testatoris solui non possunt cum proprietate bonorum, si ille hæredibus ordinauit quod soluerentur ex fructibus.*
4 *Fructus bonorum hæreditariorum fideicommittentis quoties ad illius debita soluenda sufficiunt, alienari non potest proprietas, si hoc Testator expressè in testamento ordinauit.*
5 *Præceptum Testatoris de soluendo ex fructibus afficit quidem hæredes non autem creditores, & quando.*
6 *Vxor relicta vsufructuaria an teneatur ex ipso vsufructu suam dotem detrahere.*
Legatum legatario inutile reddi non debet, & quando numero 6.
7 *Possessor qui non habet causam ab vxore, sed ab hærede Testatoris possit nè, ad se in possessione confouendum, vti iuribus ipsius vxoris.*

DECISIO CCCX.

AD impediendam vlteriorem executionem mandati de immittendo reportati ab Angelo Masio hærede fideicommissario Raynerij super prædio nuncupato *la Montanara*, Hospitale S. Mariæ de Vita opponebat de datione in solutum facta Andromachæ Vxori fideicom-
1 mittentis pro satisfactione suæ dotis, † inferendo exindè quod dictum prædium tamquam distractum pro soluendo debito necessario eiusdem fideicommittentis remanserit liberum ab omni onere fideicommissi, iuxtà textum *in l. Mulier §. cum proponeretur ff. ad Senat. Consult. Trebellianum*, sed ex rationibus deductis in decisione emanata sub die 28.* Ianuarij 1667. DD. steterunt in decisis.

Duo enim in proposito perpendebantur pro insubsistentia dationis in solutum, alterum, quod dum in hæreditate aderant pecuniæ, mobilia, & nummismata
2 ta aureà, & argentea valoris librarum 18439. † illa priùs distrahenda erant pro restitutione dotis non autem stabilia, ad textum *in l.1.§. & sunt verba, & in l. magis puto §. non passim, & §. idem Prætor ff. de rebus eorum cum aliis in decisione relatis*. Alterum quod dum Testator expresse grauauit hæredes, vt omnia debita, & legata soluerent ex fructibus, & redditibus hæredi-
3 tarijs, intacta manente proprietate, † non poterant isti dotem Andromachæ restituere alio modo quam ex
4 fructibus, qui † ad hunc effectum erant sufficientes, vt benè aduertit Beilon. Iun. *cons. 31. num. 49. & seqq.* & firmauit Rota *decis. 287. & decis. 312. num. 11. coram Reuerendissimo Royas, & in Romana fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Obiecta verò quod huiusmodi Testatoris præceptum de soluendo debita ex fructibus afficiat quidem hæredes,
5 †non autem creditores qualis erat Andromacha, quodque illa, quæ relicta fuerat ab ipso Testatore vsufructuaria non teneretur ex ipso vsufructu detrahere suam
6 dotem † nè aliàs legatum sibi redderetur inutile sublata penitùs fuerunt ex responsionibus datis in *dicta decisione in §. prout non vrget cum seqq.* cum quibus Domini transierunt, hoc vnum superaddentes, quod Hospitale contra quod intentata fuit immissio non habet causam ab Adromacha sed à Pirro, qui fuit successor mediatus Alexandri primi hæredis grauati, vt ex serie facti recensita *in decis. 342. coram Reuerendiss. Royas*, † vnde ad se consouendum in possessione nul-
7 lo modo potest vti iuribus dotalibus Andromachæ.

Dixerunt itaque Domini standum esse in decisis Io: Baptista Nascentorio tantùm informante &c.

Supra in hac eadem parte adest supradicta decisio in hac causa emanata sub die 28. Ianuarij 1667. coram eodem R. P. D. Ottalora, quæ est in ordine decisio 12. infrà verò sub die 27. Februarij 1669. erit quoque altera præsentis confirmatoria in sequenti volumine apponenda.

R. P. D. TAIA.

Romana, seù Ianuen. Dotis.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Dos in certo librarum numero constituta, venit in eadem quantitate librarum restituenda tàm ex conuentione contrahentium, quàm ex dispositione iuris communis expresse mandantis eamdem monetam in restitutione comprehendi, quæ in illius promissione fuerat constituta; Indè plura deducuntur de huiusmodi moneta librarum præsertim Ciuitatis Ianuæ, quo loci præsens dotis constitutio facta fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio fieri debet in ea moneta, quæ currebat tempore constitutionis illius, & num. 8. & per totam.*

2 *Librarum promissio intelligitur de ea moneta, quæ currit in Ciuitate, amplia hoc idem esse de solidis, ibid.*

3 *Libra in Ciuitate Ianuæ non reperitur in moneta certa excussa, quæ vocetur libra, sed in valore aliarum monetarum imaginariè constante.*

Libra in Ciuitate Ianuæ valet viginti solidis, solidus autem duodecim denarijs, num. 3. & 4.

4 *Libra in Ciuitate Ianuæ significat monetam inuariabilem.*

5 *Augumentum monetæ imaginariæ nullum creditori debetur.*

6 *Libræ valorem calculatæ de tempore contractus, aliud verò est soluere tot libras, quæ constituant monetam argenteam.*

7 *Iuramentum, dispositio, vel contractus iuratus non veniunt sub dispositione, vel statuto generalitèr loquente.*

8 *Dotium priuilegium est vt earum restitutio fieri debeat ea moneta, quæ currebat tempore constitutionis illius.*

9 *Moneta minuta quando fauore dotis æstimetur tamquam moneta grossa.*

Moneta minuta regularitèr æstimari non debet veluti moneta grossa, num. 9.

10 *Librarum tantus numerus si solui debet, quo emantur tot argentei, vel frumentum, an idem, vel maior numerus solui debeat aucto tàm argentei, quàm frumenti valore.*

11 *Dotes tàm à iure communi, quàm à statutis singularitèr considerantur ab alijs contractibus.*

12 *Vidua an, & quando gaudeat dispositione sui statuti, & num 13.*

13 *Mulier nupta, & postea vidua non reuertens ad Patriam statuto gaudere non potest.*

14 *in Restitutione dotis non attenditur locus celebrati contractus, sed locus domicilij viri ad quem sponsa profectura erat, & vbi tempore restitutionis permanebant coniuges.*

Contractus dotis Ianuæ celebratus ad effectum restitutionis regulari non potest secundùm statutum Ianuense, si mulier Romæ, vel alibi cum viro domicilium contrahere debebat, numero 14.

15 *Monetæ qualitas dubia ab obseruantia declaratur, secus autem certa.*

Moneta si est certa, sed dubium est cuius temporis æstimatio attendatur, & tunc si ab obseruantia hoc declarari prætendatur, requiritur obseruantia annorum triginta, num. 15.

DECISIO CCCXI.

APPENDIX est ad causam semel, & iterum decisam 19. Ianuarij* & 14. Martij 1667. quæsitum hodie ad quam summam sint æstimandæ libræ Ianuenses, in quibus 60. mil. dos fuit promissa anno 1631. aucto postea valore scutorum, adeout pluribus libris hodie constet, & Domini libras æstimandas priori æstimatione tempore constitutæ dotis existimarunt.

Quia vt constitutio dotis fuit in libr. 60. mil. ità restitutio erit in eiusmodi libr. 60. mil. † vt contrahentes 1
expresserunt, & meminit d. decisio 19. Ianuarij 1667. *§. consideratum quoque*, & regularitèr *ad l. debitorem aliàs l. creditorem, & aliàs l. Paulus respondit creditorem 99. ff. de solut.* vbi quando promitto centum libras videor promisisse de moneta, quæ currit in Ciuitate, cuius
† respectus dicitur solidus, vel libra inquit Bart. *num.* 2
1. & necessariò Ianuæ vbi libra non reperitur in moneta certa excussa, quæ vocetur libra, † sed in valore 3
aliarum

allarum monetarum imaginariè constante 20. solidis, & solidus 12. denarijs, Scacc. *de commerc. §. 2. gloss. 3.*
4 *num. 54.* & inuariabilem † monetam significat, Thesaur. *de augum. monetæ part. 1. num. 25. vers. nisi dicamus, & num. 44.* & proindè semper æstimando libr. 20.
5 solidis, & solidum 12. denarijs, † nullum augumentum deberi Creditori &c. apud Thesaur. *d. part. 1. num. 42. à vers. ego tamen, & part. 2. num. 29. à vers. secundum exemplum, & num. 45.*

Neque remouit, *Che lire 60. mila moneta correnti in Genoua l' anno 1631. valutandosi lo scudo d' argento della Corona, & impressione della Città lire 5. soldi 13. per scudo, com' era valutato in detto tempo fanno la somma di scudi 10619. soldi 5. den. 4. referentibus Peritis.*

Nàm contrahentes, qui contraxerunt in libris, & in illa qualitate monetæ stipulati sunt, non respexerunt ad aurum, seù argentum, sed ad ærosam monetam, & libram valoris solidorum 20. & aliud est cal-
6 culare valorem libræ tempore contractus, † aliud est soluere tot libras, quæ constituunt argenteum, Thesaur. *d. part. 1. num. 43. vers. Nam contrahentes, & d. part. 2. num. 28.* & ampliùs distinguendo *num. 44.* & distinguendo, ac declarando varia Surdi *consilia numero 50.*

Non obstitit Dominis nouum Statutum Ianuæ anno 1635. *Che per l' auuenire le restituzioni delle Doti si deuano fare nel modo infrascritto, e non altrimenti, cioè se la Dote sarà stata pagata in moneta immaginaria, come sarebbe in lire, in tal caso si deuano restituire tante lire dello stesso valore, facendosi raguaglio il scudo d' argento, come valeua al tempo, che si pagò la dote, col restituirli tanti scudi d' argento quanti entrauano in dette lire al tempo che si sborsorno in dote acciochè si restituisca tanto, quanto si pagò, perche seruando il scudo d' argento l' istessa bontà nel tempo della restitutione, che haueua nel tempo, che si pagò la dote, e si restituiranno le stesse lire, che furno pagate, e quest' augumento consistendo in che non si paghi meno di quel che si è riceuuto, che più tosto si può chiamare non decremento sarà giustissimo.*

Et adijciebatur, quod iuramentum, vel dispositio iurata, cuiusmodi est controuersa conuentio, non ve-
7 nit in generali dispositione, † & specialitèr contractus iuratus in statuto ad communes, & vulgares regulas apud Gabriellium *de iureiur. tot. concl. 5. & de stat. tot. concl. 11.* Seraphin. *de iuram. priuil. 22. num. 53.* Rota *decis. 199. num 223. part. 4. diu. & abundè decis. 387. à num. 66. part. 9. & decis. 125. num 22. part 10.*

Sed Domini processerunt relictis Statuto, & statuentibus specialitèr super dotibus, super quibus ali-
8 qui † aliquod priuilegium ex hoc ipso constituerunt apud Menoch. *cons. 49. num. 8. vers. Et quarto idem asserunt Permulti, & num. 49.* Thesaur. *d. part. 2. num. 49.* & æstimantibus dotium fortè gratia monetam mi-
9 nutam &c. † grossam contra regulam, & Pauli Castr. *ad d. l. Paulus num. 3. vers. ad cuius intelligentiam*, Menoch *d. cons. 49. num 13.* qua ratione si tot libræ sint soluendæ, quot emantur tot argentei, quot emebantur nouo valore, vel pretio, maiore quàm anti-
10 quo, & pluribus libris, † etiam tot libræ essent soluendæ quot ematur tantum frumentum in penuria, quantùm emebatur in copia &c.

Immò Domini arguerent potiùs à Statuto, vt à iure
11 singulari, maximè super dotibus, & secus † ab alijs contractibus ad ius commune, *iuxtà l. ius singulare 17. ff. de legib.* etiam in ipso statuto, *essendo sopra tal valutatione le opinioni di Dottori molto discordi, onde da Cittadini, e sudditi vien desiderata certa decisione &c.* Et visum est etiamsi matrimonium, dotisque contractus fuerit inter Ianuenses, & subditos Statutis, non tamen fuisse tales soluto matrimonio, neque condito
12 Statuto, † & ideò neque Statuto gaudere, ad tradita à Mascardo *de gener. stat. interpret. concl. 6. à num. 105.*
13 & in puncto mulieris nuptæ, † & posteà viduæ non reuertentis ad Patriam, Honded. *cons. 5. num. 47. vers. Qua ratione libr. 1.* cum alijs apud *Concilio. allegat. 39. num. 27. & 40.* Vndè arguitur, & ipsum pridem socerum cum vxore discessisse è Patria propria animo domicilium transferendi ad Patriam communem Romam, vbi natus est maritus; Quod confirmauit Nurus illius, Vxor mariti Romæ nati, vidua, non solùm non reuertendo Ianuam, sed etiam agendo Romæ pro exequutione Instrumenti dotalis *ex Statut. Vrbis 82. de execut. instr. & Stat 85. de execut. instr. dotal. lib. 1.* etiamsi contractus dotalis fuerit Ianuæ celebratus, cum maritus natus esset Romæ, ibique degeret, nec attenditur locus celebrati contractus, † sed locus do- 14
micilij viri, ad quem Sponsa itura erat, & in quo Coniuges tempore restitutionis dotis domicilium habebant, vt in terminis alterius contractus Ianuæ celebrati resoluit Rota *decis. 160. à num. 2. & tota decis. 172 part. 8. inquit* Rota *in hac ipsa causa coram R. P. D. meo Ottalora 2. Decembris 1665. in fine.*

Denique ad obseruantiam, qua Maritus, siuè à Capitulis matrimonialibus 15. Martij 1631. siuè ab Instrumento dotali 30. Septembris subsequent. acceptam scripserit summam scutorum 2901. 4. 5. à 100. come sono stati li ricorsi di Fiera &c. Responsum est tamen non probari hanc monetam non redactam ad valorem antiquæ &c. & obseruantia declarari qualitatem monetæ soluendæ quando est dubium de qua Partes senserint, † si vero certa est moneta, sed dubium est cuius 15
temporis æstimatio attendatur, requiri 30. annos &c. apud Surd. *cons. 320. vers. Quod verò, & à vers. secundò respondetur.*

Et ità vtraque, &c.

Aliæ duæ præcedentes Decisiones in hac causa emanatæ coram eodem R. P. D. Taia sub diebus 19. Ianuarij, & 14. Martij anni proximè præteriti habentur supra in hac eadem parte, & sunt in ordine Decisio tertia, & decis. 55.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granatesi.

Anglonesi Archipresbyteratus.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Priuatio beneficij inferri non potest Clerico non residenti, nisi ille prius fuerit personalitèr citatus; itaut nec suffragari possit trina monitio cum lapsu semestris, quando prout in casu præsenti, citandus non latitabat; & vlteriùs certus erat locus domicilij illius, eoque magis si ex causa litis erat absens à suo beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio priuatus per sententiam nullam, & iniustam non dicitur legitimè priuatus.*
Sententia nulla & iniusta neminem priuat sua possessione, num. 1.
2 *Beneficio quis priuari non potest nisi fuerit personalitèr citatus.*
3 *Latitans fraudolenter Clericus, vel si ignoratur vbi habitet citari potest per edictum etiam ad priuationem beneficij.*
Edictalis trina monitio cum lapsu semestris sufficit ad priuationem beneficij, & quando numero 3 & 4.
4 *Citatio personalis non requiritur ad priuationem beneficij stante distantia loci, vel difficultate citationis, sed edictalis sufficit, & vide numero 3. & 5.*
6 *Scientia Episcopi probatur ex illius epistolis.*
7 *Citari commodè potest, qui Romæ existit.*
8 *Edicta citationum affixa per simplices Clericos non suffragantur, & vide num. seqq.*
9 *Citationes quando fieri possint per Clericos.*
10 *Sententia pronunciata extrà diem cadentis citationis efficitur nulla, & num. 11.*
Citatio ad sententiam secuta pro vna die non substinetur vbi sententia altera die apparet pronunciata, num. 10. & seqq. vbi vide.

Dese-

Defectus citationis nullæ ad sententiam dicitur insanabilis, num. 10

12 *Citatio executa cum termino quindecim dierum, & deinde in antea cum continuatione subsineatur, vel nè, & num sequent.*

13 *Citatio nimis vaga non valet, nisi pro ea die, qua illa cadebat.*

15 *Beneficio priuari non potest Clericus non residens iusta causa defensionis beneficij.*

16 *Beneficio non priuatur Clericus si ex legitimo morbi impedimento detinetur, quo minus resideat.*

Medicis super infirmitate standum est tamquam peritis in arte num. 17.

17 *Senex septuagenarius non est aptus ad longum iter faciendum.*

DECISIO CCCXII.

COMMISSA mihi per Signaturam causa appellationis à sententia R.P.D. mei Taiæ cum facultate manutenendi quem de iure, dedi dubium ad formam rescripti, An, & cui esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini Leonardo Antonio Zotæ dandum esse responderunt.

De sua namque antecedenti possessione Archipresbyteratus, de quo agitur numquam fuit dubitatum, sed tantùm prætendebatur spoliatus per sententiam priuatoriam à Vicario Episcopi promulgatam ob non residen-
1 tiam, quæ † tamen vti notoriè nulla, & iniusta non potuit eumdem sua possessione priuare *l. finali vbi gloss. & Doctores C. si per vim* Angelus *in l. clam possidere §. qui ad nundinas num. 2. ff. de acquirenda possessione cum alijs relatis in decisione* 303. *num. 2. coram Merlino.*

Plures nullitates in hac facti specie concurrentes latè explicat Decisio emanata sub die prima Iulij* anni 1667. coram Reu. Patre Domino meo Taia, quarum prima consistit in defectu citationis personalis Zottæ
2 priuati in Curia degentis, & litigantis † prout omninò requiritur, ex textu *in cap. 8. cap. si quis de Cleric. non residen.* quidquid sit vbi fraudolenter latitasset, vel ig-
3 noraretur locus in quo habitaret, † quo casu sufficit trina monitio per ædicta cum lapsu semestris, iuxtà formam præscriptam *in cap. ex de cleric. non residen.*

Non obstat, quod stante distantia supra tricentis miliaribus à loco priuationis opus non erat citationi per-
4 sonali, † sed satis fuit trina ædictalis monitio expectato exinde semestri, ex adductis in causa *Farfen. Canonicatus 4. Iulii anni 1657. coram R. P. D. meo Beuilacqua*; Quia Rota in dicta decisione in tantùm admisit sufficere dictam ædictalem monitionem, in quantum igno-
5 rabatur locus, vbi aderat priuandus, vel adeò † distat vt commodè citari non possit quorum vtrumque cessat
6 in præsenti; Cum de scientia Episcopi † satis constet ex pluribus suis literis Zottæ scriptis, vt firmatur in dicta *Decisione coram Reuerendo Patre Domino meo Taia §.*
7 *nihil valuit*; ipseque Romæ degeret, † vbi non est dubitandum quin commodè citari potuisset.

Altera nullitas resultans ex inualiditate edictorum
8 per simplices Clericos affixorum, quibus † vti priuatis personis, non autem publicis deferendum non est, non tollitur ex eo quod hic sit stylus totius Regni exe-
9 quendi citationes per Clericos, † iisque credatur, quamuis non sint tabelliones, Vrbert. *de citat. cap. 12. num. 373.* Quia Vbertus ibidem transit cum præsupposito, quod Iudex Ecclesiasticus commiserit Clericis executionem citationum, quæ commissio in præsenti non exhibetur.

Altera demùm versatur in defectu citationis ad sententiam, cum citatio fuerit affixa die decimaquinta
10 Maij, † & sententia fuit promulgata die decimaseptima Iunij sequentis, qui defectus est insanabilis, Vbertus *vbi supra dicta parte 3. capite 13. num. 12.* & reddit
11 sententiam nullam † vti prolatam post tres dies cadentis citationis, Rota *decis. 348. num. 4 part. 11. recent.*

Nec vrget, quod citatio facta fuerit cum termino
12 quindecim dierum ad comparendum, & † cum clausula, & deinde in antea cum continuatione, quæ facit substinere sententiam per aliquos dies post citatio-
13 nem, quia potiùs tamquam nimis vaga, & incerta † non valet nisi quoad diem, quo ipsa cadebat, Crescent. *decis. 11. de dolo, & contumacia num. 1.* Vbertus *de modo, & ratione citandi parte 14. formula prima pagina 151.* Rota *in Bareñ seu nullitatis pecuniaria 26. Maij 1647. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Subsistit etiam iniustitia sententiæ Ordinarij † ex 14
deductis in eadem Decisione coram R. P. D. meo Taia, vbi plenè firmatur Zottum priuari non potuisse beneficio ob non residentiam, † dum absuit iusta 15
causa, nempè pro defensione iurium sui Archipresbyteratus. Atque fuit in Vrbe legitimo detentus impedimento, hoc est causâ morbi, † vt probatum est ex 16
fide Physicorum, quibus tamquam peritis in arte omninò standum est ex *lege septimo mense, ff. de statu hominum*, Rota *decis. 417. num. 5. parte 7. recentior.* vltrà morbum suæ decrepitatis annorum septuaginta nouem, † itaut modo penitùs inhabilis reddatur ad lon- 17
gum iter peragendum absque vitæ discrimine.

Et ità vtraque, &c.

Supra in hac eadem parte adest altera Decisio præsentis causæ emanata coram R. P. D. Taia sub die prima Iulij 1667. cuius in calce alias adnotauimus concordantes.

R. P. D. TAIA.

Romana Census.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Factor seu Procurator Monasterij dicitur habuisse mandatum ad redimendum Censum, si illius redemptio fuit adnotata in libris Monasterij, qui ad hunc effectum contra ipsum Monasterium plenissimam faciunt probationem, hinc plura discutiuntur de redimibilitate, & irredimibilitate censuum, ante vel post Bullam sanct. mem. Pij V. & de pactis, quæ in illius impositione à contrahentibus adijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Census extinctio facta à factore Monasterij, & registrata in illius libris etiam sine alio mandato, dicitur legitimè facta.*

Factor, seu Procurator Monasterij legitimum dicitur habuisse mandatum, si ab eo gesta in libris Monasterij registrata sunt, num. 2.

Libris Monasterii maximè in præiudicium illius plenè creditur, num. 1.

Voluntas Monasterii ex ipsius libris dicitur plenè, & concludenter probari, num. 1.

2 *Census ante Constitutionem sanct. mem. Pii V. & vbi constitutio recepta non est, ita fieri poterant irredimibile, sicuti redimibiles.*

3 *Redemptio census potest ab illius venditore fieri, non obstante quacumque conuentione in contrarium facta.*

Conuentio redimendi census infrà centum tantummodò tempus, quo elapso ille fiat irredimibiles non attenditur, num 3.

4 *Hypotheca, & pactum legis commissoriæ prohibentur in pignore.*

5 *de Opinionibus à Doctoribus controuersis quandoque vna laudari potest ante factum, alia verò post factum sequi.*

6 *Census redimibiles, & irredimibiles an olim essent cogniti, & insoliti.*

7 *Pretium censuum redimibilium, à censibus irredimibilibus quomodò differat, & num. seqq.*

8 *Census irredimibiles duplo maius venduntur censibus*

8 *Census irredimibiles duplo maius venduntur censibus redimibilibus.*
9 *Census venditus duplo maiori illius iusto pretio, vel debet reduci, vel rescindi.*
11 *Census si ob excessiuum pretium, vel rescindi, vel reduci debuisset, eo magis potuit redimi, & resolui.*
12 *Vsurarum reductio fiat ne per spatium temporis solius triennii.*
13 *Præscriptio longissimi temporis requirit integrum cursum triginta, vel quadraginta annorum.*
14 *Præsumptio semper cedit veritati.*
15 *Res iudicata pro veritate habetur.*
16 *Veritate detecta non attenditur consuetudo.*
17 *Reductio census pro modica summa facienda non est.*

DECISIO CCCXIII.

ANTE Constitutionem Censuariam sanct. mem. Pii V. anno 1556. Marcellus imposuit annuum perpetuum Censum liberum scutorum 30. auri in auro, & vendidit Simoni pretio scutorum 300. similium, & filii Simonis Censum in dotem sororis Monasterio Sanctæ Luciæ in Silice cesserunt, & moniales promiserunt, quod in euentum, in quem Census aliquo modo reperiretur, & esset quauis etiam auctoritate Apostolica ad quamuis minorem rationem redactus, vel moderatus non molestare cedentes, &c. vt in Instrumento anno 1574.

Hærede debitoris existente Conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruam, egit Monasterium contra Conuentum pro fructibus censuariis annuis 30. ad rationem decem pro centenario obtinuitque mandatum executiuum sed per appellationem Conuentus editis tribus, *decisionibus* 19. *Aprilis* 1660. & 13. *Iunii* 1663. *coram* * *R. P. D. meo Priolo, ac* 8. *Februarii* 1666. *coram R. P. D. meo Bourlemont subrogato*, fuit reuocatum per sententiam, & declaratum Censum pro scutis 190. extinctum, reductumque fuisse ad scuta 110. & fructus ad scuta 8 20. pro centenario hodiè per nouam appellationem Monasterii proposito dubio an sententia esset confirmanda, vel infirmanda visa est Dominis reformanda.

Et de illa extinctione illius partis Census Domini vix dubitarunt, vt certa est extinctio, qua Lucius factor, vt dicitur, & Procurator constitutus à Monialibus, retro uendidit Priori, & fratribus Conuentus ratam Census scut 190. publico Instrumento 20. Aprilis 1638.

Et si mandatum speciale non constaret, cum appareat
1 extinctio descripta in libris Monasterii, † quibus fides est
adhibenda, præsertim in præiudicium Monasterii, seu quoad declarandam voluntatem, &c inquit, Abb. *cons.* 67. *numer.* 2, *vers. nam vt apparet lib.* 2. & *cum aliis* Genua *de script. priuat. de lib. Monast. cap.* 1. *num.* 29. *lib.* 5. Congruente quoque sententia graduatoria Creditorum, & Monasterii Creditoris Census in sorte principali scutorum 300, auri in auro, dempta tamen rata scutorum 190 ipsa sententia pro expensis notata in libris Monasterii 23. Decembris 1643 & ita congruente semper congrua solutione Conuentus, & receptione Monasterii fructuum censuariorum.

Quin etiam si Census fuisset Conuentus irredimibilis vltra quinquennium, nec videretur necessaria resolutio, sed alienatio voluntaria Monasterii, quia vt ante Constitutionem Pii, & posteà vbi recepta non est, licitus qui-
2 dem esset Census irredimibilis, † sicuti redimibilis, Cenc.
de Cens. *quæst.* 59 *numer.* 18. *vers. quod tamen* Duard. de Cens. *in proem. extra uag. quæst.* 28. *à num.* 19. & *numer.* 31. *vers. est tamen verùm maximè*, ex Rota post ipsum Cenc. *decis.* 394. *numer.* 2. *vers.* & *illis præsertim temporibus*, & post ipsum Duard. *decis.* 396. *eodem num.* & *vers. tamen*, hac apposita pactione, vt venditori liceat intra certum tempus redimere redditum constitutum posteà verò ma-
3 neat is perpetuus, tunc hac sublata pactione, † etiam
post tempus licitam, & permissam esse redemptionem, &c. & hanc pactionem reiiciendam esse posseque venditorem redditum redimere etiam finito tempore per conuentionem restricto, &c. Couar. *var. resolut.* 8. *numer.* 7. *maximè vers. ex eo quod lib.* 3. & *post* Couar. & alios Giurb. *decis.* 79. *num. vltimo* Rota *decis.* 316. *num.* 3. *à vers. licèt autem par.* 4 *diuers. contra* Martam *voto* 125. *num.* 11. & licèt aliis dissentientibus tamen conferente multum simili ven-
ditione hypotheca, † & lege commissoria in pignore pro- 4
hibitis, *l.* 1. & *vltima*, *C. de pact. pign.* & si ab initio debuerit esse venditor pignoris, & pro temporali pignore, vel hypotheca venditione perpetua, & adhuc in re contro-
uersa antè † factum laudando si placet opinionem con- 5
trariorum, sed post factum tenendo opinionem subscriptam, vt dicebat, Ias. *in l ad diem*, *ff. de verb. obligat. num.* 5. *vers. ego autem*.

Maximè ex facto, quod huiusmodi contractus erat etiam tunc insolitus, vt neque contraherentur census ir
redimibiles † adeò nec redimibiles ipsi supra, sed infra de- 6
cem pro centenario, vndè pro recepta differentia redimi-
bilium, & irredimibilium † longè maioris pretii, & 7
quasi dupli apud Scacc. *de Commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 139. Patrem Onat. *de cont. disput.* 77. *de Cens. num.* 120. & soli-
ti dupli † apud Patrem Azor. *Institut. mor. cap* 17. §. *in hac* 8
re vers. sed quod nam libr. 10. *par.* 3. & *cum aliis* Duard. de Cens. *dicta quæst.* 28. *num.* 32. & §. 2. *quæst.* 23. *num.* 21. vbi
de notoria praxi Regni, ex quibus omnibus Census, † 10
vt debuisset rescindi, aut reduci Cenc. *quæst.* 47 *à numer.* 21. Duard. *dicto* §. 2. *tota quæst.* 27 Patrem Onat *dicta*
disput. 77. *à num.* 144. Ita & magis † potuit redimi, & re- 11
solui.

Cauerunt autem Domini sententiam nihilominus in hoc reformandam, & Censum fuisse scutorum 300. auri in auro, extinctaque parte scutorum 190. argenteorum, & æstimatis aureis pro sesqui argenteis, restare, vel aureos 173. ⅓ vel argenteos 260.

De reductione fructuum etiamsi Monasterium diù receperit à Conuentu reductos, vt supra fructus, placuit
reductionem non fuisse factam, siue triennio, † vt in 12
vsuris *l.* 5. *C. de vsur.* siue tempore longiori solutionum etiam 27. annis, quia Monasterium non potuit tacitè, quod non potuisset expressè; cum sapiat quandam alienationem bonorum Ecclesiasticorum, neque sufficere 27 annos præsumendo tres, aut tresdecim ad præsumptio-
nem, & præscriptionem longissimi temporis † 30. vel 40. 13
annorum *l.* 3. & *l.* 4. *C. dicto tit.* contra ipsas leges, & contra rationem cum etiam 25. annis præsumerentur quinque, & 20. præsumerentur decem, & decem præsumerentur 26. &c. quin etiam ex facto repetitum fuit Monasterium in sententia graduatoria ab anno 1644. fuisse graduatum Creditorem in annuis fructibus scutorum 30. auri in auro pro sorte principali scutorum 300 dempta tamen rata ratione sortis principalis scutorum 190. & fructuum dictæ summæ, eamque sententiam transiisse in Iudicatum, & Monasterium recuperasse expensas, & Conuentum annotasse Monasterium Creditorem ad dictam ratam, & ratione scutorum decem in libris suis; & posteà soluisse, vt dicitur *à buon conto*, atque ita recognito debito à debitore ad ipsam ratam, & rationem decem non posse allegari tacitam aliquam reductionem ad scuta 8. 20. per aliquam posteriorem solutionem aut
præsumptionem; & præsumptio cedit † veritati notatur 14
in l. rebus 30. *C. de Iur. dot.* & res iudicata pro veritate † 15
habetur, *l. res iudicata* 207. *ff. de reg. Iur.* itaque veritate
manifestata † cedat consuetudo veritati, &c. *capit.* 6. *di-* 16
stinct. 8 & adhuc placuit reductionem non fuisse faciendam pro modica summa, † si quæ superaret, Duard. *di-* 17
ctà quæst. 27. *num* 9. argumento de pretio fructuum, seu metiendo fructuum per pretium, vt pretium per fructuum.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO
Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Albanen. donationis Vineæ.

Lunæ 25. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Plures opponebantur exceptiones aduersus obligationem Cameralem, quæ tanquam turbidæ & illiquidæ, atque etiam iuris admodum dubii reiectæ sunt. Aliæ verò non adimplementi, quia ex facto cessare videbantur, & ipsæ etiam non fuerunt admissæ.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis de iure paratam habet executionem.*

2 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones turbidas, & illiquidas.*

3 *Exceptio iuris dubii non retardat executionem obligationis Cameralis.*

4 *non Adimplementi exceptio non attenditur si apparet omnia ad formam instrumenti fuisse expleta.*

5 *Vuarum separatio, quæ apud nos dicitur, & nuncupatur* Capata, *fieri solet ante Vindemias.*

6 *Confessio iudicialis plenè probat in præiudicium ipsius confitentis.*

7 *Testes adminiculati, semper in concursu præferuntur.*

8 *Manutentio ratione incertitudinis non conceditur, & vide num. seqq.*

9 *Manutentio pro decimis, & distributionibus quotidianis non obstante incertitudine semper concedi solet, & quare vide num. seqq.*

10 *Causa vniuersalis actus in possessoriis magis attenditur, quam exercitium ipsius actus.*

11 *Obligatio correspectiua, quæ singulo anno mutuum recipere debet implementum, non potest dici vnica, sed potius plures esse conuincitur.*

Causa vniuersalis considerari non potest in obligatione mutua, & correspectiua, quæ singulis annis impleri debet, num. 11.

12 *Stipulationes tot esse dicuntur, quot sunt anni in obligatione singulis annis implenda.*

DECISIO CCCXIV.

AD effugiendam solutionem vini ex Vinea recollecti contra Ciaram eius promissionem factam in Instrumento donationis Franciscus donatarius plures opponebat exceptiones non solùm allegando malam culturam Vineæ, sed etiam resolutionem contractus, vel saltem illius non adimplementum ex parte Dominici donatoris, quæ tamen reiectæ fuerunt in decisione edita coram me 5. Aprilis * 1666. & hodiè reproposita causa Domini perstiterunt in decisis.

Siquidem Dominicus fundatur in publico Instrumen-
1 to obligatione Camerali munito, quod † paratam de iure habet executionem, exceptiones verò Francisci, aliæ non pertinent ad hoc Iudicium, prout sunt illæ respicientes malam culturam Vineæ, & resolutionem contractus, cum desuper fuerint subscripta dubia particularia. Immò licet à me proposito dubio an contractus sustineatur, vel potiùs sit locus resolutioni Domini non fuerunt concordes. Alia verò desumpta ex capite non implementi, quatenus fundatur in eo, quod Dominicus non impetrauerit consensum Domini directi redditur valdè turbida tum ex sententia absolutoria lata ab Auditore Cameræ, vt prætenditur in Iudicatum transacta, tum etiam ex dilatione præfati dubii, vti principaliter per Franciscum deducebatur defectus huiusmodi consensus Domini directi, vndè sub hoc prætextu non debet am-
2 plius retardari executio obligationis Cameralis, † quæ non admittit exceptiones turbidas, & illiquidas, Zac-
2 ch. *ad Gallesi. de obligat. Camer. quæst. 17. num. 15.* Rota *post eumdem dec. 199. nu. 26. & in rec. dec. 412. nu. 6. par. 4.* nec
3 per exceptiones Iuris † dubii, Buratt. *decis. 205. numer. 13. & 14.*

Quatenùs verò eadem exceptio non implementi fundatur super defectu Intimationis, quam Dominicus tenebatur facere donatario per tres dies ante vindemiam non incipiendam nisi post vicinos designatos in Instrumento tollitur ex facto cum verè ex Testibus formiter examinatis, aliisque relatis in præterito Summario nu-
4 mer. 3. & 7. † appareat omnia fuisse expleta ad formam Instrumenti, vt firmatur in *decisione § non obstat cum sequenti.*

Neque aduersantur alii Testes inducti pro parte Donatarii. Quia vltra plures exceptiones, quas patiuntur, ex ipso quod conantur probare vindemiam fuisse cæptam die decima tertia mensis Octobris sunt nimis suspecti de mendacio, quia ipsemet Franciscus sub die decima septima eiusdem mensis citauit Dominicum aduidendum sibi inhiberi ne faceret, *Capatam*, quæ † vt notum est fieri 5
solet ante vindemiam, & successiuè illam reproduxit in actis sub die vigesima sequenti. Aut enim ex dicta citatione desumi potest tacita confessio Francisci vindemiam vsque tunc non fuisse cæptam, † quæ vtpotè Iudicialis 6
plenè probaret in præiudicium confitentis, *vulg. l. cum præcum, C. de liberal. causa*. Aut saltem Testes Dominici exindè recipiunt maximum adminiculum veritatis, † itaut in concursu veniant præferendi ex allegatis, *in* 7
Bononien. Primitiarum 30. Ianuarii, §. finalis coram R. P. D meo Albergato, & in Florentina Oratorii pariter 30. Ianuarii 1665. §. responsum versiculo, & magis cor. R. P. D. meo Emerix.

Quoad manutentionem Domini confirmando etiam in hac parte decisionem iterùm dixerunt non esse concedendam † ratione incertitudinis ponderatæ *in decisione §.* 8
finali.

Non obstat, quod pro decimis, & distributionibus quotidianis non attenta tali incertitudine soleat concedi manutentio, † quia id procedit ratione causæ vniuersa- 9
lis actus, quæ in possessoriis potiùs attenditur, † quam 10
ipsius actus exercitium ex plenè congestis *in Calaguritana præeminentiarum 6. Februarii, §. quoad præcedentiam, & 17. Nouembris 1665. §. subsistunt coram R. P. D. meo Ottalora.*

Secus autem dicendum in proposito, quia cum versemur in obligatione mutua, & correspectiua, quæ singulo anno debet recipere vltrò citroque implementum, † dici non potest vnica stipulatio tribuens causam vniuer- 11
salem in futurum, sed quidem tot sunt stipulationes, † 12
quot anni, vt benè consuluit, Natt. *cons. 548. nu. 25.* Cardinalis Mantic. *de tacitis lib. 14. tit. 40. num. 38.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Taurinen seu Fossanen Præbendæ.

Lunæ 25. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Remedium *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* prout est Saluianum, & aliud quodcumque adipiscendæ possessionis, datur pro legatis non solùm contra alia bona testatoris, verùm etiam aduersùs rem ipsam legatam; illudque conceditur non tantùm ipsi legatario, sed & quoque exequutori, & administratori hæreditatis administratorio nomine procedenti etiam contra tertium titulo possidentem.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca competit pro executione legatorum.*

2 *Hypotheca pro legatis competit tam contra alia bona testatoris, quam contra res ipsas legatas.*

3 *Legatarius dicitur dominus rei legatæ à die obitus testatoris, & quomodo num. 5.*

4 *Hypotheca non cadit in re propria.*

5 *Dominium quod habet legatarius in re legata, non est proprium, & verùm dominium, sed solùm per fictionem iuris.*

Dominium à iure fictum subiacere non debet regulis veri dominii, num. 5.

6 *Hypotheca vbicumque datur, intrat quoque interdictum vtilis Saluiani.*

7 *pro Legatis, & fideicommissis particularibus Rota passim concedit Saluianum.*

8 *Saluianum pro legatis datur etiam exequutori, & administratori hæreditatis administratorio nomine agenti.*

Am-

Amplia quia datur etiam quodcumque remedium adipiscendæ ibidem.

9 *Saluianum, & omne remedium adipiscendæ datur etiam contra tertium titulo possidentem.*

10 *Descendentiam probant testes de ea per gradus distinctos deponentes.*

11 *Bona per testatorem in eius testamento descripta probantur hæreditaria.*

12 *Diuisio facta inter hæredes probat bona diuisa fuisse hæreditaria.*

13 *Possessio rei conuenti probatur ex substentatione litis.*

14 *Requisita legis final. Cod. de edicto diu. Adrian. tollen. qualia esse dicantur.*

15 *Immissio in vim vtilis Saluiani conceditur quoties de illius requisitis plenè docetur.*

16 *Detractiones nullæ competunt super bonis particulariter legatis existentibus aliis bonis, & in specie fidei commisso vniuersali.*

17 *Hæredes non confecto inuentario non possunt exceptione detractionum impedire solutionem legati particularis.*

Hæres non confecto inuentario tenetur soluere de proprio legatum particulare, num. 7.

18 *Remissoria non conceditur stante irreleuantia probationum.*

19 *Dubium super remissoria particulariter disputari debet, nec attenditur illius petitio in iudicio possessorio.*

Remissoria non impedit, nec retardat prosecutionem iudicii possessorii, num. 19.

DECISIO CCCXV.

ANTONIUS Thesaurus instituto hærede vniuersali Ioanne Antonino filio cum onere perpetui fideicommissi ordinauit erectionem præbendæ redditus annui scutorum 36 pro sustinendis pauperibus de agnatione literariis studiis, aliisque honestis muniis sese adiicere volentibus, illi assignando proprietatem nonnullorum stabilium hodiè sub vocabulo *la Cassina di Santa Marta*, quorum administrationem ipsi Ioanni Antonino hæredi, illiusque descendentibus masculis in perpetuum demandauit. Cum autem Domino Abbas Emanuel Thesaurus dicti Testatoris Pronepos, & eiusdem præbendæ Administrator iudicium super immissione in possessionem dictorum stabilium aduersùs Dominum Episcopum Fossani introduxerit in partibus coram Domino Nuntio, & sententiam fauorabilem desuper obtinuerit, quæ postmodum in secunda instantia fuit ab Auditore Cameræ confirmata, hodiè in tertia proposito coram me dubio an eidem Abbati concedenda esset prædicta immissio tantùm Informanti, dum D. Episcopus remissoria instabat, affirmatiuè Domini responderunt.

1 Pro legatis enim competere legalem hypothecam † est in Iure clarum, *l. 1. C. com. de legat. & § nostram institut. de legat. latè* Pacif. de Salu. *inspect. 3 cap. 4. num. 186* Surd *decis. 76. à num. 4* Rota *decis. 689. num. 4 par. 3. diuers.* Non solùm contra alia bona à Testatore possessa pro conse-

2 sequendis ipsis legatis, † sed etiam contra res ipsas legatas secundum veriorem ad *text. in Auth. contra cum rogatus, & ibi glos. verb. in rem, Cod ad Trebell.* Bart. *in l. 1. numer. 13. vers. vel possumus dicere, ff. de legat. 1. ibi* Aret. *sub num 5. vers. & approbant* Angel. *num 87.* Soccin. *num. 15.* Gabr. *consf. 46. num 43 lib 1.* & testatur de magis communi Martius Medic. *examin. 33. num. 2. & seq.* Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 14. numer 15. & 52.* Non obstante,

3 quod ipse legatarius vti Dominus rei legatæ à die obitus Testatoris, *l. à Titio, ff de furt.* videatur habere non posse hypothecam † in re propria per regulam, *leg. si in rem*

4 *alienam la secunda, ff de pignorat act. & l. neque pignus ff. de reg iuris.* Quia Dominium, quod habet legatarius in re legata, non est verùm Dominium, sed per Iuris fi-

5 ctionem illi tributum, † & ideò subiacere non debet regulis veri dominii verè, & realiter per actus illud transferre valentes acquisiti, vt sequendo Bart. Soccin. Surd. & Pacific. supra allegatos Magistraliter Rota apud Duran. *decis. 185. numer. 8. cum seqq.* vbicumque enim datur hypotheca, † intrat quoque interdictum vtilis Saluiani, 6
Doctores communiter *in l. 1. C. de præcar. & Saluian. interdict.* Et ideò pro legatis, & fideicommissis huiusmodi passim Rota † concessit, vt apud Seraphin. *decision 828.* 7
num. 1. Duran. *dicta decis. 185. ferè per tot.* Buratt. *dec. 287. numer 14. cum ibi cumulatis per* Adden. *numer 19 & in Bononien. legat. 3. Decembris 1666. coram R. P. D. meo Carpineo.*

Parum referente, quod Abbas illud petens non sit ipsemet legatarius, sed simplex exequutor, & Administrator Præbendæ, & agat contra Episcopum prædia de quibus agitur, possidentem titulo emptionum, & permutationum à suis Authoribus factarum post mortem Testatoris legantis, quia datur hoc remedium adipiscendæ etiam exequutori, † & Administratori administratorio 8
nomine agenti, Alex. *cons. 4. numer. 12 in fin. & 16. vers. vnde in talem, & seq. lib. 2.* Argel. *de acquir possess qu. est. 15. à num. 22. ad num 80.* Rota *decis. 243. per tot. & decis. 206. numer. 1. & seq par. 4. tom. 2. recent.* Et contra tertium etiam † titulo possidentem Alex. *dicto cons. 4. numer. 13.* 9
lib. 2. Mart. Medic. *dicta examin. 23. numer. 26 & 27. & 28.* Pacif. de Salu. *inspec. 3. cap. 1. num. 15 &* Rota *post eum, em decis. 1. num. 5.*

Requisita autem adhunc remedium omnia in præsenti casu concurrente visum fuit, quia de credito scilicet de legato, & erectione præbendæ, illiusque administratione iniuncta successoribus masculis Testatoris constat ex ipso Testamento Summario num 1.

Quod Abbas Emanuel sit descendens, & pronepos Testatoris filius nempè Alexandri, qui Patrem habuit prædictum Ioannem Antoninum filium, & Administratorem ab Antonio Testatore Patre nominatum comprobant quatuor Testes formiter fer. fer. examinati, & per † gradus distinctos deponentes, Summario numer. 2. Decius 10
consil. 272. numer. primo Mascard. *de probat. conclus. 797. numer. 6.* Rota *decis. 169. num. 16. & decis. 185. num. 3 par. 10. recent.*

Identitas bonorum, de quibus agitur, quod essent in bonis Testatoris probatur primo per descriptionem ab ipso † Testatore factam in Testamento, Rota *decis. 312. numer 2. par. 7. & decis. 185. num. 11. par. 10 & decis. 325. nu. 4. par. 11. recentior. & in Firmana fideicommissi 15. Martii 1669. coram R. P. D. meo Taia.* Secundo per publica instrumenta diuisionum † inter ipsos Nepotes factarum, Coccin. *decis. 120. numer. 2 & 3. & decis 185. numer. 13. par. 10. & decis. 325 numer. 3. par. 11. recentior. & in Bononien. fideicommissi de Monterentiis 22. Iulii 1661. & 27. Ianuarii 1662. cor. R. P. D. meo Priolo, & tertio per testes Summario numer. 3.* 11 12

Possessio D. Episcopi Rei, conuenti præterquam quod de ea deponunt iidem Testes, vt verificatur per publica documenta facti seriem comprobantia à prima venditione facta per Alexandrum vsque quo peruenerunt ad Andream Mariam Sandrium Patrem, & Authorem eiusdem D. Episcopi † satis adhunc effectum comprobatur per solam litis substentationem, Rota *decis. 32. num. 5. par. 11 recent. & coram* Eminentissimo Otthobono *decis. 143. nu. 7. cum seqq.* 13

Concurrentibus igitur supra recensitis omnibus requisitis † ad formam *leg. fin. Cod. de edict. diu. Adrian tollen.* 14
Immissio in vim vtilis Saluiani † non denegatur, Pacif. 15
de Salu. *inspec. 4. capit. primo numer. 4* Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 14. numer. 51. & seq.* Duran. *dicta decis. 185. per tot.*

Detractiones nullæ competere possunt super istis bonis particulariter legatis † extantibus aliis bonis liberis, seu 16
etiam vniuersali fideicommisso, subiectis Fusar. *qu. 543. nu 9. vbi plures cumulat.* Rota *dec. 399 nu. 21. & 22. part. 9. & dec. 12. num. 37 par. 10. & dec. 9. num. 19 par. 11. recent.* Præcipuè cum non constet de inuentario facto per grauatos, quo non confecto sub prætextu detractionum impedire non possunt legati particularis solutionem, ad † 17
quam etiam vltra vires hæreditatis teneretur per *Text. in l. sancimus Auth. de hæredit. & Falcid.* Fusar. *dicta quæst. 543 num. 19* Rota *decis. 309 numer. 3. & seq. & decis. 349. numer. 8. & seq. par. 5. & dicta dec. 12. num. 38. & seq part. 10 recent.*

Tandem instantia D. Episcopi pro obtinenda remissoria ad effectum probandi, quod Abbas immissionem petens sit vltimus descendentium Testatoris, & in eo prope-

pterea huiusmodi præbendæ particulare legatum expiret,
18 visa est non attendenda, † non solùm propter probationis irreleuantiam, *glos. in ea. eum contingat vers. nihilominus de offic delegat.* resultantem tum ex eo quod ex ipso Testamento constat post omnes descendentes Testatoris, ipsisque deficientibus ad hanc præbendam, illiusque administrationem masculos de agnatione vocari, tum ex quo hodiè viuit Abbas, in cuius persona cum duret particulare fideicommissum, ei vtique debita est immissio.
Verùm etiam quia poterit disputari dubium dandum super
19 remissoriæ concessione, vel denegatione, † quod regulariter prosequutionem Iudicii possessorii Summarii retardare non solet, Rota *in Nucerina Parochialis Veneris 15. currentis, §. quia nullum coram me, &c.*

Et ita &c.

Fuit confirmata præsens Decisio coram eodem R. P. D. Vicecomite sub die 16. Iunii anni 1671.

R. P. D. VICECOMITE.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 25. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Releuari debet socius ab altero socio vigore particularis obligationis ab eo factæ de eo immunem, & indemnem conseruando, si ille de proprio debita socialia persoluere fuit coactus. Eademque releuatio executiuè debetur, si illam executiuè socius passus sit.

SVMMARIVM.

1 *Socius qui ab altero socio indemnis, & sine damno releuari debet, vtique quod in damno esse dicitur, si de proprio debita societatis soluere fuit coactus.*

Indemnitatis releuatio promissa præstari debet socio de propriis pecuniis debita societatis soluenti, numer. 1.

2 *Socius qui vigore mandati executiuè persoluit, exequutiuè quoque reintegrari debet.*

Via executiua pro reintegratione competit ei, qui executiuè soluere fuit coactus, num. 2.

3 *Laudum obligatione Camerali vallatum per compromissum, paratam habet executionem.*

Laudum sequens relationem peritorum, qui de aliqua partita nihil prorsùs retulerunt, sustinetur adhuc ex verbis vniuersalibus in eo appositis sub num. 3. & seqq.

Solutum mediante laudo cuius compromissum obligationem Cameralem continebat, potest executiuè repeti. num. 2. & 3

4 *Verbum* omne *dicitur vniuersale, & nullam patitur restrictionem.*

5 *Verbum*, quodcumque, *est verbum vniuersale, & nihil prorsùs excludit.*

6 *Ignorantia eius, quod æque à partibus, ac Peritis sciri debuerat, & tenebatur, præsumi non potest.*

DECISIO CCCXVI.

POST disputatum alterum huius causæ dubium an scilicet constaret de creditis à Federico Guerrerio prætensis contra Iosephum Carneualium, & super eis captam resolutionem negatiuam, vt in alia decisione hac eadem die coram me edita, fuit decisum creditum Carneualii agentis contra Guerrerium pro releuatione indemnitatis occasione exequutionis passæ in scutis 200. & pro relexatione mandati Domini responderunt.

Non enim controuertebatur inter partes quin debitum huiusmodi esse debitum sociale Aromatariæ tamquam residuum prætii Apothecæ, & ffiliorum ad vsum negotii emptorum, prout nec videbatur controuertibilis obligatio Guerrerii illud dissoluendi, cum vigore laudi teneretur in se suscipere omnia debita, & credita, commoda, & incommoda Societatis, nec non soluere Carneualio scuta 623.65. libera ab omni debito, & ære alieno, † quapro- 1
pter cum idem Carneualius vigore mandati coactus fuerit debitum de proprio extinguere, satis dicitur esse in damno ad effectum, vt debeat indemnis releuari, *l. si pupill. tui, §. videamus, ff. de negot. gest. cap. peruenit de fideiuss.* late Surd. *cons. 150. per tot.* Seraph. *dec 593. num. 3. & dec. 377. nu. 1. par. 4. diuers.*

Et cum Carneualius exequutiuè exactus fuerit † vti- 2
que exequutiuè debet reintegrari, Bart. *in l. fin. n. 7. in fin. C. de vsu. rei Iudic.* Boer. *dec. 277. num. 2.* Rot. *dec. 222. n. 4. par. 6. rec. & in Fulginaten. subhastationis 19. Ian. 1656. cor. R. P. D. meo Albergato.* Præcipuè cum agat vigore laudi, cuius compromissum fuit obligatione Camerali vallatum, † 3
& ideò paratam exequutionem habentis, Castren. *consil. 260. n. 4. lib. 1.* Rota post Zacch. *de oblig. Cam. dec. 152. num. 2. cor. Pen. dec. 1047. nu. 3. iuxta impress. Lugdun. & cor. Vbald. dec. 146. num 1.*

Et quatenus pro parte Guerrerii dicebatur laudum non comprehendere potuisse debitum, de quo agitur, cum sequatur relationem peritorum, qui solùm considerarunt, & calcularunt nomina debitorum Aromatariæ adnotata in libris Mastro, Giornale, & Stracciafoglio, super hoc autem non retulisse, cum illis esset incognitum.

Responsum fuit verba laudi esse satis generalia, & vniuersalia, ibi: *Omne commodum, & incommodum, credita, & debita, & iura quæcumque, &c.* Et rursus: *Libera ab omni debito ære alieno, & quouis alio onere, &c.* & proindè de sui natura apta comprehendere omnia etiam non particulariter expressa, nihil prorsùs excluso, & nulla admissa restrictione, vt de verbo † *Omne*, quod sit vniuersale est, 4
tex. in l. Iulianus in princ. de legat. 3. Menoch. *de recuper. remed. 15. nu. 194.* Roland. *cons. 87. nu. 8 vol. 2. & cons. 27. nu. 28. vol. 4.* Rot. cor. Greg. *dec. 315. n. 11. & dec. 269. nu 9. par 5. rec.*

Et de verbo † *Quodcumque* quod omne pariter comprehen- 5
dit nihil excludens, Iason. *in l. quodcumque numer. 3. ff. de verb. oblig.* Roland. *cons. 5. nu. 44. vol. 1.* Menoch. *cons. 600. num. 6.* Seraph. *dec. 980 nu. 8.* Greg. *dec. 267. nu. 5. & decis. 680. nu. 5. par 2. rec.*

Nec verisimile visum fuit, quod tres periti, & Arbitrator post exactum singularum partitarum examen, & diligentem totius negotii discussionem, & multò minus ipse Guerrerius, qui ratione proprii interesse inquirere, & scire tenebatur an pretium ipsius Apothecæ esset integre persolutum ignorauerint debitum hoc fundamentale ipsius negotii, † & ideò in eo non potest præsumi ignorantia, 6
Glos. *in c. peruenit de Reg. Iur. in 6.* Bald. *in l. 1. ff. si quis omis. caus. test.* Dec. *cons. 160. n. 5. vers. cum ergo,* Rota *dec. 166. nu. 1 par. 1. diu. cum adductis in dec. 204. n. 20. par. 9. tom. 1. rec.*

Exceptiones autem nullitatis, & Iniustitiæ eiusdem laudi, nec non compensationis cum alio credito à Guerrerio prætenso, fuerunt sublatæ in altera decisione in hac eadem causa hac eadem die coram me.

Et ita vtraque parte informante &c.

Hac eadem die altera inter dictas partes emanauit Resolutio cor. eodem R. P. D. Vicecomite, quæ est Decisio immediatæ præcedens.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Domus.

Lunæ 25. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Sub facultate disponendi alicui concessa, bona emphyteutica Ecclesiæ nullatenus comprehenduntur, eoq; minùs si illa fuerint pactionata, & ex pacto, & prouidentia concessa super quibus in omnem casum iura vocatorum preseruata dicuntur dispositione minimè secuta.

Priuationis præceptum à testatore iniunctum in casum molestiarum non incurritur per petitionem legitimæ; illudque vlteriùs sequentes substitutiones non afficit ad præiudicium eorum qui minimè contrauenerunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica Ecclesiæ non veniunt sub generali dispositione alicui concessa.*

Appellatione bonorum, rerum & iurium hæreditatis non continentur bona emphyteutica Ecclesiæ, num. 1.

Emphyteusis Ecclesiæ ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditaria non continetur sub generali dispositione bonorum, & iurium hæreditariorum, num. 1.

Emphyteusis Ecclesiæ ex pacto, & prouidentia specialem mentionem requirit, num. 1.

2 *Facultate disponendi si quis vsus non sit præseruasse eo magis dici debet ius eorum, quorum dispositionem habebat.*

Iura vocatorum ad emphyteusim æquè præseruata dicuntur ab eo qui facultatem habebat disponendi, quam ab illo, qui facultatem concessit, dispositione non facta, num. 2 & 7.

3 *Bona emphyteutica etiam non hæreditaria cadunt sub generali dispositione, si de illis quis disponere poterat.*

4 *Emphyteusis pactionata non autem hæreditaria, quæ expostiuet requisita, vt illa veniat sub generali dispositione, & seq.*

6 *Facultas disponendi inter viuos non comprehendit dispositionem causa mortis.*

Facultas in certo casu concessa, extra illum casum habetur pro non adiecta, & penitùs euanescit, num. 6.

8 *Præceptum non molestandi hæredem sub pœna priuationis non impedit molestias illatas pro consecutione legitimæ, & num. seq.*

Pœna aliqua pro consecutione legitimæ incurri non potest, num. 7 & seq.

Legitimæ sine aliqua retardatione debetur statim secuta morte patris, num. 7.

9 *Priuatio non incurritur per molestias non dolosas, sed lege permittente factas.*

Pœnam non meretur, quod lege permittente fit, numero 9.

10 *Culpa contrauenientium dispositioni testatoris afficere non potest sequentes substitutiones in odium eorum, qui nullo pacto contrauenerunt.*

11 *Substitutiones dependentes à substitutione caducata, an & ipsæ caducatæ remaneant, & numer. sequen.*

12 *Substitutio concepta si omnes contrauenerint non censetur purificata per vnius solùm contrauentionem.*

Substitutio facta in casum contrauentionis alicuius, eo non contrauenientе, non potest substitutum iuuare, num. 12.

DECISIO CCCXVII.

PRO recessu à decisis coram me sub die 11. Maij anni 1662 proximè præteriti informantes pro Florinis denuò repetebant, quod domus super qua cadit controuersia acquisita fuerat per Annibalem. Ideoque de ea liberè disponere poterat, & concedere, prout fecit Virginiæ vxori facultatem de ea inter viuos disponendi, & respectu substitutionis Pauli, & Iuliæ de Beluederijs iterùm dicebant illos non posse iuuari testamento Annibalis præfati ob incursam per Bartholomæam eorum Matrem pœnam priuationis in eodem testamento indictam non molestandi Virginiam prædictam quibus tamen minimè obstantibus placuit Dominis standum esse in decisis.

Quidquid enim sit cum dicta acquisitio dici possit facta titulo oneroso sufficit Paulo, & Iuliæ auctoribus defectus voluntatis Annibalis acquirentis, qui in concedendo vxori suæ facultatem alienandi bona res, & Iura hæreditatis noluit de controuersa domo disponere, † quæ vti emphyteutica Ecclesiæ 1
Sancti Fabiani, & Sebastiani, & ex pacto, & Prouidentia non autem hæreditaria non venit sub generali dispositione bonorum rerum, & Iurium hæreditatis nisi de ea specialis, ac indiuidua mentio habita fuerit, vt ex l. *Ius emphyt.* 11. *Cod de fund patrim. libr.* 11. *argu. ad propositum* Bart *communiter sequutus in l. si patroni num.* 4 *ff. ad Trebell* Surd *decis.* 11. *&* 93. *per tot.* vbi satisfit omnibus obiectis, quæ in contrarium allegari possunt, Rota coram Merlin. *decision.* 532. *numero* 24. cum plenissimè cumulatis per Rotam coram Gregor. *decis.* 271. *num.* 1. *ibique Adden. num.* 27. & conferunt notata per Rotam *in Romana deuolutionis domorum* 3. *Iunii* 1652. *coram bon. memor. Leone Verospio* §. *altera quoque*, qui voluntatis defectus euidenter apparet ex eo quod facultas prædicta non est simpliciter, & indefinitè concepta, sed restricta ac limitata ad disponendum inter viuos hodierno *Summario* illorum de Florinis *num.* 3 *in fin.* vndè per non vsum illius facultatis dum Virginia vllo modo inter viuos † dis- 2
posuit etiam ex voluntate Annibalis, qui sub hac restrictiua facultatem eidem concessit, dicitur præseruatum Ius Pauli, & Iuliæ Nepotum, & in inuestitura comprehensorum, vt firmatum fuit *in decis. istius causæ* 17. *Maii* 1662. §. 2. *consideratur coram R. P. D. meo Tata* 15. *Iunii* 1663 *coram Reuerendissimo Domino meo Ninot Episcopo Nardeñ* §. *nam vltra quod.*

Non obstat quod quando bona emphyteutica non sunt hæreditaria, sed de illis primus acquirens disponere potest metiendo voluntatem à potestate censeantur † illa in generali dispositione comprehensa, 3
vt conciliando vtramque opinionem dixit, Rota coram Merlin. *decis.* 699. *num.* 24. & ante eum Menoch *cons.* 229. *num.* 16 *&* 23 *&* Rota *in Plenateñ emphyt.* 16. *Iunii* 1651. *coram R. P. D. meo Albergato*, §. *quod verò*, præter quod enim ista opinio habet etiam suos contradictores signanter quoties, prout hic sumus in emphyteusi pactionata non verò hæreditaria † quorum primus est, Bart. *in l.* 4
vt Iuris Iurandi 7. §. *si libert. num.* 4. *ff. de oper. libert.* cum quo procedit Aret. *cons.* 53. *num.* 3. *col.* 2. *vers. & quamuis* Surd. *dicta decis.* 11. *num.* 19. vbi ad hunc effectum quinque circumstantias inquit concurrere debere, † *& decis.* 93. *num.* 16. *& firmauit* 5
Rota *decis.* 219. *num.* 10. *part.* 4. *diuers. & coram* Merlin. *decis.* 532. *num.* 24. *cum aliis per* Adden ad Gregor. *decis.* 271. *num.* 27. Obiectum esset forsan applicabile si Annibal Testator explicitè mentionem fecisset etiam de bonis emphyteuticis prout facta fuit in auctoritatibus in obiecto allegatis, secus verò dicendum venit in proposito casu, in quo non solum de talibus bonis mentio habita non fuit, sed quamuis facta fuisset adhuc tamen quia facultas apparet restricta ad actus inter viuos, extra illum casum habetur pro non adiecta, † ac non sequuta dispo- 6
sitione inter viuos prorsùs euanuit, iuxta *text. in l. si quis ita hæres* 82. *ff. de hæredit instit.* cum cumulatis per Rotam *in Romana hæreditatis* 9. *Aprilis* 1663 *coram Reuerendissimo Domino meo Gerundeñ*, §. *non quod videretur*, vndè non est ampliùs facienda quæstio an sit metienda, voluntas à potestate cum deficiat principale fundamentum voluntatis Annibalis, qui in casu non factæ dispositionis inter viuos à Virginia, † tacitè voluit præseruare Iura Pauli, 7
& Iuliæ, & inuestitura comprehensorum, vt præter mox relatos in terminis, Rota coram Merlin. *dicta decis.* 532. *num* 24. *vers. nominatio verò.*

Minor autem difficultas fuit circa secundum caput decisionis, quod respicit testamentum Annibalis in quo post obitum Virginiæ vxoris vocatur Bartholomæa si super vixerit, sin autem minùs ipsius filij quales sunt Paulus, & Iulia moderni Actores vndè per prædecessum Bartholomeæ vocatio filiorum non potest indubium reuocari, in nihilo retragante, quod eadem Bartholomæa Virginiam prædictam molestauerit contra præceptum testatoris, quæ taliter controuenienti pœnam priuationis induxit cum † 8
enim molestiæ illatæ fuerint pro consecutione legitimæ de Iure sine retardatione debitæ statim sequuta morte Alexandri Patris, *ad text. cum sua materia in l. quoniam in prioribus* 32. *& l. si quando*, § *& generaliter Cod. de inoffic. testam.* hinc est, quod illa prohibitio non molestandi sub pœna priuationis, † 9
vel non poterat incurri stantibus molestiis non dolosis sed lege permittente factis, iuxta Theor. Bald. *in l. vnica num.* 26 *Col. de his, quæ pœnæ nomine*, quam in præcisis nostris terminis inducit Soccin. Iun. *cons.* 115. *num* 27. *& seq. lib.* 1. cum cumulatis per

Rotam

Rotam coram Merlin. *decis.* 491. *num.* 1. *& seq. & per* Adden. ad Buratt. *decis.* 899. *num.* 74. *& seq.* In omnem casum cum in dispositione testatoris portiones transeuntium aliis successiuè non contrauenientium applicari deberent culpa Matris non est apta afficere † sequentes substitutiones ordinatas fauore filiorum, qui nullo pacto contrauenerant, vt ex *text. in l. Paterfamilias* 44. *ff. de hæredit. instit. & in l. sancimus* 22. *Cod. de pœn. cum relatis in præterita decisione*, §. *eiusdem*.

Nec applicatur obiectum, quod prohibitio non petendi legitimam, & Virginiam non molestandi reseruatur in conditionem adiectam substitutioni Bartholomeæ, & filiorum, qua deindè defecta per positiuam illius controuentionem † substitutiones ab ea dependentes caducatæ remaneant, vt per Ruin. *consil.* 180. *numero* 8. *&* 9. *versic.* 2. *infertur libr.* 3. dictum fuit *in decisione huius causæ* 27. *Nouembris* 1658. *coram Reuerendissimo Domino Cerro Decano*. Præter quod enim huic obiecto fuit plenissimè satisfactum in successiua *decisione* 16. *Iunii* 1659. *coram R. P. D. meo Taia*, in qua, sententia Rotalis fuit infirmata, sufficit Paulo, & Iuliæ, qui nullo pacto contrauenerunt, quod vocatio Virginiæ concepta sit sub conditione si omnes contrauenerint, non autem si vnus dumtaxat, hoc faciat, † non data enim positiua contrauentione Florini, qui causam habent à Virginia non possunt à dicta substitutione iuuari, vt ex *text. in l. cum Patronus* 28. *in fin. ff. de legat.* 2. *dictum fuit in præterita decis. sub* §. *finali*.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana, seù Ianuen. Hæreditatis.

Lunæ 25. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Tanquam legitimus fuerat, quis ad successionem admissus, apparebatque vlterius de legitimo matrimonio natus; & nihilominùs & illegitimitatis exceptio, opponebatur ad effectum illum excludendi ab alia successione; Ideoque prudentissimè Rota nostra remissoriam ad effectum denegauit, etiam ad probandam publicam vocem, & famam.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria contra propriam confessionem numquam conceditur, & num seq. vbi amplia.*
2 *Auctoris confessio præiudicat successori, etiam ad effectum illi denegandi remissoriam.*
3 *Probatio per testes contraria publicis instrumentis numquam admittitur, nec conceditur.*
4 *Matrimonium ad effectum successionis probatur leuioribus probationibus.*
5 *Fama, & vox publica non potest probari per testes.*
Remissoria ad probandum publicam vocem, & famam semper conceditur, quia illa per scripturas probari minimè potest, num. 5.
6 *Remissoria non conceditur ad probandam illegitimitatem, quoties sufficienter constat de legitimitate, & per totam decis.*
Legitimitate probata fama contraria non admittitur, num 6.
Fama, nec etiam in antiquis quidquam probat, vbi habet aliquod in contrarium, num. 6.
7 *Scripturæ in odium illas compulsare impedientis haberi debent ac si fuissent plenè, & legitimè compulsatæ.*
8 *Remissoria denegatur si causa per decennium, vel vltrà pendeat in Curia, & numquam fuerit oppositum id, quod probari prætenditur.*
Illegitimitas opposita post longam causæ discussionem, & postea quam quis fuerit habitus, & acceptatus pro legitimo, in nihilo suffragatur num. 8. *& per totam decisionem.*

DECISIO CCCXVIII.

AD excludendam Thomasinam neptem à medietate hæreditatis Dominici Riuarolæ illius Patrui Franciscus Boninus, & litis consortes hæredes Pauli Baptistæ fratris Dominici opponebant illam esse illegitimam ad quod probandum petierunt remissoriam, quam Domini dixerunt illam non esse concedendam.

Quamuis enim in profanis data releuantia materiæ articulatæ non soleat denegari maximè cum detur fumus ex attestationibus plurium Testium affirmantium ipsam Thomasinam ab omnibus fuisse reputatam pro filia illegitima Bernardi fratris Dominici Riuarolæ, & tanquam talem fuisse nuptam quondam Simoni Bancalario paupeti, & vilis conditionis; contrarium tamen visum fuit in proposito non solum propter geminatam confessionem Pauli Baptistæ Authoris Bonini, & aliorum qui in pluribus actibus agnouit Thomasinam in filiam legitimam, & naturalem Bernardi, dum absque contradictione illam admisit ad successionem medietatis hæreditatis Dominici vtrique ab Intestato delatæ *Summario dato pro parte Thomasinæ super bono Iure num. primo lit. F. & G.* & illam successiuè approbauit in publico Instrumento compromissi in illis verbis ibi, & ipsa D. Thomasina tanquam nata ex altero fratre, & sic repræsentans personam dicti sui Patris legitimè succedentis eodem *Summar num.* 3 certum est enim, quod contra propriam confessionem Remissoria non datur *iuxta decisionem Caputaquen* 283. *num.* 6. *part.* 3. & in terminis de confessione Authoris † dictum fuit *in Perusina fideicommissi de Rodulphis* 26. *Aprilis* §. *nihilominus coram me*. 1 2

Verum etiam, quia ex publicis scripturis videbatur satis probata eius legitimitas, † quo casu admittenda non est contraria probatio facienda per Testes ex allegatis *in Ferrarien Parochi. lis* 6 *Martii* 1643. §. *multoque magis coram me, & in Pampilonen. Vicariæ* 20. *Aprilis* 1605. §. *nec releuat coram R. P. D. meo Ottalora*. 3

Quod potissimum desumebatur Tum ex fide Parochi super matrimonio contracto inter Bernardum, & Angelam de anno 1601. hodierno *Summar. num.* 2 Tum ex fide Baptismi data in *dicto Summ num. primo* vbi enunciatur Thomasinam natam esse de anno 1602. ex Bernardo Riuarola, & Angela coniugibus Tum etiam quia eadem Thomasina successit in hæreditate Paterna exclusis Patruis, & consequuta fuit legitimam in Bonis Porrettæ Auiæ paternæ, & subsidium dotale relictum à Pellegro Riuarola filiabus familiæ cum præsentia, & consensu proximiorum *dicto Summario super bono Iure num* 4. & 5. & etiam comprobatur ex testibus super legitimitate deponentibus de quibus in hodierno *Summar. num* 6. quæ omnia videntur sufficere cum non agatur principaliter de fœdere matrimonij, † sed solum ad effectum successionis vbi leuiores probationes admittuntur *iuxta cons. Geminian.* 27 *sæpiùs à Rota approbatum, vt in decis.* 390 *nu. primo, & seq part.* 2. *decis* 199 *num.* 2. *part.* 3. *& decis* 255. *num.* 11 *part* 9. *recent.* 4

Non obstat, quod fuerit articulata publica vox, & fama quæ cum non possit probari per scripturas † debeat proindè admitti Testium examen ex deductis *in Pistorien. Iurispatronatus* 23. *Iunij* 1662. *coram Eminentissimo D. Cardinali Vicecomite*. Quia stante prædicta probatione legitimitatis, fama nihil releuaret, † quæ vbi adest aliquid in contrarium etiam in antiquis non probat, vt dixit Rota coram Cardinali Seraphino *decis.* 355. *num.* 5. *&* Gregor. *decis* 325. *num.* 17 5 6

Sicut etiam non releuat, quod scripturæ productæ pro parte Thomasinæ non fuerint à suis originalibus extractæ mediante compulsoria; nam cum ipsa verè compulsoriam expediuerit, & impedimentum prouenerit ex parte Bonini, qui curauit Inhibitionem à Senatu Ianuensi, vt deponunt Testes dati in *Summar. num* 7. † in odium ipsius haberi debent pro ritè, & rectè compulsatis; aduertendo vlterius pro denegatione Remissoriæ, quod hæc causa pendet in Curia à decennio, & vltra, † & huiusmodi exceptio illegitimitatis numquam fuit opposita, vt ponderauit Rota coram Cardinali Caualer. *decis.* 87. *num.* 2. 7 8

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granatesi.

Bononiesi Officii Proxonetæ.

Lunæ 25. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Officium Proxoneptæ alicuius Artis, vel exercitii cum magis dicatur esse publicum, quam priuatum, certam, & sufficientem habilitatem in illud exercere volente requirit, quæ non consistit simpliciter in bona valetudine corporis aliisque animi dotibus, sed potius in qualitate extrinseca longo habitu, experientia, & labore acquisita, ideò quæritur an tamquam inhabilis reiectus possit appellare, & negatiue concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium alicui concessum non important necessitatem seruandi ordinem iuris, sed solam extraiudicialem cognitionem requirit.*

2 *in Officiis publicis Superior, seù distributor non tantùm priuatam, sed publicam vtilitatem prospicere debet.*

Vtilitas publica priuatæ vtilitati præferenda est in collatione numerum publicorum, num. 2.

Conscientiæ superioris committitur collatio publicorum officiorum, num. 2.

3 *Obseruantia interpretatiua Breuium Apostolicorum plurimum attenditur.*

4 *Inhabilis reputatus, sicque reiectus ab admissione alicuius officii publici non appellat.*

5 *Appellatio datur etiam à grauamine extra iudicialiter illato.*

6 *Inhabilis appellans à grauamine sibi tamquam inhabili illato habilitatem probare tenetur.*

prò Inhabilitatis attestatione præsumitur habilitate nullatenus probata, num. 6.

7 *Valetudo bona, aliæque animi dotes humana corpori naturaliter censentur innixa, ideoque præsumenda sunt.*

8 *Proxoneta alicuius artis quas debeat habere qualitates & vide per totam decis.*

Qualitas extrinseca in homine, & habitu superueniens non præsumitur nisi probetur, num. 8.

9 *Qualitas, & habilitas requisita ad iudicium mercatorum, non solum & simpliciter naturalis esse potest.*

Habilitas, seù qualitas naturalis iudicio medicorum cognoscenda est, num. 9.

10 *Fides extortæ lite pendente nullam fidem faciunt.*

11 *Testes super habilitate deponentes percutere debent tempus vacationis, ad quem effectum requiritur habilitas.*

Vacationis tempus attendendum est, num. 11.

DECISIO CCCXIX.

IVXTA decisionem emanatam 5. Maii 1664. Reuerendissimus Dominus meus Decanus suam protulit sententiam immissionis in possessionem officii Proxenetæ artis Serici fauore Francisci Vellii, quam tamen Domini ex nouiter probatis mediante remissoria hodie infirmandam esse censuerunt.

Quamuis enim verba Breuis Innocentii super erectione Collegii Proxenetarum videatur importare præcisam necessitatem admittendi filios in locum patruum præmortuorum, solumque approbationem Legatorum pro tempore expostulent, vt patet ibi: *Che hauendo alcuni di essi figlioli, li quali siano habili, e per tali approuati dal Cardinal Legato pro tempore, possino essere surrogati dal medemo Cardinale in luogo del Padre, & in caso di morte, quando siano trouati habili debbano con approuatione del medemo Legato essere preferiti ad ogn'altro*. Circa tamen habilita-
tem filiorum admittendorum nulla legitur præscripta for-
ma, sed potius remissa videtur arbitrio Legati, † qui pro- 1
inde potest etiam extraiudicialiter se informare, nulloque
Iuris ordine seruato admittere alium quotiescumque fi-
lius superstes sibi habilis non videtur. Lapus *allegatione*
60. *numer.* 3. Gratian. *discept.* 146. *numer.* 15. *& seqq.* Ro-
ta *decis.* 18. *num.* 8. *coram Merlino* Idque manifestè conuin-
citur nedum ex aliis verbis inferius expressis, ibi: *Mà
solamente doppo la morte del padre, quando sia trouato habi-
le ad arbitrio del Cardinale Legato*, sed etiam ex quo versa-
mur in officiis publicis merè gratuitis non, tam priuatam
quàm publicam vtilitatem concernentibus, in quibus
Superior non solet procedere vt Iudex, † sed vt distributor 2
publicæ potiùs quàm priuatæ ipsius officialis vtilitati pro-
spiciens sola eius conscientia informata Syluester *in Summ.
verb. Iudex numer.* 5. Mich. Salon. *de Iustit & Iur. quæst.* 6.
artic. 2. *capit.* 3. *vers.* 2. Gabr. à S. Vincentio *de Iust. & Iur.
disp.* 7. *num.* 20.

His accedit obseruantia probata per testes nouiter exa-
minatos mediante remissoria deponentes Legatos in ex-
clusione filiorum Proxenetæ defuncti semper extraiudi-
cialiter processisse, nec ab eorum gestis fuisse vnquam re-
clamatum, quam obseruantiam † tanquam Breuis in- 3
terpretatiuam plurimum esse attendendam firmauit Ro-
ta *in Meleuitana Commendæ 14. Ianuarii 1650. cor. bo. mem.
Verospio, & cor. Eminentissimo Otthob. decis.* 175. *num.* 10.
& 11.

Hinc sequitur Franciscum Vellium inhabilem reputa-
tum à Cardinali Legato † non potuisse ab exclusione ap- 4
pellare *gloss. in clem. prima verb. Asseramus de Iurepatron.*
Lap. *allegat.* 60. *num.* 3. *& seqq.* Merlin. *decis.* 10. *numer.* 12.
vel quatenus etiam à grauamine extraiudicialiter illato
detur appellatio, † vt in *capit. Contrectationi de appella-* 5
tion. in 6. Franch. *in cap* 1. *sub numer.* 10. *de appellatio.* Lan-
cellott. *de attentat par.* 2. *cap.* 12 *numer.* 11. debuisse saltem
grauamen deducere probando suam habilitatem, quæ de
forma requiritur in eodem Breui, † aliàs præsumendum 6
est pro gestis à Legato, & pro eius attestatione circa in-
habilitatem Paul. de Castr. *cons.* 437. *sub numer.* 2. Gram-
mat. *dec.* 65. *num.* 58. Reuerter. *decis.* 255. *vers. final. ibique*
Adden. *num.* 2.

Nec subsistit decisio Reuerendissimi D. mei Decani in
eo, quod pro dicto officio satis sit sola habilitas naturalis
consistens in bona corporis valetudine, aliisque animi do-
tibus, † quæ tanquam innixa censentur in quolibet 7
inesse, donec contrarium probetur *iuxtà text. in cap. Du-
dum de præsumptio, & in cap.* 1. *de scrutin in ordin. facien.
cum aliis in decisione relatis*, quia hodie contrarium con-
uincitur ex dd. testibus remissorialibus plenè concludenti-
bus vltra naturalem habilitatem requiri positiuam, &
præcisam scientiam, & peritiam qualitatum, & diuer-
sitatum serici, illamque non de facili, sed magno labore,
& diuturno tempore acquiri, † quæ cum sit qualitas ex- 8
trinseca, & habitus superueniens non præsumitur, nisi
probetur Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 3. Menoch.
eod. tract. lib. 1. *cap* 92 *per tot. & faciunt adducta per* Emi-
nentiss. Otthob. *decis.* 123. *num.* 10.

Quodque requiratur huiusmodi scientia intrinseca,
colligitur quoque ex eodem Breui, in quo Pontifex man-
dat, quod Legatus Bononiæ in prouisionibus istorum
officiorum sumere debeat informationes ab officialibus
artis serici, & fori mercatorum, † quod valdè im- 9
proprium fuisset si sola habilitas naturalis essent in pro-
xeneta requisita, quia illa non à mercatoribus serici,
sed potius à Medicis cognosci debuisset, *iuxtà tex. in l. se-
ptimo mense ff. de statu homin.* Rota *dec.* 419. *numer.* 5. *part.* 9.
recent.

Hanc autem peritiam proculdubio Vellius non probauit,
nam licet decisio coram Reuerendissimo Domino meo
Decano fundamentum faciat in quibusdam attestationi-
bus Proxenetarum asserentium illum esse Iuuenem habi-
lem, idoneum, sufficientem, & capacem ad obtinen-
dum officium patris, nec non in tribus testibus formiter
examinatis, tamen dictæ attestationes sunt simplices fi-
des † extortæ lite pendente, quæ fidem non faciunt Bu- 10
ratt. *decis.* 479. *numer.* 12. *& decis.* 146. *numer.* 18. *part.* 9.
recent.

Testes verò loquuntur de habilitate naturali, nec de

alia deponere possunt, dum vnus est Doctor, & alter Eques *Summario Bartolini num.* 11. qui proindè ignorant materiam ad mercatores pertinentem, & tertius qui est proxeneta, potius contrarium deponit, dum dicit, quod Vellius erat *Giouane d'anni 24. in circa sano, gagliardo, & alquanto prattico*, quæ verba denotant habuisse aliqualem scientiam, sed non adæquatam, & sufficientem pro tali ministerio, & quod magis est, omnes prædictæ pro-
11 bationes non percutiunt tempus vacationis, † quod est attendendum Rota cor. Pen. *dec.* 1411. *nu.* 2. Buratt. *dec.* 161 *nu.* 7. & 8. Greg. *dec.* 279. *n.* 2. & *in rec. dec.* 505. *n.* 4. *par.* 2. *dec.* 147. *nu.* 7. *par.* 6. & *dec* 251 *nu* 34. *p.* 8. Eminentiss. Otthob. *dec.* 123. *nu* 12. & *Burgen. Capellaniæ* 10. *Februarii* 1663. *cor. Reuerendiss. Ninot.*

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO
S. R. Decano.
nunc autem S. R. E. Cardinali.

Romana, seù Albanen Bonorum.

Lunæ 25. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Plura requisita prò substinenda deliberatione in præsenti Decisione cumulantur, & inter ea principaliter discutitur materia læsionis, quæ etiam adhunc effectum dimidium vltrà excedere omnino debet, vt proinde ad illam excludendam onera aliaque debita rei subhastatæ, & deliberatæ plurimum consideranda sint.

SVMMARIVM.

1 *Executio noua fieri potest, vbi priora pignora non sufficiunt*
2 *Ædicta in partibus affigenda sunt ex Constitutione Pauli V. subhastatio, & deliberatio fit in Curia.*
3 *Notario attestanti de re gesta penes illius acta plena fides adhibetur.*
4 *Læsio vltra dimidiam requiritur ad rescindendam deliberationem.*
5 *Læsionis ad effectum consideranda sunt etiam debita bonorum deliberatorum.*
Valor bonorum deliberatorum minuitur propter debita, quibus illa grauata reperiebantur, num. 5.
6 *in Deliberatione facta prò fructibus quatenus etiam sors principalis census computari possit.*
7 *Creditor census ratione non adimplementi potest sortem repetere, non vti pretium census, sed tanquam interesse.*
8 *Læsionem deliberationis ad excludendam sufficit, quod de sorte, tanquam onere rei deliberatę mentio facta sit.*

DECISIO CCCXX.

DECISVM fuit 19. Ianuarii 1667. coram me constare de Causis restitutionis in integrum aduersus sententias latas ad fauorem PP. SS. Siluestri, & Martini ad Montes super validitate deliberationis duarum domorum & vnius vineæ, ad quam dicti Patres deuenerant vigore mandati expediti pro fructibus Census sc. 500. alias ad eorum fauorem impositi ab illis de Rotundis, tunc possessoribus dd. bonorum, quia verò resolutio consistebat principaliter in prætensa nullitate eiusdem deliberationis, quæ hodie ex nouiter deductis cessare visa fuit, ideò placuit Dominis recedere à decisis.

Non enim subsistit, quod pro modica summa scut. 159. fuerint subhastata tria corpora, quorum vnum erat sufficiens pro Crediti satisfactione, quia ex nouo Summ. Patrum num. 2. constat executionem pro dictis sc. 159. verè à principio fuisse factam super vineam tantum, & vino ex illa recollecto, sed cum alii Creditores superuenerint, quorum Creditum longè excedebat valorem vineę. Ideò Iudex mandauit exequi mandatum super aliis bonis debitorum firma remanente executione facta super vinea eodem Summ. nu. 7. quemadmodum de Iure fieri potest † 1
vbi priora pignora non sufficiunt per *Text. in l. à Diuo Pio §. si pignora ff. de re Iudic.* Thesaur. *qu. forens.* 7. *num.* 9. *libr.* 1. Posth. *de Subbast. inspect.* 27. *nu:* 35. & *seq.*

Remouetur quoque altera nullitas fundata in eo, quod non fuerint affixa Ædicta in Terra Cinthiani, † vbi bo- 2
na deliberata existunt, *iuxt. Constit.* 71. *san. me. Pauli V. de reform Trib. vrb.* ex datis enim eodem Summ. num. 9. constat ædicta fuisse expedita 9. Iulii 1657. *vt lit. A.* illaque fuisse ibidem affixa sub die 18. eiusdem probatur ex relatione Dominici Tonelli publici Mandatarii eiusdem Terræ *lit. B.* & successiue 18. Augusti factum fuit decretum de deliberando, & 5. Octobris eiusdem anni sequuta fuit actualis deliberatio eodem Summ. nu. 10. & 12. Parum obstante, quod ædicta non fuerint exhibita in prima, sed solum in secunda instantia, quia ex fide Notarii data in calce responsionis facti præteritæ positionis pro parte Monasterii probatur, illa fuisse reperta in capsa Notarii substituti præmortui cum relatione à tergo facta à Mandatario; de qua supra necnon cum illorum reproductione in actis sub die 19. Augusti 1657. & sic longè ante deliberationem se-
quutam 5. Octobris eiusdem anni, † cui quidem Notario 3
attestanti de re gesta per illius acta, plena fides tanquam actuario est adhibenda Iason. *in l. prima num.* 4. *C. de procur.* Bart. *in auth si quis in aliquo sub num.* 2. *vers.* 2. *oppono, & nu.* 3. *C. de æden.* Rota *decis. prima nu.* 1. *de fid. Instrum. in nou. dec.* 54. *num.* 16. *par.* 4. *rec.* & *in Cracouien. attentatorum* 17. *Iunii* 1652. *cor. bo me. Bichio §. sed etiam.*

Deficere videtur etiam exceptio enormissimæ læsionis ponderata in decisione, ex quo scilicet bona valoris sc 444. deliberata fuerint pro sc. 902. quoniam dixerunt Domini ad Computum pretii addenda esse alia scut. 500. sortis principalis Census, de quibus in deliberatione expressè fuit facta mentio dicto Summ. nu. 12 quibus computatis, pretium ascendit ad scut. 1402. & sic non adest lęsio vltra dimidiam, sine qua deliberatio non rescinditur, nec annullatur, vt reprobando Vinc. de Franc. *in decis.* 102. *num.* 2. & *decis.* 224. *num.* 20. & *declarando decis. seù potius discursum bo. me. Bichii in Romana læsionis* 12. *Iunii* 1654. *§. læsio autem* plenè firmauit Rota *in Imolen bonorum* 6. *Martii* 1665. *§. Læsionis, & seq. cor. bo. me. Verospio, vbi concordantes.*

Et vltrà sortem principalem d. Census addenda sunt alia debita, quibus dicta bona reperiebantur grauata; Aderat enim Census scut. 300. in sorte vna cum sc. 111. pro fructibus ad fauorem Bartholomæi Checcii, cui Patres in hanc eamdem soluerint sc. 400. vt in Summ. nu. 19. necnon partita sc. 300. debita Patribus S. Augustini Creditoribus ex persona fratris Tiburtii Rotundi, & alia partita scut. 200. debita Octauio Troualuscio dicto Summ. num. 20. &
21. † quæ omnia admitti debet ad istum effectum læsio- 5
nis, cum ex eis saltem minuatur valor bonorum deliberatorum per *Text. in l. fundi partem glos. verb. vendidisti ff. de contrab. empt.* Tiraquell. *de retract. conuent. in præfat. nu.* 21. *vers.* & *semper* Card. Mantic. *de tacit. libr.* 4. *tit.* 20. *num.* 38. Cenc. de Cens. *qu.* 47. *nu* 12. Merl. *dec.* 705. *nu.* 4. & 5.

Neque dicatur sortem principalem Census non esse
computandam, † ex quo non fuit in potestate Credito- 6
rum illam repetere, quia præter, quod Rotundi debitores 8. Ianuarii 1656. fuerant requisiti ad præstasi fideiussores ad formam eorum obligationis Summ. num. 3. & pro-
ptereà ratione non implementi benè potuerunt Credito- 7
res repetere sortem, non vti pretium Census, sed vti interesse Cenc. *vbi supra qu.* 106. *num* 12 Grat. *disc foren. cap.* 301. *nu.* 6. Greg. *dec.* 88. *nu.* 3. *vbi Add. lit. H.* adhuc ad istum effectum excludendi lęsionem sufficit, quod in actu deli-
berationis fuerit facta mentio oneris d. Census † adeo vt 8
considerari debeat tanquam pars pretii, tùm ad diminuendum ad valorem bonornm deliberatorum tùm respectiue ad augendum pretium pro deliberatione solutum, vt probant auctoritates superius allegatæ.

Et ità vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. OTTALORA.
Postea Præside Granatensi.

Toletana Decimarum.

Mercurii 27. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Decimandi ius, quod habent Parochus, & Episcopus intra limites suæ Diœcesis, vel Parochiæ ex sola iuris assistentia probatur, maximè si in aliqua parte etiam quasi possessio concurrat, quæ ratione vniuersalitatis causæ trahitur ad totum; neque illud per mutationem seminum aliqualiter immutatur; prout nec minus per consuetudinem, vel priuilegia contraria, quę in casu, & ad effectum de quo agitur præcisè non probantur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, & Parochus habent de iure fundatam intentionem super exactione decimarum in bonis existentibus intra limites eorum Diæcesis, & Parochiæ.*

2 *Pascuorum, quæ locuntur, & venduntur decimæ persoluendæ sunt.*

3 *in Iudicio petitorio super decimis sola sufficit iuris assistentia.*

4 *Decimandi quasi possessio Episcopi, vel Parochi super aliquibus bonis suffragatur etiam in toto Territorio propter causam vniuersalem.*

Causa vniuersalis decimandi potius attenditur, quàm illius actus particulares, num. 4.

5 *Decimandi quasi possessio certorum fructuum statut ius pro omnibus aliis fructibus ratione vniuersalitatis, & vnitatis subiecti.*

6 *Decimandi ius non tollitur ex mutatione vsus bonorum decimalium.*

Fructus mutati ratione decimarum dicuntur subrogati in locum antiquorum, num. 6.

7 *Testes, quando non probent consuetudinem non soluendi decimas.*

8 *Consuetudo non soluendi decimas debet etiam lapsu quadraginta annorum esse præscripta.*

9 *Priuilegium non soluendi decimas non extenditur de persona ad personam, nec de bonis trahitur ad alia bona, num. 10.*

10 *Decimas non soluendi priuilegium super certis bonis concessum ad alia bona non extenditur, & neque ad alias personas supra, num. 9.*

11 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum, amplia, vt num. seq.*

12 *Consuetudo contra ius numquam extenditur vltra rem, vel personam.*

13 *Præscriptum tantum dicitur, quantum fuit possessum.*

14 *Priuilegium Religionis suppressæ per suppressionem cessauit, & extinctum remansit, & num. 15.*

Priuilegium, quod venditori competebat, an transeat in emptorem, siuè possessorem bonorum, numer. 14.

15 *Suppressa Religione, omnia illius priuilegia cessant & extincta remanent, & supra nu. 14.*

16 *Priuilegia Equitum Ordinis de Calatraua quam, & circa quæ exemptionem contineant.*

DECISIO CCCXXI.

DVBITATVM non fuit, quod Eminentissimo Archiepiscopo Toletano, aliisque Participantibus debeantur Decimæ herbarum, quæ venduntur pro pascuis animalium in Tenuta del Castranar; Nam cum illa existat intrà limites Archiepiscopatus Toletani, & sub
1 Campana Parochialis Ecclesiæ de Mazarambros † habent prædicti intentionem fundatam in dispositione Iuris super exactione Decimarum ex quibuscumque fructibus, tàm naturalibus, quàm industrialibus *Cap. non est, cap. nuncios, & cap. ex parte il 1. de decim.* Rebuff. *de decim. quæst. 8. in princ.* Bolognett *cons. 29. num. 6.* Rota *in alia Toletana Decimarum 15. Iunii 1651. coram Eminentissimo Card. Celso, & in alia Toletana Decimarum de Vercial 26. Iunii 1654. cor. bon. mem. Dunozetto*, & in specie pascuorum, † quæ locan- 2
tur, seù venduntur habetur in *Cap. Commissum 4. ibique* Abb. *in 2. notab. de decim. & in cap. peruenit il 5. eodem tit.* Bolognett. *dicto cons. 29. num. 28.* Rebuff. *d. quæst. 8. num. 9.* Monet. *in tract. de Decim. capit. 14. numer. 14.* Giurb. *obseru. 39. numer. 23.* Barbos. *de iur. Eccles. part. 3. capit. 26. §. 1. numer. 14.*

Fortiùs dum vltrà Iuris assistentiam, † quæ sola suffi- 3
ceret in hoc Iudicio petitorio Marescott. *var. resolut. libr. 1. cap. 11. num. 14.* Rota *decis. 135. per tot. par. 2. recent. & in Cracouien. Decimarum 15. Maii 1651. coram bon. mem. Bichio* concurrit etiam quasi possessio decimandi in aliis Tenutis existentibus in dicto Archiepiscopatu Toletano, vt deponunt testes dati in *Summario Archiepiscopi numer. primo, & 2.* † quæ suffragatur etiam in toto Territorio 4
decimabili propter causam vniuersalem Posth. *de manut. obseruat. 73. num. 154 cum seqq.* Rota *post eum decis 166. num. 16 & 17. & coram* Seraph. *decis. 1047. num. 1. & 2. & dec. 1295. num. 6.* Adden. ad Gregor. *dec. 557. numer. 10. & coram* Coccin. *decis. 134 num. 1. & in recent. dec. 480. num. 2 par. 1. & dec. 402. num. 2 par. 2.*

Et in specie probatur quasi possessio particularis exigendi Decimas ex frumento, aluearibus, agnis, aliisque fructibus in tenuta controuersa, vt constat ex aliis testibus *dicto Summario num. 3. & 4.* & ex partitis Arrendatariorum, & pluribus antiquis sententiis de partibus, vt num. 5. 6. 7. 8. & 9. quæ licet sit respectu certarum specierum fructuum † statuit ius pro omnibus aliis propter vni- 5
tatem subiecti, & dictam vniuersalitatem tituli Posth. *d. obseruat. 73. num. 155.* Giurb. *d. obseruat. 39. nu. 13.* Grat. *discept. 113. num. 27.* Rota coram Mantic. *dec. 141. numer. 2. & in Leodien. Decimarum 27. Ianuarii 1651. coram Reuerendiss. Papien.* Nec prodest etiam, quod terrena in cultura mutentur, & quę erant ad vsum seminis, modò sit ad vsum pascui, quia non tollitur ius decimandi, † sed fru- 6
ctus, qui modò ex mutatione percipiuntur, censentur subrogati in locum antiquorum ad *Text. in capit. Commissum 4. in fin. cap. cum in tua, vbi* Butr. *numer. 5. & 6.* Anan. *num. 3. de Decim.* Abb. *cons. 71. nu. 2 lib. 2.* Seraph. *dec. 1202. num. 1. & 2. & in rec. dec. 223. num. 2. dec. 485. nu. 2. & decis. 677 nu. 3. par. 1. dec. 502. nu 2. par. 4. dec. 333. num. 3. & decis. 591. nu. 8. par. 5. & in Cauallicen. Decimæ fœni 23 Iunii 1659. coram R. P. D. meo Taya, & 18. Iunii 1653. coram R. P. D. Emerix.*

Non obstant testes inducti pro parte Comitis de Mora, ex quibus probari prætenditur quasi possessio negatiua, siuè consuetudo non soluendi Decimas ex herbis istius Tenutæ venditis, siuè arrendatis. Primò, quia non deponunt cum qualitate, quod fuerit petita ab Archiepiscopo, & Participantibus, & denegata à d. Comite cum successiua acquiescentia, quinimò expressè dicunt, non fuisse petitam, ideoque non probant consuetudinem non soluendi, vt in terminis dictum fuit coram Seraph. 7
decis. 1102. numer. 6. coram Buratt. decis. 572. numer. 12. & 13. coram Eminentissimo Ottbebono decis. 185. numer. 2. cor. Reuerendiss. Royas decis. 391. numer. 6 & 414. num. 3. & in Hispalen. Decimarum 15. Febr. & in Leodien. decimarum 27. Iun. 1651. & 27. Aprilis 1652. cor. Reuerendiss. Papien. Secundo, quia dum à modico tempore citra huiusmodi Tenuta locari cœpit pro pascuis animalium, non potuit induci consuetudo non soluendi Decimas ex sola acquiescentia, † nisi vlteriùs concurrat lapsus 40. saltem anno- 8
rum, vt firmatur *in dicta decis. 1102. numer. 7. & 8 coram Seraphin.* Tertiò, quia pro conseruatione Iuris vniuersalis Dignitatis Archiepiscopalis, sat est perceptio Decimarum ex locationibus herbarum in aliis Tenutis, & perceptio ex omnibus aliis fructibus in Tenuta controuersa, vt latè firmant Doctores, & decisiones supra allegatæ.

Minus releuant dicti testes dum subdunt, extare in Archiepiscopatu Toletano alias Tenutas, ex quarum pascuis herbarum nulla soluitur Decima; quia non proindè infertur ad exemptionem Tenutæ, de qua agitur, ab illis

non dependentem, quarum possessores cum iuuari possint aliquo priuilegio, vel consuetudine legitimè completa, † tale priuilegium non extenditur de persona ad personam Alciat. *cons. 7. numer. 22 & 23. lib. 4.* Bero *cons. 153. numer. 7. lib. 3.* Menoch. *de præsumpt lib. 3 præsumpt 103. numer. 35.* Rota *decis 414. numer. 5. coram Reuerendissimo Royas, & in Vercellen. Decimarum 15. Ianuarii 1646 coram* 9

10 *Reuerendiss. D. meo Decano:* nec de bonis † ad bona *cap. pro exemptione de Priuileg. in 6.* Monet. *de Decim cap 9. n. 131.* Rota *dec. 156. num. 6 par. 1. recent & apud* Tambur. *de iur. Abbat decis. 102. num. 3* Prout consuetudo non extenditur de loco † ad locum Seraph *decis. 1159. num. 6. decis. 214 n. 20. p. 7. rec & in Maioricen. Canonicatus 23 Ian. 1658. cor. Reuerendiss D. meo Decano*, præcipuè quando illa est

12 contra ius, † quo casu nunquam fit extensio vltrà rem, vel personam Bart *in l. de quibus ff. de leg.* Molin. *de primogen. Hispan. lib 2. cap. 6. num 21.* Rota *decis. 265. num. 35. par.*

13 *5. rec.* sed locum habet regula, tantum præscriptum, † quantum possessum, vt in terminis tenet Hostien. *in cap. Commissum n. 2. vers. quod ergò de Decim* Achill. *dec. 3 eodem tit.* Caualer. *decision. 487. numer. 4* Buratt. *decision. 402. numer. 4.*

Neque ad inferendam exemptionem iuuat allegare, quod Tenuta controuersa fuerit olim possessa à Religione Templariorum, quodque de anno 1539. emanauerit sententia fauore Francisci de Roias tunc temporis possessoris contra Dignitatem Archiepiscopalem; quia quidquid sit, an dicti Templarii haberent legitimum, & sufficiens priuilegium exemptiuum à Decimis, certè dum ipsi postmo-

14 dum fuerunt suppressi, † cessauit, & extinctum remansit quodlibet ipsorum priuilegium, nec transiuit in emptores, siuè possessores bonorum Natt. *cons. 638. num. 34. & 35. latè* Crauett *cons. 2 9. num* 4. Capic. Galeot. *controu. iur. lib. 2. cap. 51. num. 17. & 18.* Rota *dec. 33. num. 14. par. 11. recent.*

Atque hinc detegitur euidenter iniusta dicta sententia,

15 vtpotè fundata super priuilegio Templariorum, † quod propter eorum suppressionem statim remansit extinctum, vt responsum fuit in *Toletana Iurisdictionis 9. Maii 1659. & 21. Maii 1660. cor. R. P. D. meo Beuilaqua.*

Quatenus verò prætendatur exemptio, ex quo Comes

16 de Mora sit Eques Ordinis de Calatraua, † priuilegia huiusmodi Ordinis concessa non continent exemptionem à Decimis Spiritualibus, neque in bonis Patrimonialibus, & aliundè, quàm ex militia quæsitis, vt in puncto respondit Rot cor. Eminentiss. Otthob. *dec. 185. nu. 9. & dec. 100. & 192. num. 3. par. 11. rec.*

Et ità vna tantum, &c.

Hac eadem die emanauit altera resolutio in eadem causa super denegatione remissoriæ, quę quia posteà fuit reuocata sub die 17 Iunii 1669. coram eodem R. P. D. Ottalora, ideo non fuit hic apposita; Reuocatio verò infrà suo loco, & tempore apponetur.

REVERENDISS. D. CERRO

Sacræ Rotæ Decano.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Fideicommissi de Rigatiis.

Mercurii 27. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Compendiosa substitutio cum non egeat dictione illa *Quandocumque* semper dicitur facta filiis & descendentibus vocatis; Ideoque cum contineat in se vulgarem facit filios sic vt supra vocatos admitti etiam si pater non posset, vel noluisset adire. Plures substituti verbis inter ipsos coniuncti, si re tamen expressè non fuerunt disiuncti, vnus admittitur ad portionem alterius sine filiis decedentis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta de filiis, & descendentibus dicitur compendiosa, etiamsi careat dictione* quandocumque.

2 *Substitutio compendiosa continet etiam vulgarem anomalam.*
Substitutio vulgaris anomala efficit, vt si primi instituti nollent aut non possent adire admittantur sequentes in gradu. num. 2.

3 *Substitutio conditionalis etiam filiorum expirat conditione deficiente.*

4 *Verbum, omne, continet vniuersalitatem.*

5 *Dictio, vt supra, est repetitiua omnium eorum, quæ superiùs dicta sunt.*

6 *Contrarietas, & correctio in continenti euitari debet.*

7 *Filii si post mortem patris fuerunt vocati, eo magis censeri debent à testatore admissi, si pater morte præuentus succedere non potuit.*

8 *Substituti verbis coniuncti, re autem non totaliter disiuncti admittuntur ad portiones eorum consubstitutorum sine filiis decedentium, & numer. seq.*

9 *Ius accrescendi habet locum inter duos substitutos verbis coniunctos, re autem non totaliter disiunctos, & supra num. 8.*

10 *Retentio remanet illiquida ex fructibus ex aliis bonis perceptis.*
Retentio illiquida non est apta retardare immissionem fideicommissario. num. 10.

DECISIO CCCXXII.

ADHVC subsistere visa fuerunt fundamenta decisionis in hac causa editæ coram me 29 Februarii 1666. vbi concessa fuerat immissio iliis de Rigatiis, & Leonardo filiis Claudiæ, & Margharitæ in bonis, de quibus agitur vigore fideicommissi Luciæ ad eorum fauorem purificati, licet enim tàm Claudia, quam Margharita eorum Matres prædecesserint Isabellæ hæredi, & ex hoc capite prætendatur, quod eorum substitutio euanuerit, denuò placuit responsio data in decisione, quod scilicet cum fuerint substituti filii, & descendentes, & sic substitutio dicatur compendiosa etiam si careat dictione 1
quandocumque *glos. in capit. pater verb. absque deductione vers. compendiosa de Testament. in 6. relata in Tusculana fideicommissi post* Merlin. *de legit. decis. 96. numer. 4.* vtique sub ea comprehenditur vulgaris anomala, † quæ effi- 2
cit, vt si primi substituti nollent, aut non possent adire, subintret eorum filii in locum præcedentis gradus caducati, vt præter allegatos in decisione tradunt Amat. *resolut. 40. numer. 8.* qui innumeros congerit Giouagnon. *consil. 78 numer. 7. libr. primo* Rota *dicta decision. 96 post* Merlin. *dicto numer. 4. in fin. in recent. decis. 201. numer. 8. & duobus seqq. part 8. & in Bononien fideicommissi de Barzellinis 10. Februarii 1653 §. filios vero coram Bichio.*

Non obstat, quod Testatrix voluerit grauare Isabellam hæredem dumtaxat in casu quo superuixisset Eusebius, Margharita, Claudia, & Henricus substituti, atque ideo cum omnes prædecesserint Isabellæ substitutio filiorum; tamquam conditionalis expirauerit ad celebrem doctrinam Angel. *in l. quam diu ff. de acquirend hæredit. in fin.* Honded *cons. 49. nu. 64. lib. 2.* Rot. *in Bonon. fideic. de Pinchiaris 28. Martii 1659. cor. R. P. D. meo Priolo §. secus verò.* 3

Quia huiusmodi conditio superuiuentiæ in Testamento expressè non legitur, nam in prima parte adest substitutio purè, & simpliciter facta pro medietate hęreditatis ad fauorem Eusebii eiusque liberorum, & descendentium in Infinitum, & pro medietate ad fauorem Margharitę Claudiæ, & Henrici pro rata, & eorum filiorum, & filiarum in stirpes, & non in capita, Tacitè verò desumi non potest ex secunda parte Testamenti vbi Testatrix subiungit, quod in casu quo post mortem Isabellæ hæredis non adessent superstites dicti omnes substituti, videlicet Eusebius, Margharita, Claudia, & Henricus, substituit, vt supra eos,

qui ex

qui ex illis, tunc superstites reperirentur pro rata, & si non adesset, nisi vnus illum tantùm dictæ Isabelię substituit, quia exinde non benè infertur substitutionem fuisse restrictam ad illos solum, qui fuerunt specificè nominati; cum enim supra fuerint vocati etiam illorum filii; aut præcedens eorum vocatio censetur præseruata in illis verbis *casu quo non adessent superstites dicti omnes*
4 *substituti* propter † vniuersalitatem dicti verbi, *omnes*, vt in fortioribus terminis firmauit Rota *in recent. decis.* 248. *numer.* 3 4. *& 5. ac 12. part. 7. decision.* 385. *numer.* 10. *par. 9. & in Romana fideicommissi de Mutis* 15 *Ianuar.* 1648. *§. non obstant verba cum seq coram Reuerendissimo Papien.* aut dicuntur comprehensi sub aliis verbis ibi *substituit*, *vt supra eos*, *qui ex illis tunc superstites reperirentur* in vim prefatę dictionis, *vt supra*, quæ est repetitiua omnium
5 eorum, quæ superius dicta sunt, vt probant quamplures relati per Barbos. *dict* 441. *num.* 1.

Et in omnem casum cum vocatio filiorum in prima substitutione sit clara, tàm in casu superuiuentiæ, quam etiam prædecessus Parentum, vt superius dictum est eo ipso, quod in secunda non legitur expressa conditio superuiuentiæ non debent admitti argumenta, & coniecturæ ad illam inducendam, tum quia vrget ratio con-
6 traria † euitandi scilicèt contrarietatem, & correctionem in continenti per textum in *leg. nam ad ea* 88. *ff. de condit. & demonstr.* tùm etiam, quia præsumptio stat fauore filiorum, quo si Testatrix admittere voluit, post-
7 quam eorum parentes adiuerint, † eo magis dicendum est illos voluisse succedere quatenus iidem Parentes morte preuenti illam consequi non potuerint argumento *leg. Patre furioso ff. qui sunt sui*, *vel alien. Iur.* Soccin. Iun. *cons.* 106. *numer.* 20. *vers. quæ conclusio volum. primo* Surd. *decis.* 37. *sub numer.* 29. Fusar. *de substit. quæst.* 237. *numer.* 14. *versic. & confirmatur ratione* Rota *decis.* 227. *numer.* 8. *par.* 8.

Data autem vocatione filiorum illis debetur integra hæreditas, quia cum Eusebius, qui fuerat in medietate substitutus decesserit sine filiis eius portio cęteris substitutis accreuit. Ea ratione, quia verbis fuerunt coniun-
8 cti, † re autem non totaliter disiuncti, dum portiones non fuerunt realiter distinctæ, sed solum intellectualiter separatę, itaut oculis corporeis distingui non possint;
9 hoc enim casu habere locum, Ius † accrescendi firmant relati *in decis. §. immissionem*, *& tradunt* Cardinalis Mantica *de coniect. lib.* 10. *tit.* 3. *& duobus seqq.* Peregr. *de fideicomm. art.* 9. *n.* 8. Fusar. *de substit. qu.* 495. *n.* 14. Grat. *discept. foren cap.* 533. *num.* 1. *& pluribus seqq.* Rota *dec.* 506. *n.* 5. *& seqq. par.* 4. *diuers.*

Denique non releuat allegata retentio ex capite detractionum competentium Isabellæ hæredi grauatæ, quia legitima Angelæ Claudiæ, & ipsius Isabellæ calculata in scutis 230. pro qualibet fuit iam soluta ex bonis in Inuentario descriptis præuia distractione mobilium, duarum societatum officiorum, necnon etiam vnius domus quam in specie Isabella assignauit pro legitima Angelæ, & cum domus excederet, & pretium legitimæ eadem Isabella recepit incontanti scut. 183. 38. vt ex Instrumento rogato 9. Februarii 1639. respectu verò scut. 100. quæ Testatrix mandauit detrahi in vtilitatem Isabellæ ex bonis hæreditariis, sicut etiam respectu scutor. 53. prætensorum pro expensis factis in funere, & in bonificationibus domus placuit responsio, quod cum post obitum Isabellæ secutum vsque de anno 1658. illi de Ioannini, & de Sanarottis heredes semper possederint domum fideicommissariam annui redditus scut. 60. aut fuerunt de his creditis satisfacti; aut saltem illorum exceptio
10 ita remanet illiquida, † vt non sit apta retardare immissionem fideicommissariis ex deductis *in Romana fideicommissi de Mutis prima Decembris* 1651. *§. repetita demum in fine coram me.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Senogalliesi Successionis.

Mercurii 27. *Iunij* 1668.

ARGVMENTVM.

Proximitas, seù etiam Consanguinitas illa magis in concursu probationum præfertur, quæ certiùs, & distinctiùs probata est, aduersus aliam similem probationem, quæ minùs certè ac distinctè facta est.

Statutum Exclusiuum fœminarum cum semper requirat vtramque subiectionem rei scilicet, & personarum, & non extenditur ad forenses cum non patiatur interpretationem, neque de persona ad personam, neque de casu ad casum.

SVMMARIVM.

1 *Agnatorum, & cognatorum differentia sublata hodie successio spectat ad proximiores in gradu.*
2 *Enunciatiuæ antiquæ seriò emissæ probant proximitatem ad effectum successionis.*
Tractatus, quod quis fuerit tamquam frater, vel aliter proximior, etiam ab enunciatiuis probatur, num. 2.
3 *Filiatio probatur ex fide Baptismatis adminiculata cum depositionibus testium.*
Testes deponentes de communi reputatione, tractatu, educatione, & de fama, iuncta fide baptismatis non est dubium, quod filiationem non probent, num. 3.
4 *Testes ad probandam proximitatem inter plures deponere debent per gradus distinctos.*
5 *Probationes magis certæ, & distinctæ præferuntur probationibus minus certis, & minus distinctis.*
Proximitatis gradu certo probato, non attenduntur probationes minùs incertæ, & distinctæ. num. 5.
6 *Immissio ex remedio quorum bonorum datur legitimo hæredi contra possidentem siue pro hærede, siue pro suo.*
7 *Possessio hæredis à iudice immissi cum clausula* sine præiudicio &c. *eidem non suffragatur constito de meliori iure alterius.*
8 *Possessio concessa hæredi*, sine præiudicio &c. *comparente proximiori hærede resoluitur, & habetur pro non concessa.*
9 *Statutum exclusiuum fœminarum locum non habet, nisi concurrat vtraque subiectio personarum, scilicèt, & bonorum & num. seq.*
10 *Statutum exclusiuum fœminarum non extenditur ad forenses.*
11 *Statuta exclusiua fœminarum tamquàm correctoria strictè, & ad literam intelligi debent vbi etiam amplia.*
Statuta correctoria iuris communis non recipiunt interpretationem de casu ad casum, neque de persona ad personam, num 11.

DECISIO CCCXXIII.

CONFIRMARVNT DD. immissionem ex remedio quorum bonorum ab A. C. Liuio Piissimo concessam in bonis, & hæreditate Hippolyti Fontini eius consobrini fratris ab intestato defuncti contra Christophorum, & alios de Fontinis possidentes vigore mandati de immittendo à Iudice in partibus præceden. ter obtenti non citato tamen dicto Liuio, & cum clau-

fula fine præiudicio habentium meliora, & potiora iura.

Abfolutum eft enim hodie in iure, fublata quacunque
1 agnationis, & cognationis differentia † folam graduum proximitatem in fucceffionibus effe fpectandam *Auth. post fratres* 2. C. *de legit. hæred.* §. *fi igitur defunctus il primo Auth. de hæred. ab inteft. venient* §. *primo Inft. de legit. Agn. Succeff.* Rota coram Eminentiffimo Otthobon *dec.* 72. *nu.* 5. *& in Foroliuien. Emphyteufis* 23. *Maii* 1667. *cor. R. P. D. meo Bourlemont*.

Quod autem Liuius vti filius Hippolytæ Sororis Benedicti, qui fuit Pater Hippolyti, de cuius hæreditate agitur fit proximior, vtpote in quarto confanguinitatis gradu ciuili constitutus in concurfu illorum de Fontinis patet; quoad fraternitatem inter Hippolytam, & Benedictum ex duabus enunciatiuis à diuerfis perfonis ab antiquo tempore fcilicet vfque de anno 1586. & fic vltra 60. annos ferio emiffis in duobus publicis inftrumentis confectis fuper receptione dotis ipfius Hippolytæ à Benedicto
2 vti germano fratre perfolutæ, † quæ adhunc effectum tanquam continentes tractatum fraternitatis fatis probant Bartol. *in l. non nudis* 14. *num.* 2. *in vtraque lectura C. de Probat.* Cyriac. *contr.* 281. *num.* 24. Gratian. *difcept.* 491. *num.* 21. *& feq.* Merlin. *decif.* 231. *numer.* 2. Penia *decif.* 833. *num.* 2. Royas *decif.* 462. *num.* 6. *in recent. decif.* 157. *num.* 1. *par. prima decif.* 144. *numer.* 13. *parte* 8 *& decif.* 77. *num.* 9. *par.* 9.

Quoad filiationem verò fcilicet Hippolytum fuiffe filium Benedicti, & Liuium Hippolytæ probatur ex fide
3 Baptifmatis, † depofitionibus teftium de communi reputatione tractatu educatione, & fama deponentium adminiculatis. Merlin. *decif.* 797. *numer.* 4. 5. *&* 6. Buratt. *decif.* 709 *numer.* 5. *in recent. decif.* 234. *numer.* 5. *& feq. & decif.* 280. *numer.* 28. *part.* 10 *in Romana Primogenituræ* 7. *Maii* 1657. §. *ea vero coram Dunozetto, & in Florentina Oratorii* 2. *Maii* 1661. §. 2 *coram Reuerendiffimo Domino meo Decano*.

Duo teftes pro parte illorum de Fontinis inducti non funt attendendi, vel quia dum deponunt illos effe de proximioribus Hippolyto exiftentibus in Terra Corinalti non excludunt, quod alibi, & in terra Montis Bodii poffit effe Liuius proximior, vel quia deponunt nimis
4 vagi, & generaliter, † nec per gradus diftinctos, prout debuiffent, ad demonftrandam proximitatem inter plures. Gratian. *difcept.* 694 *num* 25. & ideo funt preferen-
5 dæ probationes Liuii tanquam magis diftinctæ, † & in gradu certo. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 11. *glof.* 5. *num.* 10. Surd. *conf.* 5. *numer* 34. *& conf.* 241. *numer.* 26. *& decif.* 106. *numer.* 8. Cyriac. *contr.* 585. *numer.* 30. *&* 31. *& contr.* 631. *num* 2. Rota *decif.* 693. *num.* 2. *par.* 2. *rec. & alii relati in dec. Ciuitatis Plebis Capellæ* 4. *Decembris* 1662 §. *quantum attinet*, *&* 23. *Februarii* 1663 §. *quod enim & feq. coram Reuerendifs. Ninot*.

Illique danda eft immiffio ex remedio quorum bono-
6 rum † contra Fontinos poffidentes fiuè pro hærede, fiuè pro poffeffore, *l.* 1. *ff. quorum Bonorum*, *l.* 2. *C. eod.* §. *fequens diuifio Inftitut. de interdit.* Caualer. *decif.* 386 *num.* 1. Merlin. *dec.* 22. *nu.* 2. *&* 4. *& dec.* 126 *num.* 2. *& in rec. dec.* 364. *num.* 1. *par.* 1.

Et quamuis Fontini fint immiffi facto Iudicis, cum tamen mandatum fuerit ipfis conceffum abfque partis Citatione, & abfque vlla caufæ cognitione, & infuper
7 habeat claufulam *fine præiudicium habentium*, *&c.* † poffeffio illis fuffragari non poteft, conftito de meliori Iure Liuii, Surd. *decif.* 333. *nu.* 10. *& alii relati in dicta dec. Eminentiffimi Ottboboni* 72. *nu.* 2. Comparente enim proximio-
8 re actus refoluitur, † & habetur pro non facto Adden. ad Gregor. *dec.* 332. *num.* 6. *verf. in his terminis*, Rota *in Romana fideicomm. de Cefiis* 14. *Maii* 1657. *cor. Dunozett & in Romana Hæreditatis* 4. *Iulii* 1663. *coram Reuerendiffimo Dmeo Decano*.

Statutum Terræ Corinalti exclufiuum fœminarum, & defcendentium ex eis propter mafculos agnatos, omiffa pro nunc difcuffione articuli, fatis inter Dominos controuerfi an poffit officere Liuium Forenfem de Monocalbodio, licèt enim fecundum veriorem, & receptiffimam
9 in Rota conclufionem ad effectum, de quo agitur † vtraque fubiectio perfonarum fcilicet, & bonorum copulatiuè concurrere debeat, Merlin. *de legit. libr.* 3. *tit. primo quæft.* 18 *numer.* 36. *& feq.* Parif. *confil.* 12. *numer.* 25. *libr.* 3. Honded. *confil.* 5 *numer.* 14. *& confil.* 21. *numer.* 22. *libro primo* Flam. Rub. *conf.* 2. *per tot.* Gregor. *decifion.* 255 *num.* 2. Buratt. *decif.* 188. *num.* 4. *& ibi* Adden. *numer.* 19. *& pleniffime* Rota apud Merlin. *in vulgat.* & magiftrali decifionibus 353. *&* 390. *& in recent. decif.* 110. *numer.* 4. *& feq. par.* 8.

In præfenti tamen facti fpecie in qua bona funt in territorio ftatuentium, & non folùm excludentes mafculi, fed etiam Hippolytus de cuius Hæreditate agitur fubditi funt, videtur dubitari non poffe de voluntate, neque de poteftate ftatuentium, & confequenter Statuti difpofitionem † non extendi ad Liuium Forenfem, Natt. 10
conf. 148. *num.* 1. *vfque ad* 6. Surd. *conf.* 143. *num.* 11. 12. *&* 13. *& conf.* 553. *num.* 10. 11. *&* 12. Put. *decif.* 29. *fiue* 30. *per tot. lib.* 2. Adden. *ad fupracit. decifionem Greg.* 255. *numer.* 8. Royas *decif.* 104. *per tot. & pleniffime* Rota *decif.* 364. *à nu.* 9 *part.* 5. *recent.* vbi conciliantur fupracitatæ decifiones Merlini, & aliæ quę videntur contrarię, quod fatis concurrit in hoc cafu vtraque fubiectio faltem refpectu bonorum & agnatorum excludentium.

Ex alia etiam ratione cenfuerunt Domini Liuio tale ftatutum obftare non poffe, difcretiuè enim loquitur duos conftituendo cafus ad exclufionem fœminarum, alterum fcilicet fauore mafculorum defcendentium, ibi: *Stantibus mafculis per lineam rectam defcendentibus*, *&c. in infinitum*, *filiæ fœminæ*, *feu defcendentes ex eis in infinitum non fuccedant*, *&c.* & hic non eft cafus nofter, quia illi de Fontinis non funt defcendentes Hippolyti, fed tranfuerfales. Alterum in fauore mafculorum tranfuerfalium ibi: *Si vero quæratur de linea tranfuerfali*, hoc, & eo in cafu admittatur *frater mafculus*, *& coram filii mafculi exclufa forore*, *& matre*, *&c. & defcendentibus ex eis*, *quamdiù*, *& donec mafculi fuperfuerint*, *&c.*

Et Fontini non funt fratres Hippolyti nec ex fratre defcendunt, & ideò neutro in cafu poffunt dicto Statuto iuuari. Huiufmodi enim Statuta exclufiua fœminarum tamquam Iuris communis correctoria ftrictè, † & ad literam intelligi debent, nec aliquam interpretationem recipiunt de cafu ad cafum, neque de perfona ad perfonam iuxta veriorem, & communiorem, Bald. *in leg. illam*, *numer.* 2. *&* 3. *C. de collat.* Decian. *conf.* 688. *numer.* 2. Seraphin. *dec.* 496. *num.* 2. *cum allegat. in Faneń Succeffionis* 6. *Aprilis* 1663. §. *neque difpofitio*, *&* 26. *Iunii* 1665. *&* 15. *Martii* 1666. *coram Reuer. Patre Domino meo Albergato*. 11

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Cæfenaten Legati.

Mercurii 27. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Minor nulliter contrahens, validè tamen ratificat, fi maior effectus fructus cenfus ab eo in minori ætate impofiti pacificè perfoluit, eoque magis fi ille fuerit Doctor, in quo cum, & ignorantia iuris neque præfumatur, neque aliter admittatur ea fola cum folutione fufficit ad quamcumque ratihabitionem inducendam.

SVMMARIVM.

1 *R. P. D. IACOBVS EMERIX electus Sacræ Rotæ Auditor in locum bo. me. IOANNIS EMERIX patrui adhuc viuentis*.
2 *Creditor maximè anterior*, *& cum hypotheca præualet cuicumque legatario*.
3 *Statutum Cæfenæ probibet obligationem minoris fine confenfu Matris; vel Auię*, *& duorum proximiorum*, *atque etiam fine decreto Poteftatis*, *& caufa legitima*.
4 *Minor maior factus poteft etiam ex ipfo Statuto Cæfenæ contractum nulliter geftum approbare*.
5 *Cenfus à minore nulliter impofitus*, *per folutionem* fru-

fructuum ab eo factum effecto maiore dicitur approbatus, & num 7.

Approbatio æquè fit aliquid faciendo, per quod ratihabitio inducatur, ac etiam verbis expressis, numer. 3.

6 *Solutio ratificationem importat, & supra numero quinto.*

7 *Minor soluens fructus per quinquennium de censu ab eo imposito, illum dicitur ratificare.*

8 *Minor maior factus an etiam per ignorantiam iuris contractum à se gestum approbare possit.*

9 *Ignorantia iuris in Doctore neque præsumitur, neque admittitur, & num. seq.*

DECISIO CCCXXIV.

IVLIO Cæsari hæredi Sebastiani fideiussoris duorum Censuum impositorum, & venditorum à Francisco Agenti contra bona hæreditaria debitoris pro recuperatione notabilis summæ, Lucretia opposuit sibi satisfaciendum pro legato relicto ab ipso Francisco, causa commissa fuerat Reuerendo Patri Domini meo Ioanni Emerix, & ab ipso sub diebus vigesima sexta Martii anni 1665 & vigesima octaua Februarii anni 1666. proposita, nunc autem illo præ senectute missionem merito, & † propagato in Reuerendum Patrem Dominum meum Iacobum Emerix de Matre filium sororis Auditorem electum, me propterea subrogato, & reproposito hodiè dubio, an sit procedendum ad vlteriorem legitimam executionem in bonis hæreditariis Francisci, Domini responderunt pro Iulio Cæsare procedendum.

Quia præualent Iura Creditoris maximè anterioris,
2 & cum hypotheca, † & præualet quicumque Creditor cuicumque legatario, *§. cum autem Institutionum titulo de leg. Falcidia l. 4. ff. de separat. & ibi* Bart. *in fine*.

Lucretia opponebat obligationem Francisci nullam in primo Censu scutorum octo pretio scutorum Centum vendito ab alia Lucretia Matre, & Tutrice Francisci sub die decima septima mensis Martii anni 1590. & in secundo librarum viginti quatuor pretio librarum 300. vendito ab ipsis Lucretia, Matre, & Francisco filio insolidum sub die nona mensis Octobris anni 1610. Cum Franciscus esset minor vti natus anno 1586.
3 ex Statuto Cæsenæ de † modo, & forma obseruanda in contractibus minorum. Nullus minor viginti quinque annis possit se obligare sine expresso consensu Matris, vel Auiæ, & duorum proximiorum, & decreto Potestatis, & sine causa legitima, & aliter, &c. non valeat ipso Iure, & nullo vnquam tempore sumat effe-
4 ctum, † nisi minor ipse maior factus expressim illum duxerit approbandum.

Iulius Cæsar autem respondebat, & Dominis placuit Franciscum diu soluisse vtriusque Census annuos fructus, atque ita minorem maiorem factum expressim duxisse
5 Census approbandos † æquè aliquid faciendo, per quod videatur ratam habere, ac expressis verbis, *leg. 1. Cod. si maior factus ratam habuerit etiam ibi glos. vltim.* & per solu-
6 tionem † *§. hoc amplius, & seq. §. vltim. l. 8. ff. ad Senatus Consultus Macedon.* Mascard. *de probat. conclus. 1262. nu-*
7 *mer. 37.* & de Censu ex lapsu quinquennii † cum solutione fructuum Rota post Cencium de Cens. *decisione 19. numer. 3. & post eundem* Cencium *decis. 196. numer. 3. vers. eo magis, & decis. 306. numer. 53. par. 7. recent. & decision.*
8 *140. numer. 3. part. 11.* etiam per ignorantiam † Iuris *leg. vltima, ff. ad Senatus Consultus Macedon. & ibi glos. per ignorant.* quæ in Francisco vtriusque Iuris Doctore seque
9 professo in suo Testamento † neque præsumitur, neque admittitur, neque enim Doctor debet esse indoctus inquit, *Gloss. qui ex se subiuit vers. alli autem Auth. de Iudicibus notabili textu.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. CARPINEO

Posteà S. R. E. Cardinali.

Ferrarien. Attentatorum.

Mercurii 27. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Ægidiana Constitutio non procedit in bonis Ecclesiæ nec tamen locum habet etiam si de solo dominio laicali tractetur, dummodò dominium directum ad ipsam Ecclesiam spectet, quid ampliùs si bona partim fuerint laicalia, partim verò Ecclesiastica, & vnica eademque actione, vel sententia sub vnica verborum structura concepta, comprehendantur, appellatio quæ conceditur super bonis Ecclesiæ, etiam super ipsis bonis merè laicalibus concedenda est, ideoque illorum executio iam facta reuocatur, quidquid foret si ageretur de executione facienda, & de executione facta post decem dies datos ad appellandum præcedente tamen citatione personali ad sententiam, non autem sola domi executa.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur de iure canonico in remedio adipiscendæ possessionis, sicut in cæteris aliis remediis possessoriis.*

2 *Ægydiana Constitutio non habet locum in bonis Ecclesiasticis.*

Cardinalis Ægydius nullam habuit potestatem super rebus Ecclesiæ, num. 2.

3 *Ægydiana non procedit nec etiam in rebus existentibus sub directo dominio Ecclesiæ.*

Dominium directum habet maximam connexionem cum dominio vtili emphyteutæ, ideoque non possunt diuersimodè iudicari, nu. 3.

Dominium vtile quamuis per concessionem emphyteusis separetur ab Ecclesia, & efficiatur laicale, non indè tamen subiicitur iurisdictioni, & potestati laicorum, num. 2.

4 *Bona Ducatos Ferrariæ ex Constitutione Bonifatii redacta sunt ad instar allodialium, non indè tamen fuit præiudicatum dominio directo Ecclesiæ.*

5 Pigantius *ad Statuta Ferrariæ reiicitur, & notatur.*

6 Decisio Coccini 150. *fuit coram ipsomet in alia decisione reprobata.*

7 *Executio facta in pluribus bonis, si in aliquibus, in quibus Ægydiana non procedit, non substinetur, an in reliquis valida reputetur.*

Executio facta vigore sententiæ diuiduæ substinetur in bonis in quibus substineri potest, licèt in aliis reuocanda veniat, num. 7.

Sin autem sententia est indiuidua in omnibus reuocatur, ibidem & num seq.

8 *Ægydiana quamuis non procedat in bonis Ecclesiasticis, executio tamen bonorum laicalium suspenditur, & facta reuocatur, si vnica sententia, & laicalia, & ecclesiastica bona comprehensa sint, & num. 7 & 9.*

9 *Bona tam ecclesiastica, quam laicalia sub vna, eademque actione, vel petita, vel in sententia contenta sub vnica verborum structura, quoad appellationem non subiacent Ægydianæ.*

Appellatio datur à sententia, quæ indiuiduè æquè continet bona tam ecclesiastica, quam laicalia.

Amplia hoc idem procedere, si hæc omnia vnico, eodemque libello fuerint petita, ibid.

Dd 4 19 Exe-

Executio facienda quoad committendam causam appellationis diuersimodè practicatur ab executione iam facta, & quando.

Executio vbi in parte non substinetur, reuocatur in totum, num.10.

11 *Attentata commissa infra decendium datum ad appellandum rigorosè reuocantur.*

12 *Appellationem interpositam, quæcumqae innouata sunt, per viam rigorosa reuocationis attentatorum in pristinum reducuntur.*

13 *Executio facta lapso decendio, & ante interpositam appellationem, non reuocatur neque per viam nullitatis, neque per viam attentatorum.*

Sed solùm in gradu appellationis post detectam illius iniustitiam, ibidem.

Intellige, vt num.14.

14 *Appellatio infra decem dies interponenda intelligitur si citatio ad sententiam fuit personalis, alias sufficit à die notitiæ.*

Decendium ad appellandum in citatione personali incipit à die sententiæ, in citatione verò domi, à die habitæ notitiæ, num.14.

15 *Executio facta post decem dies à pronunciata sententia adhuc dicitur infra decem vbi sola citatio domi successit.*

Attentata dicuntur ea omnia, quæ post decendium gesta sunt, si citatio ad sententiam non fuit personalis, sed tantùm domi, num.15.

16 *Citatio facta coram Signaturæ Iustitiæ Præfecto ad videndum mandari supersederi, non inducit veram scientiam sententiæ, neque operatur rem iudicatam.*

Citatio ad Signaturam pro supersessoria plerumque fieri solet etiam ante sententiam, num.16.

17 *Citationis copia, quamuis à cursore subscripta nihil probat, nisi in actis fuerit reproductum originale cum relatione eiusdem Cursoris.*

Citationis copia subscripta à Cursore non inducit certam aliquam notitiam, ideòque nec contumaciam operatur, num 17.

18 *Citationum copiæ etiam à Cursore subscriptæ si attendendæ forent, maxima aperiretur via fraudibus.*

Citatum se fuisse quilibet asserere potest, ac citationes confingere, nu.18.

19 *Executionem solus recursus ad Principem impedit.*

20 *Attentata non euitatur si ante recursum ad Principem fuisset datus ordo executionis faciendæ.*

DECISIO CCCXXV.

OBTENTA per Alexandrum in Tribunali Auditoris Cameræ sententia fauorabili super immissione bonorum, quæ post obitum Caroli Angelica illius vxor iure dotium, & titulo successionis detinebat, illorum quoque possessionem adeptus est, quam hodiè Domini ex eo declararunt attentatam, quod in hoc reme-
1 dio adipiscendæ † sicuti in cæteris possessoriis appellatio admittitur de iure Canonico, *Clem. 1. de caus. possess & propr.* Abb. *in cap. cum ad Sedem de restitut. spoliat.* Salicet. *in l. vnic. in sexta opposit. C. si de moment. poss. ss. ibique* Contard. *limit. 3. num.6. cum aliis plenè adductis in Romana fideicommissi de Capite ferreo* 10. *Iunii* 1644. *cor. bon. me. Cardin. Corrado.*

Et licèt appellationem deneget Ægydiana Constitutio in tota ditione Status Ecclesiastici recepta, tamen non capit ea bona, quæ noscuntur esse Ecclesiastica ob defectum potestatis in Cardinali Ægydio, qui illam pro-
2 mulgauit, † vt fuit pluries resolutum, & signanter in illa *Romana Domus de Scapuccius post* Pacific. de Saluian. 238. quam vti magistralem in hac materia sequuta fuit semper Rota, vt in *decisione Causler.* 493. Buratt. 151. Carill. 180. *& decis 49. num. 1. & 6. part. 5. recent. & in aliis pluribus.*

Parum obstante, quod agatur tantùm de dominio vtili inter laicos, quia propter connexionem, quam istud habet cum dominio directo, non potest diuersimo-
3 dè iudicari, per † concessionem enim, quam laico facit Ecclesia, licèt Laicus efficiatur capax dominii vtilis, tamen hoc non separatur à directo, itaut efficiatur Laicale, & subiiciatur potestati Laicorum, vt doctè contrariis omnibus respondendo firmatur *in dicta Romana de Scapuccis à num. 19. vsque ad 25.* & dictum fuit *in decis. 42. num. 10. & 326. numer. 5. par. 6. & 429. numer. 6. part. 9.* & in aliis pluribus adductis *in Ariminen. Saluiani* 19. *Iunii* 1643. *coram bon. mem. Bichio*, & præter has Rotæ resolutiones tradunt etiam Cyriac. Fontanell. & Donat. Anton. de Marin. licèt scripserint coram Magistratibus Sæcularibus & quos adducit Tondut. *de præuent. Iudic. quæst. 2. cap. 12 num. 42.*

Pari responsione tollitur aliud motiuum, quod bona Ducatus Ferrariæ ex Constitutione Bonifaciana redacta sint ad instar allodialium, † quia non fuit ex ea præiudi- 4
catum Ecclesiis respectu dominii directi ex superius dictis inseparabilis à dominio vtili, quidquid in contrarium asserat, Bigantius *ad Stat. Ferrar. tom. 2. cap. 126. num. 14.*
† qui malè pro sua opinione adducit Pacific. *inspect. 3. cap.* 5
2. num. 31. & 341. qui probat solùm his locis posse in his corporibus intentari Saluianum, sed nihil dicit, an competat nec ne appellatio, *Decis. verò Coccin.* 150 pariter
† ab ipso adducta nil aliud probat, quàm Ægydianam 6
locum habere in bonis emphyteuticis, quando quæstio est inter Laicos, sed hæc decisio multoties reprobata fuit, & signanter coram eodem Auditore in illa *Romana de Scapuecis.*

Non releuat, quod inter bona executata duo tantùm sint corpora, quæ supponuntur subiacere emphyteusi Ecclesiasticæ, nempè domus in Claustro Hæbreorum sub directo dominio Sancti Romani, & Apothecæ in Platea magna sub dominio pariter directo Monasterii
Sancti Guglielmi, † inferendo ex hoc quod in cęteris 7
executio substineatur, per *text. in l. etiam §. primo, ff. de minor.* Roman. *consil.* 381. *numer. 2. ac* Rota *in Bononien. de Manzolis 257. numer. 1. & sequen. post* Posth. *de manuten*

Quia procederet obiectum si sententia, siue ratione actionis intentatæ, siue aliquo quouis modo diuidua fuisset, in quibus terminis procedunt auctoritates adductæ,
† quibus concordat, *decis. Causler. 484. sub numer. 2. &* 8
sanct. mem. Greg. XV. 532. *numer. 1. & ita explicat glos. in dicta l. etiam, §. 1. vers. audiendus*, secus verò quando vna eademque actione bona Ecclesiastica cum aliis petuntur,
† & sub vnica verborum structura, tam in libello, quàm 9
in sententia continentur, vt distinguendo pluribus comprobat, Rota *dec. 233. à nu. 19. vsque ad 24. & 424. à num. 6. vsque ad 11. par. 9. rec.*

Cessatque penitus obiectum, ex quo non agitur de
modo committendi causam, seu mandata exequendi, † 10
sed de executione iam facta, quæ vbi in parte non substinetur, corruit in totum; iuxta *decis. Afflict.* 218. quam in his terminis sequuta fuit, Rota *in adducta Bononien. de Manzolis num 5. in præcitatis decis. 233. num. 25. & 424. nu. 10. par. 9. & in aliis relatis per* Grat. *discept. 272. numer. 19. & seqq.*

Neque de summo hoc rigore aliquid remissum fuit, ex quo non ageretur de attentatis gestis, vel infra decen-
dium datum ad appellandum, † vel in spretum appella- 11
tionis interpositæ quibus in casibus magis rigorosè proceditur, & de primo loquitur, *decision. 180. numer. primo bon. memor. Carill. 155. numer. 10. & tribus seqq. & 170. nu. 4. & 13. Eminentissimi Otthoboni, & 248. ac 280. num. 2.*
post Posth. *de manutent.* De secundo innouatorum † post 12
appellationem sequitur decisio *Comen. Iurispatronatus 25. Iunii 1646. §. quia cum cor. bo. mem Cardinali Corrado Comen. Capellæ 25. Iunii 1648. §. quo verò coram bon. mem. Dunozetto decis. 747. inter eius impressas*, & aliæ multæ, quæ allegari possent. Cumque neuter ex casibus prædictis concurreret in præsenti, ex quo promulgata die 29 Martii sententia immissionis, possessionem Alexander non prius nactus est, quàm die 13. Aprilis lapso iam decendio, & ante interpositam appellationem die 25. eiusdem mensis, dici poterat executionem hanc de iure permissam, neque ex capite attentatorum, neque etiam nul-
litatis esse reuocandam, † sed solùm post detectam illius 13
iniustitiam in gradu appellationis, iuxta distinctionem benè firmatam in *decis. 28. de appellat. in nouissim in decis. 62. la secunda numer. 5. post* Posth. 295. *à numer. 3 vsque ad sextum par. 9. & in prædicta Comen. Capellæ, § quo verò ad aliud, cor. dicta bo. me. Dunozetto* inter illius impressas 1787. num. 3.

Quoniam cum citatio personalis ad sententiam non

pro-

14 processisset, decendium non est à die latæ sententiæ † sed à die habitæ notitiæ, iuxtà *text. in l. 1. §. v. timo, ff. quando appellat. sit. cap. biduum, §. si aduersus absentem 2. qu 6. glos. notabilis in cap. concertationi, verbo sciuerit de appellat. in 6.* Roman. *cons.* 343. *num.* 18. Vestr. *in prax. lib. 7. cap. 3. n.* 21. cum aliis multis recollectis in terminis citationis executæ domi ad Scacc. *de appellat. quæst.* 12. *num.* 13 *& in dec. Eminentissimi Ottboboni* 155. *num.* 10.

Hinc inferebant Domini, quod sicut respectu Angelicæ personaliter non citatæ tempus ad appellandum non incæperat, nisi die probatæ scientiæ, ita non euitabantur attentata licèt ad executionem deuentum esset post
15 decendium à die latæ sententiæ, † quia etiam in hoc casu executio dicitur facta intra tempus grauato competens ad appellandum, & locum obtinet dispositio, *text. in cap. non solùm de appellat. in 6.* vt resolutum fuit *in decis.* 192. *num. 7. & 8. coram Reuerendissimo Royas*, in Gerunden. *Beneficii* 10. *Martii* 1643. *§. neque dubitari coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana Vineæ* 17. *Iunii* 1658. *coram R. P. D meo Beuilaqua, §. neque ad attentata*, cum quibus Dominis in hac causa transire voluerunt.

Denique non obstitit citatio coram Eminentissimo D. Cardinali Signaturæ Iustitiæ Præfecto die 9. Aprilis ad instantiam Angelicæ executa, ex qua scribentes pro Ale-
16 xandro inferebant ad notitiam sententiæ, † cum enim citationes prædictæ plerumque fieri soleant etiam ante latam sententiam, non potest ex eis inferri ad scientiam, aptam producere præiudicium rei iudicatæ. Maximè,
17 quod erat simplex copia à Cursore tantum subscripta, † cuius originali, donec non reproducatur cum relatione executionis, citatio non dicitur iudicialis, nec ex ea certa aliqua notitia, vel contumacia deduci potest Marchesf *de commiss. auoc. caus. part.* 2. *§* 1. *num.* 118. *& seqq.* Vberc. *de citat. cap.* 12. *num.* 410. *tom.* 3. Alioquin latissima frau-
18 dibus aperiretur via ad inducendam rem iudicatam † cum similium citationum copiis, quas quisque posset sibi executas confingere.

Et ex hac citationis copia, si pro vera admitteretur, clariora insurgerent attentata, quia illa præfertur executa die 9. Aprilis, & die 13. eiusdem facta fuit in partibus exe-
19 cutio, quam † solus recursus ad Principem potens erat impedire, Rota coram Reuerendissimo Royas *decis.* 242. *per tot. vbi num.* 5. ampliatur hoc procedere, licet ordo pro capienda possessione, ante impedimentum, datus esset;
20 † & fuit etiam resolutum *in Valentina Præceptoriæ* 10. *Maii* 1627. *cor. bo. me. Cardinali Virili*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Romana Fideicommissi.

Veneris 27. *Iunii* 1668.

A R G V M E N T V M.

Error filiationis nec ipse veritati præiudicat; ideoque institutus tamquam filius qui non sit, habetur pro non instituto, eoque magis si fuit habitus pro legitimo, qui tamen postea illegitimus detegatur.

Hinc plura de præsumptione *l. miles* 11. *ff. de adulterijs*, vbi filius potius præsumitur esse mariti, quam adulteri, etiam si probaretur mulierem adulterum admisisse, quod tamen de iure minimè præsumitur.

S V M M A R I V M.

1 *Error nominis, cognominis, prænominis, & agnominis quandoque vitiat institutionem, & legatum, quandoque verò non vitiat.*

2 *Filius natus ex muliere nupta insimul cum suo viro inhabitante præsumitur esse filius ipsius mariti, & nu. seqq. ibi amplia.*

3 *Filius præsumitur mariti, non autem adulteri, etiamsi mulier admisisset adulterum, & num* 3. *& num seq. vbi amplia.*

4 *Adulterum etiamsi mulier admisisset, quodque hoc etiam fuisset probatum, adhoc filius præsumitur mariti, non adulteri.*

5 *Filius natus ex muliere nupta, & per adulterium susceptus, illegitimabilis redditur etiam per subsequutum matrimonium.*

6 *Adulteræ aliud olim legibus matrimonium interdictum erat.*

7 *Filius illegitimus hæres institutus pro legitimo, cùm non sit habetur pro non instituto.*

8 *Filius ex adulterio natus hæres institui non potest.*

9 *Adulterinis filiis vix alimenta necessaria subministrari possunt.*

10 *Filius alicuius si quis se profiteatur, & tamquam talis se enunciet, cùm non sit, veritati non præiudicat.*

11 *Enunciatiuæ erroneæ, etiam filiationis non attenduntur.*

D E C I S I O CCCXXVI.

REFERENDO nomina, cognomina, prænomina, † & agnomina quæcumque, voluerit Iustinia- 1
nus §. *si quis instit. de legat.* & ibi Doctores, vbi multum, ac totum refert Franciscus q. Plinii de Laurentiis de Tuderto Carpentarius in Vrbe suum legitimum, & naturalem ex q. Ioanna Blancolina testamento 26. Aprilis 1597. & deficiente dicto Andrea absque filiis legitimis, & naturalibus substituit pias causas, Codicillis sequenti die 27. Aprilis. Itaque filiis in conditione positis censendis vocatis ex Statuto Vrb 142. lib. primo Laurentia iure cuiusdam Francisci filii Andreæ petiit immissionem in domum vti fideicommissariam.

Et visa iam erat prima Iulii 1667. ipsa sola informans probare filiationem huius Andreæ filii illius Francisci Testatoris ipso testamento Francisci, & ex Inuentario Tutoris Andreæ vti filii, & vti bonorum Fracisci de Laurentiis Carpentarii &c. 3. Maii 1597. & ex baptismo Francisci filii vti paterno cognomine Laurentiorū, & in morte ipsius, & in libro defunctorum vbi Andreas filius q. Francisci de Laurentiis Romanus obiit 12. Februar. 1639. & præcipuè ex Instrumento Census, quem imposuit super domibus, & vendidit Andreas filius q. Francisci de Laurentiis 16. Iunii 1616. vt informantes pro Laurentia supponebant, & ex alio Instrumento alterius Census 25. Maii 1623 ex quibus cum possessores possideant titulo Census venditi ab Andrea filio q. Francisci de Laurentiis videbantur nunc non posse negare hanc filiationem petenti Laurentiæ bona ex fideicommisso grauatis Andreæ filii q. Francisci de Laurentiis.

Sed visa est nunc minimè probare, atque adeò recedendum à decisis, cum in dicto Instrumento census 16. Ianuar. 1616. legatur Andreas q. Iacobi Pastacaldæ, & nomine patris Iacobi, alio quam Francisci non satisfecit decisis § minus obstitit proinde non falsa, sed vera quoque alia demonstratione Pastacaldæ.

Hinc visa etiam est consona descriptio baptismatis huius Andreæ nati 25. Feb. 1589. & Iacobo Pastacalda à Florentino, & Ioanna Blancolina coniugibus 2. Martii seqq. quæ sola non sufficere exceptioni videbatur in decisione *§ Hinc non obstitit*.

Et ne dubitetur de Ioanna, & Iacobo coniugibus in baptismo descriptis pro iure coniugalis, deductæ sunt aliæ descriptiones, videlicet Elisabethæ natæ 6 Iunii 1584. ex Iacobo Pastacalda Florentino, & Ioanna Blancolina eius vxore &c. 9 Iunii ipsius. Item Simonis nati 7. Ianuarii 1579. ex Iacobo Pastacalda Praten. & Ioanna Blancolina 9. Ianuarii ipsius.

Et congruere visa est descriptio matrimonii inter Franciscum Laurentium de Todi, & Ioannam Blancolinam Romanam 20. Maii 1591. vltrà biennium post natum hunc Andream, etiamsi ex eadem Ioanna Blancolina Romana, vnde Franciscus Plinii de Laurentiis de Tuderto Testator non fuerit verus pater huius Andreæ, qui pater fuit Francisci authoris Laurentiæ, sed Iacobus Pastacalda Florentinus fuerit verus pater, licet Ioanna mater, & Iacobi antea, & Francisci postea fuerit vxor, cum Andrea hoc supernascente Ioanna fuerit vxor Iacobi, nati † ex Iacobo, & Ioanna coniugibus, & cohabitantibus 2

con-

constante matrimonio, *l.6.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris*, etiamsi adulterum Franciscum Ioanna admisisset, † quod non præsumitur *l.merito 51.ff.pro soc.* neque
3 si præsumeretur, & probaretur, tamen non præsumeretur Andreas filius adulteri, † sed mariti Iacobi, *§. Quæ*
4 *propter impuberum l. miles.11. ff. ad l. Iul. de adult. & ibi gl.* cum possit quin etiamsi probaretur contrarium, & adhuc Andreas hic filius Francisci Testatoris, iam adulteri Franciscus neque voluisset instituere filium illegitimum,
5 † & illegitimabilem subsequenti matrimonio adulteri
6 natum ex muliere nupta, † cuius aliud matrimonium legibus interdictum erat, *§. vlt.instit.de nupt.* nempe Insti-
7 tutum pro legitimo † argumento, *l. 4. C. de hæred. instit.*
8 neque † potuisset, *Auth. ex complexu, C. de incest. nupt.*
9 & vix, secundum facultates necessarias subministrari † *cap. 5. in fine de eo qui duxit in vxorem, quam polluit per adulterium.*

Ex quibus satisfactum videtur decisioni reuocatæ §. præterea Andreas, iisque enunciationibus, quibus idem Andreas aliquando se enunciauerit quoque filium Fran-
10 cisci Laurentii, neque professio, † neque asseueratio nuncupatum se filios, qui non sunt veritati præiudicat, *l. 5.*
11 *C. de test.* cum dictæ enunciationes fuerint erroneæ † consequenter in eis vis aliqua fieri non potest, inquit Rota *dec. 442. num. 16. part. 5. & decis. 136. num. 11. par. 6. recent.*

Vt demum alius fuerit Andreas filius Iacobi, qui genuerit filios, & filias; & præcipuè Franciscum possidentem domos, alius autem Andreas filius Francisci Testamentarius hæres grauatusque fideicommisso ambo ex vna matre Ioanna secunda antea apud Iacobum, & postea apud Franciscum eum quoque fortè amans, & memor Andreæ ex primo marito voluerit alium Andream ex secundo, & esse multipara non solùm filiorum, sed etiam Andrearum.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Valentina Beneficiorum.

Mercurii 27. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Reseruationem Beneficii plenè, & concludenter probare tenetur qui sub eiusdem reseruationis mentione beneficium obtinuit qui cum eadem reseruationem excludere, & euitare possit Fundator, si in limine fundationis illud semper, & perpetuo certo generi personarum iusserit consulendum, reseruationem sufficit esse dubiam ad hoc, vt illius vigore denegari debeat immissio.

SVMMARIVM.

1 *Breuis Apostolici verificationem plenè, & concludenter probare tenetur, qui illud obtinuit.*

Executioni Breuis Apostolici locus esse non potest ante iustificationem illius, num. 1.

2 *Reseruationem sufficit esse turbidam ad hoc, vt petita immissio non concedatur.*

3 *Beneficium de iurepatronatus fundatum a laico, & de bonis merè laicalibus potest in limine fundationis eximi à quacumque reseruatione.*

Amplia, etiamsi illud personis Ecclesiasticis reseruetur, ibidem.

4 *Reseruationem beneficii vigore Regulæ Cancellariæ potest fundator euitare per verba omnia tempora complectentia in fundatione per ipsum apposita.*

Verba vniuersalia complectentia omnia tempora nullam intermissionem tollerant, num. 4.

Verbum in perpetuum appositum in reseruatione beneficii ad fauorem Sedis Apostolicæ quid operetur, num. 4.

5 *Verbum in perpetuum adiectum in reseruatione iuris patronatus fauore Ecclesiasticorum excludit reseruatione mensium.*

6 *Executor testamentarius potest voluntatem defuncti declarare, & quando.*

Declaratio Executoris testamentarii quando dicatur potius suppletiua voluntatis defuncti, quam noua dispositio, num. 6.

7 *Executor testamentarius etiam ex interuallo potest voluntatem defuncti declarare.*

8 *Capellania non dicitur Beneficium.*

Capellania non cadit sub Regula Cancellariæ reseruatoria mensium, num. 8.

DECISIO CCCXXVII.

ANTONIVS testamento mandauit fundari Capellaniam ad decem regales quotidianos pro Vincentio filio, & post illius mortem ad nominationem Canonici Senioris Ecclesiæ Metropolitanæ Valentinæ, & Priorum Conuentuum Sancti Dominici, & Sancti Augustini pro tempore existentium pro Clerico *più virtuoso, e pouero della Città di Valenza, ò altra parte*. Decessit Vincentius fundatione adhuc non facta, & in suo testamento pariter idipsum ordinauit. Ægidius executa, & administrata vtriusque hæreditate, cupiensque dictam voluntatem executioni debitè demandare fundauit perpetuum simplex beneficium in Ecclesia Parochiali Sancti Martini dictæ Ciuitatis cum assertiua, quod erat de Iurepatronatus Laicorum, & exemptum à quibusuis reseruationibus, ac Regulis Cancellariæ, eo quod fundabatur per Laicum, & de bonis merè laicalibus. Vacauit autem illud controuersum Beneficium 16. Iulii 1666. & tamquam patronale illud obtinuit Ambrosius Martinez della Raga à patronis pro tempore, & successiuè illius possessionem accepit; Verum quia ob vacationem in mense Iulii Sedi Apostolicæ reseruato, Marcus Antonius Baruret à san: mem: Alexandro Septimo illud impetrauerat, & Breue de capienda possessione nomine Cameræ obtinuerat, ideò dubitatum fuit, An dicto Marco Antonio esset danda immissio, & Domini negatiuè responderunt.

Quia cum Breue prædictum fundetur in reseruatione Apostolica, debet ante omnia Marcus Antonius eam plenè, & concludenter probare, † vt sit locus illius executioni, Rota coram Penia *decis. 1454. num. 4. & in Bonon. Beneficiorum 24. Ianuarii 1661. §. hinc non officit coram R. P. D. meo Priolo*, & sufficit reseruationem reddi turbidam ad hoc, † vt petita immissio vigore dicti Breuis concedi non debeat, Rota coram Millino *decis. 377. numer. 7. vers. & saltem, & coram Caualer. decis. 597. num. 2.* & clarius cor. Durano *decis.* 340 *num. 2. & 3.* 2

In casu autem nostro reseruatio non solum est turbida, verum etiam videtur penitus excludi ex facti serie supra narrata, vbi manifestè apparet in fundatione controuersi Beneficii præuia authoritate, & consensu Ordinarii illud fuisse expressis verbis exemptum à reseruationibus, & de bonis merè † laicalibus, quod fieri etiam de iure potuisse in limine fundationis, quamuis Iuspatronatus reseruatum fuerit personis Ecclesiasticis, articulo maturè discusso, firmatum fuit in *Romana Iurispatronatus coram Cardinali Sacrato impressa penes* Viuian. *de iurep. lib. 4. cap. 9. num. 56.* cum quo processit Rota coram Reuerendiss. Domino meo Abulen. *dec. 270. num. 4. & 7. & in Regien. Beneficii 27. Iunii 1653. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. quod autem.* 3

Nec meretur attendi quod dicta exemptio non sit declarata ab Antonio Testatore, sed potius facta fuerit ab Ægidio Executore piarum voluntatum, quia immò ex tenore Testamenti satis visa est deprehendi voluntas Testatoris excludendi reseruationem; dum enim mandat mortuo filio, patronos pro tempore debere eligere Clericum, *più virtuoso, e pouero della Città di Valenza, ò altra parte*, & sic continuare in perpetuum, vt patet ex Testamento dato in Summario Ambrosij num. 1. ibi: *E vadino così continuando perpetuamente*, hæc verba omnia tempora complectuntur absque vlla limitatione, & intermissione electionis per menses à Regula octaua, hodie nona reseruatos aperte excludunt, † vt in puncto de aduerbio in perpetuum in reseruatione prouisionis ad fauorem Sedis Apostolicæ apposito dixit Rota *decis. 94. num. 8. & 13. coram Reuerendiss. Abulen.* & in præcisis terminis, quod dictum 4

5 dictum aduerbium adiectum † reseruationi Iurispatronatus td fauorem Ecclesiasticorum excludat reseruationem mensium dixit Rota *decis.* 274. *num.* 8. 9. *&* 10. *coram eodem* , & conferunt notata per Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 9. §. 1. *num.* 23. *vers. vnde si regula*, Vnde cum ista fuerit tacita voluntas Testatoris, Executor piarum voluntatum inde potuit hanc qualitatem nemini præiudicialem , nisi soli Ordinario , cu-
6 ius præcisus assensus accessit , † declarare , cum non inde dici possit nouam qualitatem apposuisse , sed potiùs tacitam , & subauditam Testatoris voluntatem
7 suppleuisse , & declarasse , † quod etiam ex interuallo facere potuisse firmat Rota coram Merlin. *dec.* 456. *num.* 2. *&* *decis.* 365. *num.* 2. *part.* 5. *recent. & in Regien. Beneficii* 9. *Aprilis* 1666. §. *& si quæ dubietas* , *&* 16. *Nouembris* 1667. *coram Reu. P. D. meo Bourlemont* , §. *Et quatenus*.

Et in omnem casum vrget ineuitabile dilemma , quod , aut pars intendit approbare factam erectionem , & reseruatio sine dubio remanet exclusa , aut potius eam impugnat , & Capellania quantumuis à Testatore ordinata , non tamen dicitur Beneficium,
8 † ideòque non potest cadere sub regula mensium, vt optimè aduertit Gonzal. *ad d. regulam* 8 *glos.* 5. *in princip. num.* 20. *& seqq. cum aliis cumulatis per* Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 102. *& seqq.* & signanter *num.* 106.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Postea S. R. E. Cardinal.

Leodien. Testamentorum.

Mercurii 27. *Iunii* 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio ex remedio *l. finalis* datur secundo hæredi in posteriori testamento instituto, quamuis huiusmodi testamentum fuerit per simplicem schedulam factum , dum sic Statuto cauetur , & quamuis etiam illud contineat derogationem derogatoriæ tacitè à iure in primo testamento intellectæ vtpotè facto fauore piæ causæ ; quia hæc tacita derogatoria potuit etiam per reuocationem eiusdem testamenti tacitè reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum reuocatur per secundum.*
Hæredibus in secundo testamento vocatis datur immissio, num. 1.
2 *Testamentum , quod caret testibus aliisque requisitis necessariis remanet nullum.*
3 *Clerici Leodienses testari possunt per simplicem schedulam ab ipsis tantum subscriptam.*
Statutum Leodiense quod Clerici per schedulam testari possint , est in viridi obseruantia , ideoque seruandum num 3.
4 *Scriptura , quæ non eget testibus benè recognoscitur per testes deponentes habere notam manum.*
5 *Testes deponentes super recognitione scripturæ etiam adminiculatæ plenè probant.*
6 *Testamentum fauore piæ causæ , & inter liberos habet derogatoriam ad sequentia.*
Testamentum fauore piæ causæ , & inter liberos inter se æquiparantur , num. 6
7 *Pia causa in materia successionis non æquiparatur liberis.*
8 *Pia causa non dicitur institutio Ecclesiæ facta pro vna tantummodo parte , & quando.*
9 *Derogatoria tacitè à iure intellecta potest etiam tacitè per simplicem voluntatem contrariam reuocari absque vlteriori expressione.*
10 *Derogatoriam tacitam ad reuocandam sufficiunt circumstantia , & indicia.*
11 *Reuocatio prioris testamenti in eo , qui duo tantum testamenta fecit , de necessitate resultat ex generali reuocatione.*
Derogatoriæ reuocatio inducitur per reuocationem prioris testamenti , in quo illa extabat , & quando num. 11.
12 *Testamentum primum reuocatur per secundum etiam absque mentione derogatoriæ quando lapsum est decennium.*
13 *Medicus ab infirmo hæres institui non potest , & quando , & num.* 14.
Intellige de Medico actualiter habente infirmo sub sua cura , aliàs secus , num. 4.
14 *Medicus tamquam amicus potest ab infirmo hæres institui.*
15 *Hæredi scripto datur immissio ex remedio* legis finalis, C. de edicto Diu. Adriani tollendo.

DECISIO CCCXXVIII.

CONTENDENTIBUS hæredibus scriptis ; tam in primo Testamento condito 23 Septembris 1646. quàm in secundo 27. Decembris 1657. super successione bonorum q. Ogerii Bolougne Canonici Ecclesiæ Molhanien. dedi dubium , An , & de cuius bono iure constet etiam ad effectum immissionis , quod hodie fuit resolutum fauore Ioannis , & Gerardi hæredum ex secundo Testamento , pro quibus stat regula , † quod primum Testamentum per posterius reuocatur , § *posterior institution. quib. mod. testam infirm. l. si quis priore , ff. ad Trebell.* 1

Non obstat nullitas secundi Testamenti desumpta . Tum ex eo , quod careat Testibus , aliisque † requisitis *in l. hac consultissima* 21. *C. de Testam.* Tum etiam ex quo folium in superiori parte fuerit diuersa manu conscriptum , quia vtrumque obiectum remouetur ex particulari statuto seu consuetudine Leodien. vt in *Summario* Gerardi *num* 4 per quàm Canonicis Collegiatarum Ecclesiarum non solùm Ciuitatis , verùm etiam Diœcesis † licitum est testari per simplicem schedulam priuatam , quamuis integrè non fuerit scripta , sed tantum subscripta manu Testatoris , quod quidem statutum , seu consuetudinem esse in viridi obseruantia , optimè declarant Testes in vim remissoriæ examinati dicto *Summario num.* 6. & testatur Modern Mean *obseruat.* 409. *num.* 15. illamque esse attendendam firmauit Rota *in Leodien. hæreditatis* coram Litta *decis.* 22 *par.* 4. *rec. &* coram Durano *dec.* 304. *num* 4. 2 3

In præsenti Ogerius Testator pingulus adimpleuit, dum non contentus sola subscriptione , voluit etiam totam institutionem hæredis propria manu exarare , quàm Scripturam fuisse illius manu confectam probatur ex iudiciali recognitione facta per Testes deponentes illam habere notam , ex quo pluries ipsum viderunt scribere , quorum depositio de stylo Tribunalis plenè , & sufficienter probat , vbi agitur † prout hic de recognitione Scripturæ , quæ Testibus non eget , vt in decisione Coccini 173 *numer.* 3. Cardin. Caualer. *decis.* 452. *num.* 4. Buratt. *decision.* 582. *numer.* 5. *cum aliis allegatis in Bononien. pecuniaria* 26. *Maii* 1662. §. *quibus non obstat coram R. P. D. meo Beuilaqua.* 4

Attentis præsertim pluribus adminiculis , & signanter , quia dicta scriptura fuit recognita per comparationem cum primo Testamento , & fuit quoque approbata ab aliis Canonicis , & Capitularibus dictæ Ecclesiæ Nolhaniens. , † ex quibus sine difficultate Testes concludenter probate dictum fuit *in Alatrina Testamenti* 26. *Februarii* 1649. *coram bo. mem. Leone Verospio impress. in recent. decis.* 289. *numero* 2. *parte* 10. 5

Nec

Nec etiam vrget, quod cum primum Testamen-
tum fuerit factum fauore piæ causæ, contineat de
6 iure subintellectam derogatoriam ad sequentia † pro-
ut subintelligitur in Testamento inter liberos, quæ
inter se æquiparantur *cap. relatum ill secondo de Te-*
stamen. Quoniam omisso an in materia successionis
7 Pia Causa æquiparetur liberis, † prout contrarium
defendit, Rota *decis. 721. num. 5. part. 2. recentior.*
dixerunt Domini non subsistere priorem dispositionem
fuisse ad pias causas, cum Domus Misericordiæ non
8 fuerit instituta, † nisi pro vna ex quinque partibus
hæreditatis, vt benè ad propositum aduertit, Rota
coram Cæsar. de Graff. *decis. 5. de Testam. numer. 16.*
ibi: *Quia pars de Orsellis videtur supponere, quod to-*
ta pene substantia sit distributa in huiusmodi legatis piis
quod si est verum placuit Testamentum secundum dici ad
pias causas, alioquin secus.

Et vlterius remouetur obiectum, ex quo dicta de-
9 rogatoria tacita à Iure subintellecta potuit † etiam
tacitè reuocari per simplicem voluntatem contrariam
loquentem absque vlla ipsius expressione, vt docet
Bald. *in l. humanum num. 3. versic. aduertatis, C. de*
10 *legib.* Crauett. *cons. 193. sub num. 5.* Imò sufficere †
circumstantias, & indicia dixit Rota *dicta dec. 721.*
num. 8. part. 2. recent.

Quæ quidem tacita reuocatio in præsenti resultat
nedum quia cum Ogerius non fecerit nisi hæc duo
Testamenta, & in secundo dixerit, ibi: *Reuocato*
quolibet alio Testamento, & Codicillo si quæ reperien-
tur, sicut hæc verba de necessitate referri debent ad
primum Testamentum vbi prætenditur Instituta Pia
11 causa, ita † etiam deseruiunt ad inducendam taci-
tam reuocationem derogatoriæ, vt benè tradunt An-
gel. *cons. 365. sub numer. 3. versic. sed salua* Roman.
consil. 385. numer. 5. Odd. *cons. 89. num. 75. & seqq.*
Giouagnon. *cons. 6. numer. 23. lib. 2. num. 28. & plu-*
ribus seqq.

Verùm etiam, quia cum inter vtrumque Testa-
mentum fuerit elapsum decennium, & vltra primum
12 Testamentum per secundum reuocatur † etiam abs-
que speciali mentione derogatoriæ idem Giouagnon.
dicto cons. 6. num. 23. versic. Item obstante lib. 2. latè
Mantic. *de coniect. lib. 12. tit. 8. num. 16. & dictum*
fuit in Eugubina Testamenti 28. Iunii 1652. §. præser-
tim coram me.

Minùs facit, quod in hoc secundo fuerit Institutus
13 Gaen Medicus † contra dispositionem *Textus in l.*
Medicus 3. ff. de var. & extraordinar. cognit. Quia
vltra alias responsiones datas ab Informantibus, Tex-
tus loquitur de Medico habente infirmum actualiter
14 sub cura, † qui propterea non applicatur, cum nul-
libi constet Gaen tanquam Medicus astitisse Ogerio
Testatori, qui alias erat illius intimus amicus. Vn-
dè constito de bono Iure hæredum ex secundo Te-
15 stamento dixerunt Domini † eisdem esse conceden-
dam Immissionem ex remedio, *l. fin. C. de edict.*
Diu. Adr. toll.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Calaguritana Archidiaconatus.

Mercurii 4. Iulii 1668.

A R G V M E N T V M.

Beneficia subcollactorum ad hoc vt Pontifici reseruata remaneant, requiritur quod quis fuerit vnicus tantum subcollector, quo autem non existente nulla est prouisio Apostolica de huiusmodi beneficij tamquam de reseruatis. Eoque magis si primus possessor non fuit infra sex menses in iudicium vocatus, iuxta regulam de annali, causa que etiam infra annum prosecuta. Quæ nullitates non euitantur ob recursus habitos ad Iudices laicos pro impedienda citatione Rotali quoties vt hic ab eodem prouiso literæ expeditæ non sunt, quia in huiusmodi casu non constat de litis initio.

S V M M A R I V M.

1 *Subcollector vnicus quod quis extiterit de necessitate requiritur ad hoc, vt illius beneficia dicantur Pontifici reseruata.*

2 *Possessor Beneficii per* regulam Cancellariæ 35. de annali possessore *debet ab impetrante beneficium infra sex menses vocari in iudicium, causaque infra annum prosequi.*

3 *Citatio habetur pro executa propter impedimentum præstitum à collitigante, & num. 7.*

4 *Recursus habiti ad iudices laicos præstant quidem impedimentum quod litis progressum, quatenus illa fuisset legitimè introducta, non tamen supplent illius ingressum.*

5 *Lis super beneficio nec per citationem, nec per quemcumque alium actum incboatur, nisi prius literis Apostolicis expeditis.*

6 *Literas Apostolicas si quis non expediuit in Vrbe non iuuatur, neque excusatur ab impedimento ei præstito in partibus per recursus habitos ad iudices laicos.*

7 *Lis nulla resultat ex citatione, quæ in odium impedientis habetur pro executa, si literæ Apostolicæ expeditæ non sint.*

8 *Regulu de Annali requirit possessionem quietam, & pacificam, sed sola nuda detentatione contentatur, num. 10.*

Decretum irritans appositum in regula 7. Cancellariæ referatur ne ad regulas præcedentes, n. 8.

9 *Decretum irritans potest quidem irritare possessionem quoad iuris effectum, minimè tamen tollit detentationem, & insistentiam facti.*

10 *Decretum irritans non tollit effectum regulæ Cancellariæ de annali possessore.*

11 *Producens titulum an & quando possit alium etiam meliorem allegare, & num. seqq.*

12 *de Tituli nullitate constare quando debeat clarè, & notoriè, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*

13 *Regula de annali inducta est in odium impetrantium, eiusque solam respicit personam.*

Regula de annali non attendit possessorem, siuè causam possessionis illius, num. 13.

Regula de annali suffragatur etiam intruso in Beneficio reseruato, num. 13.

D E C I S I O CCCXXIX.

ARCHIDIACONATVM controuersum quem Ordinarius Calaguritanus contulerat Francisco Echalas, impetrauit à Dataria Bernardus de Aranaz sub prætextu, quod Didacus vltimus illius possessor, per cuius obitum vacauit, fuerit vnicus Subcollector generalis fructuum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, in eadem Ciuitate Calaguritana. Vnde orta lite inter Prouisos, diuque in varijs Tribunalibus agitata tandem emanauit sententia Ordinarij, qui declarauit dictum Archidiaconatum tanquam reseruatum Sedi Apostolicæ spectare ad Bernardum, & successiuè in gradu appellationis Domini illam approbarunt sub die 14. Martij 1667. coram me non obstantibus exceptionibus contra illius validitatem, & iustitiam deductis. Hodiè verò reproposita Causa placuit recedere à resolutis, cum visum fuerit deficere reseruationem, & Bernardo obstare regulam de Annali.

Siquidem reseruatio desumpta ex Regula quinta
Cancellariæ ex quo scilicet Didacus fuerit Subcollector
fructuum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ in Ciuitate
Calaguritana excluditur in præsenti, cum ipse non fue-
rit vnicus Subcollector † prout de necessitate ad istum 1
effectum requiritur iuxta decisionem Cardin. Caualer.
16. sub num. 1. cum aliis allegatis in Viterbien. Canonicatus 26.
Iunii 1651. coram bon. mem. Leone Verospio.

Et

Et licet illius deputatio data in præterito *Summario* Bernardi *num* 8. loquatur de vnico subcollectore generali hodiè tamen ex literis originalibus Cardinalis Panziroli tunc Hispaniarum Nuncii apparet vsque de anno 1642. fuisse deputatum Subcollectorem in eadem Ciuitate Ioannem Iosephum Bendigar, non ad certa spolia particularia, vt supponitur in decisione, sed quidem generaliter & indefinite pro spoliis quocumque tempore ad Reuerendam Cameram Apostolicam quomodolibet spectantibus, vt in præsenti *Summario* Francisci *num.* 1.

Quod autem per deputationem Didaci censeatur reuocata præcedens deputatio Bendigar tolli videtur, cum ex declaratione ipsius Didaci, qui protestatus fuit nolle esse Subcollectorem generalem in præiudicium eiusdem Bendigar præterito *Summario* Francisci *num.* 24. Tum etiam ex obseruantia subsequuta dum post secundam deputationem ille adhuc exercuit officium Subcollectoris in pluribus, & diuersis spoliis eodem *Summario numero* 23.

Et in omnem casum visum fuit obstare Bernardo regu-
2 la 35. de annali possessore, † cuius vigore tenebatur sub pœna nullitati impetrationis, Franciscum ad Iudicium trahere infra sex menses, & causam prosequi infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam, Rebuff. *in prax. benef. super regula de annali glos.* 4. *verb. tunc per annum, & verbo alioquin impetratio*, Cardin. Seraphin. *decis.* 393. *nu* 2. *& seq & plenè in Leodien Beneficii 20. Iun.* 1661. *§. nam illa, & 24. Aprilis* 1662. *§. cum enim coram R. P. D. meo Bourlemont, & 11. Decembris eiusdem anni §. vlterius coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Non obstat, quod Bernardus obtinuerit prouisionem Apostolicam die 21. Augusti 1653. Franciscus vero de mense Octobris eiusdem anni habuerit recursus ad Iudices Laicos pro impedienda executione citationis Rotalis,
3 ideoque † intret excusatio fauore Bernardi tanquam impediti ex facto Collitigantis ex *dec. Pen.* 457. *num.* 1. *& seq.* Greg. *decis.* 369. *num.* 4. *&* Duran. *decis.* 45. *sub num.* 4. *alleg. in decisione, §. hinc igitur.*

Placuit enim responsio, quod recursus ad Iudices Laicos habiti à Francisco licet potuissent præstare impedimentum quoad litis progressum in partibus, quando iam fuisse legitimè introducta, non tamen possunt supplere
4 illius ingressum, † cum vera lis non potuerit inchoari, neque per executionem citationis, nec per alium qualemcumque actum nisi prius deuentum fuerit ad litera-
5 rum Apostolicarum expeditionem, † tam attenta dispositione regulæ 31. de Commiss. Causarum literis non confectis, quam etiam clausula adiecta in Commissione huius causæ, ibi: *Dummodo literæ expediantur infra tempus ad articulandum, & interim non censeatur vera lis.*

Vndè cum Bernardus per spatium triennii neglexerit expeditionem literarum quam hic in Vrbe facere poterat
6 absque vllo obstaculo, parum † refert, quod fuerit impeditus in partibus circa executionem Citationis Rotalis,
7 quæ licet in odium impedientis haberetur pro executa † nulla tamen lis ex ea resultaret literis non expeditis, ex defectu iurisdictionis, vt in his præcisis terminis aduertit, Gomes. *in regula de annali qu.* 45. *num.* 3. *&* 9 Mandos. *ibidem quæst.* 32. *num.* 2. Rota coram Cardin. Crescent. *decis.* 2. *num.* 9. *vers. ergo ista molestia, de caus. possess. & propriet.* Caputaq. *decis.* 97. *num.* 1 *&* 2. *part.* 1. *& decis.* 162. *num.* 2. *&* 3. *part.* 2.

Nec etiam releuat, quod regula requirat possessionem actualem bonam, & pacificam qualis non est illa Franci-
8 sci tanquam infecta à decreto irritante. † Quia omisso, An decretum irritans appositum in regula septima referatur ad alias regulas præcedentes de quo Rota *dubitauit in decis.* 200. *num.* 4. *vers. & hoc clarius par.* 4. *recent.* Responsum fuit quod decretum irritans potest, quidem irri-
9 tare possessionem quoad iuris effectum, † minimè tamen tollit detentionem, & insistentia facti, vt firmauit Rot. coram Cardinali Caualerio *decis.* 8. *numer.* 5. Buratt. *decis.* 131. *num.* 6 *in recent. decis.* 105 *num.* 22. *& seqq. part.* 7. Et per consequens non impedit quominus habeat locum re-
10 gula, † qua sola & nuda facti detentatione contentatur, Lotter. *de re benefic. quæst.* 32. *num.* 40. *& seqq. l.* 2. Tondut. *quæst. benefic. cap.* 25. *num.* 3. *&* 32. *lib.* 1. Crescent *dicta decis.* 2. *num* 5. *de caus. possess. & propriet. in dicta Leodien. Beneficii* 20. *Iunii* 1661. *& 24. Aprilis* 1662. *coram R. P. D. meo Bourlemont, & 11. Decembris eiusdem anni Coram Eminentissimo Domini Cardinali Celso, & in Mediolanen. Beneficiorum* 21. *Febr. dicto anno* 1662. *§. subuertitur, coram R. P. D. meo Albergato.*

Et demum nihil facit, quod cum Franciscus produxerit in actis prouisionem ordinarii sibi factam de controuerso beneficio, † nullum alium meliorem titulum ho- 11
diè possit allegare, & sic illius possessio illico appareat iniusta, & damnata tanquam de Beneficio reseruato.

Quia dixerunt Domini hoc non sufficere quando prout hic dubitari potest, an titulus sit validus, nec ne ex supra deductis, † imò debet de illius nullitate notoriè 12
constare, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam certam & indubitatam, cum alias hæc regula † 13
inducta in odium impetrantium suffragetur etiam intruso in Beneficio reseruato, quia respicit solùm personam impetrantis, non autem attendit possessorem siue causam illius possessionis, vt ex Lotter. *dicta quæst.* 32. *num* 46. *&* 47. *&* Rota coram Cardin. Seraphin. *decis.* 1060. *num.* 8. *prosequitur dicta decis. in Mediolanen. Beneficiorum,* 21. *Februarii* 1662. *coram R. P. D. meo Albergato, §. subuertitur in fine, & §. seq.*

Et ità vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata sub die 4 Februarii 1669. coram Eodem Eminentissimo Domino Cardinali Cerro, quam resolutionem in sequenti volumine, si Deus dederit, apponemus.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Coloniesi iurisdictionis.

Mercurii 4. Iuli 1668.

ARGVMENTVM.

Habente Ordinario fundatam de iure intentionem super iurisdictione in omnibus Ecclesiis intra limites suæ Diœcesis, si adhuc cum illa concurrat quasi possessio exercendi actus iurisdictionales tunc & eo casu exemptionem habere prætendentes, non iuuantur ab illa, nisi & ipsi de quasi possessione eorum exemptionis in effectu docuerint.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria obtenta si pars ea vsa non est, vel processum non transportat Sacra Rota ad resolutionem causæ procedit.*

2 *Episcopus habet fundatam intentionem in omnibus Ecclesiis existentibus intra fines suæ Diœcesis.*

Episcopus visitare potest Ecclesias, & Monasteria existentia intra limites suæ Diœcesis, & in illis suam exercere iurisdictionem, num. 2.

3 *Monachi regulares Benedictini visitari possunt ab Episcopis, quorum in Diœcesibus eorum Monasteria existunt, & num.* 4

5 *de Exemptione excipiens regulariter comprehensionem inesse fatetur,*

Monachi opponente se de exemptione sui Monasterii, illum in Diœcesi existere fateri dicuntur, n. 5.

Ecclesia exempta verè, & realiter dicitur esse in Diœcesi, num. 5.

6 *Episcopo existenti in quasi possessione suæ iurisdictionis Ordinariæ, exemptionem habere prætendens ea non iuuatur, nisi, & ipse quasi possessionem exemptionis iustificet i & num. seq.*

7 *Visitationis exemptione non iuuantur Monachi, & Regulares aduersùs Episcopum habentem quasi possessionem visitandi, & quando.*

DE-

DECISIO CCCXXX.

Abbas, & Monachi Sancti Cornelii ad Indam Ordinis Sancti Benedicti Coloniensis Diœcesis ad euitandam Visitationem per Serenissimum Ordinarium, opposuerunt de exemptione. Causaque delata ad Sacram Congregationem Episcoporum, & mihi pro voto remissa obtinuerunt remissoriam præuia decisione 5. Iulii 1666. & successiuè illius terminum prorogari, sed quia neglexerunt processum Remissorialem transportare imò
1 nec constat illa vsusfuisse, ac Testes examinasse † proposui dubium an constet de exemptione, quod fuit negatiuè à Dominis resolutum.

Cum Ecclesia, & Monasterium præfatum positum sit intra fines suæ Diœcesis Dominus Archiepiscopus habet
2 intentionem fundatam in Iure, † vt possit ibidem exercere actus suæ Ordinariæ Iurisdictionis *cap. constitutus de Religiosis Domibus cap. omnes Basilicæ 6. quæst. 7.* Rota cor. Caputaquensi *decis.* 306. *num.* 1. *part.* 1. *decis.* 655. *numer.* 2.
3 *par.* 3. *recent.* † & in puncto de Regularibus Benedictinis est textus expressus, *in cap. conquerente de Officio ordinarii*
4 quem ad istum effectum Visitationis † perpendit, Rota *in Salisburgensi Iurisdictionis* coram Reuerendiss. D. Royas *decis.* 218 *num.* 6.

Situatio Ecclesiæ, & Monasterii intra fines Diœcesis Coloniensis vltra plures enunciatiuas Monachorum, quia dum excipiunt de exemptione de necessitate dictam
5 situationem fatentur † cum exempta verè sit in Diœcesi licèt non dicatur de Diœcesi, *capitulo penultimo de offic. Ordinari;* Abbas *in cap. pro illorum de præbend.* Buratt. *decis.* 578. *numer.* 14. Rota *in recentioribus decis.* 324. *numer.* 4. *part.* 1.

De exemptione autem nullo modo docetur Imò contrarium desumitur ex pluribus actibus gestis ab Archiepiscopis pro tempore in Ecclesia, & Monasterio Sancti Cornelii. vt in *Summario num.* 5. ex quibus cum Dominus Archiepiscopus sit constitutus in quasi possessione
6 actualis suæ Ordinariæ Iurisdictionis † adhuc si doceretur de titulo Abbas, & Monachi nec possent se eximere à Visitatione nisi simul probarent se esse in quasi possessione exemptionis, Chocchier. *de Iurisdictione in exemptis part.* 5. *cap* 52. *num* 4. Rota *decis.* 491. *num.* 3. *& per tot. part.* 1.
7 *recent.* & in puncto Visitationis † probat *Reuerendissimus Fagnan. in cap. procurationes num.* 29. *cum pluribus sequen. de Censur. & dictum fuit in Spiren Censurarum* 25. *Iunii præteriti. §. & vltra coram Reuerendissimo Patre Domino meo Ottalora.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILACQVA.
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Firmana seu nullius. Beneficii.

Mercurii 27 Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Quia omnis præsumptio viget in fauorem libertatis beneficiorum, & pro statu collatiuo ipsorum, ideò pertinentia iurispatronatus probari debet ab eo qui impetrantem beneficium tamquam de Iurepatronatus præsentauit, qua ratione plures præsentationes in hac facti specie reiectæ sunt quarum singulæ suas exceptiones patiebantur, & præsertim ex defectu non publicatæ resignationis, vt ex ipsa decisione resultat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum si appellatio quamuis infra legitima tempora interposita, prosecuta tamen minimè fuit.*
2 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum.*
3 *Beneficii præsumptio existit pro libertate illius, eiusque status collatiui.*
4 *Collatio beneficii cum referri possit ad petitionem personæ gratæ, non concludit quod illa fuerit necessario secuta vigore præsentationis.*
5 *Præsentationes iurispatronatus ad inducendam centenariam debent esse claræ, vt nulla patiantur oppositionem.*
6 *Vicarius Ordinarii, seu Abbatis non potest beneficia de iurepatronatus conferre sine illorum expresso mandato.*
7 *Vicarius sicuti expressè sine mandato non potest beneficia iurispatronatus approbare.*
8 *Sententia Vicarii canonizzatoria Iurispatronatus non probat, si de eo non constet in actis.*
Iuspatronatus ad canonizzandum requiritur citatio, Promotoris Fiscalis mensæ Episcopalis, n. 8.
9 *Iurispatronatus non censetur approbatum per clausulas, vt* asseritur, vel vt dicitur.
Clausula, vt asseritur, *vel* vt dicitur *non inducunt approbationem, num.* 9. *&* 10.
10 *Clausulæ,* vt asseritur, vel vt dicitur, *apponuntur ad negandum, vel præseruandum, non autem ad approbandum, & sup. num.* 9.
11 *Clausula* verificato priùs iurepatronatus *reddit gratiam conditionalem Iurispatronatus pertinentia probari debet ab eo qui impetrantem præsentauit, & quando num.* 11.
12 *Præsentatio ad beneficiorum de iurepatronatus, quæ dedit causam liti nihil ponit inesse*
13 *Iurispatronatus quasi possessio quadragenaria requiritur copulatiuè cum fama.*
14 *Clausula* dum modo non sit alteri Ius quæsitum *intelligitur de iure valido.*
Præsentati iura ad beneficium iurispatronatus præseruata quando dicantur per clausulam dummodo non sit alteri ius quæsitum, *num.* 14.
15 *Constitutio* Sanctæ memoriæ Gregorii XIII. *de publicandis resignationibus habet etiam locum in beneficiis de iurepatronatus laicorum.*
16 *Resignatio beneficii de iurepatronatus, & ipsa quoque debet infra sex menses publicari, & quomodo, & supra num.* 15.
17 *Literæ Apostolicæ exequi non possunt deficiente aliquo quod pars gratia esse dicatur.*
18 *de Publicatione resignationis beneficii communiter à tergo literarum fit instrumentum publicum cum interuentu duorum testium, illudque exhiberi debet.*
19 *Resignationis beneficii publicandi formula traditur, & supra num.* 18. *& seqq.*
20 *Resignatio beneficii publicari debet in Ecclesia Metropolitana, & in Ecclesia eiusdem beneficii.*

DECISIO CCCXXXI.

Postquam Carolus Hiacynthus Campagna gratiosè subrogatus in Iuribus Cacciacontis in Curia defuncti super immissione in possessionem controuersi Beneficii reportauerat sententiam fauorabilem ab Eminentissimo Domino meo Cardinali Celso, quam in iudicatum transiuisse coram me decisum fuit 14. Ianuarii 1663. Aurelius Adamus collitigans, illud prætendens de Iurepatronatus Laicorum resignauit Asdrubali Vincio, qui expeditis desuper literis Apostolicis petebat, præuio recessu à decisis, illarum executionem, quàm hodie Rota persistendo in resolutis denegandam esse censuit.

Quantum enim attinet ad primam resolutionis partem, approbarunt Domini decisionem coram me editam quia neque Adamus neque Vincius illius successor appellationem licèt in tempore interpositam prosecuti fuerunt, † neque fatalia prorogari curarunt, vnde sententia 1
Rotalis lapsa fuit in iudicatum, *c. cum sit Romana de appellat. auth. ei qui, & l. fin. C. de tempor. & reparat. appellat. clem. si appellationem eodem titulo cum aliis per Rotam in Romana pecuniaria* 13. *Ianuar. proximi præteriti coram me*, præsertim attenta illius validitate, & iustitia.

Validitas ex actorum reuolutione conuincitur † iuxta 2
vulgarem *decis.* Caputaq. 260. *part.* 2. Iustitiam verò concludit defectus probationis Iurispatronatus, quæ plena & concludens requiritur, nedum propter clausulam *verificato prius Iurepatronatus*, verum quia agitur ad excludendam reseruationem ratione litis, & vacationis in Curia contra prouisum Apostolicum, † ad cuius fauorem 3
pro

pro libertate beneficii, & statu eius collatiuo viget Iuris præsumptio de qua in *can. omnes basilicæ*, *& in can. nullus 16. qu. 7.* Rota *in recent. decis. 224. num. 5 par. 8. & decis. 210. par. 10. & 159. vtrobique num. 1. coram Card. Caualerio*.

Talis quippe Iurispatronatus iustificatio non concurrit nam licet in familiis priuatis, in quibus non cadit vsurpationis suspicio, sufficiat vel centenaria quasi possessio præsentandi, vel quadragenaria cum fama in proposito autem neutrum deduci valet ex præsentationibus, & institutionibus quibus Vincius vritur, discurrendo enim per singulas, illa anni 1537. secuta sub narratiua fundationis, & dotationis *Summario* Campagnæ *num. 1.* prodesse non potest, quia vltra quod sumptum talis præsentationis sub duplici forma diuersimodè exemplatum non
4 caret suspicione, non loquitur de præsentatione, † sed de collatione facta mentione cuiusdam electionis, quæ cum referri possit ad petitionem personæ gratæ, non concludit præsentationem, vt consuluit Ferret. *cons. 212. num. 4.* quem refert, & sequitur Rota *decis. 321. num. 20. part. 9. recent.* & tamen præsentationes ad inducendam centena-
5 riam † debent esse claræ, & tales vt nullam patiantur oppositionem Gonzal. *ad 8. reg. Canc glos. 45 §. 2. num. 38.* Rota *in alleg. decis. 521. num. 19. & in Vicen Beneficii 9 Februarii 1657. coram bon. mem. Pirouano*, quæ centenaria in casu nostro visa fuit eo magis excludi cum prædicta omnia fuerint gesta per Priorem Ecclesiæ Sancti Saluatoris, qui quanquam fuisset Vicarius Ordinarii, seu Abbatis Far-
6 fen. † quemadmodum sine huius expresso mandato conferre non poterat, Cardin. Mantic. *decis. 260. num. 7.* ità
7 multò minus tacitè suppositiuè † & per institutionem poterat Iuspatronatus approbare, Rota *decis. 555. nu. 3. par. 3. recent. & egregiè decis 111. num. 7. coram Reuerendissimo Royas*, vbi quod standum non est sententiæ Vicarii Canonizzatoriæ Iurispatronatus non constito de eo ex actis,
8 † maximè si emanauerit non citato Promotore Fiscali de cuius interesse agitur Viuian. *de Iurepatronat. cap. 2. num. 2. lib. 11.* Rota *decis. 197. num. 54. part. 5. recent. & in Asculana Iurispatronatus 7. Iunii 1638. coram bon. mem. Cardinali Panzirolo*.

Successiua verò institutio ex causa resignationis anno 1597. & vnio Ecclesiæ per sanctæ memoriæ Paulum V. anno 1610. sicut pro centenaria deseruire non possunt, cum vsque ad annum 1656. motæ litis centum anni non effluxerint, sic pro quadragenaria releuare non valent, ambo enim habent in ventre clausulas præseruatiuas. Siquidem literæ Apostolicæ anno 1597. desuper expeditæ à sanctæ memoriæ Clemente VIII. ad fauorem Ciccolini continent expressam ipsius Papæ declarationem, quod non intendebat Iuspatronatus in aliquo approbare, idemque literas exequendo protestatus fuit executor *Summario* Campagnæ dato 14 Martii proximi præteriti *numer. 4. & 5* vnio vero continet clausulam, vt prætenditur *Summario* Vincii *num. 7.* proinde Iuspatronatus cum non fuerit approbatum, nulla ex his oriri potest illius suf-
9 ficiens probatio, † vt de clausula, *vt asseritur*, *vel vt dicitur* firmat Rota *in Vicen. Beneficii 9. Decembris 1637. coram bon. mem. Pirouano*, quia clausulæ præfatæ
10 de sui natura ad negandum, † vel saltem ad præseruandum potius quam ad approbandum tendunt Cassador. *decis. 4 num. 7 de prob.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 13. nu. 144. vers. vel quando* Barbos. *claus. 188. n. 2.* Rota *in alleg. Vicen. Beneficii, §. ponderando igitur*.

Eodem morbo laborat altera sanctæ memoriæ Innocentii X. de anno 1649. quia legitur cum clausula *verificato prius Iurepatronatus* ex fundatione, vel dotatione,
11 quæ cum reddat gratiam conditionalem, † operatur quod Iuspatronatus plenè probari debeat pertinere ad illos, qui impetrantem præsentarunt; Marta *de clausulis part. 1. tota clausula 190 post* Viuian. *de Iurepatronat. decision. 110. numer. 18. & 19. cum aliis in Bononien. Iurispatronatus 13. Maii 1658. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*.

Minus vis aliqua fieri potest in vltima anni 1656. quia
12 cum dederit causam liti, quæ hodie agitur † nihil propterea ponit in esse Rota *decis. 234. num. 16 part. 8. recent. & decis. 4. num. 2. vbi* Add. *lit. A. & decis. 569. num. 4. coram Papa Gregorio XV*.

Fama deniquecum adminiculis alterum præcipuum ex requisitis non remanet sufficienter probata ex testibus qui vltra quod non apparent examinati cum legitimo contradictore, semper erit verùm dicere, quod deficit quadragenaria quasi possessio, † quæ ad effectum de quo 13
agitur copulatiuè cum ipsa fama requiritur Seraphin. *decis. 1103. num 6.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 18. num. 56.* Garz. *de benefic. part. 5. cap. 9. num. 83.* Rota *decis. 164. numer. 9. part. 9. recent*.

Ex quibus cum de Iurepatronatus non constet paruifacienda est clausula in literis Campagnæ adiecta, *dummodo non sit alteri ius quæsitum* per quam prætendebat Vincius iura Adami antecedenter prouisi fuisse præseruata, quia † intelligitur de iure valido ex quo necessariò 14
præsentatus veniat instituendus, Gomes. *in reg. de iur. quæsit. non tollen. qu. 1. num. 13.* Rota coram Cardin. Caualer. *decis. 280. num. 2. & in Beneuentana Canonicatus 8. Februar. 1647. coram bon. mem. Bichio, & in Auellina Canonicatus 12. Iunii 1651. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Taurinen. Prioratus 5. Decembris 1667. § neque hanc, coram R. P. D. meo Carpineo, confirmata in hodierna Rota coram eodem*.

Sed quod in causæ resolutionem magis impulit Dominos fuit defectus publicationis resignationis, quoniam cum literæ Apostolicæ Vincii emanauerint ob resignationem Adami, cum quo Campagna litigabat per necesse docere debet Vincius, qui in eis se fundat satisfecisse Constitutioni sanctæ memoriæ Gregorii XIII. *de public. resignat. inter eius impress. 85.* Bullar. *tom. 2.* † quæ habet 15
locum etiam in resignationibus beneficiorum de Iurepatronatus Laicorum, Merlin *decis. 422. num. 6.* atque ita ostendere ad præscriptum eiusdem, resignationem intra sex menses fuisse publicatam, tam in Metropolitana Firmi, quàm in Ecclesia vbi est Beneficium, & vlterius, quia erat litigiosum intra ipsummet semestre exhibere literas resignationis, † vna cum publicatione quatenus 16
fuisset facta in Rota coram me Iudice, & Exequutore in eiusdem literis deputato, iteratis vicibus instando pro illarum executione, & possessione, vt sancitur in eadem Bulla, §. Is quoque & dicit Rota *in Burgen. Canonicatus 19. Ianuarii 1590. coram clar. mem. Cardin. Panzirolo apud* Marchesan. *de commiss. par. 2. fol. 544. n 2.* vndè deficientibus prædictis, † quæ pars gratiæ esse dicuntur literæ 17
exequi non possunt, Paris. *de resignat. lib. 11. quæst. 14 nu. 2.* Rota *decis. 539. num. 4 part. 4. tom. 3. recent.* Pen. *decis. 1274. num. 2.* Royas *decis. 180. num. 11. & in Viterbien. beneficiorum 23. Iunii 1653. & 26. Iunii 1654. coram Eminentissimo D. meo Card. Celso*.

Neque constitutionis adimplementum resultat ex transumpto cum publicatione à tergo nouissime exhibito admisso enim errore Notarii in describendo anno 1666. loco anni 1665. adhuc non releuat tum quia & Rector & Baiulus referunt publicasse, & affixisse sespectiuè, & nemo illorum indiuiduat diem qua hoc gessit, & tamen dies exprimi omnino debebat ad dignoscendum vtrum intra sex menses à Bulla statutos publicatio facta fuerit, tum quia sunt simplices relationes prorsus insufficientes ad effectum de quo agitur, † cum de publicatione vt communiter seruatur à tergo literarum confici debuisset publi- 18
cum Instrumentum cum interuentu duorum testium illudque exhiberi, Rebuff. *in prax. de publican. gloss. 10. numer. 3.* Paris. *vbi supra quæst. 14. num. 40. & quæst. 6 num. 60. vbi numer. 62* † tradit formulam & modum seruan. 19
Garz. *de benef. dicta part. 11. cap. 3. num. 302.* tum demum quia ad antedictæ constitutionis normam publicari debebat resignatio in Metropolitana, & † in Ecclesia Diui Pe- 20
tri eiusdem Ciuitatis in qua manet beneficium Paris. *vbi supra quæst. 3. num. 98. & quæst. 6. num. 7.* & ob id fieri non poterat in Ecclesia Sancti Martini, in qua Beneficium non esse situm ostendunt literæ Apostolicæ prouisionis Aurelii resignanti, vbi dicitur existere in Ecclesia Diui Petri Firmani, *vt in Summario Campagnæ 4. Maii proximi præteriti num. 2*.

Atque ita causa pluries proposita resolutum fuit standum esse in decisis, & literas Apostolicas Vincii non esse exequendas vtraque parte, &c.

R. P. D.

R. P. D. OTTALORA
Posteà Præside Granatesi.

Ampuriesi seu Ciuitatesi Attentatorum.

Mercurii 4. Iulii 1668.

ARGVMENTVM.

Attentata in partibus commissa lite pendente in Rota, & post præsentatam inhibitione Rotalem, sunt ex omni parte reuocanda, eaque euitari non possunt sub prætextu, quod causa in solo possessorio penderet, si ex commissione generali cum clausula *quam*, *& quas* euidenter appareat, etiam petitorium fuisse comprehensum.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente in Rota adiri non potest Iudex in partibus absque vitio attentatorum.*
Sententia, & decreta in partibus pronunciata post inductam pendentiam litis in Rota sunt attentata, numer. 1.
2 *Inhibitio Rotalis personaliter præsentata eo magis causat attentata.*
Inhibitio Rotalis est timenda, num. 2.
3 *Attentata eo magis reuocanda sunt, quo fuerunt commissa post discussam causam in Rota.*
Amplia, & fortius si super omnibus articulis, emanarunt resolutiones ibidem, & numeris sequentibus.
6 *Lis non dicitur pendere super possessorio tantùm ex commissione continente clausulas generales, & vniuersales.*
Petitorium continetur etiam sub possessorio ex clausulis generalibus, & vniuersalibus commissionis, numer. 6.
7 *Clausula* quam, & quas *comprehendit quascumque lites motas, & mouendas inter easdem partes, & super eadem re.*

DECISIO CCCXXXII.

POST introductam litem, & causam de anno 1636. coram bonæ memoriæ Pirouano inter Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Villæ de Tempio ex vna, & Capitulum, & Canonicos Ampurienses ex altera super eo quod ipsi Canonici Collegiales non possent se denominare Canonicos Ciuitatenses cum suis incidentibus, dependentibus, clausula *quam*, *& quas* fuerunt etiam eidem Pirouano commissæ omnes causæ inter dictas partes & Dominum Episcopum super qualitate vnionis Cathedralium Ciuitatensium, & Ampuriensium & aliæ quæcumque Introductæ, & introducendæ subsecuta etiam citatione ad dicendum contra Commissionem, & inhiberi super quibus causis diuersæ emanarunt decisiones cor. Reuerendiss. D. Papiensi in locum dicti bonæ memoriæ Pirouani suffecto, & subrogato.

Nihilominus Capitulum, & Canonici dictæ Collegiatæ de Tempio anno 1646. expedita sub banca commissione in forma Breuis tribus Ordinariis in partibus directa cum clausula dummodo iudicium alibi cæptum non sit, obtinuerunt ab Officiali Calaritano non obstante declinatoria opposita ex parte Canonicorum Ampuriensium pronunciari super dicta Vnione, & super eo quod Episcopi teneantur perpetuò constituere duos Vicarios pro Ciuitatensi, quorum vnus Sede vacante residere debeat in eadem Ciuitatensi, quodque ipsi Canonici denominarentur Ciuitatenses.

Verum pro parte Capituli, & Canonicorum Ampuriensium expedita Commissione subrogatoria mihi directa super omnibus prædictis causis, & præsentata etiam sub die septima Decembris anni 1667. solita citatione cum Inhibitione Procuratori dictarum Collegialium, is nihilominus ad alios actus processit coram dicto Calaritano instando de mense Februarii proximi præteriti pro executione illius sententiæ sub prætextu, quod causa in Rota penderet in possessorio tantùm. Vnde proposito à me dubio an constaret de attentatis, quæ veniunt reuocanda affirmatiuè resolutum fuit.

Ex prænarrata enim facti serie dubitari non potest de attentatis, quia lite pendente in Rota vigore dictarum Commissionum super omnibus causis introductis, & introducendis *Summario* Capituli Ampuriensis *num. 1 & 2.* † non poterant Collegiales absque vitio attentatorum 1
adire officialem Calaritanum, ab eoque decreta siue sententiam extorquere de quibus dicto *Summario num. 6. cap. 1. cap. ad hæc de appellationibus* Rota *decisione* 393. *per totam par. 2. decis. 20. num. 12. & seq. par. 10 recent.* Præsertim post emanatas inhibitiones Rotales Procuratori Collegialium personaliter præsentatas, † quæ erant timendæ 2
Rota *decisione* 214 *num. 2. & seqq. part. 3 & decis. 178. num. 4. & 14. par. 10. recent.* Et multò fortius post discussionem causæ tam super qualitate Vnionis † dictarum Cathe- 3
dralium, vt in *Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus decis. 433. part. 9. recent.* quam super electione Vicarii etiam Sede vacante, † *vt in decisione sub die 19. Ia- 4
nuarii 1646.* necnon etiam super denominatione ipsorum Canonicorum † Villæ de Tempio, vt in alia *decisione* 5
20. Aprilis 1647. coram Reuerendiss. D. Papiensi.

Nec subsistit, quod lis penderet in Rota in possessorio tantùm, † quia contrarium conuincitur ex tenore Com- 6
missionum continentium possessorium, & petitorium cum omnibus suis incidentibus dependentibus, emergentibus totoque negotio principali, & cum clausula *quam*, *& quas*, † quæ comprehendit quascumque lites mouen- 7
das inter easdem partes, & super eadem re Rota *decisione 20. num 26. & sequen. & decis. 178. num. 18. par. 10 rec*

Et ita Capitulo Ampuriensi tantum informante resolutum fuit &c.

R. P. D. OTTALORA.
Postea Præside Granatesi.

Lauretana Fideicommissi.

Mercurii 4. Iulii 1668

ARGVMENTVM.

Vocatus in casum alienationis quamuis alienatione secuta, possit rem alienatam auocare, non inde tamen potest prætendere illius retentionem, quamuis in possessione reperiatur; sed priùs ad illam restituendus est emptor spoliatus, & deinde iura discutienda personæ in casum contrauentionis substitutæ.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus in casum alienationis ea secuta statim succedit in bonis alienatis.*
2 *Fideicommissarius vocatus in casum alienationis si in possessione reperitur bonorum alienatorum, eo magis potest retinere, sed vide num. seq.*
Retentio facilius, quam actio conceditur, n. 2.
3 *Spoliatus ante omnia venit restituendus.*
Substituto non competit retentio in bonis fideicommissi aduersùs emptorem de illis spoliatum, & quando num. 3.
4 *Immissus ex vna causa non potest ex alio titulo retinere.*
5 *Possidens vnam tantùm partem prætendere non potest retentionem pro titulo non discusso.*
6 *Textus* in l. hæres, ff. ad Trebell. *in quibus terminis loquatur.*
Hæredi in possessione existenti competit retentio, si ius quod deducit clarum est, num. 6.
7 *Possessio partis influit ad possessionem totius, & quando num. seq.*
8 *Possessionis solam partem si quis habuit animum acquirendi, non inde totum prætendere potest.*

DE-

DECISIO CCCXXXIII.

IN vltima decisione alterius praecedentis reformatoria, dictum fuit Virgilium, Clementem, & Iosephum haeredes fideicommissarios Simonis Antolini Senioris vindicare non potuisse praedium de quo agitur à Ioanne Antonio Bello emptore propter eorum amplissimum consensum praestitum venditioni extensiuum ad Iura fideicommissi ipsis competentia tam in casu alienationis, quam in casu obitus Petri Augustini venditoris, & in hac parte sententiam immissionis reportatam ab Auditore Camerae, & executioni demandatam esse iniustam. Consensum verò Simonis Iunioris tam quam personalem non obstare Laurentio, & Fabio Philippo eius filijs, qui venditioni non consenserunt, & per consequens constare pro illius rata de Iustitia supradictae sententiae. Cumque hodiè dubitassem an sit standum, vel recedendum ab vltimo decisis, Domini in decisis standum esse dixerunt.

Siquidem rationes adductae in decisione subsistente visae sunt, quibus nec partes in hac propositione aliquid in contrarium adducebant, sed informantes pro Laurentio, & Fabio Philippo in eo solùm insistebant, quod cum Testator omnibus suis haeredibus institutis, & substitutis expressè prohibuerit vendere, & alienare bona sua tam coniunctim quam diuisim, poena adiecta, quod si quis contrauenerit statim ipso Iure, & facto voluerit esse priuatum haereditate sua, & successiuè vocatum posse, ac debere propria authoritate capere possessionem, eamque retinere propter alienationem factam ab alijs vocatis dicatur statim ius quaesitum Laurentio, & Fabio Philippo, qui veniunt ex propria persona, & alienationi non consenserunt, † ità vt non solùm succedere debeant in bonis alienatis, iuxtà *text. in l. filius familias*, *§. Pater, ff de legat. 1. l. vnum ex famil. a*, *§ & si vno*, *l. peto*, *§. frater*, *l. cum Pater*, *§. libertis*, *ff. de legat. 2.* Verùm etiam possint eadem bona retinere, dum in eorum possessione
2 reperiuntur, † cum faciliùs detur retentio, quàm actio *l. si in arca in fine*, *ff. de condict. indebit. l. si in necessariis*, *§ pignorum*, *ff. de pignorat. act.* Buratt *decis. 214. num. 5. & seqq. & decis. 2. num. 5. coram Reuerendissimo Royas.*

Verùm quia tam in hodietna resolutione, quam in alijs praecedentibus dubitatum tantummodo fuit, an sententia Auditoris Camerae concedens immissionem Virgilio, Clementi, & Iosepho sit iusta, vel iniusta, detecta illius iniustitia visum est Dominis primo in integrum esse restituendum Antonium Bellum Emptorem,
3 qui tamquam iniustè spoliatus, † venit ante omnia reintegrandus in sua possessione, *cap. literis de restitut. spoliat. cap. licet Episcopus de probat. in sexto* Rota coram Mantic. *decis. 259. num. 1.* Caeterum si filij Simonis praetendant succedere ex propria persona, & alienationem factam reuocare, poterunt aliam diuersam actionem sibi magis
4 competentem intentare, & iura sua experiri, † interim immissus ex vna causa non potest ex alio diuerso iure retinere, vt plenè dictum fuit *in Romana fideicommissi de Alberinis 23. Iunii 1662. §. firmata coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Vrget praeterea pro excludenda opposita retentione, quod illi non possident integrum Praedium, sed tantùm quartam partem spectantem ad Simonem eorum Pa-
5 trem, † & Ius purificationis fideicommissi, quod modò proponunt hucusque discussum non fuit, ideò non appli-
6 catur, *text. in l. haeres*, *ff. ad Trebell.* † quia loquitur quando haeres totum possidet, & Ius quod pro retentione deducit clarum est.
7 Nec faciunt adducta per Posth. *obseruat. 73. num. 67.* † quod scilicet possessio partis influat ad possessionem totius, quia non procedit respectu partium, quas constat alios possidere, & multò minùs quando (vt hic) in acqui-
8 rendo possessionem † non adfuit animus acquirendi totum, vt benè explicat idem Posth. *sub num. 79. & seqq.*

Et ità vtraque &c.

Supra in hac eadem parte adest altera praesentis causae Decisio in ordine 187. cuius in calce fuit adnotata alia in eadem quoque causa emanata.

R. P. D. BEVILACQVA.
Posteà Almae Vrbis Gubernatore.

Romana bonorum.

Mercurij 4. Iulij 1668.

ARGVMENTVM.

Reciproca substitutio, quae regulariter etiam pupillarem importat, eam tamen non comprehendit quando à patre facta est filijs imparis aetatis inuicem substitutis, eò minùs si per verba communia, fuerit facta, illaque ad bona testatoris fuerit restricta matre existente in medio.

Exceptio retentionis legitimae, quae ex fructibus perceptis remansit illiquida non retardat immissionem haeredi fideicommissario in bonis fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, & Trebellianica debitae haeredi fideicommissso grauato, retineri possunt in restitutione eiusdem fideicommissi.*
2 *Immissio fideicommissario conceditur pro remanentibus partibus excedentibus legitimam, & Trebellianicam haeredi grauato debitis.*
3 *Reciproca substitutio continet in se tacitam pupillarem.*
Legitimam retinere non potest haeres filii in pupillari aetate defuncti, cui à patre reciproca substitutio facta est, num. 3.
4 *Filijs disparis aetatis à patre reciprocè substitutis, substitutio reciproca non continet eo casu pupillarem substitutionem, & quatenus, & seq.*
5 *Determinatio vna plures, respiciens inaequalia determinabilia non potest, neque debet aequaliter terminari.*
6 *Verbum* substituit *dicitur verbum commune.*
Substitutio reciproca facta per verba communia, & restricta ad bona testatoris, matre existente in medio, numquam capit pupillarem, num. 6.
Sed resoluitur omni tempore in meram fideicommissariam ibidem.
7 *Haeres grauati qui fructus bonorum fideicommissi percepit illos in suas detractiones imputare tenetur.*
Fructus ab haerede grauati percepti ex bonis fideicommissi veniunt fideicommissario restituendi, numer. 7.
8 *Retentio non datur pro credito turbido, & prorsùs illiquido.*
Immissio fideicommissario non retardatur per exceptionem retentionis legitimae, quae ex fructibus post mortem filii perceptis remansit illiquida, num. 8. & 9.
9 *Creditum ad effectum impediendi immissionem debet esse omninò clarum, & liquidum.*

DECISIO CCCXXXIV.

AD impediendam Aegydianam cui respectu bonorum liberorum locum esse bis coram me Rota responderat, excipiebatur ab informantibus pro Petro Paulo de retentione bonorum pro legitima, & Trebellianica debitis † in bonis fideicommissi Laurentio fra- 1
tri cui ille ab intestato successerat, per text. *in l. quam quam Pater, C. ad l. Falcid.* Rota *in Perusina fideicommissi de Rodulphis 14. Iunii 1652. §. legitimam coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, & consequenter immissionem † Isidoro Franciscae Antoniae filio, & haeredi non 2
deberi nisi pro alijs partibus, iuxta *decis. 2. num. 13. & 6. num. 14.* apud Merlin. *de legit.*

Neque ab huiusmodi consequutione Petrum Paulum arceri posse dicebatur ex eo quod Laurentius in pupillari aetate decesserit, quapropter vigore reciprocae

Ee sub-

3 substitutionis continentis tacitam pupillarem † nulla ex eius persona competere possit detractio, Merlin. *de legitima lib.3. tit. 2. quæst.13. num.2.&* 34. Rota *decis.* 120. *num.4. part.7. recent.*

Quoniam cum ad inuicem substituti fuerint ab Aurelio communi Patre tres filij ætate Impares, nempè Francisca Antonia in decimoseptimo, Petrus Paulus in decimoquatto, & Laurentius in quarto ætatis suæ anno constituti non ostensa contraria voluntate te-
4 statoris reciproca † non continet in hoc casu pupillarem, sed tantùm fideicommissariam per regulam elicitam *ex l. iam hoc Iure, ff. de vulgar.* scilicet quod vnica
5 determinatio † respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare, & firmant Barrius *de successione libro 7. de substitutione reciproca titulo primo num. 6. versiculo quæstio elegans in fine*. Spincius *de testamentis glossa 26. titulo de substitutione reciproca num. 7. & seqq.* Gratian. *disceptat.*684 *num.* 10. *&* 11. Altograd. *consil.* 83. *num.35. libr. 2.* latissimè Fusarius *de substitutionibus*, quamplures referens testantes de communi opinione *qu.* 257 *à num.*12. *& consil.*186. *num.*11.

Præsertim quia substitutio facta legitur per commune verbum, *substituit*, & restricta est ad bona testatoris, vt ostendunt verba, *ipsius*, testamenti relata in
6 principio Informationis facti pro Petro Paulo, † vndè numquam capit pupillarem sed semper, & omni tempore est fideicommissaria Matre existente in medio prout existebat in proposito, Merlinus *de legitima libro 3. titulo 2. quæst.14. num 16.* Rota *decis.*183. *sub num. 4. versiculo cæterum*, *& num.* 14. *coram Carillo*

Verùm admissa conclusione adhuc Domini steterunt in decisis, moti ex eo quod Petrus Paulus ab anno 1644. citra possiderit totam hæreditatem, & fructus perceperit non solùm ex legitima Laurentij verùm
7 etiam ex quota liberè restituenda, † cuius fructus tenetur accepto ferre in detractionibus sibi debitis, Rota *decis.* 20. *num.*15. *versiculo hoc enim post* Merlinum *de legitima*, quapropter cum creditum detractionum cuius vigore opponitur retentio reddatur turbidum, & pror-
8 sùs illiquidum † aptum non est ad retardandam Immissionem, Rota *in Interamneñ fideicommissi* 3. *Iulii 1634. coram Reuerendissimo Imoleñ*, *& in Arimineñ Saluiani* 30. *Maii* 1646. *§ tandem Ginebræ coram bon. mem. Bichio*, *& in Firmana fideicommissi 9 Iunii 1664. coram R.P.D. meo Emerix*, *§. quia cum*, vbi ad effectum impediendi im-
9 missionem † creditum debet esse vndique clarum, & liquidum tum respectu qualitatis, tum etiam respectu quantitatis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Romana Dotis.

Mercurij 4. Iulij 1668.

A R G V M E N T V M.

Controuersa inter Doctores opinio, quod frater contra fratrem non teneatur nisi in quantum facere potest; quamuis regulariter non procedat respectu carcerationis, quæ numquam fratri creditori conceditur, non fuit tamen in præsenti decisione practicata respectu sororis, cui fuit etiam impartitum mandatum personale, tam ex eo quod frater suam paupertatem non probauerat aduersùs sororem eodem paupertatis morbo laborantem, quam etiam quia plura possidebat bona, quæ adhuc eidem sorori obtulerat.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor per cessionem bonorum, remanet iisdem bonis prorsùs spoliatus.*
2 *Cedenti Bonis an aliquid relinquatur.*
3 *Debitor per cessionem bonorum liberatur quo minùs in carcerem non detrahatur.*
4 *Carceratis non solùm relinquuntur alimenta, sed si ea non habeant, eisdem à creditoribus subministrantur.*
5 *Frater ad instantiam fratris carcerari non potest.*
6 *Frater licèt ad instantiam fratris carcerari non possit, grauari tamen, & executari potest in bonis.*
7 *Carcerari non possunt omnes ii quibus conceditur priuilegium ne conueniantur nisi in quantum facere possunt.*
8 *Frater vel alius debitor, vt possit bona suo creditori offerre, requiritur vt probet, se non inuenire emptorem.*
9 *Frater vt non possit ad instantiam sui fratris carcerari paupertatem probare tenetur.*
10 *Paupertatis probatio contraria est illi, qui habet modum, & facultatem soluendi.*
11 *Frater pauper possit ne ad instantiam sororis æquè pauperis carcerari, & quando.*
Beneficium deducto ne egeat, seu ne quis conueniatur vltrà quam facere possit non habet locum si actor sit æquè pauper, num. 11.

D E C I S I O CCCXXXV.

PROPENDEBANT Domini ad generale priuilegium fratris deducto ne egeat à sorore conuenti in decisione 31.* Martij 1664. à §.& propendebat, sed reproposita causa recesserunt à decisis generali priuilegio denegato salua persona tantùm 27. Februarij proximè præteriti hodiè reproposita rursus recesserunt ab vltimo loco decisis quoad personam cæterum in decisis.

Non quia eadem sit ratio bonorum, & personæ quin etiam altera excedens, & altera excessa ad priuilegium quoquomodo indiuiduum, quia sæpè videmus debitores † cessione bonorum bonis spoliatos, *§. vlt. institut. de act.* & 1
misericordiæ causa † si quid relictum *l 6. ff. de cess. bon.* 2
priuilegium tamen personæ, & ex hoc præcipuè gaudere ne iudicati detrahantur † in Carcerem, *l.1. C. qui bon. ced. possess. & ibi gloss. vltima*, *&* Gloss. *Creditoribus dicto § vltimo*, & ex contrario debitori carcerato alimenta non so- 3
lùm relinqui habenti, † sed non habenti quoque refundi, 4
ad Gloss. *agnoscere l. vlt. C. de erogat. milit. ann. lib.2.* Bart. aut quisquis alius sit inter tractat. Bart. *de carceribus in princip cum ibi allegata*, *& adnotata*, *& amplius* Surd. *de alimen. qu.71. tit.1.* & de duplici priuilegio Rota *decis.* 742. *num.35. tom.3. part 4. recent.*

Ex his in posteriore decisione libatis, & diuisione euidente, euidens est diuiduitas duorum priuilegiorum contra eorum indiuiduitatem, & tunc placuerat Rotæ, & hodiè placuit, nam etiam multi, qui negatiuam sequuntur opinionem, quod fratri contra fratrem priuilegium deducto ne egeat non competat, † 5
admittunt tamen non posse fratrem carcerati ad instantiam fratris, &c. inquit, Scannar. *de visitat. Carcerat. cap 4 num.28. à vers nam etiam multi, §.7. lib.3.* qui ad verbum ad literam leguntur, id scripsit, & scripsisse, multos ibi allegatos, & maximè Castagna *de benefic. deducto ne egeat cap.13. num 28.* vbi saltem frater ad instantiam fratris carcerari non potest, & dixit etiam decisum Thesaur. *decis.*119. *num.1. vers. sed*, illius opinio, *& decis.* 153. *num.3. vers. contrarium tamen*, *&* Altograd. conatus vtrumque priuilegium *tot. cons.39. lib.1.* solùm obtinuit à
Rota Lucen. † delegata à Senatu executionem persona- 6
lem (diuiduam diuisamque à reali) contra fratrem consanguineum denegari licentia concessa grauandi in bonis adnotata sententia in fine consilij, & senserat ad rem ipse Altograd. saltem per excedens, & excessum, & separabile priuilegium personæ à priuilegio bonorum sin minùs priuilegium bonorum à priuilegio personæ, quia ij, quibus indulgetur beneficium ne conueniantur nisi in quantum facere possunt, † sine dubio carceri- 7
bus mancipari nequeunt Altograd. *dicto cons.39. num.7. cum allegatis.*

Vtrùmque tamen sit, & conuenlant Informantes in vnum, vel indiuiduum, vel indiuisum priuilegium agente etiam sorore contra fratrem, & contra priuilegium quodcumque fraternum adeò controuersum eo magis Domini denegarunt priuilegium personæ, cui negari

gari propter priuilegium bonorum, & ita non nisi vtrumque non posset satis habentes non competere, vel fratri hoc casu, vel huic fratri priuilegium deducto ne egeat, siue in quantum facere possit.

Porro non competere huiusmodi priuilegium huic fratri debitoris sororis Domini præter alia responderunt, quia excipiens non probauit paupertatem quin etiam obtulit multa bona sorori iamdiù 9. Maij 1664. & proximi præteriti 14. Aprilis 1668. (in quibus adhuc
8 requiritur, † vt debitor probet se non reperire Emptorem, Thesaur. *dicta decis.* 153. *num.* 13. *vers. bis vero*)
9 & quidem requiritur probatio paupertatis † Costa *subsid. remed.* 28. *num.* 6. *vers. secundo requiritur*, Rota *decis.* 231. *num.* 2. *vers. admisso etiam part.* 6. si possibilis est, aut contraria non est probatio paupertatis habenti,
10 & profitenti modum soluendi, &c. † in Addit. ad Thesaur. *dicta decis.* 119. *vers. quod est verùm* Rota post Castagn. *de beneficio deducto ne egeat ad* Baezam *de debit. inop. decis.* 14. *num.* 14. *à vers. secus autem*, quando est diues, & valens cum alijs allegatis.

Sed potissimum quia res agitur inter fratrem, & sororem nil aliud habentem quam Dotis hæc iura, & aliàs ab ipso fratre exclusam ab hæreditatibus Paren-
11 tum, † & requiritur, quod actor non sit æquè pauper, quia sic rebus stantibus inutile est remedium ex Bart. *ad l. Maritus, ff. solut. matrimon. num.* 4. *& aliis* Cost. *de subsid. remed.* 28. *num.* 7. *vers. tertio requiritur*, Rota *decis.* 231. *à num.* 3. *& dicta decis.* 742. *num.* 39.

Et ità vtraque, &c.

Altera & prima decisio præsentis causæ emanata sub die 31. Martij 1664. reperitur impressa in præcedenti parte 14. & est in ordine decis. 179.

R. P. D. BOURLEMONT.

Cæsaraugustana Canonicatus.

Mercurij 4. Iulij 1668.

ARGUMENTUM.

Beneficium deuolutum, & à Summo Pontifice collatum, prouiso Apostolico adiudicari debet, quoties suas literas plenè & concludenter probauit, eique non præiudicat Prouisio Ordinarij, siue quia beneficium vacauerit mense reseruato, siue etiam quia eadem deuolutio ad Sedem Apostolicam pertinebat.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium adiudicari debent prouiso Apostolico, qui suas literas plenè, & concludenter iustificauit, & num.* 2.
2 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ paratam habent executionem.*
3 *Beneficii collationem Summo Pontifici fuisse quæsitam satis deducitur per præuentionem eiusdem Collationis ab eodem Pontifice præuentiuè quoad Ordinarium facta.*
Papa potest præuenire Ordinarium de beneficio deuoluto, num. 3.
Papa per collationem à se factam de beneficio deuoluto dicitur præuenisse Ordinarium, num 3.
4 *Deuolutio non cadit in Beneficio vacato in mense reseruato.*
5 *Deuolutio Beneficij quando potiùs fiat ad Sedem Apostolicam, quam ad Ordinarium.*

DECISIO CCCXXXVI.

CAPITULO Cæsaraugustano per sententiam huius Sacri Tribunalis Anathemate percusso, & ita à diuinis suspenso nec non Interdicto ab ingressu Ecclesiæ vacauit de mense Februarij anni 1667. per obitum Petri Gaudiosi Hernandez Canonicatus Magistralis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ deindè à Summo Pontifice in odium Capituli dictas Censuras contumacialiter sustinentis fuit collatus Martino Caluo, qui habita notitia, quod Ordinarius quoque de dicto Beneficio tanquam deuoluto prouiderat, rursus ad cautelam illud impetrauit à Summo Pontifice indèque mota lite aduersus prouisum ab Ordinario dubium proposui per contradictas an Martino sit adiudicandus Canonicatus, † & à Dominis affirmatiuum responsum accepi. 1

Constitit enim Dominis narrata in prima prouisione Apostolica sicut, & in secunda vera esse, & iustificata, vt de vacatione Canonicatus per plures Testes de publica voce, & fama deponentes *Summario* informationis *num.* 7. cum alijs datis *num.* 8. de Clericatu, & Diœcesi Martini *num* 9. de gradibus habitis in Theologia *num.* 10. de præsentia in Curia *num.* 11. de pœna interdicti Capitulo per sententiam declaratoriam inflicta *num.* 4. *&* 5. de Iure conferendi spectante ad Capitulum vigore facultatis ipsi impartitæ *num.* 3. de valore legitimè expresso *num.* 12. & de prouisione ordinis iure deuolutionis *num.* 4. ex quibus vndèquaque iustificantur primæ & secundæ literæ Apostolicæ, † quæ ideò paratam 2
executionem habent, *capit. si Capitulo, & ibi glosa verbo exequatur, & cap sequen. de concess. præben.* Rota *decis.* 600. *num.* 1. *part* 1. *recent. cum aliis adductis in Cæsaraugustana Canonicatus 16. Iunii 1663. coram R. P. D. meo Albergato in principio.*

Nec dubitari potest quin hæc collatio facta à Summo Pontifice sit executioni demandanda, quia dum Capitulum contumaciter sustinebat dictas Censuras, illam fuisse quæsitam præsumitur per præuentionem,
† vt in simili casu ad detegendam intentionem Papæ 3
proueniendi, ac concurrendi cum Ordinario ratiocinatur, Rota *decis.* 79. *num.* 5. *part.* 4. *decis* 200. *num.* 12. *part.* 6. *recent* Adden. ad Gregor. XV. *decis.* 314 *num.* 6. *& in dicta Cæsaraugustana, §. quoniam.*

Cui collationi Pontificiæ minimè obstare potest prouisio Ordinarij facta sub prętextu deuolutionis dicto *Summario num.* 4. quoniam comprobatum habetur in facto dictum Canonicatum vacasse in mense reseruato,
† sicque in eo, vel non cadere deuolutionem ex tradi- 4
tis per Gonzal. *ad regulam* 8. *glos.* 24. *num.* 77. *versicul. & glos.* 53. *num.* 30. 31. *&* 40. Rota coram Crescentio *decis.* 15. *vers.* 3. *de præbend.* vel si cadat ex eo, quod prouisio sequuta non est intra tempus Iure communi datum, deuolutionem fieri † non ad alium, quàm ad Summum 5
Pontificem, vt in specie, quod ab habente Indultum ad conferendum Beneficia reseruata collatio deuoluatur ad Sedem Apostolicam priuatiuè quoad quoscunque alios dixit, Rota coram Crescentio *decis.* 15 *num* 4. *de præben. vbi allegantur* Cassad *decis.* 8. *num.* 4. *eodem tit.* Ægid. *decis.* 735. *& decis.* 14. *de rescript in nouis.*

Et ità decisum est per Contradictas, &c.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Meleuitana Mercium.

Mercurij 4. Iulij 1668.

ARGUMENTUM.

Mercium valor liquidatur per testes de communi reputatione deponentes, atque etiam admittitur pro eo depositio vnius testis, ab alijs etiam minùs concludentibus adminiculati, eoque magis si agatur de liquidando valore mercium deprædatarum.

SUMMARIUM.

1 *Merces deprædatæ quomodo liquidentur vide per totam Decisionem.*
Valor mercium liquatur per depositiones testium de eo optimè deponentium, num. 1.
Testes deponentes de communi æstimatione, & optimam reddentes causam scientiæ valorem plenè, & concludenter probant, num. 1.
Testes contestes valorem plenè probant, num. 1.

2 Liquidatio valoris fit etiam ab vnico teste adminiculato.
3 Testes quorum alter deponat de auditu à personis interessatis, alter verò qualitates ignorat, deseruiunt pro adminiculo in liquidando valore.
5 Valoris in liquidatione non admodum rigidè procedendum est.
Liquidatio valoris leuiores probationes, ac etiam coniecturas admittit, num.4.
Fructus liquidantur etiam per coniecturas, & in eis probationes leuiores admittuntur, num.4.

DECISIO CCCXXXVII.

POSTQVAM Eques de Baiugu, nec non Eques de Sosa illius fideiussor fuerant condemnati ad restitutionem Nauigij Hag Hebraim, & Mercium ibidem existentium per duas sententias latas Melitæ à Venerabili Magistratu Armamentorum, & in Audentia Eminentissimi Magni Magistri, & postquam successiuè in Sacra Rota per duas decisiones editas vigesima octaua Iunij anni 1666. * & secunda Maij 1667. dictum fuit constare de dominio Mercium ad fauorem eiusdem Hebraim, ad quarum tenorem fuit quoque à me pronunciata sententia, quæ vt prætenditur fæcit transitum in Iudicatum. Hodiè dubitaui ad quam summam sit liquidandus valor mercium, & responsum fuit prout infra.

Ex libris Dohanæ Ciuitatis Damiatæ constat Nauigium immediatè ante illius deprædationem fuisse oneratum infrascriptis mercibus ibidem existentibus videlicet: *Doicento Ardeppi di Riso bianco con la misura di Damiata, e cinque cantari di Zuccaro. Vent'vn Sacco di Henna, &c. e quello che è consegnato à nome del scriuano chiamato Hucbbe cento Ardeppi di Riso, &c. e quello che à nome de Marinari Riso rifuso, & Zambili ottanta Ardeppi, e quello che è à nome di Hag Costantino vna balla di tela bianca, & vn Sacco di Cafè di peso di noue Cantara, & vn quarto Summario infrascript. num.2.* Vndè cum Testes dati in eodem *Summario numero 3 vsque ad sextum*, benè deponant de tempore deprædationis valorem Risi ascendere ad Petias viginti duo cum dimidio pro singula Ardeppa. Valorem Saccari ad Petias centum decem pro quolibet Cantaro; Hennam ad Petias viginti duo pro singulo Sacco; Cafè verò ad Petias triginta quinque pro Cantaro iuxta dictorum Testium depositiones. Visum fuit Dominis liqui-
1 dandum esse valorem dictarum Mercium, † quia cum sint Contestes, & deponant de communi æstimatione, optimam reddentes causam scientiæ, concludenter probant valorem, iuxta textum *in lege pretia rerum 63. vbi* Bartolus *cæterique scribentes, ff. ad legem* Falcid. Imola *in capitulo cum causa num. 27. de emptione, & venditione* Soccin. Iun. *conf.73. num.3. lib. 2.* Rota coram Cardinali Seraphino *decis. 1377. num.2.*

Quo verò ad Telam licèt probationes non videantur concludentes Domini tamen illius valorem liquidarunt in Petijs 400. iuxta depositionem primi Testis affirmantis tantumdem valere Telam infimæ qualitatis dicto
2 *Summario num.6.* † cuius dictum adminiculatur ab alijs duobus Testibus, nempè secundo, & tertio, quamuis alter deponat de auditu à Nautis, alter verò ignoret illius
3 qualitatem, † in hac enim materia liquidationis non ita rigidè est procedendum, sed quandocunque admittuntur
4 etiam leuiores probationes, & coniecturæ, † vt in simili de liquidatione fructuum dixit, Rota *in Albanen. redditionis rationis 23. Iunii 1662. §. nihilominus coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso, & in Callien. Prioratus 4. Iulii 1663. coram Reueren. Patre Domino meo Emerix, §. Valor.*

Et vlteriùs ad augendum valorem Mercium dictum fuit habendam esse rationem Petiarum 380. quas Hebraim persoluit pro illorum Gabella in egressu Fluminis Nili, vt probant ijdem testes dicto *Summario num.7.*

Et ita Altera &c.

In hac causa super negotio principali restitutionis supradictarum Mercium aliæ duæ decisiones existunt altera in præcedenti parte decima quarta, quæ est decis. 497. Alia verò in hac eadem parte supra in ordine decisione 95.

REVERNDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Sauonen. Pecuniaria.

Lunæ 19. Nouembris 1668.

ARGVMENTVM.

Cùm in iudicio repetitionis indebiti tria copulatiuè requirantur, substantia nempè veræ solutionis illius, quantitas etiam pecuniæ solutæ, ac demùm qualitas eiusdem indebiti. Eadem proindè repetitio denegatur ex defectu probationum huiusmodi, quæ respectu qualitatis nec minùs probata dicebatur ab interesse ex mutuo recepto, cum etiam concurrrere potuissent in illo requisita Castrensis. Adeoque hæc sola possibilitas fuisset sufficiens ad eamdem repetitionem denegandam.

SVMMARIVM.

1 Confessio de recepto non suffragatur neque sufficit ad effectum repetitionis indebiti.
2 Recipere, ac confiteri se recepisse paria sunt ad liberandum debitorem, non tamen ad effectum, vt Creditor remaneat adstrictus Debitori conditione indebiti.
3 Satisfactio creditoris pluribus, & diuersis modis potest fieri, & quibus ibidem, & num. seqq.
4 Remissio debiti, diuersimodè inter Creditorem, & Debitorem fieri potest.
5 Creditum quomodocumque extinguatur, Creditori satisfactum dicitur.
6 Satisfactus dicitur Creditor, quemadmodum ille esse voluerit, licèt debitum verè solutum non sit.
7 Soluere aliud est, aliud verò satisfacere.
8 Probatio æquiuoca est inefficax ad debitum repetendum, & num. seq.
Indebitum repeti non potest nisi per probationes certas, & omninò concludentes, num. 8. & seq.
9 Indebiti conditio oritur ex obligatione, quæ re contrahitur, & proindè rem ipsam interuenire necesse est, & num. 29.
10 non Entis nullæ sunt partes, nec qualitates.
Substantia defecta, omnes eius passiones, & accessiones corruere necesse est, num. 10.
11 Repetitio indebiti Debitori ad certam rationem concedenda non est, qui fortè non nisi ad minorem rationem persoluit.
12 Solutio interesse ad certam rationem facta in aliquibus partitis, ita & in alijs ad eamdem rationem secuta præsumitur, & vide num. seqq.
Vsurarum in materia admitti solent præsumptiones, & adminicula, num. 12.
Vsurarum materia dicitur esse difficilis probationis, num. 12.
13 Fructus seu interesse solutum, & expressum in aliquibus partitis, illud quoque fuisset expressum in alijs, si verè solutum fuisset.
14 Præsumptiones, argumenta, & coniecturæ, quæ suffragari potuissent Debitori ad effectum excipiendi contra creditorem.
Non indè tamen sufficiunt, vt idem Debitor indebitum possit ex illis repetere, ibidem.
15 Solutio ad effectum repetitionis indebiti debet concludere per necesse, cum per possibile non sufficiat.
16 Quantitas in instrumento taxata, constito de solutione, ad dictam rationem præsumitur soluta, secùs verò si de primordiali titulo non constat.
17 Adminicula non suffragantur, nec taliæ esse dicuntur non præexistente alicuius certæ probationis fundamento.
18 Indebitum ita concludenter probari debet, vt nulla ratione apparere possit illud fuisse debitum.
19 Indebitum cessat quoties possibile est creditorem illud vel ratione lucri, vel damni recepisse.
20 Debiti formalis sicuti per impossibile indebitum probari debet, ita & pariter probanda est formalitas indebiti per impossibile debitum.

21 pro

21 *pro Vsuris licitis concedendis necesse est proponere aliquem iustum titulum, & requisita Castrensis.*

Vsuras illicitas ad excludendas omnis possibilis titulus præsumendus est, quodque etiam requisita Pauli de Castro interuenire potuerint, num. 21.

22 *Sauonæ nullus retinet pecunias in arca otiosas, quia ibi occasiones inuestiendi sunt frequentissimæ imò certissimæ.*

23 *Viri Ianuenses sunt industriosi, & soliti iuxta stylum propriæ Regionis pecunias in honestis negociationibus exercere.*

24 *maiori Probationis onere grauatur quisquis agit contra solitum, & verisimile suæ Regionis.*

Interesse solitum, & verisimile iuxta consuetudinem Regionis excludere prætendens maiori probationis onere grauatur, num. 24.

25 *Fructus bonorum stabilium cum aliena pecunia emptorum, licèt creditor pecuniæ prætendere non possit.*

Non indè tamen excluditur, quod ex illis aliquod licitum interesse consequi potuerit, & quando ibidem.

Vsuras quamuis coactè quis soluisse præsumatur, hæc tamen coacta voluntas quandoque excluditur, num. 25.

26 *Interesse pecuniarum ex quibus bona stabilia empta sunt sæpiùs tamen tanquam æquum, & iustum Rota Romana tolerauit.*

27 *Rota* decis. 69. à num. 14. parte 9 recentiorum *declaratur, & supra num. 16. & num. 29.*

28 *Lex facilius inducit vnam præsumptionem quam plures.*

29 *Conditio indebiti rei præexistentiam requirit, & suprà num. 9.*

30 *Titulum meliorem possibilem allegare sufficit ad exclusionem indebiti.*

31 *Vsuræ præteritæ benè compromitti, transigi, ac remitti possunt, & num. seq.*

32 *Repetitio vsuræ, quæ indebita præsumitur potest in compromissum deduci, ac etiam laudari, & supra num. 31.*

33 *Arbitramentum ab Arbitratore probatum sine figura iudicij, & vigore facultatum, tam de iure quam de facto, & sine actis.*

Habet vim transactionis, & reputatur ipsa transactio, atque conuentio partium, ibidem.

34 *Sententia præsumitur esse iusta.*

35 *Tutor, & Curator in rebus dubijs, & simplicibus prætentionibus vtique potest compromittere, & super illis transigere.*

36 *Iudex Laicus rectè cognoscit de vsuris circa factum versantibus.*

Vsuræ dicuntur esse mixti fori, num. 36.

37 *Laudum promulgatum à Iudice sæculari in materia vsurarum valet, & substinetur.*

DECISIO CCCXXXVIII.

AGENTIBVS Carentijs ad repetitionem duplarum 337. tanquam indebitè solutarum, ijs obstare dixerunt Domini triplicem probationis defectum, vnum, circa substantiam solutionis, alterum circa quantitatem, & tertium circa qualitatem indebiti, ideò perstiterunt in primo loco decisis.

In primis reminiscebantur in facto Ioannem Thomam Messeam, de anno 1648. mutuas tradidisse Carentio duplas 745. erogatas per hunc in vtilem valdè, ac lucrosam acquisitionem stabilium, qui propterea plures impetrauit dilationes, pro illarum restitutione sub quibusdam subdubijs, pactis, & conuentionibus, circa interesse Creditoris. Indè eo defuncto, eius filios cæpisse prætendere illicitas solutiones, ac dictarum duplarum restitutionem controuertere, factoque compromisso emanasse Laudum arbitratorium inter partes pro remissione interesse ad fauorem Messeæ, pro restitutione autem duplarum 337. cum dimidia, sub dilatione, ac distributione in plures pagas, ad fauorem filiorum, quos nihilominus post dicti Laudi approbationem, ac longam acquiescentiam, nouum iudicium suscitasse, coram Ordinario signanter super repetitione summæ, vt prætenditur solutæ in causam fructuum, reportata tamen contraria sententia, à qua hodiè post alias duas, coram Dominis meis Taia, & Bourlemont, pendet appellatio coram me, &c.

His præhabitis substantiam solutionis deficere dixerunt Domini, ex eo, quod, licèt Carentij à die contractus, vsque ad diem Laudi duodecim exhibeant Cedulas, ex quibus solutionem dictarum duplarum 337.
probare contendunt, duabus tamen exceptis, cæteræ
omnes non veram, ac realem numerationem, sed meram confessionem, ac simplicem satisfactionem impor-
tant, † quæ non suffragatur, nec sufficit ad effectum 1
repetitionis, vt in puncto respondit, Federic. de Sen.
cons. 54. num. 24. ibique Plag. num. 3. vbi, quod paria quidem sunt recipere, ac confiteri recepisse, quantum est
ad liberandum debitorem, † non tamen ad hoc, vt Cre- 2
ditor adscritus remaneat debitori conditione indebiti, &
firmarunt Iason. *cons. 172. num 6. lib. 2.* Gratian *discept.
569. num. 27.* Amat. *resolut. 97. num 9. & seqq.* Rota coram Buratt. loquens in specie repetitionis contra Laudum, *decis. 592. num. 2. & 3. ibique* Adden. *num. 7. & 8.
in recent. decis. 304. num. 6. §. In creditum, vers. omissa
alia societate officij, part. 10. & decis. 6. num. 19. & 20.
part. 11. cum alijs in Panormitana Pensionis, prima Decembris 1642. §. 1. coram bon. memor. Dunozetto, inter eius
impressas, decis. 688. à num. 2. decis. 729. in princip. &
decis. 749. num. 8.* & nouissimè firmatum fuit *in causa
Baren. census, 2. Aprilis 1666. §. final. coram R. P. D. meo
Bourlemont*, ea, & quidem optima ratione, quia va-
rijs modis, quis potest satisfieri, † vel mediante reali so- 3
lutione, vel media compositione, vel quia aliquid mu-
tuum beneficium à debitore receperit, vel etiam mediante remissione, aut acceptilatione, *l. si rem, 9 §. omnis,
ff. de pign. act. l. solutam, 49 ff. de solut.* Bald. *cons. 220. ante finem vers. maximè quia illa verba, tu es contentus, lib. 1.*
& in his terminis † remissionis. Cumia *super rit.* Sicil. *cap.* 4
9. num. 26. Maur. *de solut. cap. 2. §. 2. num. 5. & 6.* Quomodo-
cumque enim creditum exstinguatur † creditori, satisfa- 5
ctum dicitur inquit, Text. *in l. solutionis verbo, ff. de verb.
significat.* Alex. *cons. 91. num. 10. lib. 2* Natt. *cons. 496. num. 20.
& 21.* vbi, quod satisfactum accipimus quemadmodum
voluit Creditor, † licèt verè solutum non sit, Surdus *cons.* 6
166 num. 29. Rota *decis 92. num. 4. part. 3. vers. confessio, &
colligit* Barbos. *tract. var. appellat. 241 num 3.* Imò soluere,
† ac satisfacere, tamquam diuersa ponuntur à Iurecon- 7
sulto, *in l. Quod vendidi, 19. de contrahen empt. in l. stichum
39. §. 1. de stat. lib. & in l. si ita, 41. §. 1. de manumiss. testamen.*
Vt propterea probatio dictorum de Carentijs remaneat
æquiuoca, † & consequenter inefficax ad repetendum, 8
Text. *in l. cum de indebito 25. § fin. ff. de probat.* & vltra præallegatos dixit, Rota coram Coccin. *decis. 94. num. 2. in recent. decis 153. num. 26. & seqq. part. 4. tom. 2. cum alijs in dicta Baren. Census, §. tum etiam coram R. P. D. meo Bourlemont,* & prius in dicta *decis. 688. bon. mem. Dunozetto, sub
num. 4.* vbi vlterius redditur alia ratio fundamentalis, quod
scillicet conditio indebiti, † tanquam oriens ex obligatio- 9
ne, quæ re contrahitur per necesse exigat rem ipsam interuenisse ad Text. *in dicto §. Is quoque Institut. quibus mod re
contrah. obligat. cum alijs per eum allegat. &c.*

Secundum verò defectum circa quantitatem deducebant Domini, non solùm ex communi axiomate, quod
non entis, non sunt qualitates, † & deficiente substan- 10
tia consequenter omnes eius passiones, & accessiones corruere necesse sit, sed etiam ex eo, quod admissa per possibile satisfactione aliqua solutione mediante, non indè concluditur quid, vel quantum fuerit solutum, &
maximum absurdum foret concedere † repetitionem de- 11
bitori, ad rationem sex pro centenario, qui fortè non nisi ad rationem quatuor persoluisset, quod ipsum animaduersum fuit in antecedente *decisione huius causæ sub die 16. Ianuarii currentis anni §. Non obstat ad fin. vers. vel saltem dicta satisfactio.*

Parum obstante, quod per argumenta, & coniecturas inferri possit tantumdem fuisse solutum, id colligendo ex dictarum duabus cedulis, in quibus quemadmodum interesse, expressum fuit ad rationem sex cum
dimidio, ita, † & in cæteris præsumi debeat fuisse so- 12
lutum, considerato maximè, quod in materia vsurarum admitti solent præsumptiones, & adminicula, ob difficultatem probationum, vt in ipsa *decisione quæ reuidetur, §. Penultimo.*

Quoniam responderunt Domini Primo retorquendo argumentum, vt sicut in dictis Cedulis, in quibus fuit solutum ad rationem sex cum dimidio, id fuit ex-
pressum, † ita etiam expressum fuisset in alijs, si fuis- 13
set solutum, ex adductis per Natt. *cons. 164 num. 1.* Rota coram Merlin. *decis. 825. num. 19. & in recent. decis. 233. num. 1. part. 9.*

Secundò & fortiùs, quia licèt eiusmodi argumenta,
& coniecturæ suffragari possent debitori, ad effectum ex-
14 cipiendi contra creditorem, † ad effectum tamen ab eo
repetendi nullatenus sufficiunt, vt de veriori testantur,
Castren. *consil.123.num.1.versic.constat enim, quod ille, qui*
dicit se indebitè libr.1. Cyriac. *controuers.263.num.7.* Gra-
tian. *discept.920 numer.14.* Rota Genuen. *decis.3.num.*
2.cum aliis per Leotard. *de vsur.qu.76.num.45.& dixit*,
Rota coram Coccin. *dicta decis.94 num.2. in recent. decis.*
153.num 26.& seq.part.4.tom.2.decis.130 num.17.part.5. &
latè distinguendo in *decis 69.à numer.5.& decis. 192. num.*
28 part.9.cum aliis in præcitata Baren. *dicto §. tum etiam*,
& cum possibile sit interesse, quod expressit Messea in di-
ctis reliquis Cedulis, & de quo se vocauit satisfactum
fuisse ad rationem quatuor, vel quinque pro centenario,
15 † hoc sufficit, vt probatio per Carentios adducta, rema-
neat æquiuoca, & per necesse non concludat, *l.neque na-*
tales, 10.C.de probat. Surdus, *cons.311 num.32.* Rota *de-*
cis.273 num.4.part.4.tom.2 & ponderatum fuit in prima de-
cis.coram me, 3. Decembris 1666.§.penult. ac etiam in ante-
cedenti, sub præallegato, §. Non obstat ad finem, &c.

Argumenta verò, & coniecturæ tunc suffragari pos-
sent, quando constaret, ab initio de aliquo primordiali
titulo, vt quia in ipso contractu taxata fuisset certa
16 quantitas, † ea enim constito de solutione præsumere-
tur ad dictam rationem soluta, in quibus terminis pro-
cedunt in contrarium adducti, & ita etiam loquitur,
Rota *in allegata decis.69.* vbi Cambium ab initio erat
certum, *part. 9.recent.* & hinc est, quod adminicula non
17 suffragantur nec talia dicuntur † non præexistente alicu-
ius certæ probationis fundamento, Rota *decis.274. num.*
14.post secundum vol.consil. Farinacc. & *in Romana pecunia-*
ria 19.Iunii 1662 in principio coram me, &c.

Tertium denique probationis defectum, circa quali-
tatem indebiti magis vrgere visum est, ne dum quia à
duobus antecedentibus dependentem, sed quia in eo for-
maliter consistit fundamentum Actorum, vt nimirum
probent interesse à Messea receptum ei fuisse indebitè
18 solutum, † taliter, quod nulla ratione ei potuerit esse
debitum, vt docuit Bart. *in dicta l. Cum indebito, sub*
num.4.& ex eo, Rota *decis.38. num. 2.part. 5.* adeout
si possibile sit eundem Messeam percepisse hoc interesse
19 aliquo iusto titulo, † vel lucri cessantis, vel damni
emergentis, ex hoc ipso corruat Actorum probatio, Rota
in puncto dicta decis.38. num 2.part.5.& prius dicta decis.
153.num.27.& decis 447.num 11.part.4.tom.2. & decis. 89.
num.19 part.10. Leotard. *de vsur.dicta quæst.76.num.45.* &
admissum fuit in contraria *decis §. Non obstat, vers. &*
cum agatur ad effectum probandi, & in grauioribus termi-
nis in *Romana Castri Orciani 23. Ianuarii currentis anni, §.*
cæterum iuncto, § quoniam, coram me. Quemadmodum
enim formalitas debiti probanda est per impossibile inde-
20 bitum, † ita formalitas indebiti probanda est per im-
possibile debitum, & qua ratione pro vsuris licitis neces-
se est proponere aliquem iustum titulum, & requisita
21 Castrensis, † eadem prorsùs ratione necesse est contra il-
licitas excludere omnem possibilem titulum, & quod di-
cta requisita Castrensis interuenire non potuerint, iuxta
regulam contrariorum, & tradunt Domini in vulgat.
l. frater, à fratre de condictione indebiti, &c.

Possibilitatem verò iusti tituli in Ioanne Thoma con-
siderabant Domini tum attenta consuetudine loci, vbi
22 nullus retinet pecunias in arca otiosas, † occasiones au-
tem illas inuestiendi sunt frequentissimæ, imò certissi-
mæ, vt testatur Scaccia *de comm. & camb. §. 1. quæst 7.*
part 2.ampl.8.num.128.& seqq vbi numer.130 distinguen-
dò dicit, quo in loco Ianuensi contraxerit, tum consi-
derata persona eiusdem Ioannis Thomæ. Viri in sua
23 patria insignis, & eximiæ pietatis, † licèt industrij, ac
soliti iuxta stylum regionis proprias pecunias in hone
stis negociationibus exercere ad tradita per eumdem,
Scacc *de comm.§.1.quæst.1 numer.527.vers. quare si probe-*
tur, quas circumstantias ponderabant Domini, non
ad effectum exindè iustificandi interesse, nisi copulati-
uè interueniant singula requisita Castrensis, sed ad fa-
ciliùs credendum, quod interesse quale, quale fuisse
per Messeam receptum, aliquo modo potuerit esse de-
24 bitum, † & ad indegrauandum ipsosmet Carentios ma-
iori onere probationis contra huiusmodi verisimile inte-
resse ad Rotam coram Miliino, *decis. 27 num.4. & 5.*
Romana, seu Ianuen. Cambii, 27. Iunii 1651. §. Quod verò
Balbus, & 6. Maii 1653. §. Tunc etiam coram bon.mem. Bi-
chio, & prius in Bononien nullitatis concordiæ 27. Ianuarii
1648. coram eodem, §. Verum retorquetur, &c.

Insuper ponderabant pecunias à Carentio receptas,
fuisse vt supra erogatas in emptionem stabilium, cum
ingenti eius vtilitate, vt ex pluribus attestationibus
in præsenti allatis, quod quidem æquè consideratum
fuit, non ad effectum, vt ideò Messea fructus illorum
stabilium, tanquam emptorum ex eius pecunia præten-
dere posset, † sed ad excludendam in hoc casu illam 25
voluntatem coactam, quam lex fingit, ac generaliter
præsumit in soluente vsuras, & de qua sensit, Rota
in allegata decis.69.num.17.part.9. dum in præsenti si quid
interesse solutum est, id fuit voluntariè, ob retentam
acquisitionem stabilium, in quæ dictas pecunias Ca-
rentius erogarat, † & hanc æquitatem alias etiam æsti- 26
mauit, Rota *in Romana Cambiorum 4 Decembris 1662.*
§. præterea in fin. coram bon. mem. Verospio, &c.

Hinc non obstant cætera generalia, deducta in ipsa
decisione quæ reuidetur dicto § penultimo signanter † ex ea 27
dem decis. 69. à num. 14 part. 9 Quia vltra, quod ibi
non controuertebatur substantia solutionis, & insuper
de Cambiorum quantitate constabat, vt *num. 1.* lex au-
tem facilius inducit vnam præsumptionem, † quam plu- 28
res *l.1.C.de dot promiss.* Menoch *de præsumpt.l.4 num. 7.* &
alias semper vrget illa ratio, quod condictio indebiti † 29
rei præexistentiam requirat, *dicto § Is, qui instituit. titulo*
quibus modis re contrah.oblígat. quæ quidem ratio, vt pa-
tet æquè congruit debito voluntario, ac debito coacto re-
sponsum fuit in eo casu interesse aliundè non fuisse de-
ductum, quam taxatiuè, ex prætenso Cambio, *dicto*
num.1.& 31.cum seqq. quod quidem Cambium eo ipso in-
debitum remansit, quo literæ ad nundinas non fuerunt
transmissæ, vt in præsenti tantùm abest, quod Messea so-
lutum interesse prætendat ex mutuo, vt imò ab hoc titu-
lo prorsùs abstineat, & quemcumque alium meliorem
possibilem in medium adducat, † quod sufficit ex præ- 30
allegatis, & admittit eadem *decisio 69.ex num.5. vsque ad*
11.& ex num.31.cum pluribus seqq. vbi alterius aduertitur
in eo casu non agi cum Actore, sed cum Reo, habente
præsumptionem pro se, & ad nullam probationem, siue
debiti, siue indebiti adstricto, vt ibi videre est, &c.

Denique visum est omne indebitum tolli, tum ad repe-
titionem, tum etiam ad imputationem, & quemcum-
que Iuris effectum ex Laudo, super his omnibus parti-
bus acceptato, & per successiuas solutiones ab ijsdem
Carentijs comprobato, quando dubium non est vsu-
ras compromitti, † & transigi, ac remitti posse, vt res- 31
pondit Alex. *consil.91.num.1.& seq.lib.2.* Federic. de Sen.
quæst 22.num.5.vers.dicendum est: & quæst.184.num. 1. Abb.
cons.69.num. 2.vers. sed in casu nostro part. 2. Alberic. *in l.*
transigere num.9 C.de transact. Angel. *cons.100.num.2.* An-
char *cons.98.num.3.post nu.1.vers. vnde sicut remittendo vsu-*
ras. Tiraquell. *de retract.conuent ad fin.tit. sub num.* 151.
Mantic. *de Tacit.lib.26 tit.5.num.5.* Surd. *de aliment.tit.8.pri-*
uil.29.num.10.& 11. Lupus *de vsur.comment.4.num.5.* Giba-
lin *eodem tract lib.2.cap.3.art.4.in fin* Leotard *pariter tract.*
de vsur.quæst 99.num.20.& 21. & in his terminis repetitio-
nis vsuræ compromissæ, ac laudatæ firmauit, Rota *in re-* 32
cent dicta decis.38.num.2.& 3.part.5. vbi agebatur de vsu-
ris compromissis, in bonæ memoriæ Varesium, & Stepha-
num Gratianum, congruit *decisio 292.num.5.6.& 7.part.7.*
& aduerterunt etiam Domini in eadem antecedenti *De-*
cisione huius causæ dicto §. Non obstat post med. &c.

Ex hoc autem Laudo, sic emologato, acceptato, at-
que executioni demandato, sublatum remansit quod-
cumque indebitum, illudque translatum ad debitum in
futurum, siue pro lucro cessante, siue pro damno emer-
gente, siue pro quocumque rationabili interesse consi-
derato ab Arbitratore, sine figura iudicij, & tam de
iure, quam de facto, ac sine actis procedente, atque
arbitrante, † huiusmodi enim arbitramentum habet 33
vim transactionis, imò est ipsamet transactio, dispo-
sitio, atque conuentio partium, *l. si quis arbitratur 42.*
ff.de verb. obligat.l.vltima, Cod.de contrahen. empt. §. si
vero contigerit auth.vti differentes Iudices, & ibi Gloss.
in verb. conuentum, vers. dico autem, cum alijs per Ho
modeum *cons.251. num. 2.* quibus innixa videtur senten-
tia Ordinarij, † quæ præsumitur iusta, ad notata per Bart. 34
in lege Herennius, § Caia, in fin.ff.de euict.cum similibus, &c.

Nullatenus refragante, quod frater de Carentijs alias
curator

curator non potuerit compromittere, maximè in Laicum, nam vbi non agitur de alienando stabilia, sed
35 de prætensionibus dubijs, † rectè possunt Tutores, & Curarores compromittere, ac super illis transigere, Natt. *consil* 45. *num.* 5. Cancer. *variarum resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 118. *& seq.* Cyriac. *controuers.* 562. *num.* 3. 15. *& seq.* Rota *diuers. decis.* 765. *num.* 1. *part.* 4. Iudex vero Laicus rectè cognoscit de vsuris circa factum
36 versantibus, † cum sint mixti fori, vt optimè distinguendo tradiderunt, Castren. *cons.* 100. *num.* 2. *in fin. vers. sed si voluit agere in curia Seculari*, Anchar. *dicto cons.* 98. *num.* 3. vbi non obstante huiusmodi exceptione
37 pro † Laudo respondit, Iason. *cons.* 153. *num.* 3. *lib.* 4. Roland. *cons.* 75. *num.* 37. *lib.* 1. *cum alijs, per* Cacheran. *decis.* 137. *num.* 11. Franc. Marc. *decis.* 536. *num.* 7. *& seq. part.* 1. Clar. *recept. sent. lib.* 5. §. *vsura*, *num.* 8. *vers. secus autem*, & scriptum reliquit Diana, *resolut. moral. part.* 11. *tom.* 9. *resolut.* 15.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. BEVILACQVA,
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Coloniesi Præposituræ.

Lunæ 19. *Nouembris* 1668.

ARGVMENTVM.

Quia quæcumque innouata lite pendente remanent attentata, à quibus quamuis excludatur prouisio beneficij obtenta à Summo Pontifice eadem lite in Rota introducta, non indè tamen ab attentatis excluditur eiusdem beneficij possessio, ab altero iudice, quam ab eadem Sacra Rota prouisio Apostolico concessa, quæ proinde per viam manutentionis parti spoliatæ concessa ab eadem Rota reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente in curia, quidquid in partibus actum est vitio subiacet attentatorum.*

3 *Papa prouidendo non attentat.*

Prouisio etiam lite pendente obtenta à Sede Apostolica quamuis attentata non sit, remanet tamen attentata executio ab alio, quam à Iudice causæ Prouiso concessa, num. 2.

3 *Litis mentio facta in prouisione beneficij obtenta lite pendente, remouet obstaculum, quod alias supplicari non licuisset.*

Auocationem tamen eiusdem litis à suo Iudice non operatur, neque excludit attentata, ibidem.

Lite pendente supplicari non potest, & quando numer. 3.

4 *Executio gratiæ Pontificis obtentæ lite in Rota pendente, si ab alijs Iudicibus concessa sit, semper à Rota reuocari consueuit.*

5 *Executor literarum Apostolicarum obtentarum lite in Rota pendente, durante eadem lite, & donec illa terminata non sit, se ab executione abstinere tenetur.*

6 *pro Attentatorum reuocatione conceditur manutentio, & num. seqq.*

7 *Manutentio est vnum de remedijs purgationis attentatorum, & supra num.* 6. *cum seqq.*

8 *Manutentionem petere potest, qui non habuit se pro spoliato, & litem semper substinuit.*

9 *Possessio probatur ex sententia, & mandato de immittendo contra aliquem obtento.*

Manutentionem ad concedendam sufficit probatio possessionis resultans ex ipso mandato de immittendo contra aliquem obtento, num 9.

DECISIO CCCXXXIX.

POSTQVAM coram Auditore Cameræ introducta fuerat lis super executione literarum Apostolicarum inter Vbertum à Lapide, & Thomam Quintel, qui Præposituram ab illo possessam à Sanctissimo impetrauerat tanquam vacantem ob non delationem habitus Clericalis, obtinuit de eadem prouideri, eodem modo vacationis expresso, Gulielmus Ducher, qui expeditis literis Apostolicis ab illarum Executoribus in Partibus reportauit sententiam fauorabilem, cuius executio, licèt fuerit suspensa per appellationem in Rota, curauit tamen gratiosè subrogari in Iuribus Thomæ, qui interim omne ius in manibus Papæ dimiserat. Vndè vigore subrogationis lata sententia fauorabili possessionem Præposituræ adeptus fuit, quæ omnia attentate fuisse peracta hodiè Rota respondit.

Non enim licuit Iudici de partibus, dum causa reperiebatur per Signaturam commissa Rotæ cum clausula *Parito literis* eius arbitrio sententiam ferre, † illamque executioni demandare, nam dum pendet lis super eadem re coram Iudice superiori agi non potest coram alio citrà incursum attentatorum, vt in specie casus nostri, Lancellott. *de attent. parte* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 614. Lother. *de re benefic. lib.* 3. *part.* 11. *num.* 40. *& seq.* & generaliter dixit Rota *in Monopolitana Attentatorum* 13. *Februarii* 1651. *coram bon. memor. Cardinali Corrado*. 1

Neque ab attentatis excusat Gulielmum noua gratia subrogationis, cuius vigore processum fuit, quia licèt Papa non attentet prouidendo, † attentat tamen Prouisus comparendo alibi, quàm coram Iudice appellationis. Et Executor procedendo in causa, & tradendo possessionem, vt firmauit Rota coram Coccino *decisione* 443. *per tot. & coram* Merlino *decisione* 852. *num.* 4. *&* 5. *& in Firmana Beneficii* 27. *Nouembris* 1658. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, *& in Pistorieñ Parochialis* 31. *Martii* 1659. *coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Celso*, *inter eius impressas decis.* 288 *num.* 9. 2

Minùs refragatur, quod in ea facta fuerit mentio litis, quia talis expressio est solùm de introducta inter Thomam, & Vbertum, non autem de vertente inter illum, & Gulielmum, qui subrogationem impetrauit, & in omnem casum hæc mentio solùm præseruat gratiam à nullitate, remouetque obstaculum, ne lite pendente, liceat supplicare, † non tamen operatur, quod lis pendens auocetur à Rota, & processus, ac executio nouæ gratiæ, ab attentatis euadat immunis, Lother. *vbi supra num.* 41. Rota *in allegata de.is.* 443. *coram* Coccino, *& decis.* 852. *num.* 5. *coram* Merlino, *& decis.* 327. *part.* 11. *recent.* vbi Rota testatur pluries † huiusmodi executiones tanquam attentatas reuocatas fuisse. 3 4

Sed cessare visa fuit omnis difficultas ex lectura ipsius subrogationis, quæ concessa reperitur sine præiudicio litis pendentiæ, & Iurium Vberti, quapropter ne ista salutaris præseruatiua frustratoria redderetur eo magis Executor, † donec lis in Rota fuisset terminata, abstinere se debebat, vt firmant auctoritates mox recensitæ, & præcipuè Coccin. *dicta decis.* 443. *in fine*. 5

Hinc exoritur, quod constito de attentatis pro illorum reuocatione concedenda est Vberto manutentio in possessione controuersæ Præposituræ, † vt passim Rota consueuit, vt in *Meleuitana successionis, seu attentatorum* 25. *Iunii proximè præteriti*, §. *fin. coram me, & priùs in nullius, seu Bareñ Peceniaria* 24. *Ianuarii* 1646. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, vbi, quod manutentio † est vnum de remedijs purgationis attentatorum præsertim cum Vbertus non se habuerit pro spoliato, dum vsque adhuc litem substinuit, † aliaque gessit manifestè præseferentia animum non derelinquendi possessionem, quæ probata remanet ex sententia, & mandato de immittendo contra ipsum obtento, † quod sicut præsupponit anteriorem illius possessionem, ita super abundat ad effectum eidem concedendi mandatum de manutenendo, iuxta tradita per Rota *decis.* 46. *num.* 3. *coram sanctæ memoriæ Gregorio, & decis.* 548. *num* 1. *&* 3. *penes* Posth. *de manutent. & in Melitež Parochialis* 10. *Martii* 1662. *coram R. P. D. meo Priolo*. 6 7 8 9

Et ita decisum, Vberto informante, altera verò parte pluries citata, & intimata.

R. P. D. BEVILACQVA.
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Beneuentana iurisdictionis.

Lunæ 26. Nouembris 1668.

ARGVMENTVM.

Habent ex iuris dispositione tam Episcopus, quam Archiepiscopus fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in omnibus Ecclesijs, & locis existentibus intra fines Diœcesis eorum. Ideoque Abbas prætendens exemptionem illam debet plenè, & concludenter probare, ad quem effectum non sufficiunt actus per eumdem Abbatem exerciti sine scientia, & patientia Episcopi, quia illi in concursu cum alijs actibus eiusdem Episcopi non attenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in omnes Ecclesias, & subditos existentes intra fines suæ Diœcesis.*
2 *Ecclesia quælibet, & locus vnusquisque censetur esse in aliqua Diœcesi, nisi doceatur habere terminum distinctum, & separatum.*
3 *Locus quilibet, seu Ecclesia semper præsumuntur esse de viciniori Diœcesi, quando tamen alius non concurrit Episcopus.*
4 *Situatio loci probatur per enunciatiuas iunctis etiam adminiculis.*
5 *Exemptionis priuilegium liberat quidem à subiectione, non tamen tollit situationem.*
Ecclesia exempta semper remanet in Diœcesi, quamuis per exemptionem de ea amplius dici non possit, num. 5.
6 *Confessio superat omne genus probationis.*
7 *Confessio Abbatis, & Monachorum probat Ecclesiam, & Monasterium esse intra fines Diœcesis, & successoribus præiudicat, & supra num. 6.*
de Situatione Monasterij, seu Ecclesiæ intra limites Diœcesis non potest ampliùs dubitari mediante confessione Abbatis, & Monachorum num. 7.
8 *Actus pro validitate, & veritate omnis præsumptio existit.*
Actus præsumitur factus ab eo ad quem causa faciendi spectabat, num. 8.
9 *Iurisdictionis actus ab Episcopo exerciti valdè conferunt ad dignoscendam qualitatem locorum subiectorum.*
Actus iurisdictionales solùm competunt Episcopis in eorum Diœcesibus, num. 9.
10 *Episcopus vicinior potest vigor Sacri Concilij tamquam Sedis Apostolicæ delegatus visitare Ecclesias, quæ sunt nullius Diœcesis.*
Visitationes factæ ab Episcopo tamquam de Ecclesia existenti in sua Diœcesi, non potest prætendi facta tamquam de Ecclesia exempta, num. 11.
11 *Visitationes factæ ab Episcopo ante Concilium non possunt applicari iurisdictioni per dictum Concilium eidem Episcopo delegatæ, sed factæ dici debent iurisdictione Ordinaria, & num. 12.*
13 *Dubietas cessat vbi nulla est ambiguitas.*
14 *Episcopus intra limites suæ Diœcesis omnem potest exercere iurisdictionem, in alijs verò non potest nisi in casibus, & locis à iure expressis.*
15 *Pontifex solus potest loca diuidere, & Diœceses assignare, & num. 20.*
16 *Exemptionis priuilegium ad certas Ecclesias restrictum ad alias extendi non potest pro Extentione priuilegij requiruntur verba clara, & indiuidualia, num. 16.*
17 *Abbas vt possit exercere iurisdictionem in populum, & clerum secularem docere tenetur concessam sibi fuisse iurisdictionem quasi Episcopalem cum separatione territorij.*
Abbas se gerere debet tamquam Episcopus, vt habeat iurisdictionem in laicos, num. 17.
18 *Princeps laicus est prorsùs incapax iuris spiritualis.*
Princeps laicus non potest eximere Monasteria, vel Ecclesias à iurisdictione Ordinarij, num. 18.
Priuilegium Principis laici per quod lædatur, vel minuatur potestas Ordinarij est ipso iure nullum, num. 18.
19 *Confirmatio priuilegij facti à Principe laico intelligitur tantum respectu iuris temporalis, & honorifici, non autem Ecclesiastici.*
Ius temporale, & honorificum, est omninò separatum, & distinctum à spiritualitate, num. 19.
21 *Actus iurisdictionales exerciti per Abbatem in concursu cum illis ab Episcopo exercitis nihil ponunt in esse ad præiudicium eiusdem Episcopi, & num seq. vbi amplia.*
22 *Actus iurisdictionales Abbatis, vt illi suffragentur debet constare de scientia, & patientia Episcopi.*
Prælatus inferior intra fines Diœcesis Ordinarij non acquirit quasi possessionem iurisdictionis nisi sciente, & patiente Episcopo, num. 22.
23 *Extractiones factæ ab Archiuio Monasterij non probant.*
24 *Extractiones factæ ab Archiuio publico Episcopi probant etiam sine compulsoria.*
Archiuium Episcopi dicitur publicum, num. 24.
25 *Scripturæ extractæ ab Archiuio publico Episcop præualent scripturis extractis ab Archiuio priuato Monasterij, vel Archidiaconi, & supra num. 23. cum seqq.*

DECISIO CCCXL.

EXAMINATO bono iure Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Beneuentani sub die 9. Iunij 1666 conclusum fuit ipsum habere omnimodam iurisdictionem spiritualem in Oppido Sancti Georgij aduersus Abbatem Ven. Monasterij Sancti Modesti Congregationis Lateranensi prætendentem illam ibi exercere cuius resolutionis motiua ad trutinam hodiè reuocata Domini iterum approbarunt, quia iustificatur Castrum esse situatum intra fines Beneuentanæ Diœcesis, † quod operatur, vt Ordinarius habeat tam de iure communi intentionem fundatam exercendi suam iurisdictionem in omnes Ecclesias, & subditos eiusdem loci, vtpotè in suo Territorio existentes, *cap. cum personæ de priuil. in 6. cap. conquerente de offic. ordinar. Barbos. de offic. & potest. Episcop part. 3. allegat. 127. num. 23. cum alijs per* Rotam *in Tarracon. Iurisdict. 3. Iunij 1661. coram R. P. D. meo Albergato, quam Decretis Sacr. Concil. Trident. sess. 7. & 21. cap. 8. de reformat. de quibus* Rota *decis. 471. coram Coccino, & in recent. decis. 501. part. 1. & decis. 41. num. 2. part. 5.* 1

Situationis probatio concluditur ex generali præsumptione, quod omnis locus, & quælibet Ecclesia censetur in aliqua Diœcesi, † nisi doceatur habere terminum distinctum, & separatum, *can. omnes 16. quæst. 7.* Rotà *decis. 304. num. 1. part. 11. recent.* quæ iuris præsumptio, quando nullus alius concurrit Episcopus, qui prætendat locum existere in sua Diœcesi semper militat ad fauorem vicinioris, † qualis in proposito est Reuerendissimus Beneuentanus, vt dixit Rota coram Buratto *decis. 570. num. 1. & 3. & decis. 130. num. 6. part. 8. recent. & in Tolet. Iurisdict. §. concludentissimè 10. Iunij 1661. coram R. P. D. meo Taia.* 2 3

Id ipsum comprobant plures, & antiquissimæ enunciatiuæ ab anno 1535. ponderatæ in præterita decisione, quibus additur altera emissa in Breui sanct. mem. Clementis VIII. anno 1602. expedito ad instantiam Principis eiusdem loci dato in hodierno Summario Domini Archiepiscopi *num. 1.* vbi leguntur hæc formalia verba: *Nec non sex ducatos dilectis filijs Presbyteris Terræ Sancti Georgij Beneuentanæ Diœcesis parum obstante prætensione Abbatis, quod Breue non fuerit executioni demandatum,* quidquid sit de hoc hodiè solùm adducitur ad magis ostendendum situationem, † quæ per enunciatiuas iunctis alijs adminiculis probari solet, Rota *decis. 344 num. 1. & 405. num. 1. part. 1. recent. & coram* Durano *decis. 266. num. 4. & 5 & decis 120. num. 3. & 4. part. 9. recent. & admittitur in præterita decis. huius causæ, §. deducitur.* 4

Præterea colligitur situatio ex ipsis priuilegijs Summorum Pontificum Alexandri Tertij, & Cælestini, quæ

quæ cum exhibeantur ad probandam exemptionem supponunt in necessarium antecedens esse in Diœcesi non secus, ac priuatio habitum, nam priuilegium exemptionis liberat quidem à subiectione non tamen tollit
5 situationem à Territorio † cum Ecclesia exempta semper remaneat in Diœcesi, quamuis per exemptionem de ea ampliùs dici non possit, Abb *in cap. pro illorum num. 6. de præben.* Rota *decis.* 324. *num* 3. *&* 4. *&* *decis.* 491. *num* 1. *part.* 1. *recent.* Buratt. *decis.* 578. *num.* 14. *& fuit dictum in Colonien. Iurisdictionis* 4. *Iulij proximi præteriti,* §. *Situatio Ecclesiæ coram Reuerendissimo Domino meo Decano*.

Corruit etiam explicita confessio Abbatis, & Monachorum capitulariter facta per publicum Instrumentum, in quo solemniter declararunt Terram Sancti Georgij Montis Fusculi esse de Diœcesi Reuerendissimi Archiepiscopi, ipsosque in ea nullam habere iurisdi-
6 ctionem, † quæ confessio tot adminiculis in facto, & in iure suffulta emissa ab informatis superat omne genus probationis, *cap. vlt. de confess.* & per illam probari fines Diœcesis, ac nocere confitentibus, & successori-
7 bus, † ne valeant ampliùs subiectionem in dubium reuocare firmauit, Rota coram Pen. *decis.* 1052. *num.* 1. *& coram* Carillo *decis.* 126. *& in Tolet. iurisdict.* 9. *Maij* 1659. §. *Rursus coram me, & in eadem* 10. *Iunii* 1661. §. *concludentissimè coram R. P. D. meo Taia, & admittit citata decisio Colonien. iurisdict. coram Reuerendissimo Domino meo Decano,* §. *Situatio Ecclesiæ,* & hanc veritatem offuscare non potest prætextus, quod confessioni cum Abbate tres tantùm Monachi interfuerint, quia cum in Instrumento dicatur, quod Monachi ibi congregati constituebant maiorem, & saniorem partem, nec doceatur de numero Monachorum in Monasterio commorantium intrat præsumptio pro veritate, & validitate
8 actus, † qui semper fieri censetur ab eo ad quem causa faciendi spectat, Bart *in l. si pupilli,* §. 1. *vers. si verò, ff. de negot. gest.* Duran *decis* 338. *num* 12. *& in Rauennaten Collectæ* 18. *Iunii proximi præteriti,* §. *quodque Capituli coram R P D meo Bourlemont.*

Quinimò pro parte Domini Archiepiscopi exhibentur, & distinctè recensentur in eius Summario prærertiæ positionis plures actus iurisdictionales ab ipso, & eius Antecessoribus gesti ab anno 1520 vsque ad 1660. consistentes in pluribus visitationibus in cognitionibus causarum in conuocatione Synodi, in approbatione ad beneficia,
9 in solutione quartæ decimalis, † quæ omnia plurimum conferunt ad dignoscendam qualitatem locorum subiectorum, cum sint actus Episcopo solùm competentes in sua Diœcesi, per Text. *in cap.* 1 *de Religios. dom.* Rota *decis* 130. *num.* 12. *part.* 8. *recentior. & decis.* 304. *num.* 28. *part.* 11. *recent. & decis.* 310. *num.* 7. *penes* Posth, *de manut. & in dicta Toletana iurisdiction.* 9. *Maij* 1659. §. 1. *coram me.*

Neque actus prædicti, & præcipuè visitationes reddi possunt æquiuocæ ex eo, quod potuerint ab Archiepiscopo fieri iure delegato, tanquam viciniori, qui vigore Sacri Concilij Tridentini *sess.* 24 *cap* 9. *de Reformat.*
10 † potest visitare Ecclesias, quæ sunt nullius Diœcesis, quia incertitudo cessare visa fuit, tum quia fuerunt factæ cum enunciatiua, quod Beneuentanæ Diœcesis, tum quia Castrum est situm in Diœcesi Beneuentana, & visitationes incipiunt ante celebrationem Concilij,
11 nempe ab anno 1520. † & sic tributa adhuc non erat huiusmodi facultas, & nulla visitatio extendebatur extra propriam Diœcesim, vt dixit Rota *in Aquilana iurisdictionis* 30. *Martii* 1607. *coram san. mem. Innocentio X. apud* Marchesf. *de commiss. part.* 1. *fol.* 980. Vndè dicendum
12 venit fuisse visitatum ordinaria † non autem delegata facultate, vt videtur sentire, Rota *in alia Beneuentana iurisdiction.* 27. *Ianuarii* 1653. *Visitationes coram Reuerendissimo Zaiate in recent. decis* 304 *part.* 11. *confirmata* 31. *Ianuarii* 1656 *coram Reuerendissimo Domino meo Decano,* §. *Cæteri tamen impressa post* Tondut. *de pension. in ordine* 11 *num.* 8

Minùsque cadere possunt sub æquiuoco per existentiam in Ditione Beneuentana alterius Ecclesiæ Sancti Georgij, in qua possint verificari, quia obiectum remouetur ex actorum lectura præseferente illorum exercitium in Oppido Sancti Georgij de Monte Fusculo, non autem in Ecclesia prædicta valdè distanti ab Vrbe Beneuenti nuncupata d. lle Molinare, ideò † cum nulla sit
13 ambiguitas cessat omnis hæsitatio ad Text. *in l. ille, aut ille, ff. de legat.* 3 Nec æquiuocum respicit fomentum ab alia ponderatione, quod omnia loca Prouinciæ possint lato modo dici de Diœcesi Archiepiscopi, quia hoc fortasse procedere posset, quoties locus controuersus non est potiùs in propria Diœcesi, cui Archiepiscopus præest,
† vbi potest omnem suam iurisdictionem exercere, qua 14
vti non valet, nisi in casibus à iure expressis in alijs locis, & Diœcesibus suffraganeorum, *cap. Romana de sent. excommun. in* 6. *cap. pastoralis vbi gloss. de offic. Ordinar.* Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 37 Barbos *de offic. & potest. Episcop. part* 1. *tit.* 4. *num.* 2. *& seq.*

Cum igitur pateat Castrum esse intra limites Diœcesis Reuerendissimi Archiepiscopi sequitur, quod ipse possit exercere suam ordinariam iurisdictionem nisi per Abbatem doceatur de positiua exemptione per priuilegium Summi Pontificis, ad quem spectat loca diuidere, & 15
Diœceses assignare, Abb. *in cap. cum contingat num.* 18. *de for. compet.* Rota *decis.* 912. *num.* 1. *coram* Buratt. Et priuilegia Alexandri, & Celestini Summorum Pontificum solita allegari visa fuerunt non obstare, quia vt fuit animaduersum in preterita decisione sunt restricta ad Ecclesias Sanctorum Anastasij Angeli, & Nicolai facta mentione Ecclesie, & Terre Sancti Georgij, † ad quam 16
propterea extendi non possunt, cum requirantur verba priuilegij Apostolici clara, & indiuidualia, Felin. *cap. graue num.* 2. *de offic. Ordinar. & vltra relatos in prima decisione dixit* Rota *decis.* 304. *num* 4 *part.* 11 *recent. & decis.* 50. *num.* 10. *post* Tamburin. *de iure Abb. t. & coram* Royas *decis.* 414. *num.* 6. *& in Vercellen. decimarum* 15. *Ianuarii* 1646. § *priuilegium coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Hispalen. decimarum* 1. *Februarij* 1664. § *nam respondendo coram R. P. D. meo Taia*. Quinimò, vt priuilegia suffragentur ad effectum exercendi plenariam iurisdictionem in Populum, & Clericum sæculares, quidquid sit respectu suorum Monasteriorum, & degentium in eis ostendi debet per Abbatem hoc pretendentem † sibi fuisse per Papam concessam iurisdictio- 17
nem quasi Episcopalem cum separatione Territorij à Diœcesi Ordinarij, & quod ipse se gerat tanquam Episcopus, vt pluries fuit in hoc sacro Tribunali decisum, prout *in decis.* 207. *in fine part.* 2. *diuers. & in decis.* 82. *num.* 17. *coram Eminentissimo Domino Cardinali Prodatario,* & adductis concordantibus responsum fuit in *alleg. Toletana iurisdict.* §. *quoniam illud coram me.*

Non iuuantibus itaque priuilegijs supra memoratis vis aliqua fieri non potest in confirmatione Pandulphi, & Gandulphi Longobardorum Principum, nam illi tanquam Laici, & iuris spiritualis prorsùs incapaces, † 18
nec eximere à iurisdictione Ordinarij, nec aliquod priuilegium elargiri potuerunt, per quod ius, & potestas Diœcesani in aliquo quantumuis minimo minueretur, *cap. decernimus de Iudic cap sacrosan. & cap Messana de electione,* Rota *decis.* 220. *num* 8. *part.* 3 *recent. & decis.* 220. *num* 8. *part.* 9. *recent* Quapropter huiusmodi confirmatio solummodo potest referri ad ius temporale, & honorificum, † vel ad aliud quoduis omninò diuersum, 19
& separatum à spiritualitate *in cap* 4. *sub num* 6 *de Iudic.* Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 1. *num* 48. Lother *de re benefic. part.* 9. *num* 11. & ita inferri non valet ad separationem à termino, & Diœcesi Beneuenti, † quod soli 20
Pape est reseruatum, Hostien. *in cap. cum conti gat de for. compet.* & huic obiecto respondit Rota *in mox alleg. decis.* 220. *num.* 9. *&* 16 *part* 9. *recent. & in Capuana Parochialis* 15. *Februarii* 1666 §. *ne. pro subiectione coram me.*

Nihil obstantibus actibus, qui iterùm dantur ad probandam iurisdictionem Abbatis quoniam cum fuerint gesti ab eo cui ius resistit in † concursu cum illis exercitis 21
ibi per Archiepiscopum, cui ius assistit nihil ponunt inesse ad eiusdem preiudicium, Bald *in cap. querelam, num.* 7. *de elect* Posth *de manutent obseruat* 45. *num* 38. Rota *in dicta Tolet. Iurisdiction.* § *Præterea coram R P D. meo Taia*. Maximè cum non constet fuisse facta sciente, & patiente Archiepiscopo, prout omninò requiritur ad hoc, † vt Prelatus inferior intra fines Diœcesis 22
Ordinarij possit acquirere quasi possessionem iurisdictionis, Cardin. Mantic. *decis.* 40 *num.* 9. *& decis.* 197. *num.* 8. *penes* Posth *de manutent. & in Salisburgen. iurisdictionis* 22. *Maii* 1656. §. *fin. coram me*; vlteriùs visi fuerunt irreleuantes, quia scripture pro illorum iustificatione fuerunt à proprio, & priuato Archiuio Monasterij extracte, quod obiectum retorqueri non potest contra iura com-

comprobantia actus Reuerendissimi Domini Archiepiscopi cum longè dispar vrgeat ratio inter vtrumque,
23 nam actus extracti ab Archiuio Monasterij, † quia hoc est particulare, & priuatum, extrahentes sunt interessati non probant, Rota *in Senogallien. Parochialis 12. Februarii 1666 §. quo verò coram R.P.D. meo Bourlemont*. Secus est in extractis ab Archiuio Archiepiscopali per Notarium Archiuistam, seù illius successorem, qui ob id sine compulsoria, & citatione
24 Partis optimè probant, † cum Archiuium Episcopi sit publicum, Rota *decis. 667. num. 15. coram Buratto, & in Elnen. iurisdiction. 19. Iunii 1647. §. non obstat coram bon. memor. Dunozetto, & præcisè distinguit* Rota *in dicta Beneuent. Iurisdiction. 31. Ianuarii 1656. coram Reuerendissimo Domino meo Decano impress. per* Tondut. *de pension. la 16. vbi num. 10. & 11.* Vbi scripturæ Archiuij Archiepiscopi fuerunt antepositæ Iuribus Archidiaconi, quæ ab illius priuato Archiuio extracta fuerant.

Et ità standum esse in resolutis decisum fuit vtraque, &c.

REVERNDISS. P.D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Augustana Canonicatus.

Lunæ 26. Nouembris 1668.

ARGVMENTVM.

Quod quis plura Beneficia incompatibilia absque aliqua dispensatione insimul possideat, plenè & concludentar probare tenetur ille, qui sub vtraque qualitate prædictam Gratiam à Pontifice obtinuit.

Quæ quidem incompatibilitas cessat, vel quando quis solo habitu Ecclesiam Curatam possideat, vel tamquam professor Sacræ Scripturæ in aliqua Vniuersitate residere non tenetur, maximè si agatur de Beneficio adeò tenui, vt illius fructus ad substentationem minimè sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ dat exequutionem literis Apostolicis per aliam sententiam vulneratis remanet nulla.*
Via exequutiua per sententiam dicitur vulnerata, numer. 1.
2 *Sententia, quæ non reuocat sententiam contrariam nullitatis vitio laborat.*
3 *Confessio quod quis Parochialem possideat verificatur etiam si illam solo habitu retineat.*
4 *Possessio habitualis non causat incompatibilitatem.*
5 *Negatiua Summo Pontifici expressa tamquam fundamentum suæ gratiæ, & intentionis probari debet ab allegante.*
Amplia etiamsi consistat in eo quod quis possideat plura beneficia incompatibilia absque dispensatione.
Quia adhuc negatiua non secutæ dispensationis ab eodem exponente probari debet, ibidem.
6 *Dispensationis præsumptio retinendi plura beneficia inter quæ Parochialis existat, optimè intrat per vicennalem, & tricennalem possessionem.*
7 *Scripturæ Sacræ Professor in aliqua Vniuersitate excusatur à Residentia*
8 *Incompatibilitas plurium beneficiorum cessat vbi quis remanet dispensatus à Residentia.*
9 *Residere non coguntur Beneficiati, qui habent fructus adeò tenues, & propriæ substentationi non sufficientes.*
Ecclesias, & beneficia plura possidere quis potest quorum fructus sint adeò tenues, vt propriæ substentationi non sufficiant, num. 9.

DECISIO CCCXLI.

NARRATO per Viriamont, quod Osualdus duo incompatibilia possideret, nempè Canonicatum in Collegiata Augustæ, & Parochialem in Oppido Insolstadij, nulla desuper obtenta dispensatione, eumdem ipse impetrauit à Papa de anno 1665. cum verò Exequutores in literis deputati iudicassent eas sub repetitas, nullamque inter dicta beneficia intercedere incompatibilitatem, contrarium verò pronunciasset Auditor Cameræ exequutionem ijsdem literis decernendo, prodijt Commissio cum clausula *Parito*, Arbitrio Rotæ, ad cuius normam Dubio hodiè proposito Domini pro retardatione responderunt.

Moti sunt primo ex nullitate dictæ sententiæ Auditoris Cameræ nedum quia tribuit literis exequutionem non obstante, † quod per præcedentem sententiam via exequutiua vulnerata remanserit, Gonzal. *ad Regulam Cancellariæ octauam gloss. 6. n. 232. & num. 235.* Rota apud Zacchiam *de oblig. Cameral. decis. 59. n. 3.* Verùm etiam quia dicta sententia non reuocat contrariam sententiam, † prout expressè requiritur, *leg. prima C. quando prouocare non est necesse* Gabriel. *cons. 54 n. 8. lib. 1.* Rota penes Caualer. *dec. 31. 119. & decis. 164. vbique n. 1. cor.* Merlino *decis. 363. n. 1. & dec. 414 n. 2. in recent. decis. 26. n. 1. part. 7. cum aliis in Romana Cambii 28. Iunii 1639. §. deindè est nulla coram bonæ memoriæ Arguelles.* 1 2

Secundò moti sunt Domini ex iniustitia resultante tum ex eo, quod non constet de asserta incompatibilitate, quod Parochialis possideatur actu, & exercitio ab Osualdo, non autem solo habitu, † in quo verificari potest eiusdem confessio, in Summario numero secundo, iuxta *decisionem 179. n. 3. part. 2. recent.* ex quo habitualis possessio † nullam causat incompatibilitatem, vt ex textu *in cap. Pastoralis 7. qu. 1. tradit* Hostien. *in cap quia non nulli n. 5. de Clericis non residentibus* Staphileus *de literis Gratiæ cap. de qualitat. beneficior. quæ sunt curata n. 2. & 3.* Hoieda *de incompatibilitate benefic. part. 1. cap. 13. n. 10. & part. 2. cap. 6. n. 1. & 2.* & benè in puncto firmauit Rota *in allegata decis. 179. sub nu 2. & aliis adductis in Gerunden. Prioratus 14. Iunii 1645. §. hæc autem qualitas, & seqq. coram bonæ memoriæ Bichio.* 3 4

Tum ex eo quod nequaquam probatum sit Osualdum non fuisse dispensatum, † quod tamen præcisè, & concludenter probandum erat per Viriamont, qui hanc negatiuam Summo Pontifici exposuit, tamquam fundamentum suæ gratiæ, & intentionis, Paris. *cons. 138. n. 1. & cons. 162. l. 4. & de resignatione beneficiorum qu. 3. lib. 10. n. 5.* Marescott. *variar resol. lib. 2. cap. 1. n. 21.* & in præcisis terminis Rota coram san. mem. Greg. *dec. 24. n. 1. ibique* Beltramin. *n. 10.* Fortiùs verò stante longo temporis lapsu, nam quidquid sit an per Regulam de Triennali, intret eiusmodi dispensationis præsumptio, ex quo versemur contra Decreta Tridentini, certùm † est decennalem possessorem, & multò minùs vicennalem, & tricennalem, qualis est Osualdus ea omninò gaudere, vt clarè distinguendo censuit, Paris. *in dicto tractatu de resignatione beneficiorum libro tertio qu 6. n. 74.* Ricc. *in praxi fori ecclesiastici decis. 701.* in prima editione comprobatus à Barbos. *de offic. & potestate Episcopi parte tertia allegat. 62. nu. 30* & dictum fuit in eadem *Gerunden. Prioratus sub die 9. Decembr. 1644. §. & addebatur versiculo ex causa decem annorum coram ipsomet bonæ memoriæ Bichio.* 5 6

Tertio denique moti sunt ex eo, quod dum Osualdus vti professor Sacræ Scripturæ in Ingolstaldiana Vniuersitate tam ex dispositione Sacri Concilij Trident. † quam priuilegij Sixti Quarti excusabatur à residentia, indè quælibet incompatibilitas cessat, † vt in dicta *decis. 179. n. 2. & 3. parte tertia recent.* cum pluribus adductis *in Ariminen. Parochialis 10 Martii 1659 §. quodque magis coram me.* Præsertim verò dum fructus Augustani Canonicatus sunt admodum tenues, & insufficientes ad substentationem, † iuxta textum *in capitulo eam te de ætate, & qualitate vbi gloss. in verbo tenues, ibique* Barbosa, *qui cæteros colligit sub num. 7.* & latè comprobat Hoieda *dicto tractatu de incompatibilitate beneficiorum parte secunda capite quinto numero primo cum pluribus sequentibus.* 7 8 9

Ex quibus intrare arbitrium pro retardatione, vt supra responsum fuit vtraque parte Informante, &c.

RE-

REVERNDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Ariminen. Manutentionis.

Mercurij 28. Nouembris 1668.

ARGVMENTVM.

Remissoria in hac Decisione denuò acerrime impugnata, hic pariter iteratè conceditur, simulatque reijcitur illa suspicio calumniæ, quæ ad remissoriam impugnandam plerumque adducitur. Cumque sola possibilitas, quod probationes facere possint ad causam, in hac materia sufficiat, vlterior releuantia, seu magis rigorosa discussio earumdem probationum ad decisionem ipsius causæ refertur.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas præbet legitimum impedimentum prosecutioni causæ.*
Remissoria etiam quod post lapsum longi temporis fuerit petita, ob paupertatem tamen conceditur, numer. 1.
2 *Calumniæ suspicio in Petente remissoriam excluditur si ille non possidet, & num. seq.*
3 *Calumniæ præsumptio resultat in Reo, & Possessore ad magis se confouendum in possessione, magisque protrahendum rei controuersæ restitutionem.*
4 *Remissoriam petens etiam post longum temporis interuallum, non præsumitur illam calumniosè petere, si excusabili impedimento fuit detentus, & supra num. 1. cum seq.*
5 *Calumniæ sola præsumptio non sufficit pro remissoria deneganda.*
6 *Læsio excluditur ex oblatione facta per Emptorem de dimittendo rem subhastatam sibi pretio restituto.*
7 *Manutentionis iudicium quando per lapsum temporis remaneat præscriptum.*
8 *Possessio ciuilis amittitur per cursum decennij.*
Possessio ciuilis data scientia primi possessoris amittitur minori spatio decennij, num. 8.
9 *Oblatio mera extraiudicialis non suffragatur.*
10 *Possessio ciuilis non præscribitur per decennium data enormissima læsione.*
11 *Possessio ciuilis an amittatur, vel ne per spatium decennij data enormissima læsione Rota in præsenti decisione non determinat.*
Remissoriam ad concedendam sufficit sola dubietas articulorum, num. 11.
12 *Articuli semper admittuntur quando est dubium an illi sint admittendi, vel ne.*
13 *Articulos sufficit quomodolibet facere ad causam ad hoc, vt illi admittantur.*
Articulorum releuantia rigorosè discutienda non est, num. 13.
14 *Causæ præuentiuè decidendæ non sunt ante factas probationes.*
15 *Releuantia concludens probationem ad definitionem negocij principalis referenda est.*
16 *Probationes, vt prætenditur inutiles actorem facere posse, Reo & possessori nihil, vel parum deperit.*
Probationes ex sola possibilitate, quod possint facere ad causam, vel denegandæ non sunt, minus etiam angustiandæ, num. 15.

DECISIO CCCXLII.

PRO remissoria iterum responderunt Domini non obstantibus pluribus omnibus pro parte Ghini, ac litis Consortium longa serie deductis.

Quatenùs enim Articuli superindè arguebantur de calumnia ex lapsu quindecim annorum à die resolutionis in Rota, & causæ non prosecutæ, † ea visa fuit 1 excludi ob legitimum impedimentum paupertatis videlicet Mastini ad tradita per Valascum *de priuilegiis pauperum quæst. 30. & 31. vtrobique numero primo* Giurba *decis. 18. num. 2. & 16.* Gratian. *decis. 34. per totam cum alijs deductis in recentior. decis. 8. num. 3. & seqq. parte 10.*

Nec non ex eo quod ipse Mastinus non possidet, † Rota coram Buratto *decis. 816. num. 3. & coram* Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono *decis. 119. num. 14.* 2
Indè enim regulariter elici solet calumnia pro denegatione remissoriæ ex † quo Reus eam petit ad magis se confouendum in possessione, & ad magis protrahendam rei controuersæ restitutionem, Rota *in recent. decis. 252. nu. 15. part. 9. & in An. onitana fideicommissi 17. Iunij 1663. §. calumnia coram Reuerendissimo Domino Gerunden.* Quodque ob lapsum temporis non intret † calumnia stante excusabili impedimento fuit dictum *in Florentina Oratorij 17. Iunij 1663. § de calumnia coram Reuerendissimo Domino meo Vicecomite*. Licet in omnem casum nec huiusmodi calumniæ præsumptio, satis † sit pro remissoria deneganda, iuxta *decis.* Ægidij *629. in recent. decis. 578. num. 2. part. 2. coram san. mem. Greg. decis. 191. num. 5. & decis. 523 num. 2. vbi addentes, & ad decis 81. vbi alias resolutiones refert, sub num. 6.* 3 4 5

Quatenùs verò arguebantur de irreleuantia Tum ex oblatione facta per Emptorem † de dimittendo rem subhastatam sibi pretio restituto, ad Rotam *decis. 211. apud* Posthium *de subhastatione num. 19.* Tum potissimè ex dicto lapsu temporis per quod Iudicium hoc manutentionis † præscriptum remanserit ad tradita per Bartol. *in l si ue possideris num. 8 C. de probation. in recent. decis. 774. num. 2. & num. 3. part. 3 & decis. 365. num. 12. part. 5* ex ea ratione quia Ciuilis possessio in qua fundari posset prætentio manutentionis per decennij lapsum amissa fuerit, † imò etiam minori tempore data scientia primi possessoris, vt penes Posthium *de manutent. decis. 129. num. 1. & decis. 198. per totam.* 6 7 8

Iterùm responsum fuit, quoad oblationem eam suffragari non posse, † dum fuit merè extraiudicialis, Negusantius *de pignoribus part. 2. membr. 2. partis quintæ princ. palis num. 12 & num. 13* Barbos. *in l si mora sub num 48. ff. solut. matrimonio cum pluribus alijs relatis per* Merlinum *de pignoribus, & hypothec. lib. 4. titul. 2. quæst. 38. num. 14. 15. & 16.* Quo verò ad manutentionem eam non censeri præscriptam † data enormissima læsione quam intendit probare Mastinus, iuxta distinctionem de qua Fontanell. *decis. 6. num 2. & 3.* Posthius *de subhastation. inspection. 58. nu. 1.* Donatus Antonius *de Marinis resolut. 153. num. 7.* quam tamen probare nec reprobare voluerunt Domini † sola Articuli dubietate contenti ad effectum de quo agitur, vt *decis. 25. alias 645. de testibus in Antiquis*, vbi quod Rota consueuit admittere articulos, † quando est dubium, an debeant admitti, *in recent. decis. 720. num. 3. part. 2 coram* Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono *decis. 83. num 12. 13 & 14 & dicta decis. 119. num. 9. cum tribus sequentibus*, vbi quod sufficit articulos quomodolibet facere ad causam, & † quod non est rigorosè discutienda illorum releuantia, coram Buratt. *decis. 28. num 3 & decis. 656 num. 5. coram* Coccin *decis. 20. num. 4.* & tradit Ridolphin. *in praxi part. 1. cap 12. num 130.* ne alias ordinem præposterari contingat præuentiuè decidendi causas † ante factas probationes, Eminentissimus Otthobonus *dicta decis. 83. num. 12. cum duobus sequentibus Mantuana bonorum 17. Februarij 1653 §. generaliter coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, vbi quod concludens releuantia † ad diffinitionem negocij principalis post completas probationes refertur, Corduben. *decimarum 21. Maij 1664 § releuantia, & § quæ tamen coram Domino meo Priolo, cum aliis in Callien. Prioratus 23. Iunii eiusdem anni coram me.* 9 10 11 12 13 14 15

Vrgetque semper motiuum, quod nihil deperit possessori, quod Actor faciat huiusmodi, vt prætenditur inutiles probationes; † quæ tamen ex sola possibilitate, quod possint facere ad causam non sunt denegandæ, aut quoquomodo coangustiandæ, *dicta decis. 720. num 2. part 2. recent. idem* Eminentissimus Otthobonus *dicta decis. 119. num. 12. & 13.* 16

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Neapolitana pecuniaria.

Lunæ 3. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Quoniam ex assignationibus à Debitore Creditori factis, altera liberat Debitorem, altera verò simplicem cessionem, seu mandatum ad exigendum importat. Ideò qualis hæc vtraque iudicanda sit remanet in præsenti decisione declaratum ad differentiam pignoris atque etiam in solutum dationis.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio*
2 *Assignatio Creditori facta per viam simplicis cessionis, dicitur sonare in pignus, siue mandatum ad exigendum.*
Cessio simplex non extinguit debitum nisi in quantum solutio, seu exactio sequuta fuerit, num. 2.
3 *Compensatio, seu datio in solutum eo ipso vim solutionis habent, & liberant Debitorem, & numero 5.*
4 *Acquirere quis non prohibetur pro alio de pecunia propria, & num. 6.*
5 *Compensatio species solutionis esse dicitur, & supra num. 3.*
6 *Dominium per emptionem transfertur, & numero 9.*
7 *Partitæ si sunt inter se diuersæ, nihil potest inferri de vna ad aliam.*
8 *Relationis ea est natura, vt cui verba conueniunt, eidem verba referenda sint*
9 *Emptio cum fieri possit à Debitore ad fauorem sui Creditoris, ea facta, eidem Creditori dicitur acquisitum dominium, & supra num. 4. & 6.*
10 *Soluti o refertur ad causam expressam non autem ad aliam.*
11 *Societas oritur ex communicatione lucrorum.*

DECISIO CCCXLIII.

IN duabus decisionibus editis coram me diebus 29. Aprilis 1667. & 24. Februarij præteriti Vincentius Vellutus constituebatur debitor in tribus partitis scutorum 42000. auri Marcharum, seu vnciarum auri 25000. seu scutorum monetæ 64000., sed hodiè detecta noua facie circumstantiarum facti fauore liberationis dicti Velluti Domini recesserunt à decisis.

Et re vera in hac noua facie ostendebantur dictum Vellutum fuisse quidem debitorem præfatæ summæ, sed deindè liberationem consequutum esse per inter-
1 uentum solutionis, quæ † quamlibet illius obligationem aboleuit, *l. solutione, ff. de solut. l. soluendo, ff. negot. gest. & institut. quibus mod. tollit. obligat.* Rota *decis.* 566. *num. 2. part. 2. & decis. 65. num 2. part. 10. recent.*

Nec ampliùs dictæ solutioni obstare visum est præcipuum decisionum fundamentum, quod assignatio effectum Regiæ Cameræ Siciliæ dationem in solutum non importet, sed tantummodo securitatem, cautelam, seu mandatum ad exigendum ex pluribus argumentis in decisionibus ponderatis.

Quoniam nouæ circumstantiæ in facto animaduersæ demonstrabant effectus Regiæ Cameræ Siciliæ ad Creditores Cambij scutorum 240. mil. deuenisse partim per assignationem, seu cessionem simplicem, quæ sonant in pignus, siue mandatum ad exigendum solutionis
2 gratia, † & non extinguunt debitum nisi inquantum solutio, seu exactio sequuta fuerit, iuxta *glos. in l. legaui in glos. magna ad fin. ff. libert. legat.* Alexand *in l. si cum emptione num. 4 post med. ff. de pact.* Gratian. *discept.* 356. *per tot.* Rota penes Merlin. *de pignoribus decis.* 146. *num* 6. *& decis.* 150. *num.* 1. *& coram* Royas *decis.* 362. *num.* 8. & partim per compensationem, seu dationem in solutum, † quæ eo ipso loco solutionis habentur, & libera nt debitorem, *l. si mandato meo, §. quod mihi debebat, ff. mandat. l. pupilli 96. §. soror, ff. de solut. l. delegare, ff. de nouat* Rota *decis.* 388. *num.* 19 *part.* 1. *recent. & coram* Buratto *decis.* 366. *num.* 16. *&* 27. 3

Pars autem assignata pro securitate, & hypotheca respicit illos effectus datos conditionibus, ac modis perpensis in decisionibus sub ijs verbis, *Girandoli sempre detto Malagouelli, e Compagni quelli crediti, & effetti, &c. con le cautele bene viste, &c.* & alijs clausulis eumdem sensum habentibus, ex qua assignatione habitæ fuerunt à Creditoribus Cambij vnciæ 7881. vt in eorum calculo.

Pars verò per compensationem, seu dationem in solutum beneficio Creditorum, ac eorum dominio acquisita consistit in duabus partitis altera vnciarum 17990. in Summario impresso num 5. lit. D. ibi: *Et in primo luogo al Conto à parte Cambio delli scudi* 340. *mil. vanno fatte bone l'oncie* 17990. *&c. per il prezzo oncie* 1799. *di annuetande, &c.* altera vnciarum 8800. sigilli Chartarum lusoriarum dicto Summario impresso numero 5. liter. E., quæ duæ partitæ emptæ de pecunijs Sociorum nomine Creditorum Cambij, quod benè potuit fieri de Iure permittente † acquisitionem pro alio de p cunia 4 propria, *l. mancipia ibique* Bald. *& alii, Cod. si quis alter, vel sibi,* Rota *decis.* 187. *num.* 5 *coram* Greg. meritò possunt dici datæ in solutum, quia compensatio, † ibi, 5 *vanno fatte buone*, est species solutionis, *l. si debitor, ff. qui pot. in pign. hab.* Rota *in recent. decis.* 511. *num.* 6. *part.* 2. *decis.* 494. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 114. *num.* 6 *part.* 10. & dominium translatum est per emptionem † ad dictos Creditores Rota *decis.* 16. *num.* 12. *part.* 11. *recent.* 6

Cumque partitæ assignatæ Creditoribus sunt ita inter se diuersæ, & propterea † nihil inferri valeat de vna ad 7 aliam, *l. Papinianus, §. Exuli vers. quid enim commune, ff. de minoribus,* Rota *decis.* 346. *num.* 25. *part.* 9. *recent.* Hinc fit, vt verba ponderata in decisionibus pro excludenda datione in solutum referri debeant ad partem effectuum assignatam in pignus, & hypothecam, quibus † conueniunt ex natura relationis, Rota coram Greg. 8 *decis.* 433. *num.* 9. *in Vrbinaten. Canonicatus* 25. *Iunii* 1655. *§. neque refragatur vers. quod tantò magis coram Reuerendissimo Papien. & in Bononien. separationis bonorum* 5. *Iunii* 1662. *§. non obstat coram bon. memor. Verospio.* Non autem ad alias duas partitas vnciarum 17990. & 8800. Creditoribus acquisitas per emptionem, † cuius 9 proprietas est transferre dominium, *l. cum manu fata, §. fin. ff. de contrahend. emption.* Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3 *num.* 19. Rota *decis.* 128. *num.* 8. *& seqq. part.* 8. *recent.* quod sanè repugnat qualitatibus pignoris, & hypothecæ.

Præterea solutio præfata in vncijs 17990. & 8800. non debet cedere in propria debita Malagouelli alterius ex socijs, licèt anteriora, sed in extinctionem Cambij vtrique socio communis, prout expressè declaratur, ibi: *Conto à parte Cambio delli scudi* 340. *mil. vanno fatto buone, &c.* dicto Summario impresso numero 5. liter. D. solutio enim ad causam expressam, † & non ad 10 aliam est referenda, *lib.* 1. *ff. de solut.* Roman. *cons.* 96 *sub num.* 2. Aym. *consil.* 158. *num.* 16. Decian. *cons.* 60. *num.* 20. *lib.* 2. Rota *decis.* 439. *num.* 39. *part.* 9. *& decis.* 128. *num.* 5. *part.* 10. *recent.*

Nil mouente obiectione, quod Vellutus solummodò præstitisset nudum nomen in dicto Cambio scut 340. mil., vt in decisionibus supponebatur. Quia hodiè verius comprobatum est in facto socium fuisse propriè, dum Malagonnellus Consocius ei promisit soluere scuta 20000. pro parte lucrorum, quæ prætendere posset in Cambijs simul inuicem gestis, vt in Instrumento dato Summario Velluti numero 3. Ex qua proinde lucrorum communicatione oritur † Societatis probatio, 11 *l. cum duobus, §. duo erant argentarii, l. si non fuerit, ff. pro soc.* Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 4. Rota *in recent. decis.* 304 *num.* 11. *part.* 2. *& decis.* 126. *num.* 6. *part.* 8.

Ex quibus omnibus, vt supra firmatis sequitur peruenisse ad manus Creditorum per viam compensationis, seu dationis in solutum vncias 17990. ex annuis tandis vncias 8800 ex sigillo Chartarum lusoriarum, & per viam exactionis ab effectibus assignatis in pignus, & hypothecam solutionis vncias 7881. Quæ simul vnitæ constituunt vncias in totum 34671., de qua sum-

summa demptis vncijs 17990. pro extinguendo debito communi scutorum 30240. contracto à Velluto occasione dicti Cambij scutorum 340. mil. quodque de pecunijs communibus est extinguendum, residuum est vnciarum 16681. cuius dimidium in vncijs 8340. pro portione obtingente Velluto abundè superat alia duo debita Velluti propria hoc est vnciarum 4. mil. Ciuitatis Panormi, & aliarum vnciarum 3600. alterius Cambij in totum ascendentia ad vncias 7600. vt in decisionibus. Et consequenter iuxtà expositam hodiè facti speciem Domini censuerunt tria debita ipsius Velluti vnciarum 25000. summam reddentia remansisse extincta.

Et ita vtraque, &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem R. P. D. Bourlemont sub die 15. Decembris 1670. in sequenti, vt speramus volumine apponenda.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Fideicommissi de Monterentijs.

Lunæ 3. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Subsidiarum priuilegium vulgatæ *auth. res quæ Cod. communia de legatis* consequendi dotem ex bonis fideicommissi plerumque commensuratur à quantitate legitimæ, & vbi agitur de muliere cum eadem dote commodè nupta, non potest prætextu nobilitatis augeri, eiusdemque ratione totum fideicommissum euerti.

SVMMARIVM.

1 *Dotis subsidiaria taxatio communiter commensuratur à portione legitimæ.*

2 *Dotis augumentum, seu supplementum ipsum quoque taxatur secundum portionem legitimæ.*

Augumentum Dotis, eiusque supplementum procedunt à pari cum ipsa Dote, num. 2.

Augumentum dotis pars dotis esse dicitur, num. 2.

3 *Dos de bonis fideicommissi non potest constitui ad libitum Constituentis, sed solùm arbitrio Iudicis iuxta qualitates personarum, & temporum, ac virium hæreditatis.*

4 *Dos ita arbitrari debet, vt non sit minor legitima.*

5 *Bona fideicommissi quando, & quomodo omnia possunt. in dotem dari si Puella aliter nubere non valeret.*

6 *Dos in bonis fideicommissi arbitrio effrenato constitui non potest.*

Fideicommissum totum per constitutionem dotis euerti non debet, num. 6. & 7.

Mulier commodè nupta cum bonis fideicommissi, petendo supplementum non potest totum fideicommissum euertere, num. 6.

7 *Fideicommissum totum in fraudem Substitutorum dilapidari non debet.*

DECISIO CCCXLIV.

AD instantiam Paulæ, & Ceciliæ de Monterentijs supplementum congruæ dotis super auito fideicommisso ex remedio subsidiario † *authentic. res quæ Cod. commun. de legatis* petitum est coram R. P. D. meo Taia, illisque assignatum vsque ad libras bis mille pro singulis, vt in sententia prolatum est.
1

Deindè causa per appellationem mihi commissa Domini prætermittentes lapsa esse fatalia, & propositum hodiè dubium, an sit procedendum ad viteriorem legitimam exequutionem, esse improprium, cum potiùs debuisset concipi sub hac forma an constet de re iudicata ex æquo, & bono iudicarunt sententiam esse reformandam iuxta modum sequentem.

Quod nempè dixit Rota coram R. P. D. meo Taia sub die 6.* Martij 1665. dictæ mulieres de Monterentijs iam à bonis fideicommissis consequutas esse libras 3. mil. pro qualibet, & pro concordia partium, ac pro dotis arbitrio adhuc solui debere cuilibet summam librarum 2. mil. *vt in §. fin. dictæ decisionis.*

Sed in hodierno Causæ examine compertum est prædium quod ex fideicommisso remanet æstimatum esse à Peritis libr. 15. mil. *Summario* illarum de Monterentijs *num. 2.* quibus addita summa librarum 2. mil. à dictis mulieribus de bonis fideicommissarijs recepta, vt in *dicta decis. R. P. D. mei Taiæ*, supponitur constituitur valor totius fideicommissi in libr. 21. mil. qua propter Domini censuerunt sententiam esse reformandam, & dandam esse tantummodò dictis mulieribus summam librarum mille, quę vna cum libr. 6. mil. iam receptis constituunt supplementum dotis in libris 7. mil. ad rationem legitimę, quę pro ambabus esset triens totius assis fideicommissi ascendentis in libris 21. mil qui modus vti in taxanda dote subsidiaria communiter receptus est, *authentic. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles.* Bald. *cons. 67. num. 3. lib. 1. & cons. 323. num. 3 lib. 3.* Paul. Castr. *cons. 362. num. 1. lib. 2.* Salic. *in authentic. res, quæ Cod. commu. de legat.* Alexand. *cons 69. num. 2. lib 1. & cons. 7 num. 6. cum seqq. lib 2. & cons. 83. num 1. & 2 lib. 4.* Corn. *cons. 48. num. 23. cum seqq. lib. 1. & cons. 162. num 14 libr 2. & cons. 290. num. 14 libr. 3.* Dec. *cons. 276. num. 2.* simili quoque ratione vigere debet in augumento dotis, † seu supplemento cum à pari procedant dos, & eius augumentum, imò ipsum augumentum pars dotis est, *l. inter Socerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal.* Cyn. *in l. si constituta, Cod. de donat. ante nupt.* Seraphin. *decis. 666. num. 2.* 2

Nec obstat, quod frater dictarum Mulierum de Monterentijs ipsas dotauerit in libr. 6. mil. & quod Sebastianus Senior mandauerit dotem constitui fœminis descendentibus arbitrio boni Viri, quodque Bononię sex mille librę etiam inter Personas mediocris conditionis in dotem dari consueuerint. Quoniam vltra quod Testator ordinauit, quod si fœminę de legitimo matrimonio ortę, & earum descendentes erunt dotandæ, dotari debeant arbitrio boni Viri, & secundum vires hæreditatis dicto *Summario num.* 3. dicta dos subsidiaria non potest constitui in bonis fideicommissi ad libitum Constituentis, † sed illud relinquitur arbitrio Iudicis faciendum inspecta qualitate personarum, & temporum, atque habita ratione virium hæreditatis per tradita à Bart. *in authentic res quæ num. 1. ibique* Curt. Iun. *num. 10.* Tiraquell. *in l. si vnquam in verbo omnia num. 31. Cod. de reuocand. donat.* Paris. *cons. 63. col. vlt. lib. 2.* Dec *cons. 15. quasi per tot lib. 2* Menoch. *cons. 247. num. 3. 6. & 13. cum seqq.* Thesaur. *decis pedem decis. 192 num. 1. cum pluribus cumulatis apud* Fusar *de substitut. quæst 531. num. 163* Rota *decis. 131. num. 11 part. 4. diuers. quæ est apud* Mantic. *decis. 329 & in Verulana bonorum 23. Iunii 1666. §. in casu autem, & §. non obstat coram R. P. D. meo Priolo.* Hinc taxatio dotis subsidiariæ in præsenti casu facta per Dominos ad rationem tertiæ partis fideicommissi æquissimo plena est arbitrio, cum Vir bonus debeat talem dotem arbitrari, quæ † non sit minor legitima, vt magis communiter receptum est, *authentic. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles.* & ita probauit Bald. *in. cons 67. num. 3. lib. 1. & cons. 323 num. 3. lib. 3. &* Paul. Castr *in cons. 362. num. 1. lib. 1.* Salicet. *in authentic. res, quæ num 1. Cod. commun. de leg. cum aliis in dicta decis. 329. num 6. coram* Mantic.
3
4

Nec applicari visum est Dominis, quod in *dicta decis. 329. coram* Mantic subiungitur sub *num.* 7. omnia bona fideicommissi per tale arbitrium posse dari in dotem si aliter Puella honesta nubere non valeret, † quia dictæ mulieres de Monterentijs sunt iam nuptæ, sibique gratam, ac beneuisam conditionis sortem elegerunt, † ideoque omninò abstinendum est ab effrenato arbitrio, quod fideicommissum interuerteret per text. *in l. Titius rogatus, ibi : Si non interuertendi fideicommissi gratia tale aliquid factum probetur, ff. ad Trebell.* illudque in fraudem substitutorum † dilapidaret, vt notat Paul. de Castr. *in l. Titius rogatus num. 1. in fin. ff. ad Trebell.* Natt. *cons. 115. num. 8. cum allegat. in dicta decis. 131. num. 10 part 4. diuers.* 5 6 7

Et ità vtraque, &c.

REVE-

REVERENDISSIMO
D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 3. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Creditum, quod per scripturam à debitore conscriptam plenè probatur, remanet etiam verificatum ex computis de ordine, & mandato ipsius debitoris extractis, quibus cum obijcerentur confessiones eiusdem Creditoris super alijs creditis Debitoris, illas non obstare concluditur, quia ex testamento, & epistolis simplicitèr deducebantur, quorum proindè natura ad hunc effectum examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura propria manu debitoris conscripta, & pronunciata pro recognita plenè probat.*
2 *Scriptura priuata ab ipsomet debitore conscripta etiam sine die, mense, & anno probat creditum.*
3 *Computum exaratum de ordine, & mandato debitoris plenam facit probationem.*
4 *Scriptura vna suppletur, & declaratur ab altera.*
Singula, quæ non prosunt simul vnita iuuat, num. 4.
5 *Testis vnicus, præsertim nobilis iunctis adminiculis plenè probat.*
6 *Adminicula, quibus vnico Testi credatur, arbitrio Iudicis remittuntur.*
7 *Scriptura exarata, ac etiam computa de ordine, & mandato alicuius à viro probo, & fide digno iunctis adminiculis plenè probant.*
Alexander vocatur Pater veritatis, num. 7.
8 *Testis vnicus de facto proprio, & multiplicitèr adminiculatus plenè probat.*
9 *Testi de facto proprio deponenti eo magis creditur, quando depositio non vertitur in illius commodum.*
10 *Confessio debiti facta in vltima voluntate non probat debitum, nisi facta sit cum iuramento per viam contractus parte præsente, & acceptante.*
Confessio debiti facta in testamento potest quemadmodum, & ipsum testamentum reuocari, & quando num. 10. & 11.
11 *Confessio certæ summæ facta in testamento non valet nisi tamquam legatum, & ideò potest reuocari, & supra numer. 10. vbi vide, & num. 13.*
12 *Verba sunt intelligenda secundum naturam actus.*
Testator testamentum condere volens non est credendum, quod voluerit confiteri animo se obligandi vltrà naturam vltimæ voluntatis, num 12.
14 *Epistola scripta verbis imp æcatorijs, non autem placato, & deliberato animo non probat debitum, nec obligat confitentem.*
Epistola vt obliget confitentem necessè est eam ex proposito, & deliberato animo fuisse conscriptam, clareque, & explicitè continere promissionem eius, quod petitur, num. 14
15 *Confessio debiti non oritur ex epistola Creditori responsiua,* che per il detto di V.S. io ero suo debitore.
16 *Epistola scripta absque animo contrahendi obligationem non probat debitum.*
17 *Epistolæ continentes, quod aliquis dixerit se debitorem alicuius, non probant talem esse verè debitorem.*
18 *Probatio vbi consistit in tempore, tempus præcisè probandum est.*
19 *Calculus à Debitore Creditori transmissum plenè probat illius debitum.*
20 *Solidatio computorum, & calculus rectè probant veritatem, & existentiam crediti.*
21 *Calculus factus per verbum, seù vocabulum,* Ristretto, *importat reliquatum.*
22 *Partitis iudicio Mercatorum approbatis semper magis Rota deferre consueuit.*
23 *Creditor administrans bona Debitoris de illius effectibus sibi satisfecisse præsumitur.*
24 *Creditor præsumitur fecisse quod quilibet bonus Paterfamilias faceret.*
Creditor non præsumitur tàm supinus, & negligens quod sibi non soluerit, si penes se bona sui debitoris habuit, num. 24.
25 *Creditor dicitur culpabilis, si sibi satisfacere potuit ex bonis debitoris penès eum existentibus, & non satisfecit.*
26 *Exhibere recusans libros, vel scripturas habet præsumptionem contra se.*
27 *Res iudicata non retardatur per exceptiones turbidas Mandatum executiuum in vim rei iudicatæ non impediunt, neque retardant exceptiones turbidæ, num. 27.*
Creditoris prætentiones eo magis redduntur turbidæ, si contra illas sententia pronunciata est, num. 28.

DECISIO CCCXLV.

EXIGEBAT à multis annis q. Nicolaus Spinula Pensiones, ac redditus in districtu Ianuesi ad Hieronymum Bardum spectantes, cum de anno 1662. paulò ante ipsius mortem transmisit eidem Bardo duas notulas, seù listas consimiles, in quibus idem Spinula apparuit Debitor quantitatis exactè in summa scutorum 1203.27. pro quibus cum actum fuisset coram A.C. iuxtà eius facultates executiuè procedente, obtentaque, ac consumpta executione aduersus Thomam Spinulam illius Nepotem, & heredem, dedi dubium de ordine Dominorum meorum, An constaret de re iudicata, affirmatiuè resolutum.

Siquidem creditum Bardi, in quo fundatur mandatum A. C. & iustitia rei iudicatę probatur nedùm ex notula manu propria Nicolai Spinulę conscripta, † & pronunciata pro recognita, ad tradita per Ridolph. *in praxi part. 1. cap. 2. nu. 211.* licet sine die, † mense, & anno, vt post Gratian. *discept. 951. num. 1. & seqq.* Seraph. *decis. 373. num. 4. & 5.* dixit in puncto Rota apud Carrill. *decis. 90. num. 8. & seqq.* Sed etiam ex consimili lista, seù computo per Sebastianum Serram exarata de ordine, & mandato ipsiusmet Spinulę *Summ. num. 2.* † Quod quidem plenam probationem constituit, ad tradita in puncto per Decian. *resp. 108 num. 18. lib. 1.* cum alijs infrà allegandis, non releuante quod in prima notula, seù ista non fuerit expressè nominatus Bardus, in secunda verò aliundè non constet de ordine Spinulę, quam ex ipsomet Serra scribente, quia primum cessat ipso, quod partitę loquuntur de exactionibus ad alium non spectantibus, quàm ad ipsum Bardum, secundum verò remouetur tùm ex ipsamet lista, seù notula de proprio pugno Nicolai conscripta, omninò cum ipsa concordante, vna enim aliam coadiuuat, † & quæ non prosunt singula, iuncta iuuant, vt inquit Bartol. *in l. 1. §. idem Cornelio num. 3 ff. de quæst.* 1 2 3 4

Tum verò ex attestationibus duorum Virorum plenè de huiusmodi re informatorum, vtpotè qui negotia eiusdem Spinulæ continuò ministrabant: Primus enim nempè Abbas Pellerius deponit. *Che vertendo differenza di conti trà il Sig. D. Girolamo Bardi, e la bona memoria del Sig. Nicolò Spinola, mi diede vna lista di sua mano de denari essati à conto di detto Sig. Bardi, quale gli portai,* subdens, *parimente attesto qualmente d'ordine del medemo Signor Nicolò portai altra lista consimile de conti scritta parimente d'ordine dall'Illustriss. Sig. Sebastiano Dionisio Serra.* Alter verò scilicet Marcus Antonius Buggius testatur. *Che detto Sig. Nicolò Spinola trà l'altre cose gli disse, che voleua saldare ogni conto col Sig. Bardi, e che à questo effetto gl' haueua mandato due conti vno di mano sua, e l'altro di mano del Sig. Serra,* dicto Summ. Bardi num. 7.

Dubium autem non est, concurrentibus adminiculis etiam simplici Testi, † præsertim Nobili, integram fidem præstari, vt in præcisis terminis limitando contrariam regulam, tradit Genua *de scriptura priuata lib. 2. tit. de apoc. manu tertij conscripta num. 37. 38.* vbi adminicula † qualia esse debeant Iudicis arbitrio relinquit, *& num.* 94 in specie quando vir bonus fide dignus & Amicus scripturam exarauit, vt absque dubio indè resultet plena probatio, † idque etiam in fortioribus, quando mandans id posteà negaret, sicque respondisse Patrem veritatis, vt ipse vocat Alexandrum *in cons. 113. volum. 2.* & tradiderunt Dec. *cons. 110. num 2. vers. tamen in his, quæ verisimilia sunt, & cons 650. num 9. & 10. vers. quia vnus scripsit quinternetum de commissione,* Mandel. *cons. 660 per tot. lib. 4.* Rota *decis. 1368. num. 4. coram* Seraph. benè *in Feretrana Matrimonij* 5 6 7

trimonij coram Gypsio post secundum volum. cons. Farinac.
decis. 5. num. 2 & firmatum fuit in Romana Pecuniaria 3.
Nouembris 1655. §. neque releuet coram Reuerendiss. Papien.
eli, & quidem optima ratione, quia cum Serra circa ordi-
8 nem sibi datum de proprio facto deponat, † & multiplici-
tèr sit adminiculatus, plenam omninò probationem con-
stituit, Bartolus in dicta l. §. Idem Cornelio num. 3. ff. de quæst.
Crauett cons. 35. num. 6. vers. & licet ipse Testis, Soccin. Iun.
cons. 62. num. 6. lib. 1. Decian. respons. 42. num. 28. lib. 5. Meno-
ch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 99. num. 17. Innumeros refert Fa-
rin qu. 63. num. 221. & dixit Rota coram Mantic. decis. 325.
9 num. 4. vbi quod Testi in facto proprio deponenti † credi-
tur, maximè quando non vertitur in ipsius commodum,
coram Gregor. decis. 247. num 6. in recent. decis. 257. num. 12.
part. 7. coram Eminentiss. Celso, decis. 340. num. 3. cum alijs in
Romana Societatis 23. Martij 1667. §. Societas etiam, coram
Reuerendiss. D. Varesio, Vrbis Gubernatore confirmata sub
die 24. Februarij præsentis anni §. Primo.

Nec visa sunt obstare prætensa credita Spinulæ, in quibus magnam vim faciebant informantes, deducta siue ex confessione, vt prætenditur in Testamento Bardi emissa, siue ex eius Epistola in dicto Summ. num. 20. siue demùm ex Testium depositionibus.

Nam quoad assertam confessionem in Testamento,
vltrà quod illa est vaga, generalis, & nihil concludens, ibi:
Che si debbano fare li conti col Sign. Nicolò Spinola di tutto
quello, che hà riscosso di esso Testatore da suoi Debitori per
compensarlo al medemo. Certum est confessionem emis-
sam in vltima voluntate, non probare debitum contra
10 confitentem, † nisi facta sit cum iuramento, & emana-
uerit per viam contractus parte præsente, & acceptante,
sed posse quemadmodum, & ipsum Testamentum re-
uocari, Textus est expressus in l. Lucius 9. §. quisquis mihi
ff. de leg. 2. in l. cum quis decedens 37 §. codicillis ff. de leg. 3.
in l. Aurelius, §. fuit ff. de liber. legat. & in authent. quod ob-
tinet. C. de probat. Bart. in d. l. Lucius §. quisquis mihi sub nu.
2. & in d. l. cum quis decedens §. Codicillis sub num. 4 & seqq.
Alex. cons. 153. num. 18. lib. 2. vbi quod confessio certæ sum-
mæ facta in testamento non valet nisi tamquam lega-
11 tum, † & quod ideò potest reuocari, Bero. cons. 15. num. 20.
lib. 3. Surd cons. 169. per totum in secundo, Guttierez. pract.
quæst. lib. 5. qu. 57. num. 3. & seqq tractata de iuramen. confir-
mat. part. 2. cap. 6. num. 5. vbi refutat Rebuff. contrarium
sentientem, Vasquez. de success. creat. lib. 1. §. 9. nu. 30. Me-
noch cons. 39. num 47. & seqq. Marescott. var. resolut. lib. 1.
cap. 48 num. 7. vbi reddit rationem, scilicèt quia verba sunt
intelligenda secundum naturam actus, ad quem Testator
12 se parauit, † vndè cum destinauerit Testamentum con
dere, & de suis bonis per vltimam voluntatem disponere,
non est credendum, quod voluerit confiteri animo se obli-
gandi, vltrà quam ferat natura vltimæ voluntatis, Fon-
tanell. de pact. nupt. claus. fin. glos. vnic part. 1. num 30. &
31. Rota in Romana Separationis bonorum 25 Iunii 1646. co-
ram bon. mem. Verospio, penes Salga. l. labyr. credit. decis. 52.
13 num. 4. & solùm sustineri † in vim legati post Zacch. de
oblig. Camer. decis. 263. num. 4. cum alijs in Fanen. Hæredi-
tatis 3. Iunij 1661. in princip. coram me.

Quo verò ad præcitatam Epistolam minus fundamen-
tum visum fuit Dominis in ea constitui posse, dum non
fuit placato, & deliberato animo conscripta, sed potiùs
verbis imprecatorijs, & ex abrupto prolatis, & alios pati-
tur defectus de quibus in Summ. Bardi num. 11. 12. 19. &
14 Summ. 3. num. 5. † ad effectum enim vt Epistola obliget
confitentem, necesse est eam ex proposito, & deliberato
animo fuisse conscriptam, clarèque, ac explicitè conti-
nere promissionem eius, quod petitur, l. publia § fin ff. de-
posit. l. Emptor, §. Lucius, & l. Epistola, ff. de pact. l. non Episto-
lis, C. de probat. Alex. cons. 155. num. 2. lib. 5. cum alijs per
Adden. ad decis. 281. num. 73. part. 9 & decis. 211. num. 4 par.
10. & hic ex ipsomet tenore Epistolę deprehenditur, quod
verba non sonant simplicitèr in promissionem, sed stant
relatiuè ad expressionem ipsius Spinulæ, ibi: Che stimano
di più per il detto da lei à più persone, che io ero suo Debito-
15 re &c. Vndè non oritur confessio, † vt benè ad rem tradit
Gratian. discept. 718 num. 10. vers. neque obstat Epistola cum
seq. Lauren à Pinu. cons. 155. num 6. vbi ampliat hoc po-
16 tissimum procedere quando non est scripta † animo con-
trahendi obligationem, sequitur Mascard. conclus. 627.
num. 7. Caball. cons. 123. num. 4. vbi quod literæ continen-
tes, quod aliquis dixerit se Debitorem alicuius non pro-
17 bant talem esse verè debitorem, † sed cum agitur de cre-
dito, illud posteà probandum esse refert, & comprobat
Genua d. tract. de script. priuat. lib. 3. tit. de Epistola num. 13.
& 27. cum seqq.

Quo denique ad Testes ij, nihil concludunt, vtpotè de-
ponentes ante transmissionem dictarum notularum, &
paulò antequam Spinula moreretur, cum tamen vbi vis
probationis consistit in tempore, illud concludentèr pro- 18
bandum sit, l. cum autem, C. de neg. gest. l. cum sit C. de probat.
Osasch decis. 79. nu. 53. Mascard. de probat. concl. 1357. nu. 1.

Sed quod vtramque destruit prætensam confessionem
est calculus ipse post hæc à Spinula in dictis listis ipsimet
Bardo transmissus, † in quo adhuc apparuit Debitor in di- 19
cta summa scutorum 1203 27. ad text. in l. si ex pluribus,
ibique glos. in verbo, reliquum, ff. de solut. Alex. cons. 141. nu. 4.
lib. 6. Bursatt. cons. 104. n. 15 Rot. Ianuen. decis. 132. nu. 2. &
in recent. decis. 261. n 3. part. 9. & quod calculus, & solidatio
computorum rectè probent veritatem, † & existentiam 20
crediti Alexand. od. cons. 141. n. 4. Rebuff de lit. obligat. art.
6. glos. 3. n 37. Rot cor. Eminentiss. Otthob. decis. 169. n. 2. in
Romana, seù Marsicana pecuniaria 12. Maii 1662. §. Iustitia
verò, cor. R. P. D. m. Bourlemont, & in Ferrarien. Pecuniaria
6. Iunij 1664. §. Etenim coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Nihil obstante, quod calculus expressè non caueat pro
residuo, quia adsunt verba æquipollentia, & iuxtà pra-
xim mercantilem ad ipsum importantia, vt in specie de
vocabulo illo, † Ristretto, quod importet reliquarum, de- 21
ponunt quatuor Periti Mercatores in Summ. Bardi nu. 16.
optimam, & omninò concludentem in huiusmodi facto
rationem reddentes, quia scilicèt dum constat Spinulam
quatuor alias partitas exegisse, easque in hoc calculo nul-
latenùs inseruisse, necessariò infertur illas cum suis credi-
tis ex mutuo compensasse, ipsis partitis superextantibus
in creditum Bardi, † quibus ob id Domini magis deferen- 22
dum censuerunt, Parис cons 56. n. 13. lib. 2 Soccin. Iun. cons.
150 n. 6 lib. 1. Corn. cons. 319 n 12. Honded. cons. 80. n. 22 &
30. l. 1. Grat. discept. 572. n. 50. Rot. cor Greg. decis. 126. nu. 1.
cor. Buratt. decis 419. n. 6. & in recent. decis. 174 n. 13 part. 7.

Maximè verò vrgente Iuris præsumptione, quod Cre-
ditor administrans bona Debitoris de effectibus † ad eius 23
manus peruentis sibi satisfecerit, Angel in l. si damnum §.
peculium ff. de pecul. Roman cons. 187. n. 4. Pedroc. cons. 3. n.
82. Crauett. cons. 129. n. 5. Surd. latè cons. 290. n 33. vbi quod
præsumitur Creditorem fecisse quidquid faceret bonus
Paterfamilias, † & quod nemo est tàm supinus, ac negli- 24
gens, qui sibi non soluat, cum penes se habeat bona Debi-
toris, Neuizan cons 57 n. 9. Afflict. decis. 13. n. 16. & 17. vbi
tunc notat Creditorem † culpabilem, Cyriac. controu. 76. 25
n. 8. Rot. decis. 152. n. 7. & 8 part. 9. & decis. 166 n. 23 par. 10.
Præsertim stante bona fide, & ignorantia Bardi, qui num-
quam probatur habuisse scientiam distinctam exacti à
Spinula, qui paulò ante mortem computa tantùm trans-
misit, d. Summ. num. 15. & 17.

Partitæ autem librorum, ex quibus prætenditur appa-
rere idem debitum Bardi in nulla consideratione habitæ
sunt, tùm ex dicto posteriori calculo, cum alias imperti-
nentes omninò fuissent notulæ illæ à Nicolao transmis-
sæ continentes certam particularem summam, nisi respi-
cerent reliquatum, dum multæ aliæ summæ per spatium
decem annorum, & vltrà ab eo exactæ fuerant Summ. d. n.
15. Tùm certiùs ex eo quod ipsimet libri non fuerunt
producti, aut saltèm liberè exhibiti, quamuis pluries pro
hoc institutum fuerit, † vndè potiùs vrget præsumptio 26
contra exhibere nolentem, ad tradita per Plot. de in lit. iu-
rando n. 389. Menoch. de præsumpt. lib 2. præsumpt. 91. nu. 4.
Rot. cor. Seraph decis. 1139. n. 7. Eoque magis quia Spinu-
la pluries ad concordandum factum citatus, iuxtà men-
tem Dominorum meorum, vt in vltimo Summ. Bardi n. 6.
& 7. non comparuit.

Ex quibus dixerunt Domini retardari non posse rem
iudicatam † præsertim in vim mandati executiui, ad text. 27
in l. final. C. de compensat. & in specie Rot. decis. 236. nu. 2. &
21 part. 10. obstante insuper Thomæ sententia absoluto-
ria super eius prætensionibus, & creditis per dictum Bar-
dum obtenta, & paritèr iam diù in iudicatum transacta
d. Summ. Bardi num. 13. † quæ propterea magis inficit tur- 28
bidas eiusdem Thomæ prætensiones, ad text. in l. si non
sortem §. hæredi, ff. de cond. indeb. in l. deferente ff. quibus mo-
dis pign. vel hypothec. sol. & in l. 2. & 3. C. vt lite pendente,
cum similibus.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D.

R. P. D. TAIA.

Romana Officij Notariatus.

Lunæ 3. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Vacabilitas Officij Agriculturæ Vrbis pro medietate tantum tertio loco in hac Decisione resoluitur ex duobus potissimum fundamentis Altero, quod est Primum, ac etiam grauius desumpto à libris Datariæ Summi Pontificis, quæ d. Officium pro sola medietate solum declarauit esse vacabile, Altero etiam ex obseruantia possessoris eiusdem Officij, qui de illo pro remanenti medietate tamquam proprio liberè disposuit.

SVMMARIVM.

1 *Officium dicitur esse vacabile non in totum, sed pro certa tantum portione, si Dataria Summi Pontificis illud pro sola portione, non autem in totum contulit, & nu. 2. & 10.*

2 *Libri Datariæ in quibus Officium pro sola portione fuit adnotatum vti vacabile probant illud pro eadem sola portione esse vacabile, & num. 10.*

3 *Vacabilitas Officij, simulque etiam illius non vacabilitas quomodò ex verbis Summi Pontificis appositis in erectione eiusdem Officij deducatur, ac declaretur, & num. seqq.*

5 *Scripturæ officij numquam vacant, sed pertinent ad hæredes.*

Scripturæ officii à titulo separatæ intelliguntur, num. 5.

6 *Pretium rei ad alium pertinere non potest, nisi quam ad illius dominum.*

7 *Clausula vna declarat aliam.*

Legis, & statuti vna pars recipit declarationem ab alia, num 7.

8 *Verba præcedentia maiorem vim habent ad determinationem sequentium, quam sequentia ad determinationem antecedentium.*

9 *Antecedens non sapit naturam sequentis, sed sequens antecedentis.*

10 *Vacabilitas officij bene desumitur ab obseruantia possessoris illius, & supra num. 2.*

DECISIO CCCXLVI.

SAN. mem. Sixtus V. motu proprio statuit Officium Notariatus Consulum, & Collegij Nobilis, & antiquæ artis Agriculturæ instar cæterorum vacabilium concedi, & de illo disponi, & per Substitutum exerceri posse, sed pro medietate duntaxat vacare, alteram vero medietatem pretij ad hæredes Notarij defuncti pleno iure spectare, & successorem ad illud nullatenus admitti posse, nisi medietatem eiusdem pretij hæredibus persoluerit. Scripturas (tertiam, siuè aliam quamdam partem Officij) quoties quocumque modo vacare contigerit illud, nunquam vacare, sed semper à titulo separatas ad hæredes transire, &c.

Anno 1615. Vincentius emit Officium, & declarauit pertinere, tàm directum, quàm vtilem dominium pro scutis 6000. ad Bartholomæum, tamquam emptum de illius pecunijs & ipsum Bartholomæum posse disponere de toto d. Officio ad suum libitum absque licentia.

Anno 1625. Bartholomæus vendidit Paulino Hiacynto, & Francisco omnia iura pro scutis 5500. & declararunt contrahentes scuta 3666. & bonon. 66. esse pretium duarum tertiarum partium non vacabilium Officij, cum vacet tantummodo medietas tituli iuxtà formam Erectionis, & aliam medietatem tituli non vacabilis iuxtà communem æstimationem æstimasse scut. 1583. & bonon. 33.

Anno 1629. ipsi Emptores singulas partes, vnam vacabilem duas non vacabiles pro scut. 1833. bonon. 33. adeoque omnes, totumque Officium pro 5500. vendiderunt Astulpho.

Anno sequenti 1630. Astulphus testamento cauit emisse, tàm nomine suo, quàm nomine Andreæ affinis sui, & communi pecunia pretium soluisse, communique consensu commodum, & incommodum Officij fore Andreæ pro tertia parte tantùm.

Anno 1637. 4. Septembris decessit in Regione longinqua Vincentius diù ignoratus vsque in annum 1645. quo, nota morte, Dataria citauit Bartholomæum, & Bartholomæus soluit, potuisque restituit Datariæ scuta 1005. bonon. 57. pro fructibus scut. 1833. & bonon. 33. tertiæ partis vacabilis malè receptis.

Anno 1646. Officium pro simili medietate dumtaxat vacabile, & vacans per obitum Vincentij, impetrauit Astulphus Iunior, cui resignanti successit Benedictus.

Benedictus autem, & Helena Soror cohæredes ex testamento Authoris, & Patris communis Andreæ, contendunt de tertia illa parte Officij non vacabili ab Astulpho Testatore, vt supra proueniente, An sit hæreditaria Andreæ, & præcedentibus duabus* *decisionibus coram R.P.D. meo Bourlemont 2. Martii, & 22. Iunii anni præsentis* pronunciatum est esse hæreditariam, eiusque dimidiam retinendam ab Helena, donec illi soluatur pretium temporis præsentis cum emolumentis à Benedicto perceptis ab obitu paterno.

Deducta per appellationem ad me causa, & contumace Benedicto, DD. confirmandam Rotalem Sententiam responderunt, examinatis Benedicti obiectis in Signatura Iustitiæ, illoque repetito, quod integrum Officium vacauerit per mortem Vincentij Titularis; Adhuc enim visum est vacasse solum tertiam partem, † quia Dataria 1
per mortem illius condemnauit Bartholomæum ad restitutionem fructuum, non totius Officij, sed solius tertiæ partis, nempè medij tituli, & deindè idem Officium contulit Astulpho Iun. eadem expressa vacatione pro tituli medietate.

Et in libris Datariæ, fuit adnotata qualitas vacabilis pro medietate dumtaxat tituli adeoque altera medietas non vacabilis hæreditaria est. Quinimò ex confessione ipsiusmet Benedicti id quoque resultat, dum Officij ratam vti hæreditariam contractauit, dando illam etiam 2
nomine Sororis anno 1640. insolutum, & deinde eam recuperando anno 1647. calculatis successiuè fructibus, & emolumentis vsque tunc ad creditum hæreditatis Andreæ.

Nec obstare visum est, quod in ipsa Erectione dixerit Summus Pontifex, † Officium pro medietate dumtaxat 3
vacare quidem, alteram verò medietatem pretij, non autem medietatem Officij ad hæredes defuncti, &c. quin etiam successorem in eiusmodi Officio nullatenus admitti posse, nisi priùs integrum illius pretium, & medietatem eiusdem pretij hæredibus ipsis realiter, & cum effectu persoluerit, &c.

Quia clariora sunt præcedentia verba vacabilitatis, † 4
& vacationis medietatis Officij plano, plenoque decreto Summi Pontificis, quod prædictum Officium Notariatus per obitum illius pro tempore obtinentis, &c. pro medietate dumtaxat vacet, & subsequentia potiùs attinet ad facultatem, siuè necessitatem Successoris soluendi hæredibus pretium, & planè pro Officio ipso, quod *pro medietate duntaxat vacans*, & pro medietate transiuerit ad hæredes, & ad hęredes pertineat vsque ad pretij solutionem.

Cuiusmodi interpretatio planior est in subsequentibus verbis, in quibus Scripturę Officij nunquam vacant, † sed semper à titulo separatę intelligantur, & ad hęre- 5
des simili modo transeunt, dictisque hęredibus de illarum pretio satisfieri debet, &c. congruè si pretium pro facultate, aut necessitate soluendi accipiatur, vt supra incongruè autem, imò destructiuè si ex mentione pretij iuxtà sensum Benedicti inseratur ad vacationem Scripturarum: Neque enim pretium ad alium 6
pertinere potest, cuiusque non sit res, imò qui rei ipsius Venditor non sit.

Vna enim clausula, & pars legis, † & statuti aliam 7
declarat, Bald. *ad l Virum autem, ff. de petit. hæred. num. 2.* Carpan. *in Prælud Stat. Mediolan. num* 331. Mascard. *de Gener. Stat. interpr. concl. 2. à n. 112. & concl. 5. nu.* 170. Rot. *decis. 16. n. 5. par.* 8. Et maiorem vim habent pręcedentia ad determinationem sequentium, † quàm sequętię ad determina- 8
mina-

minationem præcedentium, Bartol. *ad §. si Initium l. 6. ff. de edend. lect. 11. numer.* 3. *vers. Maiorem enim, & lect. 2. num. 21. vers. secundo, quod clausula præcedens* cum vtrobique notat. & alleg. amplius Iason. *ad d. l. si ita scriptum, ff. de leg. 1. num.* 12. Menoch. *de arbitr. Iudic. cas.* 64. *n.* 19 *& magis præsumptione* 28. *d num.* 22. *lib.* 1. & antecedens
9 non sapit naturam sequentis, † sed sequens antecedentis, vt notauit Bald. *in l. quoties principali, C. de fideicomm. in fine*, & ex eo Ias. *d. loc. num.* 14.

Et obseruantia Datariæ, ac ipsius Benedicti super vacabilitate solius medietatis tituli, tollit omnem dubietatem, iunctis præsertim cæteris fundamentis benè deductis in duabus præcedentibus *decis. R. P. D. mei Bourlemont* 2. *Martii, &* 22. *Iunii præsentis anni*, quæ Dominis placuerunt.

Et ita altera tantum, &c.

Supra in hac eadem parte habentur aliæ duæ decis. R. P. D. Bourlemont in hac causa emanatæ, quæ sub diebus 2. Martii, & 22. Iunii 1668. quæ sunt Decisiones.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Domorum.

Lunæ 3. *Decembr.* 1668.

ARGVMENTVM.

Ad praxim reducenda Decisio in materia Deliberationis ex defectu conditionis resolutæ, quæ nullum ius potuit Deliberatio tribuere aduersùs Creditores anteriores ad quorum manus pretium eiusdem deliberationis in casu præsenti minimè deuenerat, prout est omnino necessarium, ad hoc, vt Deliberatarius iura eorundem Creditorum acquisiuisse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio conditionalis non adimpleta conditione nullum ius Deliberatario.*

2 *Cautione non secuta sub cuius conditoine deliberatio emanauit, eadem deliberatio resoluitur, & supra num.* 1.

Actus habetur pro non facto, si conditio illi iniecta impleri non potuit, num. 2.

3 *Deliberatarius non acquirit iura Creditorum anteriorum, si pretium deliberationis ad eosdem Creditores minimè peruenit.*

4 *Deliberatarius, quando non potuit acquirere iura Creditorum, nec minus potest eadem iura alteri cedi.*

5 *Cessionarius plus iuris habere non potest, quam Cedenti competerat.*

DECISIO CCCXLVII.

CVM domus, de quibus agitur fuerint anno 1609. ad Instantiam hæredum Mariæ Fernandez Creditricis Ioannis Petri de Corduba subhastatæ pro fructibus nonnullorum Censuum Impositorum vsque de anno 1551. & 1568. ac deliberatæ Ambrosio Puteobonello pro pretio scutorum mile, qui posteà omnia Iura cessit Ioanni Valtrenæ Authori mediato Cagnaroni rei conuenti, iste prætendebat posse ex causa dictorum creditorum anteriorum excludere Ceccarellos Creditore posteriores anni 1601. Qua ratione resolutum sub die 3. Decembris 1666. coram me sententiam immissionis, quam iidem Ceccarelli in Saluiano reportauerant esse iniustam, & proinde non constare de re iudicata, sed de Causis restitutionis in Integrum; At quia hodie ex facto cessat Iniustitia sententiæ, ideò Domini recesserunt à decisis.

Siquidem nulla vis fieri potest in affetto deliberatione domorum facta Puteobonello, saltem ad excludendum anterioritatem illorum de Ceccarellis, quia cum ex datis in eorum *Summ. num.* 2. appareat illam fuisse conditionalem, † quatenus infra sex menses fuerit præstita ab hære- 1
dibus Mariæ Fernandez idonea cautio pro euictione domorum cum hoc, quod pecuniæ interim stare deberent in bancho eiusdem Deliberatarii; Vtique dum conditio ex defectu cautionis non potuit implere, & idemmet pretium fuit Deliberatario restitutum per Valtrenam Procuratorem hæredum Mariæ Fernandez eodem *Summ. num.* 3. † 2
actus deliberationis perinde censeri debet, ac si factus non fuisset *l. item quia, ff. de pact.* Bart. *in l. si is, qui pro tempore in quinta quæst. ff. de vsucap.* Soccin. Sen. *cons.* 170. *num.* 9. & faciunt tradita per Mangil *de subhast. q.* 79. *n.* 4. *&* 5.

Minusque dici potest Authores Cagnaroni acquisiuisse Iura Creditorum anteriorum, dum non constat pretium in dicta deliberatione oblatum, verè, & cum effectu fuisse solutum in manibus eorundem Creditorum, † vt ad 3
istum effectum esse omnino necessarium, dictum fuit in *Romana, seù Anagnina Saluiani* 16. *Ianuarii* 1645. *coram me impressa in rec dec.* 324. *nu.* 20 *& n.* 29 *vers. sed cessat omnis difficultas par.* 4. *& in Esina Saluiani* 20. *Nouembr.* 1665. *§. nec immissio in fine coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Cum itaque Puteobonellus non potuerit ex dicta deliberatione acquirere iura hæredum Mariæ pro Censibus anni 1551. & 1568. † multò minus suffragari potest cessio, 4
quam Valtrena ab eo reportauit nomine proprio in actu solutionis, seù potiùs restitutionis pretii oblati, quia tritum est Cessionarium plus iuris habere † non posse, quam 5
Cedenti competebat, *ex vulgatis.*

Et ita omissis aliis deductis ab Informantibus hinc inde resolutum fuit vtraque parte informante &c.

Altera supradicta præsentis causæ Decisio, & coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Cerro emanata, quia non habetur impressa apponenda erit in appendice Decisionum prætermissarum ad partes, vt speramus edendarum.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Emphyteusis.

Lunæ 3. *Decembr.* 1668.

ARGVMENTVM.

Practicabilia plura in præsenti Decisione declarantur in materia emphyteusis, An, quando illa dicatur esse noua, vel antiqua, quanto tempore præscribatur, & demum quando possessor bonorum venditoris possit vendicare bona per suum auctorem distracta ad terminos *l. vindicantem ff. de exceptionibus*; vndè quamplura etiam de aditione hæreditatis tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres venditoris non potest vendicare bona a suo auctore distracta, & vide num.* 14. *& seqq.*

2 *Dominus directus finita emphyteusi potest nouam inuestituram concedere ab aliis independentem, & pactis sibi magis beneuisis.*

3 *Emphyteusis noua eo magis attenditur, si pluries, & à pluribus fuit obseruata, eaque successiuis renouationibus canonizzata.*

4 *Inuestitura noua, dicitur concessio emphyteusis facta etiam per viam prorogationis, quoties prima emphyteusis est finita.*

5 *Emphyteusim quis potest modis, & pactis sibi beneuisis acquirere.*

Præscriptio sine scientia non datur.

7 *Inuestituram ignorans præscriptionem non patitur.*

8 *Emphyteusis non præscribitur contra Successores, nisi à die vocationis illorum, & num.* 9.

Tempora Antecessorum subducuntur à præscriptione emphyteusis Successorum, num. 8. & 9.

9 *Præscriptio non currit non valenti agere*.

10 *Feuda, Maioratus, & Fideicommissa quomodo præscribantur*, & num. *seqq.*

11 *Iuspatronatus, quam, & qualem præscriptionem admittat*, & *sup. num.* 10. *cum seqq.*

12 *Emphyteusis, Feudum, Maioratus, & Fideicommissum iure ordinario seclusa immemorabili imprǽscriptibilia sunt*.

13 *Sub Conditione ea quæ debentur quomodo præscribantur*, & *supra num. anteced.*

14 *Exceptio* l. vindicantem ff. de exceptionibus, *quatenus procedat*, & *num. seqq.*

15 *Possidens bona Venditoris alio titulo quam hæreditario vendicare non prohibetur bona ab eodem Venditore alienata.*

Possessio non infertur ad titulum hæreditarium, si ad alium titulum referri potest, n. 15. & *seqq.*

16 *Aditio non probatur ex actu, qui fieri potest citrà ius, & nomen hæredis.*

17 *Declarationi Possidenti statur quo iure ille possideant, vbi actus sunt dubii.*

18 *Filius possidens bona patris tamquam Creditor dotis maternæ, eiusdem Patris hæreditatem non ideò dicitur adiuisse*, & *num. seqq.*

DECISIO CCCXLVIII.

TORNATVRAS sexdecim, quas præ cæteris in emphyteusim conduxerat Ghellius à Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ de anno 1641. pro se, & filiis præsentibus, & futuris conduxit Turizzanus consentiente Petronio ipsius Ghellii filio de anno 1493. pro se, & hæredibus, ac successoribus quibuscumque, quando Paulus de Sartis ex iuribus suæ vxoris eiusdem Petronii filiæ iudicium mouit contra dictum Turrizzanum, qui per transactionem recepta certa pecunia omnibus iuribus sibi competentibus renunciauit Paulus verò per multos annos soluit Canones, seù affictus capitulo donec eo defuncto Petrus Maria filius superstes de anno 1513. mediante Tutore obtinuit inuestituram pro se, & filiis masculis, ac descendentibus per lineam masculinam, quæ deinde sub eadem facti narratiua, & sub eadem forma fuit illi renouata de anno 1542. & successiuè Marco Antonio, & cæteris filiis de anno 1571. & 1573. vt inter Patres non controuertitur.

Venditis huiusmodi Tornaturis per dictum Marcum Antonium in quem ex diuisione deuenerant, Anibal eius filius, & eo defuncto Marcus Antonius Iunior, & Ioseph ab eo progeniti, & in dictis inuestituris vocati intentarunt, ac respectiuè prosecuti sunt Iudicium contra Fracassatos, & Cattu los Emptores, & post duas sententias in partibus contrarias fauorabilem in hoc Sacro Tribunali reportarunt coram Reuerendissimo D. meo Varesio Vrbis Gubernatore, * quam hodie in dubium reuocatum Domini confirmandam esse censuerunt.

Validitas non impugnabatur, Iustitia verò pendebat ex tribus: Primò, An attendenda esset dicta Inuestitura facta de anno 1513. pro Petro, eiusque filiis, ac descentibus masculis, seù potius antecedentes diuersimodè stipulatæ. Secundò, An obstaret præscriptio triginta vel quadraginta annorum à die alienationis decursorum. Et

1 tertiò, An Actores repelli possint exceptione † *l. vindicantem, ff. de except.* quia scilicet sint hæredes ipsius Marci Antonii Venditoris.

Quantum ad primum dixerunt Domini attendendam esse dictam Inuestituram de anno 1513. non solùm quia fuit facta postquam præcedentes iam expirauerant, prima nempè Ghellii per obitum ipsius, & filiorum, Secun-

2 da verò Tarizzani per eius † renunciationem; Ideò rectè potuerunt Domini directi nouam Inuestituram ab aliis independentem, ac pactis sibi magis benè visis concedere, Surd. *cons.* 440. *num.* 37. & *seq. lib.* 3. Peregrin. *cons.* 18. *num.* 11. *lib.* 1. vt optimè firmat *secunda Decisio Reuerendissimi Domini mei Varesii sub die* 19. *Decembris anni præteriti* §. *quoniam in fine*.

Sed etiam quia hæc fuit diuturno, & perpetuo tempore obseruata, ac per plures renouationes canonizzata cum expressa relatione, ac commemoratione antiquarum, quæ ex supradictis defecerunt, ex quo etiam resultat sufficiens ratificatio iam Petri Mariæ, quàm aliorum ab eo descendentium, † & signanter ipsius Marci 3
Antonii Venditoris, qui particulariter deducto anno 1573. huiusmodi bona sibi in diuisione obuenta pro se, & filiis, ac descendentibus masculis recepit Rota coram Seraphin. *decis.* 1496. *num.* 4. *in recent. dec.* 432. *num.* 6. & 7. *part.* 4. *tom.* 2. & in his terminis *decis.* 194. *num.* 14. *vers. quoniam in iuramento par.* 6. *cum aliis in dicta decisione* 9. *Octobris* §. *eaque certius procedere*, vbi etiam satisfit obiecto hodie repetito, quod nempè prædicta inuestitura de anno 1513. non potuerit esse noua, dum contrahentes vsi sunt verbis renouationem importantibus, † quia dum primæ vt su- 4
pra defecerant, & in hac fuit præscripta noua ac diuersa forma succedendi, noua etiam debet inuestitura censeri non obstante, quod Partes verbum prorogationis vsurpauerint, ex Peregrin. *dict. cons.* 18 *n.* 7. & *seq.* Surd. *d. cons.* 440. *nu.* 42. Rota *in recent. decis.* 403. *num.* 6. & 10. *part.* 4. *tom.* 3. & fuit dictum *in Romana Deuolutionis domus* 15. *Iunii* 1654. §. *idque coram Reuerendissimo Papien.*

Et sanè non videtur ratio cui Petrus Maria, qui si attendatur Inuestitura facta Turrizzano vt pars contendit, poterat huiusmodi bona liberè alienare, non potuerit etiam ea in emphyteusim modis, † & pactis sibi beneui- 5
sis conducere, *ad Text. in l filiusfamilias* §. *final. ff. de donat.* & *in l. non debet, ff. de reg. iur. cum similibus*.

Quoad secundum respiciens præscriptionem eam pariter non obstare responsum fuit, quia respectu Annibalis, † nec in eo probatur scientia huiusmodi iuris sibi compe- 6
tentis, *ad Text. in l. qui in alterius, ff. de reg. Iur* Menoch. *cons.* 904. *num.* 55. Fusar. *de substit. qu.* 928 *num.* 14. & 21. & in terminis † ignoratæ Inuestituræ Rota coram Durano 7
decis. 429. *num.* 9. *cum pluribus seqq. confirmata in recent. decis.* 558. *num.* 14. *part.* 5. neque probatur concurrisse tempus sufficiens ad præscribendum antequam litem mouerit, nam alienatio fuit facta de anno 1582. & 1594. vt in primo *Summario num.* 5. Iudicium verò motum fuit de anno 1609 vt in præsenti num. 9. respectu verò Marci Antonii Iunioris, & Iosephi † certum est tempora in vita 8
Prædecessorum non esse computanda, sed incipere à die eorum vocationis, vt pluries dixit Rota *signanter* cor. Durano *dicta decis.* 426. *num.* 6. & 7. & *in recent. dicta decis.* 558. *num.* 7. & *seqq. part.* 5. *comprobatur in eadem dec.* 1. *Decembris sub* §. *penult.*

Et ratio quia cum in huiusmodi Inuestituris ex pacto, & prouidentia non sit apertum ius filiis, nisi post mortem Patris, inde aliqua negligentia iis imputari non potest † 9
ex regulis, quod non valenti agere non currit præscriptio, *l.* 1. *C. de ann. præscript. Auth. nisi triennali C. de bon. matern.* quod in fortioribus terminis feudorum maioratuum † fideicommissorum, ac Iurispatronatuum, tradiderunt 10
Freuit. *de subfeud. lib.* 1. *fol. mihi* 106. *tit. quis dicatur*, Comes Scrader. *de feud. art.* 9. *cap.* 6. *num.* 2. Menoch. *d. consil.* 904. *num.* 61 & *cons.* 1035. *num.* 6. Molin. *de primogenitur. Hispaniar. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 3. & fuit originalis doctrina Castrensis *in cons.* 467. *n.* 2. & 3. *lib.* 2. quem secuti Dec. *cons.* 445. *num.* 47. Rub. *cons.* 84. *num.* 6. Paris *cons.* 23. *num.* 199. *lib.* 1. & innumeri alii penes Fusar *de substit. d. qu.* 528. *num.* 4. Castill. *controu. vltim. volunt. tom.* 5. *cap.* 93. §. 8. *num.* 47 Petr. Barbos. *ad l.* 2. *de præscript. n.* 38. *propè finem* Rota coram Caualer. *decis.* 213. *num final in recent. decis.* 41. *num.* 2. & in materia † Iurispatronatus Gentilitii fuit dictum *in Bo-* 11
non. Beneficii 26. *Febr* 1652. § *Et hoc quod dicimus, vers. Et sine difficultate coram me*, qui omnes asseruerant bona emphyteutica, feudalia, fideicommissaria, & huiusmodi 12
Iure ordinario, & præcisa immemorabili esse in præscriptibilia, & generaliter in rebus omnibus, quæ sub conditione debentur, † docet *Text. in l. cum acutissimi* §. *Illud au-* 13
tem C. de præscript. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *tit. de Ann. cap.* 68. *num.* 6. & 7.

Quo denique ad tertium itidem Actoribus non obstare dixerunt Domini † exceptionem *l. vindicantem*, quia 14
licèt probetur eos esse hæredes Annibalis, Annibalem verò possedisse bona Marci Antonii venditoris, non inde tamen concluditur ea possedisse hæreditario † iure, cum 15
id alio titulo contingere potuerit Mascard. *de probat. conclus.* 45. *num.* 29. Mantic. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 10 *num.* 17. Cyriac. *contr.* 244 *n.* 7. & *prius n.* 62. & *per tot.* vbi latè fundat ex actu, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri potest † 16
non probari aditionem Rota coram Buratt. *decis.* 207. *n.* 4.

& ibi

& ibi Ferentill. num. 16. & seqq. vbi quod quando actus
17 sunt dubii standum declarationi possidentis, † quod bona per eum alio titulo, quàm hæreditario possideantur, & admissum fuit in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 27. Apr. 1666. §. respectu verò coram me, prout de facto constitit hodie Annibalem hæc bona possedisse tamquam
18 Creditore dotium maternarum † eodem Summario num. 9. ad tradita per Gratian. disc. 706. num. 33. vers. non obstat cum tribus seqq. Rota in terminis exclusæ additionis, ex
19 quo filius poterat retinere bona Patris † ex causa dotis maternæ coram Penia decis. 1541. n. 3. & probatum fuit in Romana Societ. Officii 18. Martii 1658. §. neque possessio coram me.

Et partibus hinc inde informantibus pro confirmatione sententiæ Rotalis resolutum est &c.

Aliæ duæ decisiones in hac eadem causa emanatæ coram Reuerendiss. D. Varesio sub diebus 17. Aprilis, & 9. Decembris 1667. habentur supra in hac præsenti parte XV. & sunt in ordine Decisiones 89. & 143.

REVERENDISSIMO D. CERRO S. R. DECANO.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Redditionis rationis.

Lunæ 3. Decembr. 1668.

ARGVMENTVM.

Exegerat nomine Matris Tutricis, & Curatricis Executor testamentarius notabilem pecuniarum summam, vt asserebatur, ad Pupillos spectantem, quam tamen eidem Matri Tutrici restituerat, ab eaque suam quietantiam reportauerat. Cumque deinde à Pupillis conueniretur de mala restitutione illius, fuit in hac decisione liberatus eo quia illam reddendo eidem Matri, cuius nomine exegerat, benè vtique restituisse dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Executor testamentarius ratione sui officii non tenetur administrare.*
2 *Executor testamentarius quatenus etiam administret dicitur tantum particularis, non autem vniuersalis Administrator.*
Et proinde ad aliud non tenetur, nisi ad ea, quæ in sui manus peruenisse constat, num 3.
3 *Administrator particularis tenetur tantummodo de iis, quæ ad eius manus peruenerunt.*
4 *Minister, & factor, qui pro Tutore res pupillares administrauit, tenetur reddere rationem eidem Tutori, non autem Pupillo.*
Pupillares pecunias exigens nomine Tutoris illius, de illis Tutori rationem reddendi liberatur, num. 4.
5 *Soluens pecunias pupillares Matri Tutrici quas illius nomine exegerat, eo magis liberatur si Mater erat creditrix pro sua dote.*

DECISIO CCCXLIX.

ASCANIVS Bologninus in suo Testamento post diuersa legata, & postquam hæredes instituerat Iacobum, & Ioannem Baptistam eius filios tunc Pupillos deputauit Tutricem, Curatricem, & administratricem Franciscam Furnam eius vxorem, quàm insuper voluit talem remanere, etiam si ad secunda vota transiret, Executores verò Testamentarios nominauit Celestem Bologninum, Paulum Furnum, & Ioannem Baptistam Ribaldum, cum autem tractu temporis Iacobus alter ex dictis filiis, & hæredibus plura prætenderet contra Ribaldum prætextu administrationis hæreditatis, & ab Auditore Cameræ, met obtinuerit sententiam fauorabilem pro scutis 2015. sine præiudicio maioris summæ, ideò commissa mihi causa appellationis dubitaui, an de cuius bono iure constet, & prodiit resolutio ad fauorem Ribaldi.

Siquidem iniusta visa fuit condemnatio, quia cum generalis administratio hæreditatis esset penes Franciscam vxorem deputatam à Testatore in Tutricem, Curatricem, & Administratricem ille verò tanquam merus Executor Testamentarius non teneretur ratione † officii administrare, Bart. in l. alio hærede 9. num. 13. ff. de alimen. & Cibar. legat. & ad summum esset particularis, † non autem vniuersalis administrator, vt probat Ioannes Iur. Consult. de execut. vlt. volunt. tit. 3. num. 3. & 6. inter tract. magn. tom. 8. par. 1. fol. mihi 197. vtique non debet rationem reddere, nisi pro iis rebus, quæ verè, † & cum effectu ad eius manus peruenisse noscuntur idem Bart. in l. si pupilli 6. §. videamus num. 2. ff. de negot. gestis Crauett. cons. 231. nu. 14 Cardin. Caualer. decis. 98. sub num. 3. & 4. cum alleg. in decis. 297. num. 20 part. 10. recent. 1 2 3

Non obstat, quod ad manus Ribaldi peruenerint scut. 2015. quæ ipse deposuit in Sacro Monte Pietatis Vrbis ad Creditum Franciscæ Tutricis, cum tamen debuisset ponere ad Creditum pupillorum, & successiuè illa inuestire, quia cum dictas pecunias receperit à Tutrice, & in hac parte se gesserit tanquam nudus Minister, & Factor illius ad nihil tenebatur erga pupillos, sed tantùm debebat sequi voluntatem eiusdem Tutricis, à qua pecunias habuerat, & propterea cum amplissimam quietantiam ab ea reportauerit remansit plenè liberatus † nam minister, & Factor, qui pro Tutore res pupillares administrat tenetur solùm reddere rationem Tutori, & iste posteà tenetur erga pupillum, Escobar. de ratioc. part. prima cap. 39 num. 16. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 2. numer. 47. Rota coram Merlin. decis. 473. & n. 10. & in rec. dec. 355. sub n. 4. vers. in qua quidem actione, & dec. 440 n. 8. vers. quia Tutor par. 1. 4

Præsertim quia non constat ipsum habuisse scientiam, quod pecuniæ essent hæreditaris, & in omnem casum deberet excusari, aduertendo, quod Francisca Tutrix erat Creditrix hæreditatis in scutis duobus millibus tam pro sua dote, & augumento, quam pro legato eidem facto à Viro, † quapropter Ribaldus potuit verisimiliter credere ex dictis pecuniis illam voluisse satisfieri de suo Credito. 5

Denique non subsistit, quod Ribaldus administrauerit vniuersam hæreditatem, vt supponunt scribentes pro Bolognino. Etenim prætensa solidatio computorum inserta in Instrumento dotali Franciscæ Summario num. 3. quæ dicitur ab eo subscripta mediante signo Crucis nullo modo aduersatur stante, quod ipse non fuit præsens, neque Instrumento neque assertæ solidationi, & licèt in dicto Summario num. 3. detur quædam recognitio Crucis factæ manu propria Ribaldi ex lectura tamen apparet recognitionem cadere circa Crucem ab eo factam in Instrumento Inuentarii, cui tantùm interfuit, non autem in dicta solidatione ibi recognouit retroscriptam eius Crucem eius propria manu factam, & declarauit ipsum interuenisse in Inuentario bonorum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA
Posteà Præside Granatesi.

Asculana Dotis.

Lunæ 3. Decembr. 1668.

ARGVMENTVM.

Si Secundum cogitationes hominum omnia succederet ego multum cogitarem dixit Signorol. de Homodeis. Cogitauit ergo frater decipere sororem ei promittendo solutionem Dotis statim, ac ipse etiam matrimonium contraxerit. Cum autem per plures annos vxorem ille nequaquam duxisset, petebant soror eiusque maritus sibi dotem persolui, ad quam merito fuit ille condemnatus, non solùm quia huiusmodi dilationis conditio statim fuerat purificata, atque per ipsum extabat quo minus illa purificetur, verùm etiam quia ta-

lis cogitatio tamquam praua, & adultera à fœdere matrimonii dicitur esse aliena.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Conditio nondum purificata suspendit etiam obligationem Cameralem.*
3 *Pactum appositum ex interuallo post constitutam dotem si fuerit illi præiudiciale, non attenditur, & num. seqq.*
4 *Dote constituta non potest ex interuallo aliqua conditio, vel dilatio apponi in præiudicium mulieris, & supra num. 3. cum seq.*
5 *Dos per dilationem dicitur minui.*
6 *in Dote non valet pactum collatum in tempus incertum, & quando.*
Dotis pactum ambiguum, quod possit illius constitutionem meliorare, vel deteriorare, an, & quando substineatur, num. 6.
7 *Conditio habetur pro impleta, quando per eum stat, qui implere tenetur, quominus illa non adimpleatur.*
8 *in Facultate Promissoris dotis stare non debet eludere Coniuges.*
9 *Promissio facta sub conditione vendendi domum dicitur impleta si per Venditorem stat, quominus venditio succedat.*
10 *Promissio soluendi dotem quando promissor Vxorem duxerit, quanto citiùs verificari debet.*
11 *Dilatio incerta quam primum purificatur.*
12 *Promissio simplex de aliquid faciendo verificatur, & idem importat, ac statim.*
13 *Dilationum duplex est species, alia certa, & determinata, alia verò incerta, & indeterminata.*
Dilatio certa, & determinata suspendit obligationem vsque ad tempus in ea constitutum, num. 13.
Dilatio incerta, & indeterminata quanto citiùs cessare debet, alias reiicitur, num. 13.
Actor cui aliquid fuit indeterminatè promissum, non prohibetur agere, ac si nulla fuisset dilatio concessa, num. 13.
14 *Mediatori deponenti de re ab ipso gesta, & etiam verisimili multum defertur.*
15 *Æquitas non patitur, quod maritus sine dote substineat onera matrimonii.*
Dilatio soluendi dotem apposita cum Promissor matrimonium contraxerit, quanto tempore adimpleta remaneat, num. 15. & per totam decis.

DECISIO CCCL.

FELIX, & Hiacynthus de Perottiis nuptui tradiderunt Cillam sororem Philippo Barloccio cum dote scutorum 1500. quam in capitulis Matrimonialibus desuper confectis soluere promiserunt hoc modò videlicet scut. 200. in actu Desponsationis, & scut. 150. post annum & sic de anno in annum vsque ad integram satisfactionem in instrumento verò biduò post stipulato dos reducta fuit ad scuta 1350. persoluenda nempè scuta 250. ad requisitionem Philippi mariti, & scuta 100. quolibet anno incipiendo tunc, & quando, ac tempore quo aliquis ex dictis dotantibus vxorem duxerit.

Verùm quia lapsis iam octo annis, & vltra nemo ex dictis dotis promissoribus matrimonium contraxit, & coniuges quatuor filiis grauati onera subeunt matrimonii, meritò fuit ab Auditore Cameræ eisdem concessum mandatum executiuum pro prima paga (quod Rota in hac propositione dixit esse exequendum) Stante pura promissione fratrum facta in Capitulis Matrimonialibus de soluendo primum terminum
1 post annum, † quæ tanquam Camerali obligatione vallata paratam habent executionem, Gabr. *conf.* 66. *num.* 8. *lib.* 1. Zacch. *de obligat. Camer. part.* 1. *qu.* 2. *num.* 4. Rota *decis.* 686. *num.* 1. *part.* 2. & *decis.* 140. *num.* 1. *part.* 11. *recent.*

Non obstat pactum adiectum in instrumento Dotali, quod scuta 100. soluerentur tunc, & quando, ac tempore quo vnus ipsorum dotantium, vxorem
2 duxerit, quæ conditio † nondum purificata suspendit obligationem Cameralem, *l. cedere diem*, *ff. de verb. signific. l. pecuniam* 36. §. *fin. ff. si certum petatur*, Rota post Zacchiam *de oblig. Camer. decis.* 18. *num.* 1. *decis.* 61. *num.* 1. & 2. *part.* 10. *recent.* & coram Eminentissimo Celso *decis.* 100. *num.* 1. & *seqq.* quia cum fuerit appositum ex interuallo, biduò post constitutam Dotem purè ac liberè in Capitulis Matrimonialibus, & † sic post 3
ius quæsitum vxori tanquam illi præiudiciales non est attendendum, *l. obligationem* 44. §. *Conditio*, *ff. de act. & obligat. l. cum à Socero* vbi Bart. *C. de iur. Dot. l. de die*, & *l. seqq. ff. de pact. Dotal.* Gabriel. *conf.* 58. *num.* 3. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 665. *num.* 40. Rota *in Romana seu Ianuen. Dotis* 2. *Decembris* 1665. §. *neque prædicta coram me*. Dote enim iam constituta non potest ex interuallo aliqua conditio deterior, vel dilatio † apponi in præ- 4
iudicium Mulieris, *l. Acilicinus*, & *l. licet l. si conuenit*, *ff. de pact. Dotal.* Bald. Nouell. *de Dote part* 7. *priuil.* 41. *num.* 1. & 17. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 32. *num.* 11. & in specie quod per dilationem † dicatur minui 5
ipsa dos firmant, Molin. *de rit. nupt. in prælud. num.* 31. Mastrill. *decis. Sicul.* 74. *num.* 23. Adden. ad Buratt. *decis.* 775. *num.* 25.

Præterea non valet in Dote pactum collatum in tempus incertum † quamuis sit ambiguum an possit ex 6
eo Dotis conditio fieri melior, vel deterior, *dicta leg. Acilicinus* vbi Bart. *ff. de pactis Dotal.* Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 33. *num.* 19. Gratian. *discept.* 435. *num.* 14. & *seqq.* Rota *in Romana seu Ianuen. Dotis* 19. *Ianuarii* 1667. *coram R. P. D. meo Taia*, §. *quia cautum erat*, quinimò dum pendet ab arbitrio fratrum Dotantium vxorem ducere vel non, † conditio habetur pro impleta si per eos 7
stat quominus impleatur, *l. hæc venditio*, *ff. de contrahenda emptione* Rota coram Buratt. *decis.* 110. *numer.* 7. & coram Merlin. *decis.* 105. *num.* 18. & *decis.* 259. *numer.* 15. *part.* 10. & ratio, est quia alias esset in eorum arbitrio † 8
dictos coniuges eludere, Cyriac. *controuer.* 167. *num.* 2. & *seqq.* & *num* 17. & aduertit Rota *in Romana Domus ad Sanctum Homuphrium* 14. *Ianuarii* 1660. *coram Eminentissimo Celso*, quæ loquitur (vt hic) de conditione mixta scilicet vendendi Domum, † quæ pendet non solùm 9
à voluntate Venditoris, sed etiam Emptoris, qui velit emere iusto pretio.

Insuper dilatio soluendi Dotem tunc, & quando quis vxorem dotat nullum præsefert tempus considerabile ex quo non fuit cogitatum † quantum temporis inter- 10
cederet, vndè quanto citiùs cessare debet argumento, *textus in l. hæc conditio* 29. *ff. de condit. & demonstrat.* vt in simili casu dilationis † incertæ respondit Rota coram 11
Durano *decis.* 34. *numer.* 24. & 25. & quod simplex promissio de aliquid faciendo importet † statim habe- 12
tur, *ex text. in l. in omnibus*, *ff. de reg. iur.* & *in l. cum qui Kalendis*, §. *quoties*, *ff. de verb. obligat* Bart. *in l. ita stipulatus* 33. *ibique* Iason. *num.* 21. *ff. eodem titulo* §. *omnis stipulatio institut. codem titulo*, §. *si impossibilis instit. de inutili stipulatione*.

Hinc Doctores duplicem dilationis speciem solent considerare alteram, quæ continet certum, & determinatum tempus à principio, & hæc seruanda est, & actionem suspendit vsquequo tempus intercesserit, † 13
alteram quæ continet tempus omnino incertum, & indeterminatum, & hæc quanto citiùs cessare debet, alias reiicitur, & Actor non prohibetur agere, ac si nulla data fuisset dilatio, Adden ad Gregor. *decis.* 297. *num.* 10. Rot. *decis.* 370. *num.* 5. & 6. *part* 3. *recent.* Duran. *decis.* 34. *num.* 24. & *in dicta Romana Domus ad Sanctum Honuphrium coram Eminentissimo Celso*.

Quod procul dubio in proposito admittendum est quia Maritus in tantum simpliciter dilationem concessit, in quantum sperabat intra annum, vel paulò post esse contrahendum Matrimonium ab aliquo ex Dotis promissoribus, idque colligitur ex quo in primo tractatu noluit solutiones Dotis incipere post quinquennium prout fratres dotatores affectabant, vt ex fide mediatoris data in *Summario numer.* 3. cuius † depositioni tanquam ve- 14
risimili, & circa rem ab ipso gestam tam multum venit deferendum, Felin. *in Capitulo de test. numer.* 7. *de testam.* Rota *decis.* 122. *numer.* 7. *part. prima rec.* & coram Cardin. Seraphin. *dec.* 889 *num.* 3. & dilatio data in Capitulis matrimonialibus ad annum tantum restricta fuit quapropter subsecuta Matrimonii conclusionem euenisse præsumendum, est cum meliori conditione Viri, & temporis moderatione.

Cum-

Cumque lapsi sint octo anni, & vltrà nec docetur ex parte Promissorum de aliqua diligentia vxorem inueniendi vrget probabilis suspicio, quod velint eludere promissionem factam, ac perinde intrat saltem arbitrium iudicis reiiciendi talem dilationem dum equitas non patitur, vt Maritus quatuor cum filiis grauatus onera Ma-
15 trimonij, vltrò sustineat sine Dote, † vt de conditione apposita in contractu Dotis aduertit, Menoch. *de arbitr. lib. 1. cas. 68. numer. 39. cum seqq.* & in puncto dilactionis idem Menoch. *vbi supra cas. 52. centur. 1 num. 7.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Censum.

Mercurii 5. Decembr. 1668.

ARGVMENTVM.

Donatarius census quamuis post donationem non debuisset, neque tamen quoad ipsum aliqualiter potuisset illum retrouendere, valuit tamen ad liberandum debitorem ad retrouenditionem deuenire, modo tamen, prout hic, Donatio eidem debitori non fuisset nullatenus denunciata. Cumque retrouenditio simulata, & fraudolenta detegeretur, plura etiam de simulatione, & fraude insimul deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa Antiquorum* dicis causa *aut*, dictis causa, *quid significent, & quomodo exponantur.*
Simulationem intelligebant antiqui per verba, dicis, *aut* dictis causa, *num. 1.*
2 *Corrasius dicitur non minus doctus quam audax.*
3 *Verba quæ nos dicimus* per mostra, *antiquitus explicabantur per verba* dicis, *aut* dictis causa.
4 *Fraus sæpè cum veritate fit, atque miscetur.*
in Fraudem Creditorum facta restituenda sunt numer. 4.
5 *Simulatus contractus maximam differentiam habet à contractu fraudolento.*
6 *Contractus simulatus nullus est quia caret consensu.*
Consensus est de substantia contractus, n. 6.
Contractus remanet nullus deficiente substantia, numer. 6.
7 *Fraudolentus contractus non caret consensu etiam minus quam alii.*
Contractum faciens fraudolentum nititur in vetitum, num. 7.
8 *Census ex quibus dicatur fraudolenter redemptus.*
Creditor census post donationem de eo factam quando possit illum redimere, & in fraudem redemisse dicatur, num. 8. & vide per totam.
9 *Turpitudinem suam detegere nemo potest siue quis simulatè, siue fraudolenter contraxerit.*
10 *Donatarius census post retrouenditionem de eo a Donatore factam, nullum ius habet contra Venditorem.*
Donatarius, vel Cessionarius census denunciare tenetur Debitori census suam donationem, vel cessionem, num. 10.
11 *Sedens omnes actiones, & iura nihilo penes ipsum remanente, non potest amplius Debitorem cessum etiam ignorantem liberare, & vide num. seq.*
12 *Soluens Cedenti post amplissimam cessionem ab eo factam liberatur cedendo conditionem indebiti, quam habet aduersus ipsum Cedentem, & vide num. 11. cum seqq.*
13 *Debitor cessus ante denunciationem sibi factam potest soluere Cedenti, post denunciationem verò nequaquam; & vide supra num. 11. cum seqq.*
14 *Debitor tenetur soluere suo Creditori.*
Soluens Cedenti ante sibi cessionem denunciata bona fide soluisse censetur, num. 14.
15 *Soluens Procuratori reuocato, & nullam actionem habenti quando liberetur.*
16 *Actiones directæ, tamquam ab eo inseparabiles, semper remanent apud Cedentem.*
17 *Scientia quælibet an sufficiat, vel denunciatio requiratur, adhoc vt debitor cessus possit, vel ne soluere Cedenti post cessonem.*
18 *Cedentis actiones directæ remanent inefficaces per cessionem vniuersaliter factam, quid in cessione voluntaria, vide num. seq.*
20 *Actiones directæ, & vtiles qualiter diuersimodè transeant, & remaneant in Cedente, & cessionarium, & supra a num. 14. cum seqq.*
21 *Debitor cessus post cessionem liberatus à Cedente an dicatur habere damnum, aut non habere lucrum, & pacti gratuiti aut non gratuiti.*
22 *Nouatione sicuti antiqua tollitur obligatio, ita altera constituitur.*

DECISIO CCCLI.

PETRVS vendidit duos Census Virgilio, alterum 11. Martii 1660. scut. 250. alterum 14. Februarii 1661. scut. 650. cum obligatione adhibendi fideiussores intra Annum, eosque renouandi, & cum obligatione in solidum Antonii Mariæ, qui etiam pro maiori parte bonam fidem, & suam vtilitatem recognouit. Virgilius donauit Iosepho Census 6. Nouembris, & tamen retrouendidit maiorem Censum Antonio Mariæ 7. Octobris 1662. & minorem 24. Ianuarii 1662.

Aditus autem à Iosepho Auditor Cameræ pro consecutione fructuum Censualium contra Petrum, quasi esset falsa retrouenditio, decreuit mandatum executiuum, sed commissa mihi causa, & proposito ter dubio 27. Aprilis, & 27. Iunii, & hodie an mandatum sit exequendum, Domini responderunt, non esse exequendum, quia constat extinctio Censuum, vt supra.

Et quamuis eam falsam diceret Iosephus Donatarius Virgilii factamque in fraudem Donationis, & argueret ex spontanea solutione fideiussoris, & receptione Creditoris sine aliqua præcedenti molestia, & sine denunciatione, maximè, constante scientia Petri Donationis à Virgilio factæ Iosepho ex publicis Actis, & in resolutione Census maioris ex parua summa, eaque commodata, † & *Dicis causa*, vt dicebant antiqui *in l 4. ff* 1
commod. ex vera lectione Florentina, de qua Couar. *var. resolut 8. lib. 4* Duaren. *a 1 tit ff. de pact. in fine vers. de contractibus, & Anniuers. disputatione 41 lib. 1.* August. *emendation. 2. ad fin. à vers. Iam verò lib. 2.* Aut *Dicis*, & *Dantis causæ*, quod ante compertam Florentinam Lectionem contenderint alii, & maximè Alciat. *disput. 15. lib. 4.* nec audax minus, quàm *Doctus* contra Alciat. † Corras. Mi- 2
scell. *cap. 8. lib. 4.* & nos dicimus *per mostra*, † & ex aliis 3
patentissima Confessione Virgilii de ipso Censu scut. 350 fuisse factum alium scut. 700. & de ipso sc. 250. aliud scut. 350. & ad verbum: *Hauend' Io* (inquit ille) *portato vn poco di denaro per far la mostra, con hauerli Io prima dati scuti 25. e fatti i conti del frutto del Censo, è la verità fù, & è che li detti Censi, tanto delli scuti 700. quanto delli scuti 350. sono stati fatti co' medemi Censi, da me ritrouenduti.*

Domini tamen distinxerunt simulationem, & fraudem, etiamsi in fraude simulatio frequentissima sit, cum sæpè fraus cum veritate fit, † & quæ in frau- 4
dem Creditorum facta sint restituantur, ipsa *rubrica, ff. Quæ in fraude credit.* Vnde inter contractum simulatum, † & fraudolentum magna differentia tractatur 5
à Cardinali Mantic. *de tacit. & amb. conu. tit. 37. à num. 2. lib. 13.* præcipuè autem Rota *decis. 1. de Donat. in nouis.* & per se constat, quia contractus simulatus nullus est, qui caret consensu, † adeòque substantia, *§. & est pactio,* 6
& sequ. §. conuentionis verbum, l. 1. ff. de pact fraudolentus autem verus est, qui non caret consensu, etiam minùs quam alii, † vt quo contrahens etiam nititur in vetitum. 7
Itaque videndum an simulata fuerit redemptio Censuum, aut fraudulenta.

Et simulatam non fuisse, sed fraudulentam redemptionem vissum est ex facilitate redimendi Censuum, † 8
non solum ex pecunia non numerata, vel compensatione apud Cenc. *quæstione 108. ab initio*, Duard. *dicta qu. 8. à num. 4.*

num. 4 ex allegat. & ex §. item per acceptilationem institut. quibus mod. tollat. obligat. Vnde standò etiam assertioni Virgilii quæcumque obiici possint recreationi aliorum Censuum pecunia non numerata redemptioni sanè nihil obijci posse visum est.

Sed neque standum assertioni Virgilii, qui redemptionem Censuum, siue simulatam senserit, siue fraudulen-
9 tam † non potest dicere, ad turpitudinem suam, *l. 5. C. de seruo pignor. & ibi glos. vnic.* Mantic. *dicto tit. 37. numer. 3. & 5. vers. hoc autem*, quamuis compertam, apertamque in exigente quoque Census donatos in Donatarii fraudem.

Et demum quæcumque actio Iosepho Donatario competat contra Virgilium Donatorem, nullam competere visa est contra Petrum iam debitorem Censuarium Cen-
10 sibus redemptis, † & Iosephus de se quæratur, qui non denunciauit omnibus Debitoribus Censuariis suam Donationem, *iuxta l. 3. C. de nouat.* & in puncto Cens. de Censibus *qu. 67. num. 6.*

Dubitandum autem est ex iis, quæ ex Ranuccio prosequitur Cencius *ibique sub §. A vers. Aut enim cessæ sunt omnes Actiones*, & maximè ex Bott *conf. 67 à num 8. & 16* vt vbi sunt cessæ omnes actiones, & Iura ita vt nihil
11 remaneat penes Cedentem, † tunc sine dubio cedentem nihil agere posse, neque cessum ipsummet ignorantem liberare soluentem, nec obstare, quod soluens ignoranter remaneret in damno, quia habet condictionem indebiti contra Cedentem.

Sed Bart. *ad §. si hæres, l. facta, ff. ad S. C. Trebell. in*
12 *fine*, cui nititur Botta addit soluentem † cedendo tamen eam conditionem indebiti liberari, & Bart. *transtulit Angel. ibidem.*

Et generaliter videtur sententia etiam Bartoli nomen debitoris ante denunciationem factam sibi à Creditore
13 sui Creditoris, adeoque à † Cessionario posse soluere suo Creditori adeòque Cedenti, post Denunciationem autem factam non posse, *l. 4 C. quæ res pign. & ibi not* Bart. Fab. *coniect. cap. 2. & cap 3. vbi obique sub init. lib. 12.* Maur. *de Solut. cap. 5. num. 55. & 56.* Olea *de cess. iur. quæst. 2. sub num. 36. tit vlt.* siue ratio sit bona fides soluentis Creditori
14 † cui tenebatur, *dicta l. 4. & l. vlt. ff. de Transact.* vt soluen-
15 tis, & Procuratori reuocato, † & planè nullam actionem habenti apud allegatos à Carleual. *de Iudic. disp. 26. numer. 4. tit. 3.* siue sit adhuc actio directa Creditoris eiusdemque
16 Cedentis inseparabilis, † & ossibus inhærens ait, *glos. 1. l. 3 ff. pro Soc. & cum ea Bart ad l nemo potest, ff. de legat. 1. numer. 17.* & communis Doctorum traditio apud Carleual. *dicta disput 26 ab initio*, proindeque diuersa ratio est
17 in scientia, † & fortè non omissi sed per denunciationem, *dicta l. 4. C. quæ res pign. & not. l. 3. C. de Nouation. ampliùs apud alleg. à* Carleual. *dicta disp. 26. num 8.*

Et quamuis de amplissima iurium cessione nihil retinendo, ponendo, &c. omnes vtiles actiones transeant
18 ita, † vt directæ remaneant pro his inefficaces apud Cedentem, &c. apud Oleam *dicta quæst. 2. num. 12. in fine, & num. 28.* & vberrimè Rota pro more Authoris *decis. 43.*
19 *la secunda num. 1. part. 11.* quod in cessione voluntaria † negauerat *decis. 453. num. 4. part. prima diuers.* tamen manent directæ actiones, licet inefficaces ad differentiam diuersorum Cedentium Cessionarii tolus vtiles habentis, & principalis cuius ossibus obligatio directa est adeò affixa, vt ab eo non possit separari, & in alium
20 transferri, † vt Cessionarius eius possit non solùm vtiles, sed etiam directas actiones inventare, tamen directas non suo nomine, sed Cedentis *l. 4. C. si cert pet.* & cum aliis Soccin. Senior. *conf. 18. sub num. 16 lib 1* Surd. *conf. 22 num. 19.* atque ita inefficaces quidem Cedenti ad agendum, non autem cessio ignoranti ad soluendum, & se met liberandum.

Magis dubitandum est ex aliis, quæ ex eodem Ranuccio prosequitur, Cencius *ibid ad §. Aut demum deficit*, & ex ea distinctione Vtrùm Debitor cessus liberatus à Ce-
21 dente haberet damnum, † aut non haberet lucrum, & pacti gratuiti, aut non gratuiti, Olea *dicta quæst. 2. dicto num. 36. cum aliis, & præcipuè* Paul. de Cast. *ad dictum §. si hæres in fine*, vbi si Cedens fecit pactum, vel confessus est debitorem non debere, &c. in quibus Domini confusissimè, & imperfectissimè loqui protestatur

Sed nihilo magis Doctores hæsitarunt, & opposita gratuita liberatione visum est minimè credendum Virgilio, vt supra eoque minus contra Tabulas Instrumenti, & Tabularium, & Testes secundo non esse casum nostrum si valeat posterior census, tertio non valeat nouata pariter † obligatione, ac si valeret § *præterea nouata institut. qui-* 22
bus mod. toll. obligat. Quarto demum ipsum Cessionarium Donatarium primum non habere damnum non habentem lucrum, & in pari causa non habentium lucrum potiorem esse debitoris cessi, & liberationem, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO S. R. DECANO.

nunc autem S. R. E. Cardinal.

Bononien. Fideicommissi de Herculanis.

Mercurii 5. Decembr. 1668.

ARGVMENTVM.

Immissio, quæ fideicommissario non denegatur docto de fideicommisso, eiusqu purificatione, ac de identitate bonorum, nec minus retardatur per exceptiones detractionum illiquidas, vel iam consumptas. Indè plura etiam de reciproca substitutione facta inter omnes, de linea, ac de requisitis illius prout adhuc de renunciatione fideicommissi, quando illa censeatur per diuisionem secuta, quæ diuidentibus præiudicet, non autem tertio.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario non denegatur constito de fideicommisso aliisque requisitis necessariis.*

2 *Substitutio reciproca facta dicitur per verba* vulgariter pupillariter, & per fideicommissum.

3 *Reciproca substitutio dicitur facta inter omnes de linea, si omnes fuerunt vocati, substitutio facta sit vltimo morienti, & in tota hæreditate.*

4 *Fideicommissum non dicitur renunciatum per diuisionem, quando quis venit iure proprio, non tamquam hæres diuidentis.*

Diuisio non præiudicat, ei qui agit ex propria persona num. 4.

5 *Fideicommissum, vt censeatur remissum per diuisionem requiritur, quod verba sint clara, & indubitata, itaut nec sufficiat clausula ad habendum, promissio de euictione, & similia.*

6 *Inuentarium, & diuisio plenè probant identitatem bonorum contra conficientem, & diuidentes, eiusque hæredes.*

7 *Detractiones remanent consumptæ ex fructibus perceptis à die motæ litis.*

8 *Fideicommissario non retardatur immissio per exceptiones detractionum, quæ ex fructibus perceptis à die motæ litis remanserunt illiquidæ.*

9 *Dos quæ detrahi potest de bonis liberis nunquam detrahitur de bonis fideicommissi vigore* authenticæ res *quæ, cuius remedium est subsidiarium.*

10 *Emphyteusis primus acquirens de propriis pecuniis titulo oneroso, potest de emphyteusi ad libitum disponere etiam in præiudicium vocatorum, non secus ac de aliis suis bonis patrimonialibus.*

DECISIO CCCLII.

PER mortem Angeli Mariæ de Herculanis sine filiis egit Hieronymus pariter de Herculanis contra Isabellam eiusdem defuncti sororem, & hæredem, & vigore fideicommissi ordinati à Hieronymo Seniore obtinuit in partibus immissionem ad possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, quæ reperiuntur penes illos de Scarpis hæredes Isabellæ. Cumque interim defuncto Hieronymo Iudicium appellationis fuerit prosecutum in Rota ab Andrea Camillo, & Bernardino eius filiis, causa mihi commissa prius proposui dubium super detractionibus prætensis ab eisdem de Scarpis possessoribus, quas Rota dixit eis competere pro legitima ex persona

Iulii

Iulii Cæsaris filii Hieronymi Senioris fideicommittentis nec non pro medietate dotis maternæ, ac aliis pecuniarum summis impensis pro affrancatione bonorum fideicommissi, *vt in decisione* 4. *Februarii* 1664. Hodie autem præfati filii Hieronymi Iunioris omissa hac disputatione petierunt aliud dubium an, &, super quibus bonis sit danda immissio, & resolutum fuit concedendam esse super omnibus, bonis obuentis Iulio Cæsari occasione diuisionis factæ de anno 1581. inter Bernardinum, & Iulium Cæsarem filios Testatoris primo institutos, quæ consistunt in portione Domus magnæ cum quatuor Domibus contiguis positæ sub Capella Sancti Michaelis Arcangeli in prædio Barbiani extra Portam nuncupatam di Strada Castiglione, & tribus Prædiolis sitis in Villa Moderani in communi Castri Guelphi, quia cum constet de fideicommisso eiusque purificatione ad fauorem Acto-
1 rum nec non de bonorum identitate, † non potest denegari immissio eo remedio, *l. fin. C. de edict.* Diu. Adrian. tollen. Merlin. *dec.* 244. *num.* 14. *& alibi passim.*

Fideicommissum est literale ad fauorem Bernardini, & Iulii Cæsaris filiorum Testatoris eorumque filiorum descendentium masculorum in infinitum, vt ex Testamento dato in *Summario num.* 1. Nec dubitari potest de reciproca substitutione inter omnes vocatos, tum attentis illis verbis, *ad inuicem substituit vulgariter pupilla-*
2 *riter, & per fideicommissum*, † tum etiam, quia Testator post vocationem omnium descendentium in infinitum eisque prohibitam alienationem bonorum addidit rationem, ibi: *Quia vult omnino quod omnia sua bona subiaceant fideicommisso, & inter eos perpetuo remaneant sine aliqua detractione, & diminutione & linea dictorum eius filiorum deficiente, eorum vltimo deficienti substituit, &c.* Ex his enim constat de omnibus requisitis necessariis ad
3 inducendam reciprocam etiam de linea ad lineam; † quoad nempè omnes fuerint vocati, quod substitutio sit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, de quibus *in l. Titia, seia, §. scio libertatis, ff. de leg.* 2. & plenè *in Rauennaten. fideicommissi* 11. *Februarii* 1661. *§ perpetuum coram R. P. D. meo Priolo.*

Non obstat, quod fideicommissum censeatur remissum de dictam diuisionem factam inter filios Testatoris, nam vltra quod Actores veniunt ex Iure proprio non au-
4 tem tanquam hæredes diuidentium, † quibus propterea diuisio præiudicare non posset, Bald. *consil.* 89. *num.* 9. *& 10 lib.* 1. Rota coram Eminentissimo Cardinali Celso *decis.* 267. *numer.* 12. adhuc ex lectura ipsius Instrumenti *Summario num.* 2. benè colligitur diuidentes noluisse comprehendere Iura fideicommissi, de quo nullam mentionem fecerunt: Ad effectum enim, vt per diuisionem
5 inducatur remissio fideicommissi † opus est, vt verba sint clara, & indubitata, cum alias non sufficeret clausula ad habendum promissionem de euictione; & similia dictum fuit *in Bononien. fideicommissi de Monterentiis* 22. *Iunii* 1661. *§. nec ex eo cum sequen. confirmata* 27. *Ianuarii* 1662. *& in Æsina fideicommissi* 23. *Iunii* 1662. *eiusdem anni §. nec refert. coram R. P. D. meo Priolo*, vbi allegantur concordantes.

Identitas pariter bonorum videtur sufficienter probata ex Inuentario confecto à Iulio Cæsare, & Bernardino post obitum Testatoris, vbi descripta reperiuntur nouo *Summario num.* 1. quod etiam comprobatur ex successiua diuisione ab ipsis hæredibus facta dicto primo *Summario num.* 2. vndè cum illi de Scarpis habeant causam à Iulio Cæsare mediante persona Isabellæ eorum Auctricis
6 tam Inuentarium, quàm diuisio † benè concludunt contra ipsos identitatem bonorum, de quibus agitur Cardinal. Caualer. *decis.* 578. *num.* 5. Merlin. *decis.* 262. *& in Terracinen. fideicommissi de Piloreiis* 6. *Iunii* 1659. *coram R. P. D. meo Albergato, §. quæ quidem in fine.*

Retardari autem non debet immissio siue ex capite detractionis competentis ex persona Iulii Cæsaris de quibus *in decisione* 4. *Februarii* 1664. siue etiam ex causa Dotis Isabellæ eiusdem filiis Cæsaris filiæ, quoniam detractio-
7 nes, aut integrè fuerunt consumptæ, † ex fructibus perceptis ex bonis controuersis à die motæ litis, quæ incepit vsque ab anno 1634. *Summario num.* 3. vel saltem negari non potest quin eorum quantitas remaneat illiqui-
8 da, adeout fideicommissariis † non valeant impedire petitam immissionem ex allegatis, coram Eminentissimo Cardinali Otthobono *decision.* 180. *numer.* 17. *in recent. decis.* 336. *num.* 26. *part.* 9. *& in Romana hæreditatis* 1. *Aprilis* 1647. *§. tum etiam quia coram Arguelles.*

Dos verò Isabellæ immissionem impedire non valet non solùm qui ia in fide Baptismi *Summario numer.* 6. ipsa enunciatur filia naturalis Iulii Cæsaris, & tamen de illius filiatione alium de non constat, sed etiam quia in omnem casum detrahenda esset ex bonis liberis Iulii Cæsaris † non autem ex bonis fideicommissi, quæ vi- 9
gore *Auth. res quæ* non tenentur nisi in subsidium, vt in *Romana residui Dotis* 27. *Februarii* 1668. *coram me.*

Demum non releuat, quod Domus fideicommisso subiectæ non potuerint transire ad quoscumque hæredes cum fuerint à Hieronymo Seniore acquisitæ in Emphyteusim pro se, & hæredibus quia cum ex datis in *Summario. num.* 5. appareat de illarum acquisitione facta ex propriis vtique tanquam primus acquirens titulo oneroso potuit ad libitum disponere etiam in præiudicium vocatorum non † secus, ac de propriis boni patrimo- 10
nialibus, Bald. *in l.* 1. *num.* 32. *C. per quas person. nob. acquir.* Rota coram Merlin. *dec.* 699. *num.* 4. *& sequen. cum aliis in Cæsenaten. Emphyteusis* 23. *Ianuar.* 1652. *in princip. coram R. P. D. Albergato.*

Et ita altera tantùm causa bis proposita fuit resolutum, &c.

Confirmata fuit præsens Decisio coram Reuerendissimo D. Albergato Decano sub die 27. Iunii 1670. quam in sequenti apponemus volumine.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Ariminen. Fideicommissi.

Lunæ 10. *Decembr.* 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius secundus, ac etiam tertius ad fideicommissum admittuntur etiam si primus gradus fuerit caducatus per prædecessum primo loco instituti quoties eorum vocatio facta sit per illud verbum, *Substituit*, quod quia continet in se vulgarem anomalam compendiosam perindè operatur, ac si vltima substitutio haberetur, & fuisset primæ institutionis immediatè adiecta.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario conceditur tam ex remedio* l. finalis, *quam vigore vtilis Saluiani interdicti.*

2 *Substitutio sequens, an & quando caducata remaneat vel ne per prædecessum primi instituti.*

3 *Substitutio vulgaris anomala compendiosa continetur in verbo* Substituit.

Substitutus secundus, ac etiam tertius per vulgarem anomalam compendiosam vocati dicuntur si primus institutus adire non possit, vel nolit, num. 3.

Substitutus vltimus per vulgarem anomalam compendiosam habetur, ac si fuisset primo loco immediatè substitutus.

4 *Filius non natus de tempore mortis grauati, & sic de tempore delatæ successionis quando succedat.*

Substitutus quilibet vocatus admittitur, dum non comparet alius, qui se vocatum esse prætendat, num 4.

5 *Fideicommissum vbi non potest stare in suspenso, eo casu admittitur etiam filius natus post mortem grauati, & sic de tempore non purificatæ conditionis.*

DECISIO CCCLIII.

HAC eadem die, qua denegata fuit Remissoria ad infringendum testamentum Ioannis directa, ipsummet Testamentum Domini comprobarunt im-
1 missionem concedendo Pandulpho † iuxta *textum in l. finali C. de edicto* Diu. Adrian. toll. *& in l. 2. C. de precario, & Saluiano*.

Instituit Ioannes de Victoriis Dominicam filiam Monialem, eique prohibendo omnem detractionem tam legitimæ, quam Trebellianicæ substituit Pandulphum filium guidi vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, cui decedenti absque filiis masculis alterum filium eiusdem Guidi in tota, & integra hæreditate substituit. In euentum verò quod ipse filius sine prole masculina decederet, tunc vocauit filium masculum Ludouici ipsius fratris, cui pariter absque huiusmodi prole moriente substituit masculum ex Iosepho nasciturum, cum onere cunctis imposito secognominandi de Victoriis ad effectum conseruandi agnationem, nec non faciendi celebrare duas Missas qualibet hebdomada in perpetuum, & donec durabit Mundus, & prout latiùs in *Summario* præsentis positionis *num*. 1.

Omnium primus decessit Pandulphus nominatim institutus, & paulo post Guidus eius pater absque filiis. Postmodum verò de anno 1665. Dominica Monialis. Cumque de anno 1667. in lucem prodierit filius ex dicto Ludouico pariter denominatus Pandulphus, qui sententia in partibus reportata obtinuit subscribi dubium An ei sit danda immissio à Dominis, vt supra affirmatiuè resolutum.

Identitas bonorum neque in partibus fuit in dubium reuocata. Detractiones verò expressè notantur prohibitæ à fideicommittente cum acquiescentia ipsius met filiæ, quæ insuper omnibus iuribus legitimæ, & Trebellianicæ, & quibuscumque aliis portionibus & hæreditatibus latissimè renunciauerat, vt in *Summario num*. 5. Vnde difficultas ad duo restringebatur circa vocationem vnum, an ex prædecessu Pandul-
2 phi primi instituti, † sequens substitutio de filiis Lodouici caducata remanserit, & hoc iam pluries negatiuè decisum fuit propter vulgarem anomalam
3 compendiosè contentam in illo verbo, *Substituit*, † per quam secundus, & tertius substitutus dicantur vocati tam in casu, quo primus hæres adire noluerit, quam in casu, quod non potuerit. Adeò quod idem sit, ac si vltimus fuisset primò immediatè substitutus, *in recent. decis*. 403. *num*. 11. *cum sequentibus part. 2. decis*. 200. *num*. 10. 11. *& 12. part*. 8. *Interamnen. fideicommissi 26. Ianuarii 1654. §. non obstat coram R. P. D. meo Beuilaqua, Æsina fideicommissi 23. Ianuarii 1665. §. etenim coram Reuerendissimo Domino meo Decano; & in Reatina fideicommissi 29. Maii eiusdem anni §. non obstat coram R. P. D. Emerix*.

Alterum verò an Pandulphus actor possit succedere non obstante, quod natus non esset de tempore mortis Dominicæ, & sic de tempore purificatio-
4 nis fideicommissi † minorem videtur habere difficultatem, quia hodie nullus alius concurrit, qui medio tempore hæreditatem sibi delatam fuisse conten-
5 dat, † & versamur in fideicommisso in quo testator vetat bona posse stare in suspenso per aliquod temporis spatium, donec adsit probabilis spes superuenientiæ filiorum in testamento comprehensorum, vt benè respondet Surdus *cons*. 125. *num*. 20. *vers. respondere etiam potest vsque in finem*, & latè probat Cyriac. *controuers*. 205. *num*. 84. *& seqq*. Castill. *controuersiarum vltimarum voluntatum lib*. 5. *cap*. 9. *n*. 38. *& firmauit Rota in rec. dec*. 346. *à nu*. 23. *par*. 5. *cum aliis in Ferrarien fideicommissi 4. Martii 1663. coram Eminentiss. D. Card. Vicecom*.

Et ita post secundam causæ propositionem, &c.

Præsens Decisio emanauit in eadem causa decisionis immediatè subsequentis quamuis illa concernat simpliciter denegationem remissoriæ.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO,

Sacræ Rotæ Decano.

Ariminen. fideicommissi.

Lunæ 10. Decembr. 1668.

ARGVMENTVM.

Falsitas testamenti probari prætendebatur ex eo, quod alius, & non testator rogauerit, & secum duxerit scribentem, & Notarium, quodque alter illud sine ordine, & mandato eiusdem Testatoris subscripserit, cumque hæc omnia sine aliquali fumo deducerentur, qui vlterius ingens, & grauius esse debet, ac semiplenam etiam probationem continere meritò igitur fuit ad hunc effectum remissoria denegata.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in materia adiectiua non conceditur sine vehementi fumo veritatis materiæ articulatæ, & vide num. 5. & seq.*

Fumus ad effectum obtinendi remissoriam super materia obiectiua semiplenam saltem probationem continere debet, num. 1.

2 *Releuantia sola in prophanis non sufficit pro remissoria in materia obiectiua.*

3 *Testamenti falsitatem ad probandam sine fumo nunquam remissoria conceditur, & qualis fumus ad hunc effectum requiratur, & supra numer. 1. cum seqq.*

4 *Crimen ad probandum remissoria sine fumo non conceditur, & ex quibus ille resultet.*

5 *Delictum quoties non deducitur principaliter, sed tantum incidenter, ad illud probandum etiam remissoria conceditur, & num. seq.*

6 *Remissoria non conceditur ad probandum delictum nec minus incidenter sine fumo.*

7 *Remissoria ad probandam falsitatem Testamenti alias approbati non datur.*

Probatum quod non releuat, eo magis super illo remissoria denegatur, num. 7.

8 *Remissoria in materia obiectiua multò minus conceditur stante in releuantia materiæ articulatæ, & supra num. 7.*

DECISIO CCCLIV.

DVPLICI ratione denegarunt Domini remissoriam petitam pro parte Monasterii, prima fuit quia articuli continent materiam obiectiuam dum tendunt ad redarguendum Testamentum de falso, † quo casu nisi adsit ingens fumus veritatis materiæ articula- 1
tæ vrgeatque vehemens, ac saltem semiplena probatio, hoc Sacrum Tribunal remissoriam concedere non solet, vt coram Verall. *decis*. 63. *num*. 2. *part*. 3. coram Buratt. *decis*. 28. *num*. 7. *in recent. decision*. 308. *numer*. 14. *& 15. part*. 5. & limitando contrariam Regulam etiam si constet de releuantia, & † 2
versemur in prophanis in *Bononien. fideicommissi de Bologninis 16. Aprilis 1646. in principio, & §. quod materia sine magno fumo coram Reuerendissimo Imolen. in Auenionen. legitimæ 8. Februarii 1648. coram R. P. D. meo Triolo, §. fin. cum aliis in Assisien. oblationum 28. Iunii 1662. §. alii pariter articuli coram me*, & in præ
dictis terminis obiectæ † falsitatis Testamenti in *Se- 3
nogallien. successionis 27. Iunii 1653. §. etiam qualitas materiæ coram Reuerendissimo Papiensi*.

Nec Dubitarunt Domini Articulos in vniuersum continere materiam obiectiuam, siquidem primus redarguit Guidum quod ipse, non autem Testator rogauerit, ac conduxerit scribentem, & Notarium, vt in *Summar. num*. 3. Secundus redarguit Patrem Paulum, quod

quod absque ordine Testatoris Testamentum subscripsit. Tertius est paruæ aut nullius releuantiæ. Vltimus verò pariter ferit eundem Patrem quod pro dicta subscri-
4 ptione pecuniam receperit, † & sic clara est vndique Criminis obiectio, *vt in dicta Senogallien. successionis cor. eodem Reuerendiss. Papien.*

Non obstat, quod etiam in materia obiectiua conce-
5 datur remissoria † quando delictum non deducitur principaliter in Iudicio, sed incidenter, & per viam exceptionis, Vestr. *in prax. lib. 7. capitulo vltimo numero primo in fin.* Menoch. *de recuperan. remed.* 15. *numer.* 371. Rota coram Penia *decis.* 1626. *numer.* 8. & 10. *cum cæteris allegatis.*

Quoniam id procedit vbi exhiberetur, vt supra intenximus fumus materiæ articulatæ, qui nullatenus in hoc
6 casu concurrit, † vt in specie respondendum obiecto distinguit, Rota coram Coccino *decis.* 260. *per tot. in recent. decis.* 610. *numer.* 2. & 3. *part.* 3. *in Valentina Parochialis* 23. *Ianuarii* 1647. §. *nihilergo coram Reuerendissimo Domino meo Decano in recent. decis.* 5. *numer.* 6. & 7. *part.* 10. & cæteris adductis *in Firmana prætensæ donationis* 28. *Martii* 1661. §. *non obstat, quod materia vers. & concurrit cor. me.*

Altera ratio qua moti sunt Domini ad denegandam remissoriam fuit irreleuantia materiæ articulatæ, constat namque Monasterium per actus positiuos solutionis
7 legatorum ipsummet Testamentum approbasse † ex regula satis nota quod remissoria non conceditur ad probandum id quod probatum non releuat, *l. ad probandum C. de probat.* Rota coram Caualer. *decis.* 512. *numer.* 2. *cum vulgatis.*

Parum obstante, quod Testamentum non censeatur approbatum nisi habita scientia nullitatis, & quod solutio legatorum fuerit facta lite pendente, quia primum cessat ex iisdem articulis, vbi ponitur nullitas pro publica, & notoria secundum verò in nihilo suffragantur, quia vltra quod si Testamentum prætendebatur inualidum, erat de directo impugnanda, ac prorsùs deneganda Legatorum solutio, instantia Monasterii, quæ datur in Summario numer. 2. non se opponit substantiæ ipsorummet Legatorum, sed tantùm, recipit modum soluendi, nimirum ex fructibus hæreditatis cum vlteriori protestatione quatenus soluerentur de se releuando super effectibus hereditatis, quæ quidem instantia fuit exaudita, & effectuata mediante decreto Iudicis, & replicata solutione, vt constat ex duobus Instrumentis relatis in eodem
8 Summ. num. 2. † vndè data huiusmodi irreleuantia eò faciliùs Domini remissoriam, vt supra denegandam esse censuerunt.

Et ita vtraque &c.

Super negotio principali in hac eadem causa emanauit hac eadem die altera Decisio, hic vt supra immediatè præcedenter apposita.

R. P. D. BEVILACQVA.
Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Perusina Saluiani seu Attentatorum.

Lunæ 10. Decembr. 1667.

ARGVMENTVM.

Possessor attentatè de sua possessione priuatus per uiam manutentionis restituitur, quoties ille non habuerit se pro spoliato. Ideoque attentata declaratur executio sententiæ concessa à Iudice primæ instantiæ pendente termino iuris appellato concesso.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur illi qui attentatè fuit sua possessione priuatus sed tamen non habuit se pro spoliato.*

Manutentio est vnus ex modis purgandi attentata respectu possessionis.

2 *Termino iuris concesso ad redeundum pro Apostolis, eoque pendente sententia executioni demandari non potest absque vitio attentatorum.*

Iurisdictio, & potestas iudicis, à quo remanet suspensa durante termine iuris, num. 2.

3 *Appellatione pendente sicuti nihil potest innouari, ita nec pendente termino Apostolorum recipiendorum.*

4 *Apostoli pars appellationis esse dicuntur.*

5 *Partis quoad partem idem est iudicium, ac totius quo ad totum.*

6 *Præcepta obtenta à Iudice primæ instantiæ post commissam causam appellationis remanent attentata.*

Attentata sunt omnia gesta post appellationem tam coram primo Iudice, quam coram quocumque alio, num. 6.

DECISIO CCCLV.

VT satisfieret de fructibus census Ioseph obtinuit à Locumtenente Ciuili Ciuitatis Perusii sententiam immissionis in Saluiano super prædio nuncupato Valiano possesso per Andream, qui ipsa die promulgationis sententiæ appellauit, & initans sibi responderi de Apostolis datus fuit terminus Iuris, quo pendente ille possessionem ad vtrumque effectum admitti curauit ab Auditore Cameræ, qui pro reuocatione dicti attentati concessit manutentionem, à qua licèt Ioseph appellauerit, & causa Rotæ commissa fuerit cum facultate manutenendi quem de Iure, tamen quia ipse redierat ad Iudicem à quo superuenit altera commissio tribuens facultatem purgandi attentata ad cuius formam hodiè dubitauit; an & cui per illorum purgationem tradendum esset mandatum de manutenendo, & Andreæ dandum esse Rota censuit.

Consueuit enim hoc Sacrum Tribunal eiecto attentate, qui se non habuit pro spoliato succurrere per concessionem manutentionis pro reuocatione attentatorum,
† qui est vnus ex modis purgandi attentata respectu pos- 1
sessionis, vt notat Fontanell. *de pact. nupt. clausula 7. glos. 3. par. 1. n.* 10. Posth. *de manut. obs.* 10. *nu.* 82. *& pluries dixit* Rota *ipsa, vt in dec.* 218 *nu.* 8. *& dec.* 364. *nu.* 10. & aliis cumulatis *in Colonien. Præpositure* 19. *Nouembris proximi præteriti, §. fin. cor. me.*

Quod autem Ioseph attentauerit in dubium reuocari non potuit, quia dum fuerat datus terminus iuris ad redeundum pro Apostolis, † eo durante non licebat exe- 2
qui sententiam Iudicis à quo cuius Iurisdictio, & Potestas interim suspensa remanserat, & proindè quidquid ipse, & appellatus gesserunt per viam attentati venit reuocandum iuxta doctrinam Franc. *in cap. ex. me. num.* 36. *de appellat.* Marches. *de Commiss. par. 2. cap. 1. de Apostol. petit. & concess num.* 18. Rugin*el. de appell. §. 6. glos. 4. sub numer 7.* Scacc. *eodem tract. lib. 3. capit. 2. quæst. 13. artic. 8. num.* 74. Lancellott. *de attentat. par. 2. cap. 13. art. 17. tit. de attent pend tempore Apostolos recipien.* subdens rationem, quod sicuti pendente appellatione nihil potest innouari,
† ita nec pendente termino Apostolorum recipiendorum 3
tum illi sint, pars appellationis, † *cap. ab eo de appellat.* 4
in 6. Cassador. *decis.* 8. *numer.* 8. *de appellat.* Rota *decis.* 50. *numer.* 3 *de appellat. in nouis.* Marchesan. *vbi supra num.* 16. *in fin* Vestrius *in praxi lib. 7. cap. 3. sub numer.* 37. Scacc. *vbi proxime artic. 3. num.* 24. nam idem Iuris esse debet de parte quo ad partem, † quod est de toto quo ad totum, *l quæ* 5
debita, ff. de acquir. hæred. & docet Euerard. *in sua Centuria in loc. à toto ad Partem.*

Hinc etiam iudicata fuerunt attentata præcepta pœnalia, quę Ioseph adeundo ad Iudicem primæ instantiæ ab eo impetrauit contra Colonos, vt sibi de fructibus responderent, † quod rite facere non potuit dum ad eius in- 6
stantiam causa reperiebatur per viam appellationis in Rota commissa ideò totum id quod alibi, quàm in ea actum fuit † ab attentatis excusari non valet, *l. sciendum, ff. de* 7
appellat. Rota *decis.* 33. *numer.* 6. *coram Eminentissimo Domino Cardinali Prodatario*, & fuit dictum *in Meleuitana attentatorum* 25. *Iunii proxime præteriti*, § *etenim post introductam*, & *in allegata Colonien. Præpositure*, §. *neque ab attentatis coram me.*

Atque ita pro purgatione attentatorum dandum esse An-

Andreę mandatum de manutenendo decisum fuit vtraque parte informante, &c.

Præsens Decisio fuit confirmata coram eodem Reuerendissimo Domino Beuilacqua sub die 1. Iulii 1669.

R. P. D. CARPINEO
Posteà S. R. E. Cardinali.

Neritonesi Pensionis.

Lunæ 10. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Praxis soluendi, seù contribuendi pensionem ab Episcopo, & Cessionario Cameræ pro terminis ante possessionem decursis mirabilitèr in hac Decisione traditur, & declaratur; Cuius occasione explicatur natura anni, qui Emergens à Doctoribus nuncupatur, & quomodo eadem praxis intelligenda sit respectu perceptionis fructuum, quorum ratione pensiones debentur atquè soluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Annus diuersimodè à Doctoribus sumitur.*
2 *Pensionis ad repartitionem attenditur annus Emergens.*
Annus Emergens nullam habet regulam in inchoatione, num.2.
3 *Annus ad effectum reseruationis pensionis sumit initium à die reseruationis prædictæ, & terminat ipsa die sequentis anni, & vide numer. seqq.*
Pensio quamuis in duo terminos distribuatur; attenditur tamen annus à die reseruationis illius, num.3.
4 *Fructus integri anni sunt obligati pro pensionis satisfactione, & quomodo, & supr. nu.3.*
5 *Beneficiatus non tenetur ad solutionem pensionis debitæ pro fructibus ante captam suam possessionem.*
Pensio an solui debeat à Successore Beneficii, vel à Camera, quando agitur de terminis decursis antè possessionem successoris, num. 5. & 6. & 10.
6 *Pensio solui debet pro rata fructuum perceptorum.*
7 *Rota mutata antiqua opinione, quomodo soleat se regulare in materia solutionis pensionis.*
8 *Subcollectores Apostolici quando teneantur diuidere fructus inter Cameram, & successorem, & supra sub num.5. & 6. & num.9.*
9 *Fructuum beneficii diuisio inter Cameram, & hæredes Beneficiati alia est, alia verò ad effectum statuendi solutionem pensionis.*
10 *Pensionum causæ etiam Regni Neapolitani, quomodo ad effectum contributionis inter Cameram, & successores decidendæ sint.*
11 *Verba*, pro rata temporis, *ad effectum solutionis pensionum referuntur ad tempora reseruationis, non autem ad recollectiones fructuum, seù destinatam solutionem.*

DECISIO CCCLVI.

CONFIRMATA fuit sententia Rotalis declarans Reuerendissimum Episcopum nullatenùs teneri ad solutionem pensionum, quibus grauata extat Ecclesia Neritonesi pro termino Dominicæ Natiuitatis anni 1655 & pro aliis duobus terminis anni 1656. teneri tantùm ad mensuram fructuum illius anni inter ipsum, & Cessionarium Cameræ diuisorum. Ratio huius resolutionis fuit, quia licèt secundum varias casuum contingentias annus diuersimodè † sumatur, ex notatis per Escobar. 1
de ratiocin. comput. 21. per tot. & per Modernum Veliternum *de tempore legali cap. 7. num. 7. &* 8 & latissimè ad explicationem *Text. in cap. 1. §. bis consequenter tit. hic fin. l. in vsibus feud.* Barbat. *de diuisione fructuum part. 2. capit. 4. à num. 14. vsque ad num. 19.* attamen ad effectum de quo agitur æque repartitionis pensionum attenditur ille annus, qui † dicitur Emergens, nullam habens regulam in inchoatione, de quo Bald. *in leg. de diuis. 5. ff. soluo. matrim.* 2
Sumensque initium à die reseruationis, & terminans ipsa die sequentis anni, intra quod spatium integra sit collectio fructuum obnoxia, & obligata annuali pensioni licèt † pro comodiore solutione in duos terminos distributæ, ita plurles resoluit Rota, & signantèr coram Penia 3
in decis. 708. in decis. 327. coram Coccino per tot. & 129. coram Cauall. num. 3. & tradit Garz. *de benef. par. 2 cap. 5. nu.* 190. Sanleg. *in tract. de pens. cap. 20. num. 7. & prius in primo tomo resol. Canon. capit. 20. numer. 9.* & adductis concordan. idem Modern. Veliter. *de Temp. legal. libr. primo capit. 38. num. 14.*

Igitur cum in primis duabus pensionibus, prima scilicèt antiquiori scutorum 300. in maiori summa aliàs reseruata, altera verò scutorum 300 datæ reseruationis sit de mense Ianuarii, tota recollectio fructuum de vno ad alium Ianuarium obnoxia est solutioni integræ pensionis istius anni nempè pro termino S. Io: Baptistæ anticipato, & pro alio Natiuitatis Dominicæ posticipato; † Vndè 4
cum Reuerendissimus Episcopus de fructibus anni 1655. nihil prorsus consequutus sit, nec consequi posset, dum possessionem Ecclesiæ nactus est 9. Iunii 1656. indubitatè venit, quod de oneribus pensionis illius anni nihil ad illum pertineat, † & consequenter, quod sicut ante recol- 5
lectam soluit Camera, & illius Cessionarius terminum Iunii anticipatum, ita recollectis teneatur seluere terminum Decembris posticipatum, quia vterque terminus constituit annuam pensionem debitam ex fructibus illius anni.

Simili modo annualis pensio 1656. in eosdem terminos distributa soluenda est ex fructibus illius anni, de quibus cum ita exigente instructione subcollectorum consignata Episcopo quarta parte frumenti, aliorùmque frugum, & medietate vini, & olei reliquum penes Cessionarium Cameræ remansisset, æquum & rationabile est, vt Episcopus secundùm hanc propositionem subeat tantummodò onera pensionum, pro terminis Iunii, & Decembris illius anni, & de reliquo teneatur Cessionarius, qui de fructibus illius anni participauit. † Pensio enim quæ su- 6
per fructibus reseruatur pro illorum rata soluenda est, vt notat Dominic. *in cap. fin. §. porrò de off. ord. in 6. & Gig. de pens. qu. 39. num. 7.* & ex hac ratione venit, quod Rota mutata antiqua opinione † soleat in hac materia se regulare, 7
iuxtà terminos *leg. defunct. ff. de vsufruct.* vt firmatum fuit *in Fanen. pensionis 19. Iunii 1577. coram San. mem. Clemente VIII.* quæ passim ad hoc soiet allegari, & quam postea sequuta est *in Cæsaraugustana pensionis coram Pamphilio apud* Pacif. de Salu. 139. *num. 3. in dec. Cauall. 129. numer. 1.* & in illa magistrali Duran. 448. *à num. 34. vsque ad fin.* sed diuersa ratione, & illa Episcopo magis fauorabili confirmata fuit sententia etiam respectu pensionis scutorum 800. quandoquidem cum data illius reseruationis esset in prima die Iulii r gulataque secundum pręcedentem regulam annus pensionis ad aliam primam diem Iunii sequentis anni, fructus hoc medio tempore percepti affecti sunt pro annuali pensio distributa paritèr in duos terminos, sed posticipatos scilicèt Dominicæ Natiuitatis, & S. Io: Baptistæ sequentis anni; Vndè venit quod respectu huius pensionis ex collectione fructuum anni 1656. de qua participauit Cessionarius detrahi debeat pensio pro termino sequentis Decembris, & pro alio S. Io: Baptistæ anni 1657.

Nec destruitur hæc regula ex instructione ex Subcollectoribus, & Commissariis spoliorum Regni Neapolitani, † 8
in qua statuitur, quod respectu frumenti, aliorumque frugum computetur annus à die 1. Septembr. respectu verò vini à die 1. Nouembris, & respectu olei, & cęterorum fructuum à prima Decembris, quia vt inquit prima decisio diuersa est ratio statuendi fructus, & tempora fructuum pro diuisione inter Cameram, & hæredes beneficiatos, † & sta- 9
tuendi pensiones, & illarum obligationes, quæ ex superiùs dictis regulantur secundùm tempora reseruationum.

Com-

Comprobatque hanc veritatem obseruantia, nam quotiescumque in causis Regni Neapolitani oportuit agi de modo contribuendi pensionibus Causæ secundùm præ-
10 cedentem regulam, † non autem secundùm instructionem Subcollectorum ab hoc Tribunali determinatæ sunt, vt habetur in illis *Neritonen. pensionum* 99. *parte prima &* 130. *par.* 3. *recent. & in causa Nazarena* 327. *co-*
11 *ram Coccino*, & verba illa, *pro rata temporis*, † non ad tempora recollectionum seù destinatæ solutionis, sed ad tempora reseruationum referenda esse censuit, Rot. *dec.* 504 *cor. Pænia*.

Minus obstat, quod Dominus Commendatarius in secunda gratia obtinuerit tantùm fructus à prima Septembris 1655. vsque ad nouam Ecclesiæ prouisionem sequutam 9. Iunii 1656. inferendo intra hoc tempus ex vna tantùm recollecta, de qua participauit ad tres annos, secundùm regulam supradictam teneretur, quia ex hoc ipso conuincitur insubsistentia huius obiectI, si enim ipse obtinuit fructus à die prima Septembris 1655. habuit vtique secundùm adductam instructionem subcollectorum omnes fructus illius anni. Cumque vlteriùs participasset de fructibus anni 1656. iuxtà diuisionem inter Ipsum, & Episcopum factam; æquum exinde fuit, vt ad onera integræ pensionis anni 1655. teneretur, & insimul concurreret ad proportionatam contributionem terminorum anni 1656.

Et vtcumque sit clara est illius obligatio soluendi omnia onera, quibus Camera erat obligata, quæ sicut de præcedentibus fructibus tenebatur ad terminum Natiuitatis Dominicæ 1655. Ita & ipsum teneri resolutum fuit vnica &c.

R. P. D. CALATAIV.

Præmislien. Parochialis.

Lunæ 10. *Decembr.* 1667.

ARGVMENTVM.

Vacatio beneficii resultans ex incompatibilitatis defectu assecutionis alterius beneficii non inducitur per solam, & simplicem prouisionem, & assecutionem secundi; nisi concurrat vlterius pacifica possessio vtriusque, quod etiam Promotor fiscalis Episcopalis, vacationem prætendens, prout quisquis illius tamquam fundamentum suæ intentionis plenè, & concludentèr probare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *ad Vacationis effectum non sufficit sola prouisio secundi beneficii, sed copulatiuè requiritur pacifica possessio vtriusque, & vide per totam.*

2 *Incompatibilitas non resultat ex prouisione, seù assecutione secundi beneficii, sed ex retentione simul vnius atque alterius.*

3 *Beneficium primum non vacat, nec dicitur incompatibile cum secundo, nisi doceatur de pacifica possessione tàm primi, quàm secundi beneficii.*

4 *Sacra Congregatio Concilii, ac etiam Rota numquam inducunt vacationem beneficii, eiusque incompatibilitatem ob solam prouisionem, & assecutionem secundi beneficii, nisi etiam pacifica possessio concurrat.*

5 *Promotor fiscalis Episcopalis prætendens vacationem beneficii ob incompatibilitatem assecutionis alterius, & ipse probare tenetur pacificam possessionem vtriusque.*

Fundamentum propriæ intentionis vnusquisque probare debet, num. 5.

Amplia hoc etiam in fisco procedere, ibid.

6 *Parochiales duas insimul quis retinere prohibetur.*

Concilium Tridentinum sess. 7. *capit.* 4. *de reformat. innouauit Constitutionem Concilii Lateranensis super prohibita retentione plurium beneficiorum, num.*6.

7 *Indultum habens retinendi plura beneficia, illud coram Ordinario exhibere debet.*

8 *Executio Indulti, vel alterius gratiæ facit præsumere gratiam fuisse vndequaque iustificatam.*

DECISIO CCCLVII.

VIGORE specialis Indulti San. me. Vrbani Octaui à Vicario Generali Præmissiensi executioni demandati retinebat Iacobus KoleK duas Parochiales, alteram in loco de Brelingh Cracouiensi, & aliàm in loco Szarzynensi Præmissiensis Diœcesis; sub prætextu autem quod postea idem Iacobus prouisus fuerit de Archidiaconatu Camenecensi, nec non de Ecclesia Zlotnicensi, ad instantiam Promotoris Fiscalis Ordinarius Præmisliensis, per sententiam diffinitiuam cum priuauit de Parochiali Szarzinensi tanquam incompatibili cum dictis beneficiis obtentis. Verùm interposita appellatione per dictum Iacobum contingit hodie disputari coram me dubium, An per assecutionem dictorum beneficiorum verè dicta Parochialis vacauerit, & negatiua prodiit resolutio.

Siquidem ad effectum vt per assecutionem secundi Beneficii vacet primum tanquam incompatibile, non sufficit sola illius prouisio, sed † copulatiuè requiritur, quod 1
cum prouisione plenè iustificetur, quod obtinens per duos menses pacificè, non solùm de facto, sed etiam de iure secundum beneficium possederit, aut saltèm dolosè per eum steterit non possidere, & vlteriùs quod ad huc primum beneficium retineat, iuxtà punctuales textus *in extrauag. execrabilis vers. qui verò deinceps, & cap. licèt Episcopus* 28. *de præb. in* 6. *& in ca. de multa* 28. *ibique glos. in verbo post receptionem in eod. tit. de præb.* Garz. *de benef. par.* 11. *cap* 5. *num* 100 Parisius *de resign. beneficior. lib.* 3 *qu.* 1. *nu.* 129. & ità seruari in hoc Sacro Tribunali, testatur Butatt. *dec.* 102. *num.* 1. *&* 2. *& ibi* Addentes, & admissum fuit in *Rheginen. Dipftberatus* 13. *Martii* 1656. §. *& quoad primam* 26 *Maii* 1657. §. *nam respectu, &* 2. *Iulii* 1662. *cor. R. P. D. meo Triolo*, § *sed insistebant*; Non enim est assecutio, † sed retentio, quæ in subiecta materia inducit incompatibilitatem; Vnde non docto de pacifica possessione † vtriusque, 2 3
primum Beneficium non dicitur incompatibile cum secundo, vt in terminis relato textu *in cap. commissa* 35. *de elect. in* 6. ratiocinatur Rota *in dec.* 601. *num* 2. *par.* 4. *& dec.* 131. *nu.* 7. *&* 8. *par.* 11. *rec.* † Et ità fuisse per Sacram Congregationem Concilii resolutum, & pluries à Rota seruatum dicit Card. Seraph. *dec.* 774. *num.* 2. 4

Deficit autem Promotor Fiscalis in hac salutari probatione sua, ad quam de iure tenebatur, † cum esset fundamentum propriæ intentionis vulgata *in leg. qui accusare* 4. *C. de edendo*; Præsertim quia respectu alterius incompatibilitatis, quæ aliàs deduci potuisset ex retentione simul duarum Parochialium † contra prouidam sanctionem Concilii Lateranensis, de quo *in cap. referente* 7 *& cap. præterea* 14. *de præbendis, & dignitatibus* innouatum per Sacrum Concilium Trid. *sess.* 7. *cap* 4. *de reform.* Iacobus amplissimum habebat Indultum vsque de anno 1644. coram Ordinario Præmisliensi exhibitum, † vt statuit Sacrum Concilium Tridentinum *dict. sessione septima capite quinto de Reformatione*, & ab eodem Ordinario executioni demandatum, vt in præsenti Summario numer primo & 2. quæ proinde executio † facit præsumere gratiam vndequaque fuisse iustificatam, ad textum *in lege si non cognitio quarta Cod si contra ius, vel vtilit. public. gloss. in lege à Diuo Pio decimaquinta verbo à se datorum in versic. item si cui executio ff. de re iudicata*, Rota coram Eminentissimo Domino Cardinal Otthobono *dec.* 854. *num.* 25. 5 6 7 8

Ideòque ex defectu prædictæ iustificationis Parochialem præfatam non vacasse resolutum fuit per Contradictas &c.

R. P. D. BEVILACQVA.
Postea Almæ Vrbis Gubernatore.

Bononien. Manutentionis.

Lunæ 10. Decembris 1668.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, qui regulariter non potest capere possessionem nisi de manu hæredis, illam apprehendere non prohibetur, quoties vel adest licentia capiendi possessionem propria auctoritate, vel existit consensus grauati. Substitutus in casum deficientiæ filiorum, an & quando filiis non natis ad substitutionem admittatur, cum declaratione si testator vtrumque casum cogitauit, & pariformiter vel diuersimode disposuerit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ciuitatis Bononiæ de appellat: & quod nullus occupet possessionem traditur, & declaratur & num. 5.*
Sententiæ duæ conformes vigore Statuti Ciuitatis Bononiæ habent vim trium, & constituunt rem iudicatam, num. 1.
2 *Conformitas sententiarum nihil releuat, nec habet locum dispositio statuti de duabus si deficit iustitia, vel validitas.*
3 *Mandatum Iudicis habet pro se præsumptionem validitatis, & iustitię.*
4 *Possessio capta non citato possessore est nulla.*
Possessor sine citatione sua possessione priuatus manuteneri debet, num. 4.
6 *Fideicommissarius tenetur capere fideicommissum de manu hæredis.*
7 *Possessionis in iudicio summariissimo inspiciendum non est vtrum à Iudice legitimè, vel non legitimè decreta fuerit possessio.*
8 *Fideicommissarius non tenetur capere possessionem de manu hæredis, quoties vltimus defunctus bona fideicommissi separauit à propriis, eaque ad substitutos deuenire mandauit, & num 10.*
9 *Fideicommissarius potest possessionem acquirere propria auctoritate, & absque facto hæredis stante, vel restitutione verbali grauati, vel licentia capiendi possessionem propria auctoritate.*
10 *Fideicommissarius potest capere possessionem propria auctoritate quoties concurrit consensus tacitus, vel expressus vltimi defuncti*
11 *Fideicommissarius potest capere possessionem propria auctoritate vbi fideicommissum est clarum, & tota hæreditas est restituenda, nullæque competunt detractiones.*
12 *Substitutio, quæ numquam incepit dicitur non potuisse deficere, & ob id numquam euenisse casum illius, sed vide num. seqq.*
13 *Substitutus in casum quo filii deficerent censetur etiam substitutus si filii non nascantur, & num. 14 cum seqq. vbi vide.*
14 *Voluntates defunctorum infringendæ non sunt per superstitiosas, & rigidas verborum significationes.*
15 *Substitutus in casum deficientiæ filiorum eo magis censetur substitutus in casum non natiuitatis eorum si testator habuit rationem ad conseruationem propriæ familiæ, & numer. 13. cum seqq. & num 17.*
16 *Extraneum excludere testatoris coniunctos ab eoque dilectos absurdum esse dicitur, ideoque vitandum.*
17 *Substitutio diuersimode facta in casum non natiuitatis, & deficientiæ filiorum cum diuersa pariter dispositione in vtroque, diuersimode est intelligenda.*
Et tunc substitutus in casum deficientiæ non succedit in casum non natiuitatis ibidem, secùs verò si testator in vtroque casu pariformiter disposuit, & vide supra à num. 13.
18 *Legitima non detrahitur de bonis fideicommissi transuersalis.*
19 *Trebellianica, sicuti, & aliæ detractiones possunt à testatore prohiberi.*

DECISIO CCCLVIII.

PER obitum sine liberis Vincislai aperto fideicommisso Pirri Ioannetti, Romulus, & fratres ad illud vocati acceperunt possessionem bonorum, quæ etiam possidere contendebat Diamantes Vincislai mater, & hæres testamentaria. Vnde orta lite emanarunt duę sententiæ super manutentione ad fauorem fideicommissariorum quarum exequutione suspensa per commissionem Signaturæ directam Rotæ cum clausula, constito de duabus ad eius formam proposui dubium, quod hodie affirmatiuè fuit resolutum, quia statutum eiusdem Ciuitatis permittit semel appellare, † & duas conformes pro tribus repu- 1
tari, & constituere rem iudicatam mandat, vt meminit Rota *decis. 266. num. 1. par. 1. recent.* attenta præcipuè sententiarum validitate, & iustitia, quarum altera deficiente † conformitas nihil releuat, & non militat statuti 2
dispositio, vt probat *text. in l. 4. §. condemnatum, ibique DD. ff. de re iudicat.* & passim firmat Rota vt coram Coccino *in decis. 294. num. primo, & aliis ad ductis in Pisauren. redditionis rationis 5. Aprilis 1665. coram R. P. D. meo Albergato.*

Validitas non controuertebatur iustitia vero resultat ex anteriori possessione illorum de Ioannettis capta vigore mandati de immittendo relaxati per Auditorem Legationis Bononiæ, † quod sicuti habet pro se validitatis, & 3
iustitię præsumptionem *per text in l. iustè possidet ff. de acquir. poss.* Ita posthabita possessione Diamantis posteriori, & nulla vtpotè apprehensa non citatis Ioannettis † opera- 4
tur quod ipsi veniant manutenendi, *cap. licet causæ, vbi* Felin. *num. 8. de probat.* Rota coram Gregorio *decis. 9. num. 5. & in Mediolanen Beneficiorum 27. Mai. 1652. coram Eminentissimo D. meo Cardin. Celso inter impress. 149. numer. 3. & 4.*

Hæc autem iustitia offuscari non potest ex eò, quod statuto prædicto *lib. 2. rubr. quod nullus occupet possessionem, &c.* † Cautum sit nemini excepto hærede licere ingredi 5
possessionem bonorum mortuo possessore, quod etiam est conforme iuri communi, † de quò fideicommissarius 6
debet capere fideicommissum de manu hæredis *ad text in l. 1. ff. quorum legat.* nam præter quod in summariissimo possessionis iudicio † inspiciendum non est vtrum à Iudice 7
legitimè, necnè decreta fuerit possessio, vt post plures dixit Rota *in Firmana fideicommissi 26. Ianuarii 1663 §. fin. coram bon. mem. Verospio*, Vincislaus vltimus defunctus fideicommissum agnouit separando bona illi subiecta à propria eius hæreditate, mandans illa deuenire ad substitutos, vt ex testamento in Summario illorum de Ioannettis num. 4. † Ideo opus non fuit capere de manu hære- 8
dis fideicommissum, vt in terminis obtinuisse, affirmat Peregrinus *de fideicommiss. art. 47. num. 53. vers. idem est*, Censal. *ad eumdem ibidem vers. 2. sub limita*, præsertim quia ex eodem testamento, vel legitur verbalis restitutio, vel licentia capiendi possessionem propria auctoritate, † in quibus casibus valet fideicommissarius possessio- 9
nem acquirere absque facto hæredis, Argel. *de acquiren. possess. quæst. 8. artic. 2. numer. 60 & de legit. contradict. quæst. 10 art. 2. numer. 18. & 19.* Menoch *de adipiscen. poss. remed. 4. num. 636.* Ridolphinus *in prax. par. 2. cap. 7. num. 21.* Rota *dec. 315. num. 7. par. 3. recent. & in hac rubr. statuti dicit* Monterent. *illius glossator in verbo licentiam, vers. idem si testator.*

Nec dissentit allegata in contrarium *decisio in Bononien. fideicommissi de Barbettis 19. Iunii 1654. coram bon. memor. Bichio*, dum admittit fideicommissarium non teneri apprehendere possessionem de manu hæredis, quoties concurrit sententia vltimi defuncti excludendi alias concessas ab antecessoribus, † quod in proposito ex supramemora- 10
ta Vincislai dispositione tacitè, & virtualiter adesse non dubitatur, & sufficere dixerunt Alex *in l. restituta num. 6.*

ff. ad

ff. ad Sen. Conf. Trebellian. Cenſal ad Peregrin. vbi ſupra *artic.47. verſ.2.* declaratur Honded. *conſ.28. numer.32. lib.2.* Monterent. *vbi proximè* Rota *dicta decis.315. numer.7. verſ. ſicut etiam par.3. recent. & decis.471. num.6. & 7. poſt* Cenc. de Cenſ.

Prætereà regula limitatur, quando fideicommiſſum eſt Clarum, & nullæ competunt detractiones, ſed tota
11 hæreditas eſt reſtituenda, † quapropter cum nihil ſit remanſurum penes hæredem ad euitandum inutiles circuitus non eſt illi dandum, quod ſtatim eſt reſtiturus fideicommiſſario Mateſcott. *var reſolut. liber. 1. cap. 1. num. 3.* & declarauit Rota *deciſ.116. num 3. par. 3. recent. & in Piſauren. Maioratus 21. Maii 1663. §. nec facit cor. R. P. D. meo Emerix, & in Romana hæreditatis 4. Iunii eiuſdem anni §. & licet cor. Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Clarum eſſe fideicommiſſum liquet ex eo, quod conditio ſubſtitutionis factæ à Pirro ad fauorem hæredum Iulii Cæſaris Ioannetti, ſunt Romulus, & fratres ſub his verbis *Mancando, eſſendo eſtinto in tutto, e per tutto il ramo, e deſcendenza di detto Vincislao,* purificata extitit per mortem eiuſdem ſine filiis; parum releuante, quod Vincislaus illos non habuerit; Vnde informantes pro Diemante inferebant Teſtatorem voluiſſe principium, &
12 finem deſcendentiæ Vincislai, † quæ cum nunquam inceperit dicebant non potuiſſe; deficere, & ob id non eueniſſe caſum ſubſtitutionis, *ex l. Titio vſufructus ff. de condit. & demonſtrat.* quoniam reſponſum fuit verba illa ſolum tendere ab ſubſtituendum Ioannettos in caſu defectus filiorum, & deſcendentium Vincislai, vnde ipſi Ioannetti vocati cenſentur, tàm in caſu quo filii non na-
13 ſcerentur, quàm ſi poſtea nati decederent, † nam in vtroque ex his caſibus verificantur, tàm ea quæ nunquam fuerunt, quam ea quæ ceperunt, & ſucceſſiuè defecerunt *l. 3. §. 1. ff. de vſufructu, & quemadmodum caueat* Decian. *conſ. 226. num. 2.* Soccin. Iun. *conſ. 181 num 23. lib. 2.* Fulcoſ. *conſ. 89. num. 1.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 460. num. 10.* Rota *in Rauennaten. bonorum 6. Nouembris 1648. & 11. Ianuarii 1649. coram bon. mem. Dunozetto, vbi in §. non obſtat reſpondendo textus in dicta l. Titio,* dicitur non eſſe infrin-
14 gendas ſupremas defunctorum voluntates † per ſuperſtitioſas, & rigidas verborum ſignificationes, & reprobatis ſectatoribus contrariæ ſententiæ fuit reſolutum in *Bonon. fideicommiſſi 10. Decemb. 1664. §. ſubſtitutio vero cor. R. P. D. meo Albergato.*

Preſertim cum non dentur coniecturæ ſuadentes contrariam Teſtatoris mentem, quæ potius fauorabilis pro Ioannettis viſa fuit concurrere, dum ipſe Pirrus enixè optauit in illis conſeruationem propriæ familiæ † proinde ex 15
rationis identitate dicendum eſt, tàm in caſu natiuitatis, & deficientiæ filiorum, quàm non natiuitatis voluiſſe grauare Vincislaum, vt poſt Ger. Spin *conſ. 12. num. 9. & deciſ. 222. numer. 13. & 15. par. 5. rec.* arguit Rota *in alleg. Rauennaten. Bonorum §. 1. in fin. cor. bo. me. Dunoz.* Alias ſequeretur maximum abſurdum prorſus alienum à voluntate fideicommittentis † nimirum, quod mater grauata 16
extranea excluderet Ioannettos Teſtatori coniunctos, & dilectos Rota *dec. 12. nu 6. cor. Merl.*

Nec aduerſatur deciſio *in Ciuitatis Caſtellanæ fideicommiſſi 4. Iulii 1659. coram me* ibi enim vterque caſus non natiuitatis, & deficientiæ fuit à Teſtatore animaduerſus, 17
& in vno quoque diuerſimode diſpoſitum, & in propoſito quatenus dici poſſit Pirrum vtrumque conſideraſſe tamen pariformiter in ambobus diſpoſuit ſubſtituendo fratres de Ioannettis.

Secundo fideicommiſſo nihil eſſe detrahendum patet, quia ſi agitur de legitima hæc tanquam debita de Parentum ſubſtantia ſumi non poteſt de bonis Pirri tranſuerſalis, vt relatis concordantibus dictum fuit *in Maceraten. Fideicommiſſi 22. Iunii proximè præteriti §. non obſtat coram me.* Aut quæritur de Trebellianica, & cæteris detractionibus competentibus hæredi grauato, & hæc expreſſis verbis fuerunt prohibita à Teſtatore, † qui il- 19
larum deductionem poſſe vetare non dubitatur. Merlino *de legitim. liber. primo tit. 3. quæſtion. 1. numer. 25.* in fortioribus terminis Rota *in deciſ. 278. parte 11. recentiorum & deciſion. 131. numer. 4. & deciſion. 153. numer. 8. & 235. numer. 4. coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinale Celſo.*

Et ità vtraque &c.

SVPPLEMENTVM DECISIONVM

Quæ prò complemento Operis ſuperadditæ ſunt.

R. P. D. OTTALORA
Poſteà Præſide Granateñ.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 16. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſionem exigendi ſi quis habet, cautionem reſtituendi præſtare non tenetur, etiam ſi cauſa fuiſſet commiſſa cum clauſula, *data cautione arbitrio Rotæ*, & quamuis Reus ſententiam in petitorio obtinuiſſet, quæ tamen per appellationem remaneret ſuſpenſa; hinc natura eiuſdem cautionis, quæ iam receſſit ab Aula, an quandoque, & ex quibus concurrentibus requiſitis concedatur, remanet examinata.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrii datio debet intelligi prout de iure.*
2 *Poſſeſſor exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi non tenetur præſtare cautionem de reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, amplia, vt num. 4.*
3 *Cautio reſtituendi in caſum ſuccumbentiæ receſſit ab Aula.*
4 *Cautionem reſtituendi in caſum ſuccumbentiæ præſtare non tenetur poſſeſſor exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi etiam commiſſa cauſa cum clauſula*, data cautione arbitrio Rotæ.
5 *Sententia ſuſpenſa per appellationem non habetur in conſideratione ad effectum concedendi cautionem reſtituendi in caſum ſuccumbentiæ.*
6 *Cautio reſtituendi in caſum ſuccumbentiæ præſtari ne debeat quoties adeſt timor dilapidationis, vel difficilis recuperationis, & num. ſeq.*
7 *Sequeſtro, vel præſtationi fideiuſſoris locus non eſt niſi pendente lite ſuperuenerit noua cauſa dilapidationis, vel deteriorationis, & ſupra num. anteced.*
8 *Status mutatio perſonæ ab allegante probari debet, & ex quibus excludatur.*
Idoneitas perſonæ approbata dicitur per ſolutionem illi factam num. 8.
Poſſeſſor exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi per ſolutionem illi factam dicitur, tamquam idoneus approbatus, eoque amplius ſi reus poſſeſſorio renunciauit, num. 8.
9 *Teſtes examinati in cauſa diuortii, quę per reconciliationem ceſſauit, an aliquam faciant probationem.*

10 *Ma-*

10 *Maritus possidens etiam sola bona dotalia ad aliquam cautionem non tenetur.*

DECISIO CCCLIX.

A Mandato de manutenen. ab Auditore Cameræ concesso Cęsari Columnæ in quasi possessione exigendi menstrua scuta viginti quinque quoad vixerit promissa mediante apocha a bon. memo. riæ D. Anna Barbarina, D. Princeps Prænestrinorum illius hęredes causam appellationis committi obtinuit in Rota, & abrenunciato possessorio sententiam in petitorio reportauit super insubsistentia d. apochæ suspensam tamen per appellationem interpositam à Cæsare, qui cum interim instaret prò nonnullis terminis decursis, & D. Princeps peteret ab eo cautionem de illis restituendis in fine litis, placuit Signaturæ Iustitię causam mihi committere cum clausula *sine præiudicio mandati de manutenendo data cautione per Cæsarem arbitrio Rotæ*, cuius rescripti vigore proposito à me dubio, an sit danda cautio, vel potius sint præstanda alimenta, fuit per Dominos resolutum non esse dandam cautionem.

1 Et ratio fuit, quia datio arbitrii † intelligi debet prout de iure sa.me. Greg. *dec.221.nu.1.* de iure autem possessor,
2 qui est in quasi possessione exigendi† non tenetur pręstare cautionem de restituendo in casum succumbentiæ etiam prætextu paupertatis Lother. *de re benef.lib.1.qu.41.nu.41.* Posthius *de manut.obseru.104.nu.3.* Puteus *decis.146. in fine*
3 *lib.2.* vbi testatur, quod talis cautio † recessit ab aula Buratt. *dec.90.nu.1. dec.316.num.4.par.2.rec.* & in terminis
4 causę † commissę cum clausula arbitrio Rotæ eadem Rota *in Cusentina pensionis 22. Ianuarii 1616. cor. Vbaldo*.

Non obstat, quod D. Princeps obtinuerit sententiam in petitorio super insubsistentia apochæ, quia vltra quod
5 illa tamquam suspensa† per appellationem non est habenda in consideratione ad hunc effectum Faber *in Cod. lib. 1. tit.10. definit.1.* Posth. *de manut. obseru.18.nu.13.* Obiectum intraret si vlterius concurreret metus dilapidationis, vel
6 difficilis recuperationis, † in quibus terminis loquitur *Decisio in Romana vsusfructus 18. Iunii 1662. cor. R. P. D. meo Beuilaqua* in contrarium allegata, Alias enim non superueniente noua causa deteriorationis possessionis lite pendente per actus extrinsecos alienationis, vel venditionis
7 bonorum † non est locus cautioni, vel sequestro Carillus *dec.22.nu.1. dec.326.nu.3. dec.327.nu.1.pa.2 rec.dec.48.nu.12. apud* Posthium *de subhast. & in d. Cusentina Pensionis cor. Vbaldo*, quæ status mutatio proculdubio non probatur. Imo D. Princeps mediante solutione hucusque facta ex-
8 clusiua terminorum decursorum, † ac possessorio renunciando potius eius personam, vt idoneam approbauit.

Minus vrget, quod Cæsar nihil possideat præter bona dotalia suę vxoris, quia de hoc nullibi constat, & testes dati in Summ.D. Principis deponentes illum malè tractasse vxorem in victu,& vestitu tamquam inducti ab eadem
9 vxore in lite intentata super diuortio contra virum,† quæ iam cessauit propter reconciliationem, non benè concludunt inopiam Cæsaris, cùm mali tractatus potuerint prouenire ex dicta lite,vel in omnem casum satis est, quod possideat dicta bona dotalia, & quidem magni valoris ad
10 hoc, vt cogi nequeat ad cautionem præstandam Alex. *in 3.§.ex contractu sub nu.3. ff. de acquir. possess.* Scacc. *de iudiciis cap.37. num.21.*

Et ex hac eadem ratione non probatæ paupertatis Domini quoad alimenta nihil voluerunt firmare.

Vtraque, &c.

Supra in hac eadem causa, & in hac etiam part.XV. rec. aliæ duæ Decisiones habentur; altera cor. R.P.D.Taia sub die 28. Ian. 1667. quæ est in ordine decis. 13. cuius in calce etiam aliam concordantem adnotauimus; altera verò sub hac præsenti die 16. Ianuarii 1668 cor. eodem R.P.D. Ottalora, quæ est decis. 157. omnes tamen super negotio principali nullitatis obligationis supradictæ bo. me. Annæ Columnæ.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in pręsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Papien. Parochialis.

Lunæ 23. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Introducta lite, & causa inter duos præsentatos ad beneficium de Iurepatronatus, alter ex illis obtinuit etiam prouisionem apostolicam cum clausulis, *verificato prius, & amoto &c.* quarum vigore, quia executionem obtinuerat non citato prius suo compræsentato collitigante; fuit ideò illius possessio declarata attentata, & tamquam talis sequestrata, vt plerumque seruatur in beneficialibus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta pendente tempore ad appellandum, & post interpositam appellationem remanet attentata.*
2 *Possessio attentata sequestrari debet.*
Attentans commodo suæ vitiosæ possessionis gaudere non potest, ideoque illi possessio sequestratur, num.2.
3 *Possessio obtenta ab executore literarum Apostolicarum, quando remaneat immunis à vitio attentatorum, ab eaque possit appellari, & num.seqq.ac per totam.*
Appellatio suspensiua prohibetur à Concilio in Beneficiis Parochialibus, & quando, numer. 3 *&* num. 6.
4 *Literæ Apostolicæ emanatæ in forma dignum, cum clausulis,* verificato prius, &c. & amoto, &c.
Clausula, verificato prius, *& clausula* amoto, *faciunt executorem mixtum, num.4.*
Executor mixtus tenetur assumere partes Iudicis, num.4.
5 *ab Executore mixto appellatur ad vtrumque effectum.*
6 *Appellatio suspensiua datur etiam à beneficio curato, quando agitur inter Compræsentatos.*
7 *Titulum parem non habens, an & quando dicatur legitimus contradictor, & num.seqq.*
8 *Executor Apostolicus etiam cum clausulis,* verificato, &c. & amoto, &c. *quando possit extraiudicialiter ad executionem procedere non citata parte.*
9 *Contradictor legitimus dicitur præsentatus ad beneficium iurispatronatus etiam aduersus Prouisum apostolicum, quando iam fuerat introducta lis.*
Clausula sine præiudicio licèt præseruet facultatem exequendi Iudici à quo tamen non impedit, quod illa reuocari non possit etiam per viam attentatorum in gradu appellationis, numer.11.
Modo tamen successerit etiam, & interueniat expressa commissio super attentatis ibidem dicto, num.11.

DECISIO CCCLX.

VACANTE Parochiali Ecclesia Archipresbyterali loci Sancti Zenonis Papien. Diœcesis de iurepatronatus familiæ de Cordalis, fuit præsentatus à nonnullis ex Patronis Ambrosius Ansrosius, ab aliis verò, qui pariter iuspatronatus ad se spectare contendunt, fuit præsen-

sentatus Ioannes Gricciottus. Hinc orta lite super institutione inter eosdem compræsentatos, Gricciottus obtinuit prouisionem Apostolicam cum derogatione medietatis vocum, cuius vigore non citato Ansrosio institutionem reportauit die 28. Martii 1665. & deindè non obstante appellatione per Ansrosium infra decendium interposita, nempe die prima Aprilis sequentis possessionem controuersi beneficii adeptus fuit Summario Ansrosii numer. 6. & 7. introducta autem causa appellationis coram Archiepiscopo Mediolanensi & ab eo auocata, fuit mihi commissa; Vnde proposui dubium, an constet de attentatis itaut locus esset sequestro, & affirmatiua in omnibus DD. prodiit resolutio.

Attentata enim visa fuit possessio capta per Gricciot-
1 tum † pendente tempore ad appellandum, & post ipsam appellationem ab Ansrosio interpositam *capit. non solum de appellat. in 6.* Rota coram Gregorio *decis. 91. num. 4.* Buratt. *dec 363. num. 4. & dec. 212 numer. 3. & in rec. decis. 45. num. 11. & dec. 466. num..... par. 9* Eamque propterea Domini sequestrandam censuerunt ne attentans fruatur
2 commodò vitiosæ possessionis iuxtà stylum quem seruat Rota vt coram Cæsare de Grassis *decis. 2. de appel. at.* Caualer. *decis. 592. numer. 3.* Eminentiss. Otthobon. *decis 266 num. 4. dec. 268 num. 1 parte 8. & decis. 297. num. 10. par. 10. recent.*

Nec visum fuit obstare, quod Ordinarius processerit tamquam executor literarum Apostolicarum, quæ paratam habent executionem & proinde possessio remanse-
3 rit immunis à vitio attentatorum, † præsente quia agitur de beneficio habente curam animarum annexam quo casu prohibetur appellatio suspensiua ex dispositione Sac. Conc. Trid. *cap. 18. sess. 24. de reform.*

Quoniam literæ Apostolicæ emanarunt in forma dignum cum clausulis, *verificato prius, &c. amoto, &c.*
4 † quæ singula reddunt executorem mixtum, qui proinde tenebatur assumere partes Iudicis, Rota coram Gregor. *decis. 413.* Burat. *decis. 631. vbi addentes num. 9.* Duran. *decis. 414. num. 2.* & operantur vt ab illius decretis, seù sen-
5 tentijs daretur appellatio, tàm ad effectum suspensiuum, quàm ad effectum deuolutiuum Addentes ad same. Greg. *decis. 171. num. 2. & decis. 327. num. 17 parte 10. recen.* Et ideò licèt ageretur de Beneficio curato, tamen cum non versemur in casu appellationis à mala relatione examinatorum in quibus terminis procedit dispositio Sa-
6 cri Concilii, † sed appellatio fuerit interposita à sententia lata inter compræsentatos, debuit executio suspendi, cum tali casu admittatur etiam appellatio suspensiua, vt benè distinguendo vtrumque casum firmauit Rota *decis. 197. num. 9. 10. & 11. par. 5. recent. coram* Buratto *decis. 625. numer. 5. cum aliis in Reatina Vicariæ* 10. Maii 1647. *§. quia prædicta coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Pampilonen. Abbatiæ 16. Maii 1664. cor. R. P. D. meo Ottalora.*

Minùs refragatur, quod Ansrosius tamquam non habens paiem titulum, & possessionem non sit legitimus
7 contradictor ad impediendam effecutionem sententiæ prouiso Apostolico ex deductis per Rotam *decis. 346 coram Rojas*, & sic iudex potuerit etiam extraiudicialiter se in-
8 formare non obstantibus supradictis clausulis, † & ad executionem procedere Ansrosio non citato ex relatis per Adden. ad Buratt. *171. num. 8. in fine* Etenim cum iam suisset introducta lis coram Ordinario super institutione inter Gricciottum, & Ansrosium præsentatos, & deuentum ad quam plures actus iudiciales Summario Ansrosii nu-
9 mer. 8. † Vtique ipse euasit legitimus contradictor, itaut à sententia Ordinarii daretur appellatio suspensiua licèt fuerit processum vigore prouisionis Apostolicæ per Gricciottum obtentę Rota *decis. 1595. numer. primo coram* Penia, *& decis. 268. numer. 2. & 3. parte 8. & decis. 327. numer. 10. parte 10. recent & in Pientina Parochialis 28. Iunii 1655. §. attentare verò, & §. quia licet coram Reuerendissimo D. meo Decano*; Imo cùm in literis Apostolicis fuerit apposita clausula, *dummodò non sit alteri Ius quæsitum* Ansrosius per solam præsentationem patronorum coram Ordinario deductam factus fuerat legitimus contradictor Rota *decis. 17. de præb. in nou. d. decis. 1595. coram* Pænia *dec. 211. nu. 4. cor.* Buratt. *& d. decis. 327. num. 18. parte 10. recent.*

Attentata autem non euitantur ex eo quod commissio directa Archiepiscopo Mediolanen. fuerit signata cum clausula, *sine præiudicio literarum Apostolicarum*, quæ clausula censetur repetita in altera commissione mihi directa, & ideo substineatur executio facta etiam appellatione pendente; itaut reuocari non possit nisi via ordinaria; † Quoniam clausula prædicta licet præseruet Iudici 11
à quo facultatem exequendi; tamen non impedit, quin Iudex ad quem facta executione possit illam reuocare per viam attentatorum, vel manutentionis stante præsentatione commissionis etiam super attentatis Garzias *de Benefic. parte prima cap. 5. num. 373.* Barbos. *de clausul. clauf. 159. numer. 6. & clausul. 160. numer. 12.* Adden. ad Gregor. *decis. 91. numer. 13* Rota coram Buratt. *decis. 185. numer. 6.* Merlin. *decis. 410. num 9.* Duran. *decis. 414. nnmer. 3. dec. 151. numer. 8. part. 8. & decis. 45. numer. 19 parte prima recent.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA
Posteà Præside Granatensi.

Regiensi Consortii.

Lunæ 23. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Sicut Beneficium conferendum Nationalibus certas qualitates habentibus extraneis conferri minimè potest, Ità & ad Consortium debitum certo generi personarum, cùm certis etiam qualitatibus, illi admittendi non sunt, qui eisdem remanent qualitatibus destituti; eoque magis si illæ cum clausula, *& non aliter* fuerint à Constitutione, vel dispositione expressæ.

SVMMARIVM.

1 *à Consortio debito certo generi personarum reiicitur ille, qui non habet qualitates requisitas, & numer. seqq. ac per totam.*
Beneficia conferenda nationalibus habentibus certas qualitates illis solum, & non aliis conferuntur, num. 1.
2 *Testis deponens aliquem ab eius natiuitate in aliquo loco habitasse, non concludit illum in eodem loco fuisse natum.*
3 *Testis vnicus nihil probat.*
4 *Qualitatem Consortii non habens ad illud admitti non debet, & supra, num. 1.*
5 *Qualitas requisita cum clausula*, & non aliter, *omitti nullo modo potest, sed semper interuenire debet.*
Clausula, & non aliter, *præcisam formam inducitur, num. 5.*
6 *Constitutio loquens per verbum* de Patribus *compræbendit non solum patrem, sed etiam matrem.*
Verbum de Patribus *idem importat, ac verbum de Parentibus, num. 6.*
Parentum appellatione veniunt, tàm pater, quàm mater, num 6.

DECISIO CCCLXI.

AD formam Decisionis sub die 28. Februarii anni proximè præteriti firmantis Mauritium esse admittendum ad Consortium R. P. D. meo Taia suam protulit Sententiam, quam in gradu appellationis coram me hodie Domini infirmandam esse dixerunt ex defectu probationis qualitatum, quas requirit Constitutio Consortialis capite decimo secundo Vbi inter cætera disponit, ne quis recipiatur ad Consortium, *nisi in Terra, seù in Oppido natus fuerit, & de Patribus, qui per decennium saltem antea in eo habitauerint, & cum ibi educauerint, & non aliter nec alio modo.*

Vnde cum Mauritius non sit Oriundus Herberiæ, sed natus fuerit in Ciuitate Parmæ hodierno Summario Consor-

fortialium num.3. proculdubio ex defectu istius requisiti
1 venit à Consortio reiiciendus, † vt in terminis beneficii conferendi nationalibus, ac habentibus certas qualitates plené firmauit Rota *in Romana Canonicatus 10. Maii 1654. 15. Maii & 10. Decembris 1655. coram Reuerendo P. D. meo Priolo*.

Et quamuis dicta qualitas requiri videatur in iis dumtaxat, quorum Patres habent simplicem habitationem, secus in aliis, qui nati sunt in Territorio, & habent Patres Originarios, vt prosequitur eadem Constitutio, ibi: *in Territorio autem nati, & de Patribus Originariis Herberiæ, ciuiliter tamen educati in Consortium admittatur*.

Nullibi tamen constat Marium Patrem Mauritii fuisse Originarium dicti Loci; cum solum quartus Testis datus in preterito Summario Consortialium *num.* 3. asserat *Il Sig. Dottore Mario mentre era al Mondo habitò dalla sua na-*
2 *scita*, † qui tamen non concludit, quod ibidem natus fuerit, & in omnem casum tanquam vnicus in hac depo-
3 sitione nihil probat, † *cap. veniens*, *cap. in omni negotio de Testibus l. iusiurandum C. eodem tit.* Rota cor. san. me. Greg. *dec.* 178 *num.* 1.

Præterea nulla datur probatio, quod Mauritius in Oppido Herberiæ, fuerit educatus prout necessario exigit eadem Constitutio, ibi: *& eum ibi educauerint, & non aliter, nec alio modo recipiatur*; & sic huiusmodi proba-
4 tione deficiente admitti non debet † cum qualitas educationis fuerit requisita cum dicta clausula, *& non aliter*,
5 *&c.* quæ precisam necessitatem importat Rota post Cenc. de Cens. *decis.* 117. *nu* 4.

Insuper esset iustificanda decennalis habitatio ex parte Matris, quia dum Constitutio loquitur in numero plurali ibi: *& de Patribus qui per decennium saltem ante in eo habi-*
6 *tauerint*, † perinde est ac si dixisset de Parentibus quorum appellatione veniunt, tam Pater, quàm Mater. Afflictus *decis.* 178 hoc autem probatum non fuit imo contrarium conuincitur ex testibus datis in præterito Summario Consortialium num. 6. deponentibus Marium duxisse Vxorem Parmæ, ibique filios suscepisse.

Ex quibus responsum fuit pro infirmatione Sententiæ. Vtraque parte &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Varmien. Distributionum.

Veneris 23. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

In prophanis quia satis tritum est Remissoriam etiam sine fumo concedi stante sola releuantia materiæ articulatæ, quæ resultat vbi probationes respiciunt merita causæ, & percutiunt fundamenta Decisionum. Ideò hoc ipsum procedere dicitur etiam in materia distributionum Beneficii, cuius causa ad hunc effectum prophana quoque reputatur.

SVMMARIVM.

1 *Causa Distributionum Beneficii reputatur prophana, adeòque in ea etiam sine fumo remissoria conceditur.*

Causa ad effectum remissoriæ semper dicitur prophana, vbi non agitur de titulo Beneficii, numer. 1.

2 *Remissoria in prophanis conceditur etiam sine fumo data releuantia materiæ articulatæ.*

3 *Remissoria semper conceditur vbi probationes respiciunt merita causæ, & percutiunt fundamenta Decisionum.*

Articulata materia sufficit, quod quoquomodo faciat ad causam adhoc, vt super illa remissoria concedatur, num. 3.

Releuantiæ materiæ articulatæ cognitio totalis refertur post factas probationes in ipsa definitione causæ, non autem in sola cognitione remissoriæ discutitur, num. 3.

4 *Remissoria ad probandum per testes, id quod probari potest per scripturas, quando & quomodo concedatur, & num. seqq.*

Calumniæ suspicio cessat ex attestationibus extraiudicialibus, ex quibus etiam fumus veritatis resultat,

5 *Probatio per testes conceditur etiam super eo, quod per scripturas probari potuisset, quoties ex testibus magis præcisa resultare potest probatio, & nu.* 6.

DECISIO CCCLXII.

IN vltima decisione emanata 4 * Maii 1667. confirmatoria duarum precedentium quibus firmatum fuit Laurentio Ludouico à Demuth, & Ioanni Baptistæ Iacobello Canonicis Ecclesię Cathedralis Varmien. quamuis absentibus à residentia deberi distributiones decursas vsque ad annum 1660. quo bellum pace mediante cessauit. Reiectæ fuerunt tanquam simplices fides extortæ lite pendente, & non citata parte nonnullæ depositiones testium dicentium bellum cessasse vsque de anno 1656. Vndè cum pro illorum formale examine Capitulum pluresin actis dedisset articulos dubitaui, an sit danda Remissoria, & affirmatiuè responsum fuit.

Causa enim huiusmodi ad hunc effectum reputatur prophana † prout aliæ quæcumque in quibus non agitur de 1
titulo Beneficii, Greg *dec.* 174. *num.* 1. *ibique* Adden. *num.* 7. Caual. *dec.* 258. *nu.* 1. *& dec.* 183. *nu* 1. *par.* 4. *rec.* In causis autem prophanis Remissoria conceditur etiam sine fumo
† data releuantia materiæ articulatæ, Rot. *dec.* 667. *num.* 2
1. par. 1. dec. 661. nu 4. par. 2. dec. 101. nu 1. par. 10. rec. & in Auenionen. dilapidationis 7. Maii 1646. cor. Reuerendiss. D. meo Decano.

Releuantes visi sunt omnes articuli, nam primus, secundus, tertius, & quartus continent Bellum atrox, & metuendum paulò post, nempè mense Februarii 1656. fuisse sedatum, nec vltrò timorem incussisse, cum solummodò Populi, vt contributionibus pecuniariis grauarentur, adeout Sueziæ Rex, qui Brandemburgo opitulabatur seueris edictis omnem incolis illarum partium securitatem promiserit, & diplomate impresso vetuerit, ne quid hostile à suis militibus attentaretur liberumque transitum de vno loco ad alium concesserit absque vllo vnquam hostium periculo, & Canonicos Varmienses suam residentiam reassumpsisse, eamque continuasse prout alii Canonici aliarum Collegiatarum.

Reliqui vero continent fuisse de mense Septembris 1657 conclusam pacem inter Brandemburgum, & Regem Poloniæ, omniaque ad pristinam libertatem restituta, & pacem initam anno 1660 nihil commune habuisse cum prędicto Bello sedato de anno 1656. minusque Episcopatum Varmiensem fuisse sæcularizzatum sed omnes Canonicos, aliosque Presbyteros Ecclesiasticas functiones, diuinaque officia celebrare absque vllo impedimento, vt latiùs in dictis articulis.

Quæ omnia negari non potest, quin respiciant merita causæ, & percutiant fundamenta præcedentium decisionum, † cum tamen ad hunc effectum sufficiat, quod 3
materia articulata aliquo modo faciat ad causam reseruata cognitione totalis releuantiæ post factas probationes in definitione causæ, vt respondit, Rota *decis.* 720. *num.* 3. *par. 2. decis. 43. num. 2. par. 3. rec. cum aliis adductis in Grcueren. seu Polonien. nullitatis Professionis 10. Februarii 1651. & in Mantuana bonorum 17. Februarii 1653. coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Non obstat, quod dicti articuli probari possint per scripturas, ideòque calumniosè petatur Remissoria ad faciendam probationem per testes, † quia ex dictis attesta- 4
tionibus alias datis resultat magnus fumus veritatis, & materiæ propositæ exclusiuus cuiuscumque calumniæ, & articuli plura continent, quę potissimè dependent à depositionibus testium, à † quibus meliorem declarationem 5
recipere possunt, nec est nouum quod Remissoria concedatur, etiam ad probandum per testes, id † quod proba- 6
ri potest per scripturas quandò ex testibus resultare potest magis præcisa probatio, vt dixit Rota *decis.* 196. *num.* 8. *par.* 6. *& decis.* 1. *num.* 10. *par.* 10. *rec.*

Et ità vtraque &c.

RE-

REVERENDISSIMO D. CERRO
S. R. Decano.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Collectæ.

Lunæ 23. Ianuarii 1668.

A R G V M E N T V M.

Quamuis possit Vniuersitas deficientibus bonis communibus deuenire ad impositionem Collectæ, quam singuli eiusdem Vniuersitatis etiam de proprio soluere teneantur. Hoc autem, vel procedit respectu eorum, qui impositioni consenserunt, vel tempore eiusdem impositionis erant de gremio. Vbi autem agitur de obligando successores de necessitate requiritur, quod Collecta fuerit imposita pro debito necessario, secùs autem si pro debito merè voluntario.

S V M M A R I V M.

1 *Collecta fieri debet deficientibus bonis Communibus alicuius Vniuersitatis.*
ad Collectam ab Vniuersitate impositam Omnes de Vniuersitate tenentur de proprio, & quando num. 1. & seqq.
2 *Singuli de Vniuersitate, qui vel consenserunt, vel saltem erant de Gremio tempore Collectę semper tenentur ad illam soluendam.*
Vniuersitatis homines, qui longè post Collectam illi fuerunt adscripti, ad Collectam soluendam regulariter non tenentur, & quando vide etiam, num. 2. & 4. cum seq.
3 *Maior pars Vniuersitatis, vbi aliquid statuerit, illud semper transit in successores, & posteros etiam absentes.*
Vniuersitas semper est eadem, quamuis varietur ex mutatione personarum, nu. 3.
4 *Vniuersitatis successores tenentur pro debito ab eorum antecessoribus ex necessitate contracto, secus autem si ex causa merè voluntaria, & num. sequen.*
5 *Collecta imposita ab Vniuersitate pro emendis domibus, ad quas emendas illa nullatenùs cogebatur, non obligat successores eiusdem Vniuersitatis, & supra num. 4.*
Successores Vniuersitatis admissi independenter antecessoribus ad illorum debita non tenentur, & quando num. 2. 3. 4. & 5.
6 *Collecta imposita pro iis, quæ fiunt ad pompam, & ornatum dicitur imposita ex causa voluntaria, nec obligat successores.*
7 *Census quod fuerit legitimè impositus, & pecunia concessa in causam expressam probatur etiam ex Decisione facta in causa.*
8 *ad effectum Obligandi successores alicuius Vniuersitatis attenditur origo, & principium Debiti, non autem ipsum Debitum posteà contractum.*

D E C I S I O CCCLXIII.

PRO debitis vsque ab anno 1614. contractis ab Vniuersitate Calceolariorum Vrbis pro emendis nonnullis domibus, & ducenda aqua fuerat iam ipsa Vniuersitas condemnata per sententiam bon. memor. Raymundi tunc Cameræ Apostolicæ Clerici latam de voto huius Sacri Tribunalis, in cuius executionem nonnulli ex Creditoribus obtinuerunt subhastari, & deliberari omnia bona vna cum Ecclesia. Verùm quia remanserunt alii Creditores, qui ex pretio retracto ex dictis bonis non potuerunt satisfieri Ideò de anno 1637. Calceolarii tunc temporis mediante publico Instrumento transactionis promiserunt soluere integrum residuum debiti deponendo in Sacro Monte Pietatis singulo mense scuta 50. & ad hanc ratam inter Calceolarios de Vniuersitate deuentum fuit ad Collectam. Renuentibus autem modernis Calceolariis pro huiusmodi Collecta contribuere obtinuerunt à Signatura Sanctissimi committi mihi causam cum clausula, *Arbitrio Rotę*, & hodiè proposito ad normam Commissionis dubio responsum fuit intrare Arbitrium pro retardatione respectu tantùm Calceolariorum receptorum post transactionem.

Licet enim deficientibus bonis communibus, prout hic, debeat fieri Collecta, † ad quam singuli de Vniuersitate de proprio teneantur, iuxta *glos. in l. 1. §. quod si nemo verbo Proconsul. ff. quod cuiusque Vniuersit. nomine*, *vbi* Bald. *sub num. 3.* Attamen dixerunt Domini hoc procedere respectu illorum, qui de tempore contracti debiti consensum præstiterunt, vel saltem erant de gremio Vniuersitatis, † secùs autem aliorum, qui de nouo longè post transactionem recepti fuerunt, & nullam prorsùs causam habent ab obligatis, istos enim non posse Collectari tradit idem Bald. *in dicto §. quod si nemo numer. quinto ad fin. versic. super secundo puncto dicendum est, & consil. 47. numer. 4. & 7. in fin. libr. terzo* quem sequitur Afflict. *super Constitut. Regnor. libro primo tit. de contumac. Vniuersit. numer. 2. versic. ante autem de nouo* Losseus *de iur. Vniuers. par. 3. cap. 9. numer. 25.* Coler. *de process. execut. par. 2. cap. 3. num. 385.* 1 2

Non obstat, quod vbi per maiorem partem Vniuersitatis aliquid statuitur, id transit in priuatos, & posteros & absentes † ex ratione quia Vniuersitas semper est eadem, quamuis varietur ex mutatione personarum ex deductis per Grat. *discept. forens. cap. 721. nu. 4. & 5. & aliis allegatis pro parte Creditorum.* 3

Placuit enim distinctio in hac materia ab omnibus recepta, quod venientes de nouo teneantur dumtaxat in casu quo Collecta fuit imposita pro debito necessario ab Vniuersitate contracto, † in quibus terminis loquuntur, & intelligi debent Auctoritates deductæ ab altera parte. At pro debito merè voluntario, quale fuit illud Vniuersitatis Calceolariorum contractum pro emendis Domibus, absque vlla necessitate, ad quarum emptionem nullatenùs cogebantur, certùm est, quod Collecta desuper imposita non arctat eos, qui tunc temporis non erant de gremio, sed † fuerunt de nouo recepti independenter à prioribus obligatis, Bart. *in dicta leg. prima eodem, §. si nemo numer. 2. versic. nota quod pro necessitatibus* Luc. de Pena *in leg. 2. numer. 12. versic. 3. & 4. casu distinguet de fund. rei priuat. lib. 11.* Felin. *in capit. cum omnes numer. 17. versic. fallit, & de Constitut.* Purpurat. *consil. 428. num. 84.* Gratian. *decis. Marchiæ 217. num. 15.* Thesaur. *decis. 257 numer. 4.* Franc. Marc. *decis. 489. numer. 5.* Criuell. *dec. Dolan. 11. nu. 25.* vbi quod dicitur causa voluntaria † si Collecta imponatur pro lis, quæ fiunt ad pompam, & ornatum. 4 5 6

Nec refragatur, quod Census fuerint legitimè impositi, † & pecuniæ versæ in causam expressam, vt patet ex *decisionibus in hac causa emanatis cor. bo. me. Coccino*, quia ad effectum obligandi istos homines de nouo receptos principium, & origo debiti inspici debet, † non autem ipsum debitum posteà contractum, *ad text. in cap. dudum de elect. in 6.* Riminald. Iun. *cons. 384. num. 4. & benè ad propositum* Thesaur. *dicta dec. 257. num. 4.* 7 8

Et ità vtraque, &c.

Præsens Decisio fuit acerrimè impugnata, sed nihilominus confirmata coram R. P. D. Rondinino sub diebus 10. Martii, & 11. Decembris 1673. quarum Decisiones erunt pariter in hac præsenti parte decima quinta recentiorum, sed inferiùs in ordine Decisione 391. & 392.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Biteccen. Bonorum seu Saluiani.

Lunæ 23. Ianuarii 1668.

ARGVMENTVM.

Satisfactio Creditoris quamuis pro certa portione probetur, remanet tamen Creditum iustificatum *pro residuo*, de quo etiam si postea idem Creditor fuerit resolutus, & quietantiam fecerit, non indè tamen sequitur, quod fuerit integratus de fructibus, quamuis illos præcedenter cum ipsa sorte simul in Iudicio petierit.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum conceditur, quoties illius extrema vndequaque iustificata sunt.*
2 *Creditum dotis remanet extinctum mediante datione in solutum.*
3 *Testes extraiudicialiter examinati pendente lite, & sine partis citatione non probant.*
4 *Creditum quamuis probetur extinctum pro aliqua rata, semper tamen remanet iustificatum pro remanenti portione.*
5 *Producens quietantiam illam approbasse censetur.*
Scriptura producta contra producentem plenam fidem facit, num. 5.
6 *Sortem & fructus si quis petierit, & postea fecerit quietantiam fauore Creditoris censetur de omnibus satisfactus.*
7 *Verbum* pro residuo *an referatur potiùs ad sortem principalem, quam ad illius fructus, vel potiùs comprehendat vtrumque, & supra numero 6.*
8 *Summa, seu Quantitas à Creditore recepta correspondens Credito sortis, non valet importare extinctionem, & satisfactionem fructuum.*
9 *Fructus reseruati impossibile est, quod fuerint in Instrumento Quietantiæ comprehensi.*
10 *per Quietantiam dotis liberè factam de sorte censetur remissa interusuria eiusdem dotis.*

DECISIO CCCLXIV.

ATTENTA obligatione facta de anno 1609. ab Octauio, & Lucretia de Nicolò Coniugibus, ac Ioanne Francisco, & Thomasio eorum filiis de soluendis ducatis 588. in termino vnius anni pro residuo dotis Annæ filiæ, & sororis respectiuè nuptæ Propertio Calò, idem Propertius de anno 1640. cessit, & donauit Clerico Carolo Mariæ filio fructus ducatorum 294. ex Credito dicti residui dotis, ad effectum, vt posset commodius in Clericali gradu viuere, & literis vacare, vt in præterito Summario Caroli Mariæ num. 1. & 2. cùm autem pro consequendis dictis fructibus durante matrimonio decursis institerit Cessionarius Iudicium ex remedio vtilis Saluiani duas sententias fauorabiles, alteram in partibus, & alteram ab Auditore Cameræ obtinuerit concedentes eidem immissionem in possessionem bonorum illorum de Nicolò dotis Promissorum, commissa autem mihi causa appellationis, dubitaui an, & de cuius bono Iure constet, & fauore pariter eiusdem Caroli Mariæ emanauit resolutio sub die 27. Februarii * 1667. quam hodiè Domini confirmandam esse censuerunt † quia pro parte actoris fuerunt iustificata omnia extrema Saluiani, vt probatum fuit in alia decisione, §. Bonum Ius cum sequenti. 1

Non obstat vnica exceptio, ad quam se restringunt Informantes, quod scilicet Creditum residui dotis remanserit extinctum vsque de anno 1612. † mediante datione insolutum petii Terræ pro rata ducatorum 300. vt deponunt Testes Summ. nu. 1. 2

Nam præter quod prætensa satisfactio non benè probatur ex dictis depositionibus testium tanquam extraiudicialiter factis pendente lite sine Partis citatione, † & in actis non productis adhuc animaduersum fuit, quod Propertius non donauit Carolo Mariæ fructus, & interesse totius residui Crediti dotalis consistentis in quantitate ducat. 588. sed solùm fructus ducatorum 294. & propterea licèt etiam ex dictis testibus probaretur extinctio pro aliqua rata, † semper tamen remanet iustificatum Creditum Caroli Mariæ, cùm verè residuum capitalis ducatorum 294. non fuerit solutum nisi per annum post cessionem, vt apparet ex quietantia data in Summario illorum de Nicolò, quæ tanquam ab ipsis reis conuentis producta censetur in omnibus approbata, † & contra eos plenè facit probationem, vt dictum fuit *in Interamnen. dotis 7 Februarii 1661. §. approbatio coram me, & aliis allegatis in Firmana dotis 19. Iunii 1665. §. quod autem coram R. P. D. Emerix.* 3 4 5

Nec obstat, quod Propertius diè 27. Augusti 1640. petierit executionem Instrumenti dotalis pro ducatis 294. pro residuo, & interesse, ac pannamentis, † & propterea dum postea fecit quietantiam 25. Aprilis 1641. per solutionem sibi factam de dictis ducatis 294. censeatur satisfactus tam pro sorte, quàm pro fructibus. 6

Etenim dictum Verbum *pro residuo* refertur dumtaxat ad sortem principalem, † quia petitio Iudicialis non fuit facta pro residuo sortis, & fructuum, sed quidem interesse, & pannamenta fuerunt, æquè principaliter petita, vt constat ex Summario illorum de Nicolò. Vndè postea Propertius, qui in Instrumento quietantiæ recepit dictam summam ducatorum 294. † ista solutio correspondens Credito sortis non valet importare extinctionem, & satisfactionem fructuum, quod euidentius probatur ex Instrumento quietantiæ, † vbi fructus fuerunt expressè reseruati ob illorum cessionem præcedenter factam ab ipso Propertio ad fauorem Caroli Mariæ, ibi: *Così ancora si riserba le ragioni, che li spettano per l'interesse di ducati 294. già ceduti nel Clerico Carlo Maria Calò suo figliuolo*, quapropter non applicantur allegata à Gratiano *discept. forens. cap. 455. numer. 26.* quia † ibi solùm dicitur, quod per quietantiam liberè factam de sorte censeantur remissa interusuria dotis, non autem fit mentio de quietantia conditionali, prout in proposito casu censentur explicitè præseruati. 7 8 9 10

Et ità vtraque parte informante &c.

Supra in hac eadem parte Decis. 35. adest impressa alia, quæ in præsenti causa emanauit Decisio.

R. P. D. CARPINEO
Posteà S. R. E. Cardinali.

Signina pecuniaria.

Lunæ 20. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Prohibentur Communitates Status Ecclesiastici à CONSTITVTIONIBVS SVMMORVM PONTIFICVM SVPER BONO REGIMINE EARVM, ne absque expressa licentia Cameræ Apostolicæ, vel Sacræ Congregationis contrahant quascùmque obligationes, seu promissiones. Qua ratione denegatur executio contractus ab Officialibus eiusdem Communitatis sine supradicta licentia initi, quantumuis ageretur de frumento pro seruitio eiusdem Communitatis recepto.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes quaecumque contractae à Communitatibus Status Ecclesiastici sine consensu Camerae Apostolicae, vel Congregationis boni Regiminis sunt nullae irritae, & inanes, & numer. seqq. ac per totam.*

2 *Bulla boni Regiminis non solùm annullat, sed etiam inexequibiles reddit obligationes Communitatum Status Ecclesiae sine licentia eiusdem Sacrae Congregationis, & supra numer. 1. ac per totam.*

3 *Egestas maxima, & indigentia rei frumentariae fuit de anno 1648. in toto Statu Ecclesiastico.*

4 *Bulla boni Regiminis annullat obligationes Communicatum quamuis ex causa necessaria, & vrgentissima contractas.*

Necessitas inseruit quidem pro causa obligationis, non autem supplet defectum solemnitatum, num. 4. & 5.

5 *Factum aliquod rectè fuisse non sufficit, nisi insimul ritè etiam gestum sit.*

Obligationes Communitatum Status Ecclesiastici requirunt simul causam, & licentiam Sacrae Congregationis boni Regiminis, num 4. & 5.

6 *Necessitas, vt in obligatione Communitatis non requiratur licentia Sacrae Congregationis Boni Regiminis debet esse adeò vrgens, vt aliter illi succurri non possit.*

7 *Necessitas qualis excuset à nullitate contractuum sine solemnitatibus celebratum.*

8 *Obligatio, & hypotheca generalis non comprehenditur sub Constitutionibus Apostolicis prohibentibus alienare bona Ecclesiae.*

9 *Hypotheca generalis nec minùs simplex obligatio fieri potest à Communitatibus Status Ecclesiastici absque consensu Congregationis Boni Regiminis.*

Verba vniuersalia, & effrenata quamcumque etiam obligationem, & hypothecam includunt, numero 9.

10 *Ciuitas tenetur ad solutionem frumenti à suis Officialibus empti, si illud in vtilitatem eiusdem Ciuitatis versum est, & nu. seq. vbi declara.*

11 *Communitates Status Ecclesiastici non obligantur sine licentia Congregationis Boni regiminis etiam probata versione.*

12 *Versione pro sola parte probata, pro eadem sola portione conceditur actio.*

13 *Versa in vtilitatem alicuius dicitur res pro ea empta.*

14 *Actione de in rem verso non tenetur nisi quis effectus fuisset locupletior, & in huiusmodi casu cedendo actiones liberatur.*

DECISIO CCCLXV.

AD instantiam Domini Principis Praenestinorum relaxauerat Auditor Camerae mandatum executiuum aduersùs Communitatem Vallis Montonae in scutis 414. pro residuo pretii frumenti anni 1648. ab Agentibus Domini Principis venditi Officialibus eiusdem Communitatis, sed causa appellationis commissa cum clausula, *si quid exequendum*. Cognita hodiè mandati iniustitia Rota censuit non esse exequendum.

Fundamentum resolutionis visum fuit Dominis inniti Constitutionibus Apostolicis Summorum Pontificum irritantibus quascumque obligationes † contractas à Communitatibus Sedis Apostolicae tam mediatè, quàm immediatè subiectis sine Camerae Apostolicae, vel Sacrae Congregationis super Bono Regimine expressa licentia, vt cauetur in *Constitutione 42. Sixti V. §. 5. & seq.* Bullar. *tom. 2. confirmata, & renouata in Constitut. 10. Clementis VIII. Bullar. tom. 3.* cum clausula sublata, & decreto irritanti, quae in proposito obligationem supradictae Communitatis sine hac licentia ad fauorem Domini Principis contractam † penitùs infringunt, ac inefficacem reddunt, & inexequibilem, vt aliàs respondit, Rota cor. Buratt. *dec. 751. num. 5. & in rec. dec. 46. num. 2. & dec. 271. eodem nu. 2. par. 5. & dec. 48. nu. 1. par. 8.*

Neque huiusmodi defectus excusari valet ex eo, quod emptio frumenti facta fuerit ex causa extremae necessitatis alendi suum Populum anno 1648. † quo grauis, & notoria rei frumentariae egestas omnia ferè loca Status Ecclesiastici vexabat. Tum quia adhuc repugnant verba earumdem Constitutionum annullantium obligationes, quantumuis ex causa necessaria, & vrgentissima contractas. † Tum etiam quia necessitas inseruit quidem pro causa contractus faciendi, sed non supplet defectum formae. Non enim sufficit aliquid rectè fieri, † verùm etiam ritè fieri oportet, vt super his Constitutionibus firmat, Cohellius *capite 31. numer. 75. & seqq.* & tradit communiter Simoncell. *de decretis in praefatione numer. 67. versic. mihi istorum dictum* Redoan. *de rebus Eccles. non alienan. qu. 19. nu. 59. & seqq.* Ciarlin. *controu. 25. nu. 54.* Rota *dec. 177. num. 6. par. 1. rec.*

Maximè cùm non constet necessitatem fuisse adeò praecisam, vt expectari non potuerit licentia superioris, † in quibus terminis procedunt auctoritates contra Communitatem allegatae, sed potiùs appareat de contrario. Nam emptio ab initio contracta fuit in Vrbe ab Officialibus Communitatis die 11. Septembris 1648. vbi facultas impetrandi licentiam in promptu erat, ac à dicta die post biduum ratificata fuit in pleno Consilio in Terra Vallis Montonae, quae non nisi per modicum itineris spatium distat ab Vrbe. Frumentum verò ad vsum Populi explanari non potuit nisi post diem primam Octobris sequentis, qua die Communitas stipulata fuit affictum cum Andrea de Philippis, qui frumentum hoc explanare promisit. Patet igitur, quod ab hac die vsque quo coeptum fuit explanari intercesserunt ad minùs viginti dies, quod temporis spatium plusquam sufficiens ad licentiam impetrandam excludit celerem illam figuratam necessitatem, † quae potest contractum excusare à nullitate resultante ob defectum solemnitatum, prout distinguendo probat, Rodoan. *dicta quaest. 19. numer. 58. & 60. & quaest. 52. numer. 30. & 32 de rebus Ecclesiae non alienan.* Barbos. *de offic. & potest. Episcopi allegat. 35. numero 58.* Ciarlin. *controuers. 105. numero sexto cum sequen.*

Non obstat, quod Constitutiones Apostolicae prohibentes alienare, & se obligare intelligendae sint de contractibus ex quibus resultat, vel effectiua bonorum distractio, vel saltem specialis hypotheca, non autem de hypotheca, & obligatione generali, † vt de prohibitione extrauagantis ambitiosae dictum fuit in celebri illa *Amerina bonorum 261. num. 6. coram Reuerendissimo Royas repetita post* Merlin. *de pignor. decis. 37. per totam*, quoniam huic intellectui repugnant manifestè verba vtriusque Constitutionis; & signanter *Sixti V. §. 5. ibi quouis modo alienet, hypothecet, &c.* & rursus *se obliget aut quouis modò aeri alieno se adstringat, & in §. 7. alias quascumque obligationes, & accessiones*, quae verba repetita etiam in *Constitutione Clementis VIII. in §. 12.* † tamquam effrenata, & vniuersalia hypothecam, & obligationem etiam generalem includunt, vt de similibus verbis probat, Merlin. *de pignor. quaest 42. numer. 35. lib. 1.* Cencius de Censibus *quaest. 22. num. 8.* Rota coram Seraphino *decis. 744 in princip. & numer. 9. & 10. & in recent. decis. 105. in fine parte 4. tom. 2.*

Exclusa itaque validitate obligationis minùs iuuari valet Dominus Princeps actione de in rem verso, † ex quo frumentum in beneficium Incolarum fuerit erogatum ad *text. in l. Ciuitas 37. ff. si certùm petatur iunctis iis, quae tradit* Bald. *in authent. hoc ius porrectum numer. 22. vers. vndè si Drapparius, C. de Sacros. Ecclesiis.* Nam quidquid sit, an probata versione actio possit etiam exerceri contra Communitatem resistente dicta *Constitutione Sixti V. in citato §. 7. expressè*, sanciente Vniuersitates ipsas, & Communitates etiam si omne id quod gestum est in earum vtilitatem versum esse constiterit, nullo † modo obligationis, aut iuramenti vinculo teneri.

Cessat insuper obiectum in praesenti facti specie, ex quo pro rata rubrorum 30. quorum valor ad conuentam rationem scutorum tresdecim pro quolibet rubro longè superat summam in mandato contentam, vel non subsistit versio, dum dicta Rubra triginta non fuerunt ab Incolis consumpta, sed vendita Communitatibus Hierani, & Anxis Canderonae † ad *text. literalem in leg. si pro parte 10. § in rem autem ibi proindè si pars versa est, pro parte erit actio, & in l. quod si seruus in principio vbi* Bald.

Bald. *in §. in rem autem verso secundo non obstat, ff. de in rem verso*.

Vel quatenus dictum frumentum versum dici potest in
13 vtilitatem Communitatis † tamquam ab initio emptum pro illius subuentione; iuxtà alium *text. in l. si res Domino eodem titulo*, tamen cum de hac rata rubrorum triginta Communitas non sit effecta locupletior nisi in quantum sibi competat actio ad illorum pretium aduersus Communitates prædictas emptrices, adhuc actione de
14 in rem verso pulsari non debet, † dum parata est cedere actiones quibus cessis liberabitur, iuxta *sententiam Pomponii relatam in dicta l. quod si seruus, §. in rem autem in fine vers. quam sententiam, &c. sequitur ibi* Baldus in fine, Castrens. *num. 1. vers. & ideò*.

Et ità conclusum vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Lucri Dotalis.

Mercurii 27. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Lucrum quartæ partis integræ dotis, quod defertur Marito ex dispositione *Statuti Vrbis lib. 1. capit.* 131. tàm quoad vsumfructum, quàm quoad proprietatem non existentibus filiis, non ità tamen debetur si superstiterint filii primi, non autem secundi matrimonii, quo in casu Maritus plus non consequitur de lucro prædicto, quàm quod filius primi matrimonii consecutus sit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à sententia infrà decem dies interponenda est, stante citatione ad sententiam personalitèr executa.*
2 *Sententia ob non interpositam appellationem infrà decendium facit transitum in iudicatum.*
3 *Iustitia sententiæ resultat ex Decisionibus in causa factis.*
4 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 131. de lucro dotis *in muliere, vel marito transeunte ad secunda vota, cum filiis, vel sine filiis primi, vel secundi matrimonii diuersimodè declaratur, & num. seqq. & per totam decis.*
6 *Statutum loquens in casu simplici non habet locum in casu mixto, sed remanet in dispositione iuris communis, & nu. 14.*
7 *Lucrum integræ dotis non debetur viro secundum dispositionem Statuti Vrbis, non existentibus filiis, si adsunt filii primi, non autem secundi matrimonii, & vide per totam.*
Filii primi matrimonii per dispositionem Statuti deferentis Marito lucrum dotis fraudari non debent dispositione l. hac ædictali *numer. 7. & seqq.*
Statuti dispositio de lucro dotis quando se compatiatur vel non compatiatur cum dispositione l. hac ædictali *num. 7. & seqq.*
9 *Maritus existentibus filiis prioris matrimonii non potest ratione lucri dotis plus consequi, quam perueniat ad filium prioris matrimonii, & vide ferè per totam.*
10 *à Veritate recedendum non est.*
11 *Legitima filiorum primi matrimonii detrahitur ante lucrum dotis secundo viro debitum.*
Contrarium, & malè tenent Cynus, & Iacobus de Rauenna, sed reprobantur ibid. num. 12.
13 *Statutum si moriente vxore sine filiis marito deferat lucrum dotis, an suum operetur effectum existentibus filiis.*
14 *Casus mixtus non comprehenditur sub statuto de casu simplici loquente, sed remanet sub dispositione iuris communis, & supra num 6.*
15 *Statutum de lucro dotis quomodo intelligatur si adsint filii primi, non autem secundi matrimonii, & vide per totam.*
16 *Discipulus prout fecit Raynerius de foroliuio, quandoque, & bene redarguit suum Magistrum, qualis fuit Signorolus.*
17 Soccinus, Rolandus, & Altogradus *in materia lucri dotis delati secundo viro existentibus filiis prioris matrimonii declarantur.*
18 *Fructus de lucro dotis matrimonio dissoluto, an, & qualitèr debeantur, & num. 21.*
19 *Fructus particularitèr petendi, vel disputandi non sunt vbi virtualiter veniunt in dispositione principaliter petita, & num. seq.*
20 *Dubia superflua disputari non debent.*

Hæc Decisio allegatur supra in decis. 234. eiusdem præsentis Partis XV. Recentiorum, quæ in eadem causa emanauit.

DECISIO CCCLXVI.

RESOLVTVM fuit per sententiam Rotalem Reuerendiss. D. mei Decani legatum in testamento Casandræ vxoris Alexandro Bianco relictum non deberi, Quartum verò eidem reseruatum tàm ex dispositione Statuti Vrbis, quàm etiam expressè conuentum in capitulis matrimonialibus denegari non posse, sed interposita in tempore appellatione pro parte Alexandri quoad legatum sibi denegatum, Saluccius filius Casandræ alterius matrimonii respectu quarti in tempore non appellauit; Vndè expedita solita executoriali contingit hodie disputari quoad quartum dumtaxat, an constet de re iudicata, seù potiùs de causis restitutionis in integrum, & affirmatiua quoad primam, negatiua verò quoad secundam partem prodiit resolutio.

Sententia enim præd.cta præuia citatione personalitèr executa lata fuit die 26. Augusti 1667. Summ. Alexandri nu. 2. Appellatio verò ab ea interposita sub die 6. Septembris sequentis, d. Summ num. 3 & sic post decendium † 1
requisitum tàm de iure *Authenticorum vt in Auth. hodie C. de appellat.* quam etiam de Iure Canonico, *vt in cap. cum dilectus 32. in fin. de elect. & elect. potest.* vnde concurrente prout hic validitate, & iustitia sententia † fecit tran- 2
situm in iudicatum vulg. *cap. Romana 3. §. si verò de appell. in 6. & cap. quoad consultationes 15. & 16. glos. extrà de sent. & re iudic.* Scacc *de appell. part. 12. numer. 2.* Rota *in Bononien Censuum 9. Maii 1667. coram R. P. D. meo Otalora in princ.*

Super validitate partes non insistebant; sed tota difficultas ad iustitiam reducebatur, quæ Domini visa fuit sufficientèr resultare † ex decisionibus emanatis *in Roma-* 3
na Testamenti 14. *Maii* 1666. * *& 28. Martii 1667. cor. Reuerendiss. D. meo Decano*, ex quibus luculentèr de more apparuit concurrere ad fauorem Alexandri super quarto controuerso vltrà dispositionem Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 131.* † 4
etiam expressum pactum in capitulis matrimonialibus adiectum quæ omnia ipsi tale lucrum reseruant.

Non obstat denuò repetitum obiectum, quod Statutum prædictum loquatur in casu simplici deferendo lucrum totius dotis si extent filii communis matrimonii, illis verò minimè extantibus lucrum quartæ partis tàm ad vsumfructum, quàm ad proprietatem reseruet, ac † 5
proindè per tacitum, ac subauditum intellectum non patiatur extentionem ad casum mixtum, † vt est iste, ex 6
quo superest filius primi, nullus autem secundi matrimonii, sed potiùs casus iste non consideratus debeat remanere sub dispositione Iuris communis, vt in indiuidualibus terminis Statuti Vrbis aduertit Gratian. *discept. 197 numer. 2. & per totam*, *cum* Rota *decis. 255. numer. 4. par. 4. diuers.*

Subsistit enim adhuc responsio aliàs data in præteritis decisionibus, quod scilicèt allegatæ auctoritates procedunt in casu quo defuncta vxore cum liberis prioris supersint etiam alii filii communis matrimonii, † tunc enim 7
cum ad formam Statuti Vrbis *cap. 131.* Maritus integram dotem lucretur licèt cum onere eam preseruandi filiis communis matrimonii, alii liberi fraudarentur fauorabili dispositione *l. hac ædictali*, ideòque remanere debet sub dispositione Iuris communis, & restringi ad limites d. legis sed in casu nostro non superest nisi filius

primi,

primi, nullus autem secundi matrimonii, minusque per assecurationem lucri à statuto fauore Mariti reseruati fi
8 lius superstes portione vigore *legis prædictæ* sibi debita † fraudatur, vndè cum vtraque dispositio inter se optimè compatiatur, statutum passiuam recipit interpretatio-
9 nem *à d. l. hac edictali*, † & Maritus ad terminos illius non potest de dicta dote plus consequi quam verè perueniat ad filium prioris matrimonii, vt esse tenendum menti, dicit Bart. *in d. l. hac edictali num. 22. vers. per hoc dixit* Bald. *in l. 1. num. 8. ad fin. C. de inoff. testam.* & optimè præter relatos in aliis decisionibus Berous *quæst. famil. 119. num. 2.* Vbertus, Zuccard. *cons. 43. num. 22.* Roman. *cons. 44. num 4. vers. & hoc si non existerent*, vbi quod hæc est
10 ipsa veritas, † à qua perinde non est recedendum, & respondendo *decisioni 255. par. 4. diuers. in obiecto allegatæ* firmauit Rota *in Romana Successionis 4. Iunii 1647. §. deindè cor. bo. me. Card Corrado, & firmant Decisiones Reuerendissimi D. mei Decani vtrobique §. finali.*

In quam sententiam faciliùs DD. inclinarunt, quia hæreditas Casandræ non controuertitur in scutis 9000. vndè facta etiam priùs à Saluccio deductione tertiæ par-
11 tis pro legitima sibi debita † iuxtà opinionem Glos. *communiter receptam in §. optimè Authent. de nuptiis*, quam tamquam veriorem articulo maturè discusso firmat Rota coram Crescentio *decis. 4. per totam de testam. & decis. 406.*
12 *num. 1. & seqq. par. 9. rec.* Quidquid dicant † Cyn. & Iacob. de Rauen. *in d. l. hac ædictali*, cum aliis quos doctò calamo recenset, & reiicit Vbert. Zuccard. *cons. 43. nu. 23. & seqq.* adhuc Alexander consequendo scuta 150. petita non egreditur limites legis prædictæ, vt firmant *decisiones Reuerendissimi D. mei Decani in § fin.*

Neque visa fuit subsistere replicatio, quod difficultas non consistat in f ruanda æqualitate portionum, sed potiùs in eo quod Statutum deferens quartam partem Ma-
13 rito sub conditione non existentiæ filiorum † non possit propterea arguendo à contrario sensu suum operari effectum existentibus filiis, licèt prioris matrimonii iuxtà *quæst. 43.* Roland. *de lucr. dotal. per totam, & cons.* Soccini Sen. *52. num. 5. lib. 3.* Signor. *cons. 68. per totum*, quod refert, & sequitur Altograd. *cons. 33. num. 1. & 15. lib. 2.* quia verba statuti *liberis autem non extantibus Maritus quartam partem lucretur*, aut volumus referre ad filios ex primo matrimonio susceptos, & cum in casu nostro adsit Saluccius intrat proinde prima pars eiusdem Statuti, quod existentibus liberis lucrum totius dotis defert Marito, aut potiùs volumus, & intelligi debere de liberis, tàm primi, quàm secundi matrimonii, & iste casus tanquam
14 missus † non comprehenditur sub dicto statuto iuxtà *dec. 205. par. 4. diuers. per tot.* Vndè venit in necessarium consequentia, quod verba prædicta salua ratione recti sermonis in proposito casu referri non possint, nisi ad filios secundi, & respectiuè communis matrimonii, quibus pro-
15 inde non extantibus, † habet locum Statutum in sua secunda parte, in qua Marito ob non existentiam filiorum quartam partem reseruat, vt de veriori, & magis communi in terminis indiuidualibus Statuti Vrbis respondet huic obiecto Gabr. *cons. 13. à num 1. vsque ad decimum lib. 2* & conferunt etiam notata per Bero. *quæst. 129. loco citat.* quibus accedit egregium in proposito *cons. Raynerii de Fo-*
16 *rol.* inter illa Signoroli *cons. 263. per totum*, † qui scripsit contra Signorolum prædictum eius discipulum, quem acritèr redarguit *de d. cons. 68.* & mirabilitèr nostram responsionem iuribus, & auctoritatibus comprobat, & exornat.

Et hinc non obstat Rolan. & Soccin. cum cæteris in obiecto allegatis, quia loquuntur in casu, quo Maritus lucrum totius dotis prætendebat, in quibus terminis etiam
17 † scripsit Altograd. nullibi autem dicunt, quod etiam existentibus filiis prioris tantùm matrimonii ad limites *l. hac ædictali* Maritus ex dispositione quartam partem lucrari non possit, & ità Socc. & Roland. respondet Gabr. vbi supra *num. 5. vers. nec* Soccin.

Petitæ denique restitutioni in integrum non suffragatur obiecta iniustitia deducta ex eo quod cum in decisionibus in ista causa emanatis non fuerit facta mentio de fructibus, non poterant per consequens in sententia decerni, maximè quia pro lucro dotis postquam soluto matrimonio
18 cessarunt onera matrimonii sine labe † vsurarum nullo modo debentur, vt post Alexand. *in l. diuortio ff. solut. matrim* tenet Corneus *cons. 240. per totum lib. 3 &* Afflict. *dec. 292.* & Capic. Latr. *decis. 65. per totam*, cum enim fructus decreti virtualitèr inessent in dispositione lucri principalitèr petiti, † non erat propterea facienda particularis du- 19
bii super fructibus disputatio, vt aduertit Christoph. de Paz. *ad leges regias lib. 1. num. 48. & seq. & dixit* Rota *decis. 170. nu. 2. par. 6. rec.* vbi quod nec Constitutiones Apostolicæ minusque Rota nostra in similibus casibus arctat partes ad disputanda † dubia superflua, & cum ea processit *in* 20
Romana Subbastationis 7. Iunii 1651. cor. bo me. Bichio §. particularis; Attento signantèr quod licèt non modica sit controuersia inter Doctores, an verè pro lucro dotis fructus debeantur, etiam matrimonio soluto inter quos negatiuam tenent illi in obiecto allegari, † Eis tamen in indiui- 21
duo reiectis, & articulo maturè discusso affirmatiuam partem saltèm à die Iudicialis interpellationis sequendo doctrinam Bald. *in l. vbi adhuc sub n. 26. vers. item ex fructibus C. de iur. dot. tenuit* Rota *in Romana Dotis 3. Martii 1608 coram Card. Hieronymo Pamphilio penes* Marches. *de commiss. par. 1. fol. 845.* quam posteà secuta fuit *in decis. 246 num. 1. par. 2. rec. & in Romana Augumenti Dotis 18 Iunii 1663. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. quod enim attinet.*

Verùm cum integra dos data Alexandro non consisteret in bonis fructiferis, ideò quoad eorum ratam partem tantùm Domini dixerunt constare de re iudicata etiam respectu fructuum, quos tamen nullo modo admiserunt respectiuè rerum de sui natura fructus non reddentium.

Et ità vtraque, &c.

Plures in hac eademmet causa emanarunt Decisiones, quarum duæ habentur supra in hac eadem parte, & sunt in ordine Decisiones 72. & 234. alia verò reperitur impressa in præcedenti Parte XIV. & est Decisio 467.

REVEERNDISSIMO D. ALBERGATO. Decano.

Placentina Beneficii.

Veneris 24. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Aggrauatoria quæ non nisi contra contumaces, & parere recusantes mandatis Rotalibus de iure conceditur, semper denegatur quoties non solùm de reali paritione constat sed docetur etiam de publico instrumento mandati procuræ facto in Vrbe ad effectum in partibus parendi, quod sufficit in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria non conceditur nisi plenè, & concludenter constiterit literas declaratorias fuisse personalitèr intimatas.*

Declaratoria partibus personalitèr intimari debet, num. 1.

2 *Declaratoria non probatur partibus personalitèr intimata ex sola attestatione Notarii, cuius testes in ea appositi contradicunt.*

3 *Instrumentum, & Notarii fides vacillat ex depositionibus testium in contrarium examinatis.*

4 *Notarii, ac etiam testium iuratæ depositioni contra instrumentum magis deferendum est.*

5 *Scripturis in actis non productis nulla fides præstatur.*

6 *Paritio sufficientèr probatur ex attestatione Capituli deponentis Beneficiatum dimisisse Mansionariam controuersam, & ad proprium stallum rediisse.*

7 *Constitutio Procuratoris specialis facta in Curia, ad parendum in partibus ad effectum paritionis reputatur sufficiens.*

8 *Aggrauatoriæ non est locus vbi constat de paritione.*

Aggrauatoria solùm contra contumaces conceditur, & parere recusantes mandatis Rotalibus, num. 8.

DECISIO CCCLXVII.

DISERVNT hodie Domini non esse dandam Aggrauatoriam ex duplici capite; Primò quia non constat literas declaratorias fuisse personaliter intimatas
1 Perotto, † prout omninò requiritur ad notata *in capitulo secundo de dolo, & contumacia in sexto* Vestrius *in praxi libro octauo capite vltimo numer.* 18. & 19. Salustius, Tiberius *pariter in sua praxi in forma aggrauatoria cum Brachio seculari lib.* 4. *fol. mihi* 405. Rota coram Buratto *decis.* 710. *num.* 1.

Etiam si Notarius in publico instrumento asseruerit huiusmodi intimationem fuisse legitimè præsentatam ab
2 Exequutore, † cum in contrarium stent testes instrumentarii deponentes se eiusmodi relationi, ac rogitui nequaquam interfuisse, ex quibus instrumentum reddi valdè
3 suspectum † dixit in his terminis Rota coram Buratto *decis.* 500. *numer.* 6. Quinimò tàm ipsemet Executor, quàm Notarius aliter medio iuramento testati sunt; Namque Executor iudicialiter fassus est, se numquam præsentasse Perotto aliquod mandatum, vt in Summario dato num. 1. Notarius verò aperte declarauit veritatem facti; nimirum Executorem hanc relationem sibi
4 nullatenùs † fecisse, cui posteriori depositioni magis deferendum censuerunt Domini, iuxtà consilium Alexan. 222. *num.* 13. *lib.* 2. Buratt. *d. decis.* 543. *numer.* 7. *cum aliis in Ciuitatis Plebis Capellaniæ* 4. *Decembris* 1662. *in* §. *quia conclusio coram Reuerendissimo D. Episcopo Gerundensi*, non attentis pluribus actibus, & attestationibus per Asinel-
5 lium congestis, vtpotè ad rem non facientibus, † & in actis non existentibus, ex vulgatis.

Secundò quia visum fuit constare de paritione, non solùm ex attestatione Capituli insignis Collegiatæ Eccle-
6 siæ Sancti Antonini Ciuitatis Placentiæ † deponentis Perottum vsque, & de anno 1662. dimisisse Mansionariam controuersam, & ad proprium, ac antiquum Stallum Præbendarii rediisse, sed etiam ex publico actu dimissionis factæ in Curia mediante speciali Procuratore,
7 † quem ad hunc effectum sufficere pluries dixit Rota *in recent. decis.* 49. *num.* 4. *par.* 8. *& coram Carillo decis.* 244. *n.*
8 1. Vndè non esse locum Aggrauatoriæ, † quæ tantùm datur contra contumaces, & parere recusantes vt supra responsum fuit.

Vtraque parte informante &c.

R. P. D. VARESIO.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore nunc autem & in præsenti Reuerendissimo Nuntio in Ciuitate Venetiarum.

Romana Societatis.

Veneris 24. *Februar.* 1668.

ARGVMENTVM.

Probatio Societatis contractæ super ludo Venetiarum resultare concluditur ex depositione vnius Testis plurimum adminiculati, ea ratione, quia sicuti etiam solæ præsumptiones, & coniecturæ ad hunc effectum sufficerent, eo magis attendenda venit particularis depositio eiusdem Testis cum eisdem præsumptionibus, & coniecturis adiuuata.

SVMMARIVM.

1 *Societas probari potest etiam per coniecturas, & præsumptiones.*
2 *Probatio concludens resultat ex pluribus vehementibus coniecturis.*
3 *Probatio, seù efficax præsumptio ex pluribus coniecturis resultans idem operatur, ac publicum instrumentum.*
4 *Testis vnicus iunctis adminiculis plenè probat.*
5 *Testis primo testimonio standum est, quamuis illud fuerit posteà ab eo reuocatum.*
6 *Societas, quæ coniecturis probatur, omnes coniecturas insimul considerat, & num.* 7.
Coniecturæ non debent seorsim considerari, sed insimul iungi, num. 6.
8 *Testis affinis vtriusque partis non repellitur à testificando.*
9 *Affectio Testis affinis durare censetur etiam affinitate extincta.*
Testis si fuit benè affectus erga Patrem, eamdem quoque affectionem censetur habere cum filiis, num. 9.
10 *Testis consanguineus, vel affinis plenè probat concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus.*
Testis depositio aliàs inhabilis ab adminiculis, & præsumptionibus suppletur, num. 10.
11 *Testis, qui non coarctat negatiuam alteri testi non contradicit.*
Præsens quod Testis, seù quiuis alius fuerit in loco, & non omnia animaduerterit stant simul benè, nec inuicem contrariantur, num. 11.
12 *Compater non repellitur à testimonio sui compatris, & num. seq.*
13 *Compater possit ne deponere pro filio, quem de sacro fonte leuauit.*
14 *Attestatio, seù depositio testis super solito alicuius eidem communicandi omnia sua negotia nihil concludit.*
15 *Attestatio viri in dignitate Ecclesiastica constituti extorta lite pendente, & sine citatione partis nihil probat.*
16 *Societatem quod quis cum altero contrahere voluerit si vnus plus alio contulerit, an inuerisimile esse dicatur.*
Societatem possit ne Pater nomine filiorum inire, seù contrahere, num. 16.

DECISIO CCCLXVIII.

CONSTARE de societate inter Franciscum Victorium, & Antonium Tamarellum, ac propterea lucrum esse diuidendum pro quinta parte responsum fuerat coram me * die 23 Martii 1667. cui resolutioni non acquiescentibus Tamarellis filiis, & hæredibus d. Antonii causam reproposui, & Domini steterunt in decisis, quia cum societas, † probari possit etiam per coniecturas, & 1
præsumptiones, Bald. *cons.* 304. *numer.* 1. *vers. probatio fit per indicia lib.* 1. *cons.* 452. *num.* 3. *lib* 3. Ancharan. *cons.* 302. *num* 4. Menoch *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num* 4. Rot. *decis.* 169. *num.* 1. & 2 *par.* 2. *diuers.* & *dec.* 90 *num.* 16. *coram Durano*, existimarunt Domini ex pluribus facti circumstantiis resultare adeo vehementes coniecturas, † vt ex 2
illis plena, & concludens probatio ad hunc effectum desumi possit *cap. prætereà de testibus, & ibi* Bald. *num* 4. *in fine* Rota coram Mantica *decis.* 21. *nu.* 11. vbi quod ex pluribus adminiculis resultat efficax præsumptio, † quę idem 3
operatur, ac publicum instrumentum, & *dec.* 279. *num.* 60. *par.* 9. *rec.*

Et quidem optima visa fuit probatio deducta ex depositione vnius testis de hac societate deponentis, † qui licèt 4
vnicus, tamen iunctis adminiculis plenè probat, vt præter allegatos in prima decisione tradidit Bald. *in leg.* 1. §. *idem* Cornelio *num.* 3. *ff. de quæstion.* Rota coram Mantica *decis.* 325. *num* 4. Greg *decis.* 247. *num* 6. & *decis.* 346. *num.* 3. *par.* 9 *rec.* Ideòque concurrente confessione extraiudiciali Tamarelli probata per duos Testes contestes de loco, & tempore, vniformi conscriptione schedularum ad dispositionem Antonii, & attestatione Ceciliæ vxoris, non obstante quod illam deindè reuocauerit, quia † quo- 5
ad hoc primo eius testimonio standum est Rota *decis.* 19. *de testibus in nouis, & decis.* 342. *numer* 2. *part.* 2. *diuers.* concludens resultat probatio societatis, † cum hęc om- 6
nia non debeant seorsim considerari, sed simul iungi *glos. in capit. cum causam de probat.* Alexandr. *cons.* 24. *num.* 4 *lib.* 2. Rota coram Buratto *decis.* 419. *num.* 11. & *dec.* 681. *num.* 7. &c

7 7. & in terminis de † probatione Societatis Roman. *conſ.*
168. in ſecundo dubio Decian. *conſ. 36. num. 4. verſ. attamen*
ſcio, & firmauit Rota *in Tudertina Fundaci 4. Maii 1654.*
§. coniecturæ, & 24 Nouembris 1651. cor. Reuerendiſs. Pa-
pienſi.

Exceptiones verò quæ contra teſtem deponentem de ſo-
cietate adducuntur à Tamarelii viſæ fuerunt Dominis ir-
releuantes; Illa enim quod primus teſtis deponens de ſo-
8 cietate Victorii ſit affinis non ſubſiſtit, † ex quo erat in
eodem gradu Tamarello coniunctus, vt fuit dictum in
prima Deciſione §. non obſtat, in nihilo refragante, quod
per obitum Antonii affinitas quoad eum remanſerit ex-
9 tincta; † adhuc enim durare cenſetur affectio erga eius fi-
lius, contra quos agitur, tùm quia ſufficit in omnem
caſum, quod non deſint adminicula, & præſumptio-
10 nes, à quibus depoſitio ſuppletur, † non obſtante vincu-
lo conſanguinitatis, Gabriel. *de teſtibus concl. 13. num. 7.*
Rota coram Buratto *dec. 824. num. 13. & in Camerinen. Pe-*
cuniaria 30. Maii 1651. §. hinc parum refert coram Eminen-
tiſsimo Cardin. Celſo, & in Nullius Terræ Pontiani Suc-
ceſſionis 5 Iulii 1662. §. non releuant coram Reuerendiſſimo
Gerunden.

Alia autem quod allegat Riccardum in conteſtem, qui
formiter examinatus deponit nullam fuiſſe contractam
ſocietatem, paritèr remouetur ex facto; quoniam omiſ-
ſo, quod Riccardus eſſet adminiſtrator illorum de Ta-
marellis, & executor teſtamentarius, adhuc illius di-
ctum non meretur attendi, quia deponit ſe neſcire an
ſchedulæ fuerint conſcriptæ ad diſpoſitionem Antonii,
ibi, *& il Bollettino di detto Sig. Franceſco à diſpoſitione di*
chi foſſe io non lo sò, & ideò alteri teſti non contradicit dum
11 non coarctat negatiuam; † Stant enim ſimul quod fuerit
præſens in loco, & tamen non aduerterit ad omnia,
quæ ibi dicebantur, vt in propoſito aduertit Rimin. Iu-
nior. *conſ. 554. numer. 50.* Rota *deciſ. 831. numer. 15. coram*
Merlino.

Nec fides alterius ex teſtibus, qui de confeſſione ex-
traiudiciali deponunt minuitur ex eo quod ſit Compater
12 Victorii; † Compater enim non repellitur à teſtimonio
Corneus *conſ. 61. num. 14. verſ. nam libr. 3* Crotus *conſ....,*
num 20. lib. 1. Crauett. *conſ. 169. numer. 2 cum aliis adductis*
in prima deciſione §. minus releuant; Et in omnem caſum
obiectum procedere poſſet, ſi hic teſtis deponeret pro fi-
13 lio, quem leuauit à Sacro fonte, † ſecus autem ſi depo-
nat pro Compatre prout in præſenti, vt diſtinguit Dec.
conſ. 81. numer. 19. verſ. qui etiam lib. 1. Maſcard. *de probat.*
concluſ. 332. num. 12. verſ. ſecus autem lib. 1.

Epiſtola Domi Epiſcopi Rapucci nouitèr exhibita non
meretur attendi, licèt ſcripta à viro in dignitate Eccleſia-
ſtica conſtituto, cum in effectu nihil concludat, ſed ſolùm
contineat ratiocinia, & coniecturas deductas ex ſolito
14 Antonii illi comunicandi omnia † negotia, & ideò nihil
ponit ineſſe, vt de ſimili atteſtatione firmauit Rota *deciſ.*
218. numer. 10. par. 11. rec. cum allegatis, præſertim quia
15 viſa fuit facta lite pendente, & non citata parte, † quo
caſu nullum gradum probationis facit Cephal. *conſ. 384.*
num. 21. Rot. cor. Seraph. *dec. 1423. nu. 3. & cor. Eminentiſs.*
Ottbob. dec. 58. num. 38.

Replicatæ demùm inueriſimilitudines deductæ, ex quo
Tamarellus non admiſiſſet ad participationem quatuor
ſchedularum Victorium, qui vnam tantùm habebat,
16 † & quod non potuerit iniri ſocietas cum filiis ſublatæ
fuerunt ex reſponſionibus adductis *in prima deciſione*, *§.*
nec vrget, *& §. ſeq.* quæ propterea vlteriori repetitione
non indigent.

Et ita vtraque &c.

Præſens Deciſio eſt in eadem cauſa alterius ſupra in hac parte deciſ. numer. 58. infrà verò, & in ſubſequenti Parte erit altera eiuſdem cauſæ Deciſio coram Reuerendiſs. Domino Albergato Decano ſub die 23. Iunii 1670.

REVERENDISSIMO D. CERRO
S. R. Decano.

Poſteà S. R. E. Cardinali.

Ariminen. Caſtrorum.

Veneris 24. Februarii 1668.

ARGVMENTVM.

Ad Titulum Marchionatus alicui conceſſum à Summo Pontifice, eiuſque Primigenitis maſculis veniant nè ſoli maſculi ex maſculis, vel potiùs etiam maſculi, ex fœminis comprehendantur in illo in hac Deciſione declaratur; prout etiam an ſub conceſſione prædicta eiuſdem vocatione primogenitorum, cenſeatur quoque ab eodem Pontifice perpetua Primogenitura conſtituta.

SVMMARIVM.

1 *in Conceſſiono facta per Pontificem ad fauorem maſculorum an veniant maſculi ex maſculi, ſed etiam maſculi ex fæminis, & num. ſeqq. ac per totam.*

Lineæ appellatione veniunt tantummodò maſculi ex maſculis non autem maſculis ex fęminis comprebenduntur, num. 1.

2 *Primogenitus nominatus acceſſoriè ad titulum, puta Marchionatus, vel ſimilis, deficiente titulo, deficit quoque illius nominatio.*

Acceſſorium deficit, deficiente principali, cui adiicitur, num. 2.

3 *Verbum*, in perpetuum, *adiectum vocationi Primogenitorum, vltrà eorum lineam extendi non debet, & num. ſeqq.*

4 *Dictionis*, ità tamen, *natura eſt limitare, ac reſtringere diſpoſitionem, cui adiungitur.*

5 *Maſculus ex maſculis ſi in antecedentibus verbis conceſſionis Pontificis fuit vocatus, ita etiam, & in ſequentibus vocatus dici debet.*

6 *Verbum*, aliis, *eſt implicatiuum ſimilium, & denotat eamdem qualitatem antecedentèr expreſſam, ſeù requiſitam.*

7 *Caſtra ab aliquo per Pontificem abdicata, & alteri pleno iure conceſſa, ad illum liberè perueniſſe dicuntur.*

8 *Caſtra à Pontifice in gratiam alicuius in titulum Marchionatus erecta, non cenſentur fuiſſe grauata perpetuo onere Primogenituræ.*

9 *inducta ad Augumentum, non debent operare diminutionem.*

DECISIO CCCLXIX.

DECISVM fuit 19. Maii 1655. coram me Leonidum Mariam de Spadis deſcendentem ex filia Leonidi non poſſe vigore donationis factæ vſque de anno 1599 à Marchione Iacobo de Malateſtis in concurſu Nepotum ex Leonida, & Laura filiabus ipſius donantis ſuccedere in Caſtris, de quibus agitur; Cumque hodie prætenderet idem Leonidus Maria ſucceſſionem ad ſe ſpectare non ampliùs vigore dictę donationis Iacobi, ſed quidem vigore motus proprii San. me. Pii V. vbi Pontifex poſt vnionem Caſtrorum conceſſit titulum Marchionatus eidem Iacobo pro ſe, & eius primogenito maſculo legitimo, & naturali, & aliis primogenitis in perpetuum; Ideò repropoſui cauſam ſuper reſolutis, & Domini hoc non obſtante præcedentem deciſionem confirmarunt.

Siquidem tota vis prætentionis Leonidi Mariæ conſiſtebat in eo, quod Pontifex vocando omnes primogenitos maſculos deſcendentes ex Iacobo voluerit comprehendere etiam deſcendentes per fœminam, dummodò haberent dd. qualitates maſculinitatis, & primogenitu-

ræ; Sed ex lectura concessionis facilè colligitur Pontifi-
cem intellexisse de solis primogenitis masculis, dum re
stringendo verba immediatè præcedentia indefinitè pro.
lata fauore omnium Primogenitorum in perpetuum se
declarauit, ibi, *ita tamen quod deficiente linea masculina*
ipsius Iacobi titulus eiusdem Marchionatus suppressus , &
1 *extinctus sit*, *esseque censeatur*; † Appellatione enim li-
neæ masculinæ venire solùm masculos descendentes ex
masculis, tradit Castrens. *cons.91. num 4. circa med. libr.2.*
Ruin. *cons.18. sub nu.7. vol.3.* Rot. *decis.33. num.1. & seqq.*
par.... recent.

Non obstat, quod huiusmodi verba fuerint apposita
ad limitandam durationem tituli Marchionatus, non au
tem ad qualificandam primogenituram iàm antea ere-
ctam fauore trium Primogenitorum masculorum in per-
petuum, quia nullibi constat Pontificem voluisse erige-
re particularem primogenituram distinctam, & separa-
tam à Marchionatu; Quinimò ex tota serie motus pro-
prii apparet non alitèr fuisse factam mentionem de pri-
mogenitis, quàm accessoriè, & dependentèr ad consecu-
tionem tituli eiusdem Marchionatus; Vndè cum per de-
ficientiam lineę masculinæ absque controuersia titulus
2 fuerit extinctus, † de necessitate sequitur, quod euanue-
rint quoque disposita fauore Primogenitorum accessoriè ad
illum obtinendum vocatorum, vt benè aduertit Rota *in*
dec. huius causæ 14. Februarii 1642. cor. bo. me. Dunozetto §.
4. ex vocatione, & seqq.

Neque distinctio Primogenituræ desumi potest ex quo
Primogeniti vocentur in perpetuum, Titulus verò Mar-
chionatus fuerit limitatus ad solam lineam masculinam
3 Iacobi; Quoniam illud verbum, *in perpetuum*, † adie-
ctum vocationi Primogenitorum, cum possit verificari in
duratione lineæ masculinæ, vltrà illam non debet exten-
di, vt clarè colligitur ex verbis, quæ immediatè sequun-
tur per vocationem Primogenitorum, ibi, *& sic de Pri-*
mogenito in Primogenitum in perpetuum donec Primogeniti
fuerint ità tamen quod deficiente linea masculina &c. Pon-
tifex enim nè dubitari contingeret, an per dictum ver-
bum, *in perpetuum*, deberent admitti alii Primogeniti
non comprehensi sub concessione Marchionatus statim se
declarauit restringendo vocationem ad lineam masculi-
4 nam Iacobi mediante dictione, *ita tamen*, † cuius natura
est limitare, ac restringere dispositionem, cui adiungitur
per text. in l. vbi adhuc vers. ità tamen C. de iure dotium l. ita
tamen ff. ad Trebell. Menoch. *cons.230. nu.19.* Rot cor. Card.
Seraph. *dec.447. num.3. & in Rom. fructuum Census 30. Maii*
1653. §. quia præter in fine coram me.

Sicuti etiam non releuat, quod Pontifex concesserit
facultatem disponendi de Comitatu, & Castris in defe-
ctum Primogenitorum, ex quo infertur, quod dum
considerauit extinctionem tituli Marchionatus, & ad-
huc mentionem fecit de Primogenitis, censeatur vo-
luisse protrahere primogenituram vltrà ipsam duratio-
nem.

Etenim præsuppositum non subsistit, quia in huius-
modi concessione nullo modo videtur considerata extin-
ctio tituli, dum eadem licentia, seù facultas disponendi
data fuit etiam ipsimet Iacobo, qui erat primus Marchio
quapropter is validè potuit inhærendo dictæ facultatis dis-
ponere, prout fecit, mediante eius donatione, non ob-
stante quod sibi fuerit attributa in defectum Primogeni-
torum; nam intelligitur de Primogenitis in ipsius lineæ
masculina, vt supra probatum est, & conueniunt alia
verba apposita in fine motus proprii, ibi, *pro Iacobo*,
& suo, & aliis Primogenitis; Sicuti enim Primogenitus
Iacobi debuisset esse masculus ex masculo propter illud
5 pronomen, *suo*, † ità paritèr censeri debet de seqq. verbis,
attento præsertim verbo, *aliis*, quod tamquam implica-
tiuum similium denotat eamdem qualitatem masculini-
tatis requisitam in Primogenito antea vocato † ex pluri-
6 bus allegat. per Fusar. *de subst. quæst.311. num.12. & 17. &*
qu.366. num.22. & seqq. quem refert, & sequitur Rota *in*
Bonon. fideicom. de Barberiis 19 Febr. 1652. cor. Bichio im-
pressa in rec. dec.218. nu.14. par.11.

Idquè faciliùs admiserunt Domini non solùm quia Ca-
stra, de quibus agitur, ante erectionem Marchionatus
libera, & franca spectabant ad Leonidam filiam Iacobi,
vti hæredem Cleopatræ Matris, à qua cum fuerint abdi-
7 cata, † & pleno iure concessa Iacobo, censentur paritèr
libera ad ipsum peruenisse, vt plenè ponderat *decis. Duno-*
zetti, & aduertit decis. coram me §. fin. Verùm etiam, quia
ex tenore concessionis liquet d San me. Pium V. fuisse in-
ductum ad erectionem tituli Marchionatus pro Iacobo,
eiusque linea masculina ad solum effectum, vt nouis gra-
tijs, & honoribus ipsummet Iacobum cumularet ob ani-
mi virtutes, nobilitatem generis, cœteraisque egregias
ipsius qualitates; † Vndè cum Pontifex professus fuerit 8
pro decore tanti Viri Marchionem erigere sine præiudicio
cuiuscumque prioris iuris, sed iura iuribus cumulando,
nullo modo dicendum est voluisse ipsum grauare onere
perpetuæ primogenituræ distinctæ à titulo Marchionatus
† nè inducta in augumentum valeant contrarium effe- 9
ctum, nempè diminutionem importare, quibus omnibus
satisfacit eadem *Decis. 14. Febr. 1662. §. alterum cum seqq.*

Et ità vtraque, &c.

Superior Decisio in hac causa emanata 19. Maii 1655.
cor. eodem Eminentiss. Cerro non habetur impressa, ideò
in Appendice Decis. prætermissarum, ad partes, vt spe-
ramus edendarum apponetur.

R. P. D. TAIA.

Tiburtina Redditionis Rationis.

Mercurii 27. Iunii 1668.

ARGVMENTVM.

Plura capita redditionis rationis bonorum pupilli præsens Decisio complectitur; sed grauior, & difficilior fuit inspectio de censu notabilis summæ à Tutore cum pecuniis pupillaribus empto à persona parum idonea, quæ inde ad breue tempus decoxit, & decessit ad periculum ipsius Tutoris adscripta ex rationibus in subsequenti Summario, & Decisione latius deductis vbi plurima in hac materia examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Expensę Tutoris vario quidem modo, non tamen vario iure approbari debent.*

2 *Tutor repetit à pupillos expensas litis, ac etiam viatica, si ex officio necesse habuit aliquo proficisci.*

3 *Expensæ factæ à tutore regulari debent secundum consuetudinem Patris pupilli.*

Munerum expensæ factæ à Tutore secundum morem Patris pupillorum reficiendæ veniunt num.3.

Consuetudo, & mos Patris pupillorum spectari, & sequi debet à Tutoribus, & Administratoribus illorum, num 3.

4 *Expensæ factę à Tutore bona fide reficiendæ sunt.*

5 *Expensæ factæ à Tutore in defentione suæ tutelæ, an per Pupillum reficiendæ sint, vel ne.*

6 *Sententia, quæ ex iisdem actis reuocatur non excusat à condemnatione expensarum.*

7 *Tutor non recuperat expensas litis iniustæ, in qua ratio litigandi non fuit.*

8 *Tutor, qui pecuniam pupillarem inuestiuit in censu, teneatur ne probare idoneitatem Debitoris, & quando vide num. seq.*

Idoneus non dicitur ille, qui posteriori tempore, & proximo contractui idoneus non reputatur, nu.8.

9 *Tutor si diligenter non inquisiuit statum Debitoris pupilli, cui pecunias pupillares persoluit, tenetur ad interesse, & num. seq.*

10 *Obligatio ad interesse importat primum reintegrationem capitalis, secundum verò fructus, vel damni in eo, quod interest.*

11 *Tutor tenetur ad interesse si loco exstinguendi censum hæreditarium pupillorum, maioris vsuræ, alium illis censum comparauit minoris redditus, amplia, vt supra num. 8. cum seqq. & num. 24. cum aliis seqq.*

Tutor tenetur ad vsuras pupillares quas conuertere potuisset in honestum lucrum, num.11. & 12.

13 *Tu.*

13 *Tutor, qui docuit Debitores, in quos pecunias pupillares collocauit de tempore obligationis fuisse idoneos & tamquam tales à pluribus fuisse habitos, ad aliud non tenetur.*

14 *Idoneus non dicitur debitor, sed suspectus vel dolosus, qui breui tempore à pluribus plures pecuniarum summas suscipit ad interesse, & vide supra, num. 13.*

Dictum vnius facile sequitur multitudo, num. 14.

15 *Doctores imitantur aues, quæ quando vna volat cæteræ volant, & num. 16.*

16 *Graues omnes volant, vt primum vna earum cæpit volare.*

17 *Iudicari non debet, quod honestum est, & grauius ex multitudine Auctorum, sed ex ratione.*

18 *Creditores falluntur in credendo pecunias potius iis, quibus homines communiter credunt, quàm iis, quibus alii non credunt.*

19 *Tutoris socordia, seu ignauia consideratur in emendo censum pupillarem super pluribus fundis, & aliis de quibus in decis.*

20 *Tutor tenetur esse sollicitus de præstatione fideiussoris in contractu pupilli iuxtà tempus promissionis.*

21 *Tutoris negligentia, siuè supina, siue affectata semper culpabilis esse dicitur.*

22 *Tutor dicitur esse in culpa si per quinque semestres fructus censu non exegit.*

de Tutoris cura plura notabilia apud S. Bernardum numer. 22.

23 *Vsurarum exactio ad periculum Tutorum spectat.*

25 *Venditio bonorum pupilli non solùm permittitur propter illius æs alienum, sed hæc est vera causa distractionis, & num. 26.*

26 *Tutor habens pecuniam pupillarem tenetur cum illa extinguere censum pupillorum quamuis pro sola parte ad ipsos spectantem.*

27 *Tutore condemnato pro nomine Debitoris malè contracto cum pecuniis pupilli, actione ab eodem pupillo cedi debent*

Actionem habens eam cedendo liberatur, num. 27.

DECISIO CCCLXX.

SECVNDVM varia capita rationis Tutelis constare & non constare de sufficienti redditione rationis DD. responderunt 12. * Iunii 1665. sed quia septimum caput An Tutor benè, vel malè collocauerit quantitatem scut. 1000. in Censum, itaut sit illi bonificanda, relictum fuit à DD. indecisum; ideò breuis etiam fuit extensa decisio. Hodie verò, tam super Decisis, quàm super septimo capite proposita causa DD. constare, & non constare secundum infrascripta, & quoad Censum non bonificandum Tutori responderunt.

Primum caput scut. 83. 85. pro Viaticis Tutoris in Visitationibus bonorum aliisque negociis toto tempore Tutelæ à 26. Aprilis 1655. ad totum Septembrem 1660. vt in principio relationis Periti visum erat redigi ad scut. 60. & annua sc. 12 circiter facta computatione hodie visum est non generaliter annuas expensas sed specialiter singulas esse approbandas vario
1 quidem modo, † sed non vario Iure ad *l. hæreditas 50. ff. de petit. hæred. & ibi glos. probabilem*, nam sumptus litis Tutor reputat, & viatica si ex officio
2 necesse habuit aliquo excurrere, vel proficisci §. *item sumptus l. 1. ff. Tut. & ration. distrab.*

Secundum sc. 424. solutorum Cæsari approbatum anteà à Perito neque approbatum, neque reprobatum est posteà à DD. quod non constaret descripta à Tutore quantitas frumenti sati, ac messi congrua pecuniæ quantitati; cum etiam Cæsar qui pecuniam accepit adstrictus prius à Tutore coram A. C. reddere rationem, eam reddiderit ad saturitatem, & DD. de re inter illos, vti non attinente inter Tutorem, & Pupillos nec disputarunt, sed dubitarunt inter ipsos Tutorem, & Pupillos; & Dubium adhuc non resoluerunt saluo vtriusque Iure Patris.

Tertium scut. 136. solutorum Procuratori Ordinario Salarium duorum mensium approbatum à Perito, & in decisione confirmatum etiam est vtpotè ad morem Patris Pupillorum, quo non solum in sala-
3 riis, & mercedibus, † sed etiam in muneribus sequendus est *gloss. sicut l. non omnium C. de administrat. Tutor.* & satis est bona fide † sumptus fecisse §. *Iu-* 4
dicio contrario in fin. l. 3. ff. eodem.

Nec verum visum est in facto (maximè ex more Patris, & vetere Salario) Tutorem suis quoque negociis conduxisse Procuratorem, & licèt varii fuerint Procuratores pro variis interdum negociis, non ideò fuerunt conducti grauioribus expensis, quàm dd. duobus menstruis, seu sc. annuis 24.

Quartum sc. 39. 90. solut. Aduocato visum est iterum reprobari ex iam deductis, quia Tutor tuebatur Tutelam suam litigiosam, † & iniustam, vel 5
remotus fuit, Franch. *decis.* 394. & quamuis ibi distinguantur expensæ in Instrumentis, in quibus succubuerat Tutor, & in quibus non succubuerat, & hic Tutor non succubuerat coram A. C. & succubuerat in Rota cum tamen sententia A. C. esset reuocanda ex iisdem actis, † non excusasset à conde- 6
mnatione expensarum celebr. *decis.* 10. *de dol. & contum. in nouis*, quæ etiam hodie seruatur ait Rota coram Verall. *decis.* 24. *part.* 3. & nouissimè testatur Caputaq. *Praxis Iudicialis cap.* 3. *numer.* 96. & 97. *part.* 3. Item de alia causa vbi Pupillus educari debeat pugnante Tutore educari Romæ, cum Tiburi commodè posset, & prouide, † & ratio litigandi 7
non fuit *ad l. coram Respublica 78. ff. de legat. 2. gloss. Margin. dicto §. Item sumptus*, Franch. *dicta decis.* 394. *num.* 2. & 3.

Quintum scut. 35. 95 solut. pro variis mandatis, & executionibus approbatum à Perito, & inde rursus est approbatum etiam per notam expensarum pupillarium, vbi omnes sunt liquidæ, & constat.

Quæstio grauior tùm difficultate tùm æstimatione fuit in septimo capite (omissis ab ipsis Informantibus sexto, & octauo vti à Perito benè definitis) scutorum mille videlicet an Tutor benè, vel malè collocauerit d. pecuniam in Censum.

Censum hunc scut. 50. emit Tutor nomine tutorio prętio scut. mille, illumque vendidit Iosephus super multis bonis stabilibus scilicet tribus Vineis in Territorio Castri Candulphi. Item super Domo subtus d. Casorum. Item super Sylua in Territorio Albani. Item super Cellauinaria intra Terram Marini, Item super Domo in Castro Tosiæ, reseruato super bonis Castri Candulphi beneplacito R. C. A. Insuper Conuentum fuit, vt Iosephus teneretur intra 15 dies præstare idoneum fideiussorem, seù securitatem ad contentamentum Tutoris, & vltra d. fideiussorem idem Iosephus teneretur intra triennium præstare aliam idoneam cautionem, & fideiussorem ad Contentamentum, vt supra in Instrumento 10. Nouembris 1657. Anno autem seqq. Iosephus recessit è vita.

Itaque dicebatur pro pupillis incumbere Tutori probare idoneitatem debitoris tempore contractus præci- 8
puè quod habet contra se præsumptionem, quod tempore contractus non fuisset idoneus, cum posteriore tempore, & proximo contractui talis non reputaretur *l. non est necesse 12 ff. de probation. & ibi glos. vltim.* Barbat. *cons. vlt. num.* 13. *à vers. capio quintam lib.* 3. Ludouic. Roman. *cons.* 413. *vers.* 3. *vt debitores*, & *cum aliis* Gratian. *discept.* 125. *num.* 33. *à vers. & in istis terminis*. Vndè cum in emptionem d. annui redditus non inquisierit diligenter statum debitoris, † tenetur ad interesse Munoz *de ratiocin.* 9
cap. 14. *num.* 20. adeoque Primo ad reintegrationem damni, quod, & quantum passi sunt pupilli soluendo vsuras graues ad ratione 7. cum dimidio pro Censu scut. 800. quem debebat extinguere, † Secundo 10
ad fructus quos de pecuniis exuberantibus d. summam sc. 800. qua extinguendus erat Censsus percipere valuissent, illas ponendo ad honestum lucrum. Rota *decis.* 69. *nu* 3. & *dec.* 360 *num.* 5. *part.* 11. Præsertim quod tenebatur conuertere pecuniam pupillarem † in emptionem fundorum iuxtà *l. ob fæ-* 11
nus 49. ff. de admin. Tut. l. Tutores 24. C. eodem, facile probatam † iuxta terminos *authent. nouissime C.* 12
eodem.

Nec placuerunt deducta à Tutore, & relata quoque à Perito teneri pupillos agnoscere, & recipere hunc Censum, vtpotè pro ipsis à Tutore contractum,

cum

cum obligatione Debitoris præstandi fideiussorem posteà præstitum 21. Martii 1657. dictumque Debitorem Census, vel rei veritate, vel communi opinione eo tempore, qui illi fuit creditum fuisse in tali casu, & æstimatione, vt diligens quilibet Paterfamilias ei fuisset crediturus, multosque viros diligentes proximè, tam ante quàm postea venditum d. Censum ei credidisse vsque ad Centena,
13 & Millena † plusquam ad literam *Textus l. qui sub conditione §. fin. ff. de condit. & demonstrat. & cum aliis* Gratian. *dicta discept. 125. numer. 35. ab init. & in fin. vers. & quod ostendat*.

Quia responsum fuit Tutorem multum defuisse muneri suo per omnem modum, & de ea communi opinione dicebant DD. hoc ipso fuisse suspectum, debitorem, vel egenum, vel dolosum confestim corrodentem tot tantasque pecunias, † & sicut dictum vnius facile sequitur multitudo *cap. cum in Iuuentute 12. de purgat. Canon.* vt etiam in Iure plerumque Doctores nostri non persecutantur rationes, † & imitantur aues, quæ quando volat aliæ omnes sequuntur, vt scripsit Dec. *cons. 399. num. 12.* & subscripsit Molin. *de primogen. cap. 7. num. 32. in fin. lib. 2.* Carp. *de execut. vlt. volunt. cap. 6. sub num. 18. lib. 2.* & velut aues
16 † Gruesque inquit Thesaur. *decis. 130. sub num. 15.* cum pluribus monuit Iustinian, neque ex multitudine Authorum, † quod melius & æquius est iudicandum *§. sed neque ex multitudine l. prima C. de veteri Iur. enucl.* nec alio
18 modo fallentur Creditores, † quam arguendo credentes pecuniam iis quibus multi alii credunt, plusquam iis quibus alii non credunt, quia sibi credi nec egent, nec volunt.

14
15
17

Plura considerabant etiam DD. in socordia Tutoris ex
19 ipso Instrumento Census. † Primo in plurimis, & diffitis fundis vbi nullatenus idoneus esset, & plerisque emphyteuticis Cameræ Apostolicæ, Secundo in Conuentione requirendi consensum Cameralium in obligatione fundorum, & præstari fideiussorem in fide ipsius Debitoris, qui vel tanti non esset, nec idoneum posset præstare fideiussorem hoc quoque malè conuentum, vt intra 15. dies idoneus aliquis præstaretur, & adhuc alius intra Trien-
20 nium, & tamen hoc pactum neglectum fuit, † dum Census fuit emptus 10. Nouembris 1657. fideiussor verò præstitus vltra quatuor menses 21. Martii 1658 contra *l. debitoribus 18. C. de adminis. Tutel. l. 2. C. arbitr. Tutel.* nec solum fuit negligentia in tempore, sed etiam incuria in examine fideiussoris idonei præstandi ad contentamentum Tutoris, quæ aut esset supina, vt dicebant DD. aut affectata per reciprocam Tutoris, & Debitoris amicitiam qui primum pro Tutore fideiusserat in susceptione Tu-
21 telæ † semper est culpabilis ad *§. competere† l. 7. ff. de administr. Tutel.*

Quinimo dicebant DD. neglectum omnino fuisse fideiussorem illum præstare intra 15. dies, præstitum post quatuor menses, & potius acceptum alium intra tres Annos, vtpotè perempto tempore finito præstationi illius primi, & huius secundi adhuc labente.

Adiiciebant etiam supradictis negligentiam pernotabilem in fructibus censuariis exigendis toto tempore Tutelæ ab emptore censu 10. Nouembris 1657. vsque ad depositam Tutelam toto mense Septembris 1660. quinque semestribus nunquam exactis, siue curatis cum certè Tu-
22 tor curam exigeretur non curationem, & reliqua benè apud S. Bernardum ad sa. me. Eugenium Pontificem de consideratione *cap. 2. lib 4.* & specialiter vsurarum exactio
23 † ad periculum Tutorum pertinet, *l. Tutores 24. in fin. C. de admin. Tut.*

Et duo præcipua superabundarunt. Primo Censum, vel bona potuisse, ac debuisse acquiri in patrio Territorio Tiburtino, in quo non solum Tutor non docuit abfuisse occasionem, sed docent Pupilli adfuisse; Secundo Tutorem debuisse potiùs extinguere censum, & quidem grauem videlicet sc. 800. ad annua septem cum di-
24 midio, † quàm emere censum quinque, *§. non passim vers. quærere ergo debent an pecuniam pupillus habeat, l. 5.*
25 *ff. de reb. eor.* adeo vt propter æs alienum † permitti venditio, &c. *dicto §. non passim*, & hæc est vera illa causa
26 per quam permittitur † distractio ait ibi *glos. æris alieni* maximè quod Tutor in ipso Instrumento Tutelæ ab ea accepta 21. Maii 1655. dilato ad 15. Martii 1656. promisit deponere scut. 910. seù aliam maiorem summam pretii Equarum ad effectum extinguendi debita, vel in redemptionem huius census; Non suffragante excusatione, quod Pupilli in hoc censu essent tantùm obligati vti principales pro quarta parte, & creditorem voluisse recipere totam summam non minutatim, Tum quia subsequens Tutor postea redemit d. censum facili acquisita pupillis cessione translatiua non extinctiua, vt in Instrumento 3. Augusti 1662. Tum etiam quia præstabat extinguere totum censum protestando alteri debitori aliarum trium partium summam.

Cæterum DD declararunt cedendas Tutoris à Pupillis actiones, vt qui ideo tenetur, † quia actionem habet 27
eam cedendo liberatur, *l. quod debet 52. ff. de pecul. & ibi not.* Bart. *d. l. cum quæritur 16. ff. de adminis. Tutel.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granatesi.

Bononiesi Pecuniaria.

Vener. 16. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Statutum Fori Mercatorum Bononiæ sub rubrica 68. disponens de modo concursus creditorum in bonis Debitoris decocti, vtpote laicale non comprehendit credita Ecclesiasticorum, qui iurisdictioni statuentium minimè sunt subiecti; Hinc quæritur de materia cessionis priuilegii Ecclesiasticorum, an & quando illud transeat in cessionarium, vel ne quodque tempus in hac materia attendatur; cessionis scilicet, vel illud in quo confertur dispositio statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ Rubrica 68 de Mercatore decocto, quid disponat, & quando declaretur.*

2 *Statutum loci habetur tamquam textus particularis, ideoque seruari debet, & iuri communi præferri, num. 2.*

3 *Decoctus, & fallitus an dicatur mercator, vsque ad obitum tenuit Banchum apertum, semper negotiauit, & cum sufficienti etiam patrimonio decessit, & supra sub num. 1. & seqq.*

4 *Statutum laicale non comprehendit Ecclesiasticos iurisdictioni statuentium minimè subiectos.*

5 *Priuilegium Ecclesiasticorum vti personale, an & quando transeat in Cessionarium, vel ne & num. seqq.*

6 *Cessionarius, quod fuerit etiam constitutus Procurator ipsius Cedentis, non est incompatibile cum ipsa cessione.*

7 *Cessionarius, & Procurator insimul constitutus potest vti iuribus personalibus Cedentis, & Domini.*

8 *Cessionarius potest gerere vices etiam Procuratoris, & Mandatarii, si talis quoque fuerit constitutus, & vtilius sibi esse putauerit.*

9 *Iura personalia transeunt etiam in Cessionarium, quando Cedentis nomine, & ad eius vtilitatem actio exercetur, & vide etiam supra num. 5. cum seqq.*

10 *Statutum, seù dispositio Laicorum an comprehendat bona, & iura Ecclesiasticorum attenditur tempus, in quo confertur effectus statuti, vel dispositionis.*

11 *Hæreditas Clerici licèt posteà perueniat in laicum, non tamen cadit sub dispositione statuti laicalis, & quare.*

12 *Actio cessa transfertur in cessionarium cum eodem priuilegio prælationis.*

13 *Priuilegium, seù actio competens intuitu Clericatus, quando est cohærens dicuntur cessa, & in Cessionarium transeunt.*

DE-

DECISIO CCCXLXXI.

AD formam duarum Decisionum R. P. D. meus Beuilaqua suam protulit Sententiam declarantem Comitem Marcum Antonium Creditorem Instrumentarium, & hypothecarium teneri concurrere per æs, & libram cum aliis Creditoribus chirographariis ad bona Caroli Catalani publici Depositarii diuersorum locorum Montium non soluendo Defuncti. Sed in gradu appellationis coram me, placuit DD. d. Sententiam confirmare quoad Credita Laicorum tantum, eamque infirmare quoad credita Ecclesiasticorum.

Pro dictis namque Crediris Laicorum, quamuis hypothecariis obstat Comiti Albergato Statutum fori Mercatorum Bononiæ sub rubr. 68. aperte disponens vt ad bo-
1 na Mercatoris decocti Creditores hypothecarii per quatriennium ante decoctionem non concurrant cum Chirographariis per æs, & libram, quæ licet loquatur de Cessantibus fugitiuis, & latitantibus, qualis non fuit Catalanus, qui vsque ad obitum Bancum apertum reti-
2 nuit, † suppletur tamen ex alia præcedenti rubrica 82. ibi, *habbia luogo ne falliti fugitiui, e morti* quod statutam tanquam textus particularis seruari debet, ac Iuri communi præualere Crauett. *cons.* 37. *sub num.* 6 Soccin. Iun. *consil.* 67 *num.* 64. *ib.* 2. Ioseph. Ludouic. *Dec. Perus.* 9. *num.* 30. Rota *decis.* 169. *num* 9 *part.* 11. *rec.* cum aliis allegatis in dictis duabus decisionibus, quæ respondent singulis obiectis ad illud euitandum alias propositis, ac de nouo repetitis,
3 quod scilicet Calatanus diu non patuerit decoctus, † eo quia decessit cum sufficienti patrimonio, nec clausum teneret Bancum per tres dies ante iuxta disposita in rubr. 46. quodque statutum in pluribus locis loquatur de Mercatore dolosè, & fraudolenter decocto.

Alia verò Credita spectantia ad Ecclesiasticos ex quorum persona agit quoque d. Comes Albergatus compre-
4 hendere nequit huiusmodi statutum † vtpote mere Laicale ex defectu voluntatis, & potestatis personarum Statuentium Eminentissimus Otthob. *decis.* 149. *num.* 6. Reuerendiss. Royas *decis.* 138 *num.* 2. & in terminis dictum fuit *in Bononien. discussionis* 5. *Maii* 1655. §. *at quoniam cor. bon. mem. Bichio.*

Nec subsistere visa est responsio data in Decisione coram R. P. D. meo Beuilaqua, nempè quod hodie non agant ipsi Montistæ, sed Comes Albergatus vti eorum Cessionario, in quem priuilegium Ecclesiasticorum tan-
5 quam personale non transit, † nec est cessibile, quia vltra quod iidem Montistæ d. cessione non obstante continuarunt iudicium in partibus contra Bolognettum fideiussorem Catalani pro consequenda satisfactione hodierno *Summario impresso num.* 12 ex quo dignoscitur non cessisse iura translatiuè, sed tantum actionem cum hypotheca reseruatis sibi ipsis iuribus vtilibus, motiuum tollitur ex facto, nam Comes Albergatus non est absolute Cessionarius Sed Procurator cum cessione Iurium *dicto Summario num.* 10. quod non est incompatibile Arias *de mesa var. resol. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 24. vbi in terminis Ces-
7 sionarii, & Procuratoris simul Constituti † firmat, quod Procurator potest vti Iuribus personalibus Domini, & *num.* 26. concludit per hæc verba illud notandum, quod si Cessionarius sibi vtilius esse putat simplicis Procurato-
8 ris, vel Mandatarii † Vicemgerere hoc licet, Anton. Faber. *in suo Codice lib.* 4. *tit.* 29. *definit.* 10. idque comprobatur ex quo Comes non agit nomine proprio, & ad proprium commodum, sed nomine, & ad commodum Montistarum cum pecunias exigendas teneatur deponere ad effectum soluendi Montistis *dicto Summario num* 10. Vn-
9 de etiam Iura personalia transeunt in Cessionarium, † quando Cedentis nomine, & ad eius vtilitatem actio exerceretur Olea *de cess. Iur. tit.* 6. *qu.* 2. *n.* 19. & *seq.* Tondut. *q. ciuil. cap* 44. *num.* 11.

Præterea ad cognoscendum, an bona, & Iura Ecclesia-
10 sticorum comprehendantur sub laicali Dispositione † attenditur tempus, in quod confertur effectus Statuti Sperell. *decis.* 11. *num* 21 Rota *decis.* 293. *num.* 9. *part.* 11. *recent.* Cum autem Statutum prædictum intret tantum tempore decoctionis, & tunc Iura, & actiones Montistarum non essent laico cessa, sed ex post necessario sequitur, vt transierint, cum eodem priuilegio exemptionis prout à
11 simili dicitur de hæreditate Clerici, † quæ licet postea perueniat ad laicum non tamen cadit sub laicali dispositione quia eius effectus traditur ad tempus, quod Clericus decedit Surd. *decis.* 20. *numer.* 8. coram Otthobon. *decis.* 149. *num.* 9.

Insuper credita dictorum Ecclesiasticorum tanquam non infixa dicuntur realia, non personalia, nec habent hypothecam ex priuilegio clericali, sed de Iure communi vigore pacti constituti, & præcarii, ac Obligationis Cameralis adiectæ in Instrumento allegato *Summario num.* 11. Vnde remoto obstaculo statuti ratione Clericatus † 12
actio cessa transfertur in Cessionarium cum eodem priuilegio prælationis, quod habet hypotheca de iure communi in concursu actionis personali Olea *de cess. Iur. tit.* 6. *qu.* 2. *num.* 12.

Imò quatenus illa competeret intuitu Clericatus nihilominus tanquam cohærens † diceretur cessa, & transiret 13
in Cessionarium, cum suo priuilegio Merlin. *de pignor. lib.* 3. *qu.* 4. *num.* 2. *cum seqq.* Cost *de priuileg. Cred. reg.* 3. *ampliat.* 43. Pacific. de Saluian *inspect.* 3. *cap.* 4. *nu.* 62. Olea *vbi supra d. tit.* 6. *qu.* 2. *num.* 12 Rota *decis.* 310. *num.* 6. & *seq. par.* 7. *recent.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Bononien. Fideicommissi de Grottis.

Lunæ 14. *Maii* 1668.

ARGVMENTVM.

Ægidiana Constitutio quamuis non liget Clericos comprehendit tamen laicos in eodem iudicio pariter condemnatos, quando prout hic agitur de diuersis, & separatis libellis, diuersa etiam; & separata sententia, & aliis de quibus in Decisione resultant. Fideicommissum de linea ad lineam ex pluribus coniecturis inducitur, & præcipuè ex prohibitione alienationis non consecutiuè concepta, sed de per se, & cum ratione conseruationis bonorum inter omnes institutos, & substitutos in infinitum, factam præsertim per dictionem *Insuper*, quæ nouam, & separatam orationem importat.

SVMMARIVM.

1 *Appellandi ius competens Ecclesiasticis, quando suffragari possit, & debeat etiam Laico, vel eadem actione conuento, vel quando bona possidenter pro indiuiso.*
Vel quando iudicium vnico libello contra vtrumque simul cœptum, & prosequutum est ibidem, & numer. seqq.
2 *Tenuta, seu sequestratio regulariter non inducunt litis pendentiam, neque faciunt litis initium.*
3 *Sequestrum, seu Tenuta bonorum non sunt remedia, neque petitoria, neque possessoria, sed actus merè extraiudiciales.*
4 *Ægidiana Constitutio ad effectum appellationis attendis solam sententiam, non autem petitionem, seu libellum.*
5 *Substitutio vulgaris continet etiam fideicummissariam, quando concurrunt coniecturæ.*
Coniecturæ, quæ requirantur adhoc vt substitutio vulgaris etiam fideicommissariam importet, num. 5.
6 *Prohibitio alienationis in perpetuum inducit absolutum, & descensiuum fideicommissum fauore omnium de familia, & quando vide etiam supra num.* 5. & *num. seqq.*
7 *Prohibitio alienationis concepta in rem, & facta in perpetuum adiecta ratione conseruationis agnationis, & familiæ eo magis inducit perpetuum, & absolutum fideicommissum, & supra num.* 5 & 6.

8 Clau-

8 *Clausula*, ad inuicem, *posita in fine omnium substitutionum refertur ad omnes supra vocatos.*

Clausula, ad inuicem, *importat substitutionem reciprocam in vnaquaque linea; imò etiam de linea ad lineam, num.* 8. *& 9.*

10 *Fideicommissum de linea ad lineam quomodo resultet ex prohibitione alienationis factæ in perpetuum, & ad hoc vt bona perueniat ad institutos, & substitutos, & supra à num.* 5 *cum seqq.*

11 *Prohibitio alienationis concepta consecutiuè ad præcedentes substitutiones non extendit substitutionem vulgarem ad fideicommissariam.*

12 *Prohibitio alienationis non immediatè substitutionibus apposita, sed remotissimè ab illis non dicitur stare famulatiuè, seu consequutiuè, sed de per se, & num.* 13. *vbi amplia.*

13 *Prohibitio alienationis facta per dictionem*, insuper, *dicitur stare de per se.*

Dictio, insuper, *denotat orationem separatam, quæ subsistit de per se, & principaliter, num.* 13.

14 *Diuisio facta cum clausula*, ad habendum, pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque, *inducit renunciationem, & diuisionem fideicommissi.*

Intellige inter ipsos diuidentes, eorumque hæredes, secus autem respectu illorum, qui ex propria persona succedunt ibidem.

DECISIO CCCLXXII.

APPROBARVNT Domini postremam Decisionem editam 4. Maii 1667. respectu Ægidianæ, nec non aliam sub die 4. Iunii 1666. respectu fideicommissi reciproci, linearii; cum enim Iudicium immissionis in partibus introductum fuerit contra Patres Carmelitanos Occupatores prædii fontanæ, & Castellium detentorem prædii Buuoli de quo agitur non commixtim, sed diuisim cum dixinctis petitionibus, diuersa die reproductis, & separatis citationibus, & sententiis vt plenè iustificatum fuit in præterito Summario Francisci hodie reassumpto; frustra prætenditur, quod priuilegium appellandi competens Ecclesiasticis suffragari debeat etiam

1 Laico eadem actione conuento, † nam Decisiones adhunc effectum adductæ loquuntur, vel quando bona possidentur pro indiuiso à Laico, & Clerico vnumque simul & idem est ius defensionis vtriusque, vel quando iudicium cœptum prosequutum, & terminatum fuit contra Laicum, & Clericum sub vnico libello, & sententia, vt plenè respondit dicta vltima Decisio.

Neque aliquid præiudicat Instantia tenutæ seu sequestrationis coniunctim, tam contra Patres Carmelitanos,

2 quàm contra Castellium quia ex illa non inducitur litis initium; sed fieri permittitur etiam absque partis citatione à *Statuto Bononiæ lib.* 2. *rubr. de sequestr.* & proinde non esse remedium, neque petitorium, neque possesso-

3 rium † sed actum merè extraiudicialem aduertit Berous *cons.* 59. *num.* 1. *lib* 1. *& declarauit* Rota apud Gipsium *decis.* 93. *num.* 3. vltra quod in materia Ægidianæ prohiben-

4 tis appellationem † spectanda est sententia, à qua datur appellatio, non autem petito, seu vnicitas libelli Rota *decis.* 51. *num.* 15. *par.* 5. *recent. & in Bononien. hæreditatis* 26. *Ianuar.* 1654. *coram Reuerendiss. Papien.*

Quod autem attinet ad fideicommissum inconcussa visa sunt fundamenta primæ Decisionis, neque ex eo, quod Testator duos æqualiter substituit, nempè Bartholomæum & Galatium, & eorum alterum superuiuentem, ac prædefuncti, & prædefunctorum liberos masculos legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita dici potest illud expirasse fauore liberorum per vulgarem substitutorum statim, ac Parentes hæreditatem adluerunt, quia contrarium verius est, quando vt hic concurrunt coniecturæ, & verba tempus futurum, & perpetuitatem respicientia, nempè digressus ad plures gradus substitutionum clausulis *vulgariter pupillariter, & per fideicommissum* in stirpes, & non in capita, & strictissima prohibitio alienationis bonorum pro conseruatione perpetua in familia de Grottis, quæque omnia singulari-

5 ter ponderat eadem prima Decisio, hoc enim casu substitutio vulgaris continet etiam fideicommissariam iuxta dixtinctionem Soccin. *in l. solemus in fin. ff. de condit. & demonstr.* Rota coram Merlin. *decis.* 327. *numer.* 5. *& in Amerina fideicom.* 9 *Iunii* 1664. *coram R. P. D. meo Priolo*, & quod ex sola prohibitione alienationis in perpetuum censeatur inductum † absolutum, & descensiuum fidei- 6
commissum fauore omnium de familia tenuit Rot. *decis.* 284. *numero primo part.* 6. *& in Beneuentana hæreditatis* 17. *Martii* 1653. *coram Reuerendiss. Papien. in Romana fideicommissi de Boncompagnis* 22. *Iunii* 1662 *coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in firmana fideicommissi* 12. *Februar.* 1666. *cor. R. P. D. meo Albergato* maximè cum sit directa in rem, † 7
ibi, *prohibens &c. omnem & quamcumque alienationem bonorum, &c. cum velit, & intendat bona sua immobilia in totum ad institutos, & substitutos per eum vocatos ordine successiuo in perpetuum, &c. liberè, &c. peruenire debere pro conseruatione Agnationis, & familiæ supradictorum de Grottis, &c.* Rot. *decis.* 335. *num.* 3. *part.* 3. *recent. in Rouennaten. fideicommissi* 15. *Februar.* 1661. *coram. R. P. D. meo Priolo, & firmana fideicommissi* 16. *Aprilis* 1663. *coram Eminentissimo Viceomite.*

Et non solum adest in hoc casu fideicommissum descensiuum in vnaquaque linea, sed etiam reciprocum lineale. Testator enim post vocationem discretiuam Bartholomæi, & Galeatii eorumque Liberorum complectendo ambas lineas dixit: *& quos de Grottis inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum semper gradu agnationis, & prærogatiua seruatis*, quæ clausula, *ad inuicem*, vtpotè posita in fine omnium substitutionum † refertur ad omnes supra vocatos, & 8
importat reciprocam non solum in vnaquaque linea iuxta Decisionem Seraphin. 1023. in contrarium allegatam, sed etiam † de linea ad lineam, vt dixit Rota 9
in Ferrarien. fideicommissi de Pilorcis 15. *Maii* 1648. *§ secundo quia coram Reuerendissimo Imolen. in Bononien. Bonorum* 27. *Ianuarii* 1662. *coram R. P. D meo Albergato, & in Romana Palatii de Capranica* 6. *Martii* 1665. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, vbi in specie respondetur d. Decisioni Seraphini superiùs allegatæ; quod fortiùs admittendum est in præsenti quo concurrit supradicta prohibitio alienationis directa ad bona adiecta ratione, & ordine successiuo in perpetuum integrè, & totaliter peruenire debeant ad Institutos, & substitutos, † 10
quæ verificari non posset, nisi data reciproca lineali, vt latè probat eadem prima *Decisio in §.* 1. *quia cum pluribus sequentibus.*

Nec subsistit, quod dicta prohibitio vti concepta per participium consecutiue se habeat ad præcedentes substitutiones, ita vt non sit apta substitutionem vulgarem extendere ad fideicommissariam, † quia in facto ani- 11
maduersum fuit prohibitionem huiusmodi adiectam non esse immediatè, & longè postquam Testator ad alia extranea se diuertit circa distributionem vsusfructus inter vxorem, ac filios, & descendentes, † vn- 12
dè stare nequit famulatiuè, Rota *decis.* 23. *& decis.* 568. *numero* 9. *part. prima diuers.* præcipuè dum fuit facta cum dictione, *insuper*, ibi, *prohibens, & vetans insuper*, † quæ denotat orationem sepa- 13
ratam, & operatur, vt stet de per se, & principaliter Berous *consil.* 80. *numer.* 40. Merlin. *decision.* 228. *num.* 35.

Obiectum denique, quod per diuisionem bonorum factam inter Bartholomæum, & alios substitutos, cum clausula, *ad habendum &c. pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque*, censetur saltem remissum, & sublatum quodlibet fideicommissum † vrgere forsan posset contra ipsos diuidentes, 14
& eius hæredes non autem contra venientes ex persona propria, quales veniunt Franciscus, & alii Collitigantes Peregrin. *artic.* 52. *numer.* 90. *& seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 593. *numer.* 165. Rota *decis.* 86. *numer.* 1. *& decis.* 155. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & in Eugubina fideicomm.* 2. *Maii* 1650. *§. demum coram bo. me. Dunozetto.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Locorum Montium.

Veneris 11. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Locorum Montium, prout etiam aliorum iurium incorporalium sola nominis mutatio, & descriptio facta in Libris Montium, operatur traditionem, ac transfert dominium in Resignatarium. Consensus Hæredis grauati præstitus alienationi bonorum fideicommissi, an, & quando renunciationem eiusdem fideicommissi etiam conditionalis importet. Hinc plura de renunciatione iuris de futuro, & ex quibus illa deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Nominum mutatio in incorporalibus loco traditionis habetur, & per eam dicitur translatum dominium.*
Dominium Locorum Montium per descriptionem factam in Libris Montium acquiritur, num. 1.
Resignatarius Locorum Montium per solam resignationem, absque alia traditione acquirit dominium eorumdem Montium, num. 1.
2 *Error semper excluditur ex sola possibilitate in contrarium.*
3 *simplex Assertiua, seu enunciatiua partis veritati in contrarium probatæ non præiudicat.*
4 *Enunciatiua simplex non attenditur, vbi principaliter agitur de enunciato.*
5 *Fideicommissarius consentiens alienationi bonorum fideicommissi factæ ab hærede grauato rem alienatam amplius vindicare non potest.*
6 *Frater consentiens venditioni portionis rei communis ab altero fratre factæ, quando simplicem consensum præstitisse, vel venditionem suæ etiam portionis fecisse dicatur.*
7 *Consensus præstitus alienationi bonorum fideicommissi præsentibus venditore, & emptore cum promulsione non molestandi emptorem, transit in pactum, & remittit etiam fideicommissum.*
per Pactum potest etiam fideicommissum conditionale remitti, num 7. & 8.
8 *Ius de futuro in eo, qui renunciat reputatur, ac si esset de tempore præsenti.*
Ius de futuro potest per pactum indistinctè remitti, nu. 7. & 8.
9 *Ius de futuro tunc dicitur habere causam de præsenti, quando consensiens vnum, idemque ius semper habet, tam de tempore consensus, quam etiam eueniente casu successionis.*
10 *Renunciatio, & consensus, vt extendantur etiam ad iura de futuro multum præualet verisimilis mentio contrahentium, & ex quibus illa deducatur.*
11 *Euictio, quæ sequitur ex natura rei, & præordinatione fideicommittentis non censetur promissa.*
12 *Euictionem promittens an possit ratione fideicommissi rem euincere.*
13 *Euictio quæ prouenit ex natura rei dicitur etiam promissa ex clausulis prægnantissimis.*
14 *Emptor siue sciuerit, siue ignorauerit onus rei emptæ, agit de euictione etiam proueniente ex natura rei attentis clausulis amplissimis in illius promissione apposita.*
15 *per Euictionis promissionem amplissimam dicitur renunciatum fideicommisso conditionali.*
16 *Consentiens alienationi bonorum fideicommissi si pretium recepit, non potest amplius bona alienata ab emptore vendicare.*

DECISIO CCCLXXIII.

EX duplici supposito, & quod loca 27. Montium empta à Menchello fuerint communia inter Dominum Christophorum Iuniorem, & Felicem fratres de Cinciis, & quod expressè conuenerit se nolle teneri pro vinculis, & obligationibus contentis in literi patentibus eidem Mechello traditis, inter quæ aderat illud fideicommissi quondam Rocchi, & Christophori Senioris pariter ee Cinciis resolutum fuit 16. *Iunii* 1662. & 23. *Ianuarii*, & 27. *Iunii* 1664. *coram Reuerendissimo Ninot. Episcopo Illerden.* Christophoro Iuniori vti vocato ad dictum fideicommissum ob prædecessum Felicis dandam esse immissionem in medietate dictorum Locorum Montium. Verùm facto hodie melius dilucidato Instrumentoque denuò reperto visum est Dominis recedendum esse à decisis.

Quidquid autem sit, an constet de existentia fideicommissi prædicti prout de eo constare dictum fuit *in decision.* 1244. Cardin. Seraphin. & *decis.* 649. *part.* 4 *tom.* 3. *recent.* & an verè dicta Loca Montium, vti subrogata loco Casalis Turris Nonæ sint subiecta dicto fideicommisso, de quibus non fuit habita disputatio ex Instrumento nouiter reperto, quod datum fuit in *Summario* Menchelli *nu.* 1. & 2. apparet vsque de anno 1626 in solutione Computorum Felicem repertum fuisse debitorem Christophori scutis 12000. pro totidem de istius portione alienatis, & respectiuè in proprios vsus conuersis ipsumque in satisfactionem proprii debiti cessisse, & respectiuè tradidisse fratri solutum loca 60. Montis Farnesii Plani Abbadiæ pro rata 6000. cum facultate illa transferendi in fauore dicti Christophori prout successiuè vigore mandati Domini Primi Collateralis, & præuia licentia R. P. D. Thesaurarii factum fuit mediante expeditione literarum patentium in faciem illius, vt constat ex fide Secretarii data in eodem *Summario num.* 4. Vndè ista nominum mutatio facta de consensu Partium, & cum mandato Iudicis in incorporalibus, prout hic, † habetur loco traditionis, & per eam dicitur translatum plenum dominium in resignatarium, iuxta *glos. in l. quod si neque* 14. § *si materia in verbo signasset, ff. de possess. & commodit. rei vendit.* & optimè ad propositum probant Gratian. *discept.* 252. *à num.* 1. *vsque ad* 12. Rota coram Penia *decis.* 728. *num.* 6. & 7. & *in Romana Locorum Montium* 29. *Nouembris* 1660 §. *cæterum cor. R. P. D. meo Beuilaqua.* 1

Nec redargui potest de errore prædicta Secretarii attestatio eo quod partita resignationis locorum 60. facta à Felice sit notata fauore Christophori in lib. 1. fol. 12 quando verò iste resignat loca 27. Menchello fit mentio de duabus partitis altera scilicet fol. 12. & alia fol. 4. dicto *Summario numer.* 4. quia cum idem Christophorus vltra loca 60. notata fol. 12. alia etiam loca loca eiusdem Montis propria haberet registrata fol 2. cum que de primis 60. iam antea alienasset 35. ad supplendum numerum 27. quæ Menchello resignabat, qu a non sufficiebant 25. quæ adhuc remanebant ex 60. opus fuit etiam facere mentionem de aliis notatis fol. 4. qua facti veritate præmissa facilè diluitur obiectum erroris, ad cuius † exclusionem sat est possibilitatem in contrarium allegare *glos. fin. in l. de ætate in §. fin ff. de interrogat. action.* & *l. cum de indebito* 25. § *fin. de probat.* Rota coram Merl. *dec.* 365. *num* 3. & *in Romana Pecuniaria* 23. *Iun.* 1664 *coram R. P. D. meo Priolo, §. talis autem.* 2

Et hinc apparet inane confugium ad coniecturas ex quibus induci prætenditur asserta communio. Quamuis enim in Instrumento venditionis Loca Montium enuncientur communia Felicis, & Christophori, ista tamen enunciatiua non emanauit à Felice, sed ab eodem Christophoro dicto *Summario num.* 1. ibi: *Christophorus Cincius mihi, &c. asserens ad ipsos germanos fratres spectare, &c.* vndè exclusa prout hic dicta communione ex alio Instrumento dato in eodem *Summario num.* 2. nec non ex aliis infra dicendis † simplex assertiua Christophori veritati in contrarium probatæ obesse non potest, *l. item si* 5. & *ibi glos.* & *l si Pupilli* 6 §. *si Titii, ff. de neg. gest.* cum cumulatis *in Pisana Tenutæ* 23 *Ianuarii* 1666 *coram R. P. D. meo Bourlemont, §. hinc non officiunt,* quæ enunciatiua eo magis venit reiicienda, quia principale dubium † consistit in enunciato, Butr. *in cap. illud num.* 3 *vers. nota quarto de præsumpt.* Rota *in Æsina fideicommissi* 5. *Iulii* 1666. §. 3 4

nec

nec subsistit coram R.P. D. Ottalora. Minusque argui potest prætensa communio, ex eo quod in resignatione dictorum Locorum Montium fauore Menchelli reseruatum fuerit Ius redimendi fauore vtriusque fratris quia cum talis Ius fuerit etiam præseruatum pro hæredibus, & successoribus eorum, hinc manifestè resultat nomen Felicis fuisse accomodatum ad effectum, vt eueniente casu fideicommissi ad eius fauorem priusquam Christophorus redimeret, ipse redimere posset cum alias ratione consensus præstiti in alienatione facta ab hærede grauato.
5 † eo amplius vendicare non posset, *ad text. expressum in l. nihil proponi* 120. §. *omnibus*, *ff. de legat*. 1.

Et quod tollit omnem ansam dubitandi ex obseruantia deducta ex actibus ab eodem Christophoro gestis communio excluditur. Ipse enim solus fuit qui vendidit, vt cantant verba Instrumenti dicto *Summario num*. 1. ipse dumtaxat pretium recepit, Emptorem quietauit, eique si dicta loca plus valerent, quàm quod inter eos fuit conuentum explicitè donauit, de euictione se obligauit, & ea libera esse ab omnibus aliis vinculis præterquam à
6 notatis in literis patentibus proprio nomine promisit. † Vndè præsentia, & consensus fratris, qui stipulationi eiusdem Instrumenti interuenit resoluitur in meram, & simplicem cauthelam Emptoris, nec propriæ portionis alienationem potest importare, quia præsentia, & consensus eiusdem ita demum hoc operari potuisset Condominus, aliàs autem secus venit dicendum, vt ex *text. in l. si Pater* 4. § *fin. ff. de manum vindicta*, ad propositum probant Tiraquell. *in l. si vnquam verbo donatione largitus num*. 250. *C. de reuoc donat. Galerat. de renunc lib*. 5. *cap*. 9. *nu*. 3. Rota *decis*. 788. *num*. 6. *par*. 1. *diuers*.

Præterea animaduertebant Domini, quod Christophorus in eodem Instrumento venditionis expressis verbis promisit super dictis Locis Montium se litem non illaturum. Ideòque consensus prædictus Emptore, & fratre consentientè contextu aliter emissus dicitur tran-
7 siisse in pactum † per quod fideicommissum conditionale purificandum ad eius fauore per prædecessum fratris indè censetur remissum, vt est optimus textus in proposito in *l. pactum* 46. *in fin. ff. de pact.* & in præcisis terminis docuit Castren. *communiter secutus in l. cum Pater* 79. *numer*. 4 *in fin. ff. de leg*. 2. Fusar. *de substit. quæst*. 560. *num*. 7. vbi de veriori latè Tiraquell. *de vtrobique retractu gloss*. 9. *num*. 124. & recedendo ab alias decisis firmatum fuit *in Lauretana fideicommissi* 24. *Februarii proximi præteriti*, §. *ratio recessus cor. R. P. D meo Ottalora*; idque licèt ius prædictum esset de futuro, subest enim causa de præsenti, & illud ius reputatur perindè ac si de tempore præstiti consensus
8 realiter adesset, † & per pactum potest indistinctè remitti, iuxtà doctissimam distinctionem, Bart. *in l*. 1. *num*. 3. *& seqq. C. de pact.* & conciliando opiniones pariter distinguunt Soccin. Sen. *cons*. 230. *num*. 2. *lib*. 2. Surd. *cons*. 70. *num*. 14. *& sequen*. Crauett *cons*. 11. *numer*. 6. *vers. difficultas*, vbi quod tunc Iuri de futuro dicitur subesse
9 causa de præsenti, † quando ille, qui consensit, si casus successionis tunc accidisset succedere potuisset, nec postea eueniente casu nouam causam succedendi deducit, & in nostris terminis firmat, Rota *in dicta Lauretana*, §. *ratio recessus vers. idque indubitanter*.

Et cum hac Iuris dispositione concurrit etiam verisimilis intentio Contrahentium, qui dum in præfata venditione contextu aliter præstiterunt, & respectiuè exegerunt consensum vocatorum coæquale ius habentium in succedendo nulla facta distinctione Iuris competentis
10 in casu obitus, vel alteriùs casus, † rationabile indè videtur, vt hoc inter eos factum fuerit ne eueniente altero ex illis casibus Menchellus à promittente molestaretu, vt in his terminis considerat, Rota *in dicta Lauretana*, §. 2. *limitatur*

Nec est applicabilis conclusio firmata in præteritis decisionibus, quod scilicet dicta promissio non sit apta comprehendere euictionem, quæ sequitur ex natura
11 rei, † & prærordinatione fideicommittentis, iuxtà *l. si seruus venditus in princip. & l. si fundum sciens*, *ff. de euict.* quia vltra quod Petr. *de fideicomm. quæst* 14. *numer*. 49. dicit conclusionem non procedere quando ille met, qui
12 euictionem promisit † sub colore fideicommissi prætendit euincere, cuius etiam sententiæ fuit, Mangil. *de euiction. q*. 114. *num*. 37. *vers. At nos loquimur*. In proposito casu euictio fuit promissa cum clausulis amplissimis habita vlterius relatione ad formularium Vrbis. Ideòque attenta illarum prægnantia dicitur etiam promissa † eui- 13
ctio, quæ venit ex natura rei, vt arguendo ex textu *in dict. l. cum pœna* 38. *ff. de recept. Arbitr.* probat Marescott. *variar. resolut. lib*. 2. *cap*. 19. *num*. 32. vbi inquit, quod hoc indistinctè procedit, † siue Emptor sciuerit, siue ignora- 14
uerit onus rei emptæ, Amat. *resolut*. 77. *numer*. 34. vbi quod per similem amplam euictionis promissionem † di- 15
citur etiam renunciatum fideicommissum conditionale, Rota *dec*. 152. *num*. 5 *part*. 2. *diuers. & dec*. 176. *num*. 9. *par*. 7. *& dec*. 184. *num*. 8. *& 9. part. 9 rec.*

Et in omnem casum non Christophorus habita notitia fideicommissi alienationi dictorum Locorum Montium consenserit, & quod magis est etiam cum promissione de non molestando eorum Emptores ipse met pretium accepit, † non potest hodie loca prædicta validè alienata 16
sub specie fideicommissi ab Emptore vendicare *ad text. expressos in l. si fundum per fideicommissum* 92. *& l. nihil proponi* 120. §. *in omnibus*, *ff. de legat*. 1. Peregrin. *de fideicom. artic*. 40. *num*. 1. *vers. capiendo*, *& artic*. 52. *num*. 45. vbi conclusionem verissimam dicit cum aliis cumularis *in dicta Lauretana fideicommissi* 24. *Februar. præteriti*, §. *tertia cor. R. P. D. meo Ottalora*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Rauennaten. Emphyteusis.

Lunæ 16. *Aprilis* 1668.

ARGVMENTVM.

Emphyteusi finita si proximior renouari prætendit, & ita remotiorem excludere, petere primo loco debet à Domino directo sibi renouationem concedi, quem proindè conuenire potest actione personali Officio Iudicis ad dictam renouationem faciendam, qua obtenta poterit postea petere prælationem aduersùs possessorem, pro iisdem met pactis, & conditionibus, pro quibus eidem fuerat emphyteusis concessa.

SVMMARIVM.

1 *Renouationem emphyteusis habere prætendens tamquam proximior, & ita excludere remotiorem nullum ius habet ante obtentam à Domino directo renouationem prædictam.*
2 *Emphyteuta cui emphyteusi finita competit renouatio, cogi Dominum directum actione personali Officio Iudicis ad sibi renouationem faciendam.*
3 *Officium Iudicis succedit loco actionis.*
4 *Renouatio emphyteusis facienda est pro iisdem conditionibus, & pactis pro quibus res ab altero locari reperitur.*
5 *Laudemium vnicum soluendum est ab eo, qui emphyteusim sibi renouari petit, & num. seq.*
Amplia etiam si quis vellet præferri iure congrui, Societatis, vel similis, quia semper vnicum soluitur Laudemium, ibidem & num. seqq.
6 *Prælationem petens vigore retractus Societatis, vel similis vltra Laudemium etiam expensas Instrumenti persoluit.*
7 *Laudemium non soluitur de omnibus dispositionibus nullis, & inutilibus, ac non sortitis effectum.*
8 *Laudemium solutum ab eo, contra quem fuit vigore retractus, Societatis, vel similis obtenta prælatio, restitui omnino debet.*
9 *Meltoramenta finita emphyteusi sine culpa emphyteutæ spectant ad ipsum, & eius hæredes.*

DE-

DECISIO CCCLXXIV.

DVABVS Decisionibus 7. *Iunii* 1666 * & 23. *Martii* 1667. placuit Dominis constare de bono iure Matris ad renouationem emphyteusis Archiepiscopalis contra Benedictum Patruum magnum, & instante ipsa Matre pro alio dubio contra Dominum Archiepiscopum an teneatur sibi tradere inuestituram, & quibus conditionibus, eoque obtento propositum fuit 14. Martii proximè præteriti, sed altera parte non informante fuit dilatum. Hodiè verò reproposito responsum est Dominum Archiepiscopum teneri tradere inuestituram Albæ Matri cum eisdem conditionibus oblatis à Benedicto Patruo magno, & in Decisione exprimendis, scilicet soluta per Albam Domino Archiepiscopo ea parte Laudemii, quæ non fuit à Benedicto soluta, & alia ipsi Benedicto restituta, & suppositis directo dominio Ecclesiæ omnibus melioramentis.

Nec intempestiuè, vt aliquibus videbatur agere visa est Alba contra Dominum Archiepiscopum antequam excluserit Benedictum inuestitum, & possessorem, quia
1 potiùs ante obtentam renouationem † à Domino Archiepiscopo nullum ius Albæ competebat contra Benedictum, Rota *decis.* 111. *num.* 8. *versic. interim tamen*, & *decis.* 230. *num.* 11. *part.* 11. *recent.* sed benè Dominum Archiepiscopum actione personali ad factum conueniri putarunt
2 Domini implorando † saltem Officium Iudicis, ad Roman *consf.* 70. *num.* 3. *ibi Cogi potest Superioris Officio*, *Caldas de iure emphyteutico titulo de renouat. emphyt. quæst.* 7. *ad finem*, & *quæst. vltim. num.* 9. Officium enim Iudicis † suc-
3 cedit loco actionis vbicumque actio deficit, Guido Papa *decis.* 362. *numer.* 2. Rota *decis.* 327. *numer.* 5 *part.* 5. *recentior.*
4 Cæterum renouatio est facienda † pro iisdem conditionibus, pro quibus reperitur res locari cuilibet extraneo tempore renouationis, Gabriel. *de Iur. emphyteut. concl.* 1. *in fine*, in puncto Marescott. *variar. resolut.* 3. *numer.* 24. *lib.* 1. Rota coram Seraphino *decis.* 610. *num.* 11. *confirmata decis.* 630. *num.* 4.

Conditiones duæ sunt, altera soluendi Laudemium, quod posita Matris præiatione Patruo magno, & renouationem ad Matrem translata, vnicum soluendum Do-
5 mini dixerunt, tamquam vnici contractus, sicuti quando aliquis vult præferri iure congrui, aut iure Societatis aut huiusmodi, ad Tiraquell. *retract. lignagier*, §. 29. *glos.* 1.
6 & 2. qui addit expensas † Instrumentorum *gloss.* 3. *Burgos de Laudemio Inspect.* 2. *num.* 1 *par.* 2. Fontanell. *decis.* 278. *à num.* 15. & *à num.* 21. & de omnibus dispositionibus nullis,
7 & inutilibus, & effectum non sortientibus, † quod Laudemium non soluatur, Redoan. *de rebus Eccles. non alienan. num* 19. Gratian. *discept.* 746. *à num.* 5. Antonell. *de tempore legal. cap.* 7. *num.* 49. & 50. *lib.* 3. Fontanel. *de pactis nuptial. clauf.* 4 *glos.* 9. *par.* 5. *nu.* 134. & suprascripti oportunè
8 declarant solutum reddendum, † & non solutum soluendum.

Altera conditio est supponendorum melioramento-
9 rum. Enim verò hæc post finitam emphyteusim † sine culpa emphyteutæ spectant ad ipsum, & eius hæredes argumentum, *l.* 2. & 3. *C. de iure Emphyt.* vbi traditur forma *Clarus* §. *emphyteusis quæst.* 45 *cum ibi allegatis*, quæ non posse supponi possunt à Matre non Domina, sicuti supponi possunt à Patruo illorum Domino, dicebant Informantes pro Domino Archiepiscopo

Sed contrarium visum est, & datus hic modus, quem rescribo, statim ac declarabitur ad ipsam vti proximiorem prædium spectare, melioramenta etiam tamquam accessoria acquiret cum obligatione solum reficiendi pretium Benedicto Patruo, quando ea ipse in specie liquidabit, & nunc iuxta factam oblationem statim erunt supposita directo dominio Ecclesiæ Rauennæ, cuius nihil interest an subiiciantur per Benedictum, vel per Albam.

Et ita Alba, & Archiepiscopo Informantibus Benedicto autem citato, &c.

Supra in hac eadem parte Decisione 63 adest altera ex supradictis duabus resolutionibus in hac causa emanatis, cuius in calce etiam aliam adnotauimus concordantem.

R. P. D. CALATAIV.

Taurinen. Decimarum.

Vener. 27. *Aprilis* 1668.

ARGVMENTVM.

Ad probandam immemorabilem cum fama priuilegij Apostolici in materia decimarum etiam Laicis, ac sine fumo remissoria conceditur, eaque non impeditur, eo quod de concessionibus doceatur, quæ simpliciter præcedentes inuestituras confirment, dummodo initium non allegent, multòque minùs ex capite impossibilitatis probationis, si ea facta, causam omnino dirimeret.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum materia ad effectum probationis reputatur materia prophana.*
Remissoria in prophanis etiam sine fumo conceditur concurrente releuantia materiæ articulatæ, numer. 1.
2 *Remissoria conceditur Laico etiam sine fumo ad probandam quasi possessionem decimandi aduersus Ecclesiam.*
Amplia etiam post sententiam, ibidem.
3 *Laici sunt incapaces decimarum spiritualium, & quando hoc illis fuerit interdictum.*
4 *Laici, vel per possessionem immemorabilem cum fama priuilegii, vel per alium titulum æquipollentem possunt possidere decimas spirituales.*
5 *Remissoria ad probandam immemorabilem denegatur, vbi constat de initio tituli, & vide num. seqq.*
6 *Immemorabilis non excluditur per exhibitionem inuestiturarum, quæ tantum præcedentes concessiones enuncient, si in eis non sit mentio initii, & num.* 7.
Remissoria conceditur Laicis ad probandam immemorabilem in materia decimarum etiam post exhibitas inuestituras, num 6.
8 *Remissoria non conceditur ad probandam immemorabilem, in qua impossibile sit inuenire testes adeò annosos, & vide num. seqq.*
9 *Decis. coram* Penia Veneta 434 numero 8. *declaratur.*
10 *Remissoria ad probandum id quod probatum releuare & causam omnino dirimeret conceditur etiam reiecto obiecto impossibilitatis probationis.*

DECISIO CCCLXXV.

EX defectu non probatæ immemorabilis cum fama priuilegii ante Concilium Lateranense, resolutum fuit per sententiam Rotalem R. P. D. mei Bourlemont, Dominis Comitibus de Valperga vti Laicis non competere ius exigendi decimas spirituales ab Incolis Ripariæ & Furni, sed ad eam probandam petierunt illi coram me remissoriam, quàm Domini concedendam esse dixerunt.

Materiam ipsam decimarum ad effectum, de quò agitur reputatur omnino prophana, † in qua concurren- 1
te releuantia materiæ articulatæ quantumuis nullus veritatis fumus assistat remissoria denegari non solet, vt est bonus textus, *in l. Iudices* 18. *C. de fide Instrum* Rot. coram Gregor. *decis.* 174. *numero primo ibique* Adden. *num.* 7. & *in Barbastren. Decimarum* 18. *Iunii eiusdem anni coram R. P. D. Albergato vtrobique in princ.* quod indistinctè procedit, licèt illa petatur à Laico in possessione decimandi constituto aduersus Ecclesiam, & etiam post sententiam Rotalem ad illius fauorem emanatam, † vt ser- 2
uatum fuit in *Pampilonen. Decimarum* 18. *Februar.* 1641. §. 1.

§. 1. *bon. mem. Peutingerio, & in dicta Nouarien. Decimarum, §. releuantia cum seqq.*

Deducitur autem releuantia ex articulata immemorabili, quasi possessione exigendi decimas controuersas cum fama priuilegii Apostolici, aut infeudationis ante Concilium Lateranense habitum à san. mem. Alexan-
3 dro III. anno 1179. † in quo cum Laicis fuerint omnino prohibitæ decimæ spirituales, iuxta *text. in cap. decimas 16. quæst. 7.* cum aliis cumulatis *in prædicta causa* super bono Iure* *23. Martii 1667. coram R. P. D. meo Bourlemont §. ea moto*, per talem proinde possessionem immemorabilem copulatiuè concurrentem cum fama priuilegii, vel
4 alio titulo æquipollenti †, censetur sublata allegata incapacitas, & etiam Laici possunt decimas spirituales habere iuxta opinionem communiter sequutam à Rota quidquid variauerint inter se Domini, quam articulo mature discusso tenuit *in decis. 215. per totam part. prima diuers.* cum qua concordant Collecti *in cap. ad hæc 15 nu. 5. & 6. de decimis cap. 5. part. 3. num. 59. versic. in concessione* Marescott. *variar. lib. 2. cap. 92. num. 3. cum seq.* Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. cap. 26. lib 3. §. 2. num. 32.* Rota coram Merlin. *decis. 694. num. 18. & seq. & decis. 103. nu. 7. cum seqq. par. 7. rec.*

Nec obstat, quod cum Comites prædicti diuersas produxerint inuestituras reportatas ab Episcopis, ac Archiepiscopis respectiuè dicantur docuisse de proprii tituli
5 initio, quod allegatam immemorabilem excludit, † vt contra alios Comites de Valperga ex isto capite denegata fuit remissoria coram Penia *decis. 553. num. 2. per totam*. Etenim cum exhibitæ inuestituræ nullam principii acquisitionis faciant mentionem, sed præcedentes concessiones enuncient ad effectum, de quo agitur
6 immemorabilis exclusa non videtur, † & in puncto ad effectum concedendi remissoriam Laicis possessoribus decimarum spiritualium, etiam post exhibitas diuersas inuestituras firmauit, Rota *in dicta Nouarien. decimarum coram R. P. D. meo Albergato, §. non obstat*,
7 & generaliter, quod etiam exhibitio concessionum † non repugnet immemorabilis, quando in eis non fit mentio initii, *ex text. in cap. auditis § de præscript. & in cap. personæ 7. & ibi Gloss. verb. munitos de priuileg. in 6. & dixit* Rota *dec. 168. nu. 35. & decis. 101. numer. 8. part. 11. recent. & in Toletana Decimarum 16. Martii 1648. coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso, §. exhibitio.*

Minus facit, quod cum agatur de probanda immemorabile de tempore tam remoto ante Concilium Lateranense impossibile omnino fit, quod reperiantur testes
8 adeò annosi, † qui hoc deponere valeant prout ex isto capite contra alios Comites de Valperga denegata fuit remissoria coram Penia *decis. 434. num. 8.* secundum im-
9 pressionem Venetam, quia in casu dictæ decisionis † ante omnia deducendum erat tempus diuturnæ litis, quo dempto improbabile, ac æquè impossibile erat testes tam longæuos inuenire, secus autem in proposito nostro casu, in quo occasione istarum decimarum nulla vnquam lis fuit inter Dominum Archiepiscopum, & Comites, qui proinde suam quasi possessionem immemoabilem hodiè ex integro iustificare non prohibentur ne alias examinanda funditus materia super bono Iure procludatur
10 via faciendi probationes necessarias, † quæ alias iustificata causam omnino dirimerent, vt reiecto obiecto impossibilitas probationis, ex ista ratione fuit mota ad inducendum remissoriam, Rota *in Leodien prætensæ nullitatis matrimonii 4. Iulii 1667. coram R. P. D. meo Carpineo, §. finali.*

Et ita vtraque &c.

Præsens Decisio fuit confirmata 21. Ianuarii 1669. coram eodem R. P. D. Calatalu, quam in sequenti apponemus volumine, alia verò super bono iure emanata coram R. P. D. Bourlemont, reperitur superius impressa in hac eadem parte decis. 67.

R. P. D. CALATAIV.

Perusina Dotis.

Lunæ 7. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Dos à Patre filiæ constituta cum regulariter congrua esse præsumatur, eo magis congrua dicitur, si æquè concurrunt, quod illa fuerit correspondens portioni legitimæ, ac etiam solitum, & consuetudo familiæ; Statutum Perusiæ *Rubr. 25. §. item si aliquis*, ad materiam congruitatis eiusdem dotis similiter declaratur. Atque etiam deducitur arbitrium in ea regulanda consanguineis concessum, declaratione non facta remitti iudicio boni viri, vel Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Dos correspondens portioni legitimæ non potest de incongruitate redargui.*
2 *Pater præsumitur pro filiabus melius consilium cepisse quam fieri potuit.*
Dos à Patre filiæ constituta in dubio præsumitur congrua, num. 2.
3 *Dotis congruitas desumitur ex familiarum solito.*
4 *Statutum Perusiæ* Rubr *25. §.* item si aliquis, *mandat dotes taxari per fratres cum approbatione Proximiorum, & de intellectu illius, num. seqq.*
5 *Rota succedit in locum illius, cuius arbitrio aliquid fieri debebat.*
6 *Dotis quantitas collata in arbitrium alicuius eo non declarante, remittitur arbitrio boni Viri, vel Iudicis.*
Dispositio alicuius arbitrio remissa, non tamen caducatur, si ille non declarauit, quia declaratio fieri debet arbitrio boni Viri, vel Iudicis, num. 6.
7 *Iudex eligendo Peritos ex officio se conformare debet cum dispositione Statuti.*
Peritus habens qualitatem à Statuto requisitam in illius electione præferendus est Perito, eadem qualitatem non habenti num. 7.
8 *Iudex post factam præfixionem termini parti ad eligendum Peritum, potest eo elapso, vel nouum Peritum eligere, vel illum iam electum confirmare.*

DECISIO CCCLXXVI.

PRÆVIA decisione coram R P. D. meo Albergato emanata *die prima Iulii* præteriti*, fuit ab hoc Sacro tribunali Pilenæ taxata dos in scutis 3000. computatis bonis maternis, & successiuè lata sententia, interposita autem appellatione pro parte Philenæ, & ad eius instantiam commissa mihi causa proposui dubium an sententia Rotalis esset confirmanda, & pro eius confirmatione responsum.

Concurrit siquidem ad concludendam congruitatem prædictæ assignationis status hæreditatis firmatus à Peritis hinc inde electis in scutis 7279 quo attento cum dos non solùm commensuretur legitimæ, verùm etiam, & excedat, † non potest proindè de incongruitate redargui, 1
iuxta *text. in Auth. res quæ in princ. C. comm. de legat. & l. si filiæ 43. ff. de leg. 3. & l. quæsito 60. ff. de Iur. dot.* Rota cor. Mantic. *dec. 329. nu. 6. vers. tamen magis communiter, & in rec. decis. 213. num. 1. par. 11 cum cumulatis in Romana Dotis 14. Iunii 1658 cor. R. P. D. Albergato, §. his omnibus.*

Præterea accedit solitum, & consuetudo tam familiæ Philenæ, in qua similis summa computatis bonis maternis tradita fuit à Patre, qui † meliùs consilium 2
pro filiabus cepisse supponitur, *ex text. l. nec in ea leg. 22. §. fin. ff. ad l. Iuliam de Adult.* quam etiam familiæ Viri, in qua

qua etiam minor dos scilicet scutorum 2300. tradita
3 fuit. † Prædictum enim solitum familiarum conducit ad probationem congruitatis dotis decretæ *ad text. in dicta Auth. res quæ in princip.* & præter relatos in decisione R.P.D. mei Albergati firmauit Rota *decis. 164. numero 11. part. 5. recent. & in Romana bonorum, seu vsusfructus 5. Martii 1653. §. inspecta, & in Romana Dotis de Lancellotis 14. Iunii 1655. coram Reuerendissimo Zarate Episcopo Concheñ, § tertio ex consuetudine.*

Nec obstare potest, quod attento Statuto Perusiæ
4 *Rubr. 25.* † *§. item si aliquis*, dos taxari debere per fratres, & approbari per Proximiores, quia cum Philena petendo successionem eorum declarationi stare omninò recusauit, hinc est quod deuoluta causa ad Rotam, & firmato statu hæreditatis per dictos Proximiores ad formam prædicti Statuti poterat ea inspecta per eam-
5 dem Sacram Rotam, † quæ loco proximiorum successit prædicta fieri taxatio, cum regulare sit quod si quantitas dotis conferatur in alicuius arbitrium, ea non declarante, vel quia non velit, vel quia declarare pro-
6 hibeatur ad Iudicis, † vel boni Viri arbitrium reuertitur, necindè caducatur dispositio, vt plenissimè aduertunt, Barbos. *in l. si cum ea numero 6. C. de dot. promiss. & in l. 1. part. 3 numero 41. & 43. ff. solut. matrimon. cum aliis cumulatis per* Menoch. *consil. 93. numero 11. vers. cæterum.*

Minùs etiam potest obstare solitum partis obiectum quod scilicet status hæreditatis non posset dici sufficienter firmatus ex eo quod Lanceliottus alter ex Peritis
7 fuerit allegatus suspectus, quia cum ad firmam † *dicti Statuti sub Rubr. 25. §. item dicimus*, pro firmando statu hæreditatis requirantur Periti, qui sint consanguinei, poterat proindè Iudex inhærendo prædictæ dispositioni Lancellottum ista qualitate prædītum ex officio elige-
8 re, † & Hectorem à Philena electum hac qualitate destitutum impunè postponere argumento, *text. in l. computationes 20. Cod. de fide Instrum.* & conferunt in simili notata per Felin. *in cap. proposuisti 4. ad fin. vers. 3. nisi esset aliquis casus extra de probat. &* Gratian. *discept. 600. numero 33.* signanter quia post deputationem Lanceliotti factam à Iudice fuit citata dicta Philena,
9 eique præfixus terminus vnius mensis, † in quo cum nihil fuerit oppositum Iudex denuò prædictam deputationem confirmauit, vt aduertit *dicta decisio R. P. D. mei Albergati, §. finali.*

Et ita vtraque &c.

Altera Decisio præsentis causæ emanata coram Reuerendissimo Domino Albergato Decano est supra in hac eadem parte decis. 111.

R. P. D. OTTALORA.
Posteà Præside Granatensi.

Fauentina Successionis.

Lunæ 7. Maij 1668.

ARGVMENTVM.

Bona obuenta filio iure, & titulo Primogenituræ sibi à Patruo constitutæ cum ei non obuenerint ex substantia Patris, neque conferenda sunt cum alijs fratribus, minùs etiam in ipsius legitimam imputanda, quæ imputatio eo magis excluditur ex pacto reuersiuo cui eadem Primogenitura subiacet, ac etiam ex onere illi iniuncto substinendi cum ipsa decorem, & dignitatem familiæ, fœminasque dotandi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio fieri non debet de bonis obuentis filio non ex persona Patris, sed Patrui, qui in hoc reputatur extraneus.*
2 *Obligatio si fuit ab aliquo facta, qui se ipsum tantùm, & sua sola bona obligauit, ipse solùm tenetur.*
3 *Contrahens cum aliquo, illum tantùm conuenire potest.*
4 *Ratio in aliqua dispositione, vel contractu adducta æquè declarat mentem disponentis, ac contrahentis.*
5 *ex Obseruantia subsequuta benè declaratur qualis ab initio fuerit intentio contrahentium.*
6 *Relatio ad aliquid restricta, non operatur quoad alia, de quibus particulariter, & expressè conuentum, vel locutum est.*
7 *Dictio* & non altrimente *ostendit mentem contrahentium, vt ad vnguem seruetur modus ab eis præscriptus, & non aliùs.*
8 *Bona à Patre assignata filio cum onere perpetua Primogenituræ regulariter in collationem non veniunt.*
Collatio operatur, vt omnia bona simul inter fratres cumulentur, & inter omnes æqualiter diuidantur, num. 8.
Primogenitura à Patre filio constituta si in collationem veniret, destrueretur, quia æqualiter esset inter omnes diuidenda, num. 8.
9 *Imputatio semper admittitur, quoties tacitè, vel expressè Pater voluit bona per Filium imputari.*
10 *Argumentum de collatione ad imputationem valet negatiuè, scilicet non conferuntur, ergo non imputantur.*
11 *Imputatio non cadit quando Pater ab intestato decedit.*
Imputationi solùm locus est vbi Patre cum testamento defuncto, filius legitimam detrahere intendit num. 11.
12 *Animi præcedentes declarationes, & tractatus vltimo loco circumscripti non attenduntur.*
Decretum circumscriptum in consideratione haberi non potest, num. 12.
13 *Actus remissus dispositioni alicuius, ipse solus attenditur.*
13 *Collatio, seu imputatio, de qua nulla fit mentio in dispositione, quæ imputari, seu conferri prætenditur, procul dubio facienda non est.*
Imputatio, ac etiam collatio semper in dubio remanet exclusa, num. 13.
14 *Bona data non intuitu, & contemplatione filii, sed aliorum reputantur aduentitia, non profectitia.*
Imputatio non fit de bonis aduentitiis, num. 14.
15 *Bona, quæ perpetuo penes filium permanere non debent, sed continent in se pactum reuersiuum, non subiacent imputationi.*
16 *Filios quod quis habeat nihil facit, quoniam potest dari casus, quod illi præmoriantur Patri.*
17 *Contrahentium intentio non iudicatur ab euentu.*
ab Euentu non Iudicatur, sed ab eo quod contingere potest, num. 17.
18 *Imputari si non potest proprietas, an saltèm commoditas fructuum imputationi subiaceat.*
Fructus Primogenituræ, illorumque commoditas imputari non potest, si illi fuerunt obnoxii manutentioni familiæ, gradusque substentationi, numero 18.
19 *in Legitimam non imputantur ea, quæ alicui oneri sunt subiecta.*
Legitima defertur filio libera, & absque vllo onere, num. 19.

DECISIO CCCLXXVII.

Ex duabus decisionibus emanatis in hac Causa vna alterius contraria placuit Dominis in hodierna propositione primam confirmare, quia verè Marchio Gregorius recognoscit primogenituram, de qua agitur ex persona bon. mem. Cardinalis Bernardini eius Patrui, non autem ex persona Iacobi Philippi Patris, † ideòque in diui- 1
sione bonorum patrimonialium facienda cum suis fratribus non tenetur illam conferre tamquam ab extraneo prouenientem, vt præter adductos in prima decisione tenuerunt, Maluas. *conf. 200 nu. 33. & seqq.* qui in specie loquitur de bonis habitis à Patruo, Mangil. *de imputat. q. 36. num. 39.* Rota post Merlin. *decis. 59. num. 10. & seqq.*

Solus enim Cardinalis in capitulis matrimonialibus promisit Senatori Fantuccio Marchionem Gregorium habiturum primogenituram annui redditus librarum 32. mille, pro qua se ipsum, & bona propria obligauerit, nulla facta mentione Iacobi Philippi *Summario*
2 Gregorij *num.* 1. † Vndè ipse solus dicitur obligatus, Bart. *in l.* 1. *§. nunciatio*, *nu.* 13. *& seqq. ff. de nou. oper. nunciat.* Dec. *consil.* 21. *num.* 11. Soccin. Sen. *consil.* 154. *num.* 7. *lib.* 2. *& cons.* 113. *num.* 2. *lib.* 4. Rota *in Pientina Parochialis* 28 *Iunii* 1655. *§. quia coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Non obstat fundamentum secundæ Decisionis, quod Cardinalis ante confectionem capitulorum tractauerit cum fratribus, vt omnes ad primogenituram contribuerent, nempè ipse pro vna, P. Virgilius pro duabus, & Iacobus Philippus pro tribus sextis partibus, vt ex Epistolis, & apocha desuper confecta datis in præterita positione, ac proindè medietatem primogenituræ veluti constitutam ex substantia Iacobi Philippi teneatur Gregorius eius filius illi conferre, quia huiusmodi conuentiones de contribuendo, quæ intercesserunt ad solùm finem releuandi indemnem ipsum Cardinalem, operari quidem poterunt inter ipsos paciscentes, quod scilicet inter eos nascatur obligatio,
3 non autem respectu Senatoris Fantuccij, † qui dum cum solo Cardinali contraxit, illum solùm conuenire potest, *l. sed Iulianus*, *§* 1. *ff. ad S. C. Macedon.* Bart. *in l. qui in aliena*, *§ Si quis putabat sub numero* 1. *ibique* Iason. *numero* 11 *ff. de acquir. hæredit.* Castren. *consil.* 104. *numero* 1. *libr.* 1. Surd. *consil.* 19. *numero* 8. *&* 9. Rota coram Buratt. *decis.* 696. *numero* 6. *&* 7. *decis.* 64. *sub numero* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 151. *num.* 9. *part.* 10. *recentior.* Nec contrarium voluit idem Iacobus Philippus, qui licèt intellexerit contribuere pro tribus sextis partibus, meliùs tamen existimauit, quod scriptura cum Senatore Fantuccio fieret sub solo nomine Cardinalis adiecta ratione, *perche Gregorio habbia à conoscere maggiormente il beneficio dà Sua Eminenza, professargli maggior obligatione*, vt colligitur ex eius
4 Epistola data in dicto *Summario numero* 3. † Ratio enim adducta voluntatem declarat, *l. cum Pater*, *§. Dulcissimis*, *ff. de legat.* 2. Paris. *cons.* 16. *numero* 27. *libr.* 3. Menoch. *consil.* 99. *numero* 141. *libr.* 1. Buratt. *decis.* 806. *numero* 4. *&* 5. Idque etiam comprobauit obseruantia, nam solus Cardinalis proprio nomine primogenituram promisit, bona empta à se ad effectum prædictum assignauit, & à Senatore Fantuccio quietantiam reportauit, *allegato Summario numero* 4. ex qua pariter
5 obseruantia subsecuta benè † declaratur, quænam fuerit ab initio intentio Contrahentium, Crauett. *consil.* 101. *numero* 3. Gratian. *discept.* 716. *numero* 19. Rota *decis.* 79. *numero* 7. *part.* 10. *recentior.* & quamuis in scriptura dictæ assignationis fiat relatio ad apocham factam inter fratres, ea tamen est restricta ad pactum reuersi-
6 uum in dicta Apocha insertum, † quæ non operatur quod alia, de quibus particularis, & expressa conuentio intercesserat inter Cardinalem, & Senatorem Fantuccium, Alexand. *cons.* 46. *numero* 8. *libr.* 2. Paris. *cons.* 39. *numero* 18. *& seqq. lib.* 1. Rota *decis.* 469. *numero* 26. *part.* 9. *recentior.* Imò assignatio emanauit cum expressione, *Che il Marchese Gregorio goda la primogenitura nel modo però, che si dispone nella sopradetta Scrittura stabilita frà il Signor Cardinale, e Signor Federico sotto li* 30. *Mag-*
7 *gio* 1631. *e non altrimente*, † quæ dictio ostendit, mentem fuisse, vt ad vnguem sit reseruandus modus ibidem præscriptus, & non alius, Paris. *consil.* 19. *numero* 20. *lib.* 2. Rolan. *cons.* 63. *numero* 42. *libr.* 2. Gratian. *discept.* 587. *numero* 11. Rota *decis.* 61. *num.* 4. *part.* 11. *recentior.*

Cæterùm ad excludendam penitus collationem satis est, quòd bona prouenientia ex substantia paterna assignata sint filio cum expresso onere primogenituræ, quæ cum in perpetuum transire debeat vnita de primogenito
8 in primogenitum, regulariter nunquam confertur, † quia collatio facit, vt omnia bona simul cumulentur, & postea inter omnes æqualiter diuidantur, quod esset primogenituræ destructiuum, vt in puncto ponderat, Bald. *in Auth. ex testamento numero* 39. *Cod. de Collat. & in repetit. l. cunctos populos numero* 86. *Cod. de Summ. Trinit. & fide Catholic.* Gulielm. *de Benedict. in repet. cap. Raynutius num.* 144. *de Testam.* Menoch. *cons.* 1166. *numero* 6. *&* 7. *cum aliis congestis in prima decisione.*

Nec valet dicere, quòd non versemur in terminis collationis, sed imputationis, † quæ semper intrat, quoties 9
tacitè, vel expressè Pater voluit bona per filium imputari *ex adductis in secunda decisione §. cessat pariter*. Quia vltrà, quod valet argumentum negatiuè bona scilicet non conferuntur, † ergo nec etiam imputantur, Paris. 10
cons. 56. *numero* 10. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 183. *numero* 25. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 1. *numero* 2. Rota coram Seraphino *decis.* 568. *numero* 7. tollitur difficultas ex eo, quòd Iacobus Philippus decessit ab intestato; vndè agendum non est de imputatione, † de qua solùm quæritur quando 11
Pater decedit cum Testamento, & Filius legitimam detrahere intendit, *iuxta text. in l. Si non mortis de inoffic. testamen.* Castr. *in l. Si cum dotem*, *§. Si Pater*, *ff. solut matrimon.* Mangil. *de imput in præfat. num.* 6. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4 *glos.* 1. *numero* 49. Cutell. *de donat. discurs.* 2. *part.* 10. *numero* 32. Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 5. Giouagnon. *cons.* 10. *num.* 7. *lib.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 1. *qu.* 1. *numero* 9. Rota *decis.* 66. *numero* 22. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 272. *num.* 13. *part.* 5 *recentior.* Vel in omnem casum voluntas Patris grauandi primogenituram onere collationis, siue imputationis nullo modo probatur, nam & si Iacobus Philippus à principio requisitus contribuere pro tribus sextis partibus apertè dissenserit, ne propter inæqualitatem incurreret indignationem aliorum filiorùm, vt patet ex Epistola ponderata *in* 2. *decisione*, *§. Voluntas autem*; motus autem postmodùm rationibus Cardinalis, quod primogenituræ passim fiunt à prudentissimis Patribus pro conseruando splendore familiæ absque incursu indignationis filiorum, ibi: *Considerandosi nella primogenitura il beneficio vniuersale della Casa, e lo splendore, che ne risulta alli secondogeniti quantunque meno commodi del primo*, mutauit consilium, & proindè in alia Epistola, quam scripsit P. Virgilio ita loquutus fuit, *dissi già hier mattina à V. R. che circonscriuessimo tutto ciò, che ella haueua scritto à me, & Io à lei intorno à i discorsi, e presupposti di contributioni*, & postea subdit, *benche Io stimassi meglio, che si facesse dà loro si per mia difesa, e scusa con gli altri miei figli, &c. tuttauia se altrimente piace à loro facciasi come più li piace, che con gli altri miei figli se si graueranno, che habbia voluto far primogeniture, assai bastante scusa mi sarà il dirgli di hauer stimato seruito loro l'obedire, come io deuo, e come loro doueranno sempre à i comandamenti del Signor Cardinale, e di Vostra Reuerenza.* Ex quibus verbis duo necessariò resultant, Alterum quod repugnantia, quam habuit à principio Iacobus Philippus faciendi disparitatem inter filios non sit ampliùs habenda in consideratione, dum † omnes præcedentes 12
declarationes animi, & tractatus fuerunt circumscripti, prout de decreto circumscripto tradit, Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 24. *post numero* 15. Rota coram Buratto *decis.* 574 *numero* 20. *& in Romana Census* 14. *Iunii* 1656. *coram R. P. D. meo Albergato*, alterum quod sit attendendus solus tenor capitulorum, & primogenituræ erectio totaliter remissa dispositioni Cardinalis, † in qua cum nullum 13
verbum fiat de collatione, seu imputatione, illa in dubio potiùs excludenda est, Aldouin. *cons.* 2. *numero* 90. Peregr. *cons.* 97. *numero* 90. *lib.* 4. Andreol. *controuers.* 380. *numero* 4. Thomat. *decis.* 50. *numero* 177. *lib.* 1. potissimùm quia contributio fuit facta contemplatione Cardinalis, & sic Bona data non respectu filij, sed aliorum reputari nequeunt ipsius profectitia, sed aduentitia, † quæ propterea impu- 14
tationi non subiacent, vt punctualiter aduertit, Vasquez *de success. creat tom.* 1 *lib.* 3. *§.* 30. *parte* 2. *numero* 240.

Fortiùs ponderato pacto reuersiuo bonorum in capitulis matrimonialibus apposito deficiente linea masculina Gregorij, † hoc enim quamcumque imputatio- 15
nem excludit, dum bona prædicta non sunt perpetuò remansura penes Gregorium, Bald. *in l. quoniam*, *ff. de inoffic. Testam.* Hieron. Laurent. *in l. si emancipati numero* 389. *vers. sed nos retinuit*, *Cod. de collat.* Capr. *cons.* 143. *numero* 8. Tiraquell. *in l. si vnquam verb. susceperit liberos*, *numero* 174. *Co. l. de reuocat. donat.* Mangil. *de imputat. qu.* 14. *numero* 8. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 9. *numero* 39. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 37. *numero* 23. Seraphin. *decis.* 568. *numero* 8.

Nec releuat responsio secundæ Decisionis, quòd Gregorius de præsenti habeat filios superstites, † quoniam 16
potest dari casus, quòd illi præmoriantur Patri, vt ponderauit, Rota *in Foroliuien. Domus* 4. *Martii* 1667. *§. finali coram R. P. D. Emerix*, & contrahentium intentio non † iudicatur ab euentu, sed ab eo, quod contin- 17
gere

gere potest, *l. si voluntate*, *Cod. de rescind. vendit.* Crauett. *consil.* 40. *numero* 9. & 10. Peregrin. *consil.* 54. *numero* 17. *libr.* 4. Giouagnon. *consil.* 76. *num.* 22. *lib.* 1. Cyriac. *controuers.* 1. *num.* 35. Rota *decis.* 684. *num.* 7. *part.* 4. *recent.*

Minùsque subsistere potest, quòd si non proprie-
18 tas, † saltem commoditas fructuum perceptorum in casu reuersionis veniat imputanda ad formam, *l. hereditatum*, *ff. ad l. falcid.* Quia fructus primogenituræ sunt obnoxij oneribus substituendi dignitatem Marchionatus, decorem familiæ, ac dotandi filias fœmi-
19 tias *dicto Summario numero* 4. † Ideòque imputari nequeunt in legitimam, quæ libera, & absque vllo onere ipso iure defertur in filium, *iuxta vulg. Text. in l. omnimodò*, & *l. quoniam in prioribus*, *Cod. de inoffic. Testam.*

Et ita partibus hinc inde informantibus resolutum fuit, &c.

Plures in hac præsenti causa emanarunt Decisiones: prima sub die 5. Aprilis 1666. & est impressa in præcedenti parte XIV. recentiorum Decis. 457. Altera sub die 27. Aprilis 1667. & hæc quamuis postea reuocata, fuit tamen contra nostrum institutum superius apposita in hac præsenti parte decis. 87. & hoc successit quia in nostro Diario fuit per scriptorem omissa illa qualitas *in primo loco decisis*, sed simpliciter dicitur *in decisis*. Tertia verò Decisio est hæc præsens supradicta, quæ non solùm fuit confirmata coram eodem R.P.D. Ottalora sub die 14. Iunij 1669. sed etiam coram Reuerendiss. P. D. Castrillo sub die 23. Maij 1672. quarum resolutiones hic immediatè subsequenter pariter adnotauimus.

R. P. D. OTTALORA.

Posteà Præside Granatesi.

Fauentina Successionis.

Veneris 14. *Iunij* 1669.

ARGVMENTVM.

Imputationis, & collationis materiam Decisionis præcedentis hæc quoque complectitur Decisio, ad illius tamen exclusionem; ex quo agebatur de Primogenitura, quæ sicuti regulariter conferri, & imputari non debet, ita & multò minùs hæc vtraque euitatur, si eadem Primogenitura penes filium perpetuo permanere non debebat, & rursus si illa deferuire debuerat, eratque obnoxia oneribus sustentationis gradus, & dotationis fœminarum.

SVMMARIVM.

1 *Collationi non subiacent bona prouenientia ab extraneo.*
2 *Bona, quæ à Patre filio data sunt intuitu, & contemplatione non ipsius filii, sed aliorum non dicuntur illius profectitia, sed aduentitia.*
Imputationi non subiacent bona, quæ à Patre dantur filiis non contemplatione ipsorum filiorum, sed aliarum personarum, num. 2.
3 *Primogenitura regulariter non confertur, & quare.*
4 *Imputari non possunt ea, quæ minimè conferuntur.*
5 *Bona, quæ perpetuo penes filium permanere non debent conferri, & imputari non possunt.*
6 *Fructus bonorum Primogenituræ conferri, an quodammodò possint facta æstimatione secundum* l. hæreditatum, ff. ad l. falcidiam.
Fructus bonorum Primogenituræ obnoxii oneribus sustentationis gradus, & dotationis filiarum, nec ipsi veniunt in collationem, num. 6.
7 *Collationi si non subiacent bona, ita neque conferri possunt illorum fructus.*
Fructus sunt pars bonorum, eiusdemque naturæ, numero 7.
Fructus non censentur dati diuerso iure, à quo bona data fuerunt, num. 7.

DECISIO CCCLXXVIII.

SVPER dubio, An Marchio Gregorius, in diuisione facienda cum fratribus, teneretur conferre, seu imputare Primogenituram, quæ pro medietate constituta fuit ex bonis Iacobi Philippi Patris, negatiua prodijt resolutio sub die 5. Aprilis 1666. à qua tamen ex aliquibus facti circumstantijs fuit recessum 27. Aprilis 1667. sed causa iterum proposita 7. Maii 1668. placuit Dominis prima decisio, etiam hodiè confirmata, tamquam optimis fundamentis innixa ex facto resultantibus.

Nam licet Bona pro medietate proueniant ex substantia Paterna, nihilominus Marchio Gregorius recognoscit Primogenituram immediatè ex persona bon. mem. Cardinalis sui Patrui, vt plenè in facto fuit iustificatum, tam ex tenore capitulorum Matrimonialium, quàm ex obseruantia subsecuta. Vndè duo resultant, alterum, quod bona dicantur prouenire ab extraneo, † quæ collationi non subiacent, ex pluribus adductis *in prima*, & *vltima decisione*. Alterum 1
quod ea, quæ dantur à Patre non respectu filij, sed aliorum, non dicantur illius profectitia, sed Aduentitia, † quæ pariter imputationi non sunt subiecta, ex punctuali doctrina, Vasquez *de Success. Creat. tom.* 1 *lib.* 3. §. 30 *part.* 2. *num.* 240. 2

Accedit etiam, quòd bona data à Patre titulo Primogenituræ regulariter non conferuntur, † quia cum transire debeant vnita de Primogenito in Primogenitum, si conferantur, & posteà inter omnes æqualiter diuiderentur, destrueretur Primogenitura, vt aduertunt Bald. *in Auth. ex testamento num.* 39. *Cod. de collat.* & *in repetita*, *l. cunctos populos*, *num.* 86. *C. de Summ. Trinit.* & *fid. Catholic.* Menoch. *cons.* 1160. *num.* 6. & 7. cum alijs in prima, & vltima decisione allegatis, † quæ autem non conferuntur, non imputantur, ex notat, per Paris. *cons.* 56. *num.* 20. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 183. *num.* 25. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 2. Rota coram Seraphin. *decis.* 568. *num.* 7. 3 4

Ex facto quoque sublatum fuit, quòd Iacobus Philippus voluerit Primogenituram conferri, ex ponderatis in vltima decisione; Immo ex pacto reuersiuo in casu deficientiæ lineæ masculinæ, in Apocha inter fratres, & in alia erectionis Primogenituræ adiecto, excluditur omnis collatio, & imputatio; † cum bona non sint perpetuò duratura penes Marchionem Gregorium, *iuxta decis. Seraph.* 568. *numero* 8. Merlin *de legit. lib.* 2. *quæst.* 29. *numero* 43. & 44. alijsque congestis in vltima decis. 5

Non putarunt proindè Domini esse insistendum super obiecto, quòd deberent saltem conferri fructus facta æstimatione secundùm *l. hæreditatum*, *ff. ad l. falcid.* † 6
quoniam vltra quod sunt obnoxij oneribus sustinendi dignitatem Marchionatus, & decorem familiæ, ac dotandi filias fœminas, vt dictum fuit *in vltima decisione*, existimarunt etiam, quòd sicuti non subiacent collationi ipsa bona, ita nec fructus, qui † sunt eorum Pars, 7
eiusdem naturæ, nec dati censentur diuerso titulo à bonis, *l. non quæcunque*, 84. §. *Iulianus*, *ff. de leg.* 1. Soccin. Sen. *cons.* 93. *num.* 12. & *seqq. lib.* 1. Menoch. *cons.* 808. *num.* 16. & 18.

Et ità vna tantum, &c.

Hæc Decisio, prout, & alia subsequens omnes emanarunt in eadem causa Decisionis antecedentis.

R. P. D. CASTRILLO.

Fauentina Successionis.

Lunæ 23. Maij 1672.

ARGVMENTVM.

Primogenitura à Patre filio constituta, & erecta quæ regulariter neque subiacet imputationi, neque collationem admittit; eo minus assignata dici potest pro portione hæreditaria ipsius filij quoties de voluntate Patris, vel expressa, vel tacita nullibi constat; Ex quibus autem hæc voluntas excludatur, non solùm ex sequenti Decisione resultat, verùm etiam ex ea apertè conuincitur Patrem voluisse filium Primogenitum præcipuam habere Primogenituram prædictam.

SVMMARIVM.

1 *Imputatio solùm intrat, quando Pater decedit cum testamento, & filij ex eius bonis intendunt legitimam detrahere, secus verò vbi ille ab intestato decessit.*

2 *Primogenitura facta à Patre ad fauorem vnius filij si conferretur, illa totalitèr destrueretur.*
Collatio nihil aliud est, quam reductio in communionem, num. 2.

3 *Tractatus antecedentes, si postea à Partibus circumscripti fuerunt, dicuntur de medio sublati, nec amplius habentur in consideratione.*

4 *Posteriora derogant prioribus.*

5 *Circumscriptio tractatuum præcedentium vniuersalitèr facta, vniuersalitèr quoque intelligenda est, nihilque ab ea eximi potest.*
Verba, seù Dictio, Tutto ciò, *sunt vniuersalia, & totum comprehendunt, nihilque excludunt, num. 5.*

6 *Primogenitura constituta ad fauorem vnius filij, illi soli remanere debet.*
Fratres ratione primogenituræ ad fauorem alterins fratris constitutæ nullam in alijs bonis possunt recompensam habere, num. 6.

7 *Pater si in erectione Primogenituræ aliquam declarationem non fecit, non potest ampliùs eam ex interuallo facere.*

8 *Primogenituræ constituta à Patre in fauorem filii, ex quibus arguatur noluisse Patrem illam assignari in portionem hæreditariam ipsius filii.*
Filius quod nihil consequatur ex hæreditate Patris, nec lex admittit, nec in Patre præsumitur, num. 8.

9 *Dos non imputatur in legitimam, si Pater apposuit pactum reuersiuum in illa.*

10 *Patris declaratio, quod ad primogenituram deuenit non ex propria voluntate, sed quodammodo iussu sui fratris in gradu maioris, an quidquid faciat.*
Declaratio facta ab eo, qui potiùs iudicat, quam declarat, nihil facit, num 10.
Declaratio quod quis inuenerit aliquam scripturam, quam posteà combussit, quid operetur, num. 10.

11 *Displicentia Patris in meliorando potiùs vnum filium, quam alium, non inducit, neque operatur imputationem.*
Imputationem si Pater voluisset, illam facilitèr declarare potuisset, num. 11.

12 *Tutor per adnotationes ab eo factas in libro tutelari minoribus præiudicare non potest.*

13 *Primogenituram constituens non potest ex post facto, & ius primogenito quæsitum illius alterare naturam, eiusque qualitates declarare, vel alterare.*
Voluntatem propriam, post actum perfectum declarare nemo potest, num. 13.
Voluntatem aliorum contrahentium eo minùs quis declarare permittitur, si propriam declarare prohibetur, num. 13.

14 *Confessio minoris facta sine solemnitatibus Constitutionis Ægidianæ non attenditur.*
Ægidiana Constitutio habet locum in omnibus locis Status Ecclesiastici, num. 14.

15 *Impugnans scripturam non potest ex ea aliquod commodum reportare.*

16 *Contrahentium mens, & intentio benè colligitur ex actibus gestis post ipsum contractum.*

17 *Collatio si non intrat respectu bonorum, eo minus intrare potest respectu pretii, & num. 18.*
Primogenitura si respectu pretii saltem imputari deberetur, per indirectum fieret locus eidem imputationi, num. 17.

18 *ex lege Primogenituræ si omnes detractiones sunt denegatæ, ita & denegata dici debet collatio illius pretii.*

19 *Primogenitura si cum aliis fratribus esset conferenda defraudaretur, & depauperaretur Primogenitus.*
Collat. o Primogenituræ semper cessat, quoties Primogenitus onera sibi annexa sufferre non posset, num. 19.

20 Isernias in cap. Imperialem §. præterea Ducatus à num. 39. in addit. prohib. feud. alien. per Federic. *declaratur.*

21 *Primogenitura annexa feudo, qualitèr consideretur cum ipso feudo.*

22 *Primogenitura annexa feudo differt à Primogenitura simplicitèr à Patre constituta.*

23 *Immissio debetur filio pro eius portione in bonis hæreditariis Patris.*

DECISIO CCCLXXIX.

AGNOSCENTES Fratres de Spadis, quàm extranei essent in præsenti causa termini imputationis, ac Collationis, vtpotè quia imputatio solùm intret, † 1 quando Pater decedit cum Testamento, & filij ex eius bonis intendunt legitimam detrahere, secus verò vbi ille ab intestato decessit, quo casu filij omnes æqualitèr in totum succedunt, nec possunt prætendere vllam legitimæ deductionem: Collatio verò penitùs exclusa remaneat, dum bona, quamuis prouenirent ex substantia Patris, fuerunt assignata Marchioni Gregorio filio cum onere perpetui Primogenij, vndè si conferenda essent, illa totalitèr destrueretur, † cum collatio nihil aliud sit, quàm re- 2 ductio in communionem, quod repugnat Primogenio de sui natura indiuisibili, ac incommunicabili, nam inuentum fuit, vt bona valeant indiuisa in vnica tantum persona continuè asseruari, vt plenè comprobatum fuit in prima, ac duabus vltimis reuocatorijs alterius intermediæ Decisionibus coram Reuerendissimo Ottalora Præside Granateñ; Hodie in repropositione Causæ, mutato consilio, acritèr institerunt huiusmodi bona fuisse ex voluntate Iacobi Philippi Patris, assignata Marchioni filio pro eius portione hæreditaria, sed Domini, non habentes hanc voluntatem pro iustificata, persistendum in decisis censuerunt.

Etenim expressa voluntas nullibi legitur; tacita autem non resultat ex Epistolis P. Virgilij *Summ. dd. Fratrum n. 7.* in quibus ipse conabatur suadere Iacobo Philippo, vt ad Primogenium erigendum concurrere deberet pro scutis 20. mil ac cum alijs bonis ascendentibus ad eam portionem hæreditatis, quam Marchio filius esset habiturus post eius mortem; quia ex illis solùm demonstrantur simplices tractatus inter ipsos habiti, qui tantùm abest, quod fuerint perducti ad perfectionem, vt potiùs Iacobus Philippus illos neget, vel de eis non recordari inter ipsos habitum fuisse sermonem apertè testetur in eius Epistola, *d. Summ. n* 8. & in alia subsequenti voluit, vt circumscriberētur omnia hinc inde scripta circa contributionē, † 3 ex qua circumscriptione fuerunt de medio sublati omnes, si qui aderant, præcedentes tractatus, adeòut non sint amplius habendi in consideratione, vt præter allegatos *in decis. istius causæ 7. Maij 1668. §. nec valet*, alij referuntur coram Bichio *decis. 324. n. 3 cum seqq.* nam posteriora † dero- 4 gant prioribus, *l. pacta nouissima*, & ibi scribentes, *C. de pactis*, Dunozett. Iun. *decis. 957. num. 7.*

Non obstat, quod circumscriptio respiciat quamdam altercationem habitam inter ipsum ac P. Virgilium circa superabundantiam diuitiarum, non autem voluntatem comprehendendi portionem Marchionis filij in bonis contribuendis; Quoniam cum fratres de Spadis prætendant fuisse per antea tractatum, ac conclusum,

quod

absque dicto onere imputationis infirmare ius quæsitum Primogenito, † eiusque Successoribus; ac alterare voluntatem propriam, aliorumque Contribuentium, Castill. *controu. iur. lib.2.cap.20.num.* 84. Tondut.*quæst. ciuil. lib.1.cap.51.num.33.& in specie Primogenii* Cephal. *cons.* 12 *num.34 & 35.cum seqq.& cons.337.sub num.9. vers. verumtamen cum seqq.vsque ad finem,&* Roland. *cons.10. sub num.30.vers.circa vltimum* vol.3. cum alijs plena manu relatis per Cyriac.*controu.23.num.36.* 13

Nil refragante, quod in prima Decisione fuerit præstita fides Cardinali quoad assertionem existentiæ Apochæ contributionis promissæ per Iacobum Philippum; Nam illa inserta apparebat in pluribus Instrumentis, & ad illius veritatem comprobandam concurrebant plura adminicula, & præcipuè obseruantia pro parte omnium Contrahentium, quæ sufficientem fidem dabat etiam scripturis informibus, hic autem ista omnia prorsus deficiunt, & repugnant plures facti circumstantiæ supra relatæ.

Demùm non officit confessio emissa per Marchionem Gregorium in Apocha vltimo loco producta pro parte dd. fratrum, quia illa nullis suffulta est solemnitatibus per Constitutionem Marchiæ requisitis † de forma seruanda in contractibus Minorum *lib.5.cap.25.* quæ 14
iuxtà Summorum Pontificum extensiones, omnia Loca Status Ecclesiastici comprehendit, Rota *decis.* 260.*num.3.& 4.& decis.294.num.1.part.6.recent.* præsertim cum d. Apocha † impugnetur à dictis fratribus, 15
cap. ex eo 38. de regul. iur. in 6.l. Papinianus 8.§. meminisse, ff. de inoffic. Testam. cum concordantibus per Surd. *cons.* 136. *num.29 & seqq.& coram* Buratt.*decis.46. num.11.* In eaque dumtaxat fatetur Marchio Gregorius, Patrem toto vitæ cursu fuisse conquestum, quod Dominus Cardinalis, ac Pater Virgilius eum induxerint ad obligandum nimiam partem bonorum pro Primogenito, sed nihil concludit circa computationem in portionem hęreditariam; Imò ex illa potiùs contrarium conuincitur. Quoniam Marchio in ea renunciat vsumfructum portionis hęreditarię ad fauorem fratrum Romanam Curiam sequentium, quę vti procurata à Patre Virgilio, vel isto mediante à Domino Cardinale optimè conscijs de intentione Patris in erectione Primogenij, demonstrat, illud non fuisse assignatum in dictam portionem hęreditariam; † Ex gestis enim post contractum colligitur qualis fuit mentio, & intentio contrahentium, ad Text.*in l. sed Iulianus 9. §. Proinde, ff. ad Macedon.* Buratt. *decis.89. num 14.& in recent.decis* 108 *num.10 part.11.* 16

Neque hic agendum est de collatione pretij bonorum Emptorum pro erectione Primogenij; Quoniam sicuti exclusa remanet voluntas Iacobi Philippi pro illorum collatione, ita non probatur pro collatione pretij; † 17
aliàs enim per indirectum dicti fratres haberent partem illius Primogenij, quam directè habere prohibentur, vt considerat Mangil *de imput. quæst.37. à num.12.& signanter num.14. cum sequentibus;* & cum ex lege d. Primogenij omnes detractiones sint denegatę, † non potest esse 18
locus collationi pretij, vt post plures tradit Donat. Anton. *de Marin. resol. iur. lib 2.cap 85.num 10.vers.Vel & secundo*, splendorque familiæ, qui fuit primarius finis erectionis, defraudatus remaneret; Nam Primogenitus per dictam Collationem depauperaretur, † & onera sibi 19
annexa sufferre non posset, vndè Rota *in prima decis. 5. Aprilis 1666. §. neque obstare, post medium, coram Reuerendiss. Granaten. hanc collationem denegauit.*

Isernias verò in cap. Imperialem, §. Præterea ducatus à num. 39. in addit. de probibit. feud. alienat per Federic. qui pro antesignano contrariæ opinionis solet allegari, vna cum sequacibus, † loquitur de consuetudine Regni Nea- 20
politani, & procedere posset eo in casu, quo Primogenium non fuit erectum à Patre, sed erat annexum ipsi feudo, quod licet Pater emisset, ac illud simpliciter reliquisset Primogenito, † non tamen diceretur sua spontanea vo- 21
luntate reliquisse, sed coactus quodammodò à natura ipsius feudi affecti onere Primogeniti, vt egregiè pro veritate respondit Menoch. *cons.1166.num.20. & 21.* quam differentiam inter Primogenium proueniens ex natura feudi, † & inter principaliter, & expressè erectum 22
à Patre agnouit etiam Cyriac.*controu.23. num.40.* licet Domini hoc non existimauerint opus firmare, cum fa-

tis reputauerint pro exclusione collationis pretij rationem, & finem primarium Erigentium, ac Primogenituram Contribuentium.

Ex quibus, & alijs plenè deductis in decisionibus huius Causę exclusa voluntate Iacobi Philippi pro imputatione in portionem hereditariam Domini concedendam
23 esse Immissionem, † Responderunt ex Interdicto, Quorum Bonorum Marchioni Gregorio filio pro eius octaua parte Bonorum hęreditariorum, *ex l. prima, & ibi omnes, C. Quorum Bonorum*, Buratt. *decis.* 386. *num.* 1. & 2. & *decis.* 738. *num* 7. & *in recent. decis.* 168. *num.* 3. & 4. *part.* 12. & cum exaduerso asseratur, eumdem Marchionem aliàs possedisse, dictam portionem poterit, quatenùs opus sit, concedi Reintegratio.

Et ita decisum vtraque &c.

Pręsens Causa adhuc durat in hoc Sacro Tribunali, adeòque hanc & alias Decisiones pręcedentes insimul cumulauimus ad comprobationem alterius earum supra in hac eadem Parte decis. 3. iuxtà seriem pręsentis anni 1668. emanat.

REVERNDISS. D. ALBERGATO DECANO.

Romana Fideicommissi de Nicolinis.

Lunæ 7. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Dote Mulieri in fructibus restituta, eo casu fructus reputantur tamquam sors, & capitale eiusdem dotis, atque ita quamuis inefacti tempore mortis ipsius vxoris, non cedunt commodo, & beneficio fideicommissarij, sed remanent, & debentur hæredibus eiusdem vxoris, quæ nec ratione proprietatis lucri eiusdem dotis, sibi quoque in eisdem fructibus assignati, quidquam hæredibus Viri persoluere tenetur, sed omnes, & integri ijdem fructus ad eamdem mulierem, eiusque hæredes liberè spectant.

SVMMARIVM.

1 *Fructus census, ac etiam locorum montium probantur ex literis patentibus, eodemque instrumento census.*

2 *Fructus census, locorumque montium fideicommissariorum, quamuis inefacti non spectant ad fideicommissarium, si fuerint assignati pro dote.*

Fructus bonorum fideicommissi assignati pro restitutione dot. s reputantur tamquam sors, & capitale eiusdem dotis, num. 2.

Dote in fructibus assignata hæredes ad restitutionem tenentur, non secus ac si illam verè, & realiter & cum effectu exegissent, num. 2.

3 *Loca montium si fuerint vendita, ex eorum pretio detrahenda est merces dari solita proxonetis.*

4 *Legata, & æs alienum testatoris, qui fideicommissum ordinauit, solui possunt ex capitali bonorum, quoties in hæreditate, non reperiuntur alia bona, cum quibus faciliùs fieri possit solutio.*

5 *Fructus præsumuntur percepti ad rationem expressam in instrumentis locationum.*

6 *Fructus si prætendantur percepti ad maiorem quantitatem, quam important instrumenta locationum, hoc in specie probandum est.*

7 *Tempus vbi est de substantia probationis tunc probatio debet concludere etiam respectu temporis.*

8 *Fœminæ computantur in numero ad augendam legitimam fauore filiorum masculorum.*

Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum propter masculos non habet locum vbi non concurrit vtraque subiectio, personarum scilicet, & bonorum.

9 *Nepotes, qui per mortem patris, vel matris Auiæ succedunt, non impediuntur succedere ob renunciationem matris, vel patris, quia veniunt ex propria persona.*

10 *Legata, & æs alienum Testatoris in restitutione fideicommissi detrahuntur ab hærede grauato, si ab eo persoluta fuerunt.*

11 *Solutio ex publico Instrumento quietantiæ remanet probata.*

12 *Expensę vltimæ infirmitatis, & funeris fideicommittentis detrahi debent in restitutione fideicommissi.*

13 *Expensæ funeris taxatio plurimam pendet ex arbitrio Iudicis.*

Iudex ex arbitrando expensas funeris debet inspicere nobilitatem personæ, qualitatem temporis, & quantitatem patrimonij, num. 13.

14 *pro Funeris impensa, si maior summa prætendatur soluta, quam fuerit à Iudice arbitratum, hoc concludenter probari debet.*

15 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 131. de lucro dotis, *per Mulierem filijs respectu proprietatis reseruando declaratur.*

Mater tenetur reseruare communibus filijs proprietatem lucri dotis per ipsam ab hæreditate sui Viri consecuti, num. 15.

Lucri dotis proprietas debita vxori ob præmorientiam Viri, si adsunt filij post mortem Matris remanet in hæreditate eiusdem viri, num 15.

16 *Mulier, quæ pro restitutione suæ dotis, & quarti ab hæredibus Viri obtinuit certa bona quoad vsumfructum: Vsusfructus perceptus pertinet ad ipsam, quæ nec alteri quidquam restituere tenetur.*

Amplia etiam in casu, quo ex forma statuti proprietatem quarti dotalis restituere teneretur hæredibus mariti, ibid.

DECISIO CCCLXXX.

IMMISSIO, quam petebant Domini Marchio Maximilianus, & fratres de Palumbaria in vim substitutionis à q. Lucretia Nicolina eorum Auia materna ordinatę, casu quo Angelus, & Fabius Iunior eius filij sine filijs morerentur, vt euenit, per duas sententias denegata fuit, absoluendo D. Tiberium Ceulum eo quia bona pro restitutione dotis dictę Lucretię à filijs assignata subiecta erant antiquiori fideicommisso Hieronymi Ceuli ad eius fauorem purificato. Cęterùm quia dictum fuit, in hęreditate Lucretię remansisse solùm Ius percipiendi fructus ex dictis bonis durante vita filiorum, & propterea reseruata fuerint iura Dominis de Palumbaria repetendi fructus à dictis filijs perceptos, dubium hodie proposui, An, quid, & quantum veniat restituendum, & Domini summam infra exprimendam esse restituendam existimarunt.

Status enim hęreditatis Lucretię consistentis in iure percipiendi fructus, vt supra conflatus ex fructibus perceptis à die 3. Iunij 1635. quo ipsa obijt vsque ad diem 6. Ianuarij 1651. qua mortuus est Fabius iunior eius vltimus filius, & sic per annos quindecim & menses sex, & primo ex fructibus Census scutorum 2000. in sorte debitorum à Serenissimo Domino Duce Parmę, qui ascendunt ad summam scutorum 2016. & ex fructibus Locorum 30. Montis Fidei eodem tempore à dictis fratribus exactis vsque ad summam scutorum 2327.50. vt tam respectu temporis, quam quantitatis probatur † ex literis 1
patentibus Locorum Montium, & ex ipso instrumento Census, Cenc. de Censib. *q.* 19. *n.* 45. *vbi plures refert* Rota cor. Seraph. *decis.* 372. *n.* 1. & *in rec. decis.* 48. *n.* 4. *par* 8. nec reduci debent fructus Census ad scuta 943.50. & fructus Locorum Montium ad scuta 2265. vt in *Summ.* Domini Tiberij *n* 7. sub pretextu, quod alia quantitas tanquam inexacta ad ipsum vti fideicommissarium Hieronymi Ceuli pertinere debeat, † quia cum agatur de fructibus assig- 2
natis pro restitutione Dotis Lucretiæ, qui reputantur tanquam sors, & capitale, pro eius restitutione hæredes tenentur, non secùs ac si dotem ipsam exegissent, Bald. *in l. si conuenerit* 4. *sub n.* 1 *ff. de pact. Dotal. Sarmient. select. interpret. l.* 3. *c.* 10. *per tot.* & *n.* 6. Guttier. *de tutel. part.* 3. *c.* 35. *n.* 2. & *seqq.* quem sequitur Ciriac. *controu.* 430. *n* 19. & *seqq.*

Rursùs in calculo hęreditatis referenda sunt scuta 2850. pro credito residui Dotis Lucretię contra hęreditatem quondam Marchionis Nicolini, quod à Partibus

non

204.*num.*1.Peregrin.*de fideicommiſ.art.*35.*nu.*39.*& ſequen.* Rota coram Caualer.*deciſ.*130. *num.*1. *Faneñ Hæreditatis* 30.*Maii* 1659.*§.quo verò,& 3.Iunii* 1661. *§.ſcutis itaque coram me*. Nec ſolutiones dictæ quantitatis in dubium reuocari poſſunt, quia de illis conſtat, & ſatis probantur † 11
ex publicis Inſtrumentis, & quietantijs Legatariorum, & aliorum creditorum *Summario* dicti Tiberij *num.* 10. 12. *&* 13.*l.ſi Is, qui ducenta* 14. *in principio, ff.de rebus dubiis*, Menoch. *de Arbitr. caſ.*213. *num.*11. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 425.*num.*2.*part.*2 *recent.& in Romana Pecuniaria* 20. *Iunii* 1650.*coram R. P. D.meo Celſo,§. vel in omnem.*

Tertiò detrahenda eſt impenſa vltimæ infirmitatis, & funeris Lucretiæ in ſumma ſcutorum 238. 59. † de qua 12
conſtat ex datis in eodem *Summario num.* 11. ex relatis per Fuſar.*de ſubſtitut.qu.*670.*num.*2 Hęc enim quantitas, attenta nobilitate familię qualitate temporum, & quantitate Dotis, & alijs facti circumſtantijs † viſa eſt ſatis con- 13
grua Dominis, à quorum arbitrio huiuſmodi Taxatio dependet, *l.ſi quis ſepulchrum* 12 *§.ſumptus, vbi Doctores ff. de Relig. & ſumpt funer.* Garz.*de expenſ.cap.*8.*ſub num.* 16. *verſ.quæ quidem*, Surd. *deciſ.*255.*ſub num.* 28. *verſ. quæ autem*, Rota *in Romana hæreditatis* 24. *Ianuarii* 1650. *coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado*, *§. At quantitas*, nec in maiori ſumma à Domino Tiberio pretenſa detrahi debet, quia † non probatur quidquam vlterius ex tali 14
cauſa ſolutum fuiſſe, vt requiritur, Maſtrill. *deciſ.* 203. *num.*21.*verſ ſecus in aliis*, Rota coram Caualer.*deciſ.*479. *ſub num.*1.*verſ.difficultas erat*, *Bononien. fideicommiſſi de Amorinis* 18 *Maii* 1649. *coram Reuerendiſſimo Papieñ*, *§. quia quoad Legata*, *& in Lauelleñ* 26. *Nouembris* 1650. *coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado*, *§.Præterea,& in Fanen hæreditatis* 3.*Iunii* 1661.*coram me*, *§.ſed quia.*

Quoad quartum pro lucro dotali pretenſum à Domino Tiberio in ſumma ſcutorum 2750.non deberi Domini exiſtimarunt, niſi pro ea quantitate, quam vltra vſumfructum Lucretia percepit, nam vxor tenetur quidem proprietatem eiuſdem quarti filijs communibus reſtituere, † cum eadem proprietas remaneat in hereditate Pa- 15
tris ex Statuto Vrbis *cap.*131.*lib.*1. Rota *deciſ.*270. *num.* 9. *poſt* Zacch. *de obligat. Cameral & coram* Eminentiſſimo Domino Cardinali Otthobono, *deciſ.*178.*num.*5. † ſed cum 16
ipſa pro huiuſmodi quarto habuerit certa corpora aſſignata ad vſumfructum, hic pertinet ad ipſam, nec alteri tenetur reſtituere, Rota *deciſ.* 74. *§. fundamentum autem poſt Fenzon.ad Statutum Vrbis.*

Quarè cum, vt dictum eſt, hereditas conſiſteret in fructibus aſcendentibus ad quantitatem ſcutorum 14629. 10.& Domino Tiberio competant detractiones pro quantitate ſcutorum 10474.55.debet ipſe reſtituere ſcuta 4154. 55.prout reſtituenda eſſe reſolutum fuit vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Rauennateñ Emphyteuſis.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

In renouatione Emphyteuſis etiam Eccleſiaſticæ ſicuti præfertur Mater vlterioribus Conſanguineis vltimi defuncti; ita renouationem petere non prohibetur, vel propter inueſtituram iam alteri conceſſam, vel ex eo quod illa non fuerit hæres ſui filij, vel tandem quod eadem à Statuto excludatur à ſucceſſione propter agnatos quia præuentiua inueſtitura alterius illi in effectu non præiudicat. Qualitas verò hæreditaria non requiritur in huiuſmodi Emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe filijs & Nepotibus; Statutum tandem, vtpotè Laicale non comprehendit bona eiuſdem Eccleſiæ.

S V M M A R I V M.

1 *in Emphyteusi Ecclesiastica stipulata pro se filijs, & Nepotibus non veniunt fœminæ.*

2 *Ecclesia vbi emphyteusim deuolutam nolit pro se retinere, & renouauerit alios, tunc quæsitum est ius proximiori Cognato.*

3 *Ecclesia quod renouare teneatur proximiores si emphyteusim pro se retinere non vult est communis Doctorum opinio, ac etiam Rotæ.*

4 *Agnatorum, & Cognatorum differentia in successionibus, & Tutelis fuit prorsùs de iure sublata.*

5 *Proximitas ad effectum renouationis consideratur respectu vltimi emphyteutæ.*

6 *Mater in renouatione emphyteusis præfertur Amitæ, adeoque magis præferri debet Propatruo.*

Amplia, quia præfertur etiam materteræ, numero 7.

8 *Proximior potest petere renouationem Emphyteusis etiam quod res non sit ampliùs integra, & alius fuerit inuestitus.*

9 *Proximior non petit renouationem Emphyteusis re non integra, alioque inuestito, vbi fuisset negligens in petendo inuestituram.*

10 *Annus assignatur proximiori ad petendam renouationem Emphytensis, & quare*

Proximior si post Emphyteusim alijs concessam non posset petere illius renouationem, frustra ei daretur annus à lege, num. 10.

11 *Mater an possit petere renouationem Emphyteusis si alius fuerit hæres vltimi defuncti.*

Renouatio Emphyteusis competit solis hæredibus, & quando num. 11. & num. 12. vbi declara.

12 *Proximior, vt possit petere renouationem Emphyteusis an requiratur, quod ab vltimo Emphyteuta hæres instituus sit.*

13 *Ius petendi Renouationem Emphyteusis, quod spectet ad solos hæredes, hoc procedit in Emphyteusi hæreditaria.*

14 *Statutum Rauennæ excludens Matrem propter agnatos, an etiam illam excludat à iure petendi renouationem Emphyteusis.*

15 *Agnati sicut antiquitus præferebantur Cognatis, illosque excludebant, an sic etiam hodiè illos iure Statutario excludant, eisque præferantur.*

16 *Statutum Laicale non comprehendit Bona Ecclesiæ, quidquid dixerit Ancharanus, qui in hoc reprobatur.*

17 *Contrahentes quomodò præsumantur se conformasse cum dispositione Statuti.*

Emphyteusis quoad successionem ex verisimili mente contrahentium regulari posset secundum dispositionem Statuti, secùs verò ad effectum petendi renouationem ea finita, num. 17.

18 *in Bonis Emphyteuticis Ciuitatis Rauennæ antiqua Concordia facta est inter Clericos, & Laicos, & quomodò.*

19 *Mater neque ex Statuto Ciuitatis Rauennæ, neque ex Concordia inibi facta inter Clericos, & Laicos remanet exclusa à petenda renouatione Emphyteusis.*

20 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

Mater. à Statuto omissa, prout etiam descendentes ab ea remanent in dispositione iuris communis, numer. 20.

21 *Hæreditas ab intestato primo ad suos hæredes, deindè verò ad Agnatos, vel Cognatos proximiores pertinet.*

22 *Successio prima hodiè Descendentium est, secunda Ascendentium, Tertia Collateralium.*

Præsens Decisio emanault in eadem causa, in qua emanault decis. 63. supra in hac eadem parte xv.

DECISIO CCCLXXXI.

CONSTARE de bono iure Matris Domini responderunt in emphyteusi, quam Archiepiscopalis mensa penultimo loco Vespasiano recipienti pro se, suisque filijs, & Nepotibus ex se legitimè descendentibus iuxta formam aliarum Inuestiturarum renouatam, defuncto Carolo Vespasiano illius Vespasiani Nepote infantulo, renouauit 25. Nouembris 1664. Benedicto fratri Vespasiani, & Propatruo, quin & hæredi pupillariter Instituto à Carolo Patre post meliorationes in ædificijs factas, & in ipsa renouatione descripto, & renouatione non obstante, nec obstante Dominica Vespasiani filia, & Amita Caroli Vespasiani concurrente, stante oblatione Matris soluendi siue Innestienti siue Inuestito scuta 600. & reficiendi omnia, & quæcumque melioramenta, vt in appellatione Procuratoris generalis 28. Maij 1665. & ratificatione speciali matris 11. Iulij sequentis.

Defuncto enim dicto Carolo Vespasiano emphyteusis deuoluta fuit ad Ecclesiam etiam superstite Dominica, quia in emphyteusi pro se filijs, & Nepotibus † non 1
veniunt fœminæ communi & Rotali sententia ad celebre Votum Cantuccij, *decis. 125. à num. 1. & 4. vers. quo ad secundam difficultatem part. 2. diuers. & coram* Seraphin. *decis. 604. num. 1. & 2.* & sine difficultate *decis. 1487. num. 2. coram* Coccin. apud Fenzon. *ad Stat. Vrb. dicta decis. 66. ab init. & decis. 737. num. 3. tom. 3. part. 4. recent. & decis. 176. num. 4. part. 5.* Ac proindè cum emphyteusim Archiepiscopalis mensa retinere noluerit, sed
renouauerit dicto Benedicto, † ius quæsitum est proxi- 2
miori cognato, etiam in emphyteusi Ecclesiastica, ad Bart. *ad l. 1. ff. de priuil. Credit. in fin.* Bero. *cons. 98. à num. 6. lib. 1. cum aliis apud* Fulgin. *de Iur. emphyt. titulo de renunciat. quæst. 1. num. 5.* Gratian *discept. 477. à num. 17.* cum pluribus apud Modern. Cirocc. *discept. 62. à num. 1.* & sensit Rota *decis. 198. num. 5. vers. non obstat, quod materteræ part. 2. diuers.* laudata coram Seraphin. *decis. 610. num. 6.* & generaliter de proximio-
ri, † & trita conclusione, Rota coram Duran. *decis.* 3
251. num. 1. & 2. cum alijs, vtpotè agnatorum, &
cognatorum Iure sublato † in successionibus, & tutelis, 4
§. nullam verò, & seq. Auth. de hæredit. ab intest. Auth. post fratres fratrumque Cod. de legit. hæredit. & eodem vinculo naturali tota *l. vlt. ff. de gradibus, & institut. eodem titulo.*

Proximitatem esse considerandam respectu vltimi
emphyteutæ † satis constat ex Roman *cons. 22. num.* 5
5. Gabr. *de Iur. emphyt. conclus. 1. num. 27.* Fulgin. *dicto titulo de renouat. dicta quæst. 1. num. 6. & 51.* & no-
minatim pro Matre defuncti contra Amitam, † (adeo- 6
que magis contra Propatruum vlterioremque, & quem vinceret Amita) Roman. *dicto cons. 22. num. 6. vers. secundo videndum* Ruin. *cons. 48. num. 6. vers. & intelligitur libr. 3.* Aldobrandin. *cons. 21. num. 14. libr. 2.* Gabr. *dicta conclus. 1. num. 17. vers. prout in matre,* Fulgin. *dicta quæst. 1. dicto num. 5. vers. & quod hæc sit veritas,*
† vbi & contra materteram per Rotam *dicta decis. 198.* 7
dicto loco comprobata apud Fenson. *dicta decis. 66. §. quo verò in fin.*

Nec aliundè mater exclusa visa est, & Amita quoque quod res integra non sit Inuestitura, & emphyteu-
si renouata, & inuostito Propatruo, † quia hæc limi- 8
tatio patitur magnam difficultatem, Rota coram Seraphin. *dicta decis. 610. num. 9. cum ibi allegat.* & anno præcedenti Rota contrarium etiam pro communi senserat *dicta decis. 198. num. 5.* & cum alijs quoque decisionibus Gratian. *discept. 758. num. 11.* & pro hac sententia, & quæstione disputata præcipuè sunt, Mandos ad Roman. *dicto consil. 22. ad verba communi opinione limit. 1. vers. sed ego credo,* Marescott. *resolut. 3. num. 23. lib. 1.* Fulgin. *dicta quæst. 1. num. 42.* Deindè quia limitatio
procederet, † vbi aliqua negligentia posset imputari 9
venienti post Inuestituram, Rota *dicta decis. 610. dicto num 9. vers. Et in euentum,* & repetendo Marescott. *dicta resolut. 3. dicto num. 23. in fin.* Rota *decis. 756. num. 4.* ibi: *Vel quod intra annum parte 4. diuers.* & aliàs an-
nus à lege frustra daretur, † vt superaddidit, Rimin. 10
Iun. *consil. 444. num. 50. versic. quia alias annus* Fulgin. *dicta quæst. 1. sub dicto num. 42. versic. quia si proximiores,* Cirocc. *dicta discept. 62. num. 74.*

Neque alias Mater exclusa visa est cum Amita quoque quod non fuerit hæres vltimi defuncti, imò fuerit
Propatruus pupillo pupillariter à patre substitutus, † 11
& solis hæredibus competat hoc Ius, vt prosequitur Rota co-

tiue Roman. *dicto loco*, & ad Romanum Mandoſ. *ad dicta verba limitat. 7. maximè verſ. idem tamen* ſenſit Imo-
12 la. Quin etiam quando petentes renouari † eſſent in-
ſtituti hæredes ab vltimo emphyteuta, ſi creditur Alex. ad Bart. *ad §. permittitur l. 1. ff. de aqu quot. & æſtiu. verſ. iſtud dictum*, & rursùs Alex. *ad l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. obligat. num. 19. verſ. quam opinionem*, Gozad. *conſ. 86. num. 23. & cum pluribus* Gabr. *de Iur. emphyt. n. 18.*

13 Quia iam pridem viſum eſt procedere † in emphyteu-
ſi hæreditaria *dicta deciſ. 610. dicto numero* 10. quod innuit Gabriel. *dicta concl. 1. num. 18. verſ. contrarium in feudo* cum alijs allegat. à Fulgin. *dicta qu 1. num* 38. Antonell. *de temp. legali cap. 27. num. 9. lib. 2. &* Cirocc. *dicta diſcept. 62. num. 76. cum deciſionibus Rotæ, præſertim deciſ. 704. à num. 2 tom 3. part. 4. recent.* ad confirmationem *deciſionis 66. in fin. & in alia Rauennaten. bonorum emphyteuticorum placuit Rotæ coram Reuerendiſſ. Domino meo Cerro Decano 27. Martii 1651. §. quia vtpotè, in fine.*

Denique non obſtitit Dominis Statutum Rauennæ, quo mater excluditur à Propatruo, & alijs agnatis exce-
14 pta ſola legitima, † ex quo ab effectu ad cauſam agnati videntur Statutarij proximiores matre defuncti, & ſicuti Iure antiquo cum agnati præferebantur Cognatis, præ-
15 ferebantur & matri, † etiam hodiè Iure Statutario præferantur, *ad tit. Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſ. ab init.* & in puncto, & caſu Anchar. *conſ. deciſ. 125. num. 3. verſ. ſed quidam alij*, Pariſ. *conſ. 22. à num. 86. lib 2.*

Quia Domini communiùs reſponderunt hoc Statuto
16 Laico † non comprehendi bona Eccleſiæ, reprobato Ancharano, & alijs contrarium ſentientibus *in dicta Rauennateñ bonorum emphyteuticorum, §. nec obſtat Statutum*, vbi ſubijcitur etiam defectus voluntatis, cum ipſimet ſtatuentes explicitè ibi concordiam præſeruauerint *Salua ſemper concordia*. Parum etiam obſtante. An intentio contrahentium fuerit ſe conformandi cum diſpoſitione
17 Statuti, † huiuſcemodi enim conformatio procedit quoad ordinem ſuccedendi inter comprehenſos, emphyteuſi durante, in quibus terminis loquuntur, deciſiones coram Buratt. 138. & ibi Adden. *num 15. & deciſ. 884. num. 1.* ſecus autem quoad renouationem emphyteuſis iam finitæ, & ad Eccleſiam deuolutæ, de qua eſt *dicta deciſio Rauennateñ bonorum emphyteuticorum 27. Martij 1651.*

Atque ita nec obſtitit ipſis Dominis Concordia inter
18 Clericos, † & Laicos Rauennæ apud Anchar. *dicto conſ. 125. num. 4. &* Pariſ. *conſ. 22. à dicto num. 86. cum alijs*, & nunc noua concordia præſeruans antiquam in rebus Rauennateñ Eccleſiæ adeoque ipſa antiqua, in qua licèt relinquere deſcendentibus, & ab inteſto ſuccedunt deſcendentes vſque in infinitum, ijſque renouatio facienda eſt de quarto in quartum gradum, ex tranſuerſo autem venientes ſuccedunt vſque ad quartum gradum, &c. ex quibus mater tum ex Statuto, tum ex Concordia excipiebatur excluſa, ne propterea eiuſque aſcendentes vltra concordiam tum Archiepiſcopalis Menſa, tum etiam coniuncti Laterales adeò grauarentur.

Quia neque ex Statuto ſine poteſtate, atque ita ſine voluntate, etiam relatione ad concordiam, neque ex ip-
19 ſa Concordia viſa eſt mater excluſa, † & viſa eſt plerìſque omiſſa mater cum alijs deſcendentibus maternis remanens in diſpoſitione Iuris communis redigi ad hoc axio-
20 ma, & ad tantum redigi axioma ipſum caſus † omiſſi in qualibet diſpoſitione, &c. apud Soccin. Sen. *conſ. 32. nu. 18 lib. 1.* cum alijs apud Barboſ. *axiom 39. & Iure commu-*
21 *ni, & l 12.* tabularum inteſtatorum hæreditates † primum ad ſuos hæredes pertinerent, ſi autem nemo ſuus hæres, vel inter ſuos vocatus exiſteret, ad agnatum proximiorem, &c. *Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. & de legit. agnat. ſucceſſ. ab init.* hodiè prima ſucceſſio eſt
22 deſcendentium, † ſecunda aſcendentium, tertia collateralium, *Auth. de hæred. ab inteſtat. & auth ceſſante, C. de legit. hæredit.*

Atque ita pro matre contra Menſam Archiepiſcopalem, Benedictum Propatruum, & Dominicam Amitam deciſum, Matre & Propatruo tantùm informantibus, &c.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononieñ Cenſuum.

Lunæ 7. Martij 1664.

A R G V M E N T V M.

Contractus Cenſus à minore initus ex cauſa neceſſaria, & cùm expreſſa ei iniuncta conditione, quod in certam & determinatam cauſam pecuniæ erogentur, non ſubſtinetur niſi probata verſione verè & realiter, ad quem effectum neque ſufficiunt aſſertiones ipſius minoris, eiuſque Tutoris, neque minùs quod in aliud debitum eiuſdem minoris eædem pecuniæ verſæ ſint, hocque adeò verùm eſt, quod contractus corruat in totum etiamſi pro aliqua parte tantùm eadem verſio probaretur.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor nulliter, & iniuſtè ſua poſſeſſione ſpoliatus, ſi non habuit ſe pro ſpoliato manuteneri debet.*

2 *Deliberationis pretium ſi in eo quod excedit creditum, neque ſolutum, neque depoſitatum fuit, deliberatio remanet nulla.*

Executor præſente pecunia vendere tenetur, nec poteſt habere fidem de pretio, num. 2.

3 *Terminus ad reluendum ſaltem viginti dierum aſſignari debet minori, vbi eius bona ſubhaſtantur.*

4 *Cenſus à minore impoſitus ſine probatione verſionis remanet nullus, vide num 5.*

4 *Verſio deducta in conditione, & pacto ſine difficultate probari debet.*

5 *Verſio pecuniarum in cauſam expreſſam probari debet, vbi agitur de Cenſu impoſito à minore ex cauſa neceſſaria, & vide ſupra num. 3.*

6 *Verſio non dicitur probata ſtante temporis interuallo, & nulla expreſſione facta in actu ſolutionis.*

Identitas pecuniarum excluditur, tam ex temporis interuallo, quam etiam ex eo quod in actu ſolutionis nulla fuerit facta expreſſio, num. 6.

7 *Cenſus à minore impoſitus pro ſoluendo certo, & particulari debito non ſubſtinetur ſi aliud debitum fuerit poſtea ſolutum.*

8 *Æs alienum minoris iuſtificari debet aliundè, quam ex aſſertione ipſius minoris, vel eius Tutoris.*

Verſio pecuniarum minoris neque ex illius confeſſione, neque ex confeſſione Tutoris remanet iuſtificata, nu. 8.

9 *Verſio pecuniarum dicitur ſufficienter probata ſi in eam cauſam pecuniæ fuerint ad intereſſe receptæ, cuius debitum deindè poſtea apparet fuiſſe ſolutum.*

10 *Verſio pecuniarum ex vicinitate vtriuſque actus ſolutionis, & receptionis earum ſatis dicitur eſſe probata.*

11 *Liber priuatus licèt pro ſcribente non probet, ſtante tamen primordio debiti, & receptionis pecuniarum in cauſam illius, præbet adminiculum pro iuſtificanda verſione.*

Liber Tutoris an & qualem probationem faciat ſuper verſione pecuniarum ipſius pupilli, num 11.

12 *Cenſus à minore impoſitus ſi pro aliqua parte non probatæ verſionis eſt nullus, remanet etiam nullus pro remanenti quantitate, cuius etiam verſio probata ſit.*

Et hoc ratione indiuiduitatis decreti, & voluntatis contrahentium, ibidem.

Præſens Deciſio emanauit in eadem cauſa alterius Deciſionis ſupra in hac eadem parte 104. cuius in calce aliam etiam concordantem adnotatam inuenies.

D E-

DECISIO CCCLXXXII.

AD fauorem Assumptorum Abbatiæ Sancti Naboris, & Felicis anno 1632. impositi fuerunt à Vincentio Marescotto Census, de quibus agitur librarum 8950. ad effectum redimendi alium Censum librarum 2000. & soluendi libr. 5000. Com. Ghisilerio ex causa Dotis Christinæ ejusdem Vincentii sororis pro fructibus. Assumpti obtinuerunt subhastari, & ipsis deliberari prædium Vincentij nuncupatum del Molino cum Molendino, & Fornace in cuius tamen possessionem Vincentius successiuè manutentionem ab Auditore Cameræ reportauit, à qua per Assumptos interiecta appellatione, & mihi commissa causa cum facultate manutenendi, quem de Iure, dubio hodiè proposito Domini censuerunt, Vincentio dandum esse mandatum de manutenendo, quia stante nullitate, & iniustitia subhastationis, vt infra Vincentius sua possessione priua-
1 tus non fuit, † & cum se pro spoliato non habuerit manutentio debetur, Rota coram Burat. *decis.* 393 *num.* 15. Duran. *decis.* 200. *per tot. Beneuentana manutentionis* 9. *Iunii* 1649. *coram bo. mem. Peutingerio*, § *nec obstat*, referens concordantes, *& in Perusina fideicommissi de Monte Sporellis* 8. *Februarii* 1658. *coram me*, §. *finali*.

Nullitas duplici capite visa est resultare. Primo quia valor prædij excedebat debitum Vincentij ex lib. 839. quæ in casu subhastationis, nec solutæ, nec depositæ
2 fuerunt, † & tamen Executor præsente pecunia vendere tenetur, nec potest habere fidem de pretio, *l. à Diuo Pio* 15 §. *sed si Emptor*, *ff. de re iudic.* Surd. *consil.* 168. *num.* 24. *& seqq lib.* 2. Rota *decis.* 23. *num.* 1. *coram sanct. mem. Gregor. vbi Adden. litera A. coram* Duran. *decis.* 25 *num.* 10. *coram Reuerendissimo Terraconeñ decis.* 175. *num.* 1. Secundò, quia præfixus non fuit terminus saltem viginti dierum ad reluendum prout de iure communi re-
3 quiritur † quando bona Minorum subhastantur, Roman. *consil.* 33. *numer.* 14. *lib.* 1. Surd. *consil.* 49. *numer.* 15. *vers. item subhastationem*, *& numer.* 19. Roland. à Valle *consil.* 33. *num.* 15 *lib.* 1. Rota *decis.* 406. *num.* 5. *par.* 4. *decis.* 113. *num.* 17. *par.* 7. *recent. & in addit. ad* Posthium de subhastat. *decis.* 170. *num.* 10.

Iniustitia verò deducebatur ex eo quod Vincentius de tempore impositionis esset minor, iuxta dispositionem Statutorum licentiam obtinuit à Dominis Antianis, & Vexillifero Iustitiæ à Dominis Tribunis Plebis Populi Bononiæ deueniendi ad impositionem Censuum, quæ cum expressa conditione fuit concessa, *dum modò omnes pecuniæ erogentur in extinctionem dicti Æris alieni, nec aliter, nec alio modo.* Vnde cum exceptis libris 5000. solutis pro Dote Christinæ, de quibus infra non constet prætium in causas expressas fuisse erogatum, im-
4 positio Censuum remanet nulla. † Quia versio probanda erat non solùm ex quo in conditione, & pactum deducta fuit, Gratian. *discep.* 45. *numer.* 2. Rota coram Martin. Andr. *decis.* 79. *num.* 6. *&* 7. *& decis.* 178. *num.* 18. *& seq. parte recent. Romana pecuniaria* 19. *Iunii* 1656. *coram R. P. D. meo Beuilacqua*, § *præter quam quod*, *& in Firmana Census* 3. *Iunii* 1658. *coram R. P. D. meo Priolo*, §. *& ad hunc effectum.* Sed etiam quia ad Censuum impositio-
5 nem ex causa necessaria soluendi † scilicet Æris alieni deuentum fuit, iuxta distinctionem relatam per Surd. *consil.* 181. *num.* 43. Gratian. *decis.* 47. *numer.* 36. Adden. ad sanct. mem. Gregor. *dec.* 511. *n.* 33 *vers. imò nec etiam* Rota *decis.* 25. *n.* 1. *post* Cen. de Cens. Merlin. *decis.* 219. *num.* 12. *vers. quoniam vltra quod*, *& in Rauennateñ reuelationis indemnitatis* 1. *Iulii* 1661. §. *vlterius*, *&* 6. *Februarii* 1662. *coram R. P. D. Ninot*, §. *Præterea.*

In proposito autem (exceptis libris 5000) de versione nec constat, nam libræ bis mille solutæ, ut asseritur Comiti Bonfiolo ad compositum dotis Lucretiæ non constat, quod sint de illis ad Censum acceptis. Stante enim temporis interuallo, & nulla expressione facta in
6 Actu solutionis potuit ex aliis pecuniis fieri solutio, † quod sufficit ad excludendam identitatem, & versionem concludenter probandam, ut aduertit Rota *in Romana Census* 15. *Maii* 1662. *coram R. P. D. meo Bourlemont*, §. *necessitas enim.* Quinimò concurrit, quod tempore impositionis nondum venerat dies solutionis dictæ
7 Dotis, † & quod erogandæ erant pecuniæ in aliam causam certam, & determinatam per viam conditionis, vt præter relatos Rota *decis.* 124. *numer.* 7. *coram Eminentiss. Domino Cardinali Ottbobono*, quo vero ad libras 1590. solutas, ut prætenditur Petronio de Nigris, eadem responsio suffragatur, quod scilicet Census ad hunc effectum impositi non fuerunt, & vlterius de Credito Petronii non constat, vt requiritur, † quia Æs alienum 8
minoris ad effectum iustificandi versionem, pecuniæ in hanc causam solutæ probari aliundè debet, quam ex assertione Minoris, aut Tutorum Dec. *cons.* 403. *numer.* 22. *in fin.* Menoch. *cons.* 565. *num.* 15. Rota coram Merlin. *decis.* 444. *num.* 9. *&* 10. *decis.* 575. *num.* 5. *Firmana Census*, §. *respectu vero*, *& in dicta Romana census*, §. *quia nec coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et quam, quo ad libras 5000. pro dote Christinæ de illarum versione satis constare visum fuerit, ex eo quod nón solùm in hanc causa nominatim, & expressè hæc quantitas ad Censum accepta fuit, † quæ expres- 9
sio subministrat coniecturam, quod pecuniæ ad effectum soluendi dotem receptæ, quæ postea soluta apparet in hanc causam, erogatæ fuerunt, vt post Alex. Socc. & alios aduertit, Gratian. *discept.* 897. *numer.* 10. *& duobus seqq.* Rota *decis.* 1093. *nu* 1. *coram Seraphin.* & in terminis in *Romana Census* 26. *Iunii* 1647. *coram bo. mem. Bichio*, §. *versio autem* sed etiam quia eadem die qua suprascripta quantitas soluta fuit Antonio Mariæ Castello ad hunc effectum exbursata apparet Comiti Ghisilerio Christinæ Marito, † unde ponderata actuum vicinitate versio sa- 10
tis probata dicitur, Gratian. *vbi supra nu.* 11. Sud. *decis.* 55. *num.* 6. *& seqq.* Rota dicta *decis.* 1093. *numer.* 2. *coram sanct. mem.* Gregor. *decis.* 31. *num* 3. *vbi* Adden. *nu.* 11. *post* Cenc. de Cens. *decis.* 19. *sub num.* 4. *cum aliis in dicta Romana Census*, §. *versio autem in fine*, & vlterius etiam quia in libro priuato à Tutore Vincētij conscripto huiusmodi partitæ fuerunt adnotatę, qui licèt pro scribente non probet, stante tamen primordio veritatis debiti, & receptionis pecuniæ in hanc causam prębet adminiculum pro iu-
stificanda versione, † quæ etiam coniecturis probari 11
potest, Bald. *cons.* 125. *sub numer.* 2. *vers. item si esset lib.* 5. Menoch. *cons.* 375. *num.* 12. Surd. *cons.* 181. *num.* 24. Gratian. *vbi supra num.* 14 Rota apud Duran. *decis.* 256. *num.* 6. *dicta Romana Census vbi supra &* 1. *Iulij* 1640. *coram bo. mem. Bichio*, §. *versio tandem.*

Nihilominus cum Census ex defectu versionis pro quantitate lib. 3950. sint nulli ratione indiuiduitatis decreti DD. Antianorum Vexilliferi, & Tribunorum, ac voluntatis contrahentium remanet in totum nulla Cen-
suum impositio, † nec pro quantitate in vtilitatem 12
Vincentij soluta substineri possunt, *l. si non sortem* 26. §. *si Censum*, *ff. de condit. indebit.* Ruin. *consil.* 160. *num.* 27. *lib.* 1. Ciriac. *controuer.* 257. *num.* 15. *& seqq.* Adden. *ad sanct. mem.* Gregor. *decis.* 496. *nu.* 12. *cum aliis in Bononieñ Dotis, seu tertiæ* 31. *Maii* 1658. §. *ex falsitate*, *& in Romana Locorum Montium* 28. *Martii* 1659. *coram me*, §. *nec alienatio*, *& pro executione danda est manutentio.*

Prout partes vtraque informante dandam esse responsum fuit, ut supra, &c.

R. P. D. CARPINEO.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Auximana prætensi Fideicommissi.

Lunæ 29. *Nouembris* 1666.

ARGVMENTVM.

Anceps non minùs quam quotidiana Doctorum disceptatio est *de Filiis in conditione positis*, quando & ex quibus coniecturis dicantur illi dispositiuè vocati, quæ plerumque, prout etiam à nostra Rota, negatiuè resoluitur, vel cessantibus prorsùs coniecturis, vel illis adhuc friuolis, & debilibus existentibus ad *Papiniani* responsum in *l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebell.* & opinionem *Glossæ* communiter receptæ in *l. Lucius la seconda*, *ff. de hæredib. institut.* quales in hoc reputantur qualitas legitimitatis, vel ma-
scu-

bus non dependent, sed regulantur omnes ab vnica substitutione vulgari.

S V M M A R I V M.

1 *Cauthelam Angeli allegare potest, qui bona alio titulo, quam hæreditario possidet, eaque inhibere Creditores ne super dictis bonis audeant exequi mandatum contra bona alterius relaxatum.*

2 *Filii in conditione positi excludunt quidem substitutos, non autem censentur regulariter dispositiuè vocati.*

Filii in conditione positi, vbi non sunt vocati, habent tamen ius legitimæ successionis ab intestato, cum qua excludunt substitutum, num. 2.

3 *Filij in conditione positi Leuioribus coniecturis censentur vocati, vbi agitur de hæreditate Ascendentis.*

4 *Coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione positorum etiam in fideicommisso Ascendentis debent esse tales, quæ vocationem omninò suadeant.*

5 *Filii positi in conditione sub qualitate legitimitatis, an dicantur ex coniecturis vocati, & num. sequen.*

6 *Legitimitatis qualitas sub qua Filij fuerunt in conditione positi, non solùm dicitur apposita ad exclusionem substituti sed etiam ad exclusionem legitimatorum.*

7 *Conditio Filiorum ideò apponitur, vt det legem fideicommisso, non autem vt peruertat ordinem succedendi, & proindè valet quidem excludere substitutos, non autem alios ab intestato successuros.*

8 *Masculinitatis qualitas an inducat vocationem Filiorum in conditione positorum.*

9 *Legitimitatis qualitas in Filiis in conditione positis, potiùs dicitur expressa de stylo Notariorum, quam ex voluntate testatoris.*

10 *Filii in conditione positi ex onere, & legato perpetuo suis hæredibus à Testatore iniunctis non censentur dispositiuè vocati.*

ex Onere Legati particularis, non benè infertur vocationem in fideicommisso vniuersali, num. 10.

11 *Onus, & Grauamen à Testatore suis hæredibus perpetuo iniunctum potest ad quoscunque bonorum successores transire, absque eo quod Filii in conditione positi censeantur vocati.*

12 *Digressus ad plures substitutionum gradus non resultat ex substitutione vnius tantùm personæ in tota hæreditate, & alterius in aliquibus separatis bonis.*

Substitutiones diuersorum graduum plures, & diuersæ requiruntur ad hoc, vt dicatur facta digressio ad plures substitutionum gradus, num 12.

13 *Substitutiones plures factæ non dicuntur si plures fuerunt alternatiuè vocati; nam omnes habentur pro vna.*

Substitutio alternatiua facta ad fauorem plurium personarum primo, vel altero adeunte resoluitur in vulgarem, nec transit in fideicommissaria, & quando nu. 13.

14 *Alternatiua vocationis importat ordinem successionis, & quomodo & num. seq.*

Successionis ordo de quo loquitur textus in l. cum Pater, §. penultimo, ff. de legat. 2. *seruatur intra limites substitutionis vulgaris, absque eo quod producat fideicommissariam, num. 14.*

15 *Ordo successionis ita in alternatiuis spectatur, vt posterior admittatur tantùm in defectum præcedentis.*

16 *Substituti alternatiuè vocati non sunt simul admittendi sed ordine successiuo, vnus scilicet in defectum alterius per solam vulgarem, deficientibus scilicet coniecturis.*

Alter verò & gradatim post alium quoties, vel coniecturæ concurrunt, vel alternatiua non est simplex, sed relatiua ad alias substitutiones, ibidem & num. 17

Fideicommissum alternatiuè constitutum ad fauorem plurium personarum regulariter expirat in primo adeunte per solam vulgarem.

Vbi verò existunt coniecturæ, vel agitur de pluribus substitutionibus successiuis, eo in casu substitutionem fideicommissariam continere dicitur, num. 16 & 17.

18 *Verba suoi* hæredi & successori *importans tractum successiuum, & sunt intellectiua plurium graduum.*

Intellige hoc de per se, & de natura dictorum Verborum non sufficere, sed solùm cum aliquo adiuncto, & ex coniecturata mente defuncti, ibidem.

19 *Verba suoi* hæredi, & successori *adiecta Filiis in conditione positis non possunt ad eorum fauorem inducere fideicommissum.*

Verba futuri temporis, seu tractum futurum importantia [illegible] *non sufficit pro inducenda vocatione Filiorum in conditione positorum.*

21 *Coniectura digressus ad plures gradus substitutionum pro Filiis in conditione positis parui fecit* Papinianus in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.

22 *Voluntas in fideicommissis summoperè spectari debet.*

23 *Filii in conditione positi regulariter non censentur vocati, nec etiam stante digressu ad plures substitutionum gradus.*

24 *Exclusio fœminarum debet esse generalis, & absoluta ad inducendam vocationem Filiorum in conditione positorum.*

25 *Fœminarum exclusio non importat vocationem Filiorum in conditione positorum, vbi masculis ex statuto fœminis preferuntur.*

26 *Clausula* Codicillaris *supplet quidem solemnitatis defectum non autem voluntatis.*

Clausula Codicillaris *nihil suffragatur ad effectum inducendi vocationem Filiorum in conditione positorum, numer. 26.*

27 *Maior Dilectio an sufficiat pro vocatione Filiorum in conditione positorum.*

28 *Affectionis Maioris Ratio quando potiùs retorqueatur in Filiis in conditione positis.*

Ratio maioris dilectionis, & affectionis fortius vrget in ipso instituto, num. 28

quod Filii in conditione positi tamquam vocati possint liberè de bonis disponere, quodque hoc idem facere non possit ipse institutus maiori dilectioni repugnat, num. 28.

29 *Argumentum à magis dilecto ad minùs dilectum non valet in præiudicium Tertii.*

30 *Testator ponendo Filios in conditione simpliciter dicitur reliquisse potestatem instituto liberè disponendi.*

31 *Testantium voluntates plerumque ita sunt intelligendæ, vt ab ipsis instituti liberè possint de bonis disponere, & quando.*

Hæredes & successores vocati cum substituto per vulgarem & ipsi quoque per similem vulgarem vocati dicuntur.

32 *Glossa* in l. Lucius la secunda, ff. de hæredibus instituendis *traditur, & declaratur per totam Decis.*

33 *Singula quæ non possunt simul collecta iuuant, quando non sufficiat ad inducendam vocationem Filiorum in conditione positorum.*

34 *Papinianus* in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. *septem habuit coniecturas pro vocatione Filiorum in conditione positorum, & tamen contra vocationem respondit*

35 *Coniecturæ etiam plures si debiles sunt, & imperfectæ, licèt simul iungantur, nihil ampliùs concludunt, quam si separatim considerarentur.*

36 *Glossæ ab opinione* in l. Lucius la secunda, ff. de hæredibus instituendis, *etiam existentibus aliquibus coniecturis, plerumque Rota nostra non recessit.*

37 *Executio etiam in bonis contentis in cauthela Angeli non impeditur per exceptionem fideicommissi à coniecturis dependentis.*

Præsens Decisio emanauit in eadem causa in qua emanauit altera Decisio supra in hac eadem parte in ordine decis. 200. ab eaque allegatur.

D E C I S I O CCCLXXXIII.

PRO fructibus decursis, ac pro renouatione fideiussionis in Censu à Federico de Comitibus imposito obtinuit Franciscus Ricca mandatum executiuum contra illius bona hæreditaria, quæ vt ab executione præseruarent, Carolus, & Alphonsus filii vtendo Cauthela Angeli *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus ff. de re iudic* † 1 allegarunt illa possidere ex causa Auiti fideicommissi, sed hac exceptione parum attenta mandauit Auditor Cameræ ad vlteriora procedi, quare causa ad Rotam deuoluta pro executione etiam super bonis in Cauthela contentis fuit resolutum.

Non enim controuertebatur Iustitia mandati sed executioni illius tantùm se opponebant prædicti de Comitibus sub prætextu, quod in enunciato fideicommisso Alphonsi Senioris eorum Aui essent comprehensi, sed verba Testamenti fideliter relata in vtroque Summario contrarium suadebant, dum in illis filii Federici legebantur

bantur

2 bantur dumtaxat positi in conditione, quarum † proinde existentia potuit quidem substitutos excludere, sed iuxta receptissimam opinionem, *glossæ final. in l. Lucius la secunda, ff. de hæredit. Instituen.* non fecit, vt illi censerentur dispositiuè vocati cum solummodò illis reseruatum dicatur Ius legitimæ successionis ab intestato.

Et licèt quando, vt hic, sumus in testamento Ascendentium leuioribus coniecturis deducatur mens Testa-
3 toris † grauandi Institutum onere fideicommissi, vt filiis in conditione positis hæreditatem restituat iuxta distinctionem quam faciunt, Clar. *in §. testamentum quæst. 77. ante num. 3. versic. aut isti filii* Cardin. Mantic. *lib. 11. tit. 2. nu. 3. versic. sed ego considero.* Nihilominus conie-
4 cturæ debent esse tales, † quæ hanc vocationem saltem probabiliter suadeant, vt voluerunt, *Adducti* Decian. *cons. 87. num. 12. & 13. vol. 3. ac* Rota *decis. 385. num. 1. & 387. num.* 2. coram Buratto, *& decis. 221. num 2. par. 5. recent. & in Auenionen̄ fideicommissi 22. Aprilis 1652. §. neque ex eo coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso.*

Inter plures verò pro inducenda vocatione, quę cumulantur coniecturæ per scribentes primum locum obtinet illa quod filii positi sint in conditione sub quali-
5 tate legitimitatis, quæ † licèt habeat aliqualem apparentiam, ex quo dicta qualitas, non solùm sit posita
6 ad exclusionem substituti, † sed etiam ad exclusionem legitimatorum, vt exindè inferri possit legitimos esse ex testamento vocatos, leuis admodum & ad producendum hanc vocationem reputatur, imò à multis expressè reijcitur alia solidiori ratione, quod conditio apponitur, vt legem det fideicommisso non vt per-
7 uertat ordinem succedendi, † & proindè valeat quidem excludere substitutos, non autem alios ab Intestato successuros, *l. filius familias, §. cum erit, ff. de leg. 1.* Ripa *in l. Centurio num 159. ff. de vulgar.* Quod si vaidè contro-
8 uertitur an qualitas masculinitatis † hanc vocationem inducat teste Guidopapa *decis.* 184. qui ait numquam ex illa potuisse obtinere, quod importet dispositionem cum aliis congestis *à Rustico in hoc tractatu lib. 2. c. 2. n 34.* Id sanè multò minùs operare poterit qualitas le-
9 gitimitatis, † quæ vt plurimum de stylo Notariorum præter Testatoris voluntatem apponitur, vt aduertit Noguerol. *allegat. 23. num. 34. ac* Rota, quæ alios refert *in dicta Auenionen̄ fideicommissi, §. altera coram Eminentissimo Celso,* & in specie vtitur hoc argumento Griuell. *decis. dolana 125. num. 27.* atque hanc coniecturam vanam esse, & spernendam profitetur Thesaur. *dec. 96. n. 26.*

Minùs aliquid suffragari potuit Institutio Capellaniæ perpetuæ ad quam nominari debeant hæredes, & successores Testatoris, neque onus perpetuum dupplicis
10 Anniuersarii suis pariter hæredibus iniunctum, † quoniam ex onere legati particularis non benè infertur ad vocationem in fideicommisso vniuersali, *l. hæreditas ad statim 63. ff. de hæredit. institut.* At onus huiusmodi potest transire ad quoscumque successores in bonis absque quo
11 positi in conditione sint vocati, † vt clarè firmat damnando hanc coniecturam Hieron. Torniell. *inter consil. Philipp. Port 43. num. 20. vers minùs est habendum,* quem sequitur Petra *de fideicomm. quæst. 19. num. 216.* ac Paris. *consil. 87. num. 39. lib. 2.* ac Rota *in Romana de Fossatis inter consil.* Giouagn. 97. *num. 22.* apud Buratt. *decis. 385. num. 2. & 387. numer.* 8. & apud Reuerendissimo Royas *decis. 110. num. 12. & 123. num. 10. & in Romana locorum Montium 5. Martii 1660. §. aut loquimur coram R. P. D. meo Priolo.*

Digressus verò ad plures substitutionum gradus super quo non leue constituebatur fundamentum visus est in facto corruere animaduertendo quod Federico filio decenti sine filijs vnica tantùm fuit adiecta substitutio nempè ad fauorem Floræ in vniuersa hæreditate, & ad fauorem Scipionis in aliquibus corporibus separa-
12 tis, † Ideò non valet aliquam coniecturam vacationis inducere cum ad hunc effectum requirantur plures distinctæ substitutiones diuersorum graduum Giouagn. *cons. 82. numer. 20. vers. sexto* cum aliis relatis in *decis. 401. num. 19. par. 9. recent ac in dicta Auenionen̄ fideicommissi, §. digressus,* & licèt in illis corporibus in quibus fuit substitutus Scipio, vocati sint etiam eius hæredes, & successores, ibi: *Nella qual casa e possessione sostituisce detto Scipione ò suoi Heredi ò successori* Nihilominus illi tãquã vocati sub alternatiua censentur tantùm vulgariter sub-
13 stituti, † itaut Scipione adeunte eorum substitutio statim resoluta euanescat ad tradita in his terminis *in decis. 386. num. 70. part. 1. ac in decis. 23. num. 9. & 10. part. 5. ac 401. num. 18. part. 9. recent.* & latiùs *in dicta Auenionen̄ loco mox adducto.*

Nec resistit *text. in l. cum Pater, §. penultimo, ff. de leg. 2.* in contrarium adductus, qui firmat alternatiuam ordinem successionis importare, nam † ille ordo succe- 14
dendi de quo loquitur textus seruatur intra limites substitutionis vulgaris, absque eo quod producat substitutionem fideicommissariam, vt clarè elicitur per *Glossam* in figuratione casus, & apertiùs explicat, *Glossa Marginalis,* ibi: *Vulgarem ordine Scripturæ factam substitutionem,* & in hunc sensum, quod in alternatiuis spectan-
dus sit ordo, † itaut posterior admittatur tantùm in defe- 15
ctum præcedentis tenet, Cephal. *cons. 656. cum tribus sequen.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 58. num. 14 ac* Ruin. *cons. 163. num. 9. lib. 1.* ac post multos quos refert Menoch. *cons. 105. num. 35. & tribus seqq.* atque ita etiam intelligendi sunt in contrarium adducti, qui quatenùs firmant vo-
catos cum alternatiua non esse simul admittendos, † sed 16
ordine successiuo, intelligunt quod in defectum vnius alter admittatur per modum vulgaris quando contrarium non suadeant coniecturæ Rota *recent. decis. 40. num. 12.
part. 5.* † in tantùm admittit quod gradatim vnus post 17
alium succedere debeat, in quantum alternatiua non erat simplex sed relatiua ad alias substitutiones in quibus fideicommissum erat clarum, vt se declarat in sequenti *nu. 13. & 14.* & apertiùs *in decis. 401. num. 14. part. 9. recent.*

Parum etiam obstante, quod verba illa: *ò suoi here-
di e successori* † importent tractum successiuum, & sint 18
intellectiua plurium graduum, quia hoc de per se dicta verba non significant, sed solùm cum aliquo adiuncto, vel quando concurrit etiam...... mens Testatoris vt cen fuit in specie Soccin. Sen. *cons. 37. num. 1. in fine lib. 3. quem sequitur* Menoch. *cons. 85. num. 61. vol. 1.*

Ac vlterius verba prædicta tamquam adiecta filijs in
conditione positis † non possunt ad eorum fauorem in- 19
ducere fideicommissum, vt aduertit Cancer. *variar. resolut lib. 1. tit. de substitut. num. 133.* vbi ex Laderchio, Menoch. & alijs notat non attendi tractum futuri temporis, nisi insit in ea substitutione, quæ prætenditur fideicommissaria, ac idem voluit, Rota coram Merlin. *decis. 269. num. 5.*

Et generaliter hanc coniecturam supradictam à di-
gressu ad plures substitutionum gradus † esse communi- 20
ter reiectam Ripa *in dicta l. Centurio num. 165. ff. de vulgar.* quem sequitur Clar. *in §. testamentum quæst. 29. num. 3.* ac alij relati per Thesaur. *dicta decis. 96. num. 16. ac per* Rotam *decis. 486. num. 18. part. 1. recent.*

Imò vt subtiliter obseruat, Anton. Faber. *de error.
pragmat. decade 16. errore 6 num. 7. vers. cernimus enim* † 21
hanc coniecturam pauci fecit Papinian. *in lib. 8. respons. dum in lege hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.* licèt præter alios adesset etiam digressus ad plures gradus, ille tamen qui in eodem responso monet deberi voluntatem
in fideicommissis summoperè spectari, vt † prius monue- 22
rat *in lib. 15. quæst. l. cum proponebatur 64. ff. de leg. 2.* In dubium non reuocat quin filij in conditione positi vocati
non existant, † vt latiùs obseruat, idem Faber. *in l. 13. co- 23
niectur. cap. 18.* & in vtroque loco illum commendat, & sequitur Griuell. *decis. dolan. 125. num. 57 & 67.*

His aliæ subsequuntur leuiores ponderis coniecturæ inter quas illa ducta ab exclusione fœminarum non approbatur, quia vltra quod talis exclusio non fuit gene-
ralis, & absoluta qualis † exquiritur ad inducendam vo- 24
cationem filiorum positorum in conditione ad tradita *in dicta decisione Auenionen̄ §. exclusio coram Eminentissimo Celso,* non arguitur ex illa voluisse Testatorem masculos succedere ex testamento dum ex Statuto Cinguli dato in *Summario* illorum de Comitibus *num.* 2. patet illos
fœminis esse præferendos etiam ab Intestato, † & hoc 25
casu hanc coniecturam esse inapplicabilem tradit, Ripa *in l. 1. num 9. versic. sed stante Statuto, Cod. de pactis, ac* Soccin. Sen. *cons. 116. num. 5. vel. 3. versic. pro certo* cum alijs relatis per Cardin. Mantic. *lib. 11. tit. 3 versic. sed illa distinctio, & per* Rotam *in dicta Romana hæreditatis de Fossatis intra cons. Giouagnon. 97. num. 6.* vbi quod hæc coniectura est contemnenda, vt illam contempsit Rota *in decis. Buratt. 385. num. 6.*

Altera desumpta ex clausula Codicillari nullum præbet validum argumentum pro vocatione, quia illa solùm est

26 est apta supplere defectum solemnitatis † non autem voluntatis, & nihil ad hunc effectum suffragari probat ex pluribus, Rota *decis. 482. num. 16. par. 1. recent.*

Omnium debilis est altera sumpta ab argumento ma-
27 ioris dilectionis, † dum Testator expressè vocauit filios Scipionis substituti minùs dilectos ex Ruino *cons. 140. post num. 9. & 191 sub numer. 11. lib. 3.* quoniam huic argumento plenè, & doctè satisfacit Soccin. Sen. *dicto cons. 116 nu. 4. versic. secundum colligunt*, considerans quod hæc ratio maioris affectionis potius retorquetur, quia si Institutus moreretur cum filiis, dicti filii nullum haberent grauamen restituendi, & possent de bonis ab inte-
28 stato obuentis liberè disponere, † igitur ratio maioris dilectionis, quæ fortiùs vrget in ipso Instituto, postulat vt hoc idem ille facere possit, ac per consequens non sit grauatus restituere filijs licèt positis in conditione, vt in specie huic argumento respondet etiam senatus Dolanus *in dicta decisione Criuelli 125. num. 73.* vbi di-
29 citur quod argumentum à magis dilecto ad minus † dilectum non valet in præiudicium tertij magis dilecti.

Sed re vera eueniente hoc casu mortis instituti cum filijs nil ampliùs potuit considerare Testator, quam vt omnes substitutiones expirarent, & quod filij in condi-
30 tione positi non demeriti ab intestato succederent, † potestatem relinquendo Federico filio instituto demeritos excludendi, ac pro libito disponendi, vt ex superius dictis potestatem habebant Nepotes, vt prosequitur idem Soccin. *cons. 116. numer. 5. vers. sed mortuo Ioanne*, & ta-
31 lem esse testantium voluntatem † pluribus, & efficacibus argumentis probat Ant. Faber *de error. pragmaticor. decad. 26. err. 1. num. 12. & seqq.*

Prætereà funditus etiam destruitur hæc coniectura ex
32 quo Hæredes, & successores † vocati fuerunt, vt supra dictum fuit cum Scipione substituto per vulgarem Giouagn. *cons. 82. num. 117. lib. 3.* Criuell dicta *decis. Dolana 125. num. 73.* & generaliter quod si hoc argumentum admitteretur destrueretur opinio, Glossæ *in l. Lucius monet* Rota *in dicta decis.* Buratt. *385. num. 6. in fine.*

Ex quibus satis superque constitit, filios Federici in conditione positos non fuisse in Testamento Alphonsi dispositiuè vocatos, & nihil illis suffragari posse vnionem coniecturarum per regulam vulgatam, quæ non
33 prosunt singula, &c. † quoniam satisfacit auctoritas Papiniani *in dicta l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell.*
34 licèt septem pro vocatione † haberet coniecturas, vt ponderauit, idem Fab. *in decad. 16. error. 6. numer. 6 &* Criuell. dicta *decis. 125. num. 57.* non proindè censuit liberos esse vocatos, & meritò nam omnes coniecturæ si debiles sunt, & imperfectæ licèt simul iungantur
35 † nihil amplius concludunt quam si separatim considerentur, vt inquit Bald. *in rubr. C. de probat.* ac probat post alios Decian. *cons. 26. numer. 21.* ac in effectu
36 pluribus licèt concurrentibus ab opinione Glossæ non † recessit Rota in sæpè dictis *decis. 385. & 387. coram* Buratto *in Bononien. fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647. coram bon. memor. Bichio in dicta Auenionen. coram Eminentissimo Celso*, ac in alijs per Informantes adductis vbique respondendo non constare de fideicommisso, vt in præsenti etiam resolutum fuit, itaut censuerint Domini illius exceptione sublata impediri non posse executionem
37 † mandati etiam super corporibus in Cauthela contentis.

Et ità vtraque parte, &c.

REVERENDISSIMO
P.D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Romanæ Decano.

Romana Saluiani.

Mercurij 23. Iulij 1666.

ARGVMENTVM.

Iudicium Saluiani à Creditore intentatum requirit creditum cum hypotheca, possessionem debitoris à tempore obligationis, & possessionem rei conuenti, quibus concurrentibus non solùm Saluianum conceditur, sed omnia, & quæcumque alia penitus reijciuntur; itaut neque admittatur exceptio retentionis crediti illiquidi, quamuis illud anterius extiterit.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani extrema sunt Creditum cum hypotheca, possessio debitoris de tempore obligationis, & possessio rei conuenti.*
Saluianum semper conceditur quoties concurrunt omnia requisita ad illius Iudicium necessaria, num. 1.
2 *Monitorium hodiè successit loco Libelli.*
3 *Libellus, & Monitorium declarantur ab actis in causa successiuè prosecutis.*
4 *Saluiani in Iudicio Summario non attenditur quid petitum, sed quid in meritis causæ, & in prosecutione Iudicij legitimè probatum est.*
5 *in Saluiani Iudicio sola, illius extrema iustificanda sunt absque alia discussione.*
6 *Libris Mercatorum præstari solet fides concurrentibus adminiculis, & quibus.*
7 *Bona transeunt ad Hæredes cum suo onere.*
Creditor defuncti in bonis hæreditariis est potior Creditoribus ipsius hæredis quantumuis anterioribus, num. 7.
8 *Partitæ extractæ ex Libro, vt dicitur* à Mostra *nullam probationem faciunt.*
Liber Mercatoris, vt dicitur à Mostra *non concordans cum Libro* Magistro *nihil probat, num. 8.*
9 *Creditum remanet illiquidum, si Creditor fructus bonorum Debitoris longo tempore percepit.*
Retentio non conceditur pro Credito illiquido, num. 9.
Saluianum non impeditur si ex parte possessoris excipiatur de Credito anteriori, quod tamen fuerit illiquidum, num 9.

Præsens Decisio emanauit in eadem causa in qua emanauit altera Decisio supra in hac eadem parte decis. 209. in ordine.

DECISIO CCCLXXXIV.

PRO immissione in possessionem bonorum, de quibus agitur fauore Cauallerini Creditoris responsum fuit 27. Ianuarij proximi præteriti contra Gambirasium illorum detentorem. Hodiè reproposita causa in decisis standum esse visum est præter quam quoad portionem Flaminij, in qua non satis conueniebant Domini. Nam respectu aliarum concurrunt omnia ad obtinendam im-
missionem in hoc Iudicio necessaria, † creditum scillicèt 1
cum hypotheca, possessio Dominorum de Philonardis de tempore obligationis, & possessio Gambirasij in hoc Iudicio conuenti, vt latè dictum fuit *in § possessio autem in fin.* & concordant relati *in decis. 308. num. 1. par. 10. rec. Romana Saluiani 25. Iunii 1657. in princi. coram Reuerendissimo Papien. & in alia Romana Saluiani 9. Iunii 1660. coram me.*

Quibus non aduersatur, quod Cauallerinus in Monitorio contra Gambirasium executo, licèt se Creditorem illorum de Philonardis enunciauerit: non tamen expressum fuerit, quod ipsi erant etiam Creditores Sabellici debitoris Gambirasij. Quoniam non indè dubitare potuit Gambirasius se occasione crediti, cuius cessionem à Philonardis reportauerat, fuisse conuentum, dum in eodem Monitorio clarissimè enunciatur occupator bonorum vigore cessionis illi factæ sub die 30. Augusti, & 15 Octobris 1649. per acta Simoncelli, vt in Summario Cauallerini *n. 2.* Præcipuè dum in actis postea factis euidenter apparet
Gambirasium hoc nomine fuisse conuentum, † & Moni- 2
torium, sicuti Libellus, cuius loco successit ex relatis per Posth. *de manut. obseruat. 78. n* 10. Rota *decis. 518. n. 6 par. 5. & decis. 4. n. 24 par. 7. rec.* ex actis successiuè in Causa pro-
secutis † declarationem recipere solet post Paris Rollan. 3
à Vall. *cons. 41. n. 24. lib. 2.* Rota apud Duran. *decis. 327. nu. 11. & 12. & in Anconitana Censuum 11. Decembris 1641. §. quod apparet etiam in fin. coram Reuerendissimo Domino meo Cerro Decano*, & vlteriùs actum fuit in iudicio Saluiani
Summario, † in quo non quid petitum. Sed quid in meri- 4
tis causæ, & prosecutione Iudicij legitimè probatum fuerit attenditur, Rota apud Mangil. *de subhastat. decis. 69. n. 3. & in Imolen. Census 30. Ianuarii 1662. §. ad effectum enim coram Domino Cardinali Celso.*

Nec

Nec pariter obstat repetitum obiectum, quod Cauallerinus illos de Philonardis citare tenebatur, dum contra nomen debitoris eorundem agere intendebat. Placuit enim Dominis responsio, quod in actione personali hoc procedere posset, secus autem, dum hypo-
5 thecaria actum fuit, & in remedio vtilis Saluiani, † in quo Iudicio tria tantùm extrema, de quibus supra Iustificanda sunt, absque alia discussione, ut per Surd. *cons.* 4. *num.* 28. *& seqq.* Rota *decis.* 760. *num.* 2. *in fin. par.* 2. *recent. cum aliis in §. prout opponi*.

Quo verò ad partem bonorum Flaminij, cuius retentionem sibi competere, dicebat Gambirasius tanquam eiusdem Creditor anterior, Domini non fuerunt concordes, alij enim de credito sufficienter constare existimabant ex partibus librorum eiusdem Gambirasij, quibus tanquam publici Mercatoris fides præstari solet, concurrentibus adminiculis legalitate scilicèt scribentis,
6 & instrumento Cambij † pro solutione debiti in libris descripti successiuè celebrato, Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 129. *& seqq.* Menoch. *de arbitrar. cas.* 91. *num.* 19. Roll. à Vall. *cons.* 92. *numer.* 6. *lib.* 3. Rota *decis.* 101. *numer.* 2. *par.* 4. *recent.* Vndè inferebatur quod cum Cauallerinus esset Creditor solummodò Reu. Patris Domini Marcelli, & Ioannis Petri, non autem prædicti Flaminij, licèt hic prædecesserit, eiusque portio ad alios fratres debitores, iure hæreditario peruenerit. Cum tamen idem Flaminius ex persona propria esset debitor Gambirasii, vt supra, bona cum suo onere ad hæredes
7 deuoluta sunt. Et † proindè potior in bonis hæreditarijs esse debet Creditor defuncti Creditoribus quantumuis anterioribus hæredis, Altograd. *consil.* 4. *num.* 15. *& 16. lib.* 1. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 35. *num.* 1. *& seqq.* Salgad. *in Labyrint. Creditor. par.* 1. *c.* 9. *nu.* 5. *& seqq. cum aliis per* Rotam *in Romana, seu Iannen. locorum Montium* 17. *Maii* 1658. *§. Quia verò coram R. P. D. meo Priolo*.

E conuerso autem alii de credito Gambirasij valdè dubitabant, cum pro parte Cauallerini plura contra partitas librorum deducebantur, & signanter, quod extractæ fuerunt ex libro non giornali, nec Magistro,
8 † sed ex quodam Libro, vulgo vt dicitur *à Mostra*, qui introitum, & exitum non continet, & cum libro *Magistro* non concordat, & proindè nullam probationem facit, Menoch. *cons.* 269. *num.* 26. Rota *decis.* 558. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* Et Instrumentum Cambij à Flaminio celebratum non fuit, sed à fratribus, nec ab ipso vnquam ratificatum fuit, & in omnem euentum partitæ respectu Flaminii, non cantat nisi pro exigua quantitate scutorum 200. circiter; vndè frustrà prætendit Gambirasius ex illis integram quantitatem debiti, ex qua creatum fuit cambium indè iustificare. Cum potiùs è conuerso ex fructibus bonorum tanto tempore perceptis creditum
9 esset illiquidum, † ratione cuius non datur retentio, nec impeditur immissio, Rota *decis.* 30. *numer.* 14. *& 15. par.* 8. *recent. Romana Vineæ, seu Saluiani* 22. *Iunii* 1648. *§. His positis coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in d. Romana Saluiani* 9. *Iunii* 1660. *coram me*, *§. Nec suffragari potest in fin.*

Vndè de his quidquam sit, responsum fuit standum esse in decisis præterquam ad portionem Flaminii, vtraque &c.

In hac eadem causa vltrà Decisionem supra in præsenti parte XV. emanatam in ordine decis. 209. adest alia in præcedenti parte XIV. recentiorum quæ est Decisio 394.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Census, seù Fideicommissi.

Lunæ 1. *Iulij* 1669.

ARGVMENTVM.

Associationis Remedium pro fructibus Census, petitum in vim clausulæ, *Constituti*, in Instrumento appositæ non impeditur, neque retardatur per exceptionem subrogationis fundi censiti in locum, aliorum bonorum ab hærede grauato alienatorum, quoties, vel illa turbida appareat, vel propter detractiones eidem grauato competentes penitùs excludebatur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio facta ab hærede grauato de bonis ab eo acquisitis in locum aliorum fideicommissariorum alienatorum.*
Vbi est turbida non impedit associationem pro fructibus census petitam ibid.
Associatio, ac etiam immissio ad fundum censitum in vim clausulæ, constituti, *non impeditur per exceptiones turbidas, num.* 1.
2 *Correspectiuitas Contractuum, seù Actuum ex illorum vicinitate præsumitur.*
Actus, seu Contractus modico temporis interuallo inter se celebrati, vnus præsumitur factus in gratiam alterius, num. 2.
3 *Subrogatio non dicitur si primo loco acquisitio præcesserit, deindè verò alienatio secuta sit.*
Bona empta ab hærede grauato pro se, & hæredibus cum clausula, ad habendum, & pleno iure disponendum, *non dicuntur acquisita ad effectum illa subrogandi pro fideicommisso, num.* 3.
Subrogandi animus excluditur ex acquisitione proprio nomine facta, & aliis de quibus, num. 3. *&* 4.
4 *Libertati bonorum nihil magis repugnant quàm vinculatio, illorumque subiectio fideicommisso.*
5 *Subrogatio ad hoc vt ex coniecturis deducatur, quæ requiruntur, & supra num.* 1. *in fine, & num.* 2.
Subrogatio non resultat vbi constat de expressa, & positiua voluntate in contrarium, num. 5.
Versio pecuniarum ad effectum subrogationis requiritur, idque incontinenti, & contemporaneè ad subsequutam alienationem, & acquisitionem bonorum, num. 5.
6 *Reintegratio Fideicommissario conceditur ad bona propria hæredis grauati, qui scienter, & mala fide fideicommissum distraxit.*
7 *Reintegratio in bonis proprijs hæredis grauati alienantis non datur, quoties illi detractiones competebant.*
Alienationes factæ ab hærede grauato præsumuntur factæ in causam detractionum sibi competentium, num. 7.
mala Fides, & dolus in hærede grauato alienante bona fideicommissi excluduntur ex capite detractionum sibi competentium, num. 7.
Hypotheca nulla, neque reintegratio competit fideicommissario in bonis proprijs hæredis grauati alienantis, quoties cessat dolus, & mala fides, num. 7.
Fideicommissarius habet actionem directam persequendi res ab hærede grauato malè alienatas, num. 7.
8 *Hæres quis esse probatur si possidet bona sui Auctoris defuncti.*
9 *Soluens ex iure cesso, non sibi præiudicat ex nouo iure illi posteà superueniente.*
10 *Solutio dubia, & indeterminata non suffragatur ad effectum manutentionis.*

DECISIO CCCLXXXV.

BENEDICTVS Victorius in Testamento condito de anno 1561. sibi heredes vniuersales instituit Antonium, Cæsarem, Victorium, Hieronymum, & Andream filios, inter quos, & eorum descendentes ordinato perpetuo fideicommisso, prohibuit alienationem bonorum præterquam in casu alicuius euidentis necessitatis, ac vtilitatis, *vt in Summario num.* 1.

Defuncto Testatore, fuit inter hæredes deuentum ad diuisionem bonorum, & collatis in Andream inter cætera Prædijs Gauasetti, Rubizzani, & Saletti, Vincentius illius filius de anno 1593. de mense Decembris deuenit ad illorum alienationem pretio libr. 35169. sed priùs de mense Octobris eiusdem anni acquisierat Prædium Minerbij per libr. 35640. soluen. in pluribus paghis, & dilationibus, & postea de anno 1605. super eodem Prædio Minerbij imposuit censum scutorum 3000. ad fauorem M. Antonij Sabatini, cuius fructus cum persequeretur Iunipeta eiusdem M. Antonij successitrix aduersus Victorium à dicto Testatore descendentem, obtinuissetque ab A. C. mandatum de associando ad fundum censitum, Domini illud esse exequendum responderunt.

Moti

Moti sunt ex eo, quia non constitit de pretensa subrogatione Prædij Minerbij in locum aliorum fideicommissariorum, vel saltèm illa adeò turbida apparuit, vt im-
1 pedire non valeat immissionem, † seù associationem ad fundum censitum in vim constituti in Instrumento contenti, ad Rotam post Cenc. *decis.* 231. *numer.* 7. *coram* Eminentissimo Otthobono *decis.* 156. *n.* 25. *& coram* Reuerendissimo Royas *decis.* 109. *num.* 10. *&* 11. Subrogatio autem deducebatur respectu Prædij Saletti à positiua expressione Vincentii venditoris, ibi: *Ex nunc subrogauit, & subrogatam esse voluit tantam, ratam, & partem antedictæ possessionis, sicut supra eidem D. Vincentio venditæ, quæ capiat summam libr.* 16083. *& quam suppositam esse voluit antedicto fideicommisso, & prohibitioni de non alienando, vt supra per d. D. Benedictum in omnibus, & per omnia prout possessio dicti D. Vincentij vendita DD. de Scappis erat subiecta, & supposita omni meliori modo.*

Respectu verò Prædiorum Gauasetti, & Rubizzani ea dicebatur resultare ex contemporanea illorum alienatione cum Prædio Saletti non multum distante ab emptione Prædij subrogati; hoc enim acquisitum fuit sub die 6. Octobris 1593. *Summario Victorii nu.* 3. illa verò alienata sub die prima, ac 11. Decembris eiusdem anni *Summ. num.* 4. *& sequen.* Ex huiusmodi enim actuum vicinitate
2 correspectiuitatem præsumi, † & quod vnus fuerit factus in gratiam alterius, tradiderunt in specie Gratian. *discept.* 624. *num.* 10. *cum pluribus seqq.* Giurba *decis.* 115. *num.* 20. *&* 21. Guttierez. *pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 47. *num.* 5. Rota *penes* Giouagn. *resp.* 23. *num.* 19. *& seqq. lib.* 2.

In contrarium tamen obseruabant Domini Prædium Minerbij acquisitum fuisse antecedenter ad bona alienata, & proinde impropriam esse subrogationem in locum
3 non adhuc vacantem, † præcipue quia Emptio fuit stipulata à Vincentio pro se, & hæredibus cum clausula, *ad habendum*, & cum facultate, liberè, & pleno iure disponendi *Summ. Iuniperæ num.* 2. vndè excluditur animus dictum Prædium subiiciendi fideicommisso, quod ex se negat omnem possessionem disponendi, & eo ampliùs, quia in ipsomet Instrumento census profitetur Vincentius idem Prædium ad se liberè, & pleno Iure spectare, nullique fideicommisso purificato, seù purificando fuisse obnoxium *d. Sum. Iuniperæ num.* 1. & ita quæcumque inten-
4 ta subrogatio etiam ab initio videtur † exclusa; nihil enim magis repugnat libertati bonorum; quàm vinculatio, illorumque subiectio fideicommisso, inquit Oldrad. *cons.* 225. *num.* 10. *& cum eo* Surd. *cons.* 143. *num* 23.

Hinc respondendo ad coniecturas superiùs oppositas dicebant DD. procedere posse, vbi de expressa; & positiua voluntate in contrarium non constat, vel aliàs de versio-
5 ne pretii in fundum subrogatum appareret; † Idque incontinenti, & contemporaneè ad sequutam alienationem, in quibus terminis loquitur Gratian. *dicta discept.* 624. *nu.* 10. Gutrierez. *pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 47. *num.* 5. Giouagn. *respons.* 23. *num.* 10. *lib* 2. & alii in contrarium adducti. Quod etiam videtur sensisse Testator in iis verbis, ibi: *licita sit alienatio talium bonorum, dummodò pretium omninò conuertatur in Emptionem aliorum bonorum stabilium d. Summ. n.* 1.

Neque obstat in omnem casum fideicommissarlis com-
6 petere reintegrationem ad bona propria grauati, † qui scienter, & mala fide fideicommissum distraxit, ad tradita per Thesaur. Iun. *quæst.* 84 *lib.* 1 Ciriac *controu.* 282. *num.* 8. *& seqq.* Giouagn. *d. respons.* 23. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. *cum aliis in Romana Census, seù Saluiani* 5 *Maii* 1655. §. *quarto demum coram Reuerendissimo D. meo Decano & in Ciuitatis Castelli bonorum* 27. *Aprilis* 1661. §. *præterea coram R. P. D. Beuilaqua.* Etenim responsum fuit etiam huiusmodi exceptionem reddi turbidam propter detractiones tunc temporis competentes Vincentio, qui sicut in hanc causam
7 præsumitur alienasse, † ita indè excluditur mala fides, & dolus, sine quibus nulla hypotheca, vel reintegratio competit fideicommissario, cui remanet via directa persequendi res malè alienas Peregrin. *de fideicomm. art.* 4 *num.* 14. *&* 15. Cancer *var resolut lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 104. Fusar. *de substit. quæst.* 611. *n.* 4 Merlin *de pign. lib.* 3. *quæst.* 3. *n.* 7. *cum seqq.* vbi opinio Thesaur. ac Ciriac. *reprobatur, & censuit* Rota *coram bo. mem.* Dunozetto Iuniore *decis.* 836. *n.* 11. *& decis.* 869. *ex nu* 23. *cum aliis in Ciuitatis Castellanæ fideicommissi* 4. *Iulii* 1659 §. *Primo quia coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Replicatio verò, quod detractiones fuerint consumptæ mediante sententia confiscationis, de qua in *Summ. nu.* 13. visa non est concludens, dùm illa respicit portiones legitimæ, & Trebellianicæ spectantes simpliciter ad Andream, & Hieronymum, non autem cæteras spectantes ad alios fratres, & præsertim ad † Cæsarem, cuius ipse Vincen- 8
tius venditor probatur hæres ex quo eius bona conuincitur possedisse *vulg. l. gerit ff. de acq. hæred.* Rota coram Gregorio *decis.* 98. *num.* 1. *& coram bo. me. Dunozetto decis.* 839. *nu.* 5. *& seqq. cum aliis in firmana fideicommissi* 14. *Iunii proximi præteriti* §. *finali coram me.*

Cæterum quo ad alterum dubium, aliumuè dubii partem, an Iuniperæ sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi censum, visum non est DD. fieri posse fundamentum super solutionibus factis ab eodem Victorio de annis 1664. & 1665 adhuc Patre viuente, quia aduertendum est in facto vsque de anno 1658. initam fuisse inter ipsos Patrem, & filium transactionem, in qua Benedictus Pater reseruato sibi inter cætera fideicommisso, de quo agitur, cessit omnia bona eidem Victorio filio, qui se obtulit soluturum eius debita, ad effectum tamen acquirendi Iura à Creditoribus, & cum expressa protestatione, quod nullum Ius iis acquireretur contra ipsum Victorium in ordine ad fideicommissum. Vndè quatenus ipse Victorius ex iure cesso soluerit Iuniperæ Credirrici Benedicti, † non inde sibi præiudicauit ex nouo iure fi- 9
deicommissi post eius mortem superuento stante dicta protestatione Eminentissimus Otthobonus *decis.* 48. *num.* 5. & aliàs sufficeret solutionem quoquo modo esse dubiam, atque indeterminatam, † ne suffragaretur ad ef- 10
fectum manutentionis, vt adnotauit Mascard. *de probat. concl.* 1186. *nu.* 23. *& seq.* Posth *in suo tract. de manutenen. obser.* 23. *num.* 4.

Et ita vtraque &c,

Præsens Decisio fuit confirmata per duas alias Decisiones immediatè subsequentes.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien Census.

Lunæ 7. *Maij* 1674.

ARGVMENTVM.

Prosequitur præsens Decisio eamdem materiam Decisionis præcedentis mandati de associando in vim clausulæ, *Constituti*, impositi super bonis propriis hæredis grauati, quæ frustra à fideicommissario subrogata prætenduntur, dum ratione detractionis legitimæ quælibet impositio, & alienatio sustinetur, Hinc respondetur etiam ad obiectum consumptionis eiusdem legitimæ, ex prætensa sententia confiscationis, quæ non probatur executioni demandata.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia mandati de associando innititur clausulæ*, constituti, *in Instrumento impositionis census apposita.*
Associatio semper Constitutario conceditur in vim clausulæ, constituti, *in Instrumento contentæ, num.* 1.
2 *Census ab hærede grauato impositus super bonis fideicommissi, vel super re alienari prohibita vsque, & ab initio remanet nullus.*
3 *Census impositus super bonis fideicommissi à die obitus hæredis grauati resoluitur.*
4 *Bona empta ab hærede grauato verè, & realiter numquam dici possunt fuisse in bonis fideicommittentis.*
Bona subrogata in locum bonorum fideicommissi efficiuntur fideicommissaria non secus ac si fuissent ab initio fideicommisso supposita, num. 4.
5 *Census impositus super bonis, quæ pro aliqua parte prætenduntur subrogata pro fideicommisso, sustinetur super remanenti portione libera.*
Libræ Bononienses quindecim millia constituunt summam scutorum trium millium monetæ Romanæ, num. 5.
6 *Bona empta ab hærede grauato frustra subrogata prætenduntur à fideicommissario, si eidem grauato detractiones competebant.*

Bona

Bona fideicommissi pro legitima alienari possunt tanquam libera, nulloque fideicommisso suppposita, num.6.

7 *Legitima filiorum est hæreditatis semis, quoties filii fuerint numero quinque, vel plures.*

8 *Hæres præsumitur ille, qui possidet bona defuncti.*

9 *Census à fideicommissario impositus super bonis fideicommissi sustinetur super portione libera.*

10 *Inuentarii exceptio non suffragatur hæredi pro quantitate bonorum penes ipsum existentium.*

11 *Hæres etiam beneficiatus donec rationes non reddat non potest euitare solutionem fructuum census ab eius auctore impositi.*

Hæres cum beneficio legis, & Inuentarii non potest impugnare factum defuncti, & quando cum.11.

12 *Legitima ex sola sententia confiscationis non probatur consumpta, nisi vlterius verificetur eamdem sententiam fuisse executioni demandatam mediante apprehensione bonorum, illorumque incorporatione.*

Census impositio semper sustinetur suprer portione libera, quamuis ille super alia parte imponi nullimè potuisset d. num.12.

13 *Exceptio subrogationis fideicommissi turbida, & ex parte fideicommittentis requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio associationis ad retardandam solutionem fructuum census.*

DECISIO CCCLXXXVI.

DIXERVNT Domini procedendum esse ad legitimam executionem mandati de associando ad Prædium Minerbij censitum aliàs fauore Iuniperæ Sabbatinę ad effectum se satisfaciendi de fructibus census scut. 3000. in sorte non solutis expediti quia de illius validitate constat, cum fuerint in eius expeditione seruata omnia de iure seruanda, & iustitia innititur clausulæ, *Constituti*, &
1 precarij in Instrumento impositionis insertæ † cuius vigore associatio semper conceditur Constitutario, Negusan. *de pignor. 4. par. princ. n. 14. vers. istud tamen* Natt. *cons. 378. nu. 1. in term.* Cenc. de cens. *quæst. 94. nu. 13. per plures seqq.* Rota post eundem *decis. 149. per totam*, & *decis. 542. & passim.*

Neque censum tanquam impositum super dicto prædio Minerbij fideicommissario Benedicti Sen. à Vincen-
2 tio hærede grauato, † & sic super re alienari prohibita, prętendi potest vel ab initio fuisse nullum Cenc. de Cens. *quæst. 19. nu. 5 & seqq.* Rota coram Dunozett Iun. *decis.*
3 *622. nu. 4.* vel saltèm à die obitus Vincentij † impositoris resolutum idem Cenc *mox citat. quæst. 19. num. 1. & seqq.* Duard. *cod. tract. quæst. 7 nu. 45.* Rota coram Seraph. *decis. 757. num. 5. in recent. decis. 216. num 1. par. 11.* quia verè dictum Prædium nunquam fuit in bonis Benedicti fidei-
4 committentis sed ab ipso Vincentio emptum † & quatenùs prætendatur subrogatum in locum prædiorum Saletti, Rubizzani, & Gauazzetti à fideicommittente relictorum ita ut euaserit fideicommissarium non secus ac si fuisset ab initio fideicommisso suppositum, ad tradita per Pacif. de Saluian. *inspect. 3. cap. 4. nu. 338. & seqq.* Surd. *decis. 15. num. 22.* Rota *decis. 164. nu. 15. par. 7.* coram Celso *decis. 181. num* 34. de subrogatione tamen expressa non constat nisi pro rata librarum 16083. in locum prædij Saletti *Summ. Iuniperæ impresso nu. 5.* Cum autem prædium Minerbij censitum fuerit emptum pro libris 35640. *d Summ.*
5 *impresso num. 2.* † super remanente portione librar. 19557. sufficienter sustinetur impositio censusdd. scut. 3000. constituentium lib. 15. mil. tantum Rota post Cenc. de Cens. *decis. 65. n. 16.* cum ibi concordantibus coram Royas *decis. 428 nu. 2. in rec. decis. 464. nu. 3. & 4. par. 13.*

Subrogatio autem tacita in locum aliorum prædiorum Rubizzani, & Guazzetti deduci non potest ex eo quod ex istorum pretio fuerit emptum dictum prędium censitum, quia omissis alijs responsionibus dictum fuit frustra agi de
6 subrogatione † vbi bona prædicta ratione detractionum in bonis fideicommitentis competentium pro legitima alienari potuerunt tanquam libera nulloque fideicommissi vinculo supposita *vulg. l. quoniam in prioribus Cod. de inoff. test. cum concordantibus per* Rota coram Peuting. *decis. 314 nu. 1.* Cum enim Benedictus fideicommittens haberet quinque filios Antonium scilicèt. Cæsarem, Victorium, Hieronymum, & Andream, quos omnes hæredes
7 † instituit, medietas bonorum ab eo relictorum iisdem filijs libera pro eorum legitima remansit per *tex. in Aut h. nouissima C. de inoff. test.* & cum Andreas fuerit hæres omnium prædictorum fratrum ex quo eorum portiones pos-

sedit, † & ab isto deuenerit in Vincentium eius filium 8
censusimpositorem, & nouissimè etiam de præsenti in Victorium Reum conuentum *Summ. additionali Iuniperæ nu. 2. & 5. ad text. in l. gerit ff. de acquir. hæred.* Surd. *cons. 457. num. 32.* Rota coram Millin. *decis. 44.* & coram Greg. *decis. 98. vtrobique nu. 1.* coram Cocc. *decis. 607. nu. 7. in terminis* coram Dunoz. Iun. *decis. 839. num. 5. in recent. decis. 639. num. 2. par. 2. cum aliis in decis. Reuerendiss. D. mei Decani §. fin.* sequitur quod etiamsi census fuisset impositus super bonis fideicommissi, adhuc impositionem à Vincentio factam, in quem omnia bona deuenerunt † super por- 9
tione libera sustineri, Peregr. *de fideicomm. art. 39. num. 4.* Mangil. *de imput. quæst. 136. num. 5.* & emissis generalibus Rota *in Perusina fideicommissi de Americis coram Orano, penes* Honded. *cons. 58. num. 92. lib. 1.* post Cenc. de Cens. *decis. 68. num. 6. decis. 69. num. 16. decis. 70. num. 1. decis. 71. num. 13. & magis præcisè decis. 299. num. 1. par. 9. recent. cum aliis in Romana Census 20. Iunii 1672. §. licet enim coram me.*

Neque Victorio reo conuento suffragari potest quod sit hæres cum beneficio legis, & Inuentarij, † quia huiusmo- 10
di exceptio non opitulatur hæredi pro quantitate bonorum penes ipsum existentium Ceph. qui dat concordantes *cons. 352. num. 36.* Posth. *de manut. obser. 55. nu. 9.* Rota coram Greg *decis. 418. nu. 6. & 7.* coram Bichio *decis. 37. num. 3. in recent. decis. 351. sub num. 3 par. 4. tom. 1. & decis. 165. nu 5. par. 12. & passim.* Et cum insuper idem Victorius sit hæres prædicti Vincentij census impositoris *d. Summ. additionali Iuniperæ nu. 2.* donec, & quousque per ipsum non fuerit reddita ratio, census solutionem recusare non pote-
rit, † nec aliter sui Auctoris factum impugnare Rota co- 11
ram Gregor. *decis. 67. nu. 13. & d. decis. 418. nu. 6. & ibi Adden. nu. 15.* coram Buratt. *decis. 154 nu. 8. & in recent. decis. 67 nu. 1. par. 11. & decis. 371. num. 11. par. 13.*

Prout nec etiam suffragatur Victorio prædictarum detractionum consumptio ex eo quod in vim sententiæ confiscationis Antonius alter frater soluerit Sanctiss. Inquisitioni pro Hieronymo, & Andrea inquisitis libr. 2125 † 12
præter quam quod enim non docetur dictam sententiam fuisse executioni demandatam mediante confiscatione bonorum, & illorum apprehensione adhuc in portionibus aliorum fratruum aderat tanta pars libera, super qua sustinetur census impositio Duard. *de cens. §. 1. qu. 3 nu. 6. & 10. cum seq. in terminis* Rota *præcit. decis. 64. num. 1. 2. & 3. cum seqq.* post Cenc. de Cens. coram Merlin. *decis. 305. nu. 7. in recent. decis. 29. nu. 4. par. 9. & decis. 463. nu. 2. & 3. par. 13. cum aliis in præcitata decis. huius causæ, §. fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et tandem cum exceptiones prædictæ, quas proponit Victorius sint turbidæ, † & ex parte sui altiorem requi- 13
rant indaginem non sunt admittendæ in hoc iudicio executiuo ad retardandam census solutionem in terminis, Rota *decis. 559 nu. 9. & per totam par. 1. recent. cum ibi concordan.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

In hac eadem causa emanauit tàm Decisio hic immediatè antecedenter apposita, quàm alia, quæ postea subsequitur.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononiẽ Census.

Lunæ 1. Iulij 1675.

ARGVMENTVM.

Idem est articulus duarum Decisionum præcedentium; Mandati scilicèt de Associando pro fructibus census ad fundum censitum relaxati, quod eadem exceptione subrogationis bonorum fideicommissi retardari prætendebatur; Sed eadem exceptione sic vt supra reiecta, excluditur etiam nouus motiuus redditionis rationis de bonis hæreditarijs defuncti ab hærede prætensæ, ea ratione quia huiusmodi exceptio in hoc iudicio reali mandati de associando ad illius retardationem admittenda non sit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Associatio semper conceditur Constitutario ad bona censita vigore clausulæ*, constituti, *in Instrumento impositionis census appositæ.*

2 *Associatio non competit pro censu imposito ab hærede grauato super bonis fideicommissi.*

3 *Bona empta ab hærede grauato nunquam dici possunt, quod fuerint in bonis fideicommittentis.*

4 *Census impositio semper sustinetur super portione libera, quamuis ille super remanenti portioni imponi nullatenùs potuisset.*

5 *Subrogatio bonorum hæredis in locum bonorum fideicommissi, quando ex pecuniis retractis ex prædiis fideicommissariis, & ex præcepto Testatoris dicatur inducta.*

6 *Legitima filiorum, qui fuerint numero quinque est medietas omnium bonorum Patris.*

7 *Præceptum Testatoris de subrogando pro fideicommisso bona alienata non obligat filios, qui ratione eorum legitimæ liberè distrahere poterant.*

8 *Nepos Testatoris in quem deuenerunt bona filiorum illius, potest ratione legitimæ dd. filiis competentis, super iisdem bonis censum imponere.*

Nepos conuincitur esse hæres de suis Patruis, si eorum bona in ipsum peruenerunt, num.8.

9 *Sententia, quæ non apparet executioni demandata, non probat consumptionem legitimæ.*

10 *Scripturæ in actis non productæ nullam fidem merentur.*

11 *Retentio non datur pro creditis, de quorum anterioritate, vel existentia non constat.*

Cessio non suffragatur Cedenti, nisi concludentèr doceatur de existentia crediti cessi.

12 *Redditio rationis de bonis hæreditariis ab hærede petita in iudicio reali à Creditore census pro illius fructibus ab bona censita introducto minimè suffragatur.*

Associatio, seù aliud quodcumque remedium reale pro fructibus census ad rem censitam Creditori conceditur aduersus quemcumque tertium possessorem, etiamsi ille titulo particulari possideat, nu.12.

Associatio pro fructibus census ad rem censitam, quæ datur etiam contra tertium, eo magis contra hæredem conceditur, quamuis ille de redditione rationis excipiat, num.12.

13 *Exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem reiiciuntur à iudicio mandati de associando pro fructibus census à Creditore introducto.*

DECISIO CCCLXXXVII.

AD legitimam executionem mandati de associando ad prædium Minerbii censitum fauore Iuniperæ Sabbatinæ expediti esse procedendum ad effectum se satisfaciendi de fructibus census non solutis, responsum fuit sub die 7. Maii superioris anni, cuius decisionis fundamenta in hodierna propositione examinata, cum placuerint DD. illam esse confirmandam decreuerunt.

Adiecta namque reperitur in Instrumento impositionis census clausula, *Constituti*, † vigore cuius, ad faciliorem census exactionem semper conceditur Constitutario associatio ad bona censita, quoties Debitor census est morosus in solutione fructuum, Tiraquell. *de constitut. possess par.1. nu 43.* Men. *de adipisc remed.5.nu.140.* Merl. *de pignor lib.4.qu.120. num.19. & 20.* Rota cor. Duran *dec.49. per tot.* cor. Merlin. *dec.305. nu.2. cor. Dunoz Iun.dec.87 in fine*, & passim in aliis. 1

Nullo præbente huic associationi impedimento fideicommisso per Benedictum Victorium Seniorem super eius bonis † ordinato per ea, quæ tradit Bocacc. de Censi. *par.2.n.82.* Fusar. *de substit. qu.706. nu.2. cum aliis in Asculana fideicomm. 20. Nouembr. 1669 cor. Eminentiss. Cerro.* 2

3 Quia verè prædium hoc nunquam fuit in illius bonis, † sed acquisitum per Vincentium eius Nepotem eiusdem census impositorem pretio librar. 35640. Sum. Iuniperæ impresso præteritæ positionis num 2. Et licet subrogatum prætendatur loco Prædiorum Saletti, Rubizzani, & Guazzetti, quę erant in bonis fideicommittentis, & ab ipso Vincentio fuerunt distracta. De expressa tamen subrogatione non constat, nisi pro rata librar. 16083 loco prædii Saletti d. Summ. impresso num.5. firma remanente impositione census † super reliqua portione libera valoris librarum 19557. Duard. *de censib. §. 1. qu.3. num.6. & 10.* Rota post Cenc. de Censi. *dec.69 num.16. in rec. dec.29. num.4* præter alios in decisione quæ reuidetur, §. *Neque Censum allegatos:* Neque tacita valuit induci ex acquisitione dicti prędii censiti cum pecuniis retractis ex iisdem prædiis fideicommissariis, † & ex præcepto Testatoris in subrogationem Distractorum inuestiendis, ad tradita per Rotam *dec.38. & dec 70. per tot. par.9. rec* Quia cùm propter numerum quinque filiorum, quos habebat Testator, † medietas bonorum ab eo relictorum inseruierit pro eorum legitima, *per Tex. in auth. nouissima C. de inoff. test. & in corpore vnde sumitur, § 1. auth. de trient. & semiss.* nullum Testatoris præceptum vrgere potuit filios ad subrogandum alia bona in locum eorum, † quæ ratione legitimæ, liberè, & absque vllo penitùs onere distrahere potuerint per celebrem *text in l. quoniam in prioribus Cod. de inoff. test.* qua subrogatione cessante, portio dicti prædii Minerbii remansit libera, & super ea validè consistere potuit impositio census à Vincentio facta in quem, per confessionem ipsius Victorii rei conuenti, Summ. addit. responsionis Iuniperæ præteritæ posit. num 2. & in præsenti nu. 5. † portiones cæterorum fratrum deuenisse constat in terminis Rota *dec.199. num.1. par.9. rec. & in Rom. Census 20. Iunii 1672. § licet enim cor. me*; & ex aliis omnia hęc in Iure, & in facto probat decisio, quæ reuidetur §. *subrogatio per totum.* 4 5 6 7 8

Neque harum detractionum consumptio potest desumi, vel ex eo quod Antonius alter frater soluerit Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis pro Hieronymo, & Andrea fratribus inquisitis libras 2125. vel ex aliis figuratis alienationibus ab ipso Andrea factis. † Quia quoad dictas libras 2125. iam fuit responsum executioni demandatam non apparere sententiam condemnatoriam, & in omnem casum, adhuc superesse tantam partem liberam super qua sustineri poterat census impositio ex superius relatis, & aliis pluribus in decisione, quæ reuidetur §. *prout etiam.* Quò verò ad cæteras alienationes de illis nullatenùs constare, cum non fuerint per Vincentium, † quamuis sæpiùs citatum in actis productæ *ad l. acta, ff. de re iudic.* Guidopap *dec.241. cum vulgat.* 9 10

Nullius similiter momenti visa est exceptio retentionis à Victorio in memoriali pro noua audientia oppositæ pro creditis anterioribus ab eo per Cessionem acquisitis contra hæreditatem Benedicti fideicommittentis, † quia nec de illorum anterioritate, nec de illorum subsistentia docet, sine quibus cessio non suffragatur, *l. si nomen, ff. de hæred vel act. vend.* Aldouin. *consf. 42 num. 18 & seq.* Rota penes Pacif. de Salu. *decis.162. nu. 6. & 7. cor. Bichio dec.131. in fine in rec. dec.114. num.14. par.5.* 11

Vlteriùs cum ex altero motiuo decisionis, quæ reuidetur § *neque in eo consistente*, quod Victorius tamquam hæres Vincentii census Impositoris non possit illius solutionem impugnare quousque per eum reddita non fuerit ratio, occasionem hodiè arripuerit idem Victorius petendi electionem Periti Curialis, qui rationem quam exhibet reddendam referat, & interim supersederi in executione † mandati; responsum fuit effectum huiusmodi instantiæ in hoc associationis iudicio parum prodesse Victorio; minùsque nocere Iuniperæ, quæ actione reali agit contra prędium pro fructuum consecutione; quidquid sit de illius Possessore, etiamsi fuerit tertius, & titulo particulari possideret Cenc. de Censi. *quæst.94. num 16. & seq.* Rota coram Merl. *dec 876. num.1. & post d.* Cenc. *dec.149. num.3. & dec.150. num.2. & seq.* 12

Et demùm cum hæ omnes exceptiones sint turbidæ, requirantque altiorem † indaginem ab hoc Iudicio executiuo veniunt reiiciendæ, vt ex punctuali *dec.559 num.9. & per totam par. 9. rec.* dictum fuit in decisione, quæ reuidetur §. *finali.* 13

Et ità Iunipera tantùm informante Victorio, verò sæpiùs citato, & sub variis prætextibus informare recusante resolutum fuit.

Hæc Decisio est in eadem causa aliarum duarum Decisionum antecedentium.

R. P. D. VICECOMITE.

Bononien. Census super mandato de manutenendo.

Lunæ 1. Iulii 1675.

ARGVMENTVM.

Creditor existens in quasi possessione exigendi fructus sui census debet in illa manuteneri, & successiuè continuare, etiam aduersus quemcumque rei censuatæ tertium possessorem, ea ratione quia cum in huiusmodi remediis retinendæ possessionis, quasi possessio non dimetiatur ex persona Rei conuenti, sed ex parte ipsius Actoris, quælibet mutatio personæ eamdem quasi possessionem non tollit.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo probatur etiam ex partitis Bancorum.*

2 *Manutentio conceditur existenti in quasi possessione exigendi fructus census.*

3 *Protestatio debitoris soluentis non præiudicat creditori existenti in quasi possessione exigendi, & num. 4.*

Protestatio facta à Debitore soluente non præiudicat Creditori, cui solutio erat omninò debita, nec poterat alitèr euitari, num. 3. & 4.

4 *Protestantis Debitoris in arbitrio esse non debet, quo minus solutio debiti Creditori debeatur.*

5 *Quasi possessio soluendi, & respectiuè exigendi non dimetitur ex parte Rei, sed Actoris.*

Mutatio personæ Rei, & Possessoris non tollit Actori quasi possessionem exigendi, num. 5.

Manutentio in quasi possessione exigendi acquisita contra antecessorem suffragatur etiam contra successorem, num. 5.

6 *Possessor possidens fundum censitum, illum possidet cum sua causa; itaut in eum transeat quasi possessio soluendi per Creditorem contra antecessorem acquisita.*

7 *Manutentio in quasi possessione exigendi datur contra quemcumque rei solutioni obnoxiæ possessorem.*

Remedium retinendæ possessionis dicitur conceptum in rem, & ideò transit etiam aduersus quemcumque possessorem, num. 7.

8 *Manutentio concedi potest insimul cum mandato de associando, quia hæc duo remedia inter se compatiuntur, nec alitèr repugnant ad inuicem.*

Manutentio in conseruationem possessionis conceditur, vbi verò Associatio ad faciliorem modum exactionis intendit, num. 8.

DECISIO CCCLXXXVIII.

CVM in hac Causa vsque sub 1. Iulii 1669. coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Decano, disputatum fuerit dubium bipartitum, an videlicèt esset exequendum mandatum de associando, & relaxandum mandatum de manutenendo, & quoad primam partem fuerit affirmatiuè responsum, prout ex decisione sub eadem die edita, ad formam cuius fuit lata sententia, per duas deindè decisiones, altera sub die 7. Maii superioris anni, altera sub hodierna propositione coram me confirmata; Quoverò ad secundam partem visum fuit Dominis vsque tunc deducta non sufficere ad concedendam manutentionem. Cum interim per dictam sententiam, & subsequutas resolutiones bonum Ius Iuniperæ, illiusque titulus exigendi huius census fructus vndique clarè apparuerit sub die 13. Maii proximè præteriti elapsi in memoriale rescribi obtinuit, vt iterum disputaretur cum dubio associationis etiam præsens super manutentione, quo proposito, fuit ad fauorem Iuniperæ hodiè resolutum.

Constat siquidem ex partitis Banchi, † quæ ad effectum, de quo agitur, probant Posth *de manut. obseru. 18. num. 35.* Rota cor. Bichio *decis. 216. num. 13. cum duobus seqq.* Iuniperam esse in quasi possessione exigendi fructus huius census à Benedicto Vincentii Impositoris filio, & moderno prædii Minerbii censiti possessore num. 2. † ex cuius exactionis vsu probatur quasi possessio, & manutentio non denegatur ex latè, atque ad satietatem deductis per Posthum. *de manut. obseruat. 35. à num. 1. & per tot.* 1 2

Et licèt in decisione prædicta Reuerendissimi Domini mei Decani dictum fuerit nullum posse constitui fundamentum super solutionibus moderni Victorii de annis 1664. & 1665. propter protestationem in quadam transactione cum Patre facta emissam, quod scilicèt per quamcumque solutionem illius vigore ab ipso faciendam, nullum Ius acquiri potuisset Creditoribus super fideicommisso. Tamen cum in hodierna propositione super mandato de associando, & in præcedenti 7. Maii anni præteriti coram me, prout etiam in eadem Reuerendissimi Decani latè fuerit ostensum à quocunque fideicommisso prædium Minerbii censitum liberum existere, † non valuit protestatio prædicta ius aliquod contra Iuniperam preseruare, cui solutiones census erant debitæ, & de iure non poterant controuerti, *ad l. si quis §. Plerique ff. de Relig. & sumpt. fun.* latè Chartar. *decis. Genuen. 48. per tot.* Gratian. *discept. 33. numer. 16. & discept. 244. num. 37.* benè ad propositum Rota coram Buratto *dec. 46. in fine.* Nec in arbitrio protestantis † erat efficere, vt non deberentur, ex notat. per Bartol. *in l. Alimenta num. 2. C. de negot. gest. & in l. Nesennius in princ. ff. eod.* Dec. *cons. 606. num. 19.* Decian. *cons. 19. num. 38.* Crauett. *cons. 463. num. 21.* 3 4

Verùm quatenùs etiam dictæ census solutiones non essent computandæ, adhuc cum eæ non controuertantur, quas Benedictus Pater Victorii fecit Iuniperæ, prout dictum est de iis constare Summ. num. 1. † & possessio non ex parte Rei sit metienda, sed ex parte Actoris, adeòut per mutationem Benedicti iam Rei, & possessoris in personam Victorii non tollatur quasi possessio exigendi ex parte Iuniperæ Actricis, iuxtà *decis. 629. Guidopap.* quam in his terminis sequitur Rota coram Greg. *decis. 313. num. 3. ibique* Adden. *num. 6. in recent. decis. 35. num. 14. par. 6. coram Dunozett. Iun. decis. 727. num. 3. confirmata dec. 744. num. 2.* Eo ipso quod idem Victorius modo possidet prædium censitum, † illud possidet cum sua Causa, & in eum passiuè transiuit quasi possessio soluendi censum super dicto prædio impositum ab eo possessum, latè Posth. *de manut. obseruat. 56. num. 3. cum duobus seqq.* Cenc. de Censib. *quæst. 92. num. 27.* Rota *post eamdem dec. 232. num. 19.* ea ratione quod remedium hoc retinendæ est conceptum in rem, † quod datur contra quemcunque rei solutioni obnoxiæ possessorem per *text. in l. 1. in fin. ff. de interdict.* Iason. *in in §. quædam numer. 21. 22. & 45. Instit. de act.* Cenc. *qui supra num. 26.* Rota post penes Posth. *decis. 511. num 3. & 4.* 5 6 7

Hinc non releuat obiectum hodiè deductum, quod nempè non sit concedenda manutentio vbi petitur associatio, quasi hæc duo remedia inter se repugnent, † quia manutentio tendit in conseruationem possessionis exigendi fructus, Associatio verò ad illorum faciliorem exactionem, nec ad inuicem contrariantur, sed vnum venit in corroborationem alterius, vt benè respondit Rota *dec. 149 sub nu. 5. cor. Dunozett.* 8

Et ità Iunipera tantùm informante Victorio verò sæpiùs citato, & informare non curante, &c.

Concedit præsens Decisio manutentionem in quasi possessione exigendi fructus census, pro qua vsque tunc deducta in prima decisione huius causæ suprà in ordine 3. visum fuerat Dominis non sufficere.

RE-

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO.
Decano.

Auenionen. Laudi.

Lunæ 29. Maii 1668.

ARGVMENTVM.

Duobus arbitris ad Laudandum electis, ac etiam Tertio in casum discordiæ, si alter ex illis Laudare recusauerit, non ex inde tamen potest Tertius se in Laudando ingerere qua ratione laudum sic pronunciatum remanet nullum, eoque magis si sequitur relationem peritorum, qui infra duos tantum dies ab eorum electione retulerunt, contineatque etiam repetitum anatocismum de vsuris vsurarum ex omni parte prohibitum, aliasque etiam iniustitias à subsequenti Summario colligendas.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter electus in casum discordiæ duorum Arbitrorum, non potest se ad laudandum intromittere eo sub prætextu, quod alter ex Arbitris laudare recusauerit.*

In Laudo cum alio Arbitro discordare aliud est, aliud verò se à laudando abstinere.

2 *Relatio peritorum emanata post duos dies ab electione ipsorum ex nimia temporis breuitate conuincitur insubsistens.*

Periti, qui infrà duos tantum dies ab eorum relatione retulerunt, nimis aperte concluditur illos non adhibuisse sufficientem causæ cognitionem necessariam, num. 2.

Ex nimia Temporis Breuitate perfecta causæ cognitio haberi non potest, num 2.

3 *Alimenta quamuis non imputentur in legitimam, imputantur tamen in illius fructibus, quando petuntur.*

Alimenta succedunt loco fructuum ipsius legitimæ, num 3.

Legitima non alia de causa fuit à iure introducta, quam vt filius habeat vndè, se alere possit, num. 3.

4 *Fructus fructuum sunt vtroque iure probibiti.*

Fœnoris renouatio dicitur anatocismus à iure damnatus, num. 4.

5 *Tutor, seù Curator non tenetur pro eo tempore, quo alius anteà administrauit.*

Tutor, vel Curator non condemnatur ad interesse pecuniæ pupillaris nisi probetur illum habuisse promptam, & tutam occasionem inuestiendi.

6 *Legitima, & alimenta si fuerunt legata vnum non imputatur in alterum.*

7 *Alimenta per viam legati non dicuntur relicta, si testator simpliciter curatoribus ordinauit, quod alerent eius filios mente captos, alieno indigentes auxilio.*

8 *Legari particulariter non potest hæredi vniuersaliter instituto.*

DECISIO CCCLXXXIX.

SVPER sexta parte trientis, qui ex asse hereditatis Nicolai Patris ob nullitatem substitutionis factæ Antonio, & Bartolomæo mente captis, diuisus fuerat inter sex filios Ludouicæ vnius ex tribus filiabus eiusdem Nicolai, transegit cum Francisco Domino della Roque Cassagnes d. mulieris nepos; qui cum postmodum se se læsum in transactione prætenderet, iudicium rescissionis illius contra Ioannem Francisci filium introduxit, inter quos facto compromisso, emanauit Laudum Auditoris generalis Auenionen., de cuius validitate, & Iustitia cum hodie dubitari contigesset, resolutum fuit non constare de validitate, minusue de iustitia Laudi.

Et moti fuerunt Domini in ordine ad nullitatem ex insanabili defectu iurisdictionis; Nam ab initio partes compromiserant, in Payesi, & Eymenier, quibus discordantibus elegerunt in Arbitrum ipsum Auditorem; Propterea cum Eymenier laudare noluerit, & loco illius Auditor laudando nulliter egit, cum non nisi in casu discordiæ arbitrorum iam quidem à partibus electorum arbitrium suum dare valebat, non autem casu quo alter 1
illorum laudare noluisset, cum aliud sit discordare laudando, aliud à laudando abstinere, vt in specie consuluit Alex. *cons. 124. num. 10. & seq. lib. 2.* Dec *cons. 475 num. 40.* Surd. *cons. 433. nu. 33.* Celsus Hugo *cons. 51. nu 9.*

Iniustitia desumitur ex eo, quod laudum sequitur relationem peritorum, qui fuerunt electi ad liquidandum valorem hæreditatis Nicolai; vt inde dignosceretur, numquid condigna, & sufficiens retributio in transactione data fuerit Cassagnes; Et quidquid sit de validitate electionis illorum; certum est quod relatio saluari non potest ab excessu, animaduertendo, quod agebatur de liquidando valore bonorum de tempore obitus Nicolai Patris secuti ferè per seculum ante, & cum non nisi post duos dies ab electione retulerint † ex ista nimia temporis 2
breuitate concluditur non adhibuisse illam sufficientem causæ cognitionem, quam debebant in calculatione fructuum, & recognitione bonorum existentium nedum in Ditione Auenionensi, sed etiam in diuersis partibus Galliæ, vt dixit Bart. *in l prolatum C. de sententiis interlocutoriis omn. iudic.* Socc. Sen. *cons. 92. sub num 12. vers. ex breuitate lib. 4.* Rota *dec. 165. num. 8. cor. Buratt. dec. 507. num. 5. & decis. 570. num. 20. par. 4. tom 2 recent & in Meleuitana bonorum 15 Iunii 1672. §. neque exceptionem coram R. P. D. meo Rondinino.*

Vlterius conuincitur laudum de iniustitia, quia in eodem calculo peritorum non fuerunt detracta alimenta præstita Antonio, & Bartolomæo filiis Nicolai; † quæ 3
licet non imputentur in legitimam, imputantur tamen, & compensantur cum fructibus illius, quando petuntur Etenim alimenta succedunt loco illorum, cum legitima alia de causa, à iure Introducta non sit, quam vti filius habeat vnde se alere possit §. *non licebit auth de trien. & semiss. ibi si vult filiorum non repente fame morientium, sed viuere valentium vocari* P. Menoch. *cons. 627. num. 11. & 13.* Cancer. *var. cap 3. nu 46 par. 1.* Bottiglier. *de success. theor. 5. nu. 11.* Molphes *ad consuetud Neapol. to 2. par. 5. in addit. ad qu. 5. & 6. n. 10.* Franch. *dec. 559. n. 16.* ac etiam quia in eodem calculo fuerunt appositi fructus fructuum, qui non solum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili prohibentur, † cum fœnoris renouatio sit anatocismus à iu- 4
re prohibitus *l. placuit ff de vsur.* Peregr. *de fideic. artic. 36. num. 69* Barri. *de succession. lib. 16. tit. 24 nu. 3.* Faber. *in C. lib. 3 tit. 19 definit. 21. vers. denique* Rota *decis. 420. num. 12. cor. Dunozett. Iun. & dec. 409. num primo & secundo coram Merlino.*

Atque hic repetitus anatocismus saluari minimè potest ex onere iniuncto Curatori inuestiendi fructus bonorum testatoris, quia nec verificatur in facto Franciscum authorem Ioannis fuisse Curatorem aliter quam de anno 1665. Vnde nec ille tenebatur pro eo tempore, quo alius antea administrauerat; Et in omnem euentum non condemnatur tutor ad huiusmodi Interesse, nisi probatum fuerit, quod ille habuerit promptam, & tutam occasionem inuestiendi Bart. *in l Tutor quæ repertorium § si post depositionem num. 3 ff. de administrat. & periculo tutor* Gabriel. *consil. 26 num. 9. lib. primo* Sperell. *decis. 90. numer. 13.* Leotard. *de vsur. qu. 18. n. 56.* Escobar. *de ratiocin. cap. 14. num. 70* Rota *decis. 420. num 11. coram Dunozetto.*

Nec subsistit, quod in testamento fuerit diuersim legata legitima, & alimenta, quo casu vnum non imputatur in alterum, quia testator non legauit legitimam; imo dispositionem de eadem expressè prohibuit durante in filiis defectu mentis, & sic potius videtur expressè negata, quam possit dici relicta; sicuti alimenta per viam legati non reliquit, † sed simpliciter Curatoribus 7
ordinauit, quod alerent filios, qui ob mentis alienationem propriis necessitatibus consulere non valebant, & alterius opera indigebant; & cum eosdem hæredes vniuersales instituisset, † illis nequibat particulariter legare iuxta 8

in l. plene §. si duobus & l. legatum §. 1. ff. de legat. 1. Menoc. *cons. 86. num. 86.* Rota *dec. 260. num. 6. cor. bo. me. Cardinali Celso.*

Et ità vtraque &c.

Fuit confirmata præsens Decisio in alia Decisione hic immediate subsequenti, & deindè etiam super nullitate, & iniustitia præsentis laudi fuit quoque sua pronunciata sententia, cuius alteram antecedenter pronunciauerat Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Cardinalis Raspoous tunc Auditor Eminentissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Chisii olim Legati Auenionensis super totali denegatione executionis eiusdem Laudi.

R. P. D. ALBERGATO

S. R. Decano.

Aueniones. Laudi.

Lunæ 16. Aprilis 1674.

ARGVMENTVM.

Nullitas, & iniustitia Laudi à tertio Arbitrio promulgati prosequitur præsens Decisio vna cum alia Decisione præcedenti; ex eo quod ille tamquam electus in casum discordiæ duorum Arbitrorum, altero ex illis vere, & realiter non laudante, ipse nequaquam laudare poterat; & vlterius quia continebantur in illo plures iuris excessus, quales iudicati sunt repetita condemnatio de vsuris vsurarum, exclusio imputationis fructuum legitimæ in alimentis, ac etiam altera condemnatio Curatoris ad vsuras pupillares, seù adulti absque probatione idoneæ, & tutæ commoditatis inuestiendi.

SVMMARIVM.

1 *Laudum à tertio Iudice compromissario electo in casum discordiæ duorum arbitrorum, promulgatum antequam duo primi Arbitri laudassent remanet nullum ex defectu iurisdictionis.*
Arbiter electus in casum discordiæ duorum Arbitrorum, non constito de discordia non potest suum interponere arbitrium, num. 1.

2 *Laudum innixum relationi peritorum, in qua non fuerunt citatæ partes litigantes remanet nullum.*
Peritorum in electione, eorumque relatione citari debent partes etiamsi eorumdem peritorum electio extraiudicialis fuisset, ad instruendum animum Iudicis, num. 2. & 3

3 *Partium præsentia ideo in relatione peritorum necessaria est, quia potuisset trahere eosdem peritos in contrariam sententiam, & supra num. 2.*

4 *Negotiorum merita partium assertione penduntur.*

5 *Et duobus Arbitris altero laudare recusante, an & quando possit tertius electus in casum discordiæ se cum alio arbitrio ad laudandum vnire, & num. seqq.*

6 *Arbiter iurans sibi non liquere, & recusans sententiam dicere æquiparatur contradicenti.*

7 *Arbiter respondens se non esse resolutum, non ideo habetur, ac si contradixerit.*
Contradictionem non importat si quis dixerit se non esse plenè resolutum, num 7.

8 *Arbitri contumacia in laudando non potest præiudicare partibus litigantibus.*

9 *Arbitrum laudare recusantem interpellare non sufficit.*
Arbiter debet cogi ad suam proferendam sententiam num. 9.

10 *Arbiter laudare cogitur captis pignoribus, in dicta mulcta, vel in eius corpus manus iniecta.*
Remedia cogendi Arbitrum ad laudandum, quæ & qualia sint, num. 10.

11 Natta cons. 567. in materia arbitri laudare recusantis *plurimum declaratur, & num. seq.*

12 *Arbitro declaranti sibi adhuc non liquere, & non esse plenè resolutum, spatium temporis ad pronunciandum concedendum est.*

13 *Laudum pronunciatum extra tempus compromissi, eoque expirato à nullitatis vitio saluari non potest.*

14 *Statutum mandans procedi nullo iuris ordine seruato, non remouet defectum citationis.*
Clausula nullo iuris ordine seruato *citationis necessitatem non tollit, num 14.*

15 *Alimenta imputari debent in fructus legitimæ.*

16 *Fructus fructuum sunt vtroque iure prohibiti.*

17 *Alimenta non imputantur in fructus legitimæ, quando vtrumque simul fuit à testatore relictum.*

18 *Legitima non censetur legata ex prohibitione à testatore facta filiis, & hæredibus de ea disponendi, & num. seqq.*
Alienationem probibens, rem probibitam relinquere dicitur num. 18. & 19. vbi vide.

19 *Vsufructuario censetur relicta proprietas ex prohibitione alienationis de ea sibi à testatore facta.*

21 *Legitima ad effectum euitandi, imputationem non sufficit quod tacite, & per illationem fuisset relicta, sed debet expressè, & nominatim relinqui.*

22 *Inuestiendi commoditas etiam facilitas in Ciuitate Auenionensi existere dicitur.*

23 *Inuestire, qui tenetur docere debet ipsum adhibuisse diligentias pro inuestiendo necessarias.*

24 *Procurator specialiter ad inuestiendum constitutus docere tenetur fecisse diligentias pro inuestimento necessarias.*

25 *Tutor, & Curator tenentur de inuestimento nullo.*
Inuestiendi commoditatem nedum habuisse Tutorem, & Curatorem probari debet, sed etiam idoneas, & tutas, num. 25.

DECISIO CCCXC.

PLACVERVNT Dominis fundamenta Decisionis editæ coram me 29. Maii anni præteriti, & ideo ex ibi deductis, & aliis infra deducendis hodie steterunt in Decisis.

Nullitas enim Laudi promulgati ab Auditore generali Auenionensi resultare visa est nedum ex defectu iurisdictionis eiusdem, qui tamquam electus arbiter in casum 1
discordiæ aliorum, non valuit, de illa non constito, suum arbitrium interponere, vt probant allegati in alia *dec. & in specie* Alex. *cons. 124. nu. 10. & seqq. lib. 2. ab eodem confirmato in cons. 48. num. 12. & seqq. lib. 7. & approbato postea per* Rotam cor. Buratt. *dec. 29. num. 9.*

Verum etiam, quia io æstimatione, & calculo facto à Peritis per alios arbitros electis, & quibus innititur laudum præfatum, non fuerunt citati, neque interuenerunt litigantes, † prout fuisset necessarium, etiam si 2
electio ad arbitrorum meram animi iostructionem, & extraiudicialiter emanauerit Bartol. *in l. theopompus num. 9. versic. quandoque statur, & num. 10. de Dote prælegata benè* Crescent. *decis. 2. num. 2. & 3. de arbitr.* quam sequitur Rota coram Buratto *decis. 14. num. 25. & decis. 56. num. 1. & seqq.* & pluribus allegatis *dec. 70 pariter numer. 1. & seqq.* & ita his relatis consuluit Altograd *cons. 16. num. 21. & cons. 21. numer. 27. & 28. lib. 1.* Præsentia enim partium habentium plenam notitiam de bonis æstimatis, eorumque fructibus, potuisset, † vt aduertunt auctoritates 3
mox citatæ trahere peritos in contrariam sententiam; cum vt ait *tex. in l. vltima C. si per vim in proposito adductus in d. decis. Crescentii*, negotiorum merita † partium asser- 4
tione perdantur.

Neque pro euitanda prima nullitate satis constitisse visum est de priorum arbitrorum discordia, ex eo quia Eymenier alter ex illis requisitus à Notario, vt suā proderet sen-

5 sententiam, eam tradere recusauerit, † asserendo se non adhuc plenè resolutum super omnibus punctis factum concernentibus, & non concordare cum Payeno altero arbitrio quoad punctum respiciens fructus legitimæ Antonii iuxta firmata per Fabrum *in Codice lib. 2. titulo* 38. *definit.* 3. *in fine* asserentem *ex text. in leg. pomponius & seq. ff. de re iudicata* cum qui iurat sibi non liquere,
6 & non vult sententiam dicere † equiparari contradicenti.

Quia præterquam, quod in præsenti hypothesi neque arbiter iurauit sibi non liquere, neque absolute dixit nolle ferre sententiam, sed tantùm extraiudicialiter res-
7 pondit se non esse plene resolutum, † quod non importare discordiam ait Surdus *cons.* 452. *numer.* 42. *vers. porro discordia*; Adhuc dictum fuit huiusmodi arbitri contu-
8 maciam non potuisse præiudicare † Litigantibus, vt aduertit idem Faber. *d. definit.* 3. *numer.* 3. neque satis fuisse
9 interpellationem, † sed debuisse eumdem cogi ad proferendam sententiam iuxta dispositionem *tex. in l.* 3. *§. tametsi vbi glos. in verbo dantem, & in l. licet verbo cæterum ff. de recept. arbitr.* cum aliis traditis per Fabrum *loco citato, & per* Rotam *dec.* 498. *num.* 2 *par. prima recent.* & & quidem captis pignoribus, indicta multa, vel in cor-
10 pus arbitri iniecta manu, † quæ esse remedia illum etiam renunciantem cogendi declarat per *text in l. cum eo vbi gl. in verbo mulcta ff. ad l. Iuliam pecul.* Cuiac. *ad* 13 *libr. ad edictum Pauli ad l.* 4. *ff. de recept. arbitr. & post alios* Rota *dec.* 498 *num.* 2 *par.* 1. *recent.*

11 Non obstat consilium 567. *Nattæ* † in contrarium adductum deducentis omnimodam arbitrorum discordiam ex scripturis hinc inde mitis, & in actis productis, nec non ex iuramento præstito per alterum ex illis super discordia, & firmantis quod vbi duo primi electi non decidunt intra terminum statutum, potest tertius pronuntiare, & per suum laudum controuertiam dirimere.

Siquidem prima ratio tollitur ex prædictis, & cessat ex diuersis facti circumstantiis, secunda vero non applicatur, quia aut fuit valida prorogatio quindecim dierum à partibus concessa die 12. Augusti primis duobus arbitris, & cum die 22. eiusdem mensis Auditor Laudum protulerit, diei non poterat illos non laudasse intra terminum statutum; imo cum adhuc superessent aliquot
12 dies † æquissimum fuisset Eymeniero asserenti sibi adhuc non liquere spatium ad pronunciandum concedere, vt inquit *tex. in leg. idem Pomponius* 14. *§. arbiter ex compromisso ff. de recept. arbitr.*

Aut prorogatio fuit inualida, & Laudum Auditoris,
13 tamquam latum extra tempus compromissi † per plures menses antea expiratum à nullitatis vitio saluari non potest Rot. cor. Buratt. *dec.* 29. *num.* 23.

Quo verò ad secundam nullitatem, illa non visa est posse saluari ex dispositione Statuti Auenionensis mandantis in causis compromissariis esse procedendum nullo
14 iuris ordine seruato; † quia per similem clausulam non tolli necessitatem citationis firmat aliis relatis Gabr. *concl.* 1. 37. & 41. & faciunt tradita per Rot. cor. Buratt. *d decis.* 29. *num.* 2. *ad num* 14. & *per* Vbert. *de citat. cap.* 8. *num.* 290. & 291.

Quibus attentis nullitatibus licet superfluum videretur insistere iniustitiæ; Attamen etiam de ista Domini constare dixerunt ex deductis in alia Decisione, & precipuè quia periti in calculandis fructibus legitimæ debitæ Antonio, & Bartolomeo filiis Nicolai non habuerunt
15 rationem de alimentis iisdem præstitis, † quæ in dd. fructus imputanda erant, vt præter allegatos in *decis. firmant* Thoras *in compend. decis. par.* 3. *in verbo fructus legitimæ in fine fol.* 413. Galeott. *contr.* 9. *num.* 5. & 6. *lib.* 2. Altomar ad Rouitum *cons.* 20. *numer.* 15. *lib.* 1. Et quia fuerunt calculati ad debitum Francisci authoris Ioannis fru-
16 ctus fructuum † vtroque iure prohibiti contra iuris dispositionem *ad tex. in l. prima §. qui minorem ff. vt legati, seù fideicomm. nomine caueatur cum* Rota cor. Dunozet. *decis.* 852. *num.* 2. & 3.

Nullatenus subsistente alimenta non imputari in fru-
17 ctus legitimæ, † quando fuit vtrumque à testatore relictum ex *decis.* 8. *num.* 21. & *decis.* 137. *num.* 35. *coram Bichio*; Nam licet scribentes pro Ignatio legitimæ Legatum deducerent ex prohibitione de ea disponendi à testa-
18 tore filiis iniuncta † per regulam, quod prohibens alie-

nationem rei dicitur relinquere ad notata per Bald. *in leg. proculus* 23. *in prin. ff. de vsufructu, & per* Oddum *cons.* 43. *num.* 4. & *seqq.*

Nihilominus visum est cessare obiectum, tùm quia dd. Authoritates loquuntur in casu prohibitionis hæredi vsufructuario, † cui prohibendo alienationem rei cense- 19
tur, vt ipsæ ratiocinantur necessario relicta proprietas eiusdem rei cum non detur priuatio sine habitu, quæ necessitas non militat in casu controuerso, quia legitima debetur filiis ex dispositione iuris, & sic ex prohibitione disponendi posset forsan inferri testatorem illius detractionem non prohibuisse, † non autem expressè re- 20
liquisse ad tradita per eumdem Oddum *cons.* 65. *numer.* 39. & Rota coram Penia *decision.* 85. *num.* 4. & *seqq.*

Tùm etiam ad euitandam imputationem non sufficit legitimam tacitè, & per illationem censeri relictam, † 21
sed debet expressè, & nominatim relinqui, vt per *textum in l. titia* 85. *ff. ad l. falcid. declarat* Merlin. *de legitima lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 7. *circa finem vers. declaranda* est & videtur sensisse Rota *decis.* 132. *sub numer.* 3. & 134. *nu.* 25. & 26. *impress. apud eumdem.*

Minus ad remouendum alterum caput iniustitiæ obstare dixerunt Domini præceptum, iniunctum à testatore inuestiendi fructus, vt proinde attenta facilitate faciendi † huiusmodi inuestimenta in Ciuitate Auenionen 22
si de qua Ludou. Bellius *cons.* 218. *num* 6. docendum sit pro illius adimplemento fuisse adhibitas † diligentias neces 23
sarias *ex decis.* 275. *numer.* 4. & *seqq. apud* Zacch. *de oblig. Camer. & apud* Cenc. de Censibus *decis.* 479 *num. p. imo, & seqq.*

Nam quidquid sit in mandatario specialiter constituto ad faciendum certum inuestimentum, † in quibus ter- 24
minis loquuntur decis. prędictæ; in Tutore & Curatore tamen, qui tenentur de inuestimento nullo, probandum est adfuisse nedum promptas, † sed etiam idoneas occa- 25
siones *per tex. in l. tutor secundam dignitatem* 14. *§. non est audiendus ff. de administr. & peric. tutor. & l tutores,* 24. *C. eodem* Gutierez *de tutel. par.* 2. *cap.* 9. *sub num.* 23. & *bene* Ciriac. *contr.* 163. *num.* 19. *cum aliis cumulatis in decisione §. & in omnem euentum.*

Cætera denique adducta circa nullitatem transactionis tamquam extranea à præsenti inspectione non fuerunt à Dominis habita in consideratione.

Et ita conclusum fuit vtraque parte informante.

Hæc eadem Decisio emanauit in eadem causa Decisionis antecedentis, cuius in calce adnotauimus quoque sententias super ea pronunciatas.

R. P. D. RONDININO.

Romana Collectæ.

Lunæ 11. *Decembr.* 1673.

ARGVMENTVM.

Sequitur Materia Decisionis præcedentis super debito ab Vniuersitate contracto occasione emptionis Domus pro melioranda, & amplianda Ecclesia eiusdem Vniuersitatis, quod tamquam à principio merè voluntarium, non autem necessarium, sicuti non obligantur ex illo successores eiusdem Vniuersitatis, ita & nec minus obligati remanserunt, vel ex re iudicata, & transactione posteà subsecutis; Vel quia super eodem debito Summus Pontifex collectam imponi mandauerit, non absolutè tamen, sed quatenus ita iudici videretur.

Ii 3 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas successores eatenus tenentur ad debita à suis antecessoribus contracta, quatenus illa causam necessariam concernunt, secus autem si eadem debita à causa mere voluntaria processerint, & numer. 2.*

Vniuersitas semper est eadem, neque ex variatione personarum immutatur, num. 1.

2 *Onus illos tantum sequi debet, qui tempore actus commodum reportarunt.*

3 *Emptio domus facta pro amplianda, & melioranda Ecclesia, quamuis vtilitatem concernat, respicit tamen causam verè voluntariam, & vide numero seqq.*

4 *Debitum contractum ab Vniuersitate pro emendis domibus ad effectum ampliationis Ecclesiæ dicitur legitimè contractum, & ad illud omnes de Vniuersitate tenentur.*

Collectam vbi Communitas, seù Vniuersitas imponere tenetur, & non imponit, tunc illa per iudicem imponitur, num 4.

5 *Vniuersitas, seù Communitas, quæ dedit mandatum ad contrahendum debitum licet voluntarium, pro illo soluendo collectam imponere tenetur.*

6 *Debitum ab Vniuersitate fuisse legitime contractum & Vniuersitatem non ex natura actus, sed ex vi consensus, ac mandati solummodo teneri, insimul benè stare possunt.*

7 *Vniuersitas futura, illiusque homines non tenentur ad debitum per antecessores quamuis legitimè contractum pro emendis domibus pro ampliatione Ecclesiæ.*

Successores Vniuersitatis tenentur ad debita suorum antecessorum ex causa à principio merè necessaria contracta num. 7.

Necessitas proueniens, vel ex natura ipsa, vel ex lege, ac Principe imperantibus obligat nos etiam sine facto nostro, num. 7.

8 *Contractus à principio voluntarius, ex post facto necessarius obligat quidem Vniuersitatem, quæ contraxit, secùs autem Vniuersitatem futuram.*

9 *Res iudicata, & transactio perimunt quidem priores titulos, sed respectu eorum, qui à prioribus titulis ligabantur, secus vero respectu successorum, contra quos iidem tituli, allegari seù dirigi nequibant.*

10 *Transactionis, ac vigore rei iudicatæ nouus initus contractus, quamuis respectu contrahentium ille solus attendendus sit, respectu tamen successorum illius tantum causa, eiusque origo spectatur.*

Debiti origo, & causa an fuerit voluntaria, vel necessaria attendendum est, num. 10.

11 *Rei Iudicatæ causa, non autem ipsa res iudicata spectari debet.*

12 *Causam, & originem constitutæ pecuniæ, non autem Iudicis potestatem attendere debemus.*

Factum Iudicis, dicitur factum partis etiam in contractibus, num. 12.

13 *Res iudicata, & transactio quomodo noceant successoribus in Vniuersitate.*

14 *Res iudicata non nocet iis, contra quos actio dirigi non poterat.*

15 *Transactio non ligat eos, quorum nomine transactum non fuit.*

Transactio iis non præiudicat, pro quibus eorum deficiente obligatione transigi minimè poterat, numer. 15.

16 *in Collecta in dicta imperante Principe non fit distinctio causæ necessariæ, vel voluntariæ.*

Principis voluntas habetur pro iusta, ac necessaria causa num. 16.

17 *Pontifex, vel alius Princeps si absolute ab aliqua Vniuersitate collecta imponi mandat, non attenditur causa necessaria, vel voluntaria, secus verò si mandatur imponi collecta pro debito iam ab eadem Vniuersitate contracto.*

Collectam si Princeps absolute ab aliqua Vniuersitate imponi iusserit, si vero illam quatenus Iudici videretur imponendam esse ordinauerit, maximam continet diuersitatem, num. 17.

18 *Principis rescriptum intelligitur iuxta terminos, ad quos illud fuit ab eo coarctatum, & restrictum.*

DECISIO CCCXCI.

CALCEARIOS nouiter admissos non teneri ad Collectam pro dissoluendis debitis Vniuersitatis olim indicta iterum Domini responderunt approbando fundamenta Decisionum 23. Ianuarii 1668. coram Eminentissimo Cerro, * & 10. Martii proxime præteriti coram me.

Supposita enim distinctione nunquam ab vtrinque
scribentibus impugnata, vt teneantur ad debita ab Vni-
uersitate contracta, quatenus concernant causam neces-
sariam, † in qua verificatur propositio, quod Vniuer- 1
sitas semper est eadem neque ex personarum variatione
immutetur iuxta *in l. sicut 7. §. in Decurionibus ff. quod cu-
iusque Vniuersit. nomine in l. proponebatur 76 in med. ff. de
Iudic.* secus autem si concernant causam voluntariam,
in qua verificatur altera propositio, quod onus sequi de-
beat illos, † qui Commodum tempore actus gesti repor- 2
tarunt iuxta alium *Text. in l. Prouidendum 23. C. de Decu-
rion. lib.* 10. non dubitarunt Domini causam ob quam
Vniuersitas æs alienum contraxit voluntariam fuisse
pro emendis Domibus, & pro amplianda Ecclesia † 3
quamuis meliorationem, ac vtilitatem rei concernere
videatur cum nemo rem communem teneatur meliorem
facere ex regula *Text. in leg. parietem 8. ff. de Seruit. Vrb.
pred.* quemadmodum in his præcisis terminis concludunt
Natta *cons. 215. numer. 4. & 7. in fine* Gratian *discept. 84.
num. 20. & 21.* Thesaur. *decis. 257. numer. 4. & 8.* Bursatt.
cons. 159. sub num. 9. Criuell *decis. Dolan. 11. numer. 20. &
seqq. & numer. 26.* Kloch. *de contribut. cap. 6. num. 109. &
cap. 10. sect. prima numer. 65. & 66. cum aliis in Decisioni-
bus huius causæ 23. Ianuarii 1668. §. Placuit coram Eminen-
tissimo Cerro, & 6. Martii 1671. §. non enim, & §. sequen.
ac 10. Martii proxime præteriti §. In hac enim, & §§. seqq.
cor. me.*

Neque euitabatur distinctio ex eo, quod Rota *in dec.
1525. & 1541. coram Coccino* dixerit debitum legitimè
contractum, & ad illud Vniuersitatem teneri, itaut
deficientibus illius bonis, † cum Officiales Collectam 4
imponere negligerent per Rotam ex officio imposita fue-
rit preuiis *Decisionibus 5. Iulii 1632. 21. Februarii 1633 &
22. Maii 1634. coram bon. mem. Verospio*, quarum prima
habetur impressa apud Posth. *de subhastat. decis. 17.* &
apud Scannarolam *de Visitat. Carcer. decis.* 19. quia ea-
tenus dixit Rota Vniuersitatem teneri, † quatenus 5
mandatum dederat, vt videre est ex decisionibus, non
autem disputauit hunc casum. An Vniuersitas futura
teneretur, quia stant bene simul, quod debitum sit le-
gitimè contractum, † & Vniuersitas non ex natura actus, 6
sed ex vi Consensus præstiti, ac mandati quod dedit obli-
getur Fælin. *in cap. cum omnes numer. 17. Constit.* Criuell.
d. decis. 11. num. 22. & 23. & quod futuri homines, qui
non consenserunt non teneantur; cum non nisi ex causa
necessaria obligentur inspecto origine actus, † ad quem 7
vel natura ipsa, vel lege, ac Principe imperantibus sine
facto nostro adstringimur; prout in his terminis conclu-
dunt Bald *cons. 47. num. 5. vers. nam à primordio volum. 3.*
Criuell *dicta dec. 11. à num. 34. ad fin.* Thesaur. *d. decis. 257.
sub nu. 4. vers. & intelligitur de necessitate,* & comprobant
Guttier. *de Gabell. quæst. 23. sub num. 7. & 9.* Cyriac. *contr.
162. nu. 40.* Arias de Messa *lib. 3. resol. 26. num. 4. & 5.* Rota
post Merlin. *de pign. decis. 17. num. 16. & 17. repetit apud*
Marin. *lib. 2. resol. cap. 27. & cor.* Greg. XV. *dec. 93. & 101.*
Caualer. *dec 318. num. 3. cum aliis in Decisione præterita §.
Et licet, & §. seq.*

Quod autem actus hic in suo exordio voluntarius ex
post facto necessarius euaserit, vel ex re iudicata, vel
ex Transactione subsecuta, quibus Vniuersitas ad solu-
tionem huius debiti adstricta fuit, † admitti quidem po- 8
test in necessitate quadam causatiua respectu Vniuersi-
tatis, quæ illo tempore se obligauit, & contra quam
emanauit res iudicata ac ideo transegit, itaut hoc ha-
bito respectu benè procedant vulgaræ conclusiones ite-
rum repetitæ à scribentibus pro Creditoribus Vniuersita-
tis, quod res iudicata, & Transactio perimant priores
titulos, itaut de nouo agendum sit, nunquam tamen
procedere poterunt respectu istorum Calceariorum noui-

ter

ter admissorum, contra quos sicut actio super qua res iudicata, & Transactio exerceri possunt cum respectu istorúm dicatur res inter alios acta, & adhuc inspectæ origine
10 actus non desinat esse voluntarius, † itaut neque attenditur nouus contractus Transactionis causatus ex antecedenti debito, sed debitum illud causans per ea, quæ tradunt Alexand. *conf. 215. sub num. 5. vol. 6. & ad rem stam* Cacheran. *decis. 167. num. 25.* Cantiuncula *conf. 35. num. 19.*
11 & in his terminis † attenta re iudicata probat *Text. in l. qui id 34. ff. de donat.* reddens rationem, vt nempe præualere
12 debeat causa, & origo constitutæ pecuniæ † non Iudicis potestas, cuius factum censetur factum partis Tiraquell. *de retract. Lignager. gloss. 14. §. 1. num. 12. & seqq.* & melius Mangil. *de subhastat qu. 108. num. 12. & 13.* cum quo sensu intelligendi sunt omnes, qui dicunt rem iudicatam, &
13 transactionem † nocere successoribus in Vnitatem quemadmodum comprobat *Decisio 10. Martii proxime præteriti coram me à §. & licèt vsque ad finem*, nec alias dicamus
14 contra Iuris principia rem iudicatam nocere iis † contra quos actio dirigi non poterat contra Text. *cum ibi notat in l. 1. & tot. tit. C. quibus res iudicata non noceat*, & Transa-
15 ctionem ligare illos quorum nomine † Transactum non fuit, neque deficiente illorum obligatione, transigi poterat Rochegall. *in l. 3. sub num. 36 76. & 27. ff. de duobus reis* Rot. *rec. par. 9. decis. 368. num. 34. & 35.*

Neque hoc casu dici potest Collectam indictam fuisse Principe imperante, quo casu non fit distinctio causæ necessariæ, vel voluntariæ, cum voluntas Principis pro iu-
16 sta, ac necessaria causa habeatur *gloss. in l. re legati 4. vers. ex aliqua causa, ff. de pœnis* Bald. *in l. vnic. C. de super indiction. lib. 10. & in l. 118. num. 12 C. de multis lib. eodem* Alex. *in l. si se non obtulit num. 13. ff. de re iudic.* Thomat. *de Collect. in princ. num. 8.* Thes. *d. decis. 257. sub num. 9. cum deductis in dicta præterita Decisione §. diciturque actus in fine*, quæ hodie scribentes pro Creditoribus Vniuersitatis deducebant, quia placuit DD. distinctio ibi adducta, vt id procedat si Pontifex absolutè Collectæ indistinctionem
17 imperasset, † secus autem cum illam demandauerit quatenus Iudici videretur, *vt in dicta decis. 117. sub numer. 9. apud* Posth. *de subhastat.* quia hoc casu dicitur de seruire actioni iam natæ iuxta tramites Iuris, ad quos rescriptum
18 suum Princeps coarctauit † ex ratione *Text. cum ibi notatis in cap. causam quæ 18. de rescript. vbi Abb. & communiter Doctores* Ferrett. *conf. 19. num. 7.* Decius *conf. 436. sub num. 4.* Rota apud Marches. *de Commiss. part. 1. tit. de Commiss. appell. ab obligatione Camerali num. 3. fol. 739.* & cor. Seraphin *decis. 896. num. 4. ac* coram Coccin. *dec. 361. sub num. 2. & 3.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Præsens Decisio, prout & alia quæ immediatè subsequitur ambæ emanarunt in eadem causa alterius Decisionis supra in hac eadem parte decis. 363.

R. P. D. RONDININO.

Romana Collectæ.

Veneris 10. Martii 1673.

A R G V M E N T V M.

Magistralis est Decisio ad inducendam, vel denegandam in Successoribus Vniuersitatis obligationem soluendi debitas per suos Antecessores contracta; etiam in casu, quo pro illis extinguendis interuenerit ordo, seù mandatum Principis, vel Superioris quæ omnia ad originariam causam, sui primæui principii; An illud scilicet fuerit &c. ab eius initio merè voluntarium, vel necessarium, in effectu reducuntur; Quia si verè necessarium, obligare, quidem potuit successores, secus autem; prout in casu præsenti fuit iudicatum, illud fuerat merè voluntarium; eoque magis nihil prorsus de bonis Vniuersitatis possidentibus Successoribus, quorum forsan ratione illi teneri & obligari potuissent.

S V M M A R I V M.

1 *Collectam si Vniuersitas imponere tenetur, & negligit, illius fit impositio per Iudicem ex officio.*

2 *Vniuersitatis homines nouiter ad illam admissi non tenentur ad solutionem æris alieni ab eorum antecessoribus antea contracti, & num. seqq. vbi vide.*

Onus non debet sequi eos, qui commodum non reportarunt, num. 2.

3 *Vniuersitas semper tenetur ad debita per ipsam contracta, siue agatur de successoribus, siue de iis, qui ipsum debitum contraxerunt.*

Vniuersitas semper est eadem, numer. 3. & numer. 15.

4 *Vniuersitatis successores non teneri ad debita per antecessores contracta iuris ignorantia esse dicitur.*

5 *Debitum necessarium ab Vniuersitate contractum etiam ab illius Successoribus soluendum est, voluntarium verò secus.*

6 *Debitum voluntarium dicitur ad quod nec lege, vel Principe imperantibus nostro solo facto adstringimur, quamuis alias meliorationem, & vtilitatem rei concernat.*

Emptio domus pro seruitio ampliationis Ecclesiæ debitum voluntarium esse dicitur, num. 6.

7 *Arbitrium licèt temperet aliquid de iuris rigore; intelligitur tamen prout de iure, ita vt ab eo recedi non possit.*

Commissio, seù mandatum Principis, quod vniuersitas imponat Collectam pro solutione æris alieni ab ipsa contracti, non obligat successores, & quando num. 7. & vide per totam.

8 *Causa originaria debiti attendenda est, an illa à principio fuerit voluntaria, vel necessaria, itaut non sufficiat illam ex post facto necessariam fuisse, & num. seq.*

Voluntarium dicitur debitum quamuis pro illius executione ad illud implendum possit, quis à Iudice, vel Principe cogi, num. 8

9 *Contractus originis causa, non iudicis potestas attenditur, seù præualere debet.*

10 *Obligatio voluntaria, si ex solo iudicis, vel Principis præcepto, quo quis ad illius executionem adstringitur, transiret in necessariam, hoc esset contra expressam fraudem ipsius legis.*

11 *Actus voluntarius quoad illius effectum dicitur quodammodo necessarius, sed impropriè, & latissimo sumpto vocabulo.*

Actus in sua origine voluntarius, si ex post facto efficitur necessarius, non inde tamen desinit esse voluntarius, num. 11.

Origo ipsius actus, seù contractus an ille voluntarius vel necessarius extiterit solum attenditur, numero 11.

12 *Alienatio, quæ fit pro executione contractus voluntariè celebrati, non dicitur propriè necessaria.*

13 *Collecta imposita ab aliqua Vniuersitate iussu, & mandato Principis, quandoque necessaria, quandoque verò etiam voluntaria esse dicitur.*

Necessaria quidem si pro opere faciendo antè natam illius actionem fuisset ordinata; Voluntaria etiam si fuit imperata pro adimplemento, & satisfactione debiti voluntariè contracti ibidem.

14 *Principis præceptum iustam causam præsefert, etiam si illud solam vtilitatem concernat.*

15 *Sententia lata contra vniuersitatem nocet etiam successoribus illius, & vide num 18.*

Transactio inita cum aliqua Vniuersitate obligat etiam eius successores, num. 5. & num. 17. & num. 18. vbi vide.

16 *Sententia in iudicatum transacta contra Vniuersitatem inducit etiam rem iudicatam contra illius successores, & num. seq. vbi vide.*

17 *Compromissum, ac quilibet alius contractus initus cum Vniuersitate ligat etiam illius successores intellige, vt num. seq.*

18 *Sententia, transactio, vel contractus alicuius Vniuersitatis tunc solum ligant illius successores, quoties*

hæc

hæc omnia sint apta de iure illos comprehendere, & num. 20. vbi vide.

19 *Transactio, & res iudicata habeantur pro veritate, & faciunt de albo nigrum, & deinde debitum.*

20 *Actio competens contra Vniuersitatem si à principio contra illius successores dirigi non poterat, ita & nec minus per sententiam, compromissum, vel transactionem effici potest, quod successore ab illis ligentur, & supra num. 18.*

21 *Vniuersitatis debitum eo minus ligat successores illius, si successores nihil de bonis Vniuersitatis possideant.*

22 *Vniuersitatis successores ratione bonorum Vniuersitatis, quæ possident tenentur ad debita antecessorum.*

23 *Canonici adstringuntur ad debita antecessorum si illorum Præbendis fruuntur.*

24 *Bona vbi non communicantur iniquum est deuenire ad communicationem Onerum, & debitorum.*

DECISIO CCCXCII

OB æs alienum ab Vniuersitate Calceariorum anno 1614. contractum pro emendis Domibus, & aqua Paula *Summario positionis eiusdem 20. Iunii 1662. coram me num. 1. 3. 4. & 5.* condemnata fuit Vniuersitas ad indictionem Collectæ à R. P. D. Raimundo præuia speciali commissione Sanctissimi, vt Collectam imponeret de voto Rotæ Summario hodierno Creditorum Vniuersitatis *nu. primo vt in decisionibus 1525. & 1541.* coram Coccin. qui ad earum formam votum tradidit, iuxta quod cum officia-
1 les eiusdem Vniuersitatis illam imponere negligerent, † fuit per Rot. ex officio imposita, Summario hodierno Creditorum *num.* 2 præuii *decisionibus 5. Iulii 1632. 21. Februarii 1633. & 21. Maii 1634. coram Verospio*, quarum prima habetur impressa apud Posth. *de subhastat. dec.* 117. & apud Scannarol de Visit. Cancer. *dec.* 19.

Cum autem Vniuersitas cum Creditoribus post hæc transegisset cum promissione soluendi scut. 10. mil. ad quem effectum aliquam Summam deposuit dicto Summario Creditorum *numer. 3. & 4.* Renuentibus illis de Vniuersitate vlterius soluere cla: mem. Cardinalis Costagutus in locum R. P. D. Raimundi Subrogatus, mandatum relaxauit contra bona Vniuersitatis, & illis non repertis, Collectæ indictionem mandauit, à qua reclamantibus Calceariis nouiter ad Vniuersitatem admissis, Signatura rescripsit Eminentissimo Cerro, vt procederet ad vlteriora arbitrio Rotæ, quæ licet 23. Ianuarii 1668. coram eodem Eminentissimo censuisset intrarare arbitrium quoad nouiter admissos post transactionem, contrarium tamen visum fuit 6. Martii 1671. coram me, à qua resolutione, persistendo in primo loco decisis, hodie Domini recesserunt.

In hac enim ardua quæstione. An nouiter ad Vniuersitatem admissi teneantur ad æs alienum anteà contractum, & ad Collectas ad illud dissoluendum impositas, licet plures indistinctè negatiuam sententiam amplexi fuerint cum onus sequi non debeat illos, qui commodum tunc non reportarunt iuxta *Textum in l. prouidendum 23.*
2 *C. de Decurion. lib.* 10. Speculat. *par. 4. tit de Censibus §. nunc dicendum num.* 12. Bald *in l. prima § quod si nemo num 4. in fine, vers. super 2. ff. quod cuiusque Vniuers. nomine, & conf. 40. vol. 3.* Bart. *in l. tract. Represal. q. 1. num.* 12. Roman *sing.* 490. Corsett. Sing. 2. *verba Collecta* Albert. Galeott. *in Margarita post* Specul. *cap. 30. numer.* 12. Afflict. *in Const. Regni lib. 1. Rub. 101. de contum. Vniuers. num. 2. rebuff. Constit. Gallic. tit. de Liter. oblig. art. 2. num.* 79. Mantic. *de Tacit. & ambig. Conuent. lib. 3. tit. 10. num.* 63. Lotter. *de Iur. Vniuers. part. 3. cap. 9. numer.* 25. Kloch. *de Contribut. cap. 11. num.* 16.

3 Contrariam autem Sententiam indistinctè plures amplexi fuerint ea ratione, † quod Vniuersitas semper sit eadem, neque ex personarum variatione immutetur iuxta *Text. in l. sicut 7. §. In decurionibus, ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, & in leg. proponebatur 76. in medio, ff. de Iudic.* Guidopap. *decis.* 279. Castren. *conf. 455. part.* 1. Add ad Papon. *Arrest. Gall. lib. 7. tit. 2. Arrest. prima* Pecchius *de iure sisten. part. 2. cap. 4. num. 17. vers. e contra*, vbi dicit ignorantia Iuris, quandoque contrarium seruari Gratiani *discept. 196. nu.* 32. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 385. & 386.* Philipp. Knipschild. *de Iurib. Ciuit. lib. 5. cap. 6. num.* 24.

Æquior tamen, ac Iuri magis congruens visa est DD. Sententia in qua vtrinque scribentes quoque conueniebant, vt prima sententia procedat in debito voluntario; † secunda autem in debito necessario, prout explicando 5
Text. in dicta l. Prouiden. lum 23. C. de Decurion. lib. 10 adnotarunt ibidem Io. de Platea *sub nu.* 2. Pyrr. Anglobern. *verb. nouus Officialis*, & hoc prius fuit de mente Bart. *in dicta l. prima §. quod si nemo sub num. 3. ff. quod Cuiusque Vniuers. nom.* Imol. *in l. 4. num. 7. in fin. ff de re iudic.* Felin. *in cap. cum omnes num. 17. ad fin. de Costit.* Purpurat. *conf. 428. num. 98. vol. 2.* Cancer. *var. resolut. part. 3 cap. 3. nu. 3.* Gratian. *Decis. Marcb. 217. num. 5.* Ridolph. *in prax. par 3. cap. 5. num.* 385. quod voluntarium debitum dicitur ad quod lege, vel Principe non imperantibus nostro facto adstringimur quamuis, vt in Casu, meliorationem, & vtilitatem rei con- 6
cernat prima in præcisis terminis emptionis domorum, & ampliationis Ecclesiæ Natt. *conf. 215. num. 4. & seqq. aliisque adductis* Thesaur. 257. *num.* 4. Bursatt. *conf. 159 sub num.* 9 Griuell. *decis. Dolan. 12. num 20. & seq. & numer* 26. Kloch *de contribut. cap. 6 numer. 109 & cap. 10. lect. prima num 65 & 66.* Rota *in Decisionibus huius Causæ 23. Ianuarii 1668. coram Eminentissimo Cerro §. placuit, & 6. Mart. 1671. §. non enim, & seqq. coram me.*

Et licet in prædicta Decisione postrema §. Secus autem dictum fuerit causam amplius voluntariam dici non posse cum præcedentibus tot decisionibus legitimam impositionem Censum, iusteque ac vtiliter æs alienum contractum fuisse declarantibus. Vniuersitas mediante etiam Principis rescripto ad indictionem Collectæ demandata fuit; Suppositum tamen hodie corruere videbatur cum Calcearii nouiter admissi prædicta non impugnent, sed solùm afferant decretum Iudicis, & rescriptum Sanctissimi de indicenda Collecta fuisse accessoria ad principale obligationem ipsius Vniuersitatis, cuius executionem solummodo commisit Sanctissimus arbitrio Rotæ, & quatenus ipsi videretur, tam in hac postrema Commissione, quàm in prima directa bon. mem. Coccino, *vt in dicta decis. 117. sub num.* 9. apud Posth. *de subhastat.* † quod 7
arbitrium licet temperet aliquid de iuris rigore, intelligitur tamen prout de iure, itaut ab eo recedi non possit iuxta vulgatam Doctrinam Bartoli *in Extrauag. ad reprimendum vers. videbitur* passim à Rota receptam *in recentior. part. 2. decision. 450. sub numer. primo & part. 4 decision. 312. sub numer. primo & in Nolana Parochialis 8. Iunii 1671. §. resolutum fuit coram me*, quo casu attenditur adhuc originaria Causa debiti, quæ veluti facta nulla necessitate legis, vel hominis cogente, dicitur voluntaria, quamuis ex post facto quoad simplicem executionem, † necessaria quodammodo dicatur quo ad effectum, vt à 8
Iudice, vel à Principe ad suæ obligationis implementum quis cogatur ad Terminos *Text. in l. nam origo enim, ff ad Macedonian. in l. qui id 24. ff. de donat. ibi, causam, & originem contractus* † *non Iudicis potestatem præualere debere*, 9
& in l. Tutor 70. ff. de fideiuss. Crauett. *respons. primo pro Genero num. 36. 44. & 80. & respons. 2. num. 4. & 28.* vbi quod facile fieret fraus legi patiendo Iudicis vel Principis decretum, † vt sic voluntaria obligatio transiret in neces- 10
sariam Mantic. *de Coniectur. vltim. volunt. lib. 10. ti. 2. num. 3.* Osasc. *decis. 167. num. 24. & seqq.* Giurb *ad consuetud.* Messan. *cap. 9 Gloss. 2. part. 1. num* 6. Surd. *decis. 254. num. 29. & conf. 112. num. 64 & seq.* Menoch *de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 109. num 2 & 3.* Rimin. Iun. *conf. 774. num* 14. Ciriac. *contr. 261 num.* 38. Rota coram Caualer. *decis. 318. num. 3.* apud Pacific. de Saluian. *decis. 88. num. 33. & in recent. par. 9. decis. 152. num 16. & 17. post* Munnoz *de ratiocin. decis. 33. num.* 5.

Diciturque necessarius actus quoad effectum, & sic improprio, ac latissimo modo, neque ideò desinit esse vo- 11
luntarius in sua origine, quæ hoc casu attenditur, vt dixit Bald. *dicto conf. 47. num 5. vers. nam à primordio vol.* 3 & hoc casu loquuntur Posth. *de subhastat. inspect. 44. num.* 26. vbi quod in hoc, semper dicitur ex necessitate, Rota coram Greg XV. *decis. 217 num.* 11. Gratian. *discept. 65 numer.* 18. Tiraquell. *de retract. lignager. § primo Glos. 14. num. 13. & seqq. vbi sub num.* 15. quod hæc alienatio † non propriè di- 12
citur necessaria; Cyriac. *contr. 162. num.* 40. Cephal. *conf. 254. à num.* 11. quidquid secus esset, si Princeps Collectæ indictionem absolutè imperasset à principio aliquo opere faciendo ante aliquam actionem ortam, † non autem 13
quam-

quando, vt in casu Princeps imperat indictionem Collectæ pro debiti iam contracti satisfactione actionisque iam natæ deseruit, quia in primo Casu non fit distinctio
14 causæ voluntariæ, aut necessariæ, † cum Principis præceptum iustam Causam præferat, etiam si solam vtilitatem coucernat Bart. *in dicto §. Quod si nemo num. 4. & in l. vnica, C. de super indict. lib. 10. vbi* Io: à Platea *num. 3. & per tot.* Felin *in dict. cap. cum Dilecta num. 20. vers. aut ob publicam de rescript.* Mayner. *in l. aliud est vendere §. Refertur num. 83. ff. de reg. Iur.* Thes. *dicta decis. 257. sub num. 4. vers. enim* Abb. *cons. 61. num. 5. par. 2.* Pechius *de Eccles. reparan. cap. 11. in fin.* Rot. *in dec. huius causæ* apud Posth. *de subhastat. d. dec. 117. sub num. 9.*

Hinc tolli videatur id, quod in priori disputatione suppositum fuit, neque hodie in dubium Domini reuocabant vt tam sententia lata cõtra Vniuersitatem, quàm transa-
15 ctio & concordia ab ipsa facta, † noceat successoribus, ipsosque obliget, cum Vniuersitas semper sit eadem ad terminos *Text. in dicta l. proponebatur 76. ad med. ff. de iudic. ibique* Petr. Barbos. *num 28.* prout in sententiam in iudica-
16 tum transacta probant Guidopap *dicta decis. 279. & 549. & cons. 17. sub nu. 4.* Papon. *Arrest. Gall. lib. 7. tit. 2. Arrest. 1.* Cancer. *var. resol. part. 3. cap. 17 num. 188.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 67. num. 4* Bertaz. *cons. Ciuil. 125. num. 4. & seqq.* Gratian. *discept. 721. num. 6.* & in Transactione, compro-
17 misso, † ac simili contractu comprobant Bald *in l. sicut municipii 7. §. In decurionibus num. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Natt. *cons. 589. à num. 16 ad 20.* Gratian. *dicta discept. 721. num. 8. & seqq. cum aliis in dicta postrema decis. §. secus autem*

Etenim vtraque conclusio procedit in suis terminis, quatenus scilicet actio illa vigore cuius actum fuit, & sententia iudicatum transacta, vel super qua transactum fuit
18 † apta erat comprehendere omnes de Vniuersitate, tàm præsentes, quàm futuros, quia nunc optimè intrat ratio, quod Vniuersitas semper est eadem, & tam transactio,
19 quam re iudicata habentur pro veritate, † & faciunt de albo nigrum, & de indebito debitum, vt magistraliter deduxit Ang. *in l. Ciuitas num. 14. ff. si cert. petat.* secus autem quando, vt in Casu actio super qua iudicatum, vel transactum fuit exerceri non poterat contra ipsos nouiter ad-
20 missos in Vniuersitate, † quia tunc sicut à principio actio contra ipsos dirigi non poterat, ita nec per sententiam Iudicis, neque per Transactionem subsecutam, effici potuit vt contra ipsos dirigeretur; cum Initium obligationis spectetur, quemadmodum declarando Guidopap. *d. decision. 279. & 549. respondit.* Bero *cons. 137. num. 16. cum pluribus seqq. vo. 3. & seqq.* quos in his terminis sequuntur Bursatt. *dicto cons. 159. sub num. 91.* Kloch. *de contr. dicto cap. 6. num. 109. & cap. 10. sect. 1. num. 65. & 66* Vlterius *cons. 16. n. 375. vol 4.* Honded. *cons. 76. num. 12. & seqq. cum aliis supra deductis §. & licet, & seqq.*

Quæ omnia visa sunt maiori ratione, ac æquitate pro-
21 cedere in his Pauperibus Artificibus, † qui nec Communicata bona Vniuersitatis possident iuxta *cons. 1. Siluan. à num. 108.* nec illius bona emerunt, cum omnibus bonis Vniuersitas destituta sit, quo casu teneri possent ad hæc debita bonis Vniuersitatis in fixa iuxta distinctionem, quam ex mente Baldi & Castren. fecit Alex. *cons. 145. in fine vol. 2.* Honded. *cons. 34. num. 32.* Pecch. *de Iure Sisten. par. 2. dicto cap. 4. sub num. 17. ver. è contra*, & tunc procedit *cons.* Calderin. *21. de præbend.* vt Canonici adstringantur obligationibus Antecessorum quorum præbendi fruun-
23 tur, † in quibus terminis loquitur Rota *in decis. 633. num. 3. &* coram Merlin. *decis. 633. num. 64. & 65. repetita in recent. par 7 dec. 3.* alias vbicumque bona non communicen-
24 tur, † iniquum est onera, ac debita communicare, vt inquit Signorol. *cons. 44. vers. 2. casu, & sequitur* Rota *in Bononien. Censuum 2. Aprilis 1666. §. Parum refert, quod vsus in fine coram Illustrissimo Ottalora Præside Granaten.*

Et ita vtraque &c.

In eadem causa Decis. præcedentis, prout in alia superius & ordine decis. 363. in hac eadem parte, præsens quoque emanauit Decisio.

R. P. D. RONDININO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 7. Maii 1674.

ARGVMENTVM.

Census euictionem si quis præstare teneatur, ad eam condemnatur non solum pro capitale ipsius Census, verum etiam pro omnibus, & quibuscumque fructibus, quos emptor percepisset ex illo, si euictio minimè secuta fuisset, qui quidem fructus, seu damna & interesse, quæ occasione etiam capitalis debentur, si proueniant ex Censu fideicommissario, non dubium est, quin & ipsa fideicommissaria dicantur, atque ideò prohibita est in illis hæredi grauato quæcumque confessio de recepto spontaneè facta, nulla necessitate præcedente, prout in aliis similibus confessionibus eidem regulariter interdicitur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur Emptori de euictione non tantùm solius capitalis euicti, verùm etiam omnium, & singulorum fructuum, quos Emptor percepisset si euictio sequuta non fuisset.*
Damna, & interesse quæcumque in Iudicio euictionis debentur, quotiescumque Emptori venditore molestias denunciauit, num. 1.
2 *Damna, & interesse eorumque Creditum, an & quando inter immobilia reputentur, & numer. sequen.*
Immobilium appellatione non veniunt iura, & actiones num. 2.
3 *Census inter immobilia connumeratur.*
4 *Interesse semper est vnum, & idem, & semper succedit loco rei, quæ erat præstanda.*
5 *Pretium etiam in particularibus, vt illud vindicari possit in subsidium succedit loco rei.*
6 *Sententia retrotrahitur ad diem extinctionis Census, quem declarat extinctum.*
Sententia aliquid declarans, nihil de nouo addit, sed solùm ostendit id quod iam antea factum est, nomer. 6.
7 *Sententia euictionis lata contra Emptorem post denunciationem molestiarum ita afficit venditorem, ac si contra ipsum in specie pronunciata fuisset.*
Venditor post sibi denunciatas molestias ex eisdem sententia, & processu promulgatis contra Emptorem dicitur condemnatus ad illi indemnitatem præstandam, num. 7.
8 *Venditor si post latam sententiam euictionis contra Emptorem, eidem Emptori soluerit, propriam obligationem agnouisse censetur, damnaque etiam, & interesse ab eodem Emptore passa dicitur approbare.*
Sententia per solutionem in illius executionem facta dicitur approbata, num. 8.
9 *Solutio partis inducit approbationem totius.*
10 *Hæres grauatus permittitur liberare debitorem quoties recipit pretium, vel pecunias fideicommissarias.*
Hæredes grauatus potest quidem ex actu necessario liberare debitorem fideicommissi, secus verò voluntariè, num. 10.
11 *Creditor facta sibi solutione de iure tenetur liberare debitorem etiam sine alio iussu Iudicis.*
Cogi, vel posse cogi paria quidem esse dicuntur, numer. 11.
12 *Confessio de recepto stante præcedenti obligatione liberandi Debitorem solutione facta substinetur, & valet*

valet etiam si agatur de personis alienare prohibitis.
Intellige, vt num. seqq.
14 *Debitum quod quis acriter impugnauit voluntariè soluisse nemo præsumitur.*
15 *Solutio particularis admittitur solùm Creditore volente, secùs autem eo inuito.*
16 *Debitor voluntariò soluisse præsumitur si post contradictionem factam liberè soluit, & supra numer. 15.*
17 *Solutio ex iuris præsumptione semper dicitur facta in causam fructuum, non autem sortis.*
Solutio vt potius pro sorte, quam pro fructibus facta dicatur, hoc expressè probari necessè est, num. 17.
18 *Census extincti, quamuis fructus non debeantur, debentur tamen causatiuè ratione damnorum, & interesse.*
19 *Solutionem sortis si quis fecisset multò magis quietantias sibi fieri voluisset, si pro fructibus semper quietantias exegit.*
20 *Confessio de recepto facta ab herede grauato proximo decoctioni dicitur emissa in fraudem fideicommissi.*
Amplia quia dicitur etiam facta ad fraudandum Creditores, ibidem, & num. seqq.
21 *Confessio grauati, vt non præiudicet fideicommisso, vel Creditoribus, non requiritur vera decoctio, sed sufficit confitentem esse proximum decoctioni.*
22 *Coniectura nobilitatis personæ soluentis non excludit simulationem ex alijs fortioribus præsumptionibus deductam, & num. seq.*
Coniecturæ fortiores præualent debilioribus, numero 22.

DECISIO CCCXCIII

CONSTARE de credito Mazzeschi veluti Vniuersalis Donatarii Ioannis Baptistæ Crescii vltimi ex vocatis ad fideicommissum à Petro Crescio constitutum aduersus DD. de Mignanellis dictum fuerat in decisione 15. Ianuar. proximi præteriti coram me, cuius rationes hodie quoque Dominis placuerunt.

Etenim non controuertebatur Domum, quàm à Hieronymo de Vecchis R. P. D. Vitelleschus, ab isto autem Hieronymus Senior de Mignanellis, atque à Mignanello Antonius Franciscus Benotius emerat cum solita euictionis promissione *Summario* Mazzeschi *num.* 1. vrgentibus dicti Benotii Creditoribus deliberatam fuisse Antonio Catalono, istumque postquam Creditoribus soluit scuta 4000. ex reliquis scutis 1000. Censum imposuisse fauore Petri Crescii, successoris mediati dicti Benotii, quem Censum Catalonus sibi obnoxium esse voluit pro euictione Domus *Summario* eodem *numer.* 2. Itaut auocata postmodum detentatione dictæ Domus à Celsis aliisque Creditoribus dicti Hieronymi de Vecchis primi huius Domus Domini, atque obtenta à dicto Catalono Domus possessore facultate satisfaciendi cum dicto Censu Creditoribus, prout illum extinctum, & Compensatum cum molestiis, & damnis occasione dictæ Immissionis Auditor Cameræ Argelus pronunciauit *Summario* eodem *num.* 5. & 6. consequens proinde fit, vt Mignanelli, quibus denunciata sibi à Catalono molestias Ioannes Crescius hæres grauatus dicti Petri Crescii fideicommittentis intimauerat, *Summario* eodem *num.* 3 & 4. teneantur ratione damnorum, & interesse Mazzescho mediante dicta donatione dicti Ioannis Baptistæ Crescii vltimi grauati hæreditatem dicti Petri Crescii fideicommittentis repræsentanti ad omnia damna, & interesse, occasione dictarum molestiarum, & sic ad Censum atque
1 ad illorum fructus, quos grauati percepissent, † si euictio secuta non fuisset, *Text. est in l. Venditor* 8. *ff. de euict. & in l. Creditor* 54. *§. Prædium, ff. de act. empt.* Leotard. *de vsur. qu.* 56. *num* 13. Cenc. de Cens. *qu.* 19 *num.* 45. & 46. Adden. ad Ludouis. *decis.* 564. *num* 5. Rota post Cenc. de Cens. *decis.* 44. *num.* 1. & *seqq.* & coram Peutinger. *decis.* 341. *num.* 1.

Nulla habita ratione, quod fideicommissum Petri Crescii esset solùm restrictum ad bona immobilia, *Summario* eodem *num.* 7. quia non inde intrabat illatio, quam faciebant scribentes pro Mignanellis, vt cum ipsi non essent debitores nisi pro damnis, & interesse; Creditum hoc pecuniarium sub illo non contineretur, † cum appellatione immobilium non veniant iura, & actiones ad 2
Text. in l. quam Tuberonis, §. in peculio, ff. de pecul. & in l. Diuo Pio, §. in venditione ibique Alexand. *num.* 1. *de Communi Testatus, ff. de re Iudicat.* Rota coram Zarate *decis.* 114. *num.* 1. *cum aliis in præterita Decisione huius causæ, §. Ideoque.*

Etenim cum de tempore conditi Testamenti Census hic esset in hæreditate fideicommittentis atque sub eius fideicommisso compræhensus, † veluti appellatione immobilium contentus ex deductis *in præterita Decisione huius causæ, §. Verum*, si posteà ob molestias superuenientes Ioannes Crescius hæres Petri fideicommittentis coacti fuit amittere dictum Censum quem Catalonus extinctum declarari obtinuit, atque compensatum cum molestijs, & damnis dicto *Summario num.* 6. Mignanelli obligati ad damna, & interesse debent fideicommissum reintegrare siue vti obligati ad damna, & interesse, in quibus prætij quæstio non est an succedat loco rei, sed agitur de interesse, quod censetur semper vnum, & idem, 3
† & semper succedit loco rei, quæ erat præstanda, Bartol. *in l. stipulationes non diuiduntur numer.* 40. *ff. de verbor. obligat.* Surd. *decis* 306. *num.* 11. *in fine* Gait. *de Credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *nu.* 1410. & *seq.* Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 41. siuè consideretur, vt pretium, quod etiam in particularibus re ipsa perempta, atque ampliùs non extante, † vt vindicari possit in subsidium succedit loco rei, vt ad limitationem, *Textus in l. qui vos* 49. *§. final. ff. de fortis, & in l. idemque, §. si sibi, ff qui pot. in pignor. habeantur*, alijs relatis aduertuntur, Afflictus *decis.* 369. *sub num.* 4. Gabr. *cons.* 37. *sub num* 2 *vol.* 1. Surd. *dicta decis.* 306. *num.* 14. Francis. Marc. *decis.* 64. *num.* 17. Merlin. *de pign. dicta quæst.* 51. *num.* 41 Manent. *decis.* 58. *num* 10. Gratian *discept.* 304. *numer.* 6. Rota coram Buratt. *decis.* 874. *numer. primo & seqq. & in recent. part.* 10. *decis.* 51. *num.* 5 *repetita coram Arguelles decis.* 38. 4 5

Neque excusari possunt Mignanelli ex eo, quod reintegratus fuerit anno 1631. Catalonus ad possessionem Domus ablatæ à Celsis, atque aliis Creditoribus, quia ex hoc facto non aliud infertur nisi quod Catalonus liberatus fuerit à molestijs futuris, quas ampliùs illi inferre non poterant Creditores ab illis dimissi *Summario de Mignanellis*, positionis 15. Ianuarij proximi præteriti *num.* 1. sed non indè tollitur, quin Catalonus passus fuerit molestias, atque reparatum non fuerit damnum ex illis contingens, tam ob expensas litis, quam ob pensiones amissas tempore, quo dicti Creditores Domum illi abstulerunt, cum quibus Censum fideicommissarium, vsque ab anno 1630. extinctum; Auditor Cameræ Argelus pronunciauit *Summario hodierno Mazzeschi num.* 6. quamuis sententia hæc longè post prolata fuerit, quia retrotrahitur ad diem extinctionis, quam declarat, † veluti nihil de nouo addens, sed ostendens, id quod iam factum erat *gloss. in Cap. cum quis* 23 *V. Incuris de sent. excommun. in* 6. Bald. *cons.* 374. *numer.* 2. *vol.* 3. *cum aliis per* Rota *in recent. par.* 12. *decis.* 293. *num.* 19. atque Mignanelli illam impugnare non possunt tanquam res inter alios acta, quia post factam illis intimationem molestiarum dicto *Summario Mazzeschi num.* 3. & 4 Sententia lata contra Catalonum illis præiudicat non secus, ac si contra ipsos lata fuisset, † & ex eodem Processu, quo apparet pro molestiis Censum extinctum ipsi ad præstandam indemnitatem condemnati dicuntur iuxtà *gloss. in l. cum miles, §. Is qui V. facienda, & ibi* Bartol. *ff. ex quibus caus. Maiores* Mandell. Alba *cons.* 374. *num.* 21. Mangil. *de euict. quæst.* 5 *sub num.* 12 Rota *recent. par.* 10. *dec.* 330. *num.* 4. 6 7

Quod, & agnouit R. P. D. Vitelleschus ad hæc damna, & interesse principaliter obligatus, qui in diminutionem fructuum dicti Census scutorum mille, quos tempore litis, & molestiarum illatarum per dd. Creditores Catalonus Ioanni Crescio non soluerat, ipse soluit scuta Centum dicto *Summario Mazzeschi num.* 10. ac ideò approbauit, atque agnouit damna, quæ Ioannes Crescius passus fuerat, † atque obligationem propria pro illius releuatione iuxta deducta per Grauett. *cons.* 294. *num.* 8 § 21. *vers.* quia talis Maur. *de solut. cap* 8. *numer.* 9 & *per tot.* adeò vt ex solutione Partis † insurgat approbatio totius ad *Text. in l. de lege* 6. *§. finali, ff. de leg. Commiss.* 8 9
Surd.

Surd. *cons.* 104. *num.* 8. *cum aliis in decis. Eminentissimi Celsi* 190. *num.* 4.

His positis non attendendum dicebant Domini Confessionem de recepto in qua dictus Ioannes Crescius fassus est pluribus vicibus habuisse scuta 1027. ad quæ ascendere dictum fuit damna, & interesse ratione dicti Census extincti à Catalono, quia quidquid iterum inuoluerent hinc inde scribentes, circa liberationes, quas hæredes grauati faciunt occasione solutionum, quas recipiunt. Dicebant Domini hæredi grauato permitti liberationes facere quotiescumque pretium rei fideicommissariæ, vel

10 pecunias pariter fideicommissarias recepit, † quia tunc actus dicitur necessarius, secus autem si voluntariè id fecerit cum qua distinctione procedit *Text. in l. ante restitutam* 104. *vbi gloss.* Bart. *& Communiter scribentes*, *ff. de solution.* Gratian. *discept.* 636. *num.* 8 *&* 13. Giurb. *decis.* 79. *num.* 18. *&* 19. atque his terminis retentis semper auctoritatem Giurbæ *dicta decis.* 79. *num.* 18. *&* 19. *accepit* Rota *in recent. part.* 9. *decisione* 172. *numer.* 21. Dunozzett. Iunior. *decis.* 869. *numer.* 1 *repetita post Censal. ad* Peregr. *de fideicomm. decis.* 21. Cardinal. Celso *decis.* 116. *num.* 16. *cum altis in præterita decisione huius causæ*, *§. Hanc autem*, *& §. sequenti coram me*.

Voluntariam autem confessionem, & simulatam huius Crediti satisfactionem arguebant Domini ex natura actus gesti, quia licèt supposita solutione Crediti, Credi-

11 tor † teneatur sine alio Iussu Iudicis liberationem facere debitori, quasi idem sit cogi, vel posse cogi ex ratione, *Text. in l. fideicommissa* 11. *§. si rem*, *ff. de legat.* 1. *& in dicta l. ante restitutam*, *ff. de solution. Sarmient. select. interpretat. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. Gratian. *discept.* 260 *num.* 9. Surd. *decis.* 305. *numer.* 28. Rota coram Dunozzett. Iunior. *decis.* 869. *num.* 16. cum similibus, atque hæc fuerit recognitio bonæ fidei non confitendo se habuisse, & recepisse, quæ verba designant actum contextualem tempore Instrumenti, sed fatendo receptum antecedenter pluribus vicibus, quo casu Confessiones dicuntur validæ,

12 etiamsi agatur de personis prohibitis alienare, † quia nullum oritur præiudicium ex illis stante obligatione liberandi Debitores solutionibus iam receptis iuxta vnum intellectum *Text. in l.* 2. *§. Tutelæ*, *ff. de administrat. Tutor.* Medices *post decis.* 71. *examinat.* 35. *num* 10. *cum pluribus seqq.* Altograd. *cons.* 7. *sub num.* 7. *cum seqq. vol.* 1. Rota *recent. part.* 10. *dec.* 318. *num.* 29. *&* 31.

Adhuc tamen hæc Conclusio procedit semper supposi-

13 ta solutione, atque supponit id quod controuertitur, † itaut quidquid in abstracto dici possit in hoc tamen Casu in quo R. P. D. Vitelleschus acriter litigauerat denegando soluere Ioanni Crescio pro debita euictione nimia facilitate videatur postea soluisse, & quidem eodem tempore quo litigabat ne solueret, vt aduertitur *in præterita de-*

14 *cisione*, *§. Ex natura*, *& §. sequenti*, † quod videtur implicare contradictionem atque semper reddit actum voluntarium ex parte Ioannis Crescii, qui non tenebatur recipere aliquas paruas solutiones, extingendo paulatim

15 totum debitum, † cum particularis solutio admittatur solum Creditore volente, non autem illo inuito ad *Text. in l. Tutor* 41. *§. Lutius vbi gloss. V. depositi*, *ff. de vsuris*, *& in l. obligatione* 9. *C. de solution.* Surd *decis.* 186. *numer.* 2. *& cons.* 145. *num.* 15. Maur. *de solution. cap.* 7. *num.* 33. *&* 34. Rota *recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 447. *in fine*, *& part.* 10. *decisione* 201. *numer.* 10. repetita post Zacch. de Salario *decisione* 5. quod in his præcisis terminis pro dignoscendo

16 † actu voluntario considerauit Gratian. *disceptat* 636. *num.* 11.

Accedit, & solertia R. P. D. Vitelleschi debitoris, qui si aliquas summas in causam fructuum soluit *Summario hodierno Mazzeschi num.* 10. in quam causam, & alias solutiones indeterminate factas cessisse censentur iuxta Iu-

17 ris præsumptionem, † quæ non nisi contraria probatione tollitur, de qua in *l.* 1 *§. final. vbi Communiter Doctores*, *C. de solut.* Rota coram Buratt. *decis.* 119. *num.* 6. cum non sit dubium fructus deberi etiam pro Censu extincto non

18 quidem ratione illius, quod saperet vsuram, sed causatiuè tantùm ob damna, & interesse, & sic quanti interest Census extinctum non fuisse, vt præter supra adductos Franc. *decis.* 254. *num.* 12. Gratian. *disceptat.* 67. *numer.* 22. *&* 23. Leotard. *de Vsur. quæst.* 75. *numer.* 36. Rota coram Coccin. *decis.* 664. *num* 1. *&* 2.

Semper tamen liberationes procurauit, etiamsi solutiones essent paruæ, vel debitoris subscriptionem requisi-

uit, † quæ multò magis requisiuisset in solutione sortis 19
principalis huius Crediti ex deductis in præterita *decisione* *§. Ex persona*, quæ solutiones insuper fiebant dicto Ioanni proximo decoctioni, qui paulò post recessit ab Vrbe magno ære alieno grauatus pluribus debitis oppressus, atque in Hospitali Ianazzani obiit, eiusque hæreditas 25. Iulios nō excedēs per filios repudiata fuit, itaut censeatur emissa confessio aliqua pecuniarum summa recepta pro fraudandis successoribus in fideicommisso, † quemadmodum 20
emitti solent hæ confessiones pro fraudandis Creditoribus ex deductis: *In præterita decisione*, *§ Ex persona denique*, ad quem effectum non considerarunt DD. autem decoctionem, sed quod ille qui confitetur esset decoctus, vel proximus decoctioni, † itaut ex eius bonis fideicommis- 21
sum reintegrari non possit, Graff. *de except. except.* 25. *nu.* 102. *& seq.* Hodiern. ad Surd. *dec.* 229. *n.* 7. Rota *rec. par.* 2. *dec.* 460. *num.* 2.

Neque ex his aliquid detrahitur Nobilitati, atque moribus R. P. D. Vitelleschi, de quorum probitate exhibitæ sunt attestationes, *Summario de Mignanellis* 16. *Aprilis proximi præteriti numero vnico*, quia suspicio cadit in Ioanne, qui solitus erat magnos redditus sibi debitos exigua pecuniarum summa recepta dimittere, vt in præterita *Decisione*, *§ quæ suspicio*, non autem in R. P. D. Vitelleschо, qui cum pluries Iudex illum condemnare recusasset, atque ex aliis causis probabiliter cedere potuit non teneri ad dictum Creditum, vel saltem aliqua exigua pecuniarum summa soluta licere litis vexationem redimere † itaut hæ coniecturæ faciliùs cedant aliis præsumptioni- 22
bus recensitis simulationem actus suadentibus cum in hac re attendantur Coniecturæ, quæ præualent ad *Text. in l. non solum*, *ff. de rit. nupt. & in cap. literas de præsumpt.* † vt in his præcisis terminis pro responsione ad Coniectu- 23
ram deductam ex nobilitate, Rot. *in recentior. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 239 *in fine cum aliis in præterita decisione*, *§. finali*.

Et ita vtraque, &c

Confirmata fuit hæc Decisio per tres alias Decision e emanatas coram R. P. D. Vbago sub diebus 3. Decembris 1674. 4. Martii, & 17. Iunii 1675. quas omnes hic pariter sed inferius habebis in ordine Decis.

R. P. D. DE VBAGO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 3. *Decembr.* 1674.

ARGVMENTVM.

Euictionem non solùm ex iuris dispositione sed etiam ex pacto præstare tenetur venditor, qui ad illam se præcisè obligauit; Eaque comprehendit etiam damna, & interesse, quamuis sola intimatio molestiarum præcesserit; Et hæc quidem damna, & interesse prouenientia ex rebus, & effectibus fideicommissarijs, non potuerunt per simplicem confessionem de recepto ab hærede grauato in perniciem fideicommissi remitti; & eo ampliùs si ex pluribus coniecturis eadem confessio simulata, & fraudolenta detegatur; Quæ quia plures afferuntur in casu præsenti ex subsequenti Summario cum ipsa Decisione videri poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione processus.*

2 *Venditor eiusque hæredes interpellati pro liberatione à molestiis, si id non fecerunt, tenentur ad omnia damna, & interesse.*

Damnorum, & interesse obligatio respectu venditoris prouenit tam ex dispositione iuris, quàm ex illius obligatione, num.

3 *Obli-*

3 *Obligatio Cameralis continet in se promissionem damnorum, & interesse.*

4 *Obligatus præstare Euictionem Census, si illam non præstitit rectè condemnatur ad solutionem illius capitalis, eiusque fructuum.*

Interesse amittentis Censum est restitutio capitalis vna cum solutione illius fructuum, num. 4.

5 *Intimatio molestiarum sufficit ad hoc, vt quis agere possit de Euictione etiam pro damnis, & interesse & num. 6.*

Damna, & interesse Emptor in specie intimare non tenetur, sed sufficit, quod solam litem venditori denunciauerit, num. 5. & 6.

6 *Damna, & interesse passa ab Emptore in Iudicio per eum venditori denunciato perinde debentur, ac si sententia contra ipsum Venditorem fuisset pronunciata.*

7 *Census inter stabilia computatur.*

Fideicommissum quamuis ad stabilia restrictum comprehendit etiam Census, num. 7.

8 *Damna, & interesse succedentia loco Census fideicommissarij, & ipsa fideicommissaria efficiuntur.*

9 *Damna, & interesse prouenientia ex rebus fideicommissarijs non possunt liberè, & sola confessione de recepto per hæredem grauatum remitti.*

Hæres grauatus per simplicem confessionem de recepto aut alios similes actus non potest fideicommissum euertere num. 9. & num. 14.

10 *Hæres grauatus quatenùs possit Debitorem fideicommissi quietare, & num. anteced. & seqq.*

Text. in l. ante restitutam 104. ff. de solutionib. *declaratur, num. 10. & seqq.*

11 *Liberatio ab hærede grauato facta ante restitutam hæreditatem sustinetur, & quando vide numer. anteced. & seqq.*

Hæres grauatus potest quidem recipiendo liberare Debitorem fideicommissi, secus verò gratis remittendo, num. 11.

12 *Hæres grauatus in alienatione, & remissione necessaria liberat Debitorem fideicommissi secus in voluntaria.*

13 *Confessio de recepto dicitur gratuita, & voluntaria remissio, & sapit naturam Donationis.*

15 *Confessio de recepto facta ab Hærede grauato, eo minus sustinetur si simulatione non vacat.*

16 *Confessio de recepto non probat veram solutionem contra Tertium.*

17 *Confessio de recepto eo minus probat solutionem si fuerit simulata, & suspecta.*

18 *Solutio summæ notabilis non præsumitur minutatim facta.*

Simulatio præsumitur, ac etiam inuerisimile dicitur, quod quis soluerit minutatim summam valdè notabilem, num. 18.

19 *Solutionem spontè non præsumitur fecisse, qui ad illam antea se non teneri prætendebat.*

Inuerisimilitudo, ac etiam fraudis suspicio resultat à spontanea solutione illius, qui se non teneri contendebat, num. 19.

Confessio de recepto redditur valdè suspecta si facta sit ab eo, qui allegauerat se ipsum soluere non teneri, num. 19.

20 *de Solutione summæ notabilis etiam facta in pluribus vicibus, & partitis, non præsumitur, quod quis quietantias reportare noluisset.*

Confessio de recepto ingentis quantitatis pecuniarum pluribus in vicibus sine aliqua quietantia salutarum, præsumitur esse suspecta, & fraudolenta, num. 20.

21 *Quietantia vbi quis est solitus reportare de solutione summæ valdè minoris, eamque omiserit reportare de summa maiori, tunc solutio non pr sumitur vera, sed apparet simulata.*

22 *Quietantia, & eo magis confessio de recepto facta à decoctio, vel saltem valdè obærato semper reputantur suspectæ, & non probant, & n. 24.*

24 *Debitores magnæ quantitatis, qui recepta aliqua parua summa quietare, & liberare consueuit, ita & cum aliis fecisse præsumendum est.*

Confessio de recepto facta ab eo, qui erat solitus suos Debitores etiam summæ notabilis pro modico liberare, non probat veram solutionem, num. 24.

25 *Confessionem de recepto simulatam, & fraudolentam licet adductæ coniecturæ non probent, operantur tamen quod de ea suspicari possit.*

Falsitatis sola suspicio in ciuilibus tollit fidem confessioni de recepto, & idem operatur, ac ipsa falsitas num. 25.

DECISIO CCCXCIV.

HIERONYMVS Mignanellus Domum emptam à R. P. D Vitelleschо vendidit Benotio cum expressa promissione euictionis, & liberationis à quacumque molestia. Eadem autem Domo postea subhastata, & deliberata Catalono iste ex pretio soluit scuta 4000. Creditoribus Benotii, & residuum deposuit ad effectum inuestiendi pro sui securitate prout fuit subsequenter inuestitum in censu similis summæ impositum per ipsummet Catalonum fauore Petri Crescii, qui interim Benotio successerat.

Verùm idem Catalonus cum postea passus fuit in Domo molestias, easque intimauerit Io: prædicti Petri hæredi, & iste Hieronymo Mignanello, & nemo ipsum liberauit, obtinuit iudicialiter declarari Censum præfatum fuisse cum damnis, quæ passus erat compensatum, & ita extinctum.

Hinc Mazzeschus Donatarius Ioann. Baptistæ Crescii vltimo loco ad fideicommissum per dictum Petrum relictum vocati, & culus fauore tanquam causam habentis à Benotio vigebat præfata promissio Hieronymi Mignanelli de liberando à quacumque molestia super Domo egit contra Mignanellos eiusdem Hieronymi hęredes pro damnis, & interesse, & obtinuit per sententiam R. P. D. mei Rondinini ipsos condemnari in scutis mille pro capitale Census præfati, nec non ad solutionem fructuum eiusdem à die 19. Ianuarii 1637. vsque ad dicti capitalis restitutionem.

Appellarunt Mignanelii, & commissa mihi causa dedi dubium, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione responderunt.

Validitas enim non fuit indubium reuocata, † dum resultat ex reuolutione Processus, in quo apparet fuisse seruata omnia ad illam necessaria, *iuxta decisionem* Caputaquen. 260 *part.* 2. 1

Iustitia verò visa fuit ex eo resultare, quod cum Mignanelli tanquam hæredes Venditoris tenerentur liberare Domum à quacumque molestia, & licèt interpellati, † id non fecerint vtique tenentur ad omnia damna, & interesse, tam ex iuris dispositione, *l. si venditione 60. l. euictare 75. la secunda, ff de euict.* cum concordan relatis per Rota *in decis.* 330. *nu.* 1. *part.* 10. *recent.* quam etiam ex dicto pacto iuncta præsertim obligatione Camerali † ipsorum damnorum, & interesse promissionem continente, Rota post Ceno. de Cens. *decis.* 97. *num.* 5. & *post* Zacchiam *de Obligatione Camerali decision.* 216. *num.* 5. & *decis.* 217. *num* 18. & coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 269. *num.* 1. 2 3

Et dum hæredes Benotii emptoris causa dd. molestiarum amiserunt Censum meritò fuerunt condemnati Mignanelli restituere capitale, & soluere fructus, quia hoc est interesse clarum, & liquidum amittentis Censum, Cenc. de Cens. *quæst.* 19. *numero* 45. Adden. ad Gregor. *decision.* 564 *num.* 5. Rota *decis.* 77. *num.* 2. *p* 2. *recentior.* & *decis.* 216. *numer.* 6. *post* Zacchiam *de Obligatione Camerali.* 4

Non obstat, quod eadem damna non fuerint specificè, & præcisè Mignanellis intimata, quia dum eis denunciatæ fuerunt molestiæ super Domo iudicialiter illatæ, † hoc sufficit ad effectum, vt agi possit de euictione, & pro damnis inde sequutis, Mangil. *de euictione quæst.* 3. *numer.* 2. maximè dum agitur de damnis illatis in eodem iudicio 5

denun-

6 denunciato, † quod eos afficit non secus, ac si sententiæ latæ essent ipsis citatis, *l. ingenuum 25. de Statu Hominum* Dec. *conf.* 242.*num.*7. Gratian. *discept.* 67.*numer.*24. Rot.*recent. decis.* 390. *numer.* 8. 10.*part.* 5. *&* *decis.* 293. *num.* 19.*part.* 12. coram Seraphin. *decis.* 1283. *num.* 3. *&* coram Arguell. *decis.* 17. *num.* 32.

Nec obstat, quod Ioannes Crescius fassus fuerit eadem damna recepisse à R. P. D. Vitellescho Mignanellorum Auctore, eumque de illis quietauerit, quia dum Census esset suppositus fideicommisso inductu per Petrum, cuius fauore fuit impositus, quamuis ad stabilia restricto,
7 quia † Census inter stabilia computatur, Gabriel. *consil.* 141. *num.* 18. *lib.* 2. Buratt. *decis.* 580. *num.* 8. Celsus *decis.* 299. *num.* 2. *&* 3. eodem modo illi supposita erant præfata
8 damna, & interesse, census † loco succedentia, *l. si controuersia* 9. *& l. cum quæstio* 17. *& l. cum successores* 23. *C. de euict.* Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 41. Gait. *de Credit. cap.* 4 *num.* 1410. *&* 1411. Surd. *decis.* 306. *num.* 7. *& seqq.* & propterea non potuerunt ita liberè per eum
9 remitti mediante simplici confessione de recepto, † & quietantia cum non sit liberum hæredi grauato per similes actus fideicommissum subuertere, *l. fin. §. sed quia C. com. de legat.*

In nihilo refragante, quod *Textus in l. ante restitutam*
10 104. *ff. de solut.* † admittat liberationes factas ab hærede grauato ante hæreditatem restitutam, quia iste Text.
11 loquitur de eo, qui exegit, † non de eo, qui gratis remisit, vt habetur in verbis, ibi: *solutiones, & liberationes* & ad ipsam legem præcisè docet Baldus in principio cum qua doctrina consonat in effectu altera Bartoli ibidem di-
12 centis eamdem legem procedere † in alienatione necessaria; non autem in voluntaria, quam sequuntur alii adducti per Gratian. *discept.* 636. *num.* 8. & in fortioribus terminis Cæsar. de Afflict. *controuer. Iur. cap.* 2. *num.* 24. Noguerol. *allegat.* 40. *numer.* 18. & sic prædictus Textus non applicatur in casu præsenti vbi Ioannes fecit simpli-
13 cem confessionem de recepto, † quæ est gratuita, & voluntaria remissio, & sapit naturam donationis, Accolt. Aret. *conf.* 4. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *versic. est enim* Ciriac. *controuer.* 329. *num.* 56. *&* 57. Surd. *decis.* 229. *num.* 24. *versic. & mouentur prædicti* Rota coram Celso *decis.* 184. *num.* 5. & in specie, quod hæres grauatus non possit facere con-
14 fessionem de recepto, per † quam subuertatur fideicommissum, Paris. *conf.* 52. *num.* 41. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicomm. art.* 42 *num.* 83. *post principium* Fusar. *de substit. qu* 532. *num.* 24.

Quod, & certiùs procedit vbicumque talis confessio non vacat prorsùs omni suspicione simulationis, & frau-
15 dis latè tradita per Peregrin. *de fideicommissi art.* 40. *num.* 50. quem sequitur Noguerol. *allegat.* 40. *num.* 18. & admittunt etiam Casanat. *conf.* 9. *numer.* 38. *&* Giurb. *decis.* 79. *num.* 44. *versic. maximè*, qui in contrarium allegaban-
16 tur, & est regulare, † vt confessio de recepto non probet veram solutionem contra tertium, Nat. *conf.* 438. *num.* 9. *versic. potest, & aliter* Rota coram Andreol. 53. *nu.* 4. *&* 5.
17 & eo certiùs si ex coniecturis, † & circumstantijs reddatur suspecta, Mantic *de tacit. lib.* 11. *tit* 20. *num.* 35. *vers. de in iudiciis, & seq.* Buratt *decisione* 108. *num.* 6. *vers. prædicta* Merlin. *decis* 419. *num.* 12

Similes suspiciones ponderarunt Domini in hoc Instrumento confessionis dum primo visum fuit R. P. D. Vitellescum soluisse in pluribus vicibus, summam ma-
18 gnam ascendentem ad scuta 1077. † minutatim inuerisimilitudinem quamdam deducere, & proinde arguit simulationem, Grat. *dicta discept.* 636. *n.* 11.

Secundo ex eo, quod R. P. D. Vitelleschus prætendebat non teneri soluere, & tamen litem in se suscepit hodierno *Summario* Caroli *num.* 8. & substinuit, vndè prorsùs est inuerisimile, † quod interim spontè soluerit, &
19 ex tali inuerisimilitudine redditur valdè suscepta confessio, Crauett. *conf.* 175. *num* 5. Decian. *conf.* 62. *numer.* 72. *lib.* 3. Tiraquell *in l. si vnquam in præfat. num.* 40. Rot. *decis.* 239. *num.* 12 *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Tertiò, quia confessio dicit solutionem fuisse factam in pluribus vicibus, & tamen R. P. D. Vitelleschus nullam
20 reportauit quietantiam prout verisimiliter fecisset, † si verè soluisset, vndè oritur coniectura contra veritatem confessionis, Merlin. *decis.* 419. *num.* 10. Rota *decis.* 239. *n.* 11. *&* 12 *part.* 4. *tom.* 2 *rec.* fortiùs dùm summæ erant in
21 quantitate valdè considerabili, † & constat eum consueuisse quietantias reportare de solutionibus valdè minoribus, Anchar. *conf.* 64. *num.* 2. *ad med. vers. & maximè quia* Gratian. *disceptat.* 570. *num.* 31. Rota coram Merlin. *dec.* 195 *num.* 1. coram Ludouisio *dec.* 253 *numer.* 1. coram Celso *dec.* 184. *nu.* 7. *& post* Salgad *in Labyrint. Credit. dec.* 22. *nu.* 9. *&* 10. *& in recent. decis.* 239. *n.* 13 *part.* 4. *tom.* 2.

Quartò, quia Ioannes erat decoctus, † vel saltem valdè obæratus *Summario* Mazzeschi *num.* 8. *vsque ad* 13 simi- 22
liumque Hominum confessiones semper reputantur suspectæ, † & non probant, Noguerol. *allegat.* 7. *num.* 24. Ca- 23
piciolatr. *dec.* 133. *n.* 20 Merlin. *dec* 543. *n.* 10.

Quintò, quia idem Ioannes solitus erat similes suos debitores magnæ quantitatis recepta aliqua parua summa quietare, & liberare *Summario* Mazzeschi *num.* 15. *&* 16. † vndè oritur suspicio, quod idem fecerit R. P. D. Vi- 24
telescho. Non autem verè summam confessatam receperit ex ratione *text. in l. non omnes* 10. *§. à barbaris, ff. de re militari* Rot. *dec.* 179. *num.* 21. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. &* Gramat. *decis.* 76. *num.* 27.

Et hæc omnia non per se, sed simul considerata quatenus simulationem, & falsitatem confessionis apertè non conuincant; saltem operantur de ea suspicari posse, quod sufficit ex supra citatis. † Regulare etenim est, quod in 25
Ciuilibus sola suspicio falsi tollat fidem confessioni, & idem operetur, ac ipsa falsitas, Castren. *in l. iubemus num.* 2. *C. de probat.* Anchar. *conf.* 173. *num.* 8. Rota coram Merlin. *decis.* 419 *n.* 12. Immò sufficere vnicam præsumptionem probat Crauett. *conf.* 997. *num.* 17. *lib.* 6.

Nec talis suspicio remoueri potest ex nobilitate, aliisque qualitatibus personæ A. P. D. Vitelleschi, quia ipse non fecit confessionem, nec constat, quod sciuerit eam fuisse fraudolentam, & in perniciem vocati ad fideicommissum factam, & ideò non procurandam: in omnem verò casum coniecturæ veritatis, quæ ex similibus quali- 26
tatibus personalibus oriri possent prædictæ † contrariæ præualerent, vt alias sensit, Rota *in decis.* 239. *numer.* 20. *vers. ad quintam par.* 4. *tom.* 2. *rec. &* coram Celso *dec* 184. *n.* 13. *&* coram Ludouisio *dec.* 247. *n.* 3.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

Emanauit hæc Decisio cum aliis duabus Decisionibus subsequentibus in eadem causa alterius supra Decisionis antecedentis coram R. P. D. Rondinino in ordine.

R. P. D. DE VBAGO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 4. Maii 1672.

ARGVMENTVM.

Quamuis, vt agere possit Emptor de euictione intimatio, seu denunciatio molestiarum sit omnino necessaria; hoc tamen vel non procedit ad effectum illum obligandi ad nouam intimationem super damnis, & interesse, quæ propter solam denunciationem molestiarum ex omni iure debentur, vel eadem denunciatio non requiritur, stante Iustitia eiusdem euictionis, quæ remouet defectum non tantum cuiuscumque citationis omissæ, verum etiam appellationis à sententia euictionis minime secutæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum à se met ipso impugnatum quando quis possit allegare pro fundamento suæ intentionis.*
Instrumentum in actis per se diuersis, ac diuiduis rectè separari potest, & successiuè pro parte acceptari pro alia verò parte impugnari, num. 1.
2 *Molestiæ solæ non sufficiunt pro retardatione solutionis in vim obligationis Cameralis, sed requiritur vltertus actualis subsecuta euictio.*
3 *Confirmatio, seu declaratio nihil noui addunt, sed ostendunt quid factum sit.*
4 *Actio ad damna, & interesse secuta denunciatione litis*

litis super molestiis statim oritur etiam absque noua citatione.

5 *Citatio non requiritur vbi nulla competebat defensio.*

Euictionis noua non est necessaria citatio, vbi iam consumptum fuisse Iudicium, sicque nulla competere potuisset defensio, num. 5.

6 *Citationis defectum allegare non sufficit, sed necessarium est docere, quod si quis fuisset Citatus euictionem euitasset.*

7 *Appellationis defectus non officit, quoties sententia esset iusta.*

Emptor agit de Euictione etiam si non appellauerit, si sententia contra ipsum lata, fuit iusta, num. 7.

à Sententia iusta appellari non debet, num. 7.

8 *Causam sufficit fuisse dubiam, ad hoc vt quis appellare non debuisset.*

9 *Emptor agit de Euictione etiam si nullum fuisset sibi motum Iudicium stante realitate Crediti, ob quod sibi successit Euictio.*

10 *Euictio contigisse dicitur statim atque possessor cognouit rem à se euinci posse.*

11 *Confessio de recepto ex pluribus exceptionibus, quæ contra illam adducuntur plenè reiicitur.*

DECISIO CCCXCV.

NON controuertebant Mignanelli propriam obligationem liberandi à molestiis, & quod interpellati neglexerint liberare, sed solummodò impugnabant damna passa per Catalonum non ascendere ad summam expositam, & sic constare de excessu sententiæ adiudicationis. Secundò non subsistere censum fuisse adiudicatum pro ipsis damnis, & tandem Crescios Mazzeschi auctores fuisse integrè satis factos deduxerunt. Super quibus iterùm hodiè proposita Causa Domini steterunt in decisis coram me die 3. Decembris proximi præteriti.

Non enim subsistit excessus adiudicationis deductus ex eo, quia creditum pro quo immissi fuerunt Celsi ad possessionem Domus esset expressum in summa scutorum 540. auri, & ideo pro ipsis non potuisse adiudicari censum in sorte scutorum mille quoniam sententia immissionis latæ ad fauorem dd. de Celsis non restringitur ad summam supra expressam, sed continet etiam fructus post immissionem vsque ad integram ipsorum satisfactionem Summario hodierno numer. 1. & 2. Cum itaque Celsi retinuerint domum spatio annorum trium, mensis vnius, & dierum 18. exegerunt pariter hoc temporis spatio scuta mille nonaginta sex ad rationem annuorum scutorum 350. pro quibus Domus fuit locata, eodem Summario numer. 3. Quam veritatem agnoscens Vitelleschus auctor ipsorum de Mignanellis pro rata scutorum 1027. Creditum canonizauit in Instrumento inito cum Ioanne Crescio, quod licèt ex parte Mazzeschi impugnetur, quoad confessionem de recepto, attamen potest ab eodem Mazzescho allegari in hac parte sibi pro-
1 ficua pro fundamento suæ intentionis ex regula, † quod Instrumentum in actis per se diuersis, ac diuiduis possit separari, vt dixit Rota *in Romana Pecuniaria* 8. *Iunii* 1665 §. *quia vltra*, & 5 *Octobris* 1672. §. *alteram verò cor. Reuerendiss. D. meo Albergato Decano*, & *cor. Merlino dec.* 428. *num.* 10.

Minùs subsistit alter excessus deductus ex eo, quia si Catalonus erat Creditor pro damnis passis ex euictione domus ab anno 1627. vsque ad annum 1631. erat quoque debitor pro fructibus Census adiudicati decursis ante annum 1627. nempè à die creationis ipsius census, cum quibus prædicta damna poterant compensari. Quamobrem obiectum tollitur ex facto dum Catalonus semper dicto tempore fructus census soluit, vt ex receptis datis prædicto Summ. num. 5.

Nec dicatur non esse præsumendam solutionem, dum molestiæ inceperunt ab Anno 1613. quia cedit præsumptio veritati, dum ex facto dignoscitur solutionem fructuum secutam fuisse; maximè quod non sufficiebant molestię pro retardatione solutionis annui census debit.
2 in vim obligationis Cameralis, † sed requirebatur actualis subsecuta euictio Domus per immissionem habitam à molestante, Rota *dec.* 686. *par.* 2. *rec.*

Remouetur pariter secundum obiectum, quod non potuerit prouenire adiudicatio census ex Iudicio moto pro molestijs, eo quia molestiæ euenerunt anno 1627. & ab ipsis fuit Catalonus liberatus Anno 1631. per acta Pasquetti coram Meltio; sententia verò adiudicationis fauore Cataloni sit de Anno 1639. per acta Palutij coram Argelo; ex his etenim non solùm nullo modo tollitur, quod Catalonus non esse creditor pro damnis passis ex causa euictionis, verùm etiam ex facto iustificatur, quod adiudicatio secuta fuerit de eo tempore molestiarum per decretum Meltij, & per acta Pasquetti *eodem Summario num.* 4. § *fidem facio*, & solummodo coram Argelo per acta Palutij de Anno 1639. fuit dictum decretu .. adiudicationis confirmatum per sententiam, & ideò habet locum conclusio, quod confirmatio, & declaratio nil noui addunt, † sed ostendunt quod iam fa- 3
ctum fuerat, *glos. in c. cum quis verbo incursis de sentent. excommunic. in* 6. *l. hæres palam*, §. *siquidem post factum testamentum*, *ff de Testamentis* Bald. *cons.* 374. *numer.* 2. *lib.* 3. Rota *in Romana fideicommissi* 2. *Ianuarii* 1668. §. *quod verò iuxta finem vbi*, *quod ad id tempus dispositionis retrotrabitur coram R. P. D. meo Bourlemont*, & *in recent. part.* 12. *decis.* 293. *n.* 19. & *dec* 409. *num.* 1 *par.* 9.

Nil refert, quod in hoc nouo Iudicio Mignanelli non fuerint citati, quia non erat opus, cum sufficiat, vt sit denunciata lis super molestijs, † & quod negligatur mo- 4
lestias remoueri, ita vt statim oriatur actio ad damna, & interesse absque noua citatione firmauit *dicta prima decisio coram me*, §. *non obstat*, maximè quod Census iam fuit per alterum primum Iudicium consumptus, & ideò nulla poterat competere defensio, † & in eo casu 5
non requiritur noua citatio, iuxta *Theoricam Imolæ in capite vltimo in fin. de empt.* & *vendit.* quam sequitur Alex. *cons.* 67 *volum.* 3. *num.* 24. & Rota *decis.* 390. *num.* 1. 2. & 3. *part.* 5. *tom. primo recent.* & *decis.* 118. *num.* 4. *post* Merlin. *de pignor.* eoque magis quia non sufficit allegare defectum citationis, † sed debet etiam copulatiuè deduci, 6
vt si fuisset citatus deduxisset tales rationes, ob quas fuisset euitata consumptio, Mangil. *de euict. quæst.* 88. *numer* 84. Vbert. *de citat. cap.* 14. *num.* 99. *vers. sed euictione* Gratian. *discept.* 354. *numer.* 33 Rota *Bononien. diuersorum decis.* 102. *nu.* 47. & ex his tollitur alterum obiectum omissæ appellationis, † quia cum sententia esset iu- 7
sta non debebat appellari, Scacc. *de appellat. quæst.* 5. *numer.* 14. *versic. subdeclara primo* Mangil. *de euict. quæst.* 14. *numer.* 13. & 15. Gusman. *eodem tractatu quæst.* 12. *num* 14. vbi etiam sufficere causam esse dubiam adhoc,
† vt appellari non debeat; Iustitia verò patet dum Cata- 8
lonus erat reintegrandus de damnis, & interesse passis in re sibi euicta, & ideò stante realitate crediti contra quod nulla competebat exceptio † potuissent Crescii sa- 9
tisfacere, etiamsi nullum fuisset motum Iudicium itaut adhuc essent reintegrandi, *l. si rem* 29. & *ibi gloss. ff. de euict.* Alexand *in l. non solùm*, §. *morte num* 45. *ff. de nou. oper. nunciat* Surd *cons.* 36. *num.* 23. & *decis.* 22. *num.* 8. &
10. cum contigisse dicatur euictio † statim atque possessor 10
cognouit rem à se euinci posse, Garz. *de expen.* & *meliorat. cap.* 23. *num* 17 & 18. Rota *decis.* 337. *num.* 2. & 3. *par.* 5. *tom.* 1 *recent.*

Alteri exceptioni per Mignanellos datæ super satisfactione ipsorum damnorum, & interesse, quæ supponitur facta per R. P. D. Vitelleschum Ioanni Crescio, & dicitur constare per Instrumentum confessionis de recepto, † satis fuit responsum in altera prædicta decisio- 11
ne coram me, §. *nec obstat*, & §. *in nihilo refragrante cum seqq. nec non coram R. P. D meo Rondinino in decis. sub die* 15. *Ianuarii* 1674. § *maioris autem*, *cum tribus seq.* & *in altera die* 7 *Maii* 1674. §. *bis positis cum seq.* & proinde standum esse in decisis statuerunt Domini vtraque parte informante.

Hæc decisio est in eadem causa Decisionis antecedentis, cuius in calce suas concordantes adnotauimus.

R. P. D.

R. P. D. DE VBAGO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 17. Iunii 1675.

ARGVMENTVM.

Hæres obligans se de proprio non euitat solutionem ex eo, quod contraxerit occasione hæreditatis defuncti, minùs etiam excipere potest de Beneficio inuentarij; Creditum purum, an & quando possit ab hærede grauato per solam confessionem de recepto remitti; Et tertio quatenus census compensationem admittat cum alio Credito debitoris illius.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta ab Hærede hæreditario nomine pro hæreditate, vt nequeat obligare ipsum Hæredem de proprio requiritur redditio rationis.*

2 *Hæres qui obligauit se ipsum, suaque met bona tenetur de proprio.*

Hæres qui se obligauit de proprio non iuuatur Beneficio inuentarii, num. 2. & 3.

3 *Inuentarium suffragatur Hæredi respectu obligationis defuncti, secus verò quoad obligationem ab eo factam, & supra num. 2.*

4 *Obligatio proueniens ex causa hæreditaria dicitur innouata ab Hærede, qui se proprio nomine obligauit.*

Hæres qui obligationi prouenienti à defuncto, se ipsum etiam obligauit habetur pro noua persona, n. 4.

5 *Obligatio Hæredis etiam cum assertiua, quod illa descendebat ab obligatione defuncti, non limitat obligationem de proprio, & ex propria persona factam.*

6 *Obligatio à Tutrice contracta obligat pupillum, ac si ipsemet contraxisset.*

7 *Pupillus non excedens tertium suæ ætatis annum in contractu ab eius Tutore celebratum interuenire non debet, ideòque illius præsentia non fuit necessaria.*

8 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 118. *probibens acquisitionem iurium litigiosorum declaratur*

Res Litigiosa donata cum vniuersitate bonorum venit in consequentiam donationis vniuersalis, indèque non comprehenditur à Statuto probibente acquisitionem iurium litigiosorum, num. 8.

9 *Creditum purum potest ab Hærede grauato remitti etiam per confessionem de recepto.*

10 *Creditum pecuniarium trahens originem à bonis fideicommissi, in eorum loco succedit, & remanet obnoxium fideicommisso, & num. 11.*

12 *Creditum fideicommissi non potest ab hærede grauato extingui, nisi ex causa necessaria, veræ nempè restitutionis pecuniarum, secùs autem per confessionem de recepto, & num. seq.*

14 *Confessio de recepto sapit donationem.*

Donatio est probibita Hæredi grauato in præiudicium fideicommissi, & vocatorum, num. 14.

15 *Donatio proueniens ex actu voluntario, non necessario dicitur gratuita, & voluntaria remissio.*

16 *Confessio de recepto eo magis est probibita Hæredi grauato, si concurrant vehementes suspiciones simulationis.*

17 *Quietantiæ, solutiones fructuum nihil inferunt ad verificandam solutionem sortis.*

18 *Liber familiaris alicuius pro scribente non probat.*

19 *Census an possit compensari cum alio Credito debitoris illius.*

Creditum liquidum æquiparatur pecuniæ numeratæ, num. 19.

Creditor Census potest etiam inuitus cogi ad illam compensandum cum debito liquido, num 19.

20 *Scriptura priuata ob defectum trini testis habet præsumptionem antidatæ.*

21 *Antidatæ & simulationis suspicio tollitur si scriptura priuata fuisset in actis producta, atque etiam à Iudice admissa.*

Simulationis præsumptio cessat, cessante causa simulandi, num 21.

22 *Receputæ, & quietantiæ priuatæ non babent suspicionem antidatæ, & num. seq.*

23 *Quietantiæ, & receputæ priuatæ non requirunt trium testium subscriptionem.*

Textus in l. Scripturas, C. qui potiores in pignore habeantur, *declaratur à num. 20. vsque ad num. 23.*

24 *Fructus Census gradatim extinct, pro rata extincta non debentur ampliùs.*

DECISIO CCCXCVI.

ITERVM hodie visa causa ab omnibus post dilatam resolutionem sub die 7 currentis ob maturiorem discussionem steterunt Domini in decisis statuentes Mignanellos hæredes Hieronymi teneri ad reintegrationem fideicommissi Petri Crescii, & sic Mazzeschi Donatarii Ioannis Baptistæ vltimi vocati pro capitale Census scutorum mille, ac fructibus decursis amissis, eo quia ipsi Mignanelli non liberarunt Catalouum à denunciatis molestijs passis in Domo vendita per ipsum Hieronymum Mignanellum ex fundamentis Decisionum huius Causæ coram me aliàs emanat. sub diebus 3. Decembris 1674. & 4. Martii 1675.

Nec remouit Dominos obiectum nouiter excitatum nempè obligationem contractam per Hieronymum mediante Fuluia Matre, & Tutrice fuisse ad effectum soluend. debita q. Petri Pauli, cuius prædictus Hieronymus erat hæres cum beneficio legis, & inuentarii, & ideò cum Hieronymus non se obligauerit nisi hæreditario nomine prætendatur non teneri pro liberatione à molestiis nec in
personâ, nec in bonis propriis, sed tantum quantum vires
hæreditariæ Petri Pauli suppetunt, † quoniam præmisso 1
quod conclusio posset procedere facta redditione rationis
si obligatio facta esset pro hæreditate, Rota *decis. 324. n. 7. cum seq. par. 9 rec.* in præsenti casu obiectum tollitur ex facto, dum Hieronymus non obligauit simpliciter bona hæreditaria, sed se ipsum, & bona propria, propriosque hæ-
redes, & successores, *Summario † responsionis Mazzeschi* 2
die 7. currentis n. 1. § & inferius, & proinde beneficio inuentarii gaudere non potest, iuxta opinionem Angel *consil. 31. n. 8. quam seq.* Grat. *discept 264. num 9. & 19. & discept. 646 nu. 26. & seq.* Boer. *dec. 53. num. 8* Surd. *dec. 183. n. 11. &* Rota *in rec. 545. num. 1 part. 5. & decis. 428. num. 6. par. 9.* nec non post Meriin. *de pignor. decis. 125. num. 6. & in Romana Census 20. Februarii 1669 § etenim Monasterium coram Eminentissimo Cerro, iam huius Sacr. Tribunalis Decano.* Beneficium enim Inuentarii prouidet hæredi circa actiones
passiuas descendentes à defuncto, † non autem subuenit 3
aduersus actiones, quibus ex suo facto tenetur Rota, *dec. 392 num 2. part. 1. recent.* quamobrem obligatio proueniens ex causa hæreditaria, videtur nunc innouata ex pacto,
& stipulatione Instrumenti venditionis, † dum in eo hæ- 4
res habetur pro noua persona Surd. *cons 191. nu. 26* Rota *dec. 135. n. 17. & 18. par. 9 recent.* quod procedere Domini non dubitarunt, licèt in præfatione, & narratiua Instrumenti Hieronymus asseruerit deuenisse ad venditionem tanquam hæres beneficiatus, & pro soluendis debitis hæreditariis Petri Pauli. Quamobrem dicta assertiua fuit tanquam deducta ad demonstrasi legitimam causam,
pro qua deueniebat ad venditionem; † non autem ad ef- 5
fectum limitandi obligationem contractam ex propria persona, & in qua vti principalem, & de proprio se obligauit, Aym. *consil. 214. num. 1.* Grat. *discept. 264. num. 7. & 8.* Rota *decis. 545. numer. 10. & seqq. parte 5. tom. 2. recent.*

Ad tollendam verò obligationem non suffragatur, quod Instrumentum venditionis cum obligatione euictionis non fuerit initum à Hieronymo, sed à Fuluia Matre, & ideò corruat ex defectu consensus, quia cum
ipsa Fuluia contraxerit vti Tutrix ipsius Hieronymi † 6
obligatio contracta dicto nomine obligat, ac si ipsemet Hieronymus contraxisset, Rota *dec. 296. num. 8. part. 4. to. 2. & dec. 187. nu. 16. par. 10. ac decis. 322. nu 15 par. 4. rec.* nil releuante, quod Hieronymus in contractu non interuenerit, quoniam cum tunc temporis non incederet tertium suæ ætatis annum, nullum contractui poterat

7 assensum præstare, † & proinde eius præsentia tanquam inanis poterant per Tutricem derelinqui, vt tradit Pineii. *in l. 1. par. 2. num. 66. C. de bon. quæ liber.* Mandeli. *cons. 205. num. 38. cum seqq. &* Rota *decis. 296. numer. 5. & 6. part. 4. tom 2. recent.*

Cognitum quoque fuit tanquam inane, & insubsistens alterum nouum obiectum per Mignanelios adductum, quod scilicet Mazzescho obstet *Statutum Vrbis cap. 118.* prohibens acquisitionem, seu emptionem Iurium liti-
8 giosorum, quia † Domini responderunt, quod Statutum procederet si Mazzescho facta fuisset donatio solius Census litigiosi, sed cum illa fuerit vniuersalis omnium bonorum, & Iurium Ioannis Baptistæ donantis, tunc res litigiosa venit in consequentiam vniuersalis donationis, & comprehenditur sub statuto, Cephal. *cons. 64. nu. 15.* Menoch. *cons. 513. num. 14.* cum aliis allegatis per Rot. *decis. 679 num. 19.* apud Posth. *de manutentione*.

Repetebant quoque Mignanelli prætensam solutionem inductam ex confessione de recepto initam per Ioannem hæredem grauatum, prætendentes quod licèt Catalono in satisfactione molestiarum passarum fuerit adiudicatus Census fideicommissarius Petri Crescii adhuc hæreditas eiusdem Petri non deuenerit nisi pura Creditrix pecuniaria pro valore damnorum passorum, & purum
9 creditum potuisse per hæredem grauatum remitti † etiam per confessionem de recepto per Text. *in l. ante restitut. 104 ff. de so ut.* Domini verò cognouerunt responsiones alias datas, tàm coram R. P. D. meo Rondinino, quam coram me die 3. Decembris 1674. sufficienter obiectum sustulisse, nam licèt creditum esset pecuniarium adhuc trahebat originem à Censu per fideicommissum de perdi-
10 to, † ita vt fauore fideicommissi successerit loco ipsius Census, Merlin. *de pignor. lib. 2. quæst. 51. num. 41.* Surd *dec.*
11 *306. num. 5. & seqq & num. 11.* & deuenit † obnoxium fideicommisso, vt erat ipse Census Rota *decis. 251. num. 9. & 10. part. 13. recent* Ideòque non potuit per hæredem grauatum extingui nisi ex causa necessaria per actua-
12 lem, nempè restitutionem pecuniæ, † non autem per solam confessionem de recepto ex firmatis in hac causa coram R. P. D. meo Rondinino 15 Ianuar. 1674. *§. cæterum respondebant*.

Et quando etiam fuisset purum creditum adhuc hæres
13 grauatus non poterat extinguere nisi † mediante solutione, vt in verbis dicit, *Textus in dicta l ante restitut. iuxta gloss verb. liberationes*, cum ibi notatis per Alberic. Angel. Bald. & *alios scribentes*, qui omnes loquuntur in grauato, qui ex causa necessaria recipit, & exigit, & proptereà non potest verificari in eo, qui confitetur recepisse
14 † cum confessio de recepto sapiat donationem, quæ est prohibita hæredi grauato in præiudicium fideicommissi, & vocatorum Paris. *cons. 52 num. 41. lib. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 42. num. 83. post principium* Fusar. *de substitut. q. 532. nu. 24* & cum proueniat ex actu voluntario, non
15 autem necessario † dicitur gratuita, & voluntaria remissio Accolt. Aret. *cons. 4 nu. 2. & 3. lib. 2. vers. est enim* Ciriac. *controuer. 329. num. 56. & 57.* Gratian *discept. 635. num. 8. &* Rota coram Celso *decis. 184. num. 5.* & tantò magis iudicarunt Domini sequendam doctrinam Baldi in præ-
16 senti hypothesi, † in qua concurrunt vehementes suspiciones simulationis de quibus *in 1. decis. huius Causæ coram me 3. Decembris 1673. § similes cum aliis quinque seqq.* ex traditis per Noguerol. *alleg. 40 num 18. &* Peregrin. *de fideicomm. art. 40. num. 50. cum aliis in ipsa decis. § quod, & certius*.

Numeratio verò pecuniarum non potest induci ex receptis exhibitis per Mignanellos, nec ex partitis libri familiaris Vitelleschi quoniam solutiones probatæ ex receptis cadunt in causam fructuum eiusdem Census solu-
17 torum ad computum damnorum, & interesse, & † ideò nulla de his venit habenda ratio ad verificandi solutionem sortis principalis, vt alias in hac causa respondit, Rota coram R. P. D. meo Rondinino 7. Maii 1674. *§ accedit, & so. tertia*; Partitæ verò præfati libri familiaris continentes
18 inter cætera plura mutua, † cum tendant ad fauorem scribentis, nil probant, *l. exemplo, C. de prob.* Rot. *dec. 1. par. 6. rec & dec. 226. n. 41. p. 7. rec. &* cor. Greg. *dec. 79. n. 5.*

Nullitas quoque adiudicationis deducta, quia Census tanquam de sui natura perpetuus, & irrepetibilis non poterat compensari cum damnis passis per Catalonum; Remouetur non solum ex pacto expresso in Instrumento Census de compensando in casu molestiarum, verum etiam de Iure, dum Creditor Census potest etiam inuitus auctore præter cogi ad compensandum cum debito liquido, † 19
cum Creditum liquidum tunc æquiparetur pecuniæ numeratæ, Rota *dec. 354. num 3 par. 5. rec. &* coram Coccin. *dec. 1011. num. 5. & 1131. num. 1.*

Tollitur pariter iniustitia sententiæ adiudicationis inducta, ex eo quia ad debitum Cataloni ante adiudicationem sortis Census erant prius ponendi fructus decursi, & non soluti ante molestias, nec non alii decursi à die molestiarum vsque, & per totum Annum 1630. quo fuit consumpta adiudicatio totius capitalis, quia obiecta cessant ex facto, dum solutio fructuum decursorum ante molestias patet ex receptis datis à Mazzescho in altera antecedenti propositione *Summario eiusdem numer. 5.* initis per Alexandram Cresciam Sororem Ioannis hæredis grauati & Laurentium Andreolum eius Maritum cessionarios præfati Ioannis, vt de cessione *dicto Summario præsentis positionis num. 2.* contra quas † exceptio antidatæ exaduer- 20
sò deducta ob defectum trini Testis secundùm *l. Scripturas, C. qui potior in pignor. habeantur*, cessat dum sub Anno 1626. & sic ante immissionem sequutam fauore illorum de Celsis fuerunt per Catalonum exhibitæ coram Auditore Cameræ in actis Palutii contra ipsos Alexandram, & Andreolum Coniuges, ac per Iudicem, & partes admissæ, † ideò tollitur omnis suspicio etiam præten- 21
sæ simulationis cessante tunc causa simulandi, Rota *decis. 17. num. 10. & seqq. penes* Merlin. *de pignor.* & coram Buratt. *decis. 365. num. 3.* præterquam quod quidquid sit in Apochis obligatoriis in concursu cum creditore Instrumentario, † vtique in liberatoriis veluti receptis, atque 22
quietantiis, cessat dispositio, *Textus in dicta l. scripturas*, nec trium Testium subscriptio desideratur, † vt distin- 23
guendo vtramque speciem tradit Modern. Venusin. *in tract. de credit. discept. 22. num. 9.*

Et fructus decursi ab Anno 1626. vsque ad consumptionem capitalis Census fuerunt semper gradarim computati pro rata, pro qua Census vigebat, vt ex calculo producto per Catalonum coram Auditore Cameræ Argelo datum ad partes *litera A.* renouato, ac dilucidato, & in meliorem, & intelligibiliorem formam redacto per Hieronymum Pallazzeschum mediante altero folio *litera B.* ex quibus non solùm clarè patet censum fuisse totaliter extinctum, & fructus decursos vsque ad extinctionem, & adiudicationem census computatos, sed vlterius, quod Catalonus remanserit creditor in maiori summa, dum per ratam Census gradatim extincti † amplius pro ipsa ra- 24
ta extincta, fructus Census non debeantur, Rota *in Romana Census 19. Aprilis 1660. §. eoque minus coram bo. me. Priolo*.

Et ita vtraque parte &c.

Confirmat præsens Decisio alias in hac causa emanata, & adnotatas supra in alia Decisione.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Fideicommissi, seu Primogenituræ de Medico.

Lunæ 9. Maii 1672.

ARGVMENTVM.

Primogenitura, quæ regulariter fit pro masculis, quamuis comprehendat etiam fœminas, dummodò non concurrat contraria mens Testatoris, in ea tamen dicuntur vocati, ac etiam præferuntur Masculi, quoties Testator habuit volum conseruandæ agnationis, & qualitatem Masculinitatis expressit, eamque pluries repetiit quæ adhuc ex verbis communibus posteà simpliciter prolatis repetita quoque, dicenda est.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia plenè remanet probata ex testibus, ab Instrumentis, Libris Baptismorum, ac Matrimoniorum.*

2 *Fa-*

2 *Familiæ nomine significari Agnationem dicitur.*
3 *Agnatio dicitur contemplata ex prohibitione alienationis per conseruatione bonorum in Primogenitura, & Agnatione.*
4 *Primogenitura, vt plurimum fit pro Masculis.*
Primogenitura est capax etiam fœminarum, quando non concurrit contraria voluntas Testatoris, numer. 4.
5 *Qualitas Masculinitatis licèt post primam institutionem non fuerit expressa, habetur tamen pro expressa propter dictionem* huiusmodi.
Dictio, huiusmodi, *repetit omnes quantitates in præcedentibus substitutionibus expressas, n. 5.*
6 *Filiæ Primogenituræ Testatoris earumque Filii, & descendentes an videatur absurdum, quod excludant Masculos secundogenitos.*
7 *Voluntas Testatoris colligitur ex antecedenti, & subsequenti vocatione.*
Ratio conseruationis Agnationis ab antecedenti, & subsequenti vocatione Masculorum deducitur, numer. 7.
Qualitas Masculinitatis censetur repetita ex antecedente, & subsecuta vocatione Masculorum, numer. 7.
8 *Verba communia restringenda sunt ab antecedentibus verbis repetitiuis, & relatiuis præcedentium qualitatum.*
Voluntas Testatoris intelligenda est secundum verba repetitiua, & relatiua qualitatum antecedentium, quamuis postea idem Testator per verba communia locutus sit, num. 8.
Masculinitatis qualitas censetur repetita etiam per verba communia, quotier antecedenter verba repetitiua, & relatiua eisdem Masculinitatis fuerunt expressa, num. 8.
9 *Substitutio facta de Domo, & Progenie fœminas non comprehendit, & quando.*
Filia, licèt Agnata, non censetur ad fideicommissum vocata, vbi fuit habita ratio conseruationis Agnationis, num. 9.
10 *Agnationis conseruandæ votum non cessat, licèt aliquis ex Agnatis non fuerit vocatus, sed omissus.*
11 *Agnationem potest quidem in aliquo casu Testator conseruare, in alio verò negligere.*
12 *Filiorum appellatione veniunt Nepotes quando non agitur de inducendo grauamine substituti iam admissi, sed fauore substituti sub nomine Filii*
Amplia vbi Testator ad tempus futurum respexit, progressus sit ad plures gradus substitutioni, & habuerit votum conseruandi Agnationem ibidem.
13 *Dictio, ex, verificatur non tantum ex causa immediata, verùm etiam remota.*
14 *Successio fideicommissi in quo fuerint vocati Masculi, an, & quando non possit stare in suspenso donec Masculi nasci possint.*
15 *Testator vbi finita linea Masculina substituit proximiorem, tunc successio non potest stare in suspenso donec nascantur Masculi.*

DECISIO CCCXCVII.

EX facto ipso relato in Decisione 27. Ianuarii 1668. visum est pluribus de præsentibus Domini nempè aliis alio ordine respondentibus, recedendum ab illis decisis, & Æneæ iam negatam, nunc dandam Immissionem in Bona à Francisco fideicommissa, cum probata
1 fuerit descendentia, † & plenè in præsenti satisfactum ex Testibus, Instrumentis, ac libris Baptismorum, ac Matrimoniorum ad tradita à Rota *decis.* 399. *num.* 11. *à vers. quod autem spectat ad descendentiam part.* 9. nunc penes suum Authorem Bich. *decis.* 251. *num.* 8. *vers. cum allegatis*, neque controuersa est.

Quia, vt plures dixerunt Testator desiderauit qualitatem masculinam, & ideò cum Maria Hieronyma, & Maria Lucretia sint fœminæ, sint etiam exclusæ à Masculo Ænea, cuius personam senserunt Domini in sola vltima substitutione, dum Testator, *finita linea masculina tunc substituit proximiorem sibi, attenta illius proximitate, ita quod semper proximior dicti substituti, qui sit masculus, & habeat alias conditiones circa alios vocatos ab ipso Testatore requisitas in Testamento, &c.*

In quam Sententiam eò facilius descendendum esse dicebant, quia Testator considerauit agnationem in iis verbis, *quia pro bonore eius familiæ desiderat nomen, ac Bona vsque ad consumationem sæculi conseruari*. Et hoc nomine familiæ † agnationem significari visum est, allegata *decisione coram Eminentissimo Domino Cardinali Cerro, Romana Primogenituræ de Bubalo* 8. *Iunii* 1668. §. *Expressum enim*, confirmata *coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano* 6. *Martii* 1671. 2

Et deinde in prohibitione alienationis, *quia* † *voluit dicta Bona conseruari in agnatione Primogenitorum* iuxta *decisionem* 95. *num.* 15. *part.* 11. 3

Præterea fœminas Testator exclusisse, visus est Dominis quia extantibus Helena, Lucretia, & Iunipera, Baptistæ fratris filiabus, illas non substituit, *sed substituit illarum filium Primogenitum masculum natum, seu nasciturum, &c. & finita linea dicti Primogeniti nati vel nascituri, &c.* Et quia Primogenitura, vt plurimum fit pro masculis, † quamuis etiam capax sit fœmina, quando non concurrit contraria voluntas Testatoris, ex deductis coram *Reuerendiss. D. Beuilaqua Vrbis Gubernatore in Fauentina Primogenituræ* 8. *Decembris* 1669. 4

Et vt per vnum ex Dominis nouiter ponderabatur inquit, Rota coram Buratto *allegat decis.* 742. *num* 4. licèt post Primogenitos institutorum non fuerit expressa qualitas masculina, ibi, *Et huiusmodi Primogenitorum Primogenitos, &c.* Nihilominus † videtur pro expressa, quia illa dictio, *huiusmodi*, repetit omnes qualitates, & quia illi videbatur absurdum, vt filiæ Primogenitæ, ac illarum filii, & descendentes † excluderent masculos Secundogenitos, allegando *decis.* coram Buratto *decis.* 206. *num.* 14. & demum quia vbique fuerit habita æqualis ratio conseruandæ agnationis, & ex antecedente, & consequente vocatione masculorum colligatur voluntas † Testatoris, vt qualitas masculinitatis cênseatur repetita, iuxta *decis.* 237. *num.* 10. *par.* 5. 5 6 7

Quibus retentis, facilè visum est remoueri opposita ex verbis primæ Substitutionis, *donec progenies Cæsaris, & Guicciardi durabit, vsque ad vnum, &c.* intelligendo iuxta mentionem Testatoris, primogeniem masculinam, donec durabit vsque ad vnum masculum, ex verbis, quæ repetitiua, vti relatiua præcedentium qualitatum masculinitatis, † & ad illam propterea verba communia 8
restringenda, &c. coram Buratto *dicta decis.* 742. *num.* 5. & propterea fœminæ non continentur in substitutione, qua illi de Domo, & progenie vocantur, & vbi habetur agnationis ratio, non vocatur filia, licèt videatur 9
agnata, Cæphal. *consil.* 511. *numer.* 26. & 27. *cum allegatis*.

Nec ex omissione aliquorum agnatorum, vt dicebat alius, namque id non verificatur in facto, nec aliquis agnatus prætermissus docetur, & eo etiam posito, † 10
cessare non potuisset votum conseruandæ agnationis ex Rota coram Merlin *decis.* 12. *num.* 50. & coram Reuerendiss. D. meo Decano, *dicta decis.* 6. *Martii* 1671. §. *finali vers. in iure verò*, potest enim Testator velle in aliquo casu conseruare agnationem, † & in alio negligere, allegata *decis.* 195. *num.* 13. *part.* 5. 11

Cum igitur, vt hic, prosequebatur per mortem huius Guicciardi sine filiis masculis, extincta fuerit progenies alterius Guicciardi, & Cæsaris institutorum, & præmortuis aliis substitutis absque filiis masculis, extinctæ pariter fuerunt aliæ lineæ masculinæ substitutæ, fit locus substitutioni huic, *linea masculina Floriani finita, ei item & lineæ eiusdem substituit filium masculum Primogenitum, seu natu maiorem, natum, seu nasciturum ex Helena, Lucretia, & Iunipera filiabus dicti quondam Baptistæ de Medico dicti Testatoris fratris, quem voluit vocari de familia illorum de Medico, &c.* Et quidem ad fauorm Æneæ, licèt nati ex Antonia filia dictæ Lucretiæ, non autem immediatè ex ipsa Lucretia, & sic eidem Nepotis ex filia, quia appellatione filiorum, † hoc casu, veniunt Nepotes, ex quo non agitur de inducendo grauamine substituti, sub nomine filii, *allegat.* Peregrin. *consil.* 132. *numero quarto post princ. lib.* 5. & Andreol. *controuer.* 82. *n.* 16. Stantibus præsertim coniecturis, quod Testator respexerit ad remotissimum tempus deficientium linearum, & & progressus fuerit ad plures substitutiones in gradibus remotissimis, & habuerit rationem conseruandæ agnationis, non obstante dictione, ex ibi, *ex Helena, &c.* † Cum 12
13

etiam

etiam in Caufa remota non tantum immediata verificetur ex Rota coram Seraph.*dec.* 939.*n.* 5.*&* coram Coccin. *decif.* 493. *n.* 4. vel fiat locus ad eius fauorem, fubfequenti fubftitutioni, vbi Teftator *fubftituit proximiorem fibi attenta illius proximitate, ita quod femper proximior dicti fub ftituti qui fit mafculus, & habeat alias conditiones circa vocatos ab ipfo Teftatore requifitas, &c. vt fupra.*

Et quia proponebatur natus intereà filius mafculus ex Maria Hieronyma, & prætendebatur præferendus, vt
14 mafculus fucceffione fufpenfa † donec nafci mafculi poffent, in contrarium repetitæ funt vberrimæ Decifiones in fimili Bononien. fideicommiffi de Barberiis, *dicta dec.* 95. *num.* 28.*verf. Prætereà*, & in eadem Caufa *decif.* 218.*numer.* 17. *verf. meritò igitur*, & eft coram Bichio *decif.* 493.
15 *num.* 28. *à verf. eodem*, præfertim † vbi Teftator *Finita linea mafculina, tunc fubftituit proximiorem, &c. dicta decif.* 95. *ex num.* 32. Et prætereà hic mafculus, nec agnatus eft ex fœmina, nec proximior eft Teftatori, quam Æneas, qui vno gradu proximior eft, & hæc alii, & ex his conclufum Vtraque, &c.

Prima præfentis caufæ Decifio emanauit de hoc præfenti anno 1668. fed quia vt hic vides poftea fuit reuocata, & cum eadem reuocatione tres aliæ Decifiones immediatè fubfequentes poftea fubfecutæ funt, ideòque omnes hic adnotatæ fuerunt.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Fideicommiffi, feu Primogenituræ de Medico.

Lunæ 23. *Ianuarii* 1673.

ARGVMENTVM.

Qualitas Mafculinitatis expreffa in conftitutione Primogenituræ, in fequentibus etiam fubftitutionibus cenfetur repetita, maximè fi Teftator habuit rationem conferuandi agnationem. Ideòque fœminæ ab illa cenfentur exclufæ, eo magis fi Teftator fubftituerit tantùm illarum Filios Primogenitos Mafculos, fuifque etiam fubftitutis impofuit onus deferendi arma, & infignia ipfius Teftatoris.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas Mafculinitatis expreffa in antecedentibus fubftitutionibus, cenfetur etiam in fubfequentibus repetita, maximè fi illæ factæ fuerint per verbum* huiufmodi.
Fœminæ cenfentur exclufæ ex vocatione Mafculorum, & mentione facta de Mafculis eorumque Filiis, etiam non adiecta in illis qualitate Mafculinitatis, num. 1.
Teftamenti vna pars declarat aliam, numero primo.
2 *Qualitas Mafculinitatis in alia, & fubfequenti parte Teftamenti, & oratione in qua fuit expreffa proculdubio cenfetur repetita.*
3 *Fœminæ, & defcendentes ab eis non cenfentur, vocatæ, quando Teftator voluit confulere agnationi.*
4 *Familiæ, & Agnationis, conferuatio pluries à Teftatore repetita, & geminata maiorem voluntatem oftendit.*
5 *Primogenitura regulariter fit pro Mafculis.*
Amplia, & fortius fi in ea nulla fit facta mentio fœminarum, ibidem
Fœminæ non dicuntur comprehenfæ in Primogenitura fi Teftator fubftituit tantum illarum Filios Primogenitos Mafculos, num. 5.
6 *Fœminæ non concurrunt cum mafculis, vbi fuit fubftituta linea cum qualitate Mafculinitatis.*
Qualitas Mafculinitatis dicitur expreffa per rationem conferuandi Agnationem, num 6.
7 *Lineam, & Lineam Mafculinam Teftator pro Synonimis quando habere voluiffe dicatur.*
8 *Filiorum appellatione veniunt Nepotes, vbi agitur de fideicommiffo in remotiffimum tempus collato, quo tempore difficilè fuiffet reperiri Filios.*
9 *Familiæ nobilitatem nihil amplius oftendit, eamque magis conferuat quam infignium, & armorum identitas.*
10 *Agnatio dicitur contemplata ex onere iniuncto deferendi infignia Teftatoris, & arma.*
11 *Subftitutionem fi Teftator voluerit incboari per lineam Mafculorum, qui portent Arma, & infignia illius Agnationis, ita, & fubfequentes fubftitutiones vocaffe cenfendus eft.*
12 *Fideicommiffa certas refpicientes perfonas tunc extantes, vel certam qualitatem habentes ex eo inftanti operantur effectum fuum, nec poffunt remanere in fufpenfo.*

DECISIO CCCXCVIII.

DOMINI nunc fteterunt *in decifis* 9. *Maii præteriti* quomodo tunc ad decifa venerunt, recedendo à decifis 27. Ianuarii 1668. adeò vt pro ratione diceretur fundamenta illius effe conformia rationi, & fuffragiis, nihilque dodiè aduerfus, & de nouo effe deductum.

Et epilogata Caufa; quia cum Æneas fit dupliciter vocatus, fcilicet in quarta fubftitutione tanquam filius Lucretiæ, & in quinta tanquam proximior Teftatoris, non obftet fuperexiftentia filiarum Guicciardi cum tanquam fœminæ fint exclufæ, & faltem in hac fit admittendus, quia eft proximior mafculus, & habet conditionis.

Exclufio verò fœminarum deducatur, quia in prima fubftitutione Teftator vocauerit primogenitos mafculos, & de mafculis mentionem fecerit in omnibus aliis fubftitutionibus, adeòque non expreff erit poft Verbum *huiufmodi* primogenitorum primogenitos qualitatem mafculinitatis adhuc fubintelligatur, quia † vna pars Teftamen- 1
ti aliam declarat, *l. qui filiabus* 17. *in princ. l. fi feruus* 50. *in fine, ff. de legat.* 1. *cum fimilibus, & in decif. confirmata, §. Prætereà fœminas, & feqq. § Et vt per vnum*, fortiùs quia in eadem parte Teftamenti, & oratione, mafculinitatis qualitas fuit expreffa, ibi: *fubftituit, &c. eorum filios mafculos primogenitos, & huiufmodi primogenitorum primogenitos, alioquin natu maiores*, † & fic cenfetur repe- 2
tita dicta qualitas ex Fufar. *de fubftitut. quæft.* 403.*num.* 8. cum aliis.

Sublato obiecto quod inftaurabatur ex vocatione Progeniei, & ex eo verbo comprehenfionis filiarum Guicciardi, quia fœminæ, & defcendentes ab eis non cenfentur vocatæ, † quando Teftator voluit confulere agna- 3
tioni inquit Bononienfis Gozzadin *conf.* 45. *num.* 10. Ceph. *conf.* 511. *num* 26. Fufar. *de fubftit. qu.* 355. *num* 7. Rota *decif.* 635. *num. primo part.* 2. *recent. & in decifione confirmata, §. Quibus retentis.*

Concurrere, & conducere vifæ funt etiam ratio agnationis expreffa in verbis: *Quia pro honore eius familiæ defiderat nomen, & bona vfque ad confumationem fæculi conferuari, &c.* & in prohibitione alienationis, *quia voluit dicta bona conferuari in agnatione Primogenitorum, & aliorum vocatorum pro conferuatione agnationis, & nominis ipfius Teftatoris*, ad vim geminationis, † quæ maiorem 4
oftendit voluntatem, *l. Balifta* 32. *ff de Sen. Confult. Trebell.* & naturæ primogenituræ, quæ regulariter fit pro mafculis, & quod nulla vnquam fuit facta mentio fœminarum nifi ad exclufionem, † fubftitutis dumtaxat illa- 5
rum filiis Primogenitis mafculis, ex quibus colligitur Teftatorem noluiffe comprehendere fœminas ad Rotam coram Buratto *decif.* 282 *numer.* 15 *verf. quia ifta declaratio, & in Fauentina Primogenituræ* 8. *Decembris* 1669. *cor. R. P. D. meo Beuilaqua, & in decif. confirmata, §. Prætereà fœminas, in fine.*

Ex his corruunt, quæ deducebantur de duratione lineæ Guicciardi per fuperexiftentiam dd. fœminarum, quia cum prætermiffis lineæ fubftitutorum fint conceptæ cum qualitate mafculinitatis, † quam inducit dicta ratio 6
conferuationis agnationis fœminæ non concurrunt, Rota coram Dunozetto Sen. *decif.* 15.*num.* 4. ita vt Teftator habuerit pro fynonimis lineam, & † lineam Mafculinam, 7
vt cor. *Eminens. D meo Cerro in Rom. Primogenituræ de Bubalo* 8. *Iun.* 1668. *§. Indeque* non obftat cum ibi allegatis.

Eadem-

Eademque ratio agnationis seruate visa est, dum Testator, deficientibus veris agnatis dd. Guicciardi, ac Cæsaris, Iulii Cæsaris, ac Floriani substituit filium masculum primogeniturum, seu natu maiorem natum, seu nasciturum ex Helena, Lucretia, & Iunipera filiabus Baptistæ Testatoris fratris, quem voluit vocari de familia illorum de Medico tantùm, & non de alia familia, ac per eos, & quemlibet eorum fieri Insignia, & Arma prædictæ familiæ, &c.

Non obstat, quod Æneas non sit filiu Lucretiæ, qui erat inuitatus, & substitutus, sed Antoniæ filiæ Lucretiæ; quia cum agatur de fideicommisso, in remotissimum tempus collato, postquam lineæ substitutorum in secunda, & tertia substitutione defecissent, quo tem-
8 pore difficile fuisset filios dd. fœminarum reperiri, † ideò appellatione filiorum veniunt Nepotes, Rota cor. Merlino *decis. 206. numer. 16. & decis. 402. ex numer. 15. par. 9. & coram Reuerendissimo Domino meo Albergato Decano in Bononien. fideicommissi de Volta 15. Iunii 1669. §. Ceterum*.

Omissioni autem aliquorum agnatorum, quæ adducebatur ab altera parte, satisfactum visum est in alia *Decisione*, §. *Nec ex omissione*, hoc quoque adiuncto quod
9 probetur ab altera parte identitas Insignium, † nam in iis agnatio consistit, & nibil est aptius ad familiæ nobilitatem ostendendam, &c. apud Altograd. *consil 66. numer. 56. versic. Nam nihil lib. 2* cum aliis, & ex tali one-
10 re † censeri contemplatam agnationem sæpè dixit, Rota coram Cardinali Celso *decis. 222. numer. vltimo* cum ibi allegatis.

Idemque Æneas venit ex quinta substitutione Proximioris, quæ est de masculo, absque eo, quod releuet masculinitatem, intelligi debere appositam dumtaxat proximiori ipsius substituti, non autem ipsimet substituto per ea Verba, *Ità quod proximior dicti substituti, qui sit masculus, &c.* Siquidem cum Testator in multiplici dispositione plurium substitutionum voluerit inchoari lineam per masculum, qui portet Arma, & Insignia
11 illius agnationis, † in hac quinta quoque censendus est voluisse vocare substitutum, qui sit masculus ad alleg. *Decis. coram Bichio 493. num. 25. & 26. & decis. 244. num. 10. par. 10. rec.*

Demùm non obstat natiuitas Ioannis Baptistæ Guicciardi, filii Mariæ Hieronymæ Reæ, & ex ea nepotis Guicciardi vltimi defuncti. Quia cum fuerit Ius quæsitum Æneæ existenti tempore purificatæ conditionis, quod semper considerauit Testator in Verbis *Tunc substituit proximiorem sibi*, ideò admittendus est ad exclusionem d. Ioan. Baptistę Guicciardi, præsertim quod fidei-
12 commissa huiusmodi, † quę respiciunt certas personas tunc extantes, vel certam qualitatem habentes, siue ex vna, eademque linea, siue ex diuersis prouenientes ex eo instanti operantur effectum suum, Rota cor. Bichio *dec. 493. num. 29. à vers. Hoc tamen procedit, & dec. 95. num. 28. vers. Præterea par. 11. & dec. 519. ex nu. 22. par. 13.* & prædicta eo magis subsistunt, quia masculus hic nec agnatus est ex fœmina, nec proximior Testatori, cum vno gradu præcedat Æneas.

Et ità vtraque &c.

Quatuor sunt Decisiones pręsentis causæ omnes supra relatas in calce Decisionis antecedentis.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Fideicommissi, seu Primogenituræ de Medico.

Lunæ 19. Iunii 1673.

A R G V M E N T V M.

Bonorum Identitas, quæ regulariter ex Inuentario, & diuisione probatur, non excluditur si de duabus domibus insimul iunctis, & vnitis, vna tantùm fuerit constituta domus, quia hoc ex destinatione Patris familias euenire potuit, multòque minùs eidem identitati præiudicat diuersificatio confinium, modò tamen cum demonstrationibus generalibus vna saltèm demonstratio particularis concurrat, quod antiquis sufficit.

S V M M A R I V M.

1 *Identitas bonorum remanet ex Inuentario probata.*

2 *Diuisio inter hæredes secuta cum narratione, quod corpora erant hæreditaria identitatem plene probat.*

3 *Identitas domorum simul iunctarum non excluditur ex noua denominatione vnius domus tantùm, & de ratione.*

Destinatio Patris familias sine vlla mutatione identitatis potest de duabus domibus insimul vnitis vnam domum efficere, num. 3.

4 *Confines cursu temporis mutantur.*

Identitati nihil detrahit si aliqua confinia fuerint mutata, dum aliæ demonstrationes concurrunt, num. 4.

5 *Identitatem ad probandam in antiquis sufficiunt demonstrationes generales, & vnica saltèm demonstratio particularis.*

6 *Inuentarium, & diuisio facta ab hæredibus grauatis ab illorum successoribus nequeunt impugnari.*

7 *Inuentarium Tutelare ad probandam identitatem rectè inseruit pro adminiculo.*

Amplia, & fortiùs si in eo contradistinguerentur bona fideicommissi ab alijs bonis aliundè prouenientibus, num. 8.

D E C I S I O CCCXCIX.

ADHVC proposito dubio, An sit standum, vel recedendum à decisis, & super quibus bonis sit danda immissio, altera Parte non informante, sed intendente dilationem.

Ad decisa super fideicommisso, visum est ex decisionibus satisfactum 9. Maij 1672. & 23. Ianuarij 1673. recedentibus à decisis 27. Ianuarij 1668. quinquennio quiescente causa, Actore parante probationes.

Porrò super quibus bonis Domini vario modo, non vario sensu retulere suffragia, ad Scripturas hodiè datas pro Actore ad sententiam in Partibus, ad Inuentaria, ad Instrumenta diuisionis, & alia allegata, & ad ipsum Summarium ipsius Actoris, & super ijs dandam Immissionem, scilicet, vt declaratum est super Domibus in Capella S. Michaelis de Leprosettis, Domo sub Capella S. Catherinæ de Saragotia, Domo sub eadem Capella in via Borgo di S. Catherina, duabus Domibus sub Capella S. Mariæ Maioris, Domo sub Capella S. Donati, & altera sub Capella S. Barbatiani, cum suis membris, & iuxta fines in dd. Inuentarijs, & Instrumentis descriptos, necnon Tornaturas 153. terræ, in loco le Cà de' Fabri, & Altedo in diuersis partibus distinctis; & in loco li Prati di Cantanara, iuxta fines similiter annotatos, & Credito super Molendinis Ciuitatis Bononiæ sortis Lib. 757.

Inuentarium namque probare † identitatem Bonorum, vt sæpiùs dixit Rota, & signanter *decis. 185. numero 5. part. 10. & decis 484. numero 3. coram Peutinger.* prout etiam Instrumentum diuisionis inter hæ- 1
redes secutæ cum narratione, † quod corpora essent 2
hæreditaria Francisci Testatoris *d. decis. 185. num. 13. & decis. 397. num. 2. & 3. coram Peutinger.* Aduertendo quod nihil detrahat identitati dd. duarum Domorum simul assignatarum sub dicta Capella S. Marię Maioris † descriptio facta in possessione nuper ca- 3
pta, cum denominatione vnius Domus, cum id possit prouenire ex destinatione Patrisfamilias sine vlla mutatione identitatis, Rota *decis. 183. sub num. 12. & decis. 278. num. 5. part. 13.*

Prout quoad aliquas ex dd. Domibus nihil detrahat, quod aliquis ex confinantibus non concordet cum antiquis, quia cursu temporis confinantes mutantur, † itaut nihil detrahatur identitati, dum alię 4
demonstrationes concurrunt, Rota coram Eminentissimo

simo Otthobono *decis.102. à num.2. ad 8. & decis.83. num. 5. & 6. par.12.*

Vndè cum bona relata in Sententia de Partibus combinata cum Inuentario hæreditario fideicommittentis, diuisione primorum grauatorum, alio Inuentario tutelari, ac denique Instrumento possessionis acceptæ per vltimum grauatum concordant cum demonstrationibus
5 generalibus, † & saltem vnica particulari, quod sufficit ad probandam identitatem in re antiqua, & penè centenaria, Rot.cor. Merlin. *dec.294. nu.11.* cor.Coccin. *dec. 1807. nu.12. aliisque recentibus.*

Neque obstat, quod Æneas non sit vocatus ad alia fideicommissa aliorum de Medico, qui diuersa bona acquisiuerunt, & respectiuè in suis hæreditatibus reliquerunt; Nam quidquid sit de his fideicommissis, hæc bona sunt diuersa ab iis, quæ hodiè petuntur ab Ænea, & probantur hæreditaria Francisci fideicommittentis per Inuentarium, & diuisionem factam ab hæredibus grauatis à quibus cum Reæ conuentæ causam habere dicantur, † non possunt illorum factum, & assertionem con- 6
trouertere ad tradita à Rota *decis.432. numer.17. part.12. cum allegat.* Accedente vlterius Inuentario tutelari Anni 1609. † à quo hanc veritatem adminiculari sensit, Rota 7
in Bononien. fideicommissi de Maluetiis 4. Februarii 1661. §. Identitas verò, coram Illustrissimo Beuilacqua Vrbis Gubernatore.

Hoc quoque adiecto, quod Inuentarium tutelare, Æneę Summario numer. 7. benè distinguat bona fideicommissaria Francisci, quę obuenerunt tam Cęsari, † 8
quàm Guicciardo seniori, & alia bona aliundè prouenientia, vt benè conferat *decis. 83. numer. 10. & 11. dicta par. 12.*

Et ita altera tantùm Parte.

Emanauit præsens Decisio in eadem causa Decisionum antecedentium, ac alterius immediatè subsequenti.


R.P.D.

R. P. D.

T A Y A

Bonon. Fideicommissi de Medico.

Veneris 22. Iunij 1674.



A R G V M E N T V M.

Repetitur materia præcedentium Decisionum de Primogenitura à Testatore ordinata sub qualitate masculinitatis, ad quam sicuti non admittuntur fœminæ, ita nec vocati dici possunt Masculi ex iisdem feminis descendentes, eo ampliùs si tempore purificatæ conditionis illi nati non essent, sed postea, quia in huiusmodi fideicommissis ij tantùm admittuntur, qui tempore conditionis, vel nati, vel concepti fuere.

S V M M A R I V M.

1 *Veritas magis infigitur animis oculata fide, quam per aures hominum.*

2 *Primogenitus ad fideicommissum vocatus non intelligitur nisi de solis Masculis ex voluntate Testatoris conseruandi semper Agnationem.*

3 *Filius natus post purificationem fideicommissi quando possit auocare bona à substitutis.*

Substitutis an & quando possit ius acquiri durante spe natiuitatis Filiorum, num.3.

4 *in Fideicommissis conditionalibus non admittuntur nisi illi, qui sunt nati, vel concepti tempore purificatæ conditionis.*

5 *Primogenitura qualificata cum onere assumptiones nisi Familiæ, & insignium Testatoris non admittit nisi natos, vel conceptos tempore purificatæ conditicnis.*

6 *Proximiorum appellatione non veniunt fœminæ dum Testator habuit expressam rationem conseruandi Agnationem.*

Masculus ex fœmina non venit appellatione proximiorum stante expressa vocatione Masculorum, & voto conseruandi Agnationem, nu.6.

7 *Masculus ex femina si veniret sub nomine Primogeniti sequeretur absurdum, quod ille succederet sine assumptione Agnationis, & insignium, & quando.*

8 *Primogenies à Testatore vocata intelligitur de progenie Masculina ex Masculis de Agnatione composita stante onere assumendi Arma, & insignia Testatoris.*

D E C I S I O CCCC.

IN hoc fideicommisso procedente per mortem Guicciardi filii alterius Guicciardi, contendentibus Ænea filio Antoniæ Nepote Lucretiæ, & Pronepote Baptistę fratris Francisci Testatoris, qui eius Guicciardum filium instituerat, & Maria Hieronyma Neptæ Guicciardi per alium Guicciardum illius filium, atque adeo Pronepte dictæ Baptistæ fratris Testatoris, & in progressu Causæ, etiam Ioanne Baptista filio Mariæ Hieronymæ interim nato decisum iam erat 27. Ianuarii 1668. inter Æneam Actorem, & Mariam Hieronymam, Mariamque Lucretiam eius Sororem tunc viuentem Reas, denegandam Immissionem Æneæ.

Sed à decisis recessum est 9. Maii 1672. tamdiù quieto Actore, & confirmata decisio 23. Ianuarii 1673. & vtraque decisio confirmata 19. Iunii sequentis, & superaddirum dandam Immissionem ad bona expressa in decisione, & cum Æneas procederet pro expeditione ad Immissionem, & Maria Hieronyma, & Ioann. Baptista instarent pro reuisione, non solùm decisorum dicta die 19. Iunii, super quibus non informauerant, & altera

tantùm

tantùm parte informante decisum erat, sed etiam super fideicommisso ipso, Domini permiserunt adhuc de fideicommisso disputari, propositoque dubio 27. Aprilis proximi præteriti Domini discordarunt, mandaruntque vt omnes viderent, eodemque hodiè reproposito, An sit standum, vel recedendum à decisis, quidquid de bonis proponeret Æneas, & nihil opponerent Maria Hieronyma, & Ioannes Baptista non informantes super bonis, dubio primo super fideicommisso insistentes, *de hoc Domini tantum* Steterunt in Decisis, & ad ea cum magis
1 veritas, oculata fide, † quam per aures hominum animis infigatur. *Institut. de gradib. cognat. in fine*, vt placuit Partibus, placuit; & mihi schema etiam consanguinitatis adscribere, vt supra.

Franciscus Testator instituit hæredes Cæsarem quondam Guicciardi, & Guicciardum filium quondam Baptistæ fratrum filios, quibus cum filiis masculis decedentibus, substituit eorum filios masculos Primogenitos, & horum Primogenitorum Primogenitos, & sic procedendo in infinitum, seruato semper ordine Primogenituræ, donec Progenies dictorum Cæsaris, & Guicciardi durabit vsque ad vnum, &c. qua finita, ipsis, & cuilibet eorum, & lineæ prædictæ substituit Iulium Cæsarem de Medico si superuixerit, aliàs lineæ eiusdem Primogenitum masculum legitimum, & naturalem, vt supra, & linea masculina dicti Iulii Cæsaris finita, eidem Iulio Cæsari; & lineæ prædictæ substituit Florianum de Medico, siue alias lineę eiusdem Primogenitum masculum legitimum, & naturalem in infinitum similiter, vt supra.

Et linea masculina di Floriani finita, & lineę eiusdem substituit Filium Primogenitum masculum, seu natu maiorem natum, seu nasciturum, ex Helena, Lucretia, ac Iunipera filiabus dicti quondam Baptistę de Medico Testatoris Fratris, quem voluit vocari de familia de Medico tantùm, & per eos, & quemlibet eorum fieri Arma, & Insignia tantùm familiæ prædictæ, & finita linea dicti Primogeniti nati, vel nascituri ex dictis Sororibus, vocauit Secundogenitum, prosequendo semper seruato ordine Primogenituræ.

Finita autem linea masculina legitima, & naturali, vt supra fuit dispositum, tunc substituit proximiorem sibi, attenta illius proximitate, ità quod proximior dicti substituti, qui sit masculus, &c. itaut deindè etiam semper succedatur seruato ordine Primogenituræ, vt supra, &c. quia pro honore eius familiæ desiderat nomen, & bona vsque ad consumationem sæculi conseruari, &c. parum sæculi tunc currentis Anno 1581. aut etiam centum Annorum ab ipso Anno 1581. nimium autem sæculi Mundi, & consumationis illius.

Ex quibus Dominis breuiùs dixerunt (refero verba) Primogenitum non posse intelligi, nisi de masculis enixa voluntate Testatoris conseruandi semper agnationem
2 † quæ per fœminas non conseruatur, vt comprobant allegati in Decisione, quæ plenè respondent omnibus denuò repetitis.

Atque (vt vnus adiecit) competit Æneæ etiam ex alio capite successio, ex quo cum Testator in defectum institutorum vocauerit sibi proximiorem (*licet*) ità quòd semper Proximior *dicti substituti*, *&c.* Æneas est Proximior in quinto gradu, quam Ioannes Baptista in sexto.

Vltra quod (vt ille prædixerat) quamuis possit natus post purificationem fideicommissi auocare bona à
3 substitutis, † quibus non potuit acquiri ius durante spe natiuitatis illius, vt nonnulli Doctores existimarunt, etiam verior opinio est, quod in fideicommissis conditio-
4 nalibus non admittantur, † nisi illi, qui sunt nati, vel concepti tempore purificatæ conditionis, & vltra alios Doctores, qui hanc opinionem, vti magis tutam sequuntur, ita tenent Fusar. *de substitut. quæst.* 328. *nu.* 55. *cum seqq.* etiam transeundo ad alias quæstiones, & declarationes (*maximè numer. 78. à vers. Exemplum afferri posset, & seqq.*) & ibi videri possunt Doctores sine numero, & adduci quamplures euidentissimas rationes pro hac opinione, & repellit contrarium tenentes respondendo singulariter obiectis, & in his terminis Pri-
5 mogenituræ † qualificatæ cum onere assumptionis Familiæ, & Insignium, Rota *decis.* 95. *numer.* 29. *vsque ad* 33. *& decis.* 218. *sub numer.* 18. *par.* 11. *& decis.* 519. *numer.* 22. *& seqq. par.* 13. *& decis.* 437. *numer.* 2. 7. *&* 8. *par.* 14.

Nec fœminæ venire possunt sub nomine Proximiorum, † dum Testator habuit expressam rationem con- 6
seruandi Agnationem, & semper vocauit masculos, vt semper proximior dicti substituti debeat esse masculus, & ideò non potest venire masculus ex fœmina, allegatis Petr. *de fideicomm. quæst.* 11. *num.* 520. *&* Peregrin. *de fideicomm. art.* 25. *num.* 25.

Denique si admitteretur Filius fœminæ sub nomine Primogenitorum, & Progeniei dicti Guicciardi, maximum absurdum sequeretur, quod † ipse succederet ab- 7
sque assumptione Agnationis, & Insignium Testatoris per quam successionem nomen ipsius Familię conseruari non posset, quia non assumeret Arma, & Insignia, cum quibus conseruatur Agnatio, cum tale onus his non legatur impositum, sed solùm Primogenito ex dicta Helena, Iunipera, & Lucretia, & deindè Proximiori, † 8
& hoc arguit Testatorem intellexisse de progenie masculina ex masculis de Agnatione composita, quam supra vocauerat, Rota *in Romana Primogenituræ de Bubalo cor. Eminentiss. Cerro, §. respectu* 8. *Iunii* 1668.

Et ità præuiis aliis decisionibus steterunt in vltimo decisis vtraque, &c.

Adeò fuit in hac causa approbatum iudicium supradictarum Decisionum, vt agnoscendo Domina Maria Hieronyma olim Domini Guicciardi de Medico bonum Ius supradicti Domini Æneæ Bonfioli ad transactionem cum ipso deuenerit secutam in Ciuitate Bononiæ, & respectiuè roga ta m per Dominos Philippum Carolum à Clerico, & Franciscum de Righis Notarios publicos Bononienses sub die 10. Octobris anni 1674.

R. P. D. BEVILACQVA.

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 23. *Ianuarii* 1668.

ARGVMENTVM.

Mandatum nomine creditoris relaxatum contra suum debitorem absque illius ordine, & mandato procuræ eo contradicente reuocandum est, & si debitor fuerit iam carceratus excarcerari debet.

Debitor de fuga suspectus, vt allegari & iurari possit à suo debitore requiritur mandatum speciale, vel generale ad lites; Quando autem dicatur processum, vel per viam mandati suspicionis fugæ, vel per viam mandati executiui ex ipsa Decisione resultat.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Iustiniana super modo conueniendi debitores exequutiuè viget in Ciuitate Bononiæ.*

Debitor ex Constitutione Iustiniana executiuè conueniri non potest nisi præcedente vnica citatione personali, vel binis citationibus domi dimissa copia, num. 1.

Forma non seruata actus remanet nullus, num. 1. *& num.* 9.

2 *Mandatum relaxatum ad instantiam Creditoris absque illius mandato procuræ remanet nullum.*

3 *Nomine alterius si quid gestum est, eo contradicente penitus corruit.*

4 *Mandatum suspicionis fugæ potest creditor obtinere contra suum debitorem suspectum ad assecurandum iudicium, non autem, vt ibi soluat.*

5 *Mandatum suspicionis fugæ ad obtinendum contra debitorem, quæ requirantur, & num. seq.*

6 Cre

6 *Creditor, vt contra suum debitorem obtineat mandatum suspicionis fugæ tenetur iurare illum esse sibi de fuga suspectum, & periculum esse in mora.*

Mandatum speciale requiritur ad iurandum aliquem de fuga suspectum, nu.6. & seqq. vbi vide, quod sufficit mandatum generale ad lites.

9 *Mandatum relaxatum non seruata forma statuti remanet nullum.*

10 *Exequatur appositum in mandato refertur ad naturam eiusdem mandati, eamque sequitur.*

11 *Carceratio debitoris diebus festiuis fieri non potest.*

12 *Mandatum suspicionis fugæ exequi potest etiam diebus festiuis.*

13 *Mandatum suspicionis fugæ relaxari non potest contra possidentem stabilia.*

Debitor carceratus cùm mandato suspicionis fugæ si stabilia possederit excarcerari debet, numer. 13.

14 *Debitor malè captus, vel carceratus quando non dicatur benè retentus.*

Arrestari non potest debitor nulliter carceratus, & quando num. 14.

Prosequitur præsens Decisio eamdem materiam mandati suspicionis fugæ alterius Decisionis supra in ordine 81. cumque illius articulus sit admodum in foro necessarius, & practicabilis, placuit igitur hanc etiam in eius comprobationem apponere.

DECISIO CCCCI.

PHILIPPVS Quersola, & Marcus Antonius Riccius sub die 20 Nouembris 1663. duas apochas eiusdem summæ librarum 2990. confecisse prætenditur quibus nomine Caroli Antonii Airoli Ferrariensis exhibitis, fuit relaxatum mandatum, & cum illo ad petitionem Ioannis Petri Milesii dictus Quersola carceratus, sed tamquam nulliter hodie Rota excarcerandum esse respondet.

Nullitas ex eo primo resultat, quia ex Constitutione Iustiniana in Ciuitate Bononiæ vigente quotiescumque quis agit contra debitores executiuè illos conuenieudo in vim publicarum, vel priuatarum scripturarum debet præcedere vnica citatio personalis, vel binæ domi dimissa copia exequendæ per diuersos Nuncios, & in diuersis temporibus, & subsequi decretum nisi infra tres super illarum recognitione; † Cumque ex iis, quæ deducta sunt appareat hanc Constitutionis formam ordinemque iudiciarium ommissum fuisse mandatum à nullitatis vitio saluari non potest *Cap. cum dilecti, vbi omnes de rescript.* Portius Imol. *conf.* 29. *numer.* 10. & *conf.* 113. *numer.* 9. Cyriac *controuerf.* 464. *numer.* 22. Seraphin. *dec.* 464. *num.* 21. Rota *decis.* 404. *num.* 2. & *decis.* 26. *num.* 7. *par.* 6. *recent.*

Altera non minus patens nullitas insurgit ex defectu mandati Procuræ; nam ille qui nomine Airoli comparuit, & exhibuit Apocarum sumptum, 2 & pro relaxatione mandati institit † nè dum illud ab eo non habebat *l. licet C. de Procurator cap. in nostra extra eodem titulo* Vantius *de nullit. ex defectu mandat numer.* 59. Rota *decis.* 4. & 754. *numer. primo versic. verum est parte prima recent.* sed ipso Inscio omnia gesta sunt, & ideo statim, ac de eius notitiam deuenerunt pro nullis & inualidis declarauit, & consensum pro excarceratione Quersolæ præ-3 stitit; † quo fit, vt cuncta alterius nomine facta illoque contradicente corruant ad *text. in d. leg. licet* Gabr. *conf.* 149. *numer.* 8t. *lib.* 2. Surd. *de Alim. tit.* 3. *quæst.* 8. *num.* 7.

Nec vllo modo dicatur Quersolam fuisse captum, & detentum in Carceribus ad instantiam Airoli tamquam de fuga suspectum; Quoniam vt creditor possit contra suum debitorem obtinere mandatum suspicionis fugæ ad assecurandum Iudicium, † non 4 autem vt ibi soluat summam petitam, vt hic Fontanell. *decis.* 235. *numer.* 7. Fenzon. *ad stat. Vrb. lib. primo cap.* 98. *numer.* 12. & 13. Gizzarell. *decis.* 82. & *ibi* Adden. *numer. primo* Rota *decis.* 118. *numer. primo post* Zach. *de Oblig. Camerali* vltra alia Iuris † requisita relata à Doctoribus *in l. si arbitrio ibi-* 5 *que* Iason. *numer.* 6. & *numer.* 8. *ff. qui satisdare Cogan.* Menoc. *de arbitr. casu* 82. Io: Baptista Antonell. *conf.* 1. *numer. primo* tenetur per se ipsum, vel mediante Procuratore ad id constituto † Iurare 6 illum esse sibi de fuga suspectum, & periculum esse in mora Soccin. Iun. *consil.* 100. *vers.* & *ideo lib.* 4 Gramat. *conf.* 17. *numer.* 14. Rota *decis.* 654 *num.* 4. *par.* 2. & *decis.* 742. *numer.* 7. *par.* 4. *tom.* 3. in hac autem specie tantùm abest, quod Airolus Iurauerit Quersolam suspectum, vel constituerit Procuratorem cum mandato speciali ad id necessario † iuxta 7 opin. *Romani in conf.* 241. *numer.* 9. & *ibi* Mandos. quod refert Borgnin. Caluac. *decis. prima numer.* 47. *par.* 3. vel cum generali ad lites ad talem effectum etiam sufficiente, † vt post Gloss. *in leg. prima ibi* 8 *ab aliis, vel Procuratoribus eorum C. vbi quis de Curiali, aliaue conditione conueniatur* Caccialup. *in tractat. de debitore suspect. & fugit. quæst.* 3. Anton. Niger. *de re iudic. cap.* 7. §. 18. *numer.* 2. Ciriac. *controu.* 466. *numer.* 19. quod imò declarauerit omnia fuisse ipso ignorante gesta consentiendo excarcerationi Quersolæ, & nihilominus ex antecedenti petitione ipsiusque mandati tenore cantante de deponendo pignora in executione capienda, patet illud esse executiuum; non autem suspicionis fugæ.

Quod clarius deprehenditur, quia in iudicio suspicionis à *statuto Mercatorum Bononien. in Rubrica* 29. *delli sequestri, e sospetti di fuga* præscribitur forma, & modus obseruandus vt non concedatur nisi seruatis quatuor ibi enumeratis, quod statutum in hac parte signanter approbat, eadem Constitutio Iustiniana annullans mandatum alias concessum, qua quidem forma in hoc spreta absque dubio manda- 9 tum corruit Felin. *in cap.* 2. *num.* 7. *in fin. de test.* Bald. *conf.* 198. *numer.* 1. *lib.* 5. Ciarlin. *controuer.* 125 *num.* 2.

Neque pro valida relaxatione mandati suspicionis fugæ suffragari potest rescriptum ab Eminentissimo Cardinali Legato factum in casu supplicationis, per Ioannem Milesium porrectę super executione mandati ab Airolo reportati, eo quia Quersola erat ipsi supplicanti de fuga suspectus, vt iurabat, quia cum in relaxatione mandati, tàm de iure, quàm ex statuto sint plura obseruanda ex prædictis, & in rescripto nulla fiat mentio suspicionis absque dubio exequatur, † refertur ad naturam dicti mandati 10 executiui, cui est appositum, illamque sequitur *glos. in cap. significationibus* 33. *de offic. deleg.* Bald. *in l. eam, quam numer.* 2. *C. de fideiussor.* & cessat difficultas, quia fuit concessum attenta moderatione inhibitionis Cardinalis Camerarii, à Philippo eius mandato obtentæ, vt posset carcerari in diebus feriatis, alioquin de iure prohibetur, vt aperte pro- 11 babat *text. in l. fin de feriis*, quod non erat necessarium si processum fuisset, per viam suspicionis fugæ, vbi debitor iuratus suspectus potest etiam his 12 diebus capi *glos. in d. l. fin. verb. fideiussoris* Bart. *in leg. a.t Prætor* §. *si debitum ff. de iis, quæ in fraud. cred.* & *in tract. de Carcer. sub num.* 8. & 9. Borgnin. Caluacan. *dicta dec.* 1. *numer.* 41. Farinac. *de Carcer.* & *Carcer. quæst.* 27. *num.* 107.

Rursus ne dum non constat de deterioratio ne conditionis Quersolę post confectas Apochas sed ex Testibus, & Instrumento in eius Summario relatis apparet, illum in Ciuitate Bononiæ, in qua inhabitat possidere domum, & alia bona maioris valoris debito, † quo casu ex hoc pariter fuisset male 13 processum in relaxatione mandati suspicionis fugæ, ac reuocandum esset Grat. *discept. forens. cap.* 875. à *numer.* 11. Fontanell. *decis.* 232. Ciriac. *contr.* 464. *numer.* 21. Thomat. *decis.* 85. *numer.* 4. Rota *decis.* 118. *numer.* 4. *post* Zachar. *de Obligat. Camerali*, & *in Interamnen. seù Romana nullitatis mandati* 11. *Nouem-*

uembris 1652. §. *& cessat coram R. Patre Domino meo Albergato.*

Non obstat Arresta in vim quorum Quersola fuit reccomendatus , deberetque de nouo firmari ex Regula , quod male captus bene retentus, nam cum captura prin-
14 cipalis non subsistat ex prædictis, † & non possit modò affirmari probatio Crediti dum in Tribunali A.C. fuit ad eius fauorem lata sententia absolutoria annullans apochas, & literas, non est confirmante , sed excarcerandus Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 32. *numer.* 46. & 47. Giurb. *decis.* 17. *numer.* 4. Farin. *de Carceribus & Carcerat. dicta quæst.* 27. *numer.* 152. Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 11.

Et ita decisum vtraque parte informante.

FINIS PARTIS DECIMÆQVINTÆ.

INDEX

INDEX
RERVM, ET MATERIARVM,
Quæ in hac Decimaquinta Parte Decisionum Recentiorum continentur.

A

ANI-

Arbi-

Atte-

voca-

Bona

C

CESSIO.

Cessio

Clau-

CLAVSVLA IN GENERE.

CLERICATVS.

CLERICVS.

Com-

CONFINIS.

CONFIRMATIO.

Con-

Con-

CONSTITVTVM.

CONSVETVDO.

Con-

SACRA CONSVLTA.

CONTEMPLATIO.

CONTINVATIO.

CONTRACTVS.

CONTRADICTIO.

CONTRADICTOR.

Con-

Corri-

Debiti

DECLARATORIA.

DECOCTIO.

DECOCTVS.

DECRETVM.

Dero-

Dos

DVBIETAS.

E

ECCLESIA.

EFFECTVS.

ELECTIO.

Ele-

E M P H Y T E V T A.

E M P T I O.

E M P T O R.

E N V N C I A T I V A.

E P I S C O P V S.

EPISTOLA.

EQVITES.

ERECTIO.

ERROR.

EVENTVS.

EVICTIO.

Eui-

EXCLVSIO.

EXCOMMVNICATIO.

EXECVTIO.

EXE-

FIDEICOMMITTENS.

FIDEIVSSIO, ET FIDEIVSSOR.

Filia-

tam

G

H

HABILITAS.

HABITATIO.

HÆRES.

Hæres

Impe-

INTENTIO.

INTERDICTVM.

INTERESSE.

INTERPRETATIO.

INTERROGATORIA.

INTIMATIO.

Inue-

L

Le-

LITERÆ APOSTOLICÆ.

LITERÆ.

M

ex

MEDIATOR.

MEDICVS.

MELIORAMENTA.

MENS.

MENSIS.

MERCATOR.

Mer-

N

non

OBLIGATIO CAMERALIS.

Obli-

OBSERVANTIA.

ODIVM.

ORATIO.

ORDINARIVS.

ORIGINALE, ET ORIGO.

P

PACTA.

Pars

PEN-

Plu-

Pos-

Pos-

POSSESSOR.

POSSESSORIVM.

POSSIDENS.

Pos-

PRÆLEGATVM.

PRÆPONENS, ET PRÆPOSITVS.

PRÆSCRIPTIO.

PRÆSENS, ET PRÆSENTIA.

PRÆSENTANS.

PRÆSENTATIO, ET PRÆSENTATVS.

Prę-

PRÆSERVATIO.

PRÆSVMPTIO.

Præ-

PRINCEPS.

PRINCIPIVM.

PRIVATIO.

PRIVILEGIVM.

Pri-

PROBATIO.

PROMISSIO.

PROPRIVM, PROPRIETARIVS, ET PROPRIETAS.

PROTESTATIO.

PROTONOTARIATVS, ET PROTONOTARIVS.

PROVISIO.

QVANTITAS.

QVARTA.

QVASI POSSESSIO.

QVIETANTIA.

R

RAPTA.

RAPTVS.

Red-

solet

REPETITIO.

REPRESENTATIO.

RESPONSIO.

RESTITVTIO.

RESTITVTIO DOTIS, *lege etiam Dos in vers. Lucrum Dotis, & in vers. Statutum.*

RESTITVTIO IN INTEGRVM.

RESTRICTIO.

RETENTIO.

Rota

Scien-

Sen-

Sta-

STATVTA PARTICVLARIA LOCORVM.

STATVTVM VRBIS.

in casu simplici existentiæ filiorum communis matrimonij, non habet locum in casu mixto filiorum alterius matrimonij, & quando decis.72. n.13. n. seqq.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*131. de lucro dotis recipit interpretationem passiuam à *l.hac edictali C.de secundis nuptijs*, dec.72. num.14.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.* 131. de lucro Dotis habet etiam locum existentibus filijs alterius matrimonii quoties illi inæqualitatem non recipiunt, decis.72. n.15.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*131. de lucro dotis in muliere, vel marito transeunte ad secunda vota, cum filijs primi, vel secundi matrimonij diuersimodè declaratur, decis.366. num.4. & n.seqq. & per totam
Statutum *Vrbis lib primo cap.*137. de fructibus dotalibus declaratur, decis.20. n.20.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*137. taxans fructus dotales ad rationem septem cum dimidio de dote in pecunia consistente, multo magis procedit, quando dos fuit in aliqua specie inuestita, decis.20. n.20.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*137. concedit hypothecam etiam pro fructibus dotis, & de illius materia, decisione 248. numer. primo
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*141. disponit dotem succedere loco legitimæ, & de illius materia, vide decis.156. n.14.Calataiu, & decis.158. n.5. & seqq.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*141. mandans filias, vel neptes dotatas, dotibus esse contentas censetur subrogasse dotem loco legitimæ, decis.10. n.12.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*141. eo magis censetur subrogasse dotem loco legitimæ, quia mandat filias nihil vltra dotem petere posse, decis.10. n.13.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*141. in ea parte, quæ mandat filias dotatas impugnare non posse testamentum paternum, declaratur, decis.10. n.15.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*142. de filiis in conditione positis traditur, & declaratur, decis.256. n.9. & seq.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*144. traditur, & declaratur, dec.182. n.5. & n. seqq. ac n.27.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*144. quod habens filiam legitimam, vel fratres non possit totam hæreditatem legitimatis relinquere dicitur correctorium iuris communis, & strictè interpretatur, decis.182. n.5. & 11.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*144. loquens ad fauorem fratrum, & nepotum non suffragatur pro nepti, decisione 182. numer. 27.
Ea ratione, quia illud est odiosum, & correctorium iuris communis, ibid.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*145. excludens filias dotatas, vel quas fratres parati sunt dotare, procedit ab intestato, non autem ex testamento, decis.10. n.16.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*145. incipit ab exclusione, & ideò secundùm illud dos non sortiretur naturam legitimæ, dec.10. num.16.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*145. exclusiuum fœminarum propter masculos non habet locum vbi non concurrit vtraque subiectio, personarum scilicet, & bonorum, decision. 380. num.8.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*146. excludens sororem ab hæreditate fratris propter dotem, decis.272. n.8.
Et ideò non procedit vbi soror non fuerit dotata, ibid.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*146. licet emanauerit fauore agnationis suffragatur tamen etiam Monacho, decisione 272. num.7.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*149. *de donationibus, & cap.*150. *de donationibus insinuandis*, non habet locum in donationibus ob causam matrimonij, decis.13. n.10. Taia, & decisione 57. num.9.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*150. requirens insinuationem donationis non habet locum in donatione causa mortis, decis.258. num.6. & 7.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. habet locum etiam in confessione mulieris extraiudiciali, decis.52. n.14
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. quamuis regulariter non comprehendat causam dotis; hoc tamen intelligitur in dote, quæ ex necessitate constituitur, non autem in ea quæ voluntariè assignatur, decis.193. n.5.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. expresse prohibet donationes, quietationes, & alios quoscumque contractus minorum sine interuentu proximiorum, decis.57. n. primo
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. prohibet minori quemcumque contractum donationis, & quomodo, decisione 130. num.4.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. in specie procedit etiam in donatione ob causam matrimonii, decis.13. n.12.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. de solemnitatibus in contractu minoris, habet etiam locum in donatione intuitu matrimonij, decis.57. n.10.
Amplia etiam in omni alio contractu, in quo minor lædi potest, ibidem.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. in contractibus minorum requirit causam sine qua contractus non substinetur, decis.193. num.4.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. copulativè requirit solemnitates, & causam, decis.13. n.11.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*151. habet locum in quocumque contractu, in quo mulier lædi potest, decis.157. n.4. & decis. 13. num.2.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*158. de præscriptionibus habet locum in omnibus tribunalibus eiusdem Vrbis, decision.243. num. 12.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*180. disponit, quod duæ conformes inter Ciues, & incolas habeant vim trium, & constituant rem iudicatam, decis.270. n.2.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*180. quod duæ conformes faciant rem iudicatam, adhoc vt intret, sufficit quod conformitas sit in substantia, & effectu, licet aliqualiter in verbis discordent, decis.287. n.primo, & vide n. seqq.
Statutum *Vrbis lib. primo cap.*191. prohibet annullari deliberationes post annum, quod amplia, decisione 243. numer.7. & num. 8.
STYLIA, *vide in vers. Mobilia*.
STIPES dicitur primo loco vocatus, quia est caput cæterorum descendentium, decis.124. n.6.

STIPVLATIO.

Stipulatio contrahitur interrogatione præcedente, & responsione subsequente, decis.230. n.12.
Stipulatio dotis concepta ad fauorem mariti in casum præmorientiæ uxoris, vt purificata dicatur, constare debet vxorem ante virum decessisse, decis.120. n.10. & supra num.7. & seqq.
Stipulatio facta *pro hæredibus, & successoribus* de re non transitoria ad extraneos, intelligitur de hæredibus sanguinis, dec.23. num.20.
Stipulatio facta pro se, & filijs differt à stipulatione facta pro se, & fratribus, decis.267. n.27.
Stipulatio Notarij an sufficiat in emptione facta à procuratore cum promissione de rato, decis.216. n.5.
Stipulatio Notarij pro absente, quando in donatione sufficiat, decis.130. n.5.
in Stipulationibus stricta facienda est interpretatio, decis.223. num.5.
Stipulatio etiam stricti iuris transit ad hæredes, decision.223. num.14.
Stipulatio Statutum, vel Dispositio si fuerint concepta in casum præmorientiæ alicuius, non sufficit probare omnes insimul puta naufragio, vel ruina perijsse, decis.120. n.7.
Sed necessario verificandum, est alium per priùs emisisse spiritum, ibid. & n. seqq.
Stipulationes tot esse dicuntur, quot sunt anni in obligatione singulis annis implenda, decis.314. n.12.
in STIRPES, & non in capita vocatio operatur dumtaxat in paritate gradus, decis.24. n.7.

STVDIVM.

Studij causa, ac etiam officiorum reputatur legitima absentia, decis.37. n.9.
Studij causa abesse quis potest etiam sine licentia decision.217. num.21.
STVLTITIA fit ne potius, vel maritalis honor vocare propriam vxorem Dominam, decis.133. n.10.

STYLVS.

Stylus loci in citatione ad sententiam attenditur, decis.51. num. primo
Stylus loci seruatur in examine testium, decisione 123. numer.5.
Stylum loci fuisse seruatum sufficit ad validitatem processus, & examinis, decis.170. n.8.
Stylus Regionis in confectione inventarij seruandus est, dec.48. num.6.
Stylus loci super confectione inventarii probatur per attestationes Curialium, & Notariorum, decis.48.n.7.
Stylus Curiæ regulariter probatur ex attestatione Curialium, decis.48. n.8.
Stylus plenè remanet probatus ex attestatione Notariorum, & decis.123. n.6.
Stylus Summorum Pontificum attenditur, decisione 88. numer.12.

SVBCOLLECTOR.

Subcollector vnicus, quod quis extiterit de necessitate requiritur ad hoc, vt illius beneficia dicantur Pontifici reseruata, decis.329. n. primo

Sub-

SVBTRACTIO.

SVCCESSIO.

SVCCESSOR.

S V M M A.

SVMPTVS LITIS.

SVPERFLVITAS.

T

TERMINVS.

TERRA.

TERRITORIVM.

TERTIVS.

TESTAMENTVM.

Testa-

Te-

TIMOR.

TITVLVS.

TOTVM.

TRACTATVS.

TRADITIO.

V

VACABILITAS.

VACATIO.

VALIDITAS.

VALOR.

VENDITIO.

VENDITOR.

Ven-

VERITAS.

VERSIO.

tim,

VIA EXECVTIVA.

VICARIA.

VICARIVS.

VOCATIO.

VOCATVS.

VOLVNTAS.

VOLVNTARIVM.

FINIS.

CONCORDANTIA DECISIONVM.

Dec.1. 136. & dec. 204.
Dec.3. 55. & dec.311.
Dec.9. & dec.252.
Dec.10. & dec.144. & dec.175.
Dec.12. 217. & dec.310.
Dec.13.157. & dec.359.
Dec.14. & dec.84.
Dec.16. & dec.184.
Dec.19. & dec.188.
Dec.24. & dec.124.
Dec.26.& dec.93.
Dec.32. 96.203. & dec.276.
Dec.35. & dec.364.
Dec.37. & dec.361.
Dec.38.& dec.70.
Dec.40.& dec.41.
Dec.42. & dec.227.
Dec.46. & dec.372.
Dec.47. & dec. 122.
Dec.50. & dec.262.
Dec.51. & dec.329.
Dec.53.& dec. 54.
Dec. 55.3. & dec.311.
Dec. 56. & dec.168.
Dec.58. & dec.368.
Dec.60. 162. & dec.305.
Dec.61. & dec. 88.
Dec.63. 374. & dec.381.
Dec.70. & dec.38.
Dec.75. & dec.243.
Dec.81. & dec.401.
Dec.83. & dec.334.
Dec.84. & dec.14.
Dec.87. 377. 378. & dec.379.
Dec.88. & dec.61.
Dec.89.& dec.143.
Dec.90. & dec.154.
Dec.91. & dec.239.
Dec.93. & dec.26.
Dec.95. & dec.337.
Dec.96. 32. 203. & dec.276.
Dec.98. 194. & dec.195.
Dec.100. & dec. 362.
Dec.101. & dec.160.
Dec.107. & dec.213.
Dec.110. & dec.244.
Dec.111. & dec.376.
Dec.116. & dec.206.
Dec.117. & dec.312.
Dec.122. & dec.47.
Dec.124. & dec.24.
Dec.125. & dec.246.
Dec.129. & dec.240.
Dec.136. dec.1. & dec.204.
Dec.143. & dec.89.
Dec.144. & dec.10.
Dec.146.& dec.283.
Dec.148. & dec.261.
Dec.150. & dec.342.
Dec.154.& dec.90.
Dec.157. dec.13. & dec.359.
Dec.160. & dec.101.
Dec.162.60. & dec.305.
Dec.166. & dec.167.
Dec.168.& dec.56.
Dec.175. dec.10. & dec.144.
Dec.181. & dec.382.
Dec.184. & dec.16.
Dec.187. & dec.333.
Dec.188. & dec.19.
Dec.194. 195. & dec.98.
Dec.195. 194. & dec.98.
Dec.197. 235.303. & dec.346.
Dec.200. & dec.383.
Dec.203.32.96. & dec.276.
Dec.204. dec. p. & dec.136.
Dec.206.& dec.116.
Dec.209. & dec.384.
Dec.210. & dec. 212.
Dec.213. & dec. 107.
Dec.217. dec.12. & dec.310.
Dec.234.& dec.366.
Dec.235.197. 303. & dec.346.
Dec.239. & dec.91.
Dec.240. & dec.129.
Dec.243. & dec.75.
Dec.244. & dec.110.
Dec.245.& dec.317.
Dec.246. & dec.125.
Dec.252. & dec.9.
Dec.261. & dec.148.
Dec.262. & dec.50.
Dec.276. 32.96. & dec.203.
Dec.283.& dec.146.
Dec.303. 346. 197. & dec.235.
Dec.305. 60. & dec.162.
Dec.307. & dec.316.
Dec.310. 12. & dec.217.
Dec.311.55. & dec.3.
Dec.312. & dec.117.
Dec.316. & dec.307.
Dec.317. & dec.245.
Dec.329. & dec.51.
Dec.333. & dec.187.
Dec.334. & dec.83.
Dec.337. & dec.95.
Dec.342. & dec.150.
Dec.346. 197.235. & dec.303.
Dec.353. & dec.354.
Dec.359. dec.13. & dec.157.
Dec.361. & dec.37.
Dec.362. & dec.100.
Dec.363.391. & dec.392.
Dec.364.& dec. 35.
Dec.266. & dec.234.
Dec.368. & dec.58.
Dec.372. & dec.46.
Dec.374. 63. & dec.385.
Dec.376. & dec.111.
Dec.377. 378. & 379.
Dec.381. 63. & dec.374.
Dec.382. & dec.181.
Dec.383. & dec.200.
Dec.384. & dec.209.
Dec.385. 386. 387. & dec.388.
Dec.389. & dec.390.
Dec.391. 392. & dec.363.
Dec.393. 394. 395. & dec.396.
Dec.397. 398. 399. & dec.400.
Dec.401. & dec.81.